Nihilominus inficiandum non est prodesse aliquando horas ad quidpiam auspicandū obseruare. quod & S. Thom. [illegible] contra gentes c. 92. & Opusc. 26. de iudiciis astrorum concedit in nautis, agricolis, & medicis & in lignis cædendis, & in multis similibus. [illegible] tē[illegible] nauigandum, seminandū, & medicamen app[illegible] obs[illegible] quod ipsum sancti patres concedunt [illegible] qui ad h[illegible] astra obseruari sine hæsitatione affirmant: & ratio probat, quia si astra, vt [illegible] est, operatione habent in hęc infe[illegible] maleficā aut beneficā; quid prohibet obseruar[illegible] pus, quo aliqua benefica constellatio ope[illegible] influat in granū, quod seritur? Deinde [illegible] complexione, quæ incline[illegible] ad luxu[illegible], v[illegible] ad furtum, vel sim[illegible] & [illegible] constellatione [illegible] hu[illegible] gea: ad lox[illegible] quibu[illegible], & ipsi [illegible] ante mede[illegible] tur, ne [illegible] hu[illegible] retur. Præterea [illegible] A[illegible] ert. [illegible] libri, si vir [illegible] piens [illegible] illa n[illegible] coniunctio[illegible], aut o[illegible] futuram, quę noxias gen[illegible] corpo[illegible] ne [illegible] non caue[illegible] e[illegible] ni habere, ne [illegible] cu[illegible] no po[illegible] pus [illegible] tempus, quo v[illegible] conste[illegible] m, quæ bo[illegible] in fœ[illegible] stitiones. Prosunt [illegible] modi electiones, vt notat Lucius [illegible] defensione [illegible] Pi[illegible] in Mirandul. [illegible] 4. [illegible] & ad mala [illegible] tanda, au[illegible] tem [illegible] bonum adipiscendum vel augendum [illegible] n. [illegible] lemus obseruare optimam cœli di[illegible] onem in seminando, plant[illegible] o, put[illegible] es, & arbores cædendo[illegible]

Sententia vera. Horarum ad auspicandum obseruatio.

Rationibus probatur.

adhibendis etiam ægrotis medicinis,&c. Tum etiam ad præparandum animum in horam illam, qua incrementum humoris cholerici,vel simil is, timetur,fugiendo occasiones,aut etiam religiose orando. Quod si bona sit influentia, potest quis adiuuare opus stellarum, & eligere horam ea operari, in qua habeat auxilium ad exequendum, iuxta ea, quæ c.3. diximus ex S. Thoma.

Ad rationes oppositas.

Ad priorem Augustini rationem respondetur,stellas non ita nos mouere ad operandum, vt necessario operemur id,ad quod inclinãt; quod esset tollere libertatem ; sed tantum inclinant nos,vt possimus illis resistere. Oportebit ergo scire eiusmodi effectum,vel vt adiuuemus, & ad finem ducamus,si bona est inclinatio; vel vt fugiamus,& reluctemur,si mala. Ad posteriorem : non id esse mirum, quia ex defectu materiæ id potest euenire, vel ex aliis occultis operationibus stellarum. Et ita non dicimus stellas ex necessitate in his inferioribus operari, sed variabiliter,eo modo, quo iam late est explicatum.

De Imaginibus astrologicis.

Cap. XIII.

QVONIAM astrologi parti illi,quæ de electionibus est,subiungunt hanc, quæ est de imaginibus astrologicis; & quia, inferius huius rei cognitione indigebimus, operæ pretium visum est hic explicare quid sentiendum sit de huiusmodi imaginibus, quæ ex astris dicuntur effectum sortiri,nec agimus modo de figuris Necromanticis,& characteribus, quæ dæmonis opera, si quid possunt,efficiunt.

Imaginũ astrologicarum refutatio.

Picus Mirandula lib.8. aduersus astrologos c. 3.& sequentibus,multis refutat astrologorũ imagines,quas in cœlis ad placitum confingunt; quarum in similibus imaginibus in terris formans, effectus ostendunt influere. Sic duodecim signa in Zodiaco distinguunt: sic vrsas, dracones, lepores,canes,coronam, lyram, &c. Vnde solent dicere.In facie cancri ascendit formosa iuuenis bene anuicta,sed in facie,& dignis,nonnihil habens obliquitatis; corpore reliquo simili equo, atque elephanto, pedibus albis, supra se varias frugum species,& folia arborum suspendens. In prima facie leonis ascendit arbor albissimæ radicis,cuius ramis insidet canis; & vir amictus vestibus nobilibus,sed sordidis,lacrymabundus,&de parentibus suis tristis. His similes in aliis signis describuntur figuræ, qualis illa est, quam posuimus cap.6.de imagine virginis, & Christi. Quod vero nihil efficiant hæ imagines in similibus in terra ex cera,plumbo, aut metallo alio factis,asserit Picus cap.5.in fine, probasse Auerroem aduersus Algazelem,& se in peculiari tractatu probaturum.& S.Thom.2.2.q.96.art.2.ad 2.expresse affirmat, imagines, quas astronomicas vocant ex operatione dæmonum effectum habere. Sunt ergo huiusmodi imagines explodendæ, tam quę in cœlo finguntur; quam quæ in terra dicuntur ex cœlestibus effectum sortiri. Præterea cum in Opusc.de occultis operibus naturæ, absolute dicat S.Doctor non esse possibile, vt aliquod indiuiduum alicuius speciei aliquam virtutem permanentem obtineat, transcendentem elementorum,præter alia indiuidua eiusdem speciei, ex hoc quod est generatum sub determinato situ corporum cœlestium.

Auerroes S.Thom.

Sententia opposita. Albertus. Thom.

Verum sentiunt contra,omnes astrologi,cum Alberto in speculo Astronomico cap. 10. & 15. Quin & S.Thomas 3. contra gentes cap.104. in fine,de his imaginibus loquens dicit. *Non est autem omnino negandum,quin in prædictis ex virtute cœlestium corporum aliquid virtutis esse possit, ad illos tamẽ solos effectus,quos virtute cœlestium, ... aliqua inferiora corpora producere ... & c. ... hic ait, Quia vero figuræ in artificialibus sunt quasi formæ specificæ, potest aliquis dicere quod nihil prohibet,quin constitutionẽ figuræ,quæ dat speciem imagini,consequatur aliqua virtus ex influentia cœlesti. non secundum quod figura est, sed secundum quod causat speciem artificiati, quod adipiscitur virtutem ex stellis.* Quam sententiã euent ibi Ferrara.& Caietanus 2.2.In ... ... citato.

Imagines in cœlo concedi ratio.

Sit ergo.1.propositio. *In cœlo ab astrologis ... & imagines variæ ponuntur,vt etiam ponit Beda ... de planetarum,& signorum ratione non quod ita sint in cœlo. Gemini.Virgo,Sagitta.& cætera; sed assumpserunt hos terminos ad loquendum astrologi ... fabulis Poetarum; qui finxerunt è terra ea signa in cœlum fuisse translata. sicut cæteræ scientiæ,& artes suos habent terminos proprios ad doctrinam. Vel ex effectibus ita vocata signa,vt lyra,quod inclinet ad musicam.* Sunt tamen constellationes variæ ex multis stellis coniunctæ,quę licet eum inuicem attemperatæ faciunt diuersum,cõmunem effectum,quam singulæ per se producerent. sicut medici, aut pharmacopolæ ex variis herbarũ virtutibus simul iunctis, & quibusdam suo calore,frigiditatem aliarum attemperãtibus, efficiunt medicamen, quo morbus aliquis sanetur,quem singulæ per se herbæ non sanarent.

Imagines ratione materiæ efficiunt.

Secunda propositio. *Imagines confectæ in terrã ab astrologis,ratione materiæ, habent aliquã virtutem, etiam è cœlo e inditam,ad operandum aliquid.* sic magnes attrahit ferrum;aurum cor lætificat;sic & alii pretiosi lapides suos habent ex cœlesti influẽtia miros effectus; ita affirmat S. Thomas 2.2. & per se est manifestum. Vnde si imago sit aurea lætificabit cor; non qua ratione imago est,sed qua aurea ex materia confecta.

S.Thom.

Imago artificiata potest virtutẽ è cœlo capere.

Tertia propositio. *Figura seu imago,si nunc fiat cũ è cœlo fertur influentia aliqua fluxura, qua in materiam sic temperatam ... effectus sit productura; potest quidem habere aliqua virtutem ad operandum iuxta illum influxum, v.g. sciens ... hoc die vel hora,* Mercurium habiturum ... influxum,& ei subiici materiam ita dispositã,& attemperatã, accipit auri laminam, aut ..., vel ceream,& liquefacit,& applicat in loco,in quo commodior sit ad suscipiendũ influxum; non videtur ratione alienum, materiam illa ... ad operandum iuxta illã influentiã ... est quod dixit S.Thomas 3.contra gentes ... constitutionem figuræ in specie artificiati posse influxum ei adnectere,non ratione figuræ. Id ipsum sentiunt Caietanus 2.2.& Ferrara. Itaque si neque figuræ, neque aliæ characteres, neque nomina ... vocibus,aut aliis quibusque signis tribuatur virtus è cœlo indita, naturale esse potest quod ... ipsi,à natura ... vel ab artifice transformatæ, insit virtus è cœlo ad quippiam operandum.

S.Thom.

Materia arte parata capax cœlestis influxus.

Solent autem Astrologi nomine signi influentis, adhibere illi materiæ, tantum vt cognoscatur, q̃ habeat virtutem, aut quem effectum; vt cum

Astrologorum mos.

 fundun-

fundunt autem sub scorpione, sculpunt scorpionem, vt sciatur valere contra scorpiones; & similiter laminam Veneri subiectam, dicant Veneri, aut nomen eius in ea scribunt; aut nomen amoris; ad significandum habere virtutem ad amorẽ conciliandum. Itaque si cæteræ omnes superstitiones absint, & debite applicentur, hæ imagines, vt res omnes aliæ naturales applicantur, naturaliter suum effectum sortientur.

Obiectorũ solutio.

Ex his ad superius obiecta respondemus; si vltra iam à nobis definita fingantur imagines in cœlis, aut in terra fictas illas esse potius quam veras; quales illæ relatæ censendæ sunt. At si eo modo, quem notauimus ex S. Thoma, & aliis, à natura habent effectum, & non tantum sunt signa, opera dæmonis instituta; sed res potius naturales naturaliter virtutem è cœlis, & effectum sortientes. Quod si quæ difficilia hac in re occurrant, Caietanus, & Ferrar. in dictis locis enodabunt. Et hæc sint dicta de primo vaticinii genere, quod fit per astra: nunc de Metereologia differemus.

De Naturali Vaticinio per Meteorologiam.

Capvt XIV.

Post explicationem prędictionis futurorum euentuum, quæ per primas rerum corporearum causas, hoc est, per corpora cœlestia, solet fieri; agendum modo est de vaticinio per mirabiles in quatuor elementis effectus raro contingentes, & prodigiosos, profecto, quas Varro Prę-sagitiones vocauit, vt refert Isidor. lib. 8. Etymol. c. 9. à nomine elementi, à quo dimanant; nam à terra dicitur *Geomantia*: ab aqua *Hydromantia*: ab aere *Aeromantia*: ab igni *Pyromantia*. Sic enim ex terræmotibus, tempestatibus maris, pluuiis, & quæ in eis interdum gignuntur, ranis, ex cometis, & prodigiosis ostentis, & phantasmatibus in aere, aut eius suprema regione, quæ ignis ab Aristotele dicitur, genitis, multa præsignificantur, & prædicuntur ab huius artis peritis, quæ pars est philosophię, de qua Philosophus cum commentatoribus, in quatuor libris disputauit. Sed quia non omnia hic sunt tractanda, harum rerum efficientiam breuiter accipe.

Varro. Isidorus. Meteorologiæ partita.

Entium Meteorologicorum causa Sol est cum astris, ex Aristotelis mente lib. 1. Meteororum c. 3. & 4. & omnium astrologorum. Materia vero exhalationes, quæ à terra, & terreis partibus eleuantur: & humores, qui è locis humidis. Nam cum terra quidem inficiatur malignorum syderũ conuersionibus, & quasi morbo aliquo turgeat; sicut humanum corpus corruptis humoribus; quos nisi à se repellat, necesse est, vt intereat homo, aut male habeat: sic nisi terra expellat enim illam, & humores corruptos, quibus infecta est; necessarium erit, vt terræ motus, incendia, inundationes, tempestatum furores, fructuum corruptiones, pestes; animalium repentinæ mortes, & hominum deniq; morbi, aut fines immaturi sequantur. Igitur sicut medici virtute herbarũ purgantium, & sanguinis effusione, cæterisq; remediis, è corporibus humanis humores extrahunt, aut saltem diminuunt: ita Sol, Luna, Planetæ, cæteraque astra, sua quæque virtute, & calore extrahunt e terra, & mari exhalationes, & humores, hoc est, vapores: huncque totum globum purgant; aut potius malum eius extenuant, & in aera extollunt, vt ibi vel comburantur; vel euanescant, ablata à mundo maiori ex parte futuri causa mali: nec vero omnino terra se exonerat his malis: neque stellæ tanta virtute eruunt exhalationes, & humores, vt libera maneat omnino terra. sicut contingit in humanis corporibus; à quibus non omnino eruuntur humores corrupti, cum expurgantur, sed aliqua ex parte, quæ sufficiat ne prædominentur.

Meteorologicorum entium effectio.

Simile opportunum.

Hæ autem exhalationes stellarum virtute eleuatæ, si detineantur in visceribus terræ, eius constrictione ob frigiditatem impeditæ, efficiunt terræ, marisque motos. Si sursum petant, & multæ; vel detinentur à frigore mediæ regionis aeris, & sic fiunt venti, tonitrua, fulmina, & similia. Si vero ascendunt, & non sunt adeo crassę, vel illuminantur solũ à lumine Solis, & astrorũ; & sic fiunt phantasmata, imagines, & colores. aut inflãmantur ob vicinitatẽ ignis, & motũ circularem, quo voluuntur, & sic fiunt stipulæ ardẽtes, caprę saltantes, torres candelæ, lanceæ, colũnæ, stellæ currentes, & aliæ similes impressiones; quarũ figuræ apparent, quatenus exhalationes cõstituũtur. Si vero fiat inflãmatio in media regione aeris p detrusionem deorsum à frigore illius regionis; fiũt stellæ cadẽtes; quę alio nomine dicũtur iacula. Deniq; in infima aeris regione prope terram accẽduntur aliquãdo exhalationes; nã supra cœmeteria mortuorũ, & patibula suspensorũ conspiciuntur interdum quædã lumina, veluti candelæ ardentes; quæ sunt exhalationes calore Solis eleuatæ ex cadaueribus: & interdũ non inflãmantur propter calorẽ Solis impedientẽ earum congregationem, sed frigiditate noctis condensantur; & ita p antiperistasim roboratę inflãmantur. Simile quid apparet aliquando nauigantibus supra malũ nauis post longam tempestatem, & mali cõmotionem; estque signum tranquillitatis; quia tunc videntur esse paucæ exhalationes, quæ sunt materia ventorum, & ita solũ ascendũt supra nauim, ꝓpter peculiare motũ mali, & aliarũ partium nauis, ibique inflammantur: quo valde lætantur nautæ pro præsente iã tranquillitate.

Ratio diuersitatis Meteorologicorum entium.

Candelæ.

Simili prorsus modo ex vaporibus calore Solis, & astrorũ eleuatis è locis humidis, fiunt nubes in media regione aeris, indeque pluuiæ, nebulæ, ros, & pruina, nix & grando. rũ etiã cum pluuia decidunt animalcula quædã, vt ranæ, & pluuia lactea, carnea, aut sanguinea, ex varia commixtione exhalationum, cum vaporibus, veluti in cisternis solent rubri generari vermiculi.

Ex vaporibus genita.

Igitur hæ omnes impressiones, pręsertim ignitæ, signa sunt terræ multis exhalationibus infectæ: ac proinde præsignificant terræmotus, maris tempestates, pestes; fructuum, terræq; nascentiũ corruptiones: & inde animalium, & hominum denique, qui fructibus, & carnibus corruptorum animalium vescũtur: in quibus vel augetur bilis, & ita prædicuntur seditiones, & bella, cæteraq;, quæ, nisi eo affectu mitigato, solent euenire; vel alius quispiam humor. Sed quia p eleuatas exhalationes terra est aliquantulũ exonerata; nõ tanta timetur horum malorũ corruptio. Sicut extracto sanguine iudicamus corpus humanũ corruptis humoribus abundare; sed aliquantulum, aut

Prognostica ex dictis.

maiori

... parte exoneratum non subiacere tam ... us morbis.

Comete signa effectuum aliorum

... is manifesto constat, Cometas si...a esse, quibus cœlestium coniunctionum effectus, & Ec...psium euentus cognoscantur. Sunt quidem st...læ prima causa in corporeis, quæ terram infi..., aeremque corrumpit: Cometa vero stellarum fœtus, & partus est, qui propterea similem aeri corruptionem impertit. Vnde quos euentus per astra, tamquam per causas, sciunt Astrologi; per cometas s...unt Cometographi, tamquam per effectus, & signa, & causas quodammodo illas adiuuantes. Atque adeo eo modo præsignificant, eaque certitudine euentus futuros, qua astra diximus præsi...nificare. &, vt mihi videtur, certius; q...ia astrorum effectus impediri multipliciter possunt: sed cometæ sunt signa infectionis iam in terra, & aere existentis: atque ita fere semper malum prænuncians maius, seu minus.

Certitudo vaticinii ex meteorologia.

Per Meteorologiam futura prænunciari auctoritate Sanctorum, & Philosophorum probatur.

Capvt XV.

Patrum testimonia de prædictione per Meteorologiam. Basilius.

NE hunc per Meteorologiam modum prędicandi, sine auctoritate tradidisse videamur, præter ipsam experientiam, sanctorum Patrum testimonia, & Philosophorum sententias ad eius comprobationem aducie mus. Nam Basil. Homi. 6. in Examaron ita loquitur: *Necessaria profecto sunt luminarium in hominum vita lationes: namque si non vltra modum signa quispiam, quæ ab ipsis proficiscuntur, exploret, vtiles ipsorum obseruationes, eas inueneris, quas experientia longa probauit. Complura cuique sane de imbribus, complura de siccitatibus, complura de flatuum agitationibus, aut ex parte, aut in vniuerso vehementioribus, ac leuioribus, discere licet. Nam, & vnum quid eorum, quæ à sole soluuntur, Dominum nobis tradidit hisce verbis: [hodie tempestas erit, rutilat enim triste cœlum :] similiter. & luna cum caliginoso humore circumdatur, idem portendit. & cum orbes y solem cingunt, quos areas appellare solemus, aut copiosa pluuia nimirum, aut flatuum vehementium concitatio præmonetur. Quin etiam y quos aduersos soles appellant cum solis consequuntur delationem, affectuum quorumdam aeris præsagia fiunt: quemadmodum, & virgulæ colore arcus pluuiis prædita rectà in nubibus apparentes, imbres samos, ac tempestates atrocissimas, ventos truces, aut aeris omnino non mediocrem mutationem portendunt. Complures quoque significationes, & circa lunam obseruarunt, accrescentem, decrescentemque, qui huic studio operam impenderunt; tāquam aere necessario cum luna formis vna mutationes suscipiente. Tertio namque die si tenuis sit, puroque nitore fulgeat, serenitatem puram prænunciat, atque spondet: sin crassa cornibus, rubicundaque cernatur, aut impetuosam e nubibus aquam, aut horridam austri concitationem minatur.*

Lunæ significatio.

Theodor.

Theodoretus deinde Quęstionibus in Genesim. q. 15. Sic eamdem veritatem confirmat. *Sæpe etiam crinitarum stellarum exortum videntes, ferarum, aut locustarum copiam experti sumus, præterea in...rabilem hominum internecionem, atque aduersariorum insultus passi sumus.*

Damascē.

Adde Ioannem Damascenum lib. 2. Fidei cap. 7. sic dicentem: *Gignunt, & frequenter cometæ, & signa quædam interituum regum; qui quidem non sunt ex*

A *his astris, quæ in rerum initio facta sunt; sed diuina iussione opportuno tempore constituuntur, & dissoluuntur.*

Beda.

Beda tertius lib. de Natura rerum: *Cometæ, ait, sunt stellæ, flammis crinitæ, repente nascentes, regni mutationem, aut pestilentiam, aut bellum, aut ventos, æstus ue portendentes.* Deni...que Gregorius Homil. 1. i... ...c. Lucæ. sic ait. *quia hæc non longe absunt, ex ipsa aeris mutatione colligimus priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cælo acies vidimus, ipsumque, qui postea effusus est, humani generis sanguinem coruscantem.*

Gregor.

Philosophorum testimonia. Aristotel.

Subiiciamus his Patribus Philosophos, ac Poetas, Aristoteles lib. 1. Meteororum cap. 7. sic ait, *Crinitarum constitutionem igneam esse, eo argumento probatur quod complures exortæ manifestum præ-*
B *sagium faciunt ventorum, & squallorum, & p...it. quoties crebra, & frequentes effulgent; toties anni, tum sicci, tum flatuosi perspicue consequuntur. cum autem rariores, & magnitudine obscuriores flagrant, contra fit.* Et Seneca lib. 7. Naturalium Quæstionum ex Aristotele affirmat, Cometas significare tempestatem, & ventorum, ac imbrium intemp...ran...iam. Idem Plinius lib. 2. naturalis historiæ addens, terrificum esse magna ex parte sydus. Demum Sybilla Erithræa in hunc modum cecinit:

Seneca.

Plinius.

Sybilla.

Sole sub occiduo vere vocitata cometes
Stella refulgebit, gladii mortalibus index,
Et fames, & mortes, præclarorumque virorum,
Atque ducum interitus magnorum, nobiliumque.

Multa eiusmodi Poetæ alii cecinere; multa
C quoque, & historiæ grauissimorum auctorum retulere, quæ ne longiores simus recensendo, sub silentio præterimus.

Qua ratione Cometæ signa sint interituum regum, & principum.

Capvt XVI.

Cometæ significant interitum regum.

PRo comperto à multis traditur cometas regum, ac principum virorum interit...m præsignificare. Vt Damascenus habet lib. 2. fidei cap. 7. quem superiore capite adduximus. & S. Thom. P. 3. q. 56. ar. 7. ad 3. Bonauentura in 2. d. 14. 3. P. distinctionis q. vltima, ad penultimum. Tum etiam
D Antoninus P. 2. T. 12. c. 10. Sed ratio huius adhuc incomperta est. Nam vel cometa est signum supernaturale ad hoc effectum à Deo vt significet, & præmoneat de morte principis, vt videtur Damas...eno, & Bonauenturæ; dicenti; vel secundo dici potest, id significare, non naturaliter; sed ex iussu Dei. Tunc enim ex diuina prouidentia maior ratio est; tum quia est persona communis; tū quia ex morte eius frequenter solent oriri, perturbationes, bella, & cætera; in cuius etiam custodia magis s...licitantur angeli. Quod tamen n... videtur constare: nec ratio vlla cogit supernaturale opus, & miraculosum hic existimare. Aut est signū naturale; q. scilicet significet maximam copiam caloris, & siccitatis, quibus infecta corpor...ra
E succenduntur: vnde rixæ, & bella orian... Qua ratione non magis significaret mortem p...ncipis, quam pauperis cuiusquam, vt no...nt Bonauentura in priore ...xpositione, & Caiet...nus sup S. Thom. Erit ergo ea sola ratio, quam adduc...t Albertus magnus; quia mortes principum magis notantur, quam pauperum; vel quia principes

Ratio quæ esse possit.

Ratio probabilior.

Albertus.

[illegible] dicant [illegible] antur cibis; ideoque magis [illegible] cat aer, in [illegible] nibus rebus infectus. Aut denique quia principes præuident sui regni [illegible] lamitates; quas adeo dolent, & animo pe[illegible] rbantur, vt languescant, & in cladem incidant imminentem. Nam vt Gallenus ait, *nullus est corporis affectus tantus, qui vehementior animi affectionibus esse possit.*

Signane sint naturalia, an supernaturalia phantasmata seu imagines in aere visa.

C[illegible]P. XVII.

Imagines in aere supernaturales fieri.

SI Dama[illegible], & B[illegible]n[illegible]uenturæ [illegible] ustam sententiam sequamur, [illegible] tendum [illegible] ne est, ipparentia in cœlo phantas[illegible], acierum pugnan[illegible], curruum, equitum, [illegible] ulum, Dei [illegible] issione, angelorumq; ministerio fieri [illegible] ani dicendi formã [illegible] uetur Mich[illegible] Medina lib [illegible] de [illegible] in Deum fide [illegible] p. D[illegible] gorii auctoritate Homil. 1 in c. [illegible] Lucæ, di[illegible]s, *Notandum quod dicitur terrores de cœlo, & tempestates. cum tempestates hiemales venire soleant, cur hoc loco tempestates venire in perditionis signa prædicuntur, nisi quod eas tempestates venire Dominus denunciat, quæ nequaquam ordinem temporum seruant: quæ enim ordenate veniunt, signa non sunt; sed tempestates in signum sunt, quæ ipsa quoque temporum statuta cõfundunt.* & in[illegible]. *ex quibus profecto omnibus, quædam iam facta cernimus, alia ex proximo ventura formidamus* &c. [illegible] *quæ in Sole & Luna, & stellis adhuc aperte nõ vidimus* [illegible] *ed quia hæc non longe sint, ex ipsa aeris mutatione colligimus. Quamuis priusquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies vidimus, ipsumque qui postea effusus est, humani generis sanguinẽ coruscantem.*

Gregor.

Ratio 1.

Et reuera huiusmodi acies diuinitus constitui videtur probari, quia nulla causa naturalis videtur [illegible] larum congressionũ, & figurarum. Quæ namque causa, nisi angelorum ministerio, acies [illegible] las posset effingere, quæ [illegible]. Machab. 5. in hunc modum exprimuntur. *Eodem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum. Contigit autem per vniuersam Ierosolymorũ ciuitatem, videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordinem digestas, & congressiones fieri cominus & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum iactus, & aureorũ armorum splendorem, omnisque generis loricarum: quapropter omnes rogabant in bonum mõstra conuerti.*

Acies [illegible] Machabæorũ tempore.

Ratio altera.

Præterea [illegible] illorum omnium ostentorũ, quę vastationem Ierosolymę per Romanos factã pręcesserũt, vna causa reddenda est, cũ nulla cogat ratio quorumdam naturales causas, quorumdã supernaturales assignare: certe Deũ ipsum mediis angelis, ea ostendisse, ipsa Iosephi narratio, non indubie nos docet. Ait enim lib. [illegible] de bello Iudaico [illegible] 12. *Nam supra ciuitatem sydus stetit simile gladio, & per annum perseuerauit cometes: & octauo die mensis Aprilis ad diem festum Azimorum, nona hora noctis, circum arã, & templum tãtum effu[illegible] vt clari[illegible] dies putaretur. bos etiam, cum ad hostiam eodem [illegible] duceretur, in medio fane peperit. Orientalis porta clau[illegible], & sera ferro vinctis obserata, cum vi[illegible] viris aperiretur, sexta hora noctis visa est sponte pate[illegible]. Vicesimo primo die mensis Maii post die[illegible] festos, a[illegible] occasum, visi sunt per inane ferri currus [illegible] re[illegible] nibus, & armata acies transantes nubila [illegible] ciuit[illegible] [illegible]. Vox deinde in templo audita e[illegible] migremus hinc [illegible] in plebeim & rusticus. quadriennio priusquam bellum gereretur, in templo exclamare cœpit vox ab Oriente vox ab Occidente vox à quatuor ventis vox in Ierosolymam, & templum: vox in maritos nouos nouasque nuptas. vox in omnem hunc populum. Atque hæc interdiu, noctuque clamitans omnes ciuitatis vicos circuibat [illegible] idque per annos septem, & quinque menses continuos.* [illegible] [illegible] [illegible] nullam fuisse causam naturalem; sed Deum ipsum per angelos quis inficietur? cum & Iosep[illegible] ipse ita accidisse [illegible] affirmauit. Subdit enim: *hæc si quis reputes, profecto inuenies, Deum quidem hominum consulere, modis que omnibus præmonstrare quæ sint eorum generi salutaria; ipsos autem ob dementiam suam malo voluptatis interire.* Quod [illegible] [illegible] sup[illegible] [illegible] sunt, quæcumque alia similia [illegible], supe[illegible] accidisse p[illegible] anda sint.

[illegible] vox.

Astrologorum sententia.

Verum astrologi, quia nihil est apud homine admirabile, quod suæ scientiæ non attribuan[illegible] horum prodigiorum naturalem causam assignã[illegible] sydera, & cœlestia signa, cometarum materiã ad suam naturã accommodantia: sic Ptolemeus [illegible] Centiloquio, Aphorismo [illegible]. *forma*, inquit, *quæ generantur, & corrumpuntur cœlestibus formis subiiciuntur, atque ab eis mouentur quæ quidem formæ tunc potissimum imprimuntur, cum materiam aptam nanciscuntur. & ita Perseus exhalatio figurabit milites: Auriga formabit currum: Bootes rusticos. Pegasus equos, & ita de singulis constellationibus aliis.* Augustin. quoque Nimphus lib. 1. Meteororum fol [illegible] 1. col. 4. sic de his loquitur: *Quoad formam accidentalem, quæ resultat ex colore, & figura. figurantur ex parte materiæ: nec vna ratione omnibus sub eadem figura apparent. Nam veluti nubes, aliis apparet equum, aliis campana, aliis bos, procul enim existens, propter differentiam aspectuum non eodem modo iudicatur. Ex parte vero agentis figurantur pro ratione stellarum, quæ in ipsis vim habent sicuti prope globum earum stellarum cernuntur, quæ gallina est, gallina indicantur, vel id genus, vt pauo, vel aquila [illegible] prope sagittarium, vel militem, milites censentur [illegible] nec ab ratione est, figurari hæc ab stellis, à quarum virtutibus fiunt, vt plane cernimus in grandinib[illegible] & lapidibus, & aliis, quæ figurantur pro ratione stellarum. Horum vero motuum duæ possunt esse causæ: vnius alis, vt cœli particularis, frigiditas mediæ regionis e qua repellitur, veluti traiecta. Vnde fiunt venti e variis cœli partibus flare possunt: & aliquando quasi ex aduerso pugnantes; veluti in ipsis nubibus cernimus; quæ propter ventorum afflatus, quasi concurrere censentur: sic miracula hæc variis modis moueri videbuntur, vt aliquando ex aduerso, aliquando ex alio, & alio loco currant, non ergo ab ratione est, vt hæc quasi pu[illegible] nantia iudicentur.* & paulo ante [illegible] [illegible] d[illegible] son[illegible] s, qui in aere fiunt, sic ait. *De [illegible] onis miraculosis secundum quid duo [illegible] mus; horum cau[illegible] [illegible] [illegible] ones, aut exhalationum cum vaporibus, aut cum aere den[illegible], vt si intra tenuem [illegible] rem tenuis exhalatio includeretur, hæc comp[illegible] [illegible] um peteret exitum [illegible] onares ceu ferrum ignitum [illegible] in aqua iner[illegible] itur. Videmus hoc idem in tonitruo, [illegible] [illegible] sione vẽ[illegible] torum [illegible] onitum fernnim aliquando esse [illegible] ñ. Differentia vero sonorum vocum, quæ audiuntur [illegible] multa sunt, & qui le pro differentiis collisionum. [illegible] constellationum, in quarum virtute collisiones fiunt [illegible] emus enim in grandinibus aliquando figuras quæ non fiunt, nisi in virtute stellarum, sub quarum vi proxime grandinum causa agunt. Ex quo sequitur non esse ab ratione, audiri in cœlo mugitus boum, armorum strepitum, tubarum sonitum,*

Astrologorum sententia.

Ptoleme[illegible].

Augustin. Nimph[illegible]

Ratio figuratarum phasmat[illegible]

Ratio [illegible] cursus.

Sonorũ in aere causa.

& id ge-

... compositionibus enim multiformibus existentibus, nihil prohibet sonos audiri multiformes, & voces varias pro varia collisionum ratione, sicut ex collisione aquarum cum ... cauernosis paludum, mugitus, & aliæ voces fiunt, vt ait Aristoteles in libro problematum. huiusque N... . Medicus quidem Aragonensis, Franciscus Raxus dictus, in quatuor libris, quos de cometis scripsit, multa super hac re non vno in loco disserit. Nam 1. lib. c. 2. ex communi massa vaporum, & exhalationum, ait, sidera secundum naturam suam attrahere quod ad se pertinet: sic Saturnus quod sibi simile est, est Mars, & Luna, &c. & inde sortiuntur colorem, & naturam: nam cometæ, cuius materia attracta est à Saturno, vel ab astris Saturni facultatem habentibus, color liuidus est. & ... & ... 7. probat cometarum formas syderum ... turam imitari & c. 8. sic ait, *Prodeunt in lucem formæ venientes à planetarum cum fixis stellis coitu: vt ex Martis cum stellis Sagittarii commixtione, clypei, & ardentia iacula. cum Hercule, Cepheo, Perseo & aliis huiusmodi, homines armati agminatim dimicantes.* & lib. 4. cap. 16. Probat, in ea prouincia, vel vrbe maiorem vim habere cometam, in qua monstra plura visa fuerint: idq; exemplo ostendit ex Iosepho adducto; nã post visum Ierosolymis cometam, mira illa contigere, post quæ crudelissima subsecuta sunt effecta. Sicut in Flandria nostra tempestate accidisse videmus: post cometã visum an. 1558. & in Saxonia monstri genus mirabile è femina natũ est, bouinis pedibus, quatuor oculis, ore, nasoque; cui ab occipite monachalis cucullæ, instar, ingens carnis massa dependebat: vertex tonsura sacerdotali insignis; quæ secuta sunt Lutheri schismatis semina. Horum causæ ad syderum inficientium influxus referendæ sunt: nam in regione, regno, aut ciuitate, in qua maiore influxere infectione, maior sequitur humorũ corruptela; ex qua sequitur, & appetitus, & imaginationis deprauatio: Vnde facile feminę naturæ irritantis impetum sequẽtes, brutis forte cõmisceãtur; aut imaginatione deprauata; q̃ maximi ad fœtus formandos momenti est; in materia etiã infecta, sydere influente infausto, omnium generũ monstra generant: vnde comprobatur terram illam magis infectam, in qua ea monstra proferuntur, sic ille.

Cometarum mira visa, & effecta.

Rationes. Ratio 1.

Potest autem hęc sententia his rationibus confirmari. prima sit. Cœlestia corpora sunt causa figurarum naturalium horum inferiorum, vt ait S. Thomas 3. contra gentes c. 105. ratione 4. Sed hæ figuræ effici non possunt, nisi ab agente habente eas figuras; vel vim eas efficiendi. Sic enim Petrus generat Petrum sibi per omnia similem; & leo leonem. Sed cœlum multa producit immediate cum suis figuris, vt diximus cap. 3. nam facit ranas in pluuiis; & figuras omnium entium meteorologicorum. Ergo in se habet eiusmodi imagines, quas effectis suis imprimat, vt Pegasum ad formandos equos; coronã ad formandam coronam in aere, & ... multa: Vel eminẽter habet illam vim: nõ mirum igitur si naturaliter acies militum formẽtur in aere, ab stellis, sub quibus apparent.

Ratio 2.

Secunda; quia miracula supernaturalia raro, & apud eas gentes fiunt, quæ ad Dei verã cognitionem, aut timorem, illis visis, adducuntur; vt apud Iudæos olim, & modo apud Christianos; aut apud eos qui cõuertuntur; vel quibus Euangelium promulgatur. Sed huiusmodi phantasmata frequenter, & apud barbaras nationes ... sicut ceteri cometæ; & eosdem eum cometis ... dentur effectus significare. Sunt ergo signa naturalia. Assumpta propositio ex historiographis nõ obscure probari potest. Iulius Obsequens refert, L. Opimio & Q. Posthumio Coss. Consæ arma in cœlo volare visa. & C. Mario, & Floro Coss. Arimini canem locutum; arma cœlestia ab ortu, & occasu visa pugnare, & ab occasu vinci. Cuius prodigii meminit Plinius lib. 2. Naturalis historiæ c. 57. dicens: *Armorum crepitus, & tubæ sonitus auditos è cœlo, Cimbricis bellis accepimus, crebroque, & prius, & postea.* Tertio vero Consulatu M... ab Amerinis, & Tudertinis spectata arma cœlestia ab ortu, occasuq; inter se concurrentia, pulsis, quæ ab occasu erant. L. Scipione, & C. Norbano Coss. per Syllana tempora, inter Capuam, & Vulturnum, ingens signorum sonus, armorumq; horrendo clamore auditus, ita vt viderentur duæ acies cõcurrere per plures dies. Pausa itẽ, & Hirtio Coss. cum aduersus Antonium dimicaretur, armorũ, telorumq; species à terra visa cum fragore ad cœlum ferri. Eutropius lib. 6. historiæ, cum Cæsar aduersus Pompeium dimicaret, refert, tantum in acie armorum strepitum fuisse, vt Antiochiæ, quasi aduentu hostium in muros concurreretur. Nimphus quoq; narrat vbi supra, anno Domini 564. acies igneas in cœlo visas inter se concurrentes, à Septentrione in Austrum, magno cum armorum sonitu; pulsis tandẽ Australibus. Anno item 584. duo villici apparuerunt baculis inter se pugnantes. Anno deinde 774. barbatus quidam vir apparuit ignitũ baculum in manu ferens magnum, quo totus mundus exuri videbatur. Inter annos 1174. & 1184. equi armati horribiles in cœlo sunt visi, q circiter septem horis acerrime pugnarunt. Ad hæc demum refert scripsisse ducem Prosperum Colonam, cum an. 1514. rem gereret militarẽ, in Longobardia, visos duos milites armis admodũ munitos prope Vigenanum; tribusq; fere horis pugnasse acerrime, quorũ cum alter victus terga daret, ad tertium inde lapidẽ iter arripuit, altero victore ad secundum lapidem eum prosequẽte; & sic euanuerunt. Multa his similia inueniuntur in auctoribus; quæ longum esset recensere, quorum cum causa dari possit naturalis, iam assignata, & inter nationes etiam barbaras efficiantur, vt cometæ alij, nõ est cur supernaturalia existimentur. Præsertim cum constet illis horrida bella, & neces imminentes, sicut aliis malignis cometis, significata, vt exponunt præfati auctores. Nam illa in libro Machabæorum relata prodigia subsecuta est crudelis in Iudæos Tyrannis Antiochi, qui nec infantibus pepercit, nec senibus, feminis ve. toto namque triduo octoginta millia sunt interfecti, quadraginta millia vincti, totidemq; venundati, templumq; spoliatum, Menelao ductore; & tandem ipse Antiochus, non sine prodigiosa morte interiit: quemadmodum, & ostenta à Iosepho relata subsecuta est extrema Iudæorum, vrbis, templique per Romanos vastatio.

Phantasmatum arma historia. ... lius Obsequens.

Eutropius.

Nimphus.

Confirmatio.

Sententia probanda

Verum, & si improbabilis hæc astrologorum sententia non videatur, ea tamen ratione temperanda est, vt licet hæc ostenta ... causas naturales referantur, non tamen existimemus multa in cœlo huiusmodi visa esse, quæ omnino miracula nõ sint: Vt sane videatur illa fuisse, quæ in lib. Ma-

A chab[illegible] & [illegible] N[illegible] qu[illegible] causa naturalis esse po[illegible] m aram, & templum effulgentis aut[illegible] onis [illegible] ructus [illegible] ipso tem[illegible] auditæ, [illegible] Deo supra [illegible] facta sunt,& cetera supra naturam quoque facta quis [illegible] nec tamen solita fieri ad homines terre[illegible], vt hucusq; recitata, certum est, se [illegible] magnum [illegible] quod beneficium significa[illegible] dum [illegible] modi sunt illa omnia signa, quæ Christi ortum præcesserunt [illegible] nobis super [illegible] rum [illegible] ara. & [illegible] ud, quod Xiphiam appel[illegible] otrore,& [illegible] lore [illegible] aliu nomine [illegible] eam formam dictam, quæ apparuit [illegible] A[illegible] C[illegible], quam [illegible] phus ex q[illegible] sententia lib. 1. Mete[illegible] orum fol. [illegible] pag. 2. [illegible] m qua Sybilla

B Tiburtina Cælar Augusto ostendit virginis candidissimæ puerum [illegible] nu qui [illegible] entem, de quo ei dixit: *Hic puer maior te est, eum adora.* Ferunt autem auctore [illegible] lib. 2 de Recta in Deum fide [illegible] H[illegible] sum esse Romæ eo in lo[illegible], qui nunc Ara cœli, nominatur.

Stellam Magis visam non fuisse ex genere Cometarum.

Cap. XVIII.

Priscillianistarum. Gregor.

PRISCILLIANISTARVM sententia fuit, vt [illegible] Gregorius Homil. 10. in Matthæum; stellam [illegible] in Ma[illegible] visam Christo fuisse fatalem; sicut cuiu[illegible] hominum suam constellationem: Vnde putant per astrologiam cognouisse Chri-

C stu[illegible], & ideo ad eum adorandum ve[illegible] sse. quod [illegible] quoq; Tertulliani placitum in lib. de Idolo[illegible]tria: Vbi inuectus in astrologos, ita sibi obiicit. *Sed Magi, & astrologi ab Oriente venerunt: scimus magiæ, [illegible] astrologiæ inter [illegible] ietatem: Primum igitur ste[illegible] interpretes natum Christum annunciauerunt, primi muneraverũt, hoc nomine [illegible] sum (opinor) sibi obligauerunt. Qui [illegible] tum? Ideo nunc & Mathematicis patrocinabitur illorum Magorum [illegible] ligio? de Christo scilicet est Mathesis hodie stellarum Chri[illegible], non Saturni, & Martis, & cu[illegible]q; ex eodem ordine mortuorum, obseruat, & præ[illegible]ticat. At enim scientia ista vsq; ad Euangelium fuit concessa, vt [illegible] Christo edito, nemo exinde natiuitatem alicuius de cælo interpretetur. Post Euangelium nusquam*

Tertull.

D *inuenias aut Sophistas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut magos, nisi plane punitos.* hæ[illegible] le vere [illegible] ste[illegible] m [illegible] illam fuisse vnam [illegible] bus, pe[illegible] m Christum cognouerunt, & [illegible] ius ortum M[illegible] præsen[illegible]erunt, ducti sua astrulo[illegible], vt Hieronymus quoque sentire visus est in [illegible] d Isaiæ 47. *sta cum incantatoribus tuis.* & in illud Dan. [illegible] *præcepit rex, vt conuocarentur hariolí [illegible] magi.*

Stella [illegible] gis visa in cœlo. Hieron.

Ioannes Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa cap. [illegible] & negat illam stellam e cœlestibus esse [illegible] atam; & in [illegible] u[illegible] fuisse cometem. *A[illegible] guuntur [illegible] quiens, [illegible] frequenter cometæ, [illegible] signa quædam [illegible] teritum regum. qui quidem non [illegible] in a[illegible]ru, quæ ab rerum init[illegible] facta sunt, sed diuin[illegible] a[illegible] tunc tẽpore constituuntur, atq; rursus di[illegible] tur. Cum autem in incarnatione [illegible] alut[illegible] Domini nat[illegible] state secundum carnem pro[illegible] ter nos, [illegible] Magi stella [illegible], non ex [illegible] astris, quæ in principio fa[illegible] a fuerunt [illegible] & ex hoc per[illegible] num[illegible] est, quod aliquando quidem ex Oriente in Oc[illegible] um pera[illegible] bat cursum, aliquando [illegible] ex Borea in Austrum, & qua[illegible], oc[illegible] ultab[illegible] tur quando [illegible] manifestabatur ho[illegible] enim ordinati[illegible] num [illegible] naturæ astrorum non est.*

E

Damasc.

Stella Ma[illegible] gis visa [illegible] cometibus.

A O[illegible] stinus [illegible] S[illegible] 4. nec [illegible] H[illegible] m[illegible] n, & Theoph[illegible], putant probabi[illegible] e [illegible] b specie [illegible] Sanctum Magis apparuisse [illegible] qui [illegible] duxerit: quemadmodum supra Ch[illegible] ord[illegible] ne sub [illegible] hæc [illegible] apparu[illegible] t. Idem Chrysost. Au[illegible] st. & Theop[illegible] l. affirmant fuisse Angelum sub spe[illegible] e, qui, olim sub s[illegible] nubis, & igni ducebat [illegible] pulum Israel, ta[illegible] ntes illos ad Christi præ[illegible] pe, non tanquam irrationalis stella, sed vt ratione vtens.

[illegible] Chrysost. Theoph. [illegible] nctus stella.

Vel Angelus.

Verum illud certius habendum, qu[illegible] multis ex patribus visum est, veram illam fui[illegible] stellam non ex his, quæ in cœlo creatæ [illegible] principio [illegible]

B sed in aere de nouo formatam ad illu[illegible] ministerium, qui iuxta diuinam voluntatem mouebatur. Ita se[illegible] e[illegible] entur Cyprianus sermo. de stella & Magis, Hilarius cano. 2. in Matthæum, Eusebius lib. 9 de Demonstratione cap. 1. Ambrosius 2. cap. Lucæ, Hieron. in cap. 47. Isaiæ, & in 1. Daniel. August. lib. 2. contra Faustum [illegible]. & serm. 5. de Epiphania. Leo serm. 1. de Epiphania. S. Thomas 3. P. q. 36. artic. 7. & Lyra in 2. Matth. Ad hoc autem creata fuit, vt Magis significaret ortum Christi, non ex astrologia, sed ex antiqua Balaam prophetia, qua apud se habebant, attentè expectantes illius ortum; per quem instructi de noui hominis ortu, ad ipsum adorandum præpropere contenderent; vt habet communis Patrum in-

C telligentia, Origenis, Cypriani, Ambrosij, Chrysostomi, Homil. 6. in Epiphan. Hieronymi, Augustini, & cæterorum. Temere ergo Caietanus non vult illam prophetiam Num. 24. *orietur stella ex Iacob*, de hac stella, quæ Magos ad Christum duxit, intelligere.

[illegible] stella de nouo creata.

Cyprian. Hilarius. Eusebius. Ambros. Hieron. Augustin.

Balaam prophetia.

De Naturali Vaticinio per artem auguratricem.

Cap. XIX.

SEQVITVR vt agamus iam de ea vaticinatione, quæ fit per motus bellu[illegible]num, vt per auium garritus, vnde Augurium d[illegible] tum est, & Vates augures; aut per inspectionem [illegible] latus eorum, ex quo Auspicium, & Aruspices, seu Auspices nominantur. Nam cum bruta animalia, quo-

D ad omnes suorum corporum dispositiones, & quoad animam sensitiuam, & eius facultates, quæ sunt actus organorum corporeorum, subiaceant dispositioni e[illegible] ntrineorium c[illegible]rporum, & [illegible] p[illegible] mis cœlestium, vt notauit S. Thom[illegible] 1. P. q[illegible] ar. 4. in argumento [illegible] & [illegible] 2. q. 95 ar[illegible] & q. de Prophetia ar. [illegible] ad [illegible] 9. & [illegible] la effici[illegible] nt aliqua futura effecta; simul efficiunt in corp[illegible]ribus præuias aliquas dispositiones ad illa effe[illegible]. Vnde illa in-stinctu quodam, ex illa di[illegible]positione concitata, a[illegible] quas [illegible] ositiones, & actiones operantu[illegible] non q[illegible] m effi[illegible] nt futura effecta, [illegible] d [illegible] gnificant. [illegible] cornicula crocitatu [illegible] pluuiam prænunciat; & aues similes [illegible] us concitationibus. Vnde dixit Ierem[illegible] cap. [illegible]. *Miluus in*

Auguratiuum.

Signa effe[illegible] in animalibus.

Cornicula.

E *cælo cognouit tempus suum; turtur, [illegible] hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui.*

Et hæc ars agricolis in [illegible] frequens: eamq; probant Aristote[illegible] de historia animal. c. 1. & [illegible] & lib. 2. de cœlo text. 10. Theophrastus lib. de signis, [illegible] de diuinatione multis ex Ennio exempl[illegible] ductis, Plinius, Solinus, &

Artis huius approbatio,

Ælianus,

Ælianus, & cæteri, qui animantium naturas, & proprietates descripserunt: quibus annumera historicos, & Poetas, quorum vnus sic canit apud Ciceronem.

Poetarum testimonia. Virgilius.

Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti,
Nunciat horribiles clamans instare procellas.

Sic Virgil. Georg.

Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi,
Clamoremq; ferunt ad littora, cumq; marinæ
In sicco ludunt fulicæ; notasque paludes
Deserit, atq; altã supra volat ardea nubẽ, & c.

Item Virgil. ibid.

Aera fugere grues: aut bucula cælum
Suspiciens, patulis captauit naribus auras:
Aut arguta lacus circum volitauit hirundo:
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam;
Sæpius & tectis penetralibus extulit oua;
Angustum formica terens iter, &c.

Præsagia diuersa.

B Huiusmodi certe signa proposuit natura rudibus agricolis, & nautis, sicut, & pastoribus concussionem vellerũ ouium, & aurium animalium, præsertim asinorum, ad quas culices aeris humiditatem sentientes confugiunt; vt futura prænoscant. Sic mulieres domi agentes, dũ conspiciunt gallinas rostro ad turbidos solis radios pediculos inter pennas quæritare, & vt ait Poeta; *scintillare, oleum & putres concrescere fungos,* pluuiã præsagiunt.

Præsagia in corporibus humanis.

Præter has autem pluuiarum, & tempestatum præsagitiones communes, potest homo ex similibus motibus, vt notat commentator S. Thomę, etiam præuidere bella, hominum seditiones, & rixas; siquidẽ cœlum dum bilim in animantibus auget, qua ad motus eiusmodi, voces, mugitus,
C garritus, & similes excitantur, simul ostendit eosdem motus in humanis corporibus excitari, quibus, nisi resistant, ad eosdem furores instigantur.

Præsagitionis huius causa.

Quæ futurorum præsagitio, vel prouenit immediate è cœlo eiusmodi dispositiones efficiẽte in corporibus, & organis animalium, & ipsi' hominis: vel mediate, quod cœlũ eleuet è terra vapores, qui oleo v.g. adherescunt & aeri circumstãti, vnde stridet in lucernis, vt accidit cum oleo admiscetur aqua, & ideo pulices, & muscæ infestius mordent, q̃ exsiccentur vaporibus humidis sursum euectis, vehemẽterq; quærunt morsu sanguinem sugere, quo humor abiens instauretur.

De Naturali Vaticinio per Physiognomiam.

Cap. XX.

Vaticiniũ ex corpore humano.

D ABSOLVTA disputatione de naturali per astrologiam vaticinio, & per ea, quæ ex ipsa dimanant; nũc de ea parte naturalis vaticinationis disseramus oportet, quæ ex humani corporis externa inspectione desumitur. Hæc si toti' corporis sit, *Physiognomia* vocatur: si ex singulis eius partibus hauriatur, ab ipsis nomen nanciscetur; nam à fronte *Metoposcopia*: à manu *Chiromantia*: à pede *Podomantia*, & sic ex aliis, nominatur. Docet hæc ars quot næuos, quot rugas, quãtasq; in fronte, in manibus in pedib. natura descripserit. Notant ei' periti quales oculos, quæ supercilia; qualem frontem, quale caput, qualem nasum, quales
E dentes, quale mentum, collum, pectus; ventrem, coxas, crura, pedes, quisq; fuerit à natura sortitus. Ex omnibusque, non de hominis actionibus, numero, loco, & tempore; non de personis signatis, nõ de alienę voluntatis futuris: sed de animi propensione, ac procliuitate in has, aut illas actiones vaticinia componunt. Horum autẽ omnium ra-

Physiognomia. Metoposcopia. Chiromantia. Podomantia. Artis huius doctrina.

Præsagio propensionum.

A ratio ad astrologiam naturalem, de qua superius diximus, reducenda est quia homo eam sortitur complexionem, idq; temperamentum, q̃ à cœlo in sua natiuitate nactus est: & talem complexionem sequatur necessario talis organizatio; & hanc organizationem talis figura; & tales humores sequantur tales colores, sequitur vt ex tali colore, ac figura colligat physiognomus, & medicus humani corporis temperamentum, & humores, quibus adigitur ad operandum. sic gentium, prouinciarum, vrbium, & singulorum hominum mores, ingenia, & propensiones describuntur à Petro Montio lib. de multiplici temperamento. De hac re scripsit Aristoteles librũ, quem vocauit Physiognomiã; scripsere, & multi ex medicis. Ea vero solũ certitudine possunt physiognomi ex eiusmodi
B signis futura vaticinari, qua diximus astrologos posse præscire, ac diuinare, astrologiæ beneficio.

Astrologia initium huius artis.

Scriptores.

Certitudo vaticinij huius.

De chiromantia tantum dubitatio est, quæ è lineis volæ manus docet futura prædicere: quam Philosoph' tueri videtur in Problematibus sect. 10. q. 48. dum quærit. *Cur qui manum casuram per totam obtinent palmam, viuere diutius possint:* &c. Tum etiam Albertus magnus in speculo Astronomico, cap. 16. & astrologi complures. Quid enim obstat asserere tales lineas ex tali manare complexione, & corporis temperamẽto? Certe ex multis similibus signis Aristoteles multa præsagit, vt eo locis q. 47. homines raris dentibus præditos, magna ex parte breuioris fore vitæ prænunciat. & in Phy-
C siognomicis mores internos colligit è partib. externis colligatis, complexis, rugosis. sic qui frontem habent paruam indisciplinabiles vocat: qui valde magnam, tardos: qui rotundam, insensatos: qui quadrangulam, magnanimos, & similiter alios. Cum ergo omnis externa corporis forma, partium magnitudo, motus, vox, & alia, ab interna complexione dimanent, & lineæ manus ad naturalem externam corporis figuram pertineant, poterunt ex ipsis, tanquam ex signis colligi hominum complexiones, indeque illorum ad varias actiones propensiones, eo modo, eaque certitudine, qua supra diximus. Id quod videtur illis verbis Iob confirmari cap. 37. *qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.*

Chiromantiæ ratio. Aristoteles.

Albertus.

Artis huius probatio.

D Ceterum Theologi hunc vaticinandi modum reprobant. cum lege 2. t. 23. Part. Sed reprobant quidem superstitiosas illas montium notas cælestibus signis dicatorum, lineas fictitias, & artificiosas: ex quibus certas de humanis actibus, personis, tempore locoq; distinctis, diuinationes, siue præteritas, siue futuras denunciat. Quod si lineæ, rugæq; à natura profectæ considerentur; q̃s inficietur, quin sicut per rugosam frontem, ita per delineatã manum, & rugis veluti distinctam aliquid præsignificari valeat: nempe hominis temperamẽtum, & ad varias actiones propensiones: atq; ex morali cõiectura ipsum opus, nisi affectus ille suos moderetur, vt sapiens, astrisq; sibiq; dominetur. Quæ signa ergo ex physiognomica ma-
E nuum constitutione desumuntur, futura quidem præsignificant, sicut ea ipsa, quæ ex facie. Atq; ita auctore Aristotele lib. 1. de historia animalium cap. 15. pars interior manus, quæ vola dicitur, si carnosa sit, & fissuris vitæ indicib. distincta, cum singulæ aut binę per totam ducuntur, longiorem vitam; si non longitudinem totam pertingunt;

Artificiosa chiromantia reprobatur.

Naturalis probatur.

Aristoteles.

breuio-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Facie exprimitur animus.

breuiorem designant. Sicut ergo in facie animus exprimitur; vt fortitudo 1. Paral. 22. *facies eorum, quasi facies Leonis.* & Sapientia, Ecclesiastę 8. *sapientia hominis lucet in vultu eius,* & lætitia, Prou. 15 c. *Cor gaudens exhilarat faciem.* Ex passionum, & ex passionum vacuitate etia possumus in manu potius quam in quauis alia parte signa mores denotantia. Nam manus magna multis lineis distincta, neque labris neq; pilosa, longis constans naturali proportionem inæqualibus facile & adducantur, & abducantur; qualis est maxime humana manus, sapientiam in probos mores. At cutta, & rotunda, breuibus & æqualibus, tumis, valdeq; pilosa; qualis erat Esau; aut vngues habens incuruos, & longos, nullis aut paucissimis distincta lineis, belluina est, & bruta aliqua refert. Quare man' significabit hominem agrestem, & ferum, instar vrsi: vngues incurui, rapacem more accipitris: rotunda, breuis, ac sine lineis, stupidum; qualia quadrupedum plurima: ita qui contractas gerunt manus, timidi, & auari esse dignoscuntur: contra, qui extensas, audaces, & liberales: qui pendentes, aut demissas, aut vnam super aliam, desides: qui clatas, aut mobiles, solliciti, & negotiosi: qui ad faciem, aut ad os adducunt cogitabundi. qua de re, ne longius producamus sermonem, Valesius Philippi 2. Hispaniarum regis protomedicus libro de sacra philosophia cap. 32. disputauit.

Manuum præsagium.

Mores manibus indicati.

Vaticinandi vim ipsi animæ inesse qui sentiant.

CAP. XXI.

GRAVISSIMA, & ambigua valde olim difficultas fuit de ipsa hominis anima, num sit illi à natura insita facultas diuinandi; quæ quoad fieri possit, hoc in loco superanda est; vt possimus postremam vaticinandi artem substruere. Enimvero vetustiores philosophi, qui de sua sapientia gloriabantur, quibus nonnulli hac tempestate consentire arbitrati sunt, facultatem inesse animæ à natura inditam futura diuinandi. Hanc fuisse Platonis mentem, & Stoicorum, Aristotelis, & Dicæarchi, Plutarchus afferit lib. 5. de placitis philosophorum; inditum à natura instinctum quendam, afflatumq; diuinum, quem fanat cum furore vocant, fereq; lymphaticum. & Plato quidem de legibus p. 35. Vaticinium definit, *facultatem diuinandi ea, quæ dij cogitant.* & in Dialogo de Natura, sic, inquit, *Quod autem dementia humanæ Deus diuinandi vim dederit, illud argumento esse potest, quod nemo dum sana mente est, diuinum, & verum vaticinium vllum assequitur; sed cum vel somnio prudentia vis præpedita est, vel oppressa morbo, vel diuino aliquo raptu a sua sede dimota fieri diuinatio solet.* & in Apologia pro Socrate, eius nomine dicit, *eos qui proximi sunt morti, solere diuinare.* Aristoteles in Problematibus sect. 30. problem. 1. *Multi,* inquit, *propterea quod ille calor vicinus menti in vicino est, morbis vesaniæ implicantur aut instinctu fanatico inseruntur, ex quo Sybillæ efficiuntur & Bacchæ, & omnes qui diuino spiraculo instigari creduntur, cum scilicet id non morbo sed naturali intemperie accidit.*

Animam natura præsagire qui sentiant.

Philosophorum placitum.

Plutarchus.

Plato.

Aristoteles.

Quintus frater apud Ciceronem lib. 1. de Diuinatione late probat hanc sententiam, ita disserens. *Igitur assentior iis, qui duo genera diuinationum esse dixerunt vnum, quod artis esset particeps: alterum quod*

Q. Frater.

Diuinationis genus duplex.

arte careret. Carent autem arte ij, qui non ratione, aut coniectura, obseruatis, ac notatis signis; sed concitatione quadam animi, aut soluto, liberoq; motu futura præsentiunt: quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem; vt Bacchis Bœotius, vt Epimenides Cretensis, vt Sibilla Erithræa. Cuius generis oracula etiam habenda sunt, quæ instinctu diuino, afflatuque funduntur. & infernus. *Cum est somno seuocatus animus a societate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. Iacet enim corpus dormientis, vt mortui; viget autem, & viuit animus. Quod multo magis faciet post mortem, cum omnino ex corpore excesserit. itaq; appropinquante morte multo est diuinior.*

Porphyrium his subiicit, quem refert Iamblicus de mysteriis Ægyptiorum §. de somniis diuinis, & humanis. Sic enim ait. *Porphyrius, inquit, vaticinium esse passionem quandam phantasiæ, suborta vel ex cogitationibus nostris, vel instinctu corporalis in nobis naturæ, vel similiter incidentem, vt & phreneticis contingit vaticinari.*

Porphyrius.

Philosophorum hanc sententiam nonnulli ex patribus sua roborant auctoritate. Gregorius Basilij frater in lib. de hominis opificio c. 13. sic ait. *Idcirco memoria confusa, & vis præsagiendi aliquando, ea, quæ deinde comprobaret euentus, indicauit. Nam præter eam, quæ in corporis est temperamento, crassitiem habet quiddam per naturæ subtilitatem, quo res perspicere possit. Neque tamen illa est vis, vt directo futura declaret, deque iis dilucide, atque aperte nos doceat: sed est tantum quædam obliqua, & ambigua futuri euentus significatio, quam ænigma vocant, qui in his interpretandis versantur.*

Gregorius Nyssenus.

Augustinus deinde, quem ex 12. lib. Confessionum refert S. Thomas 1. P. q. 86. art. 4. ad 2. *Anima,* inquit, *habet quandam vim sortis, vt ex sui natura possit futura cognoscere: & ideo quando retrahitur a corporeis sensibus, & quodammodo reuertitur ad seipsam, fit particeps notitiæ futurorum.*

Augustin.

Sed & magnus Gregorius luculentius lib. 4. Dialogorum c. 26. de hac re ita disserit. *Ipsa animarum vis subtilitate sua, aliquid prauidet. aliquando autem exituræ de corpore animæ per reuelationem futura cognoscunt: aliquando vero iam dum in ea fit vt corpus deserant diuinitus afflatæ in secreta cœlestia incorporeum mentis oculum mittunt. Nam quod vis animæ aliquando subtilitate sua ea, quæ sunt ventura, cognoscat, patet ex eo, quod quidam aduocatus, qui in hac vrbe ante biduum lateris dolore defunctus est ante paululum quam moreretur, vocauit puerum suum; præparari sibi vestimenta ad procedendum inquit. Quem dum puer quasi insanire cerneret, eiusque præceptis minime obediret, surrexit, vestimento se induit, & per viam Appiani ad B. Sixti Ecclesiam se esse processurum dixit. Cumque post modicum ingrauescente molestia esset defunctus, deliberatum fuerat, vt apud B. Ianuarium martyrem, Prænestina via, eius corpus poni debuisset. Sed quia longum hoc iis, qui funus eius curauerant, visum est, repente orto consilio exeuntes cum eius funere, per viam Appiam nescientes quod ille dixerat, in ipsa cum Ecclesia, quam dixerat, posuerunt. Et cum eumdem virum curis secularibus obligatum, lucrisq; terrenis inhiantem fuisse nouerimus, vnde hoc prædicere potuit, nisi quia id quod futurum erat eius corpori, ipsa vis animæ, ac subtilitas prauidebat* causidicus ille.

Exemplum.

Gregorius magnus.

Videamus iam an rationibus possit hoc placitum cõtineri. Ratio prima sit. Nihil est quod lateat animum à corpore abstractum, & naturæ suæ redditum, ex iis, quę Deus, mediis Angelis in huc mundo fieri statuit. & hoc ex naturali cum illis connexione, & coniunctione. Sed qui natura sua

Ratio 1.

omnia

A [illegible] test ea pronunciare; ergo qui na- [illegible] p[illegible] e[illegible]ia, [p]otest ea diuinare naturali- [illegible] t prædicere. Propositionem lautissime probat [illegible] Ficinus lib. [illegible]. de immortalitate animæ [illegible] fat[illegible] & Prophetis. [illegible] inquit. *Quando animus omnino erit sejun[ctus] [illegible] a corpore, omnem, vt est apud Æ[gyp]tios, comprehẽdet locum, & omne tempus. Imo vero tã pene e[s]t talis animi [sua] sapte natura v[b]ique, & semper, qui vi multa loca, & remotißima circumspiciat atq; totum recolat præteritũ tempus, & futurum [pro]spet, non e[ge]itur extra [se] progredi: sed vel [in] to corpore in se reuersus, id prop[r]ius asse[q]uitur [illegible] aut qui natura sua vbiq; est, & semper, [v]t ar[b]itrantur Ægyptij. aut quia cum in naturam [s]uam [re]cipit, statim numini coniungitur, oẽs & locorum, & temporum terminos comprehendentis.* Nam

Tres rerũ ordines.

B [illegible] s rerũ [illegible], seu [co]ligationes cõsiderat. Superiori[s] [or]dinis primum Deus est, infimum, [illegible] Angeli. In altero ordine [illegible], primum c[illegible] m[illegible] [illegible]; infimũ anima hum[a]n[a], media animę cæ[les]tes. In tertio ordine naturę, primu est c[or]pus cœleste infimũ corpus humanum, media sunt corpora el[e]mentar[ia]. Quos [illegible] es ordines. Q. Frater apud Ciceronem lib. 1. de Diuinatione adstruxit, dum dixit, *oẽm diuinandi vim a Deo, a fato, & à natura dimanare.* In quibus ordinibus ita sunt inferioribus cõnexa [su]periora, vt per media radios suos dispertiãt in il[l]is; & sicut cum quis caput tecti ligni humi iacentis digito pul[s]at, v[sq]; ad alterum ligni extremum, pulsatio vel leuissima te[r]-nat: sic [in] mutua mentium connexione scinti[l]larum infusio à superiorib. per medias [a]d i[n]feriores

Q. Fratec.

C continuo per prouidentiã dimanat, [a]c nutus animæ primæ mutua conspiratione in medias, & ex his in infimas transit per fatum: ita naturatu[s] [illegible] corporum superiorũ affectus, & instinctus in naturas & [c]orpora inferiora trans[f]unditur: licet ratio a[n]i[m]is intenta his appul[s]ibus non attendat, nisi ad se tenertatur. exẽpli gra[tia]: Ratio pluuiæ cras futuræ hodie regnat in cœlestib. corporibus; eadem per elementa dimanat, quousq; naturã humorum corporis nostri pulset, pituitã videlicet aqueum humorem; pituita pulsat spiritum; hic su[sci]tat eas imagines, q̃ in vacante phantasia, rationeq; sunt ad pituitã pertinentes, vt subit[o] cogitemus flumina, imbres, aogues, anguillas, & similia, quibus quasi metaphoris pluuiam pręsagit

Exẽplum.

D anima. Contingit aũt hęc vacatio septem modis; per somnum: per syncopen; hoc est, p casum hominis semiuiui: per melancholiam: per temperatam complexionem: per solitudinẽ: per admirationem: & deniq; per mentis castitatem. Confirmat hæc Posidonius apud Ciceronẽ lib. [illegible]. de Diuin[a]tione, Qui *tribus modis censet Deorum appulsu homine somniare vno, q̇ prauideat animus ipse per sese, quippe qui deorũ cognitione teneatur. altero q̇ plenus aer sit immortaliũ animorum; in quibus tanq̃ insignita nota veritatis appareant. Tertio q̇ ipsi dij cum dormientib. colloquantur; idq; facilius eueniit appropinquante morte, vt animi futura augurentur. Inest igitur in animis præsagitio extrinsecus iniecta; atque inclu[s]a diuinitus: ea si exarsit acrius, furor appellatur, cum [a] corpore anim⁹ abstractus diuino instinctu concitatur.* [illegible] ill[illegible] Ig[itur] [s]i di[ui]natio à

Vacatio septuplex.

Posidoni⁹. [t]riplex de[orum] appulsus.

E natu[ra] corporum cœlestium in nostra dimanans naturalis est: erit ergo naturalis, q[uæ d]imanat a Deo p prouidentiã in mẽtes nostras med[iis A]ngeli: & q̃ à fato per ido[neos] anim[illegible] tũ in nostras fundit animas; vt iuxta Platonis doctrinã colligit Mar[si]lius.

A Ratio [al]tera à simili ducitur. Furor poeticus diuini[t]us aduenit, & tñ naturalis est: ergo diuinatio, & si diuinitus adueniat, naturalis [eri]t. Futorẽ p[o]eticum diu[inum] [illegible] [s]olẽne est apud [P]latonem. [illegible] diui[illegible] ne. primum: q̇ om[illegible] [illegible] in suis poematibus poetæ [illegible] qu[illegible] [illegible] cerũt. Alterum q̇ multa [illegible] a quidẽ mirabilia, q pau[l]o [p]ost[illegible] [illegible] inxet non satis i[nte]ll[igunt] [ad]mirantur, qu[illegible] si pronunciauerint [se]d D[e]us per eos ceu tub[illegible] [c]lamauerit. Tert[ium]: q̇ non di[illegible] [illegible]ssimis, [in] omnibus artibus [illegible] ac [illegible] exc[illegible] poeti, nisi ad hæc accesse[rit] fer[illegible] [illegible] la [illegible] concitatio, quo Deus ho[illegible] in gene[illegible] re, non hominu[m] inue[illegible] ac [illegible] ęcla [illegible] sed cœle[st]ia

Ratio 2.

Furor poeticus diuinus.

Plato.

Signa tria furoris diuini.

B mune[ra]. Vnde in Phed[ro] [illegible] en[illegible] um fur[o]rem definit, Occupati[o]nem [illegible] [illegible] ttica lene[illegible] & [illegible] perabilem ani[illegible] m e[illegible] am. atq; exagit[e]t per cantilenas, aliam[illegible] po[illegible] [illegible], ad gen[illegible] um instruendum. Ne[g]at [s]i[ne] *furore*, De[mocri]tu[s] [apud Ci]cerone lib. 1. de [Diuinatio]ne, *quemquam poetam magnum esse posse.* & lib [illegible] *[s]ape au*dim, ait [ill]e, *poetam bonum neminem* [illegible] id q̇ a Democrito, & Platone scriptis relictum esse dicunt *sine inflammatione animorum existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris. Nam e[st] Deus in nobis, agitante calescimus illo [i]mpetus ille sacra semina mentis h[abet]*, dixit Ouidius: & pro Archia poeta Cicer[o] *At [v]ti si in*quit, *a summis hominibus, liberalißimisq; accepimus, ca-*

Poetici furoris ratio.

Democritus.

C *terarum rerum studia, & doctrina, & præceptis, & arte constare. poetam natura ipsa valere, [&] mentis virib. excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari.* Est [ig]itur furor hic, & si diuinus, à [na]tura d[ic]tus, ac p[illegible] de naturalis, q̇ certam hominis temperiem consequatur, certamq; requirat naturalem di[s]positionem caloris cerebrum calfacient[is], & afflantis; q̃ vinum efficit, vt ait Aristot. se[ctio]. [3]o. Problemate [illegible]. q̇ calidum est, & flatuosum. Tum d[e] [illegible] de atra bilis, si admodũ incalescat, secuntar am[illegible], cantilena[s] pa[r]it, & mentis [a]lienationẽ: & [n]aturali in[illegible] ene id ac[c]i[d]at, non morbo, instinctu lymphati[illegible] c [illegible] inferuescere, & diuino qu[i] [illegible] sp[illegible] ulo[illegible] [illegible] ti. vnde Marc⁹ ciuis Syracusanus, poet[illegible] [illegible] oterat, dum mente alienare-

Ouidius. Cicero.

Dispositio ad poetam calor.

Vinum. Aristot. Atra bilis.

Marcus. Horatius.

D tu[r]. atq: Horatius in arte Poetica sic de se [l]oquitur. *O ego læuus qui purgo bilem sub verni temporis [hor]a: non alius faceret meliora poemata: Verum nil tanti est.* Te[rt]io indi[g]natio [illegible] le[illegible] cadem [ra]tione ad carum facil[e] excitare & d[u]c[illegible] [illegible] ponen[d]um: Ideo Iuuenal s[illegible] at[illegible] a [illegible] *[s]i natura negat, [f]acit indignatio versum qual[e]cumque pote[s]t.* Q[uart]o: præstat idipsum amor. hinc Plato in conuiuio. *Quilibet, licet antea rudis, poe[t]a euadit cum primum amor afflauerat: ex quo perspicue coniectare licet amorem peritum esse poetam.* Igitur cerebri flatuosa calefacti[o] [v]ndecumque proueniat [illegible] temperie c[on]stitu[t]a, naturam excitat ad m[odos] eloquenda pe[r] [c]antilenas, Hominemque sup[ra] [se] pene c[on]stituit

Indignatio Iuuenalis. [illegible] poe[tam]. Plato.

Calor flatuosus poetam facit.

Similiter de diuinatione licet col[ligere] [illegible] quæ

E certam quoq; in [h]omin[e] d[is]positione[m] [illegible] [ex]ui-tur, certamq; naturam. Nam propterea [d]ixi[t] Aristoteles, *multos, calor sedi mentis in vicino [ca]lente, instinctu lymphatico in eruescere ex quo Sybillæ sic nuntur, & Bacchæ, [&] omnes q; diuino spiraculo instigari creduntur.* Sic Socrate[m] [illegible] m Aristote[l]es [mela]ncholicum indicauit, mu[l]ta præsentiebat, id Plat[o] c

Diuinatio sequitur calorem certum. Aristot.

Socrates.

atte-

Enarchus [illegible] Xenoph[illegible] Apu[illegible] Enarchus com[illegible] vere [illegible] Pl[illegible] de an[illegible], ad [illegible]s, dixit, [illegible] morb[illegible] um, [illegible] N[illegible] m[illegible] erat [illegible] e-nit. q[illegible] d [illegible] prodit[illegible] Id [illegible] rco [illegible] us ff[illegible] 4. R[illegible] quo [illegible] te. [illegible] m[illegible] mus [illegible] on [illegible] qua [illegible] c [illegible] n [illegible] calor a[illegible] an[illegible] acc du[illegible] quo[illegible], il[illegible] de [illegible], & [illegible] nui[illegible] bi, & [illegible] ipi[illegible] tu in[illegible] p[illegible] h[illegible] na[illegible] ne ta[illegible] *[illegible] m[illegible] omni [illegible] corpo-ribus, cuo [illegible] ard[illegible] ea quo[illegible] a-ma [illegible], que [illegible] [illegible] ramen[illegible] animantur tali ani-me qu[illegible] in non inhaerent [illegible], qui suno quodam [illegible] cum, [illegible] intuanti [illegible] qui-* dem [illegible] hu[illegible] tentiae pro[illegible] ta.

Nullam vim inesse animae futura [illegible] sis praeuidendi.

C a p. XXI[illegible].

ET [illegible] multos e[illegible] o [illegible] perior sen-[illegible] habu[illegible] et tamen op[illegible] us [illegible] ibus, & p[illegible] Philo-soph[illegible]s, & [illegible] tatione, adeo vera [illegible] mpto-bitur, [illegible] ne [illegible] erwate, ne dicam, fine er[illegible] te, desecu[illegible]. C[illegible] Plato eam tuet[illegible], qui vbi-[illegible] om[illegible] inationē concedit, à D[illegible] me-[illegible] is dæm[illegible] diuinare asseuerat: dicit enim in C[illegible] per dæmones a[illegible] vaticiniū omne pro[illegible] ratio & magi[illegible]. Deus homini nō [illegible] edi [illegible] in [illegible] igilantibus, ac [illegible] nec [illegible] præter [illegible] locis do-[illegible] Marsil[illegible] eius [illegible] omment-[illegible] to[illegible] la[illegible] atione re[illegible], Deum, & An-gelo[illegible] lat. ne[illegible] altera dæmones, nec [illegible] natu[illegible] vt ap[illegible] quētè dicemus. [illegible] A[illegible] lib. de [illegible] ne per somnium, [illegible] naturæ co[illegible] cap[illegible] ea est de qua mox [illegible] loquatur. *Plurima vero ac-[illegible] apim [illegible] maxime aut [illegible] tran[illegible] gredien-[illegible] quorum [illegible] in nobis, et de naualis [illegible] qua [illegible] accidunt, [illegible] nam & [illegible]* [illegible] eos, qui [illegible] t, & [illegible] [illegible] at [illegible] te lib. [illegible] D[illegible] ne [illegible] *[illegible] aute haud [illegible] nec cardiaco hoc tribuen-dum sit, n[illegible] phrenetico [illegible] n vitiosi [illegible] est diuinatio. &[illegible] igitur in ani-[illegible] extrinsecus [illegible] ad [illegible] a corpore animus [illegible]* atur. H[illegible] cont enta [illegible] ne, cu[illegible] m-[illegible] ice [illegible], aut [illegible] mus p[illegible] e[illegible] tlo-[illegible] a-[illegible] lam [illegible] umlib, [illegible] Ægyp[illegible], n[illegible] ipsi[illegible] m al[illegible] Va[illegible] nd [illegible] *ar[illegible] or [illegible] a[illegible] nibus, moc [illegible] ssi-*

[illegible] *mea, a[illegible]* cat [illegible] b[illegible] *in[illegible] m[illegible] intiones erant de [illegible] diuino prima [illegible] rebat [illegible] da [illegible] de [illegible]. Pri[illegible] in co[illegible] an[illegible] a tot [illegible] t re[illegible] in m[illegible] aut quando eiu[illegible] bene-tior, fine a[illegible] aut quando c[illegible] motu ue[illegible] a aut cum men[illegible] nda ponit illum [illegible] com-plexionem scilicet, [illegible] aut [illegible] temper[illegible] inequali [illegible] quidam [illegible] at [illegible] ff[illegible] certum spiritu [illegible] tam [illegible] pa[illegible] ru[illegible] cōpos[illegible]. nam afflat[illegible] dice[illegible] cendo [illegible] co[illegible] citudine [illegible] potet [illegible] mi-nus vltra terminos [illegible]* monis dixi[illegible]. *Porphyrius, in [illegible] rū partim esse ex nobis, partim a [illegible] ipsa [illegible], solum extr[illegible] adueniri [illegible] a[illegible] imusq; nonnulla ad hoc pr[illegible] anni aucupand[illegible] tamen datur [illegible] pe id non q[illegible] tib[illegible] tur.* [illegible] tio [illegible] ex [illegible] H[illegible] u[illegible] prop[illegible] te[illegible] aufe[illegible] d[illegible] vt[illegible] D[illegible] e ess[illegible] senten[illegible] Procul[illegible] mon[illegible] cap. Q[illegible] od cognitio futu[illegible] tiū est apud [illegible] hteră præter[illegible] n[illegible] tans, nihil temere [illegible] hil minus magis [illegible]

S[illegible] iam [illegible] rationi [illegible] m um S. Thomæ [illegible] q. 8. art. 4. & [illegible] phi-losophorum sententiam [illegible] ho [illegible] o potest res [illegible] nisi quatenus exi[illegible] o se, [illegible] cau[illegible] fut[illegible] ichet [illegible] non existunt in se, nec in [illegible] præ-[illegible] in Dei v[illegible] ar[illegible] Ergo nequeu[illegible] Deo [illegible] Propo[illegible] suppolita; a[illegible] ptio ꝑbatur. Q[illegible] a [illegible] te d[illegible] bet [illegible] no[illegible] ipiam, q[illegible] m[illegible] lib[illegible] no[illegible] sta[illegible]: vel [illegible] pe[illegible] futuræ pro[illegible] b ipsa anima qua[illegible] re deo[illegible], qu[illegible] ipsam De[illegible] n. V [illegible] atur: [illegible] esse ne [illegible] la [illegible] Vel [illegible] om[illegible] P[illegible] m[illegible] ottin[illegible] & [illegible] ceu[illegible] Vel[illegible] species, & n[illegible] de[illegible] bus plenus est [illegible] Vel pe[illegible] abst[illegible] taram [illegible] m, [illegible] ent Ari[illegible] o [illegible] & [illegible] nonp[illegible] un [illegible] al[illegible] q; e[illegible] abstrahere inte[illegible] e [illegible] eo, qui est [illegible] &, [illegible] ituras up[illegible] e Dei noi subtili[illegible] us [illegible] na[illegible] q. 9. art. [illegible] aturalem [illegible] mn[illegible] on magis quam

Enarchus [illegible] Ebiaeus. Cicero. Sententia opposita [illegible] Plato. Aristoteles. Q. Frater [illegible] Anima [illegible] Cicero. Ptolom[illegible] [illegible]

Opinio [illegible] ex de[illegible] cimo. Ratio [illegible] op[illegible] [illegible] oclos. Augusti[illegible] Ratio [illegible] tur. Animæ cognitio.

[illegible] cæco ad videndum. Sed id esse Dei pro[illegible], a quo ea cognitio dimanat immediate, [illegible] angelos reuelante. Nam vt dicitur Sap. 7. *per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, & Prophetas constituit.* & 2. Petr. c. 1. *omnis Prophetia scriptura propria interpretatione non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines.* N[illegible] [illegible] proprium est, iuxta Isaiam c. 41. *Annunciate nobis quæ ventura sunt, & dicemus quia dij istis* [illegible] ergo [illegible] la est in homine [illegible], ergo ne[illegible] neque [illegible], neque in [illegible]gnatio, [illegible] abstrac[illegible] per som[illegible]m, aut [illegible]ncopen, [illegible] alia inflammatio [illegible] prodesse vllo [illegible] pot[illegible] ani[illegible]um ad hanc co[illegible] [illegible]nus, quam a cæ[illegible]lo splendor [illegible]luce[illegible] affulgeat ad colores videndum. Sed v[illegible] quidpiam aliquo modo disponat ad [illegible] prophetiam, vt probare videtur [illegible] loco di[illegible].

Naturale prodest [illegible]

De Naturali modo futura prauidendi per phantasiam.

Cap. XXIII.

Si [illegible] OEM nulla inest vis naturalis animæ futura in seipsis præuidendi, reliquum est, vt inuestigemus, vtrum [illegible] phantasmate aliqua signa appareant futurorum ex aliqua naturali causa, per quæ mens ipsa futura præuideat, quæ valeant à vate prænunciari. Duobus modis, vt colligi potest ex Arist. lib. de Diuinatione per somnia, quem sequuntur, & exponunt Themistius optime, Albertus Magnus, & S. Thomas, præsertim 1. p. q. 86. art. 4. ad 2. & 2. 2. q. 95. art. 6. ex Gregorio Nysseno lib. de hominis opificio c. 13. Contingit naturaliter hominem præsentire in somnis futura: Vno modo per somnia animalia: cum res eas in somnis cogitamus, in quibus interdiu sumus occupati. quod dupliciter accidit, aut per consultationem, cum cœpta de rebus agendis anxia cogitatio continuatur in somnis, in quibus inueniuntur tunc temporis accommodatissima media ad finem consequendum; quæ expergefacti opere præstamus, quasi à Deo admoniti; & intellectus expeditus ea præuidet opportuna esse ad finem intentum. aut per causas internas affectuum vehementium odij, amoris, desiderij, spei, timoris, quibus homo nimis ad personas, aut res affectus, quod harum rerum species valde actuosæ sint, & ad excitandam potentiam efficaces; quasi minutulæ passiones, quæ sunt exigua passionum imminentium initia, incitant ad appe[illegible] in id, cui affectus est; aut ad oppositum fugiendum. exemplum huius adhibet Nyssenus in somniis coqui, & pincernæ Pharaonis c. 40. Gen. *quia enim*, inquit, *vterque vigilans his rebus occupari magnopere cuperet, etiam per somnium ea fieri putabat, simulacra namque studiorum, ac vitæ cui adsueuerant, parti animi de futuris despicienti impressa, faciebant, vt per hanc mentis præsagitionem, quiddam, cui responderet euentus, vaticinaretur.* Hæc Gregorius. Verum horum somnia supernaturalia fuisse, vt Iosephi spiritus dignosceretur, probabi[illegible]us est: cum nulla causa naturalis possit significare hunc suspendendum, illum autem ad pristinum statum euehendum.

Aristoteles. Duplex modus futura in somnis præ[illegible]ndi. Nyssenus. Somnia animalia [illegible] con[illegible] [illegible] causas [illegible]

Altero modo contingit hominem præsentire futura per somnia naturalia: Nempe vel ex causis internis afficientibus corpus, vt temperamento, ex humoribus, & eorum incursionibus, ex flatibus, & huiusmodi. Nam melancholici somniant tristia, vt funera, caliginem, tenebras: qui abundant pituita, aquas, pontus, natationes, pluuias & similia. Atque hinc medici monent adnotáda ægrotantium insomnia, ad eorum morbos diiudicandos, & curandos: librumque Galenus inscripsit de præsagio ex insomniis sumédo. vbi narrat quemdam inter dormiendum crus alterum sibi lapideum factū vidisse: ac post, crus ipsum paralysi re[illegible] obtorpuisse. Vel ex causis externis cœlorum, & syderū, quæ dum imprimunt in corpus, & organa [illegible]nium [illegible]mul indirecte imprimunt in phantasiam, & in[illegible] eam; vnde varietas cōsurgit phantasmatum [illegible] quæ sunt signa [illegible]lorum futurorum, quorum cœli causa sunt. & [illegible]us, effi[illegible] usque mouent quam quæuis pass[illegible], vt notat Albertus Magnus lib. de somno [illegible]lia, c. 9.

Somnia naturalia ab [illegible]

Galenus.

Ab intrinseco.

Quo autem modo tales corporis affectus, aut effectus vel sui vel cognatarum rerum insomnia excitent Galenus eo loco disquirit. nos breuiter sic explicamus. Humor exuberans, videlicet pituita apprehensa aliquo sensu externo tactus, vel gustatus, (nec enim opus est omnes externos sensus ligari) immittit sui speciem in phantasiam, ex qua fit apprehensio quorundam coniunctorum, & consimilium, vt ex specie pituitæ, quæ aquea est, & dulcis; nunc fit cogitatio imbrium, nunc dulcium ciborum. Potest etiam fieri sine immissione specierum, vt in ipsa phantasia excitetur aliqua talium rerum apprehensio ex specie ibi asseruata, modificata tamen per humorem in corpore dominantem. Vel iam ad hunc modum ex efficientia cœlorum, qui continuo corporis nostri lacessunt naturam, licet hunc instinctum sæpissime nos non aduertimus. sæpe enim nulla re lacessiti nobiscum subirascimur, nullis malis turbati, nuncius, aut portentis territi, torpescimus mœremus, & trepidamus: nullis bonis permulcti gestimus ipsi nobiscum, & canimus; quæ certe causam nouam habét; ea est varia pro varijs temporibus affectio corporis; siue in felle, vel iecore crocea bilis exæstuet: siue bilis atra fermentat in splene: seu claro sanguine cor abundet. hæ affectiones spiritus vitalis fontem in corde existentis, varijs pulsibus incitant ad fortius mittendos spiritus vitales per corpus, simulque titillant concitatius, vim sentiédi, tactum videlicet, à quo per spiritus animales pulsus ille defertur ad sensum cōmunem, indeque ad phantasiam; quam sensim, latenterque pungit, ceu pungi solet stomachus, dum esurit: deinde per cogitatiuam repente subirascimur quodammodo, vel mœremus, vel gaudemus; intellectu plerumque alijs occupato, nō aduertente, & sæpe ignorante, vnde illæ mutationes proueniant. Sic quando cœlum paratum est ad pluuiam, humefacit aerem: aer vdus mouet pituitam, aqueum humorem: pituita spiritum animalem, ex ea parte, qua ipse est aqueus: siquidem cum sit vapor sanguinis: sicut sanguis continet quatuor humores: ita spiritus continet quatuor humorum, elementorumque virtutes: virtus illa spiritus aquea à pituita deriuata, instigat potentiam viuificam ex ea parte, qua aquanea est, vt deferat spiritus vitales cum illo pulsu ad

Insomnia quomodo excitentur ex humoribus.

Insomnia e cœlis.

Humor qui faciat somnia.

sensum communem, [illegible] ad phantasiam; in qua spiritus ille suscitat eas imagines, quæ in vacante phantasia ad pituitam pertinent, vt subito cogitemus flumina, imbres, angues, pisces & similia. sic cœlum calorem effectutum, bilem, & cholericum spiritum mouet; hic spiritus animales, & vitales: hi igneas imagines in phantasia latentes, vt incendia imaginemur, rubeosque [illegible] lores, & flauos. Itaque pulsus ille tangens imaginationem, cum recipiatur ad modum recipientis, incitat eam ad varias imagines illi motui conformandas, quibus motum illum ex[illegible]icat: sicut [illegible]ta ab amore, quærit formas tali amori conuenientes: & tenui flegmate ad lin[illegible] in defluente imaginatur dormiens se dul[illegible] edere.

Bilis qualia somnia gignat.

Cũ motus ergo hi e [illegible] cœl[illegible] [illegible]ue[illegible]tur, vel e cœli effectis in corpore temperans ca[illegible] la certitudine cogn[illegible]sci, & prænunciari possunt, quo ipsa cœlestia [illegible], quæ eu mi[illegible]us ce[illegible]a sunt, quam quæ ex inte[illegible]is hum[illegible]ibus proueniunt, quo illa pluribus particularibus causis contemperantur ad diu[illegible]rsos effectus producendos. Præter hæc vana sunt, quæ diuinantur. Sic historiam illam quam xi.c. adduximus ex 4. Dialogo D. Gregorii, declarat S. Thomas in Disp. q. de Prophetia art. 1. ad 5. & 6. de habilitate [illegible]nimæ, qua fit habilior ad percipiendam impressionem superiorum causarum; per quam anima sua subtilitate præscit futuros euentus, per quasdam similitudines ex impressione corporum cœlestiũ in imaginatione relictas. ita defunctus ille potuit preuidere nimium æstũ, aut pluuiam futuram, qua præuidebat corpus suum impediendum, ne per viam illam a deferentib. portaretur. Hoc genus vaticinii per phantasiam, non tantum in somno, sed etiam in vigilia accidere consueuisse ex dictis, & ex his, quæ iam dicemus, erit perspicuum: nisi quod in vigilia difficilius notentur imagines, quam in somno.

Huius diuinationis certitudo.

Gregorius explicatur.

Vt in somno ita & in vigilia vaticiniũ accidit.

De gradibus phantastici vaticinii, & interpretatione eorum.

Cap. XXIV.

NE silentio prætereamus interpretandi phantasmata futurorum artem, quam in summo pretio veteres habuerunt, & de ea quinque libros conscripsit Ephesius Artemidorus, vanis superstitionibus refertos: nos breuibus, quid in hac re sit verius habendum, aperiemus.

Artemid.

Atq; in primis, quoniam quo intellectus magis, aut minus expeditus à curis impedientibus cognitionem motuum naturaliũ, & phantasmatum, & conformitatem eorum cum effectis, magis, aut minus perci[illegible]pit, idcirco oportet, vt interpretis intelligentia a curis vacet, & a cogitationibus externis libera sit. Id vero vno e[illegible] [illegible]tem in[illegible]dis potest ubinueniri, quos numerat Marsiliu[illegible] [illegible]nus in supradicto loco. Primo per somnu[illegible] cum ita placidus est, & tranquillus, vt non mul[illegible] & crassis vaporib. sensus interni conturbentur, tunc enim, vt ait Plato lib. 9. de Rep. [illegible]on potest ratio libere superiores influxus præscire[illegible] sicut in aqua agitata, & conturbata variæ, inc[illegible] itæq; redduntur rerum imagines, nulla vero ce[illegible]ta, ac conspicua. cum vero somnus est moderatus, & qualẽ depingit Socrates in Politia Platonis, auctore Cicerone lib. 1 de Diuin. tunc visa occurrunt tranquilla atq; veracia. Vacat enim tunc ratio ab externis non ab internis, si quidem somniat, atque int[illegible] [illegible]qu plus minusve, [illegible] [illegible]tem, [illegible] cidiores [illegible] suuos internorum ope[illegible]tionem, qui rationi deseruiunt. cuius rei accom[illegible]od[illegible] exempla adducit in eo libro [illegible] [illegible]nus. N[illegible]m [illegible] ille pulsus, & mot[illegible] [illegible] ma[illegible] [illegible]nt[illegible] sicut [illegible]tem [illegible]us strepitum magis sentimus dormientes. Contingit autem h[illegible] [illegible] [illegible]rtio pr[illegible]p[illegible] [illegible] potissimũ, & qu[illegible] a tunc [illegible] [illegible] [illegible] ac [illegible]ssu san[illegible]uin[illegible] igneiq[illegible] pii[illegible] [illegible] dominantes clari[illegible] [illegible] sua ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ferũt: Propterea Phœbu[illegible] [illegible]tes app[illegible] [illegible] [illegible] poetis. Secundo per [illegible], seu [illegible] [illegible] corporis [illegible], [illegible] cum [illegible] morbo quis c[illegible]ipitur. Tertio p[illegible] hum[illegible] melan[illegible] [illegible] [illegible] tam vacat [illegible] quam [illegible] [illegible]tens; cuiu[illegible] fuit Soc[illegible]; [illegible] [illegible] su[illegible]pte [illegible] rabundi sun[illegible] [illegible]quenn[illegible] [illegible] [illegible]nniant, [illegible] cum teru[illegible] [illegible] p[illegible] [illegible]. & [illegible] [illegible] quam v[illegible] apprehendu[illegible]. Qu[illegible] [illegible] [illegible] ram compl[illegible]exionem; quia ade[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] viuunt, etiam [illegible] vigilantes supe[illegible] [illegible] [illegible] influxibus. Quinto per solitudine[illegible] [illegible] vbi animus nullis ne[illegible] otiis distractus est, [illegible] super[illegible]na percipit: sic Zoroastes, & Orpheus [illegible] annis vixerunt in solitudine. nam propterea [illegible] melius quã sapientes, & plura præ[illegible]n[illegible] [illegible]quod nullis curis distracti melius attendunt in[illegible] [illegible] motus, uno bruta melius idcirco sentiunt [illegible] stes impulsus, quod nihil sit in eis impediens [illegible] sceptionem illo[illegible] [illegible] [illegible] a phantasi[illegible]; à qua naturaliter aguntur; & ita exeunt in [illegible]alios motus [illegible] turorum euentuum indices. nam cornix, delphines, sues, aran[illegible], & innumera alia animalcula, can[illegible] suo, & altu frequenti [illegible] & extrabun[illegible] motibus pluuiam prænunciant. Sexto per admirationem; vt Sybillę, & Pythię. Septimo per mentis castitatem Deo deuotæ, vt omnes sacri Prophetæ. Vnde colligitur animam sopito, & semiuiuo corpore multo melius videre, & operari, quam corpore operante.

A curis vacatio interpreti necessaria.

Vacatio septuplex.

Primo. Somni vacatio.

Socrates.

Phœbus vates [illegible] copes. Melanch[illegible]

Complexio.

Solitudo

Zoroastes.

Admiratio.

Castitas

Rursus, vt ad rem ipsam propius accedamus, notandum est ex Caietano 2. 2. q. 95. artic. 6. hæc phantasmata futuros euentus significantia dupliciter posse considerari aut proprie aut metaphorice: sicut de verbis solemus dicere, aliquando rem proprie significare, aliquãdo improprie, seu metaph[illegible]rice. Signa proprie significantia sunt ea, q pe[illegible]p[illegible] [illegible]e; sine [illegible]llo tropo, aut similitudine, euentu, seu effectu significant & h[illegible]c facil[illegible] [illegible]unt interpretatu: [illegible] [illegible] quis som[illegible]at se [illegible]brietare, [illegible] [illegible] [illegible] febrium [illegible] [illegible] cũ [illegible]umniat se omedere, aut bibere co[illegible] facil[illegible] [illegible], aut [illegible]; cũ somniat vt contin[illegible] ægrotus, [illegible] font[illegible] limpidissimi, ac [illegible]gidi[illegible] [illegible]q[illegible] ore haurire [illegible] bundo ostendit vehementiã [illegible] [illegible] [illegible] excitatam. Signa impropria, seu figurata, sunt phantasmata al[illegible] conformitate habentia cum causa, vel [illegible] quidem respectu cœli, vel sydetis o[illegible] [illegible] [illegible]nitas [illegible]a est analoga, q in ph[illegible] non est similitudo syderis, [illegible]ed motus [illegible] [illegible] causæ. Respec[illegible]u vero effectus futuri [illegible] quãdo habet rationem idoli, & similitudinis: nam experimur in nobis varias a phantasia im[illegible] effingi conformes illi effectui: vt qui somnia[illegible] [illegible]terrã vi[illegible], aut præ visione sindi; aut imagina[illegible] incendia, rubeosq; colores, ex bili adi[illegible] [illegible]te[illegible] [illegible]brium timere se ostendit. Qui se imaginatur, aut somniat esse languidissimum;

Phantasma duplex.

Signa proprie.

Signa figurata.

[illegible] u, notat se paralysim timere. Qui somniat [illegible] re largum imbrem, aut multos terram irrigantes, imbrem præsagit. Aliquando habet rationem proportionis; quia videlicet est effectus ab eadem causa, alterum effectum producente, simul productus; qui eo ipso significat illum: vt causa pluuiæ simul concitat aeris humefactione præmissa, in cornice crocitationem, in delphinibus saltus; in suibus grunnitus, in gallinis pediculos, & similes motus in aliis animalibus; quibus tanquam signis pluuia significatur. Qui ergo huiusmodi similitudines, & proportiones nosset inter causam, & effectus, & inter ipsos effectus, optimus esset somniorum, & phantasiarum præsagientium interpres. His ita positis.

Interpres optimus.

Iam gradus huius artis interpretandi phantastica vaticinia, explicemus, & expendamus. Et Albertus quidem Magnus lib. de somno, & vigilia cap. 10. tredecim huiusmodi gradus distinguit, quos nos ad octo reducemus. Primus gradus est, quando forma, aut impulsus cœlestis vltra virtutes motiuas, non peruenit ad cogitiuas, imaginationem, & intellectum, nisi confuse, & implicite: tunc enim nihil certi habet homo, quod dicat; sed tantum concipit quandam audaciam, & confidentiam certo aliquid prædicendi. Cuius rei gratia solet cor aliquando titillare, aut pulsare; vnde solemus dicere, nescio, quid mihi cor præsagit, boni, aut mali. & hic est minimus omnium, & frequenter fallit.

Albertus.

Secundus gradus est; quando forma illa, motusve cœlestis, adeo fortis est in vigilante, vt à sensibus eum auertat; & in somno capit dormientem, & peruenit vsque ad animam sensitiuam, & ad imaginationem, secundum lucem indistinctam, & confusam; quæ ex simulachris cognosci non valet, adeo obscura sunt, & confusa; & vix est qui possit huiusmodi visa explicare. hæc in vigilia mouent corpora animalium vigilantium, vt suis motibus aliquid præsignificent futurum: quod experimento notarunt Augures.

Secundus gradus.

Tertius gradus est: quando forma illa, & pulsus mouet imaginationem, adeo expresse, vt siue in somno, siue in vigilia, auersa à sensibus externis phantasia tales formas sibi effingat, & tam conformes rei futuræ, vt facile intelligantur, & hæc sapientes interpretantur; & contingunt maxime melancholicis, & alia amentiæ formas patientibus, & infirmis. Suntque sine aliqua intellectus illustratione, ac luce.

Tertius gradus.

Quartus gradus est; quando operante sola imaginatione, in ipsa res ipsæ apparent, quatenus futuræ sunt absque vllis metaphoris; vt est illud, quod narrat Cicero lib. 1. de Diuinatione de duobus simul hospitio susceptis, quorum vnus de alterius interitu monitus, surrexit, & vindicauit cædem. Refert quoque Albertus visum sibi esse in somnis stare super ripam fluminis, ac videre puerum cadentem in aquam, & rota molendini correptū periisse. Id quod cum euigilans sociis enarraret, adfuit mater pueri vehemente cum eiulatu; suam sortem dolens, ac referens. Et ante hunc mensem, quidam eques visus est sibi videre ter, quaterve in somnis in angustia compressum euigilasse, ac retulisse aliis: & post paucos dies à duobus militibus in publica via pugionibus confossus interiit. habebat sane hic semina timoris, cum admonitus fuisset per literas, vt suæ vitæ prospiceret, quod è Sicilia duo illi missi fuissent ad eum interficiendum.

Cicero.

Quintus gradus est; quando forma illa monet quidem phantasiam; sed vlterius videtur aliquis assistere explanans in verbis, & figuris, nō tamen expresse: Vbi iam elucet radius aliquis intelligentiæ, licet non sit purus à permixtione phantasmatum; quod frequentissime euenit.

Quintus gradus.

Sextus gradus est: quando fiunt simulacra, sed elucent etiam expresse actus intelligentię per modum ducentis veras intelligētias futurorum. quod euenit ex nimio splendore intellectus agentis, qui solutus est simpliciter; licet iste ligatus secūdum quid: & ex optima imaginationis compositione. quem Philosophi vocarunt splendorem intelligentiæ desuper descendentis in animas somniantium; quasi è cœlo veniat forma illa; ab intelligentia vero cœlum mouente splendor; cum non veniat nisi à proprio intellectu lumen fundente super simulacrorum significationes.

Sextus gradus.

Septimus gradus est; quando apparent vere, & expresse figuræ, non per metaphoras: intellectus quoque expresse illuminat ad intelligendum per modum instruentis; & sua radiatione trahit ad se animam, & auertit ab imaginum motu; in vigilia etiam à sensibilium perceptione. & huiusmodi solent optimas intelligentias, & demonstrationes inuenire, & solutiones dubiorum, quas in vigilia non poterant. Vnde dixit Aristoteles, quod in somniis aliquando sint veræ intelligentiæ. hi videntur sibi loqui cum hominibus adstantibus; quos dicunt se audire, instruentes de significatione eorum. Tale videtur fuisse somnium Scipionis, quod colentes iustitiam in æthereas sedes reciperentur.

Septimus gradus. *Aristoteles.* *Scipio.*

Octauus gradus est complementum huius Prophetiæ; quando homo occulta per cœlestem instinctum sic præconcipit, vt veram intelligentiam habeat, etiam absque magna sensuum auersione in vigilia. & hucusque anima hominis potest pertingere circa effecta cœlestium corporum, Angeli custodis illustrata quandoque magisterio. Ad alia enim diuinanda, vt supra diximus, nihil proficit splendor intellectus, neque imaginationis viua compositio; cum ad ea præsignanda nulla insit nobis facultas. Vnde quæ vltra hæc prædicuntur, altioris intellectus cognitione cognita nobis ostenduntur.

Octauus gradus.

Hucusque quinque illas artes futura naturaliter diuinandi, ac prædicendi pro facultate explicuimus; quæ maiori ex parte ex astrologia suam habent efficacitatem, & certitudinem; quæque humano ingenio, & industria continentur. nunc de diuinatione sermonem instituamus.

Epilogus.

DE ARTIFICIOSO VATICINANDI GENERE, ID EST, DE DIVINATIONE.

Liber Secundus.

PRÆFATIO.

> Plato. Iamblichus. Tullius.

DE altero vaticinii genere, quod totum arte constat, postquam de naturali differuimus, in hoc libro disputandum nobis est, & quamuis Plato in Phædro, & eius sectatores, vt Iamblichus de Mysteriis Ægyptiorum cap. Quod inspiratus vacat ab actione propria, & aliis in locis, & in libris de Diuinatione Tullius hoc genus vaticinii in duo alia distribuant: in artificiosum, seu coniecturale; quod totum coniectura, & veteri oatione continetur: & naturale, quod furore perficitur cui illud comparatum nihili ducitur: Nihilominus quod hoc, vti illud reipsa arte constet. & si quod illi censent naturale, ideo est, quod dæmonis regatur naturalibus inuolucris: idcirco vtrumque merito sub nomine artificiosi vaticinii comprehensum est; quod vtrumque artis inuentum sit: illud quidem inanis hominum notationis suggestu dæmonis, ad cultum extorquendum Deo debitum: hoc vero dęmonis ipsius ingenio, accommodatis ad id rebus naturalibus, vt faciunt medici ad morbos curandos: quo animos hominum sibi concilient, ad diuinos ex eis honores aucupandos, soli diuinitati debitos: cuius solius est præscire futura, eaque hominibus prænunciare.

> Vaticiniū artificiosum, & naturale.

> Artificiosum vaticinium vtrumque ad diuinos honores aucupandos.

Dæmonis arte Diuinationis artem in orbem inuectam.

CAP. I.

> Inuentum dæmonis

HOc vti primum dicendorum fundamentum iacere oportet in nostri operis vestibulo, diuinationis artem dæmonum inuentum esse, eorumque opera in orbem inuectam, id q[illegible]d non tantum nostrorum, sed & externorum [illegible]stimoniis, & ipsa ratione per[illegible]picu[illegible]m fiet. Certe Plato in conuiuio ita id confitetur. *Per dæmones vaticinium omne procedit, Diuinatio & magia: Deus homini non miscetur, sed per id medium fit, vigilantibus nobis, & dormientibus.* Eius vero sententiam hic explicat luculentius Apuleius [illegible] lib. de Deo Socratis *Per hos dæmones, vt Plato in Symposio autumat, cuncta denunciata, & magorū varia miracula, omnesq; præsagiorum species reguntur. Eorum quippe de numero præditi, curant singuli eorum prouide, vt cuiq; tributa* A *prouincia, vel somniis conformandis, vel extis physiculandis, vel præpetibus gubernandis, vel oscinibus erudiendis, vel vatibus inspirandis, vel fulminibus iaculandis, vel nubibus coruscandis, cæteris q; adeo per quæ futura dignoscimus, quæ cuncta cœ[illegible]lium voluntate, & numine, sed dæmonum obsequio, & opera, atq; cura, vt Annibali somnia orbitatem oculi comminentur Flaminio auspicia periculum cladis prædicant. Accio Neuio miraculum cotis adsciant: atq; vt nonnulla regni futuri signa præcurrant Tarquinius Priscus aquila obumbretur a pileo: S[illegible] Tullius flamma colluminetur, vt à capite. Præterea [illegible] Ariolum præsagia, fulgurum [illegible]identalia: carm[illegible] [illegible]billarum. Quæ omnia, vt dixi, media quadam [illegible]ates inter homines, ac deos obeunt.* Porphy[illegible] [illegible]fragatur lib. de sacrificiis c. 2. quem ref[illegible] Eu[illegible]bius lib. B 4. de Præpar. Euangeli[illegible] cap. 4. *Boni, [illegible]quiens, dæmones officia sua nunquam deserunt [illegible]ed imminentia passim à malis pericula præsedul[illegible] [illegible]gni[illegible]cant, tum in somniis ostendentes, tum per animos [illegible]iuinitus inspiratos, perq; alia multa: sed nō quiuis significata cognoscit* Iamblichus deinde lib. de Mysteriis Ægyptiorum c.

> Plato.

> Apuleius

> Diuinationum spe-

> Porphyrius. Eusebius.

> Iamblichus.

de

A …s per animalia. *Quando vaticinium, ait, agitur per corpora sacrorum animalium, vt asturum, non putandum deos ad hæc accedere, sed dæmones, & hos quidem valde diuisos,* & subdit. *Sed hanc artificiosam præsagii machinam, neque legitimi vaticinii nomine dignam esse censemus, neque serio pertractandam, neque venienti quasi sit veridicum, esse credendum.* Lactantius Firmianus lib. 2. de origine erroris cap. 17. sic ait. *Eorum dæmonum scilicet inuenta sunt Astrologia, & Haruspicina, & Auguratio, & ipsa quæ dicuntur, oracula; & Necromantia, & ars Magica; & quicquid præterea malorum exercent homines vel palam, vel occulte: quæ omnia per se falsa sunt vt Sybilla Erythræa testatur.* Præclare D. Cyprianus lib. de Idolorum vanitate. *Hi, inquit, spiritus sub statuis, atque imaginibus consecratis delitescunt. hi afflatu suo vatum pectora inspirant, extorum* B *fibras animant, auium volatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt, falsa veris semper inuoluunt: nam & falluntur, & fallunt, vitam turbant, somnos inquietant: irrepentes etiam in corporibus occulte mentes terrent, membra distorquent, valetudinem frangunt, morbos lacessunt, vt ad cultum sui cogant, vt nidore altarium, & rogis pecorum saginati, remissis, quæ constrinxerant, curasse videantur. Nec aliud illis studium est, quam homines à Deo auocare, & ad superstitionem sui ab intellectu veræ religionis auertere; cum sint ipsi pœnales, quærere sibi ad pœnam comites, quos ad crimen suum fecerint errore participes.* Hoc ipsum multis verbis asseuerat Augustinus lib. 2. de doctrina Christiana à cap. 19. Vbi superstitionum genus doctrinæ vocat quicquid in- C stitutum est ab hominibus ad idola fabricanda, & colenda: vel ad consultationes; & pacta quædam significationum cum dæmonibus placita, atque fœderata; qualia sunt molimina magicarum artium; haruspicum, & augurum libri, & Genethliacorum obseruatio. & cap. 22. *Hinc fit,* inquit, *vt occulto quodam iudicio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi, & decipiendi pro meritis voluptatum suarum, illudentibus eos, atque decipientibus præuaricatoribus angelis. Quibus illusionibus euenit, vt istis superstitiosis, & perniciosis diuinationum generibus, multa præterita, & futura dicantur, nec aliter accidant, quam dicunt, multaque obseruantibus secundum obseruationes suas eueniant, quibus implicati curiosiores fiant, & sese magis, magisque inserant multiplicibus laqueis perniciosissimi erroris.* Similiter loqui- D tur Theodoretus lib. 10. Græcarum affectionum. & quamplures alii, quorum dicta longum esset recensere. Dæmones igitur per eam cognitionem, quam ipsi supra homines, suum ingenii acumine, multipliciter assequuntur, addicti hominum artibus superstitiosis, statim vocati adsunt operaturi id, ad quod vocantur; & futura mirabiliter … un, non sensibilibus allecti, sicut animal … cibis, vt putarunt Platonici, sed, vt ait Augustinus lib. 21. de Ciuitate Dei, cap. 6. *Sicut spiritus signis, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum, & eiusmodi, adsunt confestim allecti diuinis honoribus, quos eis falso exhibent: homines admiratione operum, ac dictorum eorum* E *correpti, suis fraudibus decepturi, id, quod modis omnibus, artibusque consiciunt, pro hominum audacitate, procurant.*

Diuinatio … cœpta … Diuinatio … species.

Cyprianus.

Dæmon … Augustinus.

Homo malo decipi…

Theodoretus.

Augustin. Dæmones … adducuntur.

Quibus modis futura dæmones prænoscant, vt ea homines prædicant.

Cap. II.

QVo possit acies peruenire intellectus angelici in futuris cognoscendis, operæpretium est prænosse, vt sciamus quæ valeat hominibus prænuntiare dæmon, ne decipiat nos. Cum vero sit omnibus exploratum, nihil posse cognosci nisi in se, vel in alio, quod sit causa rei cognitæ, vel signum: & solius Dei sit futuram in se cognoscere, certo deducetur, solum posse dæmonem quod futurum est in sua causa præscire, & hominibus prænuntiare.

Dæmon causa præscit futura. Dæmon prænunciat longe dissita.

Tria sunt igitur rerum genera; quæ dæmones prædicere consueuerunt. Vnum est; quod reuera iam existit, sed loci distantia non venit in hominum notitiam, & huiusmodi res, inquit August. lib. de Diuinatione dæmonum c. 3. prænuntiant dæmones propter suam celeritatem. Nam vident Romæ bellum gestum; & victoriam ab vno è ducibus partam: & confestim in ea ipsa hora id nunciant existentibus in Hispania. Alterum non quidem existit in se, sed in suis, vel causis, vel signis, & in causis quidem cælestibus vident futuros effectus naturales: quos quia multo certius vident, quam acutissimus quisque astrologus, & in inferioribus quid possit impedire, propter sui intellectus perspicacitatem; multo certius tales euentus prædicunt: vt notant Augustinus eo lib. c. 5. & lib. 9. de ciuit. Dei, c. 21. & Isidorus lib. 1. de summo bono c. 12. & eos sequutus S. Thomas 1. p. 57. ar. 3. & q. de Dæmonibus art. 7. & 3. contra gentes c. 54. Vel in signis vident prænotantibus varias corporum humanorum dispositiones; quæ longa experientia prænoscunt. Ideoque prædicunt morbos, & sanitatem, mortem etiam imminentem, multo certius quam medici. Vel etiam in signis exprimentibus internas hominum cogitationes, & definitiones aliquid efficiendi, vt docent Aug. lib. illo de Diuinatione c. 5. & S. Thom. 1. p. art. 4. Vel denique iuxta eumdem Augustinũ, ea plerumque prænunciant, quę ipsi facturi sunt; permittuntur enim a Deo, vel morbos immittere, vel ipsum aerem infectum reddere, & peruersis, & terrenorum commodorum amatoribus malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt, quod sint eis talia suadentibus consensuri.

Prædicunt quę vident in causis, vel in signis.

August. Isidorus.

August. Dæmon prænunciat quæ facturus est.

Tertium genus est earum rerum, quę sunt simpliciter futuræ; quas duplici ratione præcognitas prædicunt. Vel quia dæmones opinione penetrant prophetarum oracula: quæ ipsa illi per suas artes præsciunt antequam sint: vel quia eas sciunt ex reuelatione bonorum spirituum; vt asserit Isidorus loco citato, cum Augustino lib. de Diuin. c. 6. dicente. *Si quid de Dei dispositione prænunciant; audiunt, vt prænuncient. & cum ea prædicunt, quæ inde audiunt, non fallunt, neque falluntur: verissima enim sunt angelica, & Prophetica oracula, in cæteris autem prædictionibus suis dæmones plerumq; & falluntur, & fallunt, falluntur quidem, quia cũ suas dispositiones pronunciant, ex improuiso desuper aliquid iubetur, quod eorum consilia cuncta perturbet. Aut cum causis naturalibus aliqua, sicut medici, aut nautæ, aut agricolæ: sed longe acutius, longe præstantius prænoscunt. Sed hæc ab angelis Deo summo piè seruientibus, ex alta dispositione ignota dæmonibus, ex improuiso, ac repente mutantur. fallunt autem etiam*

Dæmon futura vt prædicat.

Isidorus. August.

Dæmones fallunt & falluntur.

studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur: sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, vt interpretibus suis, signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint, vel mentiti. Egregie idem Augustinus lib. 4. de Trinit. c. 17. *Audiunt, inquit, ista & aereæ potestates, siue angelis ea nunciantibus, siue hominibus, & tantum audiunt, quantum opus esse ille iudicat, cui subiecta sunt omnia.* & inferius loquens de Philosophis. *Cum ergo ad hæc videnda nullo modo essent idonei, nec ad illud quidem digni habiti sunt, vt eis ista per sanctos angelos nunciarentur, siue forinsecus, & per sensus corporis, siue interioribus reuelationibus in spiritu expressis, sicut patribus nostris vera pietate præditis hæc demonstrata sunt, potestates autem aereæ superbæ, atque fallaces, etiam si quædam de societate, & ciuitate sanctorum, & de vero mediatore a sanctis Prophetis, vel angelis audita per suos vates dixisse reperiuntur, id egerunt, vt per hæc aliena vera, etiam fideles Dei, si possent, ad sua falsa traducerent. Deus autem per nescientes id egit, vt veritas vndique resonaret, fidelibus in adiutorium, impiis in testimonium.* Hæc ille. his modis futura prænoscunt dæmones: & si quid de nostra religione apud gentium vates prædictum inuenitur, id totum a nostris Prophetis, aut à sanctis angelis extorserunt.

Dæmones ex vera infudunt falsa.

De diuinationum generibus.

Cap. III.

DVo genera diuinationum statuerunt cum Cicerone Philosophi, vt iam attigimus: Artificiosum vnum, quod Extispicio, Augurio, fulgoribus, ostentis, ominibus ac sortibus constituitur. Alterū naturale, quod in concitatione mentis, & animo curis per somnum vacuo consistit. Sed veteres Theologi cum S. Thoma 2.2. q. 95. art. 3. & 3. contra gentes c. 154. & Opusculo 25. de sortibus c. 4. ad tria genera reduxere, iuxta tria signorum genera, per quæ tales diuinationes solent executioni mandari, sub quibus, & multa alia continentur. Primum est: quādo res futura quæritur, & prædicitur manifesto dæmonis responso, voce, vel signis datu. Sub hoc genere continentur oracula, quæ per res inanimes edebantur, vt per idola, statuas, arbores, fluuios, & similia. Vel per homines furore à dæmone correptos, qui Pythones, & feminæ Pythiæ a Pythio Apolline dicebantur, vel Bacchæ à Baccho. Vel per somnia, quæ diuinatio dicitur Somnispicia. Vel tertio per manes inferos, & mortuos, quæ dicitur Nectomantia, vel Necyomantia.

Diuinatio genus triplex.

Diuinationis genus triplex. Diuinatio prima cum suis speciebus.

Secundum genus diuinationis est, quo futurum inquiritur in signis quibusdam in rebus aliis animaduersis. cuius sunt formæ quatuor. Prima est, cum futura res inquiritur per cœlorum motus; quæ dicitur Astronomia. Secunda; cum res futura inquiritur per voces, & motus animalium, hominumque sternutationes: quę Augurium seu Aruspicium vocatur. Tertia; cum res futura inquiritur per dicta, & facta hominum cum aliqua attestatione, & Omen appellatur. Quarta; cum quæritur res futura ex figuris in quibusdam corporibus apparentibus, aut signis. quod corpus si terrestre sit, vt lignum, ferrum, lapis, dicitur Geomantia: si aqua, Hydromantia: si aer, Aeromantia: si ignis, Pyromantia. Si autem in extis, & visceribus animalium immolatorum, dicitur Extispicium. Sin faciei, [illegible] lineis [illegible] Physiognomia & a singulis partibus accipit nomen, à manu Chiromantia: à pede Podomantia, & sic de aliis.

Diuinatio secunda cum suis speciebus.

Tertium genus est, cum futurum inquirimus, in iis, quæ per nos geruntur per sortes, & dicitur Cleromantia, hoc est per sortes diuinatio. Cui generi subiiciuntur, sortes Pythagoricæ, aleatoriæ, & similes aliæ; de quibus in proximo sermo. De hoc ergo tertio genere diuinationis, quod fit per sortes; tum etiam de primo, quod dæmonicam diuinationem possumus, gratia breuitatis, appellare, sermo futurus est nobis. De secundo vero solum agimus quatenus spectat ad Augurium, Omen, & Extispicium. Nam cetera, vel nulla egent explicatione, propter suam perspicuitatem, vel aliqua, ex his, quæ in priori libro de naturali vaticinio diximus, satis sunt manifesta. Agemus autem eo ordine, vt prius de tertio genere: deinde de secundo, tertio demum de primo, quod longiore eget disputatione, disseramus.

Diuinatio tertia cum suis speciebus.

De Cleromantia, seu diuinatione per sortes.

Cap. IV.

E tribus sortium generibus, quorum vnum Consultorium vocatur, Diuisorium alterum: tertium Diuinatorium: de Diuinatorio tantum in hoc capite est nobis habendus sermo. Nam Consultorium ad diuinationem non pertinet; nec Diuisorium. Licet in vsu fuerit apud gentes in diuidendis rebus, hæreditatibus, agris, honoribus, dignitatibus, & similibus. Siquidem Athenienses sorte distribuebant magistratus: id licet reprobet Aristoteles 1. Ethic. & Romani prouincias sorte diuidebant. sicut & militibus præda sorte diuidebatur partis victoris: Vnde Virgilius.

Sortium genus triplex.

Sortium diuisionis vsus.

Si vero capere Italiam sceptrisque potiri
Contigerit victori, & prædæ ducere sortem.

Per sortes ergo diuinatorias res futuræ cum inquiruntur, non sine dæmone sese in illis immiscente id fit. ad quod genus reduci potest Consultorium, quatenus circa agenda; aut circa occulta consulitur dæmon. Sed vtrumque sortilegii nomine reprobatur ab omnibus; cum reuera ipsæ per se sortes nullā cum re futura colligationem habeant: sed quicquid futurum præostendunt, à dæmone accipiant. Fuere autem vani huius sortitionis modi, de quibus breuiter, & sigillatim erit agendum.

Sortes diuinatoriæ reprobæ.

Pythagorica sors vetustissima est, qua Troiani belli tempore vsi sunt. Per quam vita, mors, salus, victoria, aduersi, prosperique euentus diuinabantur: cum nominis ratione habita ex compositione, & numero literarum, & valore, ille, cuius erat nomen, victor in bello, aut saluus [illegible] prædicebatur si plures literas, aut maiorem numerum contineret: ille vero victus, [illegible] ciores, & minorem valentes numerum. [illegible] Patroclum ab Hectore victum, & Hectorem ab Achille superatum, numeris nominibus inclusis, diuinatum est, vt hisce versibus [illegible] Terentius.

Sors Pythagorica.

Et nomina tradunt in literis facta
Hac, vt numeris pluribus, illa sint minutis,
Quandoque subibunt dubia pericula pugnæ.
Maior numerus qua steterit, fauere, palmam

Præsa-

...agia lethi minima parte summa.
Sic ... Patroclum Hectoris manu periisse,
Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achillis.

Beda.

Sed quod magis mirandum, id est, Bedam ob pe...a...i, & sanctitatem venerandum hanc diuinan... artem docuisse. Nam in Epistola de diuinatione mortis, & vitæ, ad Necepsum Regem ... quæ habetur in fine 2. tomi operum il-... *De his, quæ a me ad humanæ vitæ cautelam in... unumquodque nunc tibi mittere nō piguit. ... et in his, per inspiratam ... diuinitus pru-...ntiam, opera & laborem impendas, certus quod decum-...ntiam, vel fugitiuorum, vel monomachorum, vel alio-rum similium euentu..., non fallacem poteris capere præ-...ientiam ... argumentum regulare, quod hinc scriptura subtex... diligenter inspicere. Consulturus igitur sic facito. Sume nomen vel decumbentis, vel in fugam lapsi, vel dep...aturi, vel alterius cuiuslibet, de quo inquiris, & colli... numerum eius: deinde Lunam considera, quota fuerit illa die, qua vel æger decubuit, vel fugitiuus elapsus est; vel quota futura sit, cum monomachus depugnaturus est: numerumque regularem qui ei Lunæ adscriptus est, numero nominis adiunge. Tu summam, quæ ex his conficitur, per vigesimonouem diuide, & numerum, qui superfuerit, collige, inspectaque figura, quo in loco numerus sit positus, inquire. si eum inueneris in Zoe Megali, esto æger conualescet, & quæ sequuntur. Ponatur, exempli gratia, pugna Hectoris, & Achillis, Luna erat decima septima, quæ habet numerum regularem 893. Achillis nomen habet 1276. qui simul iuncti faciunt 2169. hos partire per 29. & quod superfuerit, id est 23. quære in forma regulari, & inuenies illud in eo loco, vbi scribitur Zoe Megali. Si idem de Hectore feceris, inuenies residuum numerum in Michro thanato: quæ positio numerorum victorem Achillem, & Hectorem victum significat absque ambiguitate.* Sic Beda; qui tab...lam quamdam subscribit cum numeris adnotatis, vt poteris eo in libro videre. Sed vnde futuri euentus certitudo colligatur ignoro; cum à numeris, aut literis nulla proueniat: alioqui facile fuisset cuique nomina effingere quibuslibet euentibus accommodata. Dæmon igitur in his sese immiscet, qui faciat res ad exitum venire sua opera, & industria, propter eas, quas prænuisimus rationes.

Exempli huius luc...us.

Sors aleatoria.

Sors aleatoria erat olim etiam in vsu ad diuinandum. nam ex iactu calculi, tesseræ, trico-lis, sermonis, cæterorum lapillorum cui fælicior contigisset, vitam, salutem, fortunas, omnia denique temere pronuntiebant, quæ vellet ... quo quid magis temerarium? in his enim temeritas, & casus, non ratio, aut consilium valet, vt dixit Cicero 1. de Diuinatione, & si quod est consilium dæmonis esse perspicuum est.

Belomantia.

Rab...mantia, seu Bellomantia genus aliud erat fo...rum quo per sagittas, baculos, aut virgas diuinabatur. Scythæ namque per virgas salignas dissolutas, quas seorsim singulas humi sternebant, interim prehendentes eas, & componentes, diuinabant. Bab...nii quoque hoc diuinandi genere vsi sunt, nam vt di...r Ezechielis 21. *Stetit ex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas interrogauit idola, exta consuluit. ad dexteram eius facta est diuina-... Ierusalem. Ritu gentis suæ,* ait Hieronymus, *oraculum consulebat, vt mittat sagittas ... in pharetra, ... commi...: eas inscriptas, siue signatas nominibus sin-...lorum, ...t videat ... sagitta sua exeat, aut ciuitatem oppugnare debeat.* & Theophylactus. *Etenim virgas duas statuentes, carmina, & incantationes quasdam submurmurabant: deinde virgis dæmonum operationibus, aut effectu cadentibus, considerabant quanam vtraque earum caderet, antrorsumne, an retrorsum, ad dexteram, vel sinistram. sicque tandem responsa dabant insipientibus; virgarum casu pro signis vsi.* Propter hoc crimen Hoseas cap. 4. Dei nomine inuehitur in populum. *Populus, inquit, meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei.* de hoc enim diuinandi genere hunc locum, cum multis aliis, intelligit Hieronymus.

...yloma... sors.

Theophyl.

Hoseas.

Sortes Burenses. Pausanias.

Sortes Burenses in Achaia celebres erant; de quibus ita scripsit Pausanias lib. 7. de rebus Achaicis. *Qua ad mare descenditur, amnis Buraicus nomine in proxima spelunca, non vtique magnum Herculis signum, Buraico, & ipsi cognomen, oraculum sortes capiuntur ex tabula per talos, qui consultum venere precatione ad signum perfecta, votisque nuncupatis, talos ex ea, quæ in promptu est, copia, inijciunt quatuor super mensas; inscripti sunt certis notis tali singuli, eorum illi notarum interpretationem in tabulis similitudinem secuti requirunt.*

Sortes Prænestinæ. Cicero.

Sortes Prænestinæ non minus erant in ore omnium, tum ob inuentionem, quam refert Cicero libro de Diuinatione 2. Tum ob responsa data. *Quotannis enim,* inquit ille, *Kalendis Ianuarij excauata columna, in qua reseruabantur, sortes eximebantur, illisque, quæ educta erant sorte mutuo iunctis, integra responsa absoluebantur.* Scribit Suetonius, ea Domitiano Cæsari interitum denunciasse.

Sortes Antianæ & Aponenses.

Sortes Antianæ apud eumdem Suetonium, C. Caligulam, vt à Cassio caueret, præmonuerant. Itemque Aponenses in agro Patauino, iactis in Aponi fontibus sub aquam talis, certissima consulentibus responsa reddebant.

Sortes Virgilianæ.

Sortes Virgilianę fuere quoque insignes, dum ex Virgilii poematibus, vel cuiusquam alterius, longe aliud canentis, & intendentis, sortes consulebantur, & ea carmina obtingebant, quæ vel præsentibus, vel futuris negociis mirifice conuenirēt. Sic Alexandro Seuero, cui adhuc adolescēti, nec imperium speranti versus hi è sexto Æneidos exiere, qui futurū illi portenderēt imperium.

Tu regere imperio populos Romane memento,
(Hæ tibi erunt artes) pacisque imponere morem.
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Sortes superstitiosę.

Sed & modo apud superstitiosas mulierculas, & leuiculos homunciones variæ inueniūtur sortium formæ ad occulta perquirenda. Nam sub ficta religione, Diuorum, seu Apostolorum sortes consulunt, sub scripturis, aut psalmis, aut Breuiarii, seu Missalis lectionibus: aut sub quibusdam punctis inconsulto descriptis; ac diuersimode secundum varias figuras dispositis: Vel sub schedulis scriptis, aut sine scriptura: aut demum sub festucis maioribus, vel minoribus.

Sortium præfatarū censura.

Hæc omnia, & eiusmodi alia, aut sunt diabolica inuenta in hominum elusionem excogitata: aut, vt Cicero, & Carneades docent, sunt apertissimæ nugæ. Quamuis enim sortium prędictiones quibusdā comprobentur exemplis, nimirum, cū nullæ ... tā inanes superstitiones, ac futiles, quæ aliquando non quidem sortium virtute, sed casu quodam, atq; temeritate, vt docuit Cicero, nō accidant; nisi quod multarum sortium inuentum quale illud Prænestinarum, si non sit fabulosum, op... esse diaboli manifesto videtur demōstrari.

Cicero.

De diuinatione per Augurium.

CAP. V.

[Augurium celebre.]

AVGVRANDI scientia cum apud omnes percelebris fuerit tum maxime Romanis summo honori fuit, quod Romulus eam coluerit, vnde augurum collegium ab eis fuit institutum. Sedebat augur velato capite, duplice augurali toga ex purpura, & croco amictus, & lituo cæli regiones notabat, & victima cæsa longum carmen præfatus, fundebat preces; quibus fusis; oculis in cœlum fixis intentus, facto silentio, ne quid videretur, audireturve, quod auspicium dirimeret, quoad mitteret aues, animaduertebat quæ oscines, quæ præpetes, tacitæ, vel perstrepentes aduolarent, & si dextra, vel sinistra, & similia. Tunc augurem oportebat adire, & augurium firmari multis auspiciis; vnum enim vidisse non erat satis. Et quidem neque Plato in Phædro; Xenophon in Cyropædia, nec Q. frater lib. 1. de Diuinatione, damnant hanc artem, tot exemplis confirmatam; quale fuit illud, quod regi Deiotaro memorant contigisse. Qui cum ex itinere quodam proposito, & iam constituto reuertisset, aquilæ volatu admonitus, conclaue illud, vbi erat mansurus, si ite pertexisset, proxima nocte corruit. Itaque persæpe rediit ex itinere, cum iam progressus esset multorũ dierum viam. Quale & illud, quod Caietæ contigit Ciceroni; qui cum fertum Horologij à coruo excuti conspexisset, protinus coruus ad ipsum aduolauit, & morsu tenaci eius togam apprehendit, adeo, vt non nisi à seruis occisus eam deseruerit: & paulo post occisus & ipse est. hæc, & similia à Iulio, & Valerio Maximo referuntur. Cuius artis expugnatio ex Ciceronis verbis libro de Diuinatione petenda est. *Qua, inquit, natura est, qua volucres huc, & illuc passim vagantes efficiat, vt significent aliquid, & tum vetent agere, tum iubeant, aut cantu, aut volatu? Cur autem aliis à dextra, aliis à læua datum est auibus, vt ratum auspicium facere possint. Romanus enim sinistra videntur, Graiis dextra meliora? Quid quod aliis auibus vtuntur, alia signa, aliter obseruant, aliter respondent.* Itaq. omnia vel ob cultum superstitiosum temere, & casu obseruata sunt; vel versutia diabolica acciderunt, quo homines in hæc procliuiores, sibi in animum indocerent illam diuinandi artem ... re & obseruare.

[Plato. Xenophõ. Q. Frater. Augurium auctoritate. Exempla Augurii. alius. Valerius. Cicero. Augurium reprobatur.]

D ... artem, quam augurandi subiicimus, longum sermonem texere opus non est, quam Cicero optime expulerit. Quid enim diuinatiis esse potest in extis, hoc, aut illo modo, vel colore apparentibus? aut iecore non reperto, aut corde, vt Iulio Cæsari accidisse memorant, bis cor in opimis bubus defecisse eo die, quo est coniuratis occisus. & similia alia apud Valerium Maximum quæ non dubium quin diabolica arte nitantur. Vnde Iamblichus de mysteriis Ægyptiorum cap. 31. esse hoc, vel illo modo exta composita, opus esse dæmonis, neque vnius, sed plurium, pro ratione de ... tatis animalis oblati: singulis namque speciebus animalium suos dæmones distributi. Denique hoc docent hanc artificiosam præsagii machinam, neque legitimi vaticinii nomine ... neq; ... pertractan-

[Haruspicina reprobatur. Cicero. Iamblichus.]

A dam, neque vtentis quasi sit veridicus, esse credendum.

De Ominibus.

CAP. VI.

PYTHAGOREI, auctore Cicerone lib. 1. de Diuinatione, voces hominum soliti sunt obseruare, vt omen caperent ab ore enim nomen ominis desumitur quod in hominum vocibus potissimum attendatur ad præsagium futurorum; quamuis & per actiones ominari etiam mos fuerit, vt per sternutationem, per prodigia aliqua. Huiusmodi diuinationis vim aliquam B esse ad futura præsagienda; inde constat primum. quod Augustinus lib. 2. de Genesi cap. 17. eam his verbis fulcit, in vniuersum de Diuinatione loquens. Ideoque fatendum est, quando ab istis vera dicuntur instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanæ mentes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines fit, spirituum seductorum operatio est, quibus quædam vera de temporalibus rebus nosse permittitur; partim quia subtilioris sensus acumine; partim experientia callidiore propter magnam longitudine vitæ, partim à Sanctis Angelis, quod ipsi ab omnipotenti Deo discunt, etiam iussu eius, sibi reuelantibus, &c & lib. 12. de Genesi cap. 22. Vigilantibus etiam, ait, neque vllo modo C afflictis, neque furore exagitatis, occulto quodam instinctu ingestas esse cogitationes quas promendo diuinarent; non solum aliud agentes, vt Caiphas, verum etiam id suscipientes, vt diuinandi modo aliquid dicerent, nouimus. Nam quidam iuuenes iocando, vt fallerent mathematicos, dum iter agerent, se esse finxerunt, quos cũ hospes admiratus rogaret de filii salute, quem diu absentem desiderabat, illi non curantes quid post suum abscessum veri cognosceretur, dum præsentia lætum redderent hominem, mox protectum, responderunt; filium, ac propinquantem, & eo ipso die, quo hæc loquebantur, esse venturum. quid multa? dum iam abire disponerent, ecce subito adhuc eis illic positis venit. Item D alius ante Symphoniacum saltabat, non aliquo spiritu arreptus, sed imitatione ludicra arreptitios æmulatus, scientibus circumstantibus. Ille ergo inter saltandum facto sibi silentio iocabundus, & ridente multitudine circumceptus, ea nocte, quæ impendebat, ea silua quæ ... hominem a leone interemptum ... cadauer spectantium, illucescente die confluxuram turbam, & ... solennitati ... deserturam, præ ... fictum est, ... Quonam modo inquit Augustinus, hæc vim spiritum homines venirent ... primitus formentur ... ingerantur & quid fiat in spiritu ... vt aliquando ... imagines, & ... aliquid ... ignote- E tur aliquando autem aliquid ... videantur, sed quid significent ... te difficillimum est, & explicare ... um.

[Cicero. Ominis etymon. Ominis vis quanta Augustin. Exempla.]

Quid quod in aliquibus sanctis omina commendari videntur? Narrat enim Paulinus Nolanus Probum iudicem ... Ambrosium in Lyguriam, & Æmiliam ... ernandas destinaret ei dixisse:

[Ominum commendatio. Paulinus.]

...c: *Vade, & fac, non vt iudex, sed vt Episcopus:* ...omen vero eius exitus cõprobauit; nam creatus est Episcopus, dum iudex esset Mediolanensis. Idem in eodem Paulino, cum esset Romæ puer apud matrem viduam, & virginem sororem, videretque ab illis sacerdotum manus osculari, ipse ludens manus sorori offerebat ...ndas, dicens; se quoque Episcopum aliquando futurum; à qua tamen, ominis ...ram ...nesciente, spernebatur. Quæ si aliquid ... diuinitatis, cur illa sunt contemnenda, ... Cicero lib.1. de Diuinatione. & Valerius ... lib.1. c.5. de L. Paulo consule? cui ... bellum cum Rege Persa, vbi ... vesperi domum rediit; filiolam suam ... admodum parua, exo... osculatur ... *Quid est,* in... *quid tristis: Mi pater, ait, Persa periit:* ...le ... puellam complexus. *Accipio omen ..., mea filia.* erat autem mortua Catella eo nomine. ... huiusmodi quamplurima.

E... sternutamenti ... consuetum omen accipi ... Plinius lib.28. naturalis historiæ ... Vide Catullus, *dextra sternuit approbatione.* ...

Nunc tibi nascenti primis mea vita diebus,
Ardens argutum sternuit omen amor?

Multa similia refert Cælius lib.24. cap.27. & Alexander lib.2. c.26. Sed & Aristoteles sternutamentum pro numine habitum, & sacrum dictum ait in Problematis sect. 33. q.7. & ... quod ... partes hominis, scilicet, capitis ... & spiritum inde exeuntem tamquam ..., inquit, veneramur, & adoramus, estque ... bonæ capitis valetudinis. Ideoque id ..., beneque augurantur; nam saltem diui... salutem, & præsagit valetudinem, præsertim si tempore fiat matutino.

Addamus his multa alia omina ex prodigiosis euentibus verum effectum sortita, siue ex nostris siue ex ethnicis. In Platonis pueri dormientis labris apes consederunt, vt Valerius refert, mel infigendo, singularem eloquii suauitatem ex ore eius emanaturam indicantes: quod ita, vt indicatur fuit, euenit. Idipsum Ambrosio infanti contigisse, inspectante patre, & examen apum admirante, ex eius historia cognouimus. Fuit & omen illud admirabile, quod refert Iosephus lib. Antiq.2. c...9. de Mose puero, quem cum Termut filia Pharaonis, in filium adoptasset, & patri vti filium successorem offerret; ille eum suscipiens, & ad pectus applicans per amorem, imposuit ei diadema; at Moses illud conuoluens proiecit ...m, suisq; pedibus calcauit: quod regi ferre videbatur augurium, ab eo illum cum suo regno ob...m iri. De Iuliano scripsit Euttopius lib.11. histor... lo vrbem quamdam ingressum, corona laurea, quibus solent ciuitates ornari, inter columnas pendente, scisso fune, supra caput eius decidente, aptissime coronatum. quo facto cuncti conclamauere, id signum illi fore imperii: & exitus comprobauit. Sed & illud ominosa ... veritatem confirmare videtur, quod sæpe sæpius an... due... est, quoties de al...uo sermonem co...texere ...ncidit, illum cõfestim præsto esse. Vnde prouerbium, *lupus est in fabula;* quasi species venientes pungãt colloquentes, vt eius meminerunt

Verum hoc multa, aut temere, & casu ita accidere, vt Carneades, & Cicero 2. de Diuinatione asseruere, *nam meminisse de aliquo,* dixit Aristoteles lib. de Diuinatione per somnum ensioe, *neque signum est, neque causa accedendi ipsum:* multa dæmonis occulto instinctu ad homines, decipiendos, vt dixit Augustinus: Multa etiam diuina id agente prouidentia, quando ad bonum hominis, Deique laudem conferre visum fuerit, quale fuit examen apum in ore Platonis, & Ambrosii repertum. de quo plura in 3. libr. differemus.

Omen autem per sternutamentum captum superstitiosum totum est, nisi cum tamquam signum naturale accipitur salutis capitis, vt dixit Aristoteles. sicut & illa omnia vana sunt, quæ celebrant Christianæ mulierculæ; præsertim virgines: quæ summo mane natalis D. Ioannis Baptistæ silent fenestras occupare, & quibusdam precibus murmuratis, arrectis auribus primam vocem præstolari, quam summa fide excipientes, in futurarum nuptiarum fausta, aut infausta præsagia conseruant. Venantur & futurorum maritorum nomina: nã si prima, quæ audiatur vox Petrus fuerit, Petrum vocandum virum sibi certo persuasa sunt. Huius autem modi diuinandi superstitio inde etiam confirmatur, quod olim ominibus captandis loci erant dedicati, vt de Mercurio Achaiæ sic refert Pausanias. *In foro stabat Mercurij simulacrũ, ante cuius pedes lapidea stabat ara; ad aramque hinc inde alligata ænea lucerna visebantur: consulturus vesperi accensis lucernis ad Deum accedebat, thus in ara medio incendebat; in dexteram simulacri manum nummisma quoddam loci illius patrium ex ære ponebat: inde ad simulacri aurem insusurrabat quod percunctari volebat: obturatis deinde auribus à foro rectà discedebat: foro egressus occlusas aures aperiebat, & vox, quam primum audisset, vero omnium voce constanter obseruabatur.* Refert etiam Cicero Metellum ominis captandi gratia in sacellum consueuisse decedere. Ideo Valerius Maximus cap.5. ait, *Ominum obseruatio, aliquo contactu religionis innixa est; quoniam non fortuito motu, sed diuina prouidentia constare creditur.*

De Oraculis per idola editis.

CAP. VII.

QVAMVIS Seneca in prologo declamationum oraculum hunc in modum definiunt. *Est voluntas diuina hominum ore enunciata;* nomen id tantum exponens de responsis, quæ in adytis per phanaticos edebantur: Tamen Cicero in vtroque libro de Diuinatione ea vocat oracula, quæcumque instinctu diuino, afflatuque funduntur: & generalius in Topicis, *oracula,* inquit, *ex eo ipso appellata sunt, quod inest in deorum oratio.* Vocabimus ergo modo oracula quæcumque responsa, quocumque medio, per dæmones edita. Inde sacra loca, fana, aut templa, in quibus edebantur, oracula dicta sunt; vt vocat Plinius libro 12. capite 23. Oraculum Ammonis. Agemus prius in hoc capite de responsis per statuas, arbores, aliasque res inanimes editis: posterius de editis per furorem.

Cicero lib.2. de Diuinatione contendit probare nullum fuisse apud gentes oraculũ, sed omnia, quæ

Censura prædictorum. Aristot.

Sternutationis omen.

Omina mulierculatum.

Pausanias.

Ominis captandi forma

Seneca.

Oraculi ratio.

Oracula loca sacra Plinius.

Cicero nullum oraculum putat.

quæ de his referuntur, habenda fabulosa. *Cum [illegible]ris, inquit, illa edita est opulentissimo Regi Asiæ Crœso Halym penetrans magnam peruertet opum vim. Hostium vim se peruersurum putauit, peruertit autem suam. Cur autem hoc credam editum Crœso? aut Herodotum cur veraciorem credam Ennio? unm ille minus potuit de Crœso, quam de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim est, qui credat Apollinis oraculo Pyrrho esse responsum: [Aio te Æacida Romanos vincere posse.] Primum Latine Apollo numquam locutus est: deinde ista sors inaudita Græcis est: Præterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat.*

Oracula dæmonũ non neganda.

At vero quamuis ex oraculis multa fabulosa sint, non est tamen omnino negandum, fuisse aliqua apud gentes, in quibus dæmones vere loquebantur, & responsa dabant. & quidem Scriptura sacra potest hoc aliquatenus comprobari, ex iis locis, in quibus idolorum interrogationes reprehendit. *Interrogabunt*, ait Isaias cap. 19 *simulacra sua, & diuinos suos, & pythones, & hariolos*: de Ægyptiis loquitur, qui vt tradit Mercurius apud

Mercur.

Marsilium Ficinum lib. 13. de immortalitate animæ cap. 3. deorum statuas construebant tales, vt loquerentur, & irent. De Iouis Ammonis oraculo, qui hircino capite, & pelle amictus colebatur, refert Strabo lib. 17. Geographiæ; sacerdotes responsa petituros idolum aurato nauigio impositum circumuectitasse, carmenque patrium accinebant, atque his ritibus veluti delinitum, non voce, sed nutibus, & signis subobscuris, quæ vellet proferebat: quæ signa, & quos nutus sacerdotes iis postea, qui consulturi accesserant, explicabant. Lucianus deinde lib. de Syria dea, de Apollinis oraculo, in Syriæ ciuitate Hierapoli existenti sic ait. *Apollo vaticinaturus, primum in sede sua mouebatur: sacerdotes illico illum in sublime attollebant; qui si non extulissent, sudabat, sublatum portabant: ille vero si quid nolebat fieri, retrocedebat; contra si quid approbaret, impellebat gestantes, aliquandoque etiam præsente Luciano, ipse solus per aera in sublime fuit eleuatus.*

Ammonis oraculum. Strabo.

Lucianus. Apollinis oraculum.

Valerius. Moneta dea.

Valerius lib. 1. cap. 8. refert Monetam deam Veiis existentem à milite per iocum interrogatam, an Romam migrare vellet; velle se respondisse. Fortunæ etiam simulacrum in via Latina consistens, non semel, sed bis locutum dicit, his verbis. *Rite me matronæ vidistis, riteque dedicastis.* Dodonei Iouis oraculum in Dodona amplissima vrbe Molossidis in Epiro fuit, apud Ætolos, Acarnanas, & Epirotas frequentissimum. auctore Strabone lib. 17. Geographiæ in quo vocales quercus accedentibus interrogarũs commouebantur: sponte responso insonabant. ibi referunt fagum, & columbam vaticinatam; quonesque oraculum edebatur, lebetes ænei ad numerum tinnitus edebant sonoros.

Iouis Dodonei oraculum.

Strabo.

Commemorabo, ait Cyrillus Alex. lib. 3. contra Iulianum, *Dodonæam quercum, quam humana aiunt vsam voce.* Quin & Iligonius Cin[illegible]nsis in Rhodo Insula dicit, Iouis ranum sermonis nostri non fuisse expertem. Rem miram narrat Alexander in epistola, quam de situ Indiæ, & itinere suo ad præceptorẽ suum scripsit, de duab. arboribus vna virilis roboris Solis, altera feminæ Lunæ Indice, & Græce loquentibus. Ad oraculũ prope Oceanum in Æthiopia cum accessisset homo pedum amplius decem statura altior, nigro corpore

Cyrill. Alex.

Iligonius.

Alexand.

Arbores loquaces.

dentibus [illegible] foratis auribus [illegible] annulique, & [illegible]bus [illegible] Qui postquam interrogauit quid [illegible] quit, puerili, & fœminei [illegible] diuinum locum [illegible]res, deponi [illegible] vestesque cun[illegible]m calceament[illegible] Vndecima diei hora erat, exp[illegible]ctab[illegible] dos Solis o[illegible] Nam S[illegible] [illegible]spondere ad p[illegible] iubaris ortus [illegible] trem noctis eadem tempora custodire [illegible] næ arborem. Quære mihi, ait Alexan[illegible] mendacio, quam [illegible] [illegible]debantur. In medio luci [illegible]atæ arbores sinit [illegible] cup[illegible] frondium ge[illegible], pedum altæ cen[illegible] quas Bebri[illegible]c appellant. Assi[illegible] quod in Ecly[illegible], & Lunæ, vb[illegible] lacrymis sacræ arbores commouerentur, suorum numinum status timentes, præce[illegible]que [illegible] quam immolarem, sed prouolutus [illegible]bo-rum oscula darem, rogaremque S[illegible], [illegible] Lunam, vt vendica mihi darent respon[illegible] vidimus ab occidente iubare fulge[illegible] [illegible] hæbi radiis percussa arborum cacumina, & [illegible] cerd[illegible], sursum omnes intuemini. Tunc [illegible] sermone tenuissime respondit arbor. *Inuicte bello Alexander, vnum eris terrarum orbis dominus, [illegible] viuus in patriam non reuerteris: ita enim fata d. tuo capite statuerunt.* Consulto deinde vbi moriturus eram, ad primum Lunæ ortum percussa cornu, splendoreque accepto arbor Græce respondit. *Alexa[illegible]er plenum iam ætatis finem non habes, sed sequenti anno mense Maio in Babylone morieris, a quo minime speras, deciperis.* Tertio lucum intraui, eandem sacratissimam Solis arborem consulturus, cuiusnam percussoris manum cauere deberem, quemve exitum, mater mea, sororesque habere deberen[illegible] Arbor Græce respondit. *Si mortis tuæ tibi insidiatorem prodidero, sublato eo, instantia fata facile mutabis. Mihi quoque tres irascentur sorores, quod earum pen[illegible]a impedierim. Igitur ad annum, & menses octo Babylone morieris, non ferro, vt suspicaris, sed veneno. Mater tua turpissimo, & miserando exitu, quandoque insepulta iacebit in via, auium, ferarumque præda: sorores tuæ diu fato felices erunt. Tu modo caue ne nos vlterius sciscitere, quin excede nostri luci terminos, & Phasiacen, Porumque reuertere.*

Oracula arborum Solis, & Lunæ.

Alexand. mors prædicta.

Psellus lib. de dæmonibus sic lo[illegible] de diuinatione per peluim apud Ass[illegible]os [illegible] frequenti, quæ profecto, inquit, *congruitatem quandam habet cum dæmonibus materia valde coniuncta. Accipiunt ergo peluim aqua plenam vaticinantes, dæmonibus congruentem in profunda repentibus. Apparet autem pelnis illa aqua plena quodammodo respirare propter sonitum, & virtute infusa carminis, valde aquis aliis præcellet. Cum primum dæmon illabitur aquæ, sonum inox quemdam exiguum, & significationis experte[illegible] edit [illegible] cum præsentibus significantem. Deinde vero [illegible] iam inundante, exiles quidam soni susurrant quædam prædictione futura. Est autem eiusmodi spiritu[illegible] passim perer-rans: & data opera tenuem vocem edu[illegible] vt propter indistinctam vocis obscuritatem cum mendacia minus deprehendi possim.* hic ille.

Psellus. D[illegible] per peluim

Ex quibus, & multis aliis, quæ referunt Eusebius lib. 5. & 6. de Præparatione Euangelica. & Gregorius Nazian. in Apologia 2. contra Iulianum; & Cyrillus Alexand. lib. 5. contra eumdem

Eusebius. Nazianze. Cyrillus Alex.

Iulianum

[illegible] & [illegible] b. de cr[illegible] & [illegible] is, [illegible] nones [illegible] penu [illegible] responsa de [illegible], a [illegible] per [illegible], & per [illegible] tes [illegible] tues; [illegible] pe [illegible] tes animatas q[illegible], sed [illegible] ou [illegible], [illegible] exp[illegible] s, voc [illegible]. Nec [illegible] ecle dat [illegible] improb [illegible] loco C [illegible]-lus m [illegible] exem [illegible] is [illegible] m [illegible] us A[illegible] is eq[illegible] prædi[illegible] mort[illegible] n, [illegible] ste [illegible] mer di-[illegible] ic [illegible] *am.* [illegible] *eloquelam.* Prop[illegible] [illegible] ens, *Cau* [illegible] *multu alia tran-siret,* [illegible] *alias* *Pytha*[illegible] Ap[illegible] onn. [illegible] *alloquere* *ait.* [illegible] *Apollo* [illegible] *ac mulie-bris.* [illegible] conclud[illegible] C[illegible] ones [illegible] us am[illegible] [illegible], quæ sensu, & voce ca[illegible] [illegible] potem [illegible], [illegible] at om-bus. De serpente, quæ [illegible] non ob-scure all[illegible] Scrip[illegible], et[illegible] Ap[illegible] ob-loquutus *Aunon potuit serpens* [illegible] *illius, hu-mana voce, vt flumen Causus magnum salutauit? Vox enim illa impij, & auctoris malorum dæmonis facta est, serpente velamentum in alignitatis illius sui adumbrante. Nam enim tunc non esset aliud animal, mulier [illegible] simplex existimabat fortasse, & alia animantibus da-tum esse humana voce loqui posse.* Augustinus simili-ter lib. 11. de Genesi ad lite am cap. 27 *in serpente, ait, diabolus locutus est, vtens eo, velut or[illegible] ano, mouens-que eius naturam eo modo, quomodo vere ille mouere, & moueri illa poterat ad exprimendos verborum sonos, & si-gna corporalia, per quæ mulier* [illegible] *intelligeret vo-luntatem,non* [illegible] *serpens verborum sonos intelligebat, [illegible] ex illo fiebant ad Mulierem.* Modum huius locu-tionis explicat S. Thomas in Quæstion bus di-sputatis q. de Miraculis ar. 5. ad 3. & 4. Nam dæ-mon per motum localem aeris sonum formabat literate, & articulate, vocis similitudinem, & mo-dum habentem: quemadmodum asina Balaam spiritu bono operante locuta fuit, ita sane omnia simulacra operante dæmone loquebantur.

De Oraculis per furorem editis.

C A P. VIII.

MVlti arbitrati sunt naturalem quandam vim inesse an[illegible] antris essimiti, aut potio-ni, ad furorem diuinum inuciendum animæ, e-potæ: vel quia talis vis est rebus insit, vt Iulianus apud [illegible], Plinius, & alii non pauci puta-uere: aut quia per furorem illum à corpore ani-mus auocatus natura sua in futura penetret. Cuius opinionis falsitatem lib. superiore rete-ximus cap. 22. Alii verius existimarunt dæmo-nes per halitus, & l[illegible] mphaticas potiones, ea fen-sum alienatione vi[illegible] tam [illegible] quam [illegible] bolo quo-dam suum in hominem ingressus, & ad futura præ-dicenda accessus; quo se admirabiliores homi-[illegible] ostenderent, & ad [illegible] eos redde-[illegible] propensiores.

De [illegible] hico oraculo Apollinis proditum ab omnibus est rum Græcis, tum [illegible] atinis, an-[illegible] m [illegible], ex quo Pythonicus halitus [illegible] qui [illegible] e al[illegible] t, afflue[illegible] m in [illegible] Apollinis effigies draconis [illegible] in [illegible] cia lupi; quam vrbem [illegible] chun ob interfectum P[illegible] o-[illegible] dictam [illegible], vnde Pythius Apollo, & [illegible] ia vates. eius descriptionem tradit nobis [illegible] bo libro nono, Geographiæ, *Auctores in-qu[illegible] ens, certi memorant d[illegible] uinum ipsum domicilium, profundam, & curuam speluncam esse, non admodum late patentem ore; atque hinc auram reddi* [illegible] *flante numine excel*[illegible] *autem* [illegible] *eminere tripo-dem; quem simul atque Pythia vates insc*[illegible] *hau-sto diuinitatis spiritu r[illegible]sponsa edere, partim metro, partim oratione* [illegible]*era.* Referunt Pausanias li[illegible] decimo, & Diodorus libro 16. B[illegible] æ, & Plutar[illegible] hus de De[illegible] tu oraculorum [illegible] eo loco ante conditum templum, [illegible] prius hiatum [illegible] d[illegible] m exti[illegible] le, ad quem si capra aliqu[illegible] [illegible] sset, mi[illegible] is modis protinus saltabat [illegible] ra-tus sep[illegible] [illegible], qui ea [illegible] halation[illegible] pti, deme[illegible] es, futurosque futuros euentus præsen-tiebant.

Pytho.

Strabo.

Descriptio oraculi.

Pausanias L. 16. Plutarch.

[illegible] aliis.

Cumanum oraculum antro solitum excipi, Virgilius hoc carmine docet 6. Æ[illegible] os.

At pius Æne[illegible] arces, quibus altus Apollo
Præsidet, horrendaque pr[illegible] Sibylla
Antrum immane petit, magnam cui mentem, animumque
Delius insp[illegible] rat Vates, aperitque futura.
Ventum erat ad limen, cum virgo poscere fata
Tempus, ait, Deus, ecce Deus, cui talia fanti
Ante fores subito,non vultus,non [illegible] vnus
Non compta mansere comæ, sed pectus anhe-lum,
Et rabie fera corda tument, maiorque videri,
Nec mortale sonans afflata est numine, [illegible]

Cumanum oraculum.

Trophonium Iouis oraculum in Lebadia Beotiæ, vt ait Pausanias, & Nicolaus Leonicus in Dialogo; Tiphonius halitus furore obtine-batur; eratque tam vehemens post receptum ex antro vaporem furoris insasio, vt corpus con-sulentis pene ipsa animi agitatione vita excede-ret. In Colophonio deinde oraculo, vt Porphi-rius dixit apud Iamblichum de mysteriis Ægy-ptiorum; aqua epota eodem furore [illegible] onciliato de futuris vates solebant respondere. & in Bran-chidico Dindimei Apollinis orac[illegible] lo, quod fa-ma, & opibus Delphico non cessit, vt notat Strabo lib. 14. & 17. halitum ex aqua ascendente h[illegible] urientes antistites ventura prædicebant. In Argolico etiam statis diebus agni epuro sangui-ne mulier virgo futur[illegible] s præcin[illegible] bat euentus. De his in vniuersum eo loco Iambli[illegible] us, cap. V[illegible] cinium quid, & vnde, *Vaticinium* [illegible] *nquit* [illegible] *ab arte, neq; a natura, nec*[illegible] *turali*[illegible] *an maliboesque ra-tionibus, motibusve esse* [illegible] *sempiternum est missum ad nos vsque diuinitus, totaque praestas præsaga re* [illegible] *ad deos. Ceteri vero* [illegible] *elut instrumenta subministran-tur misso diuinitus præ* [illegible] *dono. loca an-tem, & talia quæ* [illegible] *ad vaticinium exiguntur, vnt materia.*

Trophonium oraculum. Pausanias concito.

Colophonium.

Dindimeum.

Argolicũ.

Iamblichus.

Pro[f]ani [illegible] [illegible] intelligerent qua dicerent

C A [illegible] I[illegible].

N[illegible] [illegible]simu[illegible] oper[illegible] [illegible]est [illegible]ue[illegible], an p[illegible] nati [illegible] que [illegible] quo [illegible] ba[illegible] [illegible]gerent, quæ l[illegible] [illegible] in ile [illegible] & d[illegible] tum [illegible]ntes. Plato [illegible] Antiq[illegible] [illegible] quien[illegible] [illegible] *[illegible]utam*, id est, *furorem*, [illegible] tepti vere [illegible] tu[illegible] T[illegible] omin[illegible] *Maniam*, [illegible] S[illegible] bill[illegible]. Prophet[illegible] [illegible] prudente[illegible] paulum admodum, & obscur[illegible] præfagi[illegible] nil: quan[illegible] [illegible] tur Deo, vere vat[illegible]. Platonem re[illegible] Iamblichu[illegible] *[illegible]st*, inquit, *afflatio nihil aliud, quam totos a Deo animos occupari, at[illegible] con tineri*. Hinc vero posterius sequitur *Ecstasis*, [illegible] *exitus*, vel alienatio quædam, tamq[illegible] [illegible]quens ad afflationem acciden[illegible] ac[illegible] hic auctor pro eodem diuin[illegible] afflatum & vaticinium. Idem Indicat [illegible]b.[illegible] & 2. de Di[illegible] Cicero, dum [illegible] du[illegible]bus diuinationis generibus, artificioso, & natur[illegible], naturale illud esse ait, quod in furore, & animi concitatione consistit. Tum & Ch[illegible]sostomus Hom. 29. super [illegible] ad Cor. 12. *Vatu*, inquit, *proprium est mente commoueri, & necessario compelli, & trahi tamquam furiis percitum. Propheta autem non eiusmodi est, sed sobria mente, [illegible] modesta, & firma, qua loquitur omnia vt decet, nouit [illegible] Plato ait, quemadmodum sortilegi & vates dicunt quidem multa, & bona, [illegible]ciunt autem nihil eorum qua dicunt*. Vnde pate[illegible] [illegible] necessitas, qua seruiunt dæmone & vi[illegible] [illegible] aucinantium, vt P[illegible]thia, & [illegible] & Homil. 44. in 12. Matthæi. *Propheta falsus quales arioli & gentium vates fuerunt, sicuti furiosi, atque bacchaut malis spiritibus exagitantur*. Sic Chr[illegible] [illegible] q[illegible] Platonem retulit ex Timæo Sed & [illegible] lib. de For[illegible]tudine. *Ad vatem, ait, spectat solum futurorum portenta, signaque pranoscere, siue mors cuique nuntieat, siue morbus. quid autem ex his cuique aut pati, aut non pati pra[illegible] cur vates potius, quam quiuis alius iudicabit*. [illegible] quibu[illegible] concluditur gentium vates ignorasse ea quæ [illegible]nab[illegible], [illegible] vera quan[illegible] [illegible]ebant [illegible] [illegible] nime non [illegible] [illegible] [illegible] necel[illegible] [illegible] ad[illegible] [illegible] itemag[illegible].

Plato
[illegible] vates igna[illegible] ros quid di cerent lo[illegible]
Mantia
Iamblich.
Cicero.
Chrysost.
[illegible], & [illegible]theus [illegible]ctus
Plato.

Ver[illegible] [illegible] [illegible] pelleat [illegible] on[illegible] m potest eh[illegible] potest an[illegible] [illegible] ura hominibu[illegible] nimo[illegible] lien[illegible] tis, [illegible] no[illegible] dæm[illegible], nisi quod, [illegible] ang[illegible] nan lumen hum[illegible] int[illegible] [illegible] [illegible]te, & [illegible]nfortat illud, vt v[illegible] at [illegible] qu[illegible] b si milit[illegible]dinibus ei proponit, ita dæmon pote[illegible] [illegible] dem, cum natu[illegible] [illegible]perior sit, sed non [illegible]ortat [illegible] ma[illegible]itia; quia no vult [illegible] fortare [illegible] nitio nem veritatis; etsi per locu[illegible] [illegible] m [illegible] ster. [illegible] docet S. Thomas 1. P. q. [illegible]9. ar. 1. & [illegible] & [illegible] [illegible] & [illegible] contra ge[illegible] 54. Asserit erg[illegible] Augusti[illegible] [illegible] p. [illegible] *Cum malus spiritus in [illegible] in spiritu existentes arripit, aut*

Munus dæmoni & angelo compet[illegible].
Dæmon non con[f]ortat in tellectum hominis.
[illegible]gustinus

A *dæmonia[illegible] [illegible] aut [illegible] [illegible]batur*. qu[illegible] d[illegible] [illegible] loc[illegible]

Dæm[illegible] S. T[illegible] & [illegible] p 154. [illegible] omnibus [illegible] [illegible] & ph[illegible] [illegible] [illegible] d tar[illegible] st[illegible] [illegible] [illegible]

Dæmonis [illegible] operatio.

B [illegible] [illegible] S[illegible] [illegible] & q.d. [illegible] [illegible]eu[illegible] notat[illegible] 2. q[illegible] al[illegible] [illegible] ut[illegible] p[illegible]ncal[illegible] gin[illegible] d[illegible] S. [illegible] P. loc[illegible]

Igitur dæmon po[illegible] om[illegible] mentem pe[illegible] facit. Si[illegible] ero mente impe[illegible] bus, [illegible]us efficiat diuina[illegible] furiosis, [illegible] contingat [illegible]

C tali apparente; ita vt dæm[illegible] n p[illegible] velit, linguam hominis ad [illegible] tando [illegible] induce[illegible] quæ velit, absque vllo ope[illegible] ciat [illegible] furibund[illegible] profer[illegible] ne. & aliquo[illegible] [illegible] modis [illegible] sos illos homine[illegible], & femin[illegible] P[illegible] Corvban[illegible]s, e[illegible] olque [illegible] & locis aliis diuinasse. Si autem [illegible] monis spectra d[illegible]ponantur in hom[illegible] mente commota, aut quieta, [illegible] te, nisi quæ n[illegible] [illegible] dæmon per locutionem [illegible] illis spectris; tunc tali prodeunt p[illegible] quod tal[illegible] diuinent siue q[illegible]od ve[illegible] captum dæmonis inspirantis ea [illegible]

D vera futu[illegible] [illegible]pliciter, q[illegible] præn[illegible] Dei est. Hu[illegible] modi mul[illegible] tes, vt Socrate[illegible], qui dæmonis [illegible] [illegible]ione multa di[illegible] bat. Zor[illegible] Orpheus, Mu[illegible]æus, Sy[illegible] q[illegible] diuinasse, Cicero affi[illegible] lib. [illegible] de Di[illegible]natione, [illegible]cha[illegible] [illegible] uos [illegible] & p[illegible] [illegible]ent Mercur[illegible] [illegible] [illegible]tur [illegible] Sancti[illegible] [illegible]disse Pat[illegible] [illegible] [illegible]tum est, bellum Thessa[illegible] impetu[illegible] Cæsarem victorem [illegible]

E [illegible]ue fuer[illegible] 4[illegible] Prophetæ Baal [illegible] [illegible] [illegible]Reg. 8. & qui bellum [illegible] bant. chab. [illegible]Reg 2 & [illegible], quorum [illegible] 8. & 29. & ceteri Proph[illegible] [illegible]militer.

At præ[illegible] auctor[illegible] eo ab[illegible]ue futuro nullum verum diuin[illegible] [illegible] bant, [illegible] tam; & absque [illegible] on[illegible] d[illegible] nem q[illegible]od dæm[illegible] que[illegible] [illegible] [illegible]ba [illegible] [illegible]uinatio-

[illegible] quales
Agellius.
[illegible] diui[illegible] [illegible] per

[illegible] pe [illegible] A [illegible], & [illegible] *no, [illegible] apientes [illegible] animam huiusmodi [illegible] comm [illegible] ionea [illegible] spiritus. & [illegible]. Plerumque [illegible] humanum spiritum aut malus spiritus, vt [illegible] dam occulta mixtura qua [illegible] spiritus [illegible] videtur [illegible] spiri [illegible] tus vexantis, vt in daem [illegible] inus & [illegible] Ge [illegible] 2 [illegible] bant [illegible] que r [illegible], n [illegible] re [illegible] [illegible] oratio- n [illegible] [illegible] arent nonnum [illegible] m* Au [illegible] spi [illegible] turam [illegible] a [illegible] [illegible] es va- [illegible] T [illegible] mas. [illegible] potu [illegible] em [illegible] [illegible].

De [illegible] somnia.

C A P. X.

Hæc cum vera sint, merito oportet inuestigemus, cur cum in titulis aliquorum Prophetarum, persona ponatur dicentis, verbi gratia, Ionas, Hoseas, Ieremias, cum genere ex patribus ducto, & patria, & cum officio, quod propheta sit: & eorum, aduersus quos, vel de quibus dicitur, vt in Abdia ad Edom: in Amos super Israel: in Michea E super Samaria, & Ierusalem; quæ loco rerum numerantur: cur etiam tempus in multis designetur: in aliquibus non? nam hoc tempus tacuit

Tempus desideratur in quibusdam Prophetis.

tacuit Abdias: tacuit Ionas: tacuit Nahum tacuit Abacuc: tacuit Malachias. Et sane velle probare id nec conduxisse, nec fuisse necessarium, cum generatim loquantur Prophetę, tempus de-

[illegible] rationem communem sanctorum [illegible]m, asserentium, temporis cognitionem ne[illegible]riam ad Prophetarum intelligentiam, non [so]lum eleuare, sed improbare. Cum profecto [ea]dem ipsi, qui tacitæ temporis rationem reddidere, quo tempore prophetauerit Abdias peruestigent: quo Ionas: quo Abacuc; quo Malachias: nec possint intelligi sine temporis notatione, vt in singulorum commentariis facile perspiciet lector. Quare non aliam taciti reddamus temporis rationem, quam implicitæ sermonis, impeditarum sententiarum, & inexplicatorum sensuum; deniq; obscuritatis Prophetarũ. Nam quo clarior redditur Prophetia eius, qui tempus notauit, eo fit illius obscurior, qui tempus non expressit. Atque adeo id factum putatur, vt nostrum exerceatur ingenium, & labor intelligendi augeatur magis. Hæc ipsa ratio satisfuerit ad respondendum quærentibus, cur in quibusdam Prophetis illa præmittantur, quæ ad claritatem faciunt, ea vero, quæ pariunt obscuritatem, desiderentur: nec aliæ vlteriores rationes sunt inuestigandæ, ne nodum in scirpo quæramus.

Obscuritas [illegible] ... [illegible] doque.

Ad ingenij [ex]ercitationem.

Parentes, ac patriam cur quidam ex Prophetis notauerint, alij nequaquam?

Cap. VII.

Patriæ & parentum notatio.

AD communem tandem Prophetarum explicationem spectat rationem reddere diuersitatis inter eos seruatæ, dum quidam in titulis suos parentes notant, & patriam, quidam tacent. Quinque parentes expresserunt; Hoseas filius Beeri: Ioel filius Phatuel: Ionas filius Amathi: Sophonias filius Chusi: & Zacharias filius Barachiæ. Tres tantum patriam: Amos ex pastoribus Thecuæ: Micheas Morasthites: & Nahum Elchesæus. Quæ varietas, & in maioribus Prophetis inuenitur.

Ratio Hebræorum reijcitur.

Quamuis autem Hebręi, & parentum expressorum, & tacitæ patriæ vnicam hanc reddant rationem, Prophetæ nobilitatem, & muneris obiti fidem, dum parentes exprimi putant, quod fuerint & ipsi Prophetæ: patriam vero taceri, quod intelligatur esse Ierosolymita: verum hanc rationem, vt ineptam, & falsam, quoniam expositores quidam non probant; alias nos rationes inuestigemus, cum absque ratione eam diuersitatem factam non credamus.

Patria, & parentes notati ad distinctionem.

Et quidem ea primum ratio se offert Prophetis, patres, patriamque notandi, quæ omnibus gentibus communis est, vt ab aliis eiusdem nominis per patrum adiectionem, & patriæ, distinguantur. Etenim sæpe contingit duos, tresve eodem nomine vocari; quos patris sui, patriæq; adiectione distinguimus, & cognoscimus. hac ratione Simonem Ioannis distinguimus à Simone Chananeo, Iacobum Alphei a Iacobo Zebedæi: hãc rationem tradit nobis Theodoretus in principio Commentarij in Ioelem: *Quoniam plerique, ait, vt consuetudinis ratio exigit, eodem nomine sunt, patris nomen addidit.* Chrysostomus quoque in principio Commentariorum in Isaiam: Theophylactus in Ionam, & Gregorius Hom. 2. in Ezechielem. Quod si accidat, vt quidem potest, idem esse duobus patrum nomen, ac propterea eo nomine non distinguantur, adducitur *patria*, qua ab alio dignosci valeat; ita Micheã Morasthen, Amosum Thecuitem, Nahum Elchesæum, ab iis qui simili nomine vocabantur, distinguimus. Enim vero Iesum Mariæ filium ab aliis eiusdem nominis, patriæ notatio distinguebat, cum Iesus Nazarenus, aut patris, cum vocabatur filius Dauid.

Theod.

Chrysost. Theophyl. Gregor.

Patria ad distinctionem facit.

Ad nobilitatem Prophetæ notantur parentes, & patria.

Altera ratio est, quo parentum, patriæque nobilitate illustrior redditus, acceptior populo factus, maiorem dicendorum auctoritatem, & fidem conciliaret Propheta. Nam quamuis doctor, & Vates, non generis, non patriæ nobilitatem requireret; vt sacerdotes, qui ex tribu Leui ducebant originem; & Reges, qui ex tribu Iuda: at multum conducit doctrinæ auctoritatem, & fidei, populi beneuolentiam, maxime ex illustri ducta prosapia: Vnde Basilius in 1. cap. Isaiæ: *Atqui, ait, plures patrum meminere, & forte illi quidem acceptiores reddi eo potuere, quod ex illustri genere maiorum prodiissent: quo enim quisque est sanguine clarior, hoc apud plerosque omnes maiorem impetrat fidem: contra, qui ex obscuro, & ignobili prognati sunt, fere transmittuntur silentio.* sic quoque multi alij senserunt.

Nobilitas conciliat auctoritatem & fidem.

Ad claritatem iuuat notatio patriæ, & parentum.

Tertiam præfatis subiiciamus rationem patriæ notatæ, & parentum, vt argumenti magis explicandi, sermonisq; prophetici elucidandi fundamentum iactum sit. Nam cur Ieremias se retulit oriundum è sacerdotibus Anathoth, nisi vt intelligeremus capitale odium, quo compatriotæ, & consanguinei eum sunt prosecuti? Cur Amos se dixit esse de pastoribus Thecuæ, nisi, vt cognoscamus vim afflatus diuini, pastores etiam rudes corripientis? & cum iussus est fugere in terram Iuda; sciamus ad quam tribum pertineret Thecua.

Quidam tacent patriam, & parentes, quod noti

His præcipue rationibus accidit, vt Prophetarum quidam parentum, patriæque nominibus se adornent; alij vero nequaquam: qui vel quod ipsi per se noti essent, vel facili negotio ab aliis possent distingui, eis ornamentis non indigebant. Atque hæc de Prophetis dicta sufficiant: nam multa alia, quæ notari possint, quod minutiora sint, quam vt in capita redigi queant, & in commentariis Prophetarum, suo quodque loco, explicantur, meliro prætermittimus.

Chronotaxis Prophetarum duodecim Prophetarum.

Cap. VIII.

AD absolutam Isagoges ad Prophetas completionem, & ad maiorem elucidationem prophetiarum singulorum Prophetarum, operæ pretium visum est, Chronotaxim vaticiniorum cum annorum notatione præmittere, vt lector studiosus nouerit quo quisq; anno prophetauerit. Etsi id magna ex parte coniectura assequi oporteat; quod Prophetæ suorum vaticiniorum singulos annos distinguere non curauerint: quo nos possent hoc onere leuare. Præstituemus autem reges Iuda, sub quibus diuini Prophetę concionati sunt, & vaticinati.

Iosaphat rex Iuda septimus.

Anno 18. Iosaphat regis Iuda, qui erat 2. Ochoziæ regis Israel, mortuo Achab. 4. Reg. 1. v. 1. & 3. v. 4. 5. cum Iosaphat egrede-

Abdias.

retur o... Idumæis; inter alios Prophetas, qui animabant Iudæos aduersus hostes. 2. Paralip. 20. 1. in ultionem audaciæ illorum, Abdias prænunciauit Idumæis extremam vastitatem per Chaldæos. A

Azarias rex Iudæ decimus tertius.

Ionas. Anno 8. Azariæ, & 23. Ieroboam regis Israel, Sardanapalo rege Niniues ad finem declinante, Ionas missus Niniuem, celerem eius vastitatem denunciauit; quæ ciuium pœnitentia dilata est.

Hoseas. Anno 16. aut 17. Azariæ, qui erat 31. aut 32. Ieroboam regis Israel cœpit Hozeas prophetare, quæ c. 1. 2. & 3. eius Prophetiæ continentur. B

Amos. Anno 23. Azariæ, qui erat 37. Ieroboam regis Israel Amos prophetat, quæ continentur sex prioribus capitibus.

Amos. Anno 24. Azariæ, & 38. Ieroboam Amos prophetat contra Israel, nominato etiam Ieroboam, quę habentur tribus postremis capitibus.

Amos. Anno 25. Azariæ, & 39. Ieroboam contigit terræ motus, ante quem duos annos prophetauit Amos c. 1.

Ioathan rex Iudæ 14.

Micheas. Anno 9. aut 10. Ioathan, & Phaceæ regis Israel Micheas cœpit prophetare contra Israel. c. 1. & 2. C

Hoseas. Anno 10. Ioathan, & 11. Phaceæ Hoseas prophetat contra idololatriam inuectam in Iudam ex Israel. c. 4.

Achaz rex Iudæ 15.

Hoseas. Anno 2. & sequentibus Achaz, & Phaceæ regis Israel Huseas comminatur Israeli extremam vastitatem. c. 5

Ezechias rex Iudæ 16.

Hoseas. Anno 1. Ezechiæ, & sequentibus, & 4. Hozeæ regis Israel Hoseas prophetat contra Israelem à 6. ad 13. caput.

Hoseas. Anno 6. Ezechiæ, & 9. Hoseæ regis Israel Hoseas prophetat imminentem Israeli vastitatem. cap. 14. D

Micheas. Anno 7. aut 8. Ezechiæ, diruto iam regno Israelis, prophetat Micheas Sionem quasi agrum arandam. c. 3. & retulere seniores Ierem. 26. 18.

Nahum. Anno 8. vel 9. Ezechiæ Nahum ad consolationem populi sui, prophetat Niniuem Assyriorum metropolim subuertendam.

Micheas. Anno 9. aut 10. Ezechiæ ante obsidionem Sennacherib Micheas prophetat 4. c. contenta.

Micheas. Anno 14. Ezechiæ Micheas cap. 5. prophetat contra Sennacherib Iudæam inuadentem.

Micheas. Anno 19. aut 20. Ezechiæ Micheas prophetat 6. & 7. capitibus contenta. E

Manasse rex Iudæ 17.

Ioel. Anno 2. aut 3. Manasses Ioel inuectus in peccata duarum tribuum, vastitatem per Chaldæos illi... o... minatur.

A Anno 13. aut 14. Manasses ob summam morum peruersitatem, duabus tribubus prænunciat extremam cladem per Chaldæos Abacuc. Abacuc.

Iosias rex Iudæ 18.

Anno 16. Iosiæ ante fœdus initum anno eius 18. Sophonias inuehitur in idololatriam inuectam per sacerdotes, & extremam cladem per Chaldæos comminatur. Sophonias.

Darius rex 4. Persarum.

Anno 2. Darij die 1. sexti mensis cœpit Haggæus prophetare contra socordiam populi differentis structuram templi. Haggæi. 1. 1. Haggæus.

B Anno 2. Darij die 24. sexti mensis suscitauit Haggeus spiritum Zorobabelis, & I... vt timore remoto opus templi prosequerentur. Hag. 1. v. 14. & 2. v. 1. Haggæus.

Anno 2. Darij die 21. mensis 7. prophetauit Haggæus maiorem futuram gloriam posterioris templi quam prioris. Hag. 2. v. 2. Haggæus.

Anno 2. Darij mense 8. cœpit prophetare Zacharias, pollicens summam pacem Zachar. 1. Zacharias.

Anno 2. Darij die 24. mensis noni hortatur Haggæus ad prosequendum opus templi. Hag. 2. 11. Haggæus.

C Anno 2. Darij die 24. noni mensis Haggeus prophetauit subuersis regnis alijs, solum regnum Christi augendum. Hag. 2. 21. Haggæus.

Anno 2. Darij die 24. mensis 11. Zacharias vidit sub eadem nocte virum inter myrteta c. 1. v. 7. & fabros ventilantes v. 19. & virum metientem ciuitatem. c. 2. 1. & Iesum sacerdotem magnum. c. 3. & candelabrum. c. 4. Zacharias.

Anno 3. Darij Zacharias consolatur populum, prophetans volumen maledictionis repellendum Babylonem. c. 5. Zacharias.

Anno 3. Darij vidit quadrigas, quæ defensuræ erant populum. c. 6. Zacharias.

D Anno 4. Darij die 4. mensis noni Zacharias respondet legationi de ieiunio. c. 7. commutandum in festa præclara, si legem obseruent. c. 8. Zacharias.

Anno 5. Darij Zacharias pollicetur Philistæorum terram subijciendam Iudæis, ne eos timerent impedientes Zachar. 9. & Christum venturum. Zacharias.

Anno 6. Templo absoluto pollicetur summam tranquillitatem per Machabæos adducendam. c. 10. Zacharias.

Anno 7. Darij in dedicatione templi Haggæus, & Zacharias cecinerunt Alleluiah. Dorotheus Epiphan. Haggæus. Zacharias.

E Anno 9. Darij absoluto omni ex parte templo, lætus hortatur ad legis obseruantiam, ni velit vrbem restauratam videre iterum destructam. c. 11. Zacharias.

Anno 10. vel 12. Darij prænunciat Zacharias Ierusalem oppugnandam a finitimis hostibus, sed per Machabæos liberandam. cap. 12. & in ea Christum affigendum cruci, ...ius bona natura detegit. cap. 13. Zacharias.

Zacharias.

Anno 24. aut sequentibus Darii in summa pace agentibus Iudæis prænunciat Zacharias capiendam Ierusalem per Antiochum, sed per Machabæos liberandam, & Christum in eam venturum, & ex ea felicitatem Ecclesiæ. c. 14.

Haggæus Zacharias.

Anno 30. Darii, aut prope Haggæus iuuenis, & Zacharias senex decessere, quod amplius illorum nulla mentio, & ita fertur in historia breui Hebræorum. & indicant Dorotheus, & Epiphanius.

Artaxerxes Longimanus.

Malachias.

Anno 4. 5. aut 6. Artaxerxis Malachias contra vitia sacerdotum, & populi prophetat, quia vxores alienigenas duxerant ante 7. annum, quo Esdras plebiscito repudiare compulit, & vt sponte abiicerent persuasit, & perfecit, vt diximus in Malachia.

Atque hæc dicta sint non sane adeo certa, sed quoad potuimus ex Scriptoribus, & coniecturis venari, ad elucidationem Prophetarum non parum conducentia.

De libro duodecim Prophetarum.

Cap. IX.

Prophetæ plura dixerunt quam scripserunt.

RVRSVS vt finem præfationibus imponamus, nemo poterit inficiari plurima alia dixisse prophetas, quæ si scripsissent, longis voluminibus complexi fuissent: nam si Hoseas ad multam ætatem nonaginta annorum concionatoris munere functus est; multa quidem alia protulisse existimandus est, quæ silentio clausa latuerunt. Atque illa sola singuli Prophetæ breuibus scriptis mandauere, quæ præcipua capita continerent; quæ satis essent ad reuocandos homines à vitiis, malis futuris intentatis: & ad virtutis amorem inducendos bonis promissis, præsertim per Christum præstandis. Atque adeo duodecim Prophetæ, cum minores ceteris non sint sententiarum grauitate, & verborum maiestate, ob sermonis breuitatem minores dicti sunt

Prophetæ minores cur dicti.

vt notarunt Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, c. 19. & Ruffinus præfat. in Hoseam. Vnde cum vnum

August. Ruffinus.

iustum volumen singuli facere minime possent, vt Theodoretus notauit, præfat. ad illos, cum vnus Isaias, auctore Hieronymo procemio in Isaiam, duodecim Prophetis iuxta numerum versuum, aut æqualis, aut maior sit, vnico volumine comprehensi sunt. Quamuis enim singuli singula sua vaticinia scripta posteritati reliquerint, vt omnibus in confesso est; at viri synagogæ maioris, in Synodo, quam coegerunt, auctore Esdra, sub Artaxerxe Longimano; quam refert Genebrardus in sua Chronologia initio sextæ ætatis, dum libros omnes canonicos num. 22. iuxta numerum literarum Hebraicarum, comprehenderunt; duodecim Prophetas vno volumine contentos definierunt, quam rationem secutus est Iesus Filius Syrach Ecclesiastici 49. v. 12. dum duodecim Prophetas vno commendat encomio; & Iosephus lib. 1. contra Appionem; & Hebræi ceteri; tum & Græci, Epiphanius, Gregorius Theologus, Damascenus, tum & Latini, Hieronymus in epistola 103. ad Paulinum, & in Prologo 12. Prophetarum; & præfat. in librum Regum; & Isidorus lib. 6. Originum cap. 1. & 2. & ceteri, qui canonem sacrorum librorum, sub dicto numero contentum tradidere.

Theodor. Hieron. Liber vnus duodecim Prophetarum.

Iosephus Nazianz. Epiphan. Damasc. Hieron.

Isidorus.

Ceterum cum præter suas Prophetias nihil aliud scripsisse existimentur diuini Prophetæ minores: at in quibusdam codicibus Græcis, vt nunc in Vaticano, quinque Psalmos nominibus Haggæi, & Zachariæ inscriptos inuenimus; 137. 145. 146. 147. & 148. & ea propter sunt qui arbitrentur ab ipsis Prophetis in reditu populi è Babylone ad Deo gratias agendas fuisse compositos, & conscriptos, maxime cum in vulgata editione correcta illum 145. Psalmum sic inscriptum nunc legamus; Alleluiah Haggæi, & Zachariæ, & insuper Psalmus 111. titulum habet: Alleluiah reuersionis Haggæi, & Zachariæ. Verum Patres, & Psalmorum commentatores, qui rem accuratius perpenderunt, affirmant eos Psalmos non fuisse à duobus illis Prophetis compositos: sed ad rem accommodatos, qua de agebant, quod idoneam continerent materiam ad canendum, redeuntibus è captiuitate, & nouam viuendi rationem, iuxta Dei legem, ingredientibus. Atque his ita constitutis ad ipsorum Prophetarum elucidationem deueniamus.

Psalmi cōpositi ab Haggæo, & Zacharia.

COMMENTARIORVM IN HOSEÆ PROPHETIAS,

Liber Primus.

PRÆFATIO.

HOSEAS denunciat Israelem delendum, quod reges suos idololatras fuerit imitatus: cum Iudam promittat, Dei miseratione seruandum, quod Prophetæ ipsius monitis aliquando resipuerit, & rege suo Ezechiæ præeunte idola reliquerit, templumque mundauerit. Multa interim de Christo consolatore in miserorum solatium pollicetur.

HOSEÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

[1] SERMO, quem habuit Dominus [2] ad Hoseam filium Beeri, [3] per tempora Regum Iuda, Oziæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ, & Regis Israel Ieroboam filii Ioas, est qui sequitur. [4] En quale Dominus in Hosea principium instituerit loquendi populo Israelitico, quo & suam ostenderet bonitatem, & de multiplici eum impietate commoneret. Dixit igitur Dominus Hoseæ. Vade, [5] sume tibi vxorem, feminam, quam omnes norint multis contaminatam fornicationibus, & procrea ex ea filios fornicarios: [6] Quia certe similibus sceleribus assueta est [illegible] quam duxi ego Dominus in vxorem, mea motus [illegible] cordia, & tamen nunquam illa cessat impietate [illegible], & idololatriis a se me repellere. [7] Abiit ergo Hoseas [illegible] Dei audiens, & accepit [8] Gomer filiam Debelaim: quæ concepit & peperit ei filium, & dixit Dominus ei: impone puero nomen Iezrahel, [9] quia non multo post tempore vlciscar sanguinem Iezrahel populi mei [illegible] Ieroboam, & alios Reges a familia [illegible], quod [illegible] ad vitulos aureos, & pœnas [illegible] de filio Iehu Zacharia, vitam et cum regno eripiendo. Et inde vsque diminuam, absque permutatione Israeliticas, quousque per Salmanasar regem Assyriorum Israelitarum regnum [illegible] omnino [10] cessare, tradito Iezrahele in gentium dispersionem: & omne robur [11] Israel funditus euertam in valle Iezrahel. Sic populus Dei Israel desinet esse filius, & induet conditionem fragilis, ac debilis feminæ, quæ hostium pateat contumeliis. In cuius signum Hoseas genuit iterum, & nata est ei [12] filia: & Dominus ei, Impone, inquit, nomen illi, *Lorukhamah*, hoc est, Non misericordiam consecuta: [13] quia Israel meo auxilio, & protectione destitutus, iam vti fragilis femina perpetuo futurus est: nec vlterius curabo misereri, aut regnum eius instaurare, sed penitus obliuioni tradam: cum tamen pollicear misereturum me [14] domui Iuda, & instauraturum regnum eius, non quidem vllo bellico apparatu, sed me id agente, qui sum Deus [illegible], per Cyrum Regem Persarum. Sic [15] ablactauit *Lorukhamah*, id est, eam, quæ erat absque misericordia: efficiens Israelem [illegible] meritam retributionem, absque spe vlla restaurationis. Concepit tertio vxor Hoseæ, & peperit filium,

CAP. I.

[1] ‖ *VErbum Domini, quod factum est* [2] *ad Hosea* 1
filium Beeri, [3] *in diebus Oziæ, Ioathan, A-*
chaz, Ezechiæ Regum Iuda; & in diebus Ieroboam filij
Ioas Regis Israel. ‖ [4] *Principium loquendi Domino in* 2
Hosea. & dixit Dominus ad Hoseam. Vade, [5] *sume tibi v-*
xorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum,
[6] *quia fornicans fornicabitur terra à Domino* ‖ *Et* 3
abijt [7] *& accepit* [8] *Gomer filiam Debelaim: & conce-*
pit, & peperit ei filium. ‖ *Et dixit Dominus ad eum: vo-* 4
ca nomen eius Iezrahel: [9] *quoniam adhuc modicum,*
& visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu. &
[10] *quiescere faciam regnum domus Israel.* ‖ *Et in illa* 5
die conteram arcum [11] *Israel in valle Iezrahel.* ‖ *Et* 6
concepit adhuc, & peperit [12] *filiam: & dixit ei: voca*
nomen eius, Absque misericordia, [13] *quia non addam vltra*
misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. ‖ [14] *Et* 7
domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo,
& non saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in e-
quis, & in equitibus. ‖ [15] *Et ablactauit eam, quæ erat* 8
absque misericordia, & concepit, & peperit filium. ‖ *Et* 9
dixit: voca nomen eius. [16] *Non populus meus:* [17] *quia*
vos non populus meus, & ego non ero vester. ‖ [18] *Et erit* 10
numerus [19] *filiorum Israel quasi arena maris, quæ sine*
mensura est, & non numerabitur. Et erit [20] *in loco, vbi*
dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Non populus
meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. ‖ *Et* [21] *congre-* 11
gabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibi-
met [22] *caput vnum, & ascendent de terra.* [23] *quia*
magnus dies Iezrahel.

[illegible] dixit Dominus, voca nomen eius [16] *Loami*, id est, Non populus meus; v[illegible] ius & nomen [illegible], fuit in [illegible]ium, quod populus Israel a me rece[illegible] is, & in impietate robustus effectus, non e[illegible] iam populus me[illegible] ego tan-
[illegible] filio pa[illegible] (quippe qui iam non sum D[illegible] eius) prouideam, vt solebam. Quod si, o Israel, videns te repudiatum, ta[illegible]
[illegible] e dicas, me non stare promissis Abrahæ f[illegible] is de propaganda illius sobole a[illegible] sque mensura, & numero, si te A[illegible]
[illegible] um omnino deleo [17] etto[illegible], cum in tua captiuitate adeo [18] aucta [illegible] ueris, vt quasi a[illegible]ena maris mensu-
[illegible] post[illegible] ac [illegible] ume an, talem commutationem per Christum in te faciend[illegible]m, [19] vt vbicunque gentium dici tu-
[illegible] a Domin[illegible]: Non populus meus vo[illegible] dem dicatur ab omnibus: hi sunt populus Dei, hi sunt filii Dei viuentis
[illegible] m[illegible] me[illegible] l[illegible] nult[illegible] x filii Iudæ, & ex filii[illegible] Israel pariter [20] congregentur in vnam fidem & vnum sibi [21] ca-
pu[illegible] stu[illegible] nstituant [illegible] uo auctore, & d[illegible] c[illegible] al[illegible] endent de terra suæ capti[illegible] uitatis, in qua peccatorum vinculis retentu
man[illegible] ant reuc[illegible] antu[illegible], profec[illegible] ur[illegible] n cælestem Ierus[illegible] e[illegible]. Tunc temporis [2] [illegible] oquam m[illegible] nu[illegible], & iucundus dies ille tan-
tæ mutationis Iezrah[illegible] i populi Dei, [illegible] um viderit iam se turpi liberatum [illegible] uitute, & [illegible] um D[illegible] i per Christum adopta-
tum.

ARGVMENTVM.

PRÆFIXO operi titulo, quasi in typo vxoris ex meretricio ductæ, & trium filiorum ex ea susceptorum, depingit breui compendio impietatem Synagogæ, & pœnam captiuitatis, quam propter eam sustinuit, & liberationem ex ea per Christum; de quibus per sequentia capita ampliorem instituit sermonem.

COMMENTARIVS.

Tria tractanda.

1 VErbum.] Titulus hic est toti operi ab Hosea præfixus, in quo tria declarat. Rem tractandam: personam Prophetæ, & tempus harum prophetiarum. Rem tractandam in vniuersam exposuit nomine, *verbum Domini.*

Verbum Domini quid.

Nam *verbum* hic non accipitur pro denunciatione Prophetiæ facta ad populum ab Hosea, vt alias accipitur quandoque: sed pro re à Deo reuelata. Cum enim sermo Domini signum sit conceptus Domini, & conceptus rei, quam Hoseæ reuelauit; inde est, vt *verbum Domini, quod factum est ad Hoseam*, idem sit, quod res à Domino Hoseæ reuelata, quam ipse populo denunciaret. Sic Cyrillus, & omnes fere accipiunt.

Auctoritas Prophetæ vnde.

Cum autem dicit, *Verbum Domini, quod factum est ad Hosea*, auctoritatem sibi conciliat non modicam; dignumque se ostendit, cui omnes fidem præstent, cum verbum Domini loquatur, non suum iuxta illud Pauli 1. ad Thessalon. 2. 13. *Accepistis illud, non vt verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei.*

Verbum Domini facit ad homines.

Nec ausus fuerit verba ad homines facere, antequam ad ipsum factum fuisset verbum Domini: vt sancti viri obseruare solent, contra ac faciunt

Prædicans non missus culpatur.

audaces quidam futilis eloquentiæ iactatores, qui inuissi, absque eo, quod mittantur, ipsi currunt; & cum ad eos non sit locutus Dominus, i[illegible] prophetant. Ad vtilitatem ergo respiciens [illegible]aymo, & nescio quis alius eum secutus, non ad veritatem, nomine *verbi Domini*, filium Dei intelligit, verbum patris, quod locutum est ad Hoseæ, faciens illum Deum, & Saluatorem populi sui. Nam sicut Deus loquendo hominibus facit illos Deos, vt dixit Christus Ioan. 10. 35. *si illos dicitis Deos, ad quos Dei sermo factus est.*

Saluator facit saluatores.

Sic ipse saluator, facit vt iidem sint saluatores; qualis fuit Hoseæ, qui saluator interpretatur. Nam doctrina, & exemplo sanctitatis populum, ad quem [illegible] ssus est, saluum facere curabat.

Ad Hosee.] Hoseas Propheta est, cui facta est à Do[illegible]ino reuelatio: eodem vocatus nomine, quo prius filius Nun dictus est, vt hoc loco notat Hieronymus, הושע *Hoseas* videlicet, quod *Saluatorem* significat, qui populi sui curaret salutem.

Hoseas Saluator. Beeri etymon.

Patrem habuit Beeri, quod nomen interpretatur, putei mei, nam à Domino tamquam ex puteo suo, viuas sermonum suorum aquas hauriebat, quibus populi rigaret ariditatem.

Beeri quis.

Beeri autem principem illum esse de tribu Ruben, putant Hebræi, quos Lyra, & Montanus sequuntur, qui 1. Paralip. 5. 6. ductus fuit captiuus per Teglatphalasarem regem Assyriorum.

Epiph. Doroth. Isidorus.

Verum obstat Epiphanii sententia lib. de vita, & interitu Prophetarum; Dorothei in Synopsi; Isidori lib. de Vita, & interitu sanctorum cap. 42. asserentium, fuisse de Tribu Isachar; & ortum in oppido Belemoth, aut Bethlehem, vt vocat Isidorus, aut Betschemetz, vt quædam Glossa legit; & functum vita, in propria terra humatum esse, eisdem auctoribus.

Hoseas vnde oriundus.

Non fuit ergo Hoseas Ierosolymitanus, vt in vniuersum tradunt Hebræi, Dauid Kimhi; & Vatablus in huc cap. Hoseæ, asserentes Prophetam suam patriam reticentem, habendum esse Ierosolymitanum: nisi ea ratione id factum existiment, qua ignoti filii

Ignoti filii nobilitas.

præcipuis vrbibus adscribuntur ciues, & qui terrenam despiciunt habitationem, & futuram inquirunt, cælestibus incolis annumerantur: & qui non vocant patres in terra; in cælis patrem sortiuntur Deum.

Prophetiæ tempus.

In diebus.] Tempus suæ Prophetiæ signat quatuor regum Iudæ, Oziæ seu Azariæ, Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regno conclusum. Cum autem Ieroboam regem Israel nominauerit, cuius anno is cœpit regnare Ozias, ex 4. Regum 14. 21. & cum Ieroboam ad 41. peruenerit, Ozias 30. annos priores exegit, in postremis Ieroboam: ac proinde intra priores illos annos Oziæ regis Iuda cœpit Hoseas prophetare, & perseuerauit prophetando vltra nonaginta annos, ad

Hoseæ vita diuturna.

longissimam senectutem, vt dicunt Hebræi; & vidit captiuitatem decem tribuum quam prænunciauit, vt scribunt Hieronymus & Ruffinus. Vnde multo plures, ac longiores sermones habuit ad populum, quam qui ad nos peruenerunt: multaque pro populo perpessus pro vitæ diuturnitate.

Quæres fortasse, cur Hoseas omnium regum

Cur solius Ieroboam mentio facta.

Iuda, sub quibus prophetauit, meminerit, non tamen omnium regum Israel, nempe Zachariæ, Sellum, Manahen, Phaceiæ, Phaceæ, & Hoseæ, cuius nono anno, qui erat sextus Ezechiæ, finitum est regnum Israel: sed tantum Ieroboam? Ruffinus respondet, ideo sol us Ieroboam meminisse, quod cito regnum Israel esset finiendum. Sed qu[...] id [...]oc impediebat omnes alios [...] referre? Numquid impedituri erant Dei [...]untatem, aut Hoseæ Prophetiam finem regno [...] comminantem; quod regum illorum me[...]de[...] aut timuit Propheta reges Israel & non Iuda? Alij respondent, ideo Ieroboam solum nominatum, quod in illo finita sit generatio Iehu, vt ei fuerat Dominus comminatus 4. Re[...] & 15. cum dixit duraturum regnum Israel in domo Iehu vsque ad quartam generationem. Fuit autem Ieroboam quartus à Iehu; si[...] de[...] huic successit filius Ioachaz, deinde I[...], & demum Ieroboam eius filius. Nam Zacha[...] filiu Ieroboam nulla habetur mentio, qu[...] d[...] ptem tantum mensibus regnauerit. At quid cogebat Prophetam hunc, ad illam Dei sententiam completam ostendendam? Numquid aliquo Dei præcepto ad id faciendum obstrictus erat? Aut id iam opere completum ex libro Regum non constabat, cum Zachariæ quarto filio Iehu Sellum cum vita regnum eripuit? Verior igitur est ratio Montani; ideo mentionem factam Ieroboam; vt initium Prophetiæ Hoseæ certius, ac distinctius ostenderetur; cum enim cœpisset sub Ozia, qui regnauit 52. annos; adiunctus est Ieroboam, quo constaret, non in fine, aut medio regnantis Oziæ, sed intra primos 6. annos Prophetiam exorsum. Vt similiter fecit Amos in 1. cap. suæ Prophetiæ. Vult autem Dominus tam districtam temporis rationem haberi, ne causentur Israelitæ, se non in tempore monitos à Deo, ante multos annos, quam illorum regnum destrueretur ob culpam longe ante re-prehensam.

Alij responsio libera reiecta.

Tertia responsio verior.

Israelitæ moniti opportune.

Quod si vlterius inquiras, cur non dixerit Hoseas in quas personas inuehatur: Respondetur cum Alberto, satis indicasse cum meminit Regum Iuda, & Regis Israel; se contra vtrumque regnum sermonem dirigere. Nam vtrique populo fuisse locutû Hieronymus asserit, & ex serie Prophetiæ satis erit manifestum; quamuis contra populum Israel sit præcipua Prophetæ inuectiua, vt ostendunt quoque Athanasius in Synopsi, & Eusebius in libro de appellationibus librorum propheticorum, apud Procopium Gazæum super Isaiam.

Inuectio vtrumque populum est.

Principium. Horum verborum duplex est sensus. prior est Basilij, Hieronymi, Ruffini, in 1. Isaiæ, & hic Ruperti, Haymonis, Alberti, Hugonis, Dionysij, & Vatabli: Hoseæ primum locutus est Dominus ante ceteros Prophetas, qui sub eisdem regibus prophetarunt: nempe ante Isaiam, Amos, Ioel, Ionam, & Michæam, ac proinde affirmant hi auctores primum omnium Hoseam cœpisse prophetare. Verum hunc sensum, neque verba Hebræa præferunt; siquidem *principium loquendi Domino in Hosea*, non videtur esse idem, *quod primum locutus est Dominus ad Hoseam*, sed, *sic Dominus cæpit loqui ad Hoseam*: neque res ip[...] probat: si[...] idem multis probatur, Ab-

Prior sensus non verus.

Hoseas prior ceteris Prophetarum.

A diam, & Ionam ante hoc tempus suas exorsos Prophet[...], vt suo loco diximus. deinde, quia ab his verbis incipit tractatus, & propterea tanquam res admirandæ, illu[...] initio legentium captatur. Posterior ergo sensus, quem Hieronymus quoque adducit, & probant Theodoretus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Montanus, & Vatablus, hic est, ac subinductæ (?) iussioni commodior: initium locutionis Domini in Hoseæ, est hoc, quod sequitur. dixit [...] ad hoseam: Vade, & accipe vxorem, quod fecit in lehouah initium loquendi in Hoseæ; vel vnde exorsus fuerit loqui Hoseæ. Nam præpositio *in*, cum dicitur, *in Hosea*, aliquando redundat, vel pro, *ad*, capitur, & explicatur; sic *Dominus cæpit loqui Hosea*, vel *ad Hoseam*. & ita legunt LXX. apud

B Theodoretum, & Complutensem, & Zachar. 9 legimus, *& dixit Angelus, qui loquebatur in me*; id est, *mihi*, vel *ad me*, *ego ostendam tibi, quid sint hæc*. & hac ratione hic accipi verius est; quia Hoseæ ipsi sit sermo, vade sumitur. *& dixit Dominus ad Hoseæ, Vade, &c.* Aliquando vsurpatur pro *per*, vt Matth. 10. 21. *Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, id est, *per vos*, ita hoc loco, sic Dominus cæpit loqui per Hoseam populo, sub imagine meretricis ductæ ab eo in vxorem. Quem sensum videntur probare Hieronymus, Albertus, & alij; & satis aptus est; siquidem, & verbis, & signis vaticinantur Prophetæ. Est autem admiratione dignum vi-

Posterior sensus verior.

In pro ad, & per.

C dere quali exordio Dominus exorsus fuerit loqui Hoseæ, præcipiendo scilicet honesto adolescenti, sanctissimo, & longe remoto à fornicaris, & digno, qui sermonem conferret cum Deo, vt lupanar ingrederetur, & scortum duceret, & filios ex ea susciperet. Idque ob salutem fratrum curandam, & nomen saluatoris promerendum. quo magis mirere vnigenitum Dei filium, puritatis auctorem, in hunc mundum ingressum, naturam humanam assump[...] verbum minum salutis consisteret, & nomen Saluatoris, sanguinis effusione, compararet. Q[...] us autem erubescet qualescumque ignominias su[...]nere, quos cumque labores perferre pro salute fratrum, siue prope, siue longe existentium, dum hæc exempla

D contemplatur?

Hoseæ demissio dicenda, & humilitas pro salute fratrum.

Dei filii summa humanitas.

Salus fratrum commenda.

Sume.] In Hebræo tantum legimus. *Sume tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationum.* & ita habent LXX. & Hieronymus, Ruffinus, & Complutensis. Et quidem Hieronymo, & Theodoreto, Ruffino, Alberto, Hugoni, Lyræ, Dionysio, & Montano videtur Deus præcepisse Hoseæ, vt acciperet in coniugium fœminam fornicationi assuetam; cum filiis ex fornicatione susceptis: vt filii cum matre domum adducti, testes essent matris impudicitiæ: & vt Prophetæ patientia, caritasque probaretur, qui alienæ impudicitiæ filios aleret, & eorum genitor crederetur; & per eius societatem vxoris impudicitia in munditiem conuerteretur, & iuxta hanc intelligentiam iubetur Propheta accipere vxorem fornicariam

E cum filiis ex fornicatione susceptis, t significet Synagogam cum filiis suis, cultui idolorum deditissimam; pepencisse sibi pœnam quam [...] ficant filii in matrimonio post habitu[...] mus. Et secundum hunc sensum explicant hi auctores verba vulgati, vertentis, *& fac tibi filios fornicationum*

Prior expositio senten[...]ta.

A [illegible]num, hoc est, [illegible] tuos per adoptionem filios ex fornicatione susceptos ab vxore tua. Venit [illegible] in Hieronymo hoc loco, & in epistola ad [illegible]; quæ incipit. *Multum in vtramque partem*, & Theodoreto quoque, Hugoni, Dionysio, & Vatablo probatur altera expositio [illegible] qua explicantur verba illa. Sume tibi vxorem fornicariam, & [illegible]me ex ea, procrea, aut genera filios fornicationum. Quem sensum expressisse videtur vulgatus interpres, cum dixit, *& fac tibi filios fornicationum*. quæ lectio habetur in Basilio lib. 8. in Isaiam, statim in principio, & in Augustino lib. 22. contra Faustum cap. 80. & 89. & in libro contra Secundinum Manichæum, cap. 21. & in omnibus fere Latinis interpretibus; qui hoc modo intelligentes, cum Augustino legunt. *Accipe*

Posterior expositio vera.

Basilius. August.

B *tibi vxorem fornicariam. & fac filios de fornicaria*, vel *de fornicatione*. & probatur vetus hic sensus ex obedientia Prophetæ executioni mandata; nam vt præcepto Dei obediret, accepit Gomer, & ex ea genuit tres filios; ergo hoc est, quod ei præcepit Deus. Quod si quæras cur dicantur *filij fornicationum*? Haymo eos dici insinuat filios fornicationum, qui ex adultera nascuntur, ex ea videlicet, quæ super suum virum inducit alterum: qualem existimat fuisse vxorem Hoseæ. Sed nemo est, qui ita senserit: alioqui rem turpem iussisset Deus Prophetæ, vt vxorem duceret, quæ in fornicatione perseueraret, filios generans ex fornicatione, quos ipse Hoseas lubens aleret. Hieronymo, Hugoni, Dionysio, & Vatablo placet, dici

Fornicationum filii cur dicti.

Ratio vera.

C *filios fornicationum*, non quod ex matrimonio nati non sint, sed quod ex vxore fornicationum nati sint; ita vt sicut illa vocata est, *vxor fornicationum*, loco superlatiui, quasi vxor fornicatissima, valde fornicationi dedita, & publica meretrix, aut nobile scortum: vt *vir sanguinum*, Psalm. 5.7. dicitur, valde sanguinolentus, & *vir dolorum*, Isa. 53.3. maxime dolendus; aut multis affectus doloribus: sic *filij fornicationum* dicantur nati ex prædicta vxore fornicaria; licet ex matrimonio: nam sicut vxorem fieri non tollit præcedentem turpitudinem, ita nec genitos esse ex matrimonio tollit matris turpitudinem. Sunt tertio, quibus prædicta ratio non placet, & volunt; quemad-

D modum mater dicta est, *vxor fornicationum*, quod ipsa fornicationibus fuerit assueta; sic *filij fornicationum* dicantur, non ex vitio matris, sed ex propria fornicatione, quod ipsi etiam fornicationi deditissimi sint. Sed æquiuoce accipiunt nomen *fornicationum*; nam in vxore pro inhonesta libidine intelligunt: in filiis autem pro *idololatria*, quæ *fornicatio* in Scriptura dicitur, vnde in 2. cap. 4. vers. dicitur, *& filiorum eius non miserebor, quia filij fornicationum sunt*, videlicet, quia filii, qui idololatriam perpetrant, sunt. Cum certe in signo significante diuerso modo accipi debeant verba, quam in significato, cui signum applicatur. Nam quod attinet ad libidinem, mater, & filii recte fornicatii dicuntur iuxta secundam ra-

Ratio [illegible]

E tionem, quod vero attinet ad idololatriam, vtrique mater cum filiis, idololatriæ fuerunt.

6 *Quia.*] Hebraice; *Quia fornicando fornicabitur terra de post Dominum*. Iam Deus aperit, quid hoc matrimonii Hoseæ symbolo significare velit; nempe, se quasi in matrimonium coniunxisse sibi Synagogam, ipsam tamen, viro suo Deo dere-

A licto, post alienos Deos recessisse, quasi adulteram: & filios tibi similes produxisse. Per futurum autem Hebræi consueuere significare id, quod in communi vsu, & consuetudine positum est, & perpetuam habet effectionem; vt notat Montanus, vt si dicas: Opera, quæ non fient, fecisti mecum. Hoc est, quæ nec solent, neque debent fieri. Isai. 24.22. *claudetur ibi in carcere, & post multos dies visitabitur*. Hoc est, transactis multis diebus, adhuc durabit visitatio. & cap. 24.9. *Ecce Deus noster iste, exspectauimus eum, & saluabit nos*, id est, semper durabit ista saluatio, vt exponit Hieronymus Reduplicatio autem exaggerationem, & pondus habet, secundum Hieronymum in 16. Ezechielis. Igitur cum dicitur, *quia fornicando*

Consuetudo actionis futuri notata.

Reduplicatio exaggerat.

B *fornicabitur*, idem est, quod, absque dubio fornicatur, nec cessabit vnquam fornicari. Vsurpat autem Scriptura nomen *fornicationis* pro *adulterio*, & *adulterij* pro *idololatria*, per metaphoram; quia sicut adultera suo viro derelicto, adhæret alieno; ita idololatra, Deo vero, qui est illi vir, derelicto adhæret cultui, & amori alienorum. sic Numero. 14. 33. loquens Moses de aureo vitulo, inquit, *filij vestri portabunt fornicationem vestram*, & infra cap. 7. huius Prophetæ dicitur. *Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente*. Nihilque est hac metaphora in Scriptura frequentius: & propterea dixit. *Quia fornicando fornicabitur terra de post Dominum*, quia desinet sequi Dominum, vt abeat post Deos alienos. *Terra* autem nomine, li-

Fornicatio seu adulterium pro idololatria.

C cet Iudæam quidam velint intelligi, verius Hieronymus, & alii, Samariam, seu terram decem tribuum, quæ dicuntur Israel, interpretantur; de quibus præcipue sermo est in hoc capite.

Terra decem tribuum.

2 *Et accepit.*] Dicto Dei audiens, adolescens Hoseas, cui liberum erat honestam feminam, & sibi comparem ducere, fornicariam accepit. Nam fuisse adolescentem iam aptum matrimonio ex longissima ætate, quam ab initio Oziæ vsque ad finem regis Ezechiæ transegit, satis ostenditur. Sed antequam singula verba explicemus, operæpretium erit prænosse, verumne gestum hoc fuerit, vt Propheta fornicariam duxerit; an tantum phantasticum?

Hoseas adolescens.

Quæstio igitur prima sit: Vtrum reuera fuerit

D gesta hæc historia, quam refert de se Hoseas, an in imagine, aut in spiritu tantum acciderit? Controuersia hæc plurimum olim torsit doctos homines; siquidem, Ruffino referente, vniuersa Palæstina, & Ægyptus, & omnes, qui Origenis opinionem sequebantur, in spiritu fuisse gestum hoc signum Hoseæ, affirmabant, contra Syri reipsa impletum contendebant. Priorem sententiam secuti sunt ex Hebræis Chaldæus paraphrastes in huius loci paraphrasi; Moses Ægyptius libr. 7. Directoris dubiorum cap. 46. & Paulus Burgensis in additione 3. huius capitis, & Hebræorum doctissimi, vt ait Vatablus. Ex Latinis vero Hieronymus ita sensit in proœmio in Hoseam, & super hunc locum, cum concludit: *Si*

Quæstio I. De Hoseæ historiæ veritate.

Prior sententia, in spiritu accidit. Hebræi.

Hieron.

E *quis autem contentiosus, & maxime Gentilium, noluerit figuraliter dictum recipere, & irriserit Prophetam fornicariæ copulatum, opponamus ei, &c.* & in 4. caput Ezechielis, respondens quæstioni, quomodo Hoseas non recusauerit scortum ducere; ita colligit. *Ex quo sequitur figuram fuisse Synagogæ, vel Ecclesiæ, non vero iuxta literam perpetratum*; Quod

ipsum exponentes Prophetam plenius disseruimus. Ruffinus quoque, Haymo, Vatablus, & Isidorus eandem probauere intelligentiam. Probatur sententia hæc regula Hebræorum, quam affert Montanus, & colligitur ex Augustino lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 10. & sequentibus. Si quid dictum, & personarum decore ac dignitate abhorrens, in lac... offenderetur litteris, id non reipsa factum ... sed aut somnio, aut visione, aut mentis elatione fuisse repræsentatum. At Hoseam scortum duxisse inpossibile est, vt concludit Hieronymus in Proœmio Hoseæ: ergo in typo tantum, non reipsa accidisse fatendum est.

Ruffinus. Ratio prior. Augustini regula.

Nam & Tertullianus lib. de Pudicitia cap. 6. Turpes de prostitutione nuptias Hoseæ appellat. Deinde, quia si reipsi hoc coniugium ... maxime propter significatum coniugium Dei cum Synagoga, idolorum cultrice, vt argumentatus Ruffinus: at signum non conuenit significato: siquidem Synagoga in vero cultu non permansit, Deo vero coniuncta: at vxor Hoseæ casta, & pudica Prophetæ coniugio facta permansit. Non ergo vtilitas vlla significandi compulit Prophetam ad turpe coniugium.

Tertull. Ratio posterior.

Verum opposita sententia plures, nec minus graues habet auctores: Nam cum Syris eam tuentur Irenæus lib. 4. aduersus Hæreses cap. 37. Basilius in cap. 8. Isaiæ in principio, Cyrillus Alexandrinus super hunc Prophetam, Theodoretus Antiochenus, & Philippus presbyter libr. 1. in Iob. cap. 12. Theodoretus hic, & Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 12. & libr. 22. contra Faustum cap. 80. & 89. & lib. contra Secundinum Manichæum cap. 21. & veteres omnes Hebræi, vt asserunt Paulus Burgensis, & Montanus. Tum etiam Abulensis super Prologum Genes. cap. 7. & Exod. 20. quæst. 3. S. Thomas 1. 2. quæst. 100. artic. 8. ad. 3. & 2. 2. quæst. 154. artic. 2. ad. 3. Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus.

Sententia posterior. Irenæus. Basilius. Cyril. Alex. Theodor. Philip. Theodor. August.

Et probatur hac primum ratione. Quia communis patrum sententia est, non solo sermone, qui audiebatur, & visione, quæ videbatur, sed etiam conuersatione, & actibus Prophetas prophetasse, vt per eos Deus præfiguraret, & præmonstraret futura, ac hominum mentes magis permoueret, ac deterreret. Vt dixere Tertullianus lib. de resurrectione carnis cap. 28. Irenæus loco dicto, Hieronymus in 19. Ieremiæ, & Augustinus libr. 4. contra Faustum cap. 2. & lib. 22. & cap. 25. Sed hac ratione prænunciandi stragem Hebræis futuram, erat necessarium admonuisse populum vt admiratione signi percelleretur, & ad Deum conuerteretur, ergo, vt concludit Irenæus, Hoseas Propheta accepit vxorem fornicationis per operationem prophetans, *quia fornicando fornicabitur terra a Domino.* Deinde, quia vbi nomina personarum adhibentur, verum proponitur exemplum, non parabolicum, vt affirmant Origenes in cap. 1. Iob. Chrysostomus Homil. de diuite, & Homil. de Lazaro, & diuite. Ambrosius in 16. Lucæ, & alii multi, dum probant historiam fuisse, non parabolam, de Lazaro, & epulone: sed hic nominantur coniuges, Hoseas & ... Gomer ... Debelaim, & tres filii

Ratio. Prophetæ dictis, & factis prophetabant. Tertull. Irenæus. Hieron. August. Ratio 2. Personarum nominatio veram notat historiam. Origen. Chrysost. Ambros.

A nati. Ergo vera est historia, non parabolice in visu tantum ostensa.

Ad priorem rationem oppositam respondetur; non fuisse turpe Prophetæ ex præcepto Dei fornicariam ducere, & typo seruire, quem exprimebat, vt hic populum suum idololatram ad pietatem eo signo perduceret, cum Dei filio turpe non fuerit, sed modis omnibus honestum, vilem naturam hominis induere, & cum Pharisæis, & Publicanis versari, vt eos lucrifaceret: quemadmodum Moses duxit Æthiopicam, & Salmon princeps tribus Iudæ, Raab meretricem ex qua genuit Booz. Ita respondent Hieronymus, &
B Cyrillus hoc loco, & Augustinus lib. 22. Contra Faustum cap. ... *Quid,* inquit, *aduersum clementia veritati. Quid inimicum fidei Christi ... fornicatione in castum coniugium commutetur. Itaque cum meretricem Propheta ... vxorem ... ad vitam corrigendam, mulieris ... sacramentum de quo nos loquemur, expressum.* Hæc Augustinus. Non ergo indignum fuit, & Prophetæ indecorum, Dei iussis obtemperare, & aliquid ignominiæ pati pro fratribus.

Ad posteriorem rationem dicimus æquè teneri contrariæ opinionis auctore ad conformandum signum huic in spiritu ostenso significato; ac nos, qui signum reipsa factum dicimus: siquidem, siue re, siue in spiritu ostendi et Deus, significare aliquid voluit. In hac vero conformatione signi huius cum signato, in expli-
C catione Prophetæ, ex multis, quod verius erit, afferemus; & multa verba nos inutiliter contumemus.

Quæstio secunda est. Vtrum reuera vxor hæc, quam duxit Hoseas, fuerit fornicaria, an metaphorice, & spiritualiter Gentilis, & idololatra: Lyra, & Paulus Burgensis existimatur vxorem Hoseæ tantum fuisse spiritualiter fornicariam, nempe non locatione corporis meretricem, sed Gentilem Deum ignorantem. Probatur sententia primis; quia quo magis signum conformius est significato, certius, & efficacius est: Sed si Hoseas duxit feminam idololatram; & ex ea genuit filios matrem imitantes, certius, & efficacius exprimit Deus Synagogam, ex cultoribus idolorum, vt ex
D Abrahamo vocato, & in Israel ex Ægypto educto, assumentem, & filios in ... habentem, idolorum cultui assuetos: ergo hoc signo feminæ Gentilis, potius quam impudicæ, vsus est hoc loco Deus. Deinde, quia Propheta ipse rationem nominandi *vxorem fornicationum, & filios fornicationum,* eam reddidit, *quia fornicando fornicabitur terra a post Dominum,* Sed in ratione nomen clarius *fornicari* accepit pro *idola colere,* recedendo a Domino: quod magis patet ex illis verbis capitis 2. *& filiorum illius non miserebor, quia filii fornicationum sunt,* id est, quia filii, idola colentes fuere, sicut ... exponunt, vt Chaldæus, Theodoretus, Hieronymus, Ruffinus, & cæteri expositores ... Aliquin cur illorum non misereretur ... num quia
E ex fornicaria nati, an quia ipsi ... ergo *vxor fornicationum, & filii* ... sunt, quia spiritualiter fornicabantur, ... feruentes.

Opposita nihilominus ... quæ est omnium patrum, & ... quo in præcedenti quæstione ... sententia adduximus, verior est, ac ... Hoseam vxorem duxisse fornica-

Priorisrationis solutio. Non esse turpe signum, pietatis deterrens. Hieron. Aug. Ignominiam pati pro fratribus decere. ... Quæstio 2. Vtrum fuerit fornicaria an idololatra. Prior sententia. Ratio prior. Posterior ratio. Posterior sententia verior. Hoseas vxorem du-

...nt vero for-nicarium. *Tertul.* *Hieron.*

[illegible] m, & [illegible] cam, & [illegible] none cor-[illegible] cem, quam suo cōiugio [illegible] ed-[illegible] cam, quod eius turpitudinem ele-[illegible] iam Tertullianus lib. de pudicitia cap. 6. [illegible] ynius ipse ita intelligit sententiam, cō-[illegible] uin [illegible] ipsa tactum, existimantium. Probatur [illegible] a fatendum esse; hac ratione Deus in Scri-[illegible] quoties [illegible] prehendit populi sui ido-[illegible] vtitur [illegible] s metaphoricis, *fornicandi*, & *fornicationis*, seu a[illegible] & *machia*, illum compel-[illegible] ta [illegible] ra a vera fornicatione, & vero adulterio [illegible] vti adultera proprio viro relicto [illegible] alienum [illegible] bucit: ita idololatra relicto vero Deo, [illegible] eque opus est testi-monium [illegible] approbat [illegible] vbique hæc forma lo-quendi inueniatur. Ergo cum signo cōiugii cum fornicaria [illegible] figurare idololatriam plebis suæ, & modum, quo se cum illa gesserit, & ipsa cum [illegible] in cultu, & [illegible] : signo coniugii cum vere fornicaria voluit significare, vt rei gestæ al-legoria, seu metaphora, è re proprie gesta desu-matur.

Rationis prioris so-lutio.

Ad duas rationes supra obiectas respondetur. Ad priorem: efficacius esse, & magis horrore per-cellit animos populi, & magis permouentur ad intelligendam sui criminis idololatriæ grauita-tem; si feminam prostitutam, & fornicationibus assuetam duxerit Hoseas; quam si Gentilem, & Idololatram: quin potius hoc cōiugio in suo sce-lere confirmarentur, exemplo Prophetæ; illo vero deterrerentur. Ad rationem posteriorem dicimus, Prophetam ratione nominationis adie-cta declarasse allegoriam coniugio connectam; quod sicut Hoseas accepit fornicariam, alienam à viro, & filios turpitudinis matris participes; ita Deus sibi copulasset Synagogam, filios sibi simi-les habentē, & ad idolorum cultum, & amorem procliuem, eorumque libidini sæpe subseruien-tem. Itaq; metaphorā rerū explicuit metaphora verborum, seruata consuetudine Scripturæ, vo-candi idololatriam, *fornicationem*, vt iam diximus.

Rationis posterioris solutio.

Quæstio 3. Vtrum inter contractū cōiugium.

Quæstio tertia est. Vtrum Hoseas iussu Dei ac-ceperit Gomer ad verum matrimonium, an tan-tum ad concubinatum: Existimauit S. Thomas in sua Theologia 12. q. 100. art. 8. ad 3. & 2. 2. q. 154. art. 2. ad 3. cum nonnullis eius sectatoribus, Go-mer non fuisse copulatam Prophetæ vero matri-monio, sed dispensante Deo, cuius dominio sub-iecta sunt omnia, traditam fuisse Hoseæ, vt ex ea filios procrearet, fornicarios quidem, secundum communem cursum naturæ, & loquendi modū com[illegible] m; quia nati ex non sua per matrimo-ni[illegible] sine culpa, quod à Deo dispensante fue-rit [illegible] Videntur huic sententiæ assentire Diony[illegible] dorus, quatenus dicunt, Deum dispensasse: cu[illegible] matrimonium contrahendum null[illegible] opus fuerit [illegible] ispēsatio. Ratio huius senten-tiæ est, quia ad veram [illegible] gni huius rationem præ-cepit Deus Hoseæ, vt acciperet *vxorem fornicatio-num*, & *filios fornicationum*: sed vxor, & filii fornica-tionum non dicuntur, nec sunt, nisi habiti extra matrimonium: vxor quidem per concubinatum; filii vero, vel ab vxore geniti antequam veniret in Prophetæ potestatem, vel postquam venerat, ex alio viro, adoptati vero ab Hosea; vt putat Al-[illegible] us, dum loquitur de filio Iezrahel: Et hoc nō [illegible] iam ostēdimus: vel ab ipso Propheta ge-

Sententia prior ne-gans.

nitiq; est verbis Hoseæ cōformius. [illegible] nequaquā credendum est Deum præcepisse rem [illegible] loqui tur-pem, nisi sua dispensatione redderet licitam, & honestā. ergo [illegible] uera Hoseas sibi sociauit Gom[er] ex præcepto Dei d[i]spensantis; & licitam facientis eius modi copulam extra matrimonium. Quare inepte ex hoc loco deducunt. Hæretici quidam licitam esse simplicem fornicationem, cum si concederemus fornicatum fuisse Hoseam cum Gomer, id ex Dei concessione, non [illegible] ctus na-turæ concederetur, vt conc[e]dit hæc [illegible].

Here ... collectio.

Verumtamen contraria sententia quæ asserit vero matrimonio copulatos fuisse Dei iussu Ho-seam, & Gomer, verior est, & omnin[illegible] la, quæ communis sit patrum, & expositorū [illegible] nos hu-cusq; retulimus. Nam & Abu[l]ensis [illegible] Tho. [illegible] el-lit. Et ratio est; quia nulla cogit necessit[as] ad [illegible] e-rendum rem tam insuetam, & nusquam [illegible] in Scriptura relatam, à Deo fuisse præceptā H[os]eæ. Non ratio signi, quia, vt diximus, recte sig[n]um conflatum est per matrimonium [illegible] fornicaria; & per filios ex tali genitos fornica[illegible] Non verba Scripturæ vocantis *vxorem*, & *filios fornicationum*: quia satis apte explicatur de filiis ex fornicaria habitis à Propheta, sed matrimonio sociata: vt o-mnes fere interpretes exponunt. Atque hinc dis-soluta manet ratio oppositæ sententiæ: nam *vxor fornicationum* dicitur, quia fornicaria erat, & vxor facta est: & *filii fornicationum*, qui ex tali sunt vxo-re nati. Alioquin, si ex alio producendi erant, quid opus erat matrimonio cum Propheta?

Sentent[ia] vera.

Verum fuit co[n]iugium.

Gomer. Nomina, si casu non imponantur, vel imponantur in recordationem alicuius rei gestæ, vt *Bennoni* Rachelis filius vocatus est ob affectam matrem dolore; & *Beniamin filius dexteræ*, quod matre mortua vixerit patri. Vel in portentum futurorum, quæ solus imponit Deus, vel ex eius reuelatione Prophetæ, qui futura nouerunt; vt filius Isaiæ, cap. 8. 3. ex præcepto Dei vocatus est *Mahersalal Hasbaz*, quod interpretatur; *accelerans spolium*, aut *festinat præda*. Hæc igitur duo nomina, *Gomer* filia *Debelaim*, ex Hebræorum sententia putat Vatablus esse fictitia; & significare animi, & corporis voluptates, quę pariunt consumptio-nem, & interitum. Nam *Gomer* significat *consum-ptionem*, *defectum*, & *cessationem*, seu *interitum*: quod est nomen vxoris Hoseæ, quæ filia est *Debelaim*; feminæ talem filiam generantis. nam esse nomen matris indicant Hieronymus, Albertus, & Ru-pertus: quamuis Dionysius putet esse viri nomen. Hugo, & itē Dionysius nomen loci, quasi, *de*, sit præpositio, & *Belaim*, nomen vrbis; satis inepte. *Debelaim* autem significat duas massas caricarum, seu ficuum aridarum, quæ in modum laterum fi-guratæ, vt ait Hieronymus, vt diu illæsæ per-manerent, calcabantur, & compingebantur. Sunt ergo duo hæc nomina, vel Deo inspirante imposita; vel eodem iubente à Propheta electa est vxor filia matris, quæ his nominibus voca-bantur; vt & nomine & re statum Israelis por-tenderent. Hieronymus, & omnes fere interpre-tes, etiam Hebræi, per *vxorē Gomer filiam* [*Debela*]*im*, intelligunt plebem Israeliticam consummatam in fornicatione, & perfectam filiam voluptatis, quæ fruentibus suauis videtur, & dulcis; vt est massa caricarum. Vel eandem plebem, vt ait Va-tablus, corporis, & animi deditam voluptatibus,

8 *Nomina imponendi ratio.*

Gomer, Debelaim etymon.

...ostētum ... Israe-liticæ.

oluptas enerat astirate

& ideo euertam; quia v[...]uptas, vt mater filiam, A generat vastitatem, & consumptionem. Montanus præter communem sententiam, asserit, per *Debelaim*, duas ficus aridas, adumbrari vtrumque regnum Israeliticum, & Iudæorum, debile, & ob vet[...]ra pec[...]ta aridum. & *Gomer* certum pœnarum genus imminere quod tandem consummandum erat, & perficiendum. Sed de populo tantum Israelitico in hoc [s]ymbolo esse institutum ser[m]onem communi[...] ac verior sententia est.

Verior intelligentia.

Voluit igitur Deus supplicium plebi suę Israeliticæ imminens, quo erat consummanda, & vastanda per Assyrios, propter copiam voluptatum, quia abducta est à Dei sui cultu, ipsis vxoris, & matris nominibus, proponere omnibus, vt vel ipsis nominibus pro[nu]nciatis, admoneretur de B strage futura, & corrigeretur.

Deus vel nomine[...] [...]e præ[...]monet.

Nam ea est Dei longa[ni]mitas in expectando peccatorum conuersionem; [v]t longe multo antequam puniat m[...]is propositis, & vel io nomine expressis; admoneat, & *det significationem, vt fugiant à facie arcus*, vt dixit Dauid.

9 *Quoniam*. Primo filio iussit Deus imponi nomen *Iezrahel*, & nominationis subiicit rationem: quia post modicum tempus sit puniturus posteritatem Iehu propter sanguinem effusum Iezrahel. Vt autem hanc difficilem rationem elucidemus; præmittendum est primum.

[I]ezrahel ci[ui]tas duplex.

Duas in Scriptura ciuitates dictas *Iezrahel* inuenimus, vnam in Tribu Iuda, in editiori loco sitam, cuius tantum fit mentio Iosue 15. v. 56. Altera tradita est occu- C panda tribui Ioseph, Manasse, & Ephraim in campestri loco sita, mediam possidens vallem, vt dicitur Iosue 17. v. 16. & à nomine vrbis dicta est vallis Iezrah[e]l; & ob loci amænitatem, & quod non longe ab Israelitarum regia Samaria distabat, regiis hortis, & pulcherrimo palatio erat ornata. Huic vrbi proximi, vt iam diximus, & notat Hieronymus, erant campi latissimi, & vallis nimiæ vastitatis, quæ plusquam decem millium passibus tendebatur.

[I]ezrahel [m]etropo[lis] regni [Is]rael.

Erat autem Iezrahel altera met[r]opolis regni Israelitarum, sicut Samaria; cuius modo tantum manent vestigia, auctore Brocardo, ad radices montis Gelboe versus occidentem.

[i]n Iezrahel [q]uæ stra[g]es factæ.

Deinde est præmittendum: in Valle Iezrahel D iustum Naboth iussu vxoris Achab Iezabel, lapidibus obrutum interiisse: & propterea comminatus est Elias Achab, sui regni, & gentis vastitatem 3. Regum. 21. præsente Iehu seruo Regis Achab, vt ipse dixit 4. Reg. 9. 25. Hunc Iehu vnxit regem Israel Elisæus 4 Reg 9. per vnum è filiis Prophetarum, qui dixit ei v. 7. *Vnxi te regem super populum Domini Israel, & percuties domum Achab Domini tui, & vlciscar sanguinem seruorum meorum Prophetarum, &c. Iezabel quoque comedent [c]anes in agro Iezrahel.* Has Dei minas vt impleret Ie[hu], occidit Ioram filium Achab, & iussit proiici in agrum Naboth Iezrahelitæ, vt impleret onus, quod leuauerat Elias super eum, vt ipse dixit cap. illo. 9. v. 25. deinde, & Iezabel iussit præcipitari è fenestra; E & sepulta est in agro Iezrahel, iuxta sermonem Eliæ. Insuper iussit ad se mitti in Iezrahel è Samaria capita L x x. filiorum Achab. 4. Reg. 10. quæ cum videret, ait, *Videte quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab in manu serui sui Eliæ. Percussit ergo Iehu omnes, qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remaneret ex eo reliquia.* Demum in Samaria *deleuit Baal de Israel*. Verum *nec dereliquit vitulos aureos, qui erant in Bethel, & Dan.*

Iehu remuneratus.

Hanc Iehu voluntatem vt remuneraret Deus, dixit ei capite illo 10. vers. 30. *Quia studiose egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab, filii tui vsque ad quartam generationem sedebunt super Thronum Israel.* His præstitutis ad explanationem adiectæ rationis accedamus.

Variæ rationes nominis Iezrahel.

Quidam putant primum filium vocatum esse *Iezrahel*, vt nomine ipso duceret in memoriam pœnam sumptam de domo Achab a Iehu in Iezrahel, & culpam in ea pœna sumenda commissam; ob quam paulo post deleturus est familiam, Iehu Deus, occiso Zacharia.

[1.] Intelligentia reiecta.

At opponunt multi, nullam culpam commissam ab Iehu cum deleuit domum Achab; tum quoniam ex præcepto Domini fecit, & vt impleret sermonem Eliæ, vt supra notauimus. Tum quia laudatus est ob eam vltionem à Deo; insuper, & remuneratus, regno vsque ad quartam generationem producto.

2. Intelligentia reiecta.

Secundo igitur Rupertus, & Vatab. existimant vltionem sumendá de Iehu non ob occes factas domus Achab; sed quod non iusto animo; aut ex zelo honoris Dei; sed libidine dominandi execurus sit sententiam Dei. At hæc causa non adhibetur à Deo, sed sanguis Iezrahel, nempe effusus in Iezrahel.

[3.] Intelligentia reiecta.

Tertio, Lyra propterea affirmat iustos aliquos viros vna cum impiis illis interfectos à Iehu in Iezrahel, quorum sanguinem se vindicaturum hic Dominus minatur. Sed quia de his ex vlla historia non constat, aliunde ratio deducenda est.

4. Intelligentia incommoda.

Quarto, sunt qui eam rationem explicent per quandam similitudinem. Nam Chaldæus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius sic explanant: *voca nomen eius Iezrahel*, quia ego recordabor sanguinis à Iehu, etiam iuste fusi in Iezrahel, & imputabo illum Iehu, & domui eius, quia necab idololatria ipse temperauit: & opere ipso ostendit iniuste se occidisse idololatras, cum debuisset cauere similem stragem, ei, quam ipse contra domum Achab patrauerat. Itaque sanguis Iezrahel contra ipsum reuersus est. Iuxta hunc modum populus Dei dictus est Iezrael, vel à loco illo sumpta denominatione: vel à verbo נזה *naza aspergere*, & רע *rahh malum*, vel רעוע *rehhuh contritio*, vel *afflictio*, & אל *el Deus*, quasi dicas, *aspergens malum*, vel *afflictionem*, aut *contritionem Deus*, quia Deus comminatur se malefacturum, & contriturum domum Iehu, & Israel, sicut domum Achab; quia fecit suo exemplo Iehu, ne Deus id, quod nitebatur obtineret, nempe è populo idololatriam procul pellere: & ideo omnes illas neces sibi meruit imputari. At dices, peccatum effusi sanguinis domus Achab in Iezrahel non fuit idololatria; sed interfectio iusti Naboth; nam ad necem hanc vindicandam creatus est Iehu rex Israel, & idcirco proiectus est Ioram in agro Naboth; & Iezabel in agro Iezrahel. Non apte igitur Deus comminaretur domui Iehu idololatriæ pœnam quam ipse iuste inflixerat domui Achab ob necem Naboth, non ob idololatriam.

Intelligentia sententiarum.

...o, idest Mundus ex... non ficri ...onem, & collationem similis culpæ, ...tum pœnæ; non est enim Deus vindicaturus ...guinem iuste effusum à Iehu, sed tantum ...onaturus in domo Iehu stragem illam celebrem, quam ipse fecit in domo Achab; ostendens brachium suum, ac potentiam in domo Iehu, sicut in domo Achab ostenderat. Vnde vocatur ...mu... Hoseæ filius *Iezrahel*, id est, brachium ... nomine זרוע *Zeroahh brachium*, à radice זרע *zarahh serere*; & nomine Dei אל *el*, quasi di..., *Deus vocat nomen eius brachium Dei*, quia breui talem stragem faciam in domo Iehu, & in Israel, vt omnes recordentur celeberrimæ illius stragis, quam fecit ipse Iehu in Iezrahel, vbi ostendit brachium meum, & potentiam ob similem culpam. Vulgo dici solet *hare que se le acuerde a Iehu de la de marras, o la de antanno, o hare de las que ... lo.* Sed hoc non est vlcisci sanguinem fusum à Iehu.

Intelligentia non...

Sext..., sunt qui putent ex sententia Hieronymi, ac Theodoreti ...sse, hic accipi *Iezrahel*, quod est *semen*, seu *filius Dei*, pro populo *Israel*; vel quia metropolis sumitur pro toto populo, vt solet accipi Samaria: vel ex nominis iam dicta etymologia. *Sanguinem* quoque accipi pro idololatria, præsertim sanguinem animarum, constat ex 2. Ieremiæ vers. 34. *in alis tuis inuentus est sanguis animarum innocentum.* & Ezech. 3.18. *ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.* Idque vel quia sanguinem infantium, & innocentium immolabant; vel quia victimis c...bant idola. Ait ergo Deus, *voca nomen eius*, qui Dei populum repræsentat, *Iezrahel*, quia non mul... temporis pertransibit, post quod ego ...car scelus idololatriæ, quod Iehu imitans Ieroboam ...lium Nabat, suo exemplo propagauit, & confirmauit in populo: super domum Iehu, hoc est, destruendo regnum Israel, quod est in ...o no Iehu, nempe occiso Zacharia, eius abnepote: & ...lem ipso r...gno Israelitico omnino con... ...er Assyrios. Alius tamen videtur de sanguine ... effuso hic factam mentionem, non de metaphorico.

Intelligentia vera. ... pec... ...qui cum ...do... ...Ach...

Septimo demum, sunt qui magis ad rem, existimant ..., nullam hic fieri mentionem sanguinis domus Achab effusi per Iehu; licet non ideo ex... ...us ... a crimine iniustitiæ; quod Deus per ...um statuisset punire domum Achab, & laudatus ... remun...ratus sit, quod fuisset recte executu... ...am ...lioquin recte etiam occidisset Ochoz... ...m Iuda, & fratres eius 40. vt legimus 4. Reg ... & ... .13, & Sellum iuste occidisset Zachari... 4. R... 15.1... iuxta sermonem Domini dicentis ad I... *filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super Thronum Israel.* quo tempora... bono tetribuit i... ...piu studio, quo vltus ...sanguinem Naboth... Nabuchodonosor re... ...euastasset Iudæam, & omnes gentes, quia illum assumpsit Dominus, vt se vlcisceretur, & omnes Tyranni, quorum tyranni... vsus est Deus ad puniendum aliquos reges improbos, recte se ...ssent. Si ergo hi non excusantur, nec Iehu excusandus est, licet studiose executus sit quod placebat Deo vltori, & iudici. Hoc licet ita posset ...pi, nihilominus putant hic non fieri menti...

Deus ...

...illius iniusti facti Iehu; sed sanguinis totius populi Israelitici effusi per successores Iehu. Nomine autem Iezrael primi filii intelligunt vniuersum Israelem, qui tempore P...ophetæ ...uebat sub dominio I...oboam, & reliquorum, vsq; ad excidium, & captiuitatem, vt int...l...xere Ab... nezra, Mont...nus, & nonnulli alij; id...ue patet ...x aliorum ...liorum significatione, na... vete... ...unt vniuersum populum in diu... statu constitutum; ergo similiter primus hi...ius repræsentat populum I...rael idololatria cõtaminatum, & suis sceleribu... diuinum supplicium accersentem, & stragem c...ptiuitatis sibi pro... ...ntem. Et propterea, vt dixit Chaldæus, vocatus e... Ie...ahel, quasi dispergẽdus, & disseminand... ...e hu... stes in regiones alienas. Quia vero P...ophe...ta loquebatu... sub Ieroboam de familia I..., ...propterea, vt suis minis eum deterreret, ac ... ...minẽte percelleret, vna cum totius ...egni ...structione, ob oculos posuit principatus eiu... ...consummationem, quem solum, quia robust... ...nibus, & strenuus in bello, & 41. annu... ...aut, non... primi filii intellexit Dau... Kim..., & eum secutus Isidorus. De popul... ergo ... ...co qui vi, ac exemplo Ieroboam, præcedentium regum, & subsequentium compellebatur, & inducebatur ad adorandum idola, præsertim vitulos Bethel, & Dan; iubet Deus, vt vocetur populus dispergendus per captiuitatem, & rationem nominis subiicit, quia non post multos annos vlciscar sanguinem populi mei effundendum per Assyrios in domo Iehu, finem imponendo regno familiæ Iehu in Zacharia filio Ieroboam, quem occidet Sellum; eo quod ipsi in id malum e...plo suo induxerunt populum meum, vt tæderet me populi Israel, & irasceret in eum, vt definito consilio omnino destruerem, & consumerem; non tantũ in familia Iehu, sed in vniuerso Israele, regnum Israeliticum, & robur eius in valle Iezrahel. Vel si mauis, proprius, & simplicius; vindicabo sanguinem Israelitarum effusum per Ieroboam, & ceteros reges, è familia Iehu, qui tenuentes ire ad vitulos adorandos metu compellebant, & occidebant: quod factum ab Ieroboam ex cap. 5. huius Prophetæ constabit; & de rebquis ad idololatriam propensis non est dubitandum: & propter hunc innocentum sanguinem fusum in causa religionis, destruam regnum Israel in familia Iehu, occiso Zacharia, & in vniuerso populo occiso Hosea postremo rege, & vniuerso Israel in valle Iezrahel per Assyrios vastato, & in captiuitatem iure disperso.

Sensus verus.

Sensus proprior, & simplicior.

Quiescere.] hoc est, faciam cessare regnum Israel: quia occiso Zacharia filio Ieroboam cœpit diminui, ac peius habere regnum Israel. siquidem occiso Sellum interfectore Zachariæ Manahem regnauit decem annis, cuius tempore venit Phul rex Assyriorum, sed reuersus est indicto tributo, mille talentis argenti, vt refertur 4. Reg. 5.19 Manahem successit filius Phaceia, & duo... ...nos regnauit; & Phacee dux eius occidit eum, & regnauit annis viginti: hoc regnante v... Teglathphalasar rex Assyriorum; & cepit Ruben, Gad, & dimidiam tribum Mana...e ...rans Io...danem, & transtulit in Labela, Habor, Hara, & fluuium Gozan. 1. Paral. 5 6. & 26. & hæc vocatur prima captiuitas Israelis. Deinde in extremo tempo 10

A cæde Zachariæ peius habuit Israel.

Israelis captiuitas quadruplex

A tempore Phacee, & initio regni Achaz rediit Teglathphalasar in Galilæam interiorem intra Iordanem, & cepit Aion, Abel, domum Maacha, & Ianæ, Cedes, Ator, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terrã Nephtali; & trãstulit in Assyrios quæ est 2. captiuitas Israel. Post hæc Holeæ filius Ela occidit Phacee, & regnauit pro eo 6. annos; sed priores septem tyrannice: & principio regni eius venit contra eum Salmanasar rex Assyriorum, & transtulit tribus Aser, Isachar, Zabulon, & Nepthalim in Assyrios, reliquiis tributariis relictis, & hæc est Hieronymo 3. captiuitas Israelis ex 4. Reg. 17. 3. donec tandem anno Hoseæ 9. & Ezechiæ 6. capta est Samaria, & regnum Israel excisum, & Salmanasar, tribum Ephraim, & dimidiam Manasse transtulit in Assyrios. 4.
B Reg. 17. 6. extrema hac 4. captiuitate, annus erat 52. ab occiso Zacharia filio Ieroboam; ex quo tempore cœpit regnum Israel corruere, donec tandem finitum est, ac de hoc minatur, & *quiescere faciam regnum domum Israel*, vt intelligunt Hieronymus, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius. Solus Montanus exponit, *cessare faciam regnum domum Israel*, in familia Iehu, vt factum est paulo post, occiso Zacharia. Nam quamuis Deus dixerit Iehu. 4. Reg. 10. 30. *quia studiose egisti quod erat in corde meo, contra domum Achab; filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super Thronum Israel*, & hoc impletum dicatur 4. Reg. 15. 12. Nam Zacharias fuit quartus filius Iehu: Verum quod
C regnum perseuerauerit in familia Iehu vsque ad quartum filium; ex concessa à Deo remuneratione habuit pro deleta domo Achab. At quod non vlterius progressus fuerit in ea familia principatus, sed desierit esse, ex supplicio habuit, ob idololatriam, vi, & exemplo ab ipso, & filiis in populo roboratam; vt asserit huc loco Propheta. Verum quia quod attinet ad familiam Iehu satis dictum in præcedenti oratione: in præsenti de totius populi vastatione sermo tantum fieri videtur, iuxta priorem interpretationem.

Cessatio regni in toto populo.

11 *Israel.*] Vt intelligamus de quo arcu conterendo sit sermo, videndum est nomine *Israelis*, quid sit accipiendum. Montanus putat eo nomine duodecim tribus intelligi, quia nullo addito restringitur; vt Psalm. 79. 2. *qui regis Israel intende*. &
D Isaia. 1. 3. *Israel autem me non cognouit*. At si adducatur regnum, populus, aut domus Israel, tunc decem tribus intelliguntur. Ita nomine *arcum Israel*, intelligit duas tribus Iuda, & Beniamin, quæ fuere caput, robur, & decus totius Israel; quia omnium fortissimæ, & in arcu exercitatissimæ. vnde dixit Dauid 2. Reg. 1. 22. *Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum*. & 1. Paralip. 12. 1. Beniaminitæ dicuntur fortissimi, & egregii pugnatores, tendentes arcum, dextra, & sinistra saxa iacientes, & hastas arcu. Atq; sic exponit duraturam populi calamitatem vsq; ad Iudæorum, & Beniaminitarũ vastationem, quæ contigit vndecimo anno Sedeciæ. Verum ceteri Hieronymus, Haymo, Alber-
E tus, Hugo, Rupertus, Lyra, Dionysius, & Communis per Israel intelligunt decem tribus: & constat ex illo adiuncto, *visitabo sanguinem Iezrabel super domũ Iehu*; regno Israel amoto a familia Iehu. de regno ergo decem tribuum est Hoseæ sermo, & ita restringitur ex adiunctis. Nunc *per arcum Israel*, decem tribuum, Albertus, Hugo, Diony-

Israel 12. tribus absolute.
Israel cum addito decẽ tribus.
Israel decem tribus: hoc loco.

A sius, & Vatablus, reliquum bellicum apparatum intelligunt, ex parte totum. At Chaldæus versus, Haymo, & Isidorus per arcum robur, aut fortitudinem Israel exponunt; nam in arcu magna erat vis Ephraimitis. Psal. 77. 9. *Ephraim intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli*. Ps. 7. 13. *Nisi conuersi fueritis, arcum suum tetendit*, id est, exeret robur brachii sui. Ezech. 39. 3. *percutiam arcum tuum*, id est, tuam fortitudinem conteram. ita hic [...] in illa die conteram robur omne decem tribuum cui fiduut, in valle Iezrahel.

Arcus robur Israelis significat.

Sed quando in valle Iezrahel contritum est robur Israelitarum, est explicandum. Quibusdam videtur *Iezrabel* hic accipi non pro loco aliquo, sed iuxta significatum, pro populo Dei, qui
B contritus est ab Assyriis in Samaria, quam hic vocat, *vallem*, quod ad eam confluxerint omnes Israelitæ: & in ea victi sunt, & regnum Israel destructum, vt legimus 4. Reg. 17. Verum difficile est aliter accipere Prophetam, quã loquatur, cum quasi referre videatur stragem futuram, tempore & loco designato; præsertim cum Samaria inepte *vallis* nominetur, cum in monte Sumeron fuerit constructa. Verius ergo Hieron. quem sequuntur Cyrillus, Theodoretus, Haymo, Albertus, & recentiores alii, sic dicentem, *supra diximus Iezrabelem, quæ nunc iuxta Maximianopolim est, fuisse metropolim regni Samariæ, prope quam sunt campi latissimi, & vallis nimia vastitatis, quæ plusquam decem millium tenditur passibus, in hac commisso certamine ab Assyriis cæsus*
C *est Israel*. Erat autem eius vallis tanta amplitudo, vt Iudic. 6. 33. sic dicatur. *Igitur omnis Madian, & Amalech, & Orientales populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem, castrametati sunt in valle Iezrabel*. Quis autem inficiabitur, cum Iezrahel adeo propinqua fuerit Samariæ, vt Iehu 4. Reg. 10. 6. scripserit Samaritis. *Tollite capita filiorum Domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras, in Iezrabel*: non fuisse aliquando conflictum in hac valle, in spacio trium, & plurium annorum, in quibus Salmanasar rex Assyriorum peruagatus est omnem terram, & ascendens Samariam obsedit eam tribus annis, donec cepit eam, vt refertur 4. Reg. 17. prius ergo quam obsideret Samariam, iam subiugauerat Iezrahel; & confluxerat, & vicerat
D Israelem in ea valle ei obuiam prodeuntem, ac repugnantem, vt est satis verisimile, & satis est à Propheta sic prædictum, vt credamus reipsa gestum.

Robur Israel in Iezrahel quando contritum. in Samaria regnum finitum.
Hieronymi intelligentia verior.
Iezrahel descriptio.
In Valle Iezrahel vere conflictum.

Quod si effusum sanguinem Iezrael, primi Prophetæ filii, ita vltus est Deus, vt Israelitarum regnum robustum, ac florens per Assyrios deuastauerit, ac penitus deleuerit: quid de effuso filii sui sanguine Christi Iesu faceret. quam non sumeret de Iudæis crucifixoribus vltionem? nonne regnum Iudæorum merito vastatum est, & deletum per Romanos, vt neque reges habeant, neque sacerdotes; qui Christum summum, & sacerdotem, & regem contempserunt, ac negauerunt. Et quid demum fiet de illo qui post-
E quam filium Dei acceperit & sanguine eius aspersus fuerit, & lotus, à se abiecerit, & conculcauerit? Nam si Israel deletus est pro effuso sanguine Iezrahel, & Iudæi pro effuso sanguine filii Dei; quando magis, vt argumentatur Paulus ad Hebr. 10. 29. *putandi sunt deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerint & sanguinem*

Graue supplicium.
Grauius de crucifixoribus Christi.
Grauissimum de [...] delibus [...] culcantibus Christi.

testamen-

A *te[...]m pollutum duxerint, in quo sanctificati sunt, & spiritui gratiæ contumeliam fecerint? Horrendum est [...] incidere in manus Domini*, & magis horrendum quam incidere in manus exercitus Assyriorum & Romanorum.

Filia quem populum signet.

12 *Filiam.*] Filiam genuit secundam Hoseas, hoc est, fragilem, ac debilem, quæ hostium pateat contumeliis Dei ope destituta. Quia vero certum est ex nomine, & ratione à Propheta subiecta, per hanc filiam populum in statu debili, ac fragili constitutum, qualis est feminæ, significari: At verò disquirere oportet quod incertum est; quem populum, & in quo statu existentem velit Deus indicare? Montanus ergo acute magis quam vere, quia nomen primi filii dixit exten-

Expositio secunda non vera.

B sum ad significandum vtriusque excidium Israel, & Iuda: modo etiam per *filiam*, ait, accipi eamdem vtriusque regni fragilem conditionem; & ideo vocatam *Loruhhamah*; quo nomine duplici obiectioni respondet Deus quærentium, quem exitum habiturum sit vtrumque regnum? prior est; num Israel est restituendus? ad quam respondet particula illa nominis dicti, *lo*, hoc est, *non*; nulla enim spes futura est restitutionis. Posterior est; num item Iuda restituendus? & respondet altera particula, *ruhhamah*, hoc est, *misericordiam consecuta*; nam Iuda misericordiam consequetur. & hanc distinctionem nominis *Loruhhamah*, explicat statim, cum addit. *Non addam vltra misereri*

C *domus Israel, & domus Iuda miserebor.* Verum omnes alii statum populi Israelitici per *filiam* significari putant, & nomen ipsum, *non misericordiam consecuta*, id ostendit; quam dicit quoq; *ablactatam*. difficile autem est ita nomen diuisum, vt pars eius vtrique regno conueniat; cum vere Iudas ablactatus non sit, sed tantum Israel, vt dicemus, & tamen illa dicitur hic *ablactata*, quæ est *absque misericordia*, id est, cui conuenit integrum nomen.

Altera expositio.

David Kimhi, sicut per primum filium accepit populum à regno Iehu, vsque ad Zachariam; ita per *filiam* intelligit ipsum Zachariam fragilem, & imbellem, qui post sex regni menses interfectus est; & ab eo cæpit regnum debilitari sub Manahen, Phaceia, & Phacee. Hanc sententiam ex

Tertia expositio. Filia signat populum eiectum, & captiuũ.

D parte sequitur Isidorus, qui per filiam explicat regnum Israel debile, & inconstans ab occiso Zacharia vsque ad eius finem. Verius tamen Cyrillus, Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, [...]ior[...]nus, & Hebræi, Chaldæus, & Abraham Ab[...]ezra per *filiam* intelligunt populum Israel, iam deuictum à Salmanasare, & in captiuitatem abd[...]ctum, imbecillem, fragilemque, & qui hosti[...] pateret contumeliis, numquamque amplius [re]staurandus. Nam hunc statum significauit Deus cum [v]oluit vocari; *Non misericordiam consecutam*; videlicet, miseram, & ita eiectam, vt non possit tollere caput, nec spes illi sit extollendi.

Filiæ nominis ratio explicatur.

13 *Quia non.*] Rationem reddit impositi filiæ nominis; *Loruhhamah*. id est, *Non consecuta misericor-*

E *diam*: quia vlterius non miserebor regni Israel. & auget Dei sententiam quod addit. *Sed obliuione obliuiscar eorum*. Quæ verba videntur non esse consona Hebræis. quæ sic habent כי נשא אשא להם *Chi nasa esa lahem*. & verbum נשא *nasa* proprie significat *tollere*, aut *eleuare*, & hinc pro *tollere*, seu *eleuare culpam*, hoc est parcere, accepit Chaldæus, vertens. *Sed si conuersi fuerint*, vel *resipuerint*, *parcendo*

A *parcam eis*. Sunt qui hoc futurum per præteritum conuertant, dicentes, *quia parcendo peperci eis*, nempe hactenus multoties. Dauid Kimhi exponit. *Sed eleuando eleuabo super eos*. Suple hostes; qui ducant in captiuitatem. simplicior est illa interpretatio: *sed tollendo tollam eos de medio*; nam auferam illos è conspectu meo. vt Ionæ 1. 12. *tollite me, & proiicite in mare*. & hoc est quod in sensu Vulgatus dixit: *sed obliuione obliuiscar eorum*; quia ita eos tollam de medio, vt eos nescire penitus ostendam. & L x x. verterunt, *non addam vltra, vt diligam eos, sed aduersans aduersabor eis*. nempe, portando eos ad terram inimicorum suorum, vt verterunt alii.

Et domui.] Cum sermo sit Prophetæ de excidio 14

Israelis, & Iudæ [...] tus diuersus.

B regni Israel opponit illi restaurationem regni Iuda, vt ad æmulationem prouocet Israelem pietatis Iudæ, & Beniamin, qui eo tempore, quo hæc Hoséas loquebatur, opera, & exemplo Oziæ optimi regis cultum verum Dei curabant: vt nouisset Israel, si resipuisset, eius quoque regnum à Deo restituendum, sicut & Iuda.

Iudæ salus quæ promissa.

1. Expositio.

Sed videndum est de qua misericordia, & salute populo Iuda conferenda, sermo sit? Multi ex interpretibus, vt Rupertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Vatablus, duas Iuda liberationes, vno salutis, aut misericordiæ nomine comprehensas volunt. vnam, qua per angelum eripuit Dominus Ierusalem de manu Senacherib, occisis vna

C nocte de eius exercitu centum octoginta quinque millibus, vt refertur 4. Reg. 19. Alteram qua per Cyrum remissus est populus Iudæorum liber è captiuitate Babylonica, vt dicitur 1. Esdræ. 1. & priorem quidem intelligunt promitti illis verbis *& domui Iuda miserebor*: non consentiendo vt vrbem eorum diriperet Assyrius. posteriorem vero sequentibus, *& saluabo eos in Domino Deo suo*. vel è conuerso, & vtramque salutem contulit, nullo humano auxilio, sed tantum ope diuina.

2. Expositio.

Hieronymus tamen, Cyrillus, Theodoretus, Haymo, Albertus, & Isidorus vtramque rationis partem explicant de salute sola comparata ope Angeli, de rege Sennacherib. & ratio videtur cõfirmare hanc intelligẽtiam, quia loqui videtur Deus de vastatione vtriusque populi facienda

D per Assyrios, vt ergo seruet analogiam, sicut dixit se per Assyrios vastaturum Israelem; promittit se liberaturum Iudam ab eisdem Assyriis, quod contigit cum dirutus est exercitus Sennacherib.

3. Expositio.

Sed magis ad rem intelligunt Montanus, & alii de sola liberatione populi Iudaici è captiuitate Babylonica, vt intellexerunt quoque priores auctores; quia regni Israel deuastationi opponit regni Iuda liberationem: quasi dixisset; vtrumque regnum vastandum est; sed Iuda restituendum: Israel autem nunquam; nisi quatenus ponent sibi caput vnum, vt postea subiicit. Deinde quia Chaldæus paraphrastes exponit illud, [*in Domino Deo suo.*] *Redimam eos in verbo Dei sui*, hoc

E est, non vllo bellico apparatu, sed diuini verbi firmitudine, & completione: promiserat [v]ero per suos Prophetas Iuda instaurationem per Cyrum. de hac ergo loquitur; ita vt prioris partis, *sed miserebor domui Iuda*; posterior sit expositio, *& saluabo eos in Domino Deo suo*. hoc est, vt alii explicant, per Dominum Deum suum, aut virtute, & ope Domini Dei sui, id est, per me Dominum

Deum

Hilarius. Hieron. Virtus Dei Christus.

Deum ipsorum. quo nomine Hilar.4. de Trinit. & Hieronymus hic, volunt filium Dei Iesum intelligi; saluabo, inquit, eos virtute Dei sui filii mei qui ex eis carnem est sumpturus.

Interrogatio. Cur Deus Iuda misertus?

Sed inquires, quæ causa extiterit cur Deus misertus sit Iuda, & non Israel, Respondent Rupertus, & Isidorus? quia nullus Regum Israel recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecit Israel, nec populus sæpe castigatus resipuit. asserit enim c.5.3. Deus: *Ego scio Ephraim, contaminatus est Israel; non dabunt cogitationes suas, vt conuertantur ad Deum suum.* At regum Iuda nonnulli fecerunt quod rectum erat coram Domino, vt Dauid, Ezechias, & Iosias, & populus castigatus aliquando resipuit: huius autem discriminis rationem adducit Montanus, quia totius orbis Seruatorem Christum nasci vtrum ex tribu Iuda fuerat prædictum, & Dauidi iureiurando confirmatum. ipse est enim, propter quem Deus omnium miseretur.

Israel semper apostata.

Christum misericordiæ largitor.

15

Et ablactauit. Hebraice; *& ablactauit Loruhhamah.* ita verbum Hebræum גמל *Gamal*, omnes interpretantur, quamuis etiam significet *retribuere*, seu *rependere*. quia ablactando Israelem retribuit ei Deus, ac rependit pœnam eius sceleribus debitam. Proprius autem ad verbi significatum explicuit Rupertus, Ablactationem esse perpetuitatem captiuitatis populi Israelitici absque vlla lactis, id est, consolationis alimonia de captiuitate soluenda. & generalius Lyra, omnis consolationis subtractionem. quam cum Hieronymo, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & Vatablus explicatius sic tradunt. filius Iezrahel, ductus in captiuitatem nequaquam ablactatus dicitur, sed ablactata: viri enim robur amiserat. Qui ablactatus recedit à matre, parentis lacte non vescitur, alimentis sustentatus externis. Vt videlicet, legis dulcedine, prophetiarum, & gratiarum omnium destitutus, quibus tanquam lacte alumnus alitur, captiuitatis angustiis, & gentilium cibis, moribusque sustenietur; quo nihil ei accidere potest infelicius. Nam quemadmodum ablactatæ proli, & materna educatione destitutæ certum imminet exitium: ita Israeli à Dei vberibus ablactato, extrema eueniet calamitas. Est autem duplex ablactatio in Scriptura notata; vna, qua infantes dulci lacte relicto apti efficiuntur solido cibo; de qua Isaias cap.28.9. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum: ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.* Altera, qua omnino repelluntur a cibo legis, & à cultu, & fauore Dei; qua ratione ablactatur filia Hoseæ, & qui eam imitantur: Vt qui similibus sceleribus contaminati sunt, simili supplicio afficiantur.

Ablactatio qualis.

Ablactatio duplex.

Dubitatio num Israel aliquando redierit?

Percontaberis forsitan, num ex hoc loco, certo colligatur Israelem è captiuitate numquam rediisse. Nam statim in hoc ipso capite subditur. *& congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput vnum, & ascendent de terra.* & Ezechiel cap.37. sub symbolo duorum lignorum in vnum coeuntium, vaticinatur, Iudam, & Israel coniungendos: & Ieremias cap.50.4. aperte dicit *in tempore illo, venient filij Israel, ipsi, & filij Iuda simul.* Respondetur, proculdubio ex hoc loco tamquam certum haberi populum Israeliticum in pristinum regnum numquam restitutum; atque sic sentire Hieronymum hoc loco, Haymonem, Albertum, Hugonem, Rupertum, Lyram, Dionysium, & Vatablum, & Hebræos omnes, cum Iosepho 11. Antiquit. cap.5. Ideo dixit: *Non addam vltra misereri domus Israel, & domus Iuda miserebor.* Opposuit ergo domum domui, & populum populo, & regnum regno: & regnum Iuda tantum est restauratum sub vno principe; non autem principatus, & respublica Israelitica. Nihilominus ex Israelitis nonnulli, iique non pauci, oblata occasione sese adiungebant Iudæis, & sub eorum principe degebant, & de his intelliguntur loca illa Scripturæ, nisi de vnione Israel, & Iuda sub vno Rege Christo intelligantur. Diximus & de hoc super locum Ieremiæ.

Regnum Israel numquam restauratum.

Iosephus.

Non populus. Tertii filii Hoseæ nomen est *Loammi*, quod interpretatur, *Non populus meus* Per quem Vatablus, & Montanus intelligunt populum Iudaicum incredulum ex Israelitis, & Iudæis congregatum, qui Christum negauerunt, & à Romanis captiuitati sunt mancipati. de quibus Dan. 9.26. dicitur. *Occidetur Christus, & non erit populus eius, qui eum negaturus est.* Quem sensum tangunt Hieronymus, Cyrillus, Haymo, Rupertus, & Lyra. Ruffinus, & Albertus volunt significari duas tribus, quæ vel post decem tribus captas, & ipsæ grauiter deliquerunt, vel quia in captiuitate Babylonica, gentium moribus assueuerunt. At certe tunc populus Dei vocabantur, vt vocat Cyrus 1. Esdræ.1. & Deum colebant, & Prophetis gaudebant. Dauid Kimhi, & Isidorus Phacee penultimum regem Israel, qui 20. annis regnauit, volunt accipi, qui dicitur, *Non populus meus*, quia contra Iudam pugnans centum viginti millia Iudæorum occidit; & vna cum Rasim rege Syriæ Ierosolymam obsedit, & fecit malum in oculis Domini, vt dicitur 4. Reg.15.

.6 Tertii filii nomen.

1. Expositio.

2. Expositio.

3. Expositio.

Alii intelligunt populum illum, qui abductus per Salmanasarem, & locatus in Samaria, & vna cum Israelitis, qui fugerant, ibi morantibus, idola simul, cum Deo colebant. Melius Chaldæus, Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Rupertus, Haymo, Lyra, & alii significari aiunt, populum Israeliticum in captiuitate relictum, & ita abiectum, vt iam gentibus annumeretur, & non mereatur iam dici populus Dei. Perseuerat enim Deus in explicanda pœna dispari Iudæ, & Israeli infligenda, & Iudam dignũ fore dicit misericordia, & nomẽ populi Dei numquam mutaturum: At Israelem non misericordiam consecuturum, & non Dei populum deinceps nuncupandum. Ideo autem in virum euasisse, & natum filium, cum prius filiæ fragili comparatus sit, quod à Deo ob sua peccata destitutus, tanquam vilis femina victus sit ab Assyriis, & in captiuitatem abductus. At postea in captiuitate positus ita viribus excreuit, & moribus gentium assueuit, vt similis factus sit aliis gentibus, & in terra aliena radices fixerit, vires resumpserit, & humanis præsidiis munitus, Dei sui nec meminerit quidem: vt alii populi. Vide in quantum barathrum deduxerit Israelem sua socordia, & in quam profundã foueam paulatim deciderit omnimodæ obliuionis Dei, & idolorum culturæ, qui spreuit modica in initio, dum quãdoque suasu Ieroboam viam Ierusalem relinquebat, & diuertebat in Dan, & Bethel, prius gratia curiositatis, deinde vanitatis, & tandem impietatis; his enim, & similibus gradibus in hunc miserum, & calamitosum statum deciditur.

4. Expositio.

5. Expositio.

Quibus gradibus deciditur in summum malorum.

Quia.]

17 *Quia.*] Rationem reddit nominis, *Loammi*, tertio filio impositi; quæ sic habet ex Hebræo, *quia vos Loammi, & ego non ero vobis*. hoc est, quia ita vos abijciam, vt non illa peculiari cura, & ad peculiarem me cultum, & sanctitatem, vos protegam & curabo, qua hactenus vos curaui, tanquam populum ab alijs segregatum, sed eritis mihi, vt aliæ gentes: & ego non ero iam vobis pater, amicus, protector, dux, portio, & pars, Deus denique, & omnia bona. Contra ponit statum Israelis inter gentes, ei, quem descripserat Deuteron. 7. & 31. & sæpe alijs; ab statu ergo *populi Dei* decidit in statum *non populi Dei*; Qui enim Deum in terra sua deseruerant, vt alienos Deos præferrent suo, derelicto Deo suo proiciuntur in terram alienam. & vt detur locus pœnitendi, comminatur primum, Israelem dispergendũ, & disseminandum inter populos, sub nomine *Iezrahelis*; Deinde omni ope destitutum ab hostibus, etiam renuentem captiuum ducendum sub nomine *Loruhhamah*. Demum in captiuitate requiescendum ei, Dei sui omnino oblito, & dijs gẽtium instar aliorum populorũ tradito; sub nomine *Loammi*. Nam prius qui corruit, dispergitur in diuersa; deinde se indignum facit Dei misericordia; tandem gentibus tamquam non Dei populus connumeratur, dimissus in desideria cordis sui. Quia enim, vt ait Paulus ad Rom. 1. *Non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ nõ cõueniunt, repletos omni iniquitate*, &c. Hoc loco Lyra, & Hebræi finem imponunt primo capiti; sed ceteri nequaquam.

Ratio nominis tertij filij.

En populus Dei fit non populus Dei.

Ordo cadendi à salute.

18 *Et erit.*] Antipophora, seu occupatio, sub his verbis implicatur, vt illa Deuteronomij 18. 21. qua postquam præceperat Deus illum interfici, qui loqueretur in nomine Dei, quod illi ipse non præcepisset, subdit. *Quod si tacita cogitatione responderis: Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum*, &c. ita modo dicit. Quod si Israel videns te repudiatum, tacita cogitatione dicas, me non stare promissis Abrahæ factis, de propaganda illius sobole absque mensura, & numero, si te Abrahæ filium omnino deleo: scias promissionem meam non de Israele carnali, sed de fideli Israele esse accipiendam, & ita quod dixi, te omnino destituendum, de iis Israelitis accipe, qui permansuri sunt increduli, nam alioqui fidelium numerus maximus erit. sic notant Vatablus, & Montanus.

Antipophora.

Israelis carnalis diminutio est auctio spiritualis.

19 *Filiorum Israel.*] Difficile explicatur qui sint intelligendi hoc loco nomine *filiorum Israel*: Num Israelitæ posteri Israel, qui separauerunt se à duabus tribubus; an qui fidem adepti secundum spiritum nuncupantur? Sunt enim Paulo Israelitæ duplices, vt sunt duplices filij Abrahæ; quidam secundum carnem, de quibus 1. ad Cor. 10. 18. *videte*, ait, *Israel secundum carnem*. quidam secundum spiritum, vt ad Rom. 9. 6. *Non omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis vocantur in semine*. nempe, vt dixit ad Galat. 3. *qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ.*

Filij Israel qui accipiendi.

Israel duplex carnalis, & spiritualis.

Sunt ergo ex interpretibus multi, qui locum hunc accipiunt de filijs Abrahæ, aut Israel, carnalibus: & in his primum Cyrillus, & Theodoretus videntur hæc verba connectere cum præcedentibus; nam cum hactenus comminatus fuisset Deus Israelem omnino reiiciendum, nunc ad exaggerationem addit. & nequaquam mutabo sententiam, quamuis in immensum hic populus numerum excreuerit, non enim Deus capitur multitudine, sed pietate, verum cum sequentibus coniungenda hęc verba communis omnium consensus est, & ad bonum Israelis prænunciata, non in malum. Nam de prædictis filijs Israel subijcit. *& erit in loco, vbi dicetur eis, non populus meus vos: dicetur eis, filij Dei viuentis.*

1. Expositio de Israele carnali perituro.

Secundo: sunt qui existiment sermonem esse de Israelitis, qui euocati per Ezechiam, & principes, è locis, in quibus morabantur, venerunt Ierusalem, vt refertur 2. Paral. 30. vt Deum colerent, vel qui venerunt ad celebrandum celebre Phase tempore Iosiæ, vt legimus 2. Par. 35. 17. quẽ sensum probat Hugo Cardinalis: quia hi eo tempore confluxerunt Ierosolymam, & costituerunt sibi caput vnum Ezechiam, vel Iosiam, vna cum Iudæis. Verum Hoseas loquitur de Israele disperso, & ita à Deo ablactato, vt non populus diceretur, gentibus annumeratus, & in ingentem multitudinem excrescens, quod non conuenit Israeli in patria sua remanenti, & in numero copioso non adeo aucto, vt hoc loco prædicitur.

2. Expositio de Israele carnali euocato ab Ezechia, vel Iosia.

Tertio; Theodoretus, Ruffinus, Albertus, & Hugo cum nonnullis Hebræis, de Israelitis explicant redeuntibus cum Iudęis è captiuitate Babylonica, in Iudæam, vt ibi sub vno capite Zorobabele Deo seruirent. At tunc Israel non est reuersus, vt supra ostendimus; & qui de Israele adhæsere Iudæis paucissimi fuerunt, vt de eis nequeat affirmari, fuisse innumerabiles, sicut arenam maris.

3. Expositio de Israele sub Zorobabele euocato.

Quarto: Hieronymus, Cyrillus, Ruffinus quoque, Albertus; Haymo, Hugo, Dionysius, & Montanus exponunt de Israelitis secundum spiritum, id est, de conuersis ad fidem Christi, tam ex filijs Israel, quam ex gentibus, & hanc intelligentiam cõmendauere Tertullianus lib. 4. aduersus Marcio. cap. 16. Irenæus lib. 1. aduersus Hæreses cap. 4. & lib. 4. cap. 35. Cyprianus lib. 1. Testimon. aduersus Iudæos cap. 19. & Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 28. & lib. 22. contra Faustum c. 89. Eam luculentis verbis tradunt Apostoli Paulus ad Roman. 9. quasi commentans Hoseam. *Quos, inquit, & vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus: sicut in Hosee dicit: vocabo non plebem meam, plebem meam & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. Et erit in loco, vbi dictum est eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui.* & Petrus 1. sua epistola cap. 2. *Vos autem, ait, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: Qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.* Verum difficile capitur quod in tam breui sermone non seruet consequentiam Hoseas, sed alij populo comminetur, & alium consoletur.

4 Expositio de Israele ex Iudæis & Gẽtibus conuersis ad Christum.

Tertull. Irenæus. Cyprian. August.

Paulus.

Petrus.

Quinto igitur, Chaldæus paraphrastes, Origenes, Theodoretus in cap. 9. ad Roman. epistolæ, in vniuersum dicunt, Hoseam de Israelitis proprie fuisse locutum; qui eiecti inter gentes, & facti *non populus Dei*, conuersi tandem ad Deum, vocandi essent *populus Dei viui*. Sic enim ait Chaldæus. *& erit in loco, quo exules acti fuerint inter populos,*

5 Expositio de veris Israelitis cõuersis ad Christum. Origenes. Chaldæus.

pulos, quando transgressi fuerint verba legis, & dictum fuerit eis: non isti populus meus; conuertentur, & magnificabuntur, diceturque eis, popule Dei viui. & probat

Theodor.

Theodoretus, quia eosdem, quos vocauerat *non populum, & non misericordiam consecutum*, pollicetur Deus vocandos cum ad ipsum fuerint conuersi, *populum Dei viui, & misericordiam consecutum.* At illis nominibus vocari voluit Israelem secundum carnem, ergo de eodem dixit, illa nomina esse ei in melius commutanda.

Sermo est de conuersione ad Christum.

Sed de qua Israelis conuersione sit Hoseas intelligendus non explicant tres dicti auctores, at id tradunt nonnulli Hebræi cum Dauide Kimhi, qui de Israelitis tempore Messiæ exponunt: & ex nostris, de Israelitis ad Christum tempore prioris eius aduentus, & deinceps, conuersis, intelligunt Chrys. & eius sectator Theophylactus, Haymo, Vatablus, & alii: imo, & ipse Hieronym. hoc loco concedit hanc expositionem, & probat, & potest hæc expositio hac ratione firmari. Vel Propheta loquitur de solis Israelitis, vel de solis gentibus, vel de vtrisq; conuersis ad Christum. Non de solis gentibus, vt intelligunt expresse Tertul. Irenæus locis citatis, Chrys. cum aliis Græcis in priore expositione Pauli. Ambr. super Paulum, Hieron. in epist. 150. ad Hedibiam q. 10. & hoc loco in priori expositione ex Paulo. Augustinus lib. 1. ad Simplicianum q. 2. & lib. quarumdam propositionum epistolæ ad Rom. propos. 64. & 65. & lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 28. & lib. 22. contra Faustum cap. 89. Primasius, Prosper lib. 2. de vocatione gentium cap. 18. Anselmus, & S. Thomas super Paulum, quia hæc verba subiecit Propheta ad consolationem eorum, quos prius terruerat, quibusque locutus fuerat. At tantum fuerat locutus, minisque terruerat filios Israel, quod essent habendi *non populus Dei*, & indignus misericordia. Ergo eosdem consolatur, promittens in melius eorum nomina commutanda, vt diximus. Nec Apostoli huic sensui aduersantur, vt putant hi auctores. Non loquitur de vtrisque gentibus, & Israelitis, vt putauit Cypr. loco supra citato, eadem ratione; quia nullus Prophetæ sermo de gentibus, vel in præcedentibus, vel in sequentibus fuit: Neque consolabatur Israelitas minis prædictis territos; gentium vocatione, & conuersione in medium, absque occasione, allata. Ergo sermo tantum est illi de Israelitis conuertendis ad Christum, à priori Christi aduentu, vsq; ad posteriorem; quando omnis Israel saluus fiet. Nam ante hoc tempus nusquam legimus quando ad Deum conuersi fuerint, cum tam admiranda mutatione, quanta hic prædicitur.

Chrysost. Theophyl. Hieron.

Ratio efficax.

Tertull. Chrysost. Ambros. Hieron. August.

Primasius. Prosper. Anselmus.

Israelitæ qui conuertendi.

Sunt autem hi Israelitæ, qui fugientes manus Salmanasaris, redierunt in regionem suam, & commixti Samaritis, & Galilæis, quos adduxerat è Chaldæa Assyrius, vt refertur 4. Reg. 17. eorum moribus viuebant, tanquam Gentiles ipsi, & maxime creuerunt, vt constat ex 2. Paralip. 30. & 35. His primum Christus denunciauit Euangelium cum secessit in Galilæam, Matth. 4. 12. *& relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit Capharnaum, in finibus Zabulon, & Nepthalim, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephtalim, terra maris trans Iordanem, Galilæa gentium. populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis*, & Galilæi vna cum Samaritis à Christo conuersi, Ioan. 4. facti sunt Filii Dei viuentis; & postea per Apostolos, Actuum 8. Quia vero omnes Israelitæ diuersis persecutionibus dispersi fuerant per omnes regiones, Iacobus scripsit epistolam suam duodecim tribubus, quæ erant in dispersione; Haud dubium quin iam factis, *populus Dei*, & vocatis, *Filii Dei viuentis.* Quin & Paulus, etiamsi multa vbique gentium ab eis perpessus, multos tamen Christo acquisiuit; vt ceteri Apostoli in locis omnibus, vbi prædicabãt.

Christus prædicauit illis.

Iacobus quibus scripsit.

Iam Paulum, & Petrum pro nobis esse ostendamus. De Petro prius, quia certius est, ipse titulus epistolæ, quid senserit, ostendet, qui sic habet. *Petrus Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ. Dispersionem* vocat, haud dubie, Israelem per illas regiones dispersum; iam ad fidem conuersum: atque ita sentiunt Euseb. lib. 3. Eccles. histor. cap. 4. Didymus, & Oecumenius in eum locum, & interpretes alii: quamuis Augustinus lib. illo 22. Contra Faustum cap. 89. & lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 28. affirmet ad gentes scriptam epistolam; non commode: nam cap. 2. 12. sic exhortatur illos: *conuersationem vestram inter gentes habentes bonam:* quasi ipsi e numero gentium non essent: & cap. 3. 6. mulieres alloquens; proponit illis exemplum Saræ, quæ obediebat Abrahæ, *Dominum eum vocans*, subdit, *cuius estis filiæ benefacientes.* Loquitur ergo Petrus cum Iudæis, quorum erat Apostolus: ac proinde Hoseę testimonium in proprio & germano sensu adduxit, tanquam iam in ipsis, quibuscum loquebatur, completum.

Petrus de Israele cõuerso locutus.

Eusebius. Didymus. August.

De Paulo nunc dicamus; Omnes patres, & auctores supra citati testimonium asserunt adductum à Paulo ex Hosea pro gentibus, ac proinde, ex tanti Apostoli commentario persuasi, de gentibus Hoseam locutum putant. & Augustinus lib. illo ad Simplicianum, & in altero expositionis propositionum epistolę ad Romanos, hac ratione probat. Paulus duo dixit, *Quos & vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus.* quę duo statim probat duobus testimoniis ex Hosea, & Isaia; sed testimonium Isaiæ adduxit pro Israel, cum subiicit, *Isaias autem clamat pro Israel.* ergo testimonium Hoseæ adduxit pro gentibus. At Hoseam locutum esse de Israelitis intellexere Origenes lib. 8. in epistolam ad Romanos, Hieronymus hic in posteriore expositione, Chrys. Theophylactus, & Gagneius. Sed Paulum testimonium suo proposito accommodasse per similitudinem, quod dupliciter potest accipi. primo, vt similitudinis nomine intelligant allegoriam; quia quemadmodum olim abiectum, & populis annumeratum, tanquam non populum, & misericordia indignum Israelem, iterum ad suam amicitiam admisit, & vocatus est *populus Dei, & filii Dei viuentis.* Ita nos modo, qui eramus *non populus Dei*, admissi ad fidem Christi, iam dicimur *populus Dei, & filii Dei viuentis.* fuit enim illa Iudæorũ conuersio, & mutatio ex *non populo Dei*, in *populum Dei*; figura conuersionis, & mutationis præsentis tam Iudæorum, quam gentium, in populum fidelem: & hæc in sensu improprio, & allegorico est per illam prædictam ab Hosea significata. quam similitudinis rationẽ videtur sequi Origenes, existimans paulo post Hoseam impletam, in

Paulus de quibus locutus.

De gentibus multi intelligũt.

De Israelitis Origenes. Hieron. Chrysost. Theophyl.

Similitudo explicatur.

veteribus

veteribus Israelitis eius Prophetiam tempore Ezechiæ, vel Iosiæ, vel Zorobabelis, cum tamen [illegible] Israel, vel omnino fuerit *factus non populus*, [illegible] non [illegible] omnino *factus populus Dei*. Quare Chrysostomus, & Theophylactus, similitudinis nomine analogiam videntur intelligere, extensis verbis Hoseæ de Israelitis proprie loquentis, ad conuersionem gentium. Nam sicut Israelitæ, qui tot ingrati beneficiis, adeo abiecti sunt, vt facti sint *non populus Dei*, nihilo minus admissi ad fidem Christi facti sunt *Dei populus*, & *filij Dei viuentis*: ita similiter gentes, quæ prius Deum non agnouerunt, nec vnquam fuerunt *populus Dei*, sed Deo semper inuisæ; ad fidem Christi quoque admissæ, factæ sunt *populus Dei*, & *filij Dei viuentis*. Cui sensui videntur consentire Hieronymus, & Gagneius. Vnde Pauli verba sic sunt accipienda. Vasa misericordiæ, quæ sumus nos, quos vocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Hosee dicit Deus, de Iudæis proprie, sed per accommodationem etiam de gentibus, quæ similem habent cum Iudæis ad fidem conuersionem. Nam Paulo consuetum est, tamquam gentium Apostolo, bona Iudæis promissa extendere, ac communicare gentibus: *Vocabo non plebem meam, plebem meam*, &c. Isaiæ autem testimonium clamantis pro Israel, siue super Israel, vt alii vertunt, ideo adiecit, vt eos depriemeret, & gentes sibi creditas extolleret; quas admissas dixerat, vt plebs Dei essent; extenso ad illas Hoseæ testimonio, qui de Israele prænunciauerat, vt iam satis est dictum. At propterea priori testimonio de Iudæis, & gentibus accepto, vt constat, non de solis gentibus, posterius ex Isaia subiecit, vt modum imponeret priori testimonio, ne Iudæi se omnes conuertendos existimarent vt gentes, sed reliquias. Atque ita manet sensus nostri Prophetæ pro Israelitis inconcusse explicatus.

Similitudo per analogiam

Paulus per accommodationem vsurpauit verba Hoseæ.

20 *In loco.*] Hebr. *& erit in loco, in quo dicetur eis, non populus meus vos: dicetur eis, filij Dei viuentis.* Septuaginta præterito, *dictum est eis*, exponunt illud futurum; Vatab. pro *dicebatur* accipit, & per *locum* intelligunt vel Chaldæam, vbi captiui tenebantur, vt Albertus, & Hugo, vel Iudæam, ad quam redierunt, vt etiam Hugo, vel Ierusalem, vt Haymo. At melius Chaldæus, Hieronymus, Augustinus libro primo, ad Simplicia. q. 2. Haymo, & Dionysius, explicant de loco, vbicumque gentium dispersi fuerint. Nam ibi, vbi prius dictum fuerat eis, à Domino videlicet, *Non populus meus vos, dicetur eis* à Domino ipso, & ab hominibus, qui mutationem considerabunt, *hi sunt filij Dei viui*, postquam fidem susceperint, & adoptionem filiorum Dei fuerint adepti: translati de tenebris in admirabile lumen Dei.

Loci nomine quis notatur.

21 *Congregabuntur filij Iuda, & Israel.*] De filiis Iuda; quando redierunt è captiuitate Babylonica, & de filiis Israel, qui adhæserunt illis, & simul profecti sunt, videntur intelligere Chaldæus, & Albertus. Alii de congregatione facta sub Ezechia, vel Iosia, de qua supra sumus locuti. At sancti patres horum nomine intelligunt omnes conuersos ad fidem Christi, siue ex Iudæis, siue ex gentibus; quamuis diuersimode nomina hæc adaptent. Nam Augustinus in locis omnibus supracitatis [illegible], & Dionysius, *Israel* accipiunt pro gentibus: *Iudam* autem pro Iudæis; propter Pauli testimonium de gentibus intelligentes Hoseam, & de Israelitis Isaiam. At contra Hieronymus hic & 150. epist. ad Hedibiam q. 10. & Rupertus per *Israelem* intelligunt Iudæos secundum carnem ad fidem conuersos; per *Iudam* fideles alios ex gentibus, qui confitendo Christum, eique adhærendo in verorum Iudæorum nomen, & sortem transierunt. Verum Hieronymus in posteriore expositione, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatab. & Montanus de congregatione filiorum Israel, & filiorum Iuda secundum carnem in vnam Christi fidem, vel in vnam Ecclesiam, intelligunt: & recte. Hacque expositione confirmant eam, quam supra adstruximus, & ratio huius est; quia Hoseas de Israele secundum carnem hactenus locutus est; & ei opposuit Iudam, etiam secundum carnem; cum dixit Deus, se obliturum Israel, at Iudæ misertturum: quæ ergo ratio cogeret hæc ipsa nomina *Israelis*, & *Iuda* non proprie accipere; si quidem quod futurum pollicetur Deus, cæptum impleri in priori Christi aduentu, & complendum tandem in posteriori, cum omnis Israel saluus fiet, nemini non notum, sicut alii quoque Prophetæ prænunciarunt. Igitur Israelitæ, qui in Galilæa morabantur cum Samaritis, vna cum Iudæis conuenerunt in Ierusalem, ad Christum audiendum, & suscipiendum vt aliqui volunt; vel vbicumque degebant Christo adhærebant per Galilæam, & Samariam concionanti, & per Iudæam; qui dicebat Matth. 15. *Non veni, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*; vt sic hanc Hoseæ prophetiam impleret: complete autem, & perfecte ea complebitur, & complebitur in posteriori aduentu, cum omnes conuertentur.

Augustin.

Hieron.

Hieron. Verior expositio. Filii Israel & Iuda sub vno capite.

Ratio.

Caput vnum.] Principem seu principatum vnum vertunt Septuaginta & Chaldæus: quem licet quidam intelligant Ezechiam, seu Iosiam, alii Zorobabelem, vt vult Theodoretus, qui princeps, ac dux transmigrationis fuit. At verior, ac communior intelligentia est sanctorum patrum, Hieronymi, Augustini, Ruperti, & Haymonis, Alberti, Lyræ, Dionysii, Vatabli, Isidori, & Montani, de Christo vero Ecclesiæ capite exponentium, *quem Deus dedit caput super omnem Ecclesiam*, ad Ephes. 1. Et ratio huius intelligentiæ est; quia tempore Ezechiæ, Iosiæ, aut Zorobabelis, nonnulli ex Israelitis venerunt, vt illis subiicerentur cum Iudæis; sed adeo pauci fuerunt, vt non peruenerint ad copiosum numerum, quem Hoseas prædicit conuertendum, & Iudæis coniungendum. At qui conuersi sunt à Christo, & Apostolis, & conuertuntur quotidie, & militant sub vexillo Crucis Christi, & in fine mundi tandem conuertentur, quamplurimi sunt, & promissioni respondent. 22

Christus caput.

Ratio intelligentiæ.

Ascendent.] Chaldæus, Theodoretus, Albertus & Hugo, *ascendent*, explicant de terra captiuitatis, seu transmigrationis suæ, nempe de Chaldæa, in qua detinebantur captiui, versus Iudæam, Hieronymus, Haymo, Rupertus, Albertus etiam, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Montanus, *ascendent* intelligunt metaphorice, pro egredientur, aut liberabuntur è captiuitate spirituali, cui subiecti fuerant; & elati in admirabile Dei lumen, è tenebris ascenderunt. Lyra, *ascendent de terra*, exponit, crescent, & multiplicabuntur, & late sese effundent super terram, vt Gen. 32. 26. *iam enim ascendit* 23

Ascensus quis accedendus.

aurora, id est, elucescit, & clarior fit: Ezech. 19. 3. *& ascendit vnus ex catulis suis, & Leo factus est*. pro excreuit in leunculum grandiorem. & Psal. 96. 9. dicitur de Deo: *nimis ascendisti super omnes Deos*, id est, exaltasti te, & late tuam gloriam effudisti: ita de filiis Israel, & Iuda sub vnum Christi caput congregatis, subdit, & crescent, & per orbem vniuersum sese diffundent, vt Euangelium disseminent, *vt in omnem terram exeat sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*, ad Rom. 10. Simplicior ac verior sensus non de disseminantibus Euangelium eruitur, sed de Iudæis ad Christum conuersis; ex similitudine ascensionis Iudæorum è captiuitate Babylonica. Nam quemadmodum ille populus Iudæorum, qui captiuus manserat in Chaldæa LXX. annos, vna cum filiis Israel euocatis ad suam societatem, ad Deum conuersi constituerunt sibi principem vnum, qui eos regeret, ac duceret è Babylone in Iudæam, & ab hostibus tueretur, & introduceret in terram pristinam. Ita ipsimet Iudæi tempore Christi, qui illucusque captiui tenebantur inter populos, quorum Deos colebant, elegerunt sibi Christum, tanquam caput, principem, & ducem exulum, qui per huius mundi solitudinem deduceret saluos, & incolumes, & ab hostibus quibusq; tutos, in cœlestem Ierusalem; qui prius, vt notat Augustinus lib. 22. contra Faustum cap. 89. conuenerant Ierosolymis, & se coniunxerant Apostolis, vt hanc profectionem inchoarent.

...erus sen-sus.

Est autem notatu dignum videre quo ordine, quibusve gradibus Israelitæ defecerint à Deo, & ad summum malum deuenerint: quove ordine eos reduxerit Christus. Nam in primis ipsi recesserunt dispergendi, ac disseminandi per vniuersum orbem, tanquam qui non colligerent cum Deo, sed dispergerent, vt dixit Christus Lucæ 11. 23. quam dispersionem nomen *Iezrahel* significauit. Deinde ita creuit in impietate populus, vt indignum se reddiderit miseratione diuina, ac proinde fragilem, & omni ope destitutum; vt ostendit filia vocata *Loruhhamah*. Tertio, in extremum malorum corruit, vt gentibus annumeratus, iam non esset populus Dei, derelictus à Deo; qui non maiorem illius iam curam gerebat, quam ceterorum populorum. Atq; huius totius initium mali fuit discessio illa Israel à Iuda, facta per Ieroboam filium Nadad. Quare eadem via reducendi promittuntur: nempe vt postquam creuerint, coniungantur sub vno capite Christo, qui eos suo sanguine liberet; non aliter quam populos gentium, & ducat è sua captiuitate in Ecclesiam suam, in æternam Ierusalem progredientem; vt sic qui non erant populus, à Deo ipso, & gentibus aliis vocentur *populus Dei, & filij Dei viuentis*.

...casus ...radatum, ...a ascen-...us.

...Iali Israel ...auum.

24 *Quia magnus*.] Particula כי *Chi* non rationalis est, *quia*, vel *quoniam*; quasi causam reddat eorum, quæ dicta sunt: nam sæpe abundat, & continuantis rationem habet, vt quæ vulgo dicitur *Ca*, Hebrææ *Chi* respondens. Hoc loco pro *sane*, aut *profecto*, vsurpatur, & admirantis est. *Profecto magnus est dies Iezrahel*: maximus; & celeberrimus, in quo ad finem Deus deducet hæc: vel, *ô quam magnus erit dies Iezrahel!* Nomine autem *Iezrahelis* Hieronymus, Rupertus, Albertus, & Dionysius volunt intelligi Christum semen Dei; vel filium Dei, cuius dies magnus dicitur, in quo resurgens ex mortuis triumphauit de hostibus suis. Magnus dies, inquit Rupertus, & magna illustratio seminis Dei, quod est Christus: seminis inquam resurgentis ex mortuis: cum quo consurgentes vtique ascendent de terra, faciendo quod Apostolus, ait ad Colos. 3. 1. *si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite*. sic nimirum facta prima ascensione, quæ est resurrectio prima, tandem ascendent corpora quoque de terra, quæ erit resurrectio secunda, & sequentur caput suum; quia *vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*. Montanus magnum ait futurum, & celebrem diem illum brachii Dei, cuius virtute accepto spiritu sancto discipuli, inuitis etiam hostibus, triumphum Christi prædicabant, & testimonium reddebant illius resurrectionis. Videtur magis ad rem intelligentia Haymonis, Alberti quoque, Hugonis, Lyræ, Dionysii, & Vatabli, sermonem esse de insigni mutatione tempore Christi facienda, qua Iezrahel populus dispersus, & disseminatus prius, colligetur, & congregabitur, vt cum filiis Iuda sub vno capite Christo degat, & pergat ad æternam Ierusalem: magnum autem hunc diem Haymo explicat vniuersum tempus à Domini natiuitate vsque ad finem seculi, siquidem magnum est tempus, in quo credentibus remissio peccatorum tribuitur, & ianua regni cœlestis aperitur. Ceteri *diem* intelligunt, tempus prioris aduentus Christi, in quo, suo sanguine fuso, omnes congregauit, & admisit, & insignia beneficia contulit, & liberatis è potestate diaboli verbo, & exemplo ad patriam cælestem aditum aperuit: qui propterea magnus dicitur, & celebris, quod in eo, hoc imposito laboribus omnibus per superiores ætates exantlatis, magna sint hominibus munera communicata; dignus qui æternæ commendetur memoriæ: vt fuit dies Sabbati, in quo requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat; & dies exitus Israel de Ægypto toties decantatus; & liberatio è Babylonica captiuitate. Sed vide quantas res, quam illustres, & quam magnificas, quantam rerum mutationem, ac insignem tribuum per tot annos dispersarum congregationem, & sub tam illustri capite Christo, quam breui ac simplici sermone tradat nobis Propheta? & gaudium Dei, & Christi, angelorum, & hominum pro tam celebri die suscipiendum, quam conciso sermone declaret, dicens, *quam magnus erit dies ille Iezrahel!* Etenim si tanta cum exultatione exceptus est filius prodigus, qui *mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est*; & si gratulari sibi postulabat mulier pro drachma inuenta; & ille, qui vnicam ouem inuenerat; & si *gaudium est in cælo coram Angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente*; vt dixit Christus Lucæ 15. quam magna epulatio, quam ingens gaudium fuisset apud angelos, & quam exultanter sibi gratulati essent pro vno populo perdito, ac mortuo, & qui iam non erat populus Dei, inuento, ac suscitato, & Christi miseratione facto iam populo Dei? Sane celeberrimus fuit, ac maxime lætus dies tam insignis mutationis Iezrahel.

...nia pro ...ac.

...trahel ...is. ...Expos-

Christus resurgens ex mortuis.

a Expositio.

Expositio.

Mutatio per Christum. Magnus dies quis.

Tempus prioris Christi aduentus.

Simplicitas verbi Dei.

HOSEÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

PROPHETA, ceteraque turba piorum hominum, qui adhuc estis Amini, populus meus, & Ruhhamah, plebs videlicet multam à me consecuta misericordiam, [1] dicite fratribus vestris, & sororibus, vt si volunt cauere prædictam commutationem, qua pro Amini populus meus, dicentur Loammi non populus meus, & pro Ruhhamah misericordiam consecuta, Loruhhamah, non misericordiam consecuta, resipiscant ipsi opportune, [2] & obiurgent communem matrem vestram, plebem Israeliticam, & acriter increpent, quia non vult vxoris fidem mihi præstare, nec patitur, vt ego vir eius sim Dicite, inquam, suadeant ei, vt remoueat [3] omnia Idola è conspectu filiorum suorum, & lucos, & aras ex suis ciuitatibus Samaria, & Iezrahel, ex quibus tamquam lac in alias emanat. [4] Ne, si contra faciat denudem eam bonis omnibus, quibus à me donata est, & ad illam reiiciam conditionem in qua erat, quando eam nudam inueni, & elegi: ponamque eam quasi terram desertam, ac inuiam, & proinde arentem. [5] Nam, & filiis eius misericordiam non præstabo, quia in multis id[illegible] tiis procreati sunt a matre sua: dum idolis ipsis, quos amabat, se prosternebat, aliquid sperans ab eis Sed frustrata sua spe, ideoque [6] confusa manet, quæ eos concepit dum illos ad loquendam mutans dicebat. Sequar [7] Deos, qui me amant, & elargiuntur quicquid ad victum, & vestitum opus mihi est: panem videlicet, & pluuias, lanam, & linum, oleumque, & vnum denique potationis genus & tam impudens erat, vt nollet recognoscere, me illi dedisse frumentum, vinum & oleum, & abunde suppeditasse argentum, & aurum, ex quibus [9] conflauit, & ornauit idolum Baal Ideirco [10] conuertam me contra eam, & assumam mihi tempore messis frumentum meum, & vinum meum tempore vindemiæ. & liberabo de tam iniustis possessoribus lanam meam, & linum meum, quæ dederam ad operiendam turpitudinem illius. Paulo post faciam manifestam [11] fœdam eius confidentiam, iis, a quibus opem sperabat, nec subuenire potentibus nullus enim erit, qui eruat eam de manu mea: [12] simul cessabit omne gaudium eius, quod ex solennitatibus, Neomeniis, sabbatis, omnibusque aliis festis percipere solebat. [13] Vastabo vineas eius, & ficus, & arbores alias, de quarum fructuum affluentia dicebat: Hæc in mercedem mihi a Diis meis data sunt ob affectum, quo eos colo: [14] redigam ergo eam in syluam, & hostis immitis Assyrius deuorabit eam. & luet tunc flagitia quæ admisit [15] in diebus solennibus Baalim, quibus ei incensum adolebat, & cultissimo se induebat ornatu, inaure & monili, cum ibat ad colendos illos suos Deos, & nihil de me cogitabat, dicit Dominus, [16] Propterea, ecce ego in tantas angustias eam adducam, obsidentibus Assyriis, vt omnis ei via præcludatur redeundi ad Deos suos, vllumque inueniet modum sperandi opem ab eis, vt sole[illegible]: & anxiè hac, illacque discurret ad implorandum ab [illegible] auxilium, & non inueniet: quæret vt sibi subueniant, & nequaquam eos inueniat propitios. Tunc autem animaduertens se deceptam, ad saniorem mentem reducta, dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, Deum verum, quia tunc mihi melius erat cum religiose colerem, quam nunc. [16] Tunc [17] ecce ego ob tam insignem voluntatem, ei obuiam prodibo, & meis monitis, meorumque seruorum [18] pelliciam eam, vt iam [19] capiat solitudinis versus patriam & ibi miris modis, vt olim, dum veniret ex Ægypto, [20] consolabor eam. per ictus [21] gubernatorium Zorobabele, & Iesu, qui tanquam vinitores eam colant, & ducant & ingredietur [22] vallem Achor, cuius amænitas, & vbertas prima occurrit olim ingredientibus terram promissam, ex qua certiores facti sunt de spe, quam conceperant de reliquæ terræ vbertate. & [23] præcinet [illegible] per choros [illegible] olim in iuuentute sua, cum scilicet ascendebat de terra Ægypti. [24] Iam deinceps non me vocabit Baali Do-

Cap. II.

1 DIcite fratribus vestris: Populus meus: & sorori ve- 1
stræ, Misericordiam consecuta. [2] ‖ Iudicate 2
matrem vestram; iudicate quoniam ipsa non vxor
mea, & ego non vir eius: auferat [3] fornicationes suas
à facie mea, & adulteria sua de medio vberum suorum.
[4] ‖ Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam 3
secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi
solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam,
& interficiam eam siti. [5] ‖ Et filiorum illius non 4
miserebor: quoniam filij fornicationum sunt. Quia 5
fornicatio est mater eorum, [6] confusa est quæ concepit
eos; quia dixit Vadam post [7] amatores meos,
qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam,
& linum meum, oleum meum, & potum meum. [8] ‖ 6
(Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam
eam maceria, & semitas suas non inueniet. ‖ Et 7
sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret
eos, & non inueniet, & dicet Vadam, & reuertar
ad virum meum priorem: quia bene mihi erat
tunc magis quam nunc.) ‖ Et hæc nesciuit, quia ego 8
dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum
multiplicaui ei, & aurum, quæ [9] fecerunt
Baal. Idcirco [10] conuertar, & sumam frumen- 9
tum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, &
linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. ‖ Et 10
nunc reuelabo [11] stultitiam eius in oculis amatorum eius:
& vir non eruet eam de manu mea: & [12] cessare faciam 11
omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius,
sabbatum eius, & omnia festa tempora eius. [13] ‖ Et 12
corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit:
Mercedes hæ, meæ sunt, quas dederunt mihi amatores
mei: & [14] ponam eam in saltum, & comedet eam
bestia agri. ‖ Et visitabo super eam [15] dies Baalim, 13
quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua,
& monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur,
dicit Dominus. (-) [16] ‖ Propter hoc [17] ecce (-) 14
ego [18] lactabo eam, [19] & ducam eam in solitudinem,
& [20] loquar ad cor eius. ‖ Et dabo ei [21] vinitores 15
eius ex eodem loco, [22] & vallem Achor ad aperiendam
spem: [23] & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, &
iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. ‖ Et erit [24] in 16
die illa, ait Dominus: vocabit me: vir meus: & non vocabit
me vltra, Baali. ‖ Et auferam nomina Baa- 17
lim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum.
[25] ‖ Et percutiam cum eis fœdus in die illa, cum 18
bestia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ,
& arcum, & gladium, & bellum conteram de terra:
& dormire eos faciam fiducialiter. [26] Et sponsa- 19
bo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia,
& in iudicio, & in misericordia, & in miserationibus.
‖ Et sponsabo te mihi, in fide: & scies, quia ego 20
Dominus. ‖ Et erit [27] in die illa: exaudiam dicit Do- 21
minus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram. ‖ Et 22
terra exaudiet triticum, vinum, & oleum: & hæc exaudient
Iezrahel. [28] ‖ Et seminabo eam mihi in terra, 23
[29] & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia. ‖ Et 24
dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet:
Deus meus es tu.

minus meus, sed Isi vir meus, ne prolato nomine Baali, quod ei licebat, recordetur nominis idolorum Baalim. Et in gratiam eius iram bestiarum, naturam, & vim ferarum, volucrum, & reptilium temperabo, bostium videlicet inimicorum, vt quasi 25 fœdus cum eis inissent, eis nocere non audeant: Pacem quoque eis concedam, bellicis instrumentis summotis, vt mihi Deo suo fidentes, securi dormiant. 26 Tam stricto vero vinculo ei adhærebo, tam firmam, stabilemque in cultu meo eam constituam, vt regium meum solium, numquam amplius summouendum, sed per Christum continuandum, stabiliam in ea, quatuor fulcitum columnis; Iustitiæ, qua iusti absoluentur, & innocentes protegentur. & Iudicii: quo vltio sumetur de nocentibus, & damnabuntur impii, qui tibi nocere conabantur. Tum etiam Bonitatis, seu Misericordiæ, ex intimis visceribus bona omnia elargientis, & in futurum promittentis; & demum fidelitatis, & veritatis: qua præstabo, sine dubitatione promissa: ex quo cognosces me tibi Deum esse. 27 Tunc temporis abunde faciam prouidere Israeli ex dispersione coöngregato: nam cœlo postulanti, vt more suo pluat annuam, cælumque terræ respondebit, terra vero fructibus, hi autem respondebunt votis Iezrahel, & 28 multiplicabo plebem Israeliticam in terra sua instar seminis; & commutatis rebus, quæ erat 29 absque misericordia, ea misericordia suscipietur, & non populum vocabo populum meum, & ipse vocabit me, Deus meus, quem vnice colo, ac diligo.

ARGVMENTVM.

IVBET Deus causam plebis Israeliticæ in iudicio agi, & de idololatria, ac ingratitudinis crimine damnari indicta omnium bonorum destructione, si sponsum Deum sequi nolit. Deinde consolatur eam Deus pollicitus se illam, suam in ea sedem iudiciariam collocando, sibi coniuncturum, & stabiliturum, & bonis omnibus cumulaturum.

COMMENTARIVS.

1 Dicite] Prius de huius loci versione tractemus, deinde sensum discutiemus. Hebræa verba sic habent, ad verbum; *Dicite fratribus vestris Ammi, & sororibus vestris Rubhamah.* & sic vertunt Tigurina, Pagninus, & recentiores: (cum autem audieris Tigurinam, ne impingas eam intellige, quam Vatablus commentatur, translationem) vulgatus tamen secutus Septuaginta, qui leguntur in codice Complutensi, & Regio, vertit, *Dicite fratribus vestris, populus meus, & sorori vestræ, Misericordiam consecuta*, quam lectionem secutus est etiam Chaldæus, cum dicit: *Prophetæ dicite fratribus vestris, Populus mi, conuertimini ad legem meam, & congregationis vestræ miserebor.* Septuaginta vero, quos legimus in Hieronymo, & in codice Vaticano, habent. *Dicite fratri vestro, populus meus: & sorori vestræ, Misericordiam consecuta.* Videtur Hoseas respexisse ad significatum, nempe ad filios Israel, qui per filium Hoseæ signabantur: interpretes autem & ad supradictos filios Hoseæ iam nominatos.

Lectio varia.

Iam sensum explicemus. Hieronymus cum pluribus expositoribus hæc verba ad extremam periodum præcedentis capitis refert: ait enim, hucusque ad Israel populum sermo directus est, nunc alterum caput incipit. *Iudicate matrem vestram*, &c. Dictum fuerat tempore Christi congregandos filios Iuda, & filios Israel simul, sub vno capite Christo, & quod ascenderent iam liberti de captiuitate in gratiæ libertatem in magno illo die, ac celebri conuersionis populi Dei Iezrahel. Tunc, inquit Deus, vos qui primi Christo adhærebitis ex tribu Iuda, Apostoli, & fideles; gratulamini iis, conuertentur fratribus vestris Israelitis, & sororibus vestris; & cum exultatione in eorum amplexus ruentes, dicite; *Ammi, popule mi; Rubhamah misericordiam consecuta*; iam ad nostrum populum pertinentis; iam nostra effecti estis digni misericordia, quam in nos exercuit Deus. Sic videntur intelligere Hieronymus, Haymo, Albert. Hugo, Dionys. Vatablus, & Isidorus. Alii

1. Expositio.

Loquuntur fideles ad eos, qui conuertuntur ad Christum.

C

vt Lyra, & Mont. putant hæc verba fieri à Iudæis conuertis, Apostolis, & similibus, ad gētes, quæ cōuertebantur. Alii vt Hieron. quoq; & Rupertus à quibuslibet fidelibus siue ex Iudæis, siue ex gentibus; ad eos qui ex vtroq; populo cōuertebātur.

Verum magis videtur ad institutū Prophetæ, vt postquā sub Symbolo meretricis ductæ in matrimonium, & filiorum ex ea procreatorum, descripsit culpam, & pœnam extremam populi Israel, modo explicatius tradat culpam Israeliticæ plebis sub illo fornicariæ symbolo inuolutā, coarguendo eam per filios suos. Ac proinde iubeat Deus Prophetis, & piis quibuslibet viris Israelitis vt dū adhuc retinent nomen populi Dei, & misericordiam consecuti, plebē Israeliticam matrem suam, cuius singuli ipsi sunt membra, ac filii maneant, ac coarguant; ne si in sua impietate perseueret, & sibi, & filiis interitum pariat. Atque ita verba supradicta cum sequentibus sunt connectenda. Quod vero sermo fiat ad Prophetas, & probos Israel, ostendit Chaldæus paraphrastes, qui vertit; *Prophetæ dicite fratribus vestris, Populus mi*, &c. & Montanus, cum ēt, quia referuntur nomina *filiorum Ammi*, & *Rubhamah*, & *matris*, quæ in præcedenti capite, nemine cōtradicente, Israelis statum significabant: & modo eadem ratione significabunt, siquidē de Israele sermo est Prophete, vt statim dicemus. Demum quod non loquatur cum viris ex tribu Iuda, vt moneant Israelem: patet, quia illi non habent Israeliticā plebem pro matre; ac proinde nec fratres sunt nominandi *Ammi*, & *Rubhamah*, & quia Hoseas præsentibus loquebatur Israelitis, vt periculum metuentes corriperent matrem suam: nec opus erat Iudæos absentes, & longe remotos, qui in eadem erant damnatione, siquidem, & ipsi idola colebant, euocare ad id munus. Quod si ad primogenitum suum Iezrahel tanquam ad natu maiorem, populum Israel ipsum significantem loquatur Hoseas pater, vt inuitet duos minores fratres *Ammi*, & *Rubhamah*, qui matrem suam Gomer increpēt, & iudicent, ne omnes dispergantur, & veniant in captiuitatem, vbi fiant non populus Dei; Non extra propositum intelliges loqui Prophetam.

2 Expositio vera.

Iubentur pii corripere Israelem.

B

Cum eis fit sermo cum quibus in 1. capite.

Pater loquatur filiis, vt matrem corripiant.

Iudicate.]

2 *Iudicate.*] Multis exponendi rationibus implicant potius, quam explicant hunc locum expositores; & qui exponendi munus profitentur, tenebris potius inuoluunt, quam explanent. Quidam, vt Haymo, & Vatablus, de Iudæis à Christo conuersis, Apostolis videlicet, & discipulis, intelligunt hunc locum, quibus indicitur vt corripiãt Synagogam, quæ Christum non agnouit. Alii vt Theodoretus, volunt sermonem esse cum Iudæis redeuntibus è captiuitate Babylonica, vt coarguant matrem suam Synagogam. Sunt qui totum caput explicent de duabus tribubus, cum in præcedenti capite sermo factus sit decem tribubus. At certe his modis omnino reiectis, tanquam verum sensum obscurantibus, arbitror adhuc Prophetam agere cum decem tribubus sui ætate idola colentibus. Nam sic intelligunt Prophetam Chaldæus, Hieronymus, Albertus, Hugo, & Montanus; & probatur in primis, quia hic loquitur Deus cum iis, quos supra nominarat natos ex Gomer vxore Hoseæ, & de matre eorum, vt patet ex initio huius capitis, & ex ver. 4. *Et filiorum illius non miserebor, quia filij fornicationum sunt: quia fornicata est mater eorum.* & in fine capitis meminit filiorum Iezrahel, *Lorubhamah, & Loammi*, sed nullus est expositorum, qui matrimonium Hoseæ, & filios natos, non intelligant de populo Israelitico, & de diuersis eius statibus sub eo symbolo significatis. Ergo de eodem populo Israel caput hoc est accipiendum, siquidem, & de matre eadem, & filiis in eo agitur. Præterea totum hoc caput insumitur in increpanda matre cum filiis ob peccatum Idololatriæ, cui toti incumbebant; licet ad finem subiiciatur consulatio: sed populus Israeliticus à tempore captiuitatis Babylonicæ, multo minus tempore Christi, hoc peccato nunquam laborauit, vt est communis sententia. ergo hæc increpatio, nec pertinet ad tempus libertatis è captiuitate Babylonica; nec multo minus ad tempus Christi. Est igitur sermo Prophetæ ad Israelem sui temporis; qui Idololatria maxime infectus in certum exterminium præceps ruebat. Atque hunc sensum tanquam verum, & magis explicitum, relictis aliis prosequemur.

Variæ expositio.

Sermo est cum Israele temporis Hoseæ.

Ratio id probat.

Ratio altera.

Sermo verus.

Iubet ergo probis Israelitis vt iudicent, hoc est, cum iurgio litigent, contendant, & increpent matrem suam, studio reuocandi eam à sua idololatria, suum, & illius periculum præcauentes. hoc significat verbum ריבו *ribu*, iudicate, arguite, vel increpate, vt exponit Chaldæus. litigate, vel iudicio contendite, vt Septuaginta apud codicem Complutensem, & Regium. Nam in Hieronymo, & Vaticano, legimus, *Iudicamini cum matre vestra*, iudicamini quia cum increpare matrem sit agere cum iis, qui sunt in congregatione Israel, vt conuertantur; filii qui matrem obiurgant, se inuicem obiurgant, & increpant, & ob id dixere, *iudicamini*, id est, vos inuicem arguite, & increpate. Est autem materia increpationis, *quod ipsa non vxor mea, & ego non sum vir eius.* Nam fidem matrimonii transgressa, legibus matrimonii subiecta non est, sed me viro suo derelicto, alios quæsiuit Deos, quos amauit, & coluit, quibusque adhæret, quare & ego non teneor illi præstare, quæ ius matrimonii adstringit virum præstare vxori suæ. *facta est*, ait Ezechiel cap. 16. *quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienum.* Merito autem filiis præcipit Deus obiurgare matrem, quæ eos induxerat adorare Deos alienos; & secundum Deuter. 13. 6. & cap. 17. 2. capitis rea erat, & lapidibus obrui debebat. Nam & Christus præcepit Matth. 5. 29. & 18. 8. manum, aut pedem aut oculum, aut membrum aliud quoduis carissimum abscindere, eruere, & proiicere à corpore, si scandalizet te: quanto magis illum, qui inducat ad cultum aliorum Deorum, proiici præcipiet, si obiurgatus non destiterit?

Filii matrē, & se obiurgant.

Materia increpationis est infidelitas matrimonii.

Scandalum vitandum ad malum inducentis.

3 *Fornicationes.*] Per *fornicationes, & adulteria* omnes fere ex communi vsu Scripturæ intelligunt *idololatriam*, Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Dionysius, & Montanus. Ex præcedenti enim clausula constat reprehensionem texendam in eo, quod plebs Israelitica Deo tanquam viro coniuncta matrimonio, eo derelicto, alii Deo, vel aliis adhæserit iuxta illud Psal. 72. 27. *perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* id est, qui à fide tua, & cultu excidunt, & idolis se subiiciunt. dixerat enim: *Ecce, qui elongant se à te, peribunt.* Notat autem hanc differentiam Hieronymus inter fornicationes, & adulteria. *Fornicaria, inquit, est, quæ cum pluribus copulatur: Adultera, quæ vnum virum deserens, alteri iungitur.* Synagoga vtramque malitiam copulauit: quoniam & virum suum Deum deseruit per idololatriam, totque fidem violauit: & multos Deos colebat more fornicariæ, quæ omnium libidini exposita est. Iubet ergo filiis, vt matrem exhortentur, *Vt auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum.* & quidem Vatablus ex Lyra, per metonymiam fornicationibus, & adulteriis putat significari signa libidinis, hoc est, ornatum meretricium, mundum muliebrem, fucum, vnguenta, flores, & amuleta, lunulas, in quibus idola gestabat picta ab vbera pendentia; ceteraque faciei, pectorisque ornamenta, quibus solent feminæ incitare ad libidinem adolescentes. Alii intelligunt manifestissima signa impudicitiæ illarum feminarum; quæ vultu ipso, oculis, nutibus, ac gestibus, præ se ferunt animi turpitudinem: & vberum detectione, contrectatione, & amplexu summam amatoribus generant voluptatem: ita Petrus 2. sua Epistola cap. 2. 14. de quibusdam dixit, *oculos habentes plenos adulterij.* & Isa. 3. 16. *Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant.* & Prouerb. 7. 18. dixit scortum, *Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus.* Arbitror tamen per *fornicationes, & adulteria* significari ipsas causas idololatriæ, & scandala impietatis, quæ palam obiecta omnium oculis adoranda statuerat. Auferat, inquit, idola, cum quibus fornicatur, & quæ adorat, è conspectu filiorum suorum, ne scandalo illis sint, & ipsi corruant; auferat, inquam, Deus, quos in aris, & lucis colit, & vnice amat, è ciuitatibus Samariæ, & Iezrahel, è quibus, quasi ex vberibus matrum, cæterarum vrbium lac bonorum emanat. Hunc sensum insinuat Chaldæus, cum ait. *Auferat opera sua mala à conspectu vultus sui, & cultum Idolorum suorum de medio ciuitatum sua.* Nam quam copiosus fuerit Israel in aris erigendis, & idolis colendis, ostendit ipse Hoseas cap. 8. 11. & cap. 10. 1. & 12. 1. cum ait, exuberasse simulacra iuxta vbertatem

Fornicatio idololatria.

Fornicaria ab adultera differt.

Synagoga adultera, & fornicaria.

Adulteria pro signis libidinis.

Adulteria idola vitanda.

terræ: & altaria, quasi aceruos super sulcos agri. Apud Ezechielem autem fere eodem modo locutus est Deus cap. 14. 3. *Si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam.*

4 *Ne forte.*] Humano more sub dubitatione minatur, quasi nesciens, quid facturus sit. Ne si non conuerterit se ad me Deum virum suum, desertam eam, & omnibus ornamentis, quibus cooperui nuditatem eius, spoliem eam, & assumam mihi, & nudam relinquam, qualis erat quando nata est. Reuocat ad memoriam statum illum, in quo erat plebs Israelitica, quando eam sibi coniunxit Deus, & bona quæ ei contulit refert, vt fecit Ieremiæ 2. & Ezech. 16. quo hac ratione, ad se conuertat, sibique reconciliet, tot deuinctam beneficiis. Tempus autem natiuitatis, vt hoc primum prænotemus; quidam, vt Montanus, existimauit esse tempus Abrahæ, cum vocatus est à Deo, vt è Chaldæa egrederetur: vbi cum patribus suis idola coluit, vt colligitur ex Iosue 24. & adduxit eum Deus in terram Chanaan, & multiplicauit semen eius. Vnde Abraham pater omnium credentium dictus est. De quo tempore dixit Isaias cap. 63. 19. *Facti sumus sicut à principio, cum non dominareris nostri, nec inuocaretur nomen tuum super nos.* Et Ezechiel cap. 16. 3. *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Ammorrhæus, & mater tua Cethæa. & quando nata es in die ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus. Proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die qua nata es.* Et patet: quia eo tempore idola colebat in Chaldæa, non dissimiliter, ac aliæ gentes; At in Ægypto Deum verum colebat, & Populus eius dicebatur, & Deo cultæ erat; qui vltus eos est de Ægyptiis: ergo de illo priori tempore loquitur noster Propheta. Cæteri interpretes, Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, ad exitum de Ægypto referunt hanc natiuitatem Israeliticæ plebis. Tunc enim nudam eam inuenit Deus, & sanguine inuolutam, & lauit; ac lege tradita, & pacto inito sibi copulauit, & modis omnibus ornauit. Videntur autem Prophetæ tempus vniuersum, quod fuit ab Abrahamo vsque ad legem, vocare synagogæ infantiam, & adolescentiam, in qua tota ætate nuda permansit, quousque in monte Sina eam in Reipublicæ formam redegit, lege lata, tam ad cultum religionis, quam ad ciuium gubernationem, & seipsum ei in Deum, & regem tradidit; & illam in plebem suam accepit, quasi sponsam. Hoc verum esse ostendit Ezech. cap. 16. dum describit quicquid Deus fecerit cum illa congregatione, quæ in sanguine suo erat, & nuda, vt in die ortus sui, donec expandit amictum suum super eam: & iniuit pactum cum ea, & facta est illi sponsa. vnde vers. 22. dicit. *& post omnes abominationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena, conculcata in sanguine tuo.* Igitur in adolescentia, quando erat in Ægypto, adhuc erat nuda, vt in superiori ætate, etsi Deum coleret, quia nondum Reipubl. formam haberet. Non igitur infans dicitur, aut adolescens nuda, quod Deum non cognosceret; sed quod nondum seorsim habitaret in modum aliarum Rerumpublicarum. De intelligentia vero testimonii ex Iosue,

Nuditatis recordatio prodest. Natiuitatis populi tempus Abrahæ.

Natiuitas exitus de Ægypto.

Synagogæ infantia ab Abrahamo vsque ad legem.

& Isaiæ, diximus aliis in locis. Quoniam vero Hieronymus, Ruffinus, Theodoretus, & alii dicunt tunc nudam inuentam Synagogam, & ornatam fuisse à Deo, quando illam inuenit in Ægypto idololatriæ libidine constupratam, videndum erat, verum hæc ratio verum habeat, an nuda potius dicta sit propter allatam rationem, de hoc inferius iudicium fero.

De hac ergo plebe Israelitica, quam in Ægypto Deus nudam inuenit, & vestiuit, ornauitque eo modo, quem describit Ezechiel cap. 16. & in sequentibus noster Propheta, vt dicemus, asserit, se his omnibus spoliaturum, & relicturum nudam, informem, absque Deo, absque rege, absque forma Reipublicæ, absque sede, absque cultu, & legibus, & absque omni diuitiarum genere. & *ponam eam quasi solitudinem; vel quasi desertum*, & ponam inquam eam vt terram inaquosam, & arentem, ita vt siti enecetur. Vastitatem Israeliticæ plebis, & captiuitatem his verbis describit: vt frequenter hac forma loquendi Prophetæ solent describere, vt intelligunt Albertus, Lyra, & Dionysius. licet enim, cum dicit, *ponam eam*, hoc pronomine matrem Gomer referat; quæ significat Synagogam Israeliticam, at sæpe, & terram, quam inhabitat per gentem inhabitantem, per Metonymiam accipiunt Prophetæ; vel certe, plebs, gentem cum loco designat. Sic quoque Chaldæus dixit, & terram eius desertam. Hoc modo dixit Isaias cap. 60. 12. *Gens, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit, & gentes solitudine vastabuntur*, hoc est, terra, quam gentes incolunt, in desertum redigetur. & Ieremias cap. 25. 9. *adducam eos super terram istam, & super habitatores eius: & interficiam eos; & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas.* & vers. 18. *& regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in solitudinem*: hoc est; regionem eorum: & Ezechiel cap. 38. 12. *vt inferam manum tuam super eos, qui deserti fuerunt, & postea restituti.* & confirmat vlterius hunc sensum, quod statim sigillatim ostendit terræ Israeliticæ vastitatem, vt quæ prius vberrima erat, & lacte, melleque manabat, nullos fructus proferat. Alii omnes interpretes de ipsa gente hæc verba explicant. Tractabo, inquit, eam, vt in deserto, vbi neque victum, neque potum, nisi Dei beneficio, habeat, at nunc, non tantum hæc non illi præstabo, sed siti potius interficiam: vel omni auxilio meo, & angelorum meorum priuabo, & desertam reddam, & siti bonorum omnium laborantem.

Deaudatio in quibus.

Vastitatem terræ prædicit.

Vel gentis interitum.

Et filiorum.] De tribus filiis Gomer in primo capite exposititu loquitur; vt omnes intelligunt, quorum dicit se non misertum, quia filii fornicationum sunt. Sed nunquid quod sint filii fornicariæ extra misericordiam Dei sunt? Rem significatam explicat, quia filii sunt geniti, & educati à matre sua in idololatria, propter quod merentur sine misericordia puniri. Ita Chaldæus exposuit, Hieronymus, Theodoretus, Ruffinus, Rupertus, & Lyra. Nam si mater immolauit filios hos suos idolis, & traduxit eos per ignem, quid mirum si ipsi cum lacte bibissent idololatriam: & cum ea creuissent, videntes matris exemplum, similiter cultum idolis præstantes: hoc est enim, *quia fornicata est mater eorum.* 5

Filii idololatræ matrem secuti.

Confusa est.] Septuaginta legunt, *Confusa est,* 6

quæ

qua ... eos, cum ex Hebræo habeamus, *confusa, vel ... acta*, aut *pudore affecta est, quæ concepit eos*: ... ignominiosa commisit, ... adulterus idololatriæ; confusa de ... illud negare non potest, vt Rupertus, & Montanus exponunt. Confusi est confusione ignominiosa, quia in peccato deprehensi non verecundatur, inquit Albertus. Verior est, atque commodior, qua de agitur, ille sensus, quem indicat ... quam duræ ... & intemperatæ impudentiæ sit, quæ ... pit tales filios, quos tanquam mater, & magistra, in scelere suo gloriosa imitat, & excitat, in ignominiam, & contemptum vitæ sui Dei patientissimi, vt se sequantur, dicens: *Vadam post amatores meos*. Sed pudore affecta manebit: non enim assequetur illud quod spectat a Diis suis: *nam ecce ... am vias eius spinis, & non inueniet, nec apprehendet eos*. Itaque *confusio* hic, seu *pudefactio*, illam pudorem, seu confusionem significat, quæ sequitur eiusque animum implet, qui non est assecutus, nec obtinuit, quod sperabat: sicenim in Scriptura verbum, *confundo*, aut *pudefacio*, solet frequenter accipi, vt Psalm. 30. 1. *In te Domine speraui, non confundar in æternum*, id est, nunquam pudefiam quasi spe mea frustratus. Eccl. 2. 11. *Nullus sperauit in Domino, & confusus est*, id est, spe sua destitutus. Paulus ad Rom. 5. dixit, *spes autem non confundit*, id est, non deficit, & ita nemo spetans manet confusus, & pudore affectus, quod non impetrat quod sperat. Ita modo, mater, quæ concepit illos filios, omnem spem suam posuerat in amatoribus suis, Dei oblita; ego faciam, vt non assequatur quod sperat, atque vt maneat confusa, & pudore affecta. confirmat hunc sensum rationalis illa particula, *quia dixit, Vadam, &c.* quasi reddat rationem illius confusionis; quod secuta Deos alienos, non potuit ad eos pertinere, Deo vias occludente.

7 *Amatores.*] Deos gentium seu idola, per *amatores* intelligit, vt accipiunt Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, & Vatablus, & proprius, iuxta cœptam metaphoram; quia adulterum idololatriæ, quo fidem suo viro, Deo vero debitam Synagoga confringebat, cum idolis committebat ea colendo. Sed quia bona omnia, quæ a Diis illis sperabat, per gentes & populos, quorum colebat Deos, se adepturam putabat, examicitia cum illis contracta, propter amorem, & cultum, quo Deos illorum colebat, propterea Chaldæus, Hieronymus, Haymo quoq., Hugo, Dionysius, & Isidorus, populos gentium intelligunt, ... quorum fidebat auxilio: & ita Prophetæ, & hos, & illos ... cant amatores, & eadem volunt accipi ... que, vt Ezech. 16. 36. *Quia effusum est æs tuum, & re... ta est ignominia tua in fornicationibus tuis, super amatores tuos, & super idola abominationum tuarum, in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis, Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es, & congregabo eos super te vndique.* Ait ergo modo adultera Synagoga ... quæ amasios meos Deos gentium hucusque ... quibus acceptum re... victum, & potum, & quæcumque mihi sunt necessaria. Vel, adhærebimus populis terrenis, & faciemus cum eis fœdus, sub vna ... one constricti; illi enim liberabunt nos, vt hactenus liberarunt, vt commodius colamus agros nostros, & habeamus omnia necessaria. Cum autem dicit, *qui dat panes mihi*, Vulgatus Septuaginta secutus pluralem citat, quod in Hebræo legitur, *panem meum*, quo nomine quicquid ad cibum pertinet comprehenditur, vt mos est Scripturæ, vt Genes. 18. 5. dixit Abraham, *ponam buccellam panis*, & tamen ... vitulum ... tenerrimum. & 4. Reg. 6. 22. dixit Eliseus, *pone panem, & aquam coram eis*, appositaque est ciborum magna præparatio. hoc loco non inepte ... nus granum frumenti, hordei, & ... possimus ... nam addit, *& aquas meas*, per quas licet potum intelligant interpretes, at commodius ... plumas, temp... eam, & ... gandam ... de ... ea seorsum loquitur. Per *lanam, & linum* intelligit vestes laneas, & line... per *potum*, seu *potus meos*, vt habetur in Hebræo, licet ... intelligere ... irrigationes pinguedinis, vt Prouerb. ... *& irrigatio ossium tuorum*, & omnia, quæ ad delicias redundant; vnde Septuaginta hic verterunt, *& omnia, quæ mihi conueniunt*, seu *necessaria sunt*, & Chaldæus, *& omnia alimenta mea*: proprius autem significat omne potionis genus ..., & quod, vt notat Montanus ex libro Maimonides de Decimis, conficiebant Iudæi ex ... pyris, malis Punicis, cornis, mespilis, sorbis, moris, nucleis pinis: ex herbis, asparago, cumila, origano, & cæ. quæ potio licera in sacris libris dici solet, alio Hebræo nomine שכר *secar*.

Propter hoc.] Verba hæc interclusa, a particula, *Propter*, vsq; *magis quam nunc*: inuerso ordine fuisse anticipata, & connectenda esse post omnes comminationes, sub illis verbis: *& mei obliuiscebatur, dicit Dominus*: ostendit primum quod Hieronymus, & Rupertus, illis verbis, *& hæc nesciuit*, dicunt ad superiora respondisse Deum, quibus dictum erat, *Vadam post amatores meos*: quasi verba interposita, parenthesi concludantur. Deinde, quia non bene cohæret plebi Israeliticæ conuertenti se, ac dicenti: *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis, quam nunc*: occurrere illis verbis. *& hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, &c.* bene autem, & quatenus Dei clementiam decet, adhibere illam consolandi rationem: *Propter hoc ego lactabo eam, &c.* Quamobrem arbitror eo loco debere hæc verba collocari, vt certe collocamus, in paraphrasi: & ita clarior efficietur sensus. & post iam exposita verba hic subiiciamus illa, *& hæc nesciuit*, quasi diceret. Mater vestra, me despecto, audet dicere, Vadam post idola gentium mihi fœdere coniunctum, quæ dant mihi panem meum, & aquas meas, & cetera; & impudens ipsa, scire noluit, quod ego dederim ei illa, non idola, quæ amat, Ideo eo omnia mihi vindicabo.

Fecerunt.] In Hebræo sic legimus, *& argentum multiplicaui ei, & aurum fecerunt Baal*. & interpretes subintelligunt relatiuum, *quod*, dicentes, *& argentum q. multiplicaui ei, & aurum fecerunt Lebaal*, vel *& argentum multiplicaui ei, & aurum, quod fecerunt Lebaal*, vel quæ *fecerunt Baal*, vertit Vulgatus. Septuaginta dixerunt, *Hæc autem argentea, & aurea fecerunt ipsi Baal*: qui, sicut Chaldæus, aurum non meminere. Articulum autem illum, ל, cum dicitur לבעל *labbahhal*, licet possit deseruire dandi casui, & vetri, *fecerunt Baali*, vt Septuaginta vetterunt, pro *obtulerunt*, vt in illo Virgilii Eclog. 3. 9

Cum

Confusio de peccato.

Confusio ... ... atio.

... fundi ... spe de...

7 Amatores idola.

Populi amatores.

Panis nomine edulium quodque.

Panis granum quodvis

Aqua plumæ.

Potus sicera.

8 Anticipatio notanda.

Facere pro offerre.

Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito. eo modo, quo diximus super cap. 9. Ieremiæ numer. 20. At communiter hoc loco capitur pro, *in*, aut pro, *fecerunt in Baal*, id est, insumpserunt in conflando, & ornando Baal: sic Chaldæus dixit. & argentum multiplicaui eis, ex quo confecerunt idola, & Hieronymus, & argentum, & aurum vertit in idola, & fecit Baal. Sic omnes fere, relatiuo, *quæ*, volunt referri argentum, & aurum: solus Lyra refert ad omnia, ad frumentum, vinum, & oleum, argentum, & aurum, quæ dicatuerunt Baal, vt Ezechiel. 16. 17. dicitur. *Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento meo, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiama meum: & panem meum, similam & oleum, & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis.* Quid his minus facit, qui alit scorta, & turpibus monilibus, & muneribus sua elargitur. Quis Deus fuerit Baal late diximus super Ieremiam.

10 *Conuertar.*] Ductus pœnitudine, mutata sententia, ad contrarium me conuertam; vt detraham illi, quod statuto tempore dare solebam, nempe, tempore, quo frumentum reconditur in area, & quo vinum premitur in torculari; sic Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, & omnes, tunc enim eum fructus maturi sunt, & iam pene domi habentur, eis spoliari dolorem auget. *Et liberabo lanam meam, & linum meum*, LXX. vertetunt, & auferam linteamina mea, & vestimenta mea, ne operiant ignominiam eius. Chaldæus autem: & detraham indumentum sericeum, & byssinum, quod dederam ei ad operiendum ignominiam suam. Verbum Hebræum הִצַּלְתִּי *Hatsalti* præteritum pro futuro, videtur significare, *eruere, liberare quod suum est ab iniusto possessore*, vel *detentore*, vt Gen. 31. 16. pro illis verbis. *Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filiis nostris.* Legimus ex Hebræo. *Quia, vel, sane, omnes diuitias, quas eripuit Deus patri nostro, nostræ erant.* & Exod. 22. *& spoliabitis*, vel eripietis *Ægypto*, quæ vobis debent, *quia reddidit iustis mercedem laborum suorum*, vt dicitur Sap. 10. 7. Ideo Vulgatus recte vertit liberabo ab iniusto vsu, & iniquo detentore lanam meam, & linum meum, vt dixit Paulus ad Rom. 8. 21. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis.* Loco ignominiæ est Hebræum nomen עֶרְוָה *hherrah*, quod proptie significat *nuditatem*, quæ, quod turpis sit, & eius nos pudeat, maxime in membro genitali, pro pudendis accipitur, vt Genes. 9. 22. *quod cum vidisset Cham, verenda scilicet patris sui esse nudata*, quo ostendit ad quantam ignominiam adducenda sit Synagoga, vt quæ tot ornamentis sese operiebat, nuda appareat omnibus turpitudo eius; quod Deus solet permittere ingratis, & superbis, vt corruant, & detegantur ignominiosa peccata eorum, qualia sunt, impudicitiæ.

11 *Stultitiam.*] Nomen Hebræum נַבְלוּת *nabluth stultitiam, turpitudinem, aut turpe facinus contra leges perpetratum*, quod nefas dici potest, significat. *Immunditiam* vertunt LXX. *spurcitiam* Pagninus; *ignominiam* vocant Chaldæus, & alii. Gen. 34. ver. 7. Vertit Vulgatus, *eo quod rem fœdam operatus esset.* & Iosue 6. 15. *fecit nefas in Isr. el.* Est autem facinus publice perpetratum, quod turpitudo, & ignominia commitatur. Hoc vero loco [illegible] Synagogæ flagitium nihil erat aliud, quam impudens audacia mieruiendi idolis, Deo vero despecto, cum nimia confidentia in illis, & eorum adoratoribus, à quibus auxilium in suis calamitatibus sperabat; quod grauissimum erat peccatum illi populo. At ergo, Nunc, id est, paulo post propediem, expouam eam videndam suis a[illegible] nibus, nempe, ignominiam, quæ consequitur eius flagitium, palam faciam; & nudam exponam oculis omnium, & sanguine menstruo infectam, vt ab iis, qui eam diligebant, contempta deseratur. Sumpta metaphora ab adultera, quam vir denudat, & relinquit omnibus conspiciendam, quod erat maximum supplicii genus, vete[illegible] testan[illegible] vt Nahum 3. 5. *Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam.* Sicut in [illegible] Testamento; ligato saxo in mare [illegible] imum denotatur supplicium, vt ait Hieronymus in 18. Matthæi. Itaque grauissime puni[illegible] natur Synagogam, ridentibus, ac [illegible] entibus cum amatoribus eius, quibus confid[illegible], nempe Assyriis, à quibus paulo post destructa est: nam de Israele est sermo, non de Iuda, vt ex iam dictis constat.

12 *Cessare faciam.*] Cum captiua ducetur ab Assyriis, nullum illi iam festum erit, quo gaudeat. Si quidem solennitatesuas præcip[illegible] Paschę, Pentecostes, & Tabernaculorum cessabunt. Neomeniæ, & Sabbati celebritates, deinque cæteræ omnia festa eius. Tertullianus lib. 1. aduersus Marcion. cap. 20. & lib. 5. cap. 2. sic legit hunc locum, *& auertam omnes iucunditates eius, & dies festos eius, & neomenias, & sabbata, & omnes cerimonias eius: & omnes frequentias eius.* Quod autem interpretes hanc cessationem ad vastitatem referunt Ierusalem per Chaldæos factam; non ad eam, quæ Assyriu decem tribus destruxerunt; faciunt ex abundantia propter similitudinem; nam ea, quæ Prophetæ comminantur decem tribubus, & duabus accidisse certum est: Hoseas autem de decem tribubus loquitur per Assyrios vastandis.

13 *Et corrumpam.*] Desolabo, aut disperdam vineam, & ficus eius; non tantum [illegible], vt ait Chaldæus, destruam per Assyrios, sed [illegible] ipsa, & ficeta vastabo; nam sequitur, *& ponam eam in saltum*, & rationem reddit; quia dixit, *Mercedes sunt mihi quas dederunt mihi*, [illegible] amatores mei. Dis gentium tribuebat, vt supra dictum est, quæcumque habebat bona.

14 *Ponam eam.*] Ex Hebræo legimus, *& ponam eam in saltum, & comedet ea bestia agri.* & ita Septuaginta, & Chaldæus, vt retera: vineam, & ficus. Vulgatus secutus LXX. quos sunt in Hieronymo, legit, *eam*, vt referat Synagogam, quæ vertia est per hostes in syluam: vel vineam, & ficum; & Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Lyra, & alii de vrbe Ierusalem explicant destruenda per Chaldæos, quos vocat, *bestias agri.* At, vt cœpimus dicere, & ex ipso Propheta constat, de Israele vastando per Assyrios sermo est. Vatablus legit, *& ponam eos in saltum, & comedet eos bestia agri*, hoc est, Israelitas vastabit, deuorabitque Assyrius, vel duci eos permittam captiuos in syluam nationum, vbi gentes ipsæ bestiarum instar eos deuorent. LXX. addide[illegible], *& comedet eam bestia agri, & volatilia cæli, & reptilia terræ*, quæ tamen Hiero-

Deus liberat sua de iniusto possessore.

Nuditas sui peccatorum detecta in pudicitia.

Stultitia quod facinus.

Supplicii genus extremum.

Cessatio festorum.

Tertull.

Summa Dei vltio.

nymus

nymo obelo prænotat. Non est prætereundum, A LXX. hoc loco pro יער iahar, quod est sylua, vel saltus, (illic עד iahad testimonium, & ita vertisse, ponam eam in testimonium, vt scilicet omnibus testibus pateat: verum priorem lectionem sequuntur Chaldæus, Vulgatus, & omnes.

15 *Dies Baalim*] Hoc est: Visitat in ea flagitia, quę commisit in diebus solennibus Baalim diuersorum Deorum, in quibus cultinis se exornabat, Dei sui oblita, vt in ita eorum solennius celebraret. ita Chaldæus, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatabl. & Montanus. Alterum sensum insinuat Hieronymus: faciam vt in ipsis festis solennibus, in quibus colebat idola, puniatur, & vastetur. Sed prior sensus simplicior est; & obliuiscebatur, inquit, mei, quia in meis festis non eo vtebatur populus ornatu, quo in festis idolorum: perstat in metaphora meretricis. B

Ornatus in festis.

16 *Propter hoc.* Supra num. 8. diximus verba illa. *Propter hoc, ecce ego sepiam*, vsque *magis quam nunc*] hoc loco post illa; *& mei obliuiscebatur. dicit Dominus*, | necteanda: tum ob rationes ibi iactas, tum quod sermo Prophetæ sequi videtur ordinem historiæ: ordo autem historiæ is est: primum culpam omnem Synagogæ proponere; & omnem pœnam vsque ad obsidionem vrbium comminari: & quia statim quæret opem amicorum, & confœderatarum gentium, præcludere illi viam eas gentes adeundi; vt ita Synagoga circumsepta, ac pressa, redeat ad virum suum, & reconcilietur ei, ac tunc obuiam illi prodeat vir, vti dilectus sponsus, & beneuole excipiat, & in gratiam suam restituat. Hoc fit in hac clausula hic adiecta, quam recte sequitur illa. *Ecce ego lactabo eam:* C aliquin absque occasione consularetur, & in gratiam reciperet impudicam meretricem, virum suum despicientem. Ait ergo. Propter hanc huius meretricis matris vestræ impudentiam, qua me despiciebat, & sequebatur suos amatores. en ego ita illam premam calamitatibus, & hostium obsidione circumsepiã, vt nullam inuenire viam, modumque possit recurrendi ad amatores suos Deos, vel populos confœderatos, vt ab eis petat auxilium: nam conabitur eos insequi, & non licebit; quæret eos, & non inueniet. Ita omni hominum ope auxilioque destituta; & à Deo suo castigata, & erudita, rediens ad cor, vt ille filius prodigus, dicet *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem. quia bene mihi erat tunc magis quam nunc.* ita omnes fere hunc locum intelligunt. Ergo pro summo beneficio habendum est, D & gratiæ infinitæ Deo agendæ, quod salutem corporis feriat, honores, & facultates, quod noceant, vt animo salutem conferat, gratiam, & virtutum diuitias, & reditum ad se virum priorem, & antiquiorem.

Anticipatio notanda.

Comminatio salutaris.

17 *Ecce ego.* Illa coniunctio, seu aduerbium rationale, *Propter hoc*, seu, *Propterea*, occasionem præbet inquirendi, cui sermoni ex præcedentibus coniungat sequentem? Lyra existimat, hæc verba connecti cum illis initio capitis positis. *Dicite fratribus vestris populus meus; & sorori vestræ, misericordiam consecuta*, quia putat illa dici à Iudæis, conuersis Gentilibus, quasi gratulatorie vt eo loco explicuimus; & nunc prosequens sermonem illum inducit Deum propter tam insignem beneuolentiam in gentes exhibitam peremotum ad E exprimenda beneficia præstanda gentibus conuersis, plena diuinarum deliciarum, plena consolationis. Verum quia diuersam sumus secuti exponendi rationem non videntur hæc verba cum illis commode posse coniungi.

Connexio verborum

Modus connectendi.

Sunt ergo alii, qui putant recte cohærere hæc verba immediate præcedentibus, in quibus Synagogæ flagitia recensentur: ita vt propterea dicat Deus se consolaturum eam, & pellecturũ, vt sibi reconcilietur. Nam quo magis illa remota est, & grauioribus flagitiis virum suum irritat ad puniendum; eo benignius se demittit, vt compatiatur, eiusque misereatur; quod Dei commiserationem valde nobilitat, & illustrat. Sed huic modo connectendi aduersatur, quod paulo ante Deus, cultu exhibito Baalim, & sui impudenti obliuione prouocatus, se comminatus fuerat visitaturum, ac punitum eam, cuius punitionis multis modis meritæ, si nunc ratio reddatur, vt propter hoc eam sit consolaturus, & sibi coniuncturus, adhuc rebellem, & impudicis actionibus conspurcantem se; nisi prius emolliatur ad conuersionem; sane conditioni diuinæ non conuenit; qui nisi hominem prius emollitum, & ad se redeuntem non admittit ad tantam familiaritatem. emollire autem synagogam rebellem suppliciis hactenus conatus est, quod & obtinuit, vt iam prætactum est.

Modus 2.

Conditio Dei.

Tertio, videri potest alius recte connecti verba hæc superioribus, quod quemadmodum in toto capite post aliquantulum recensita flagitia Synagogæ, & grauiora ostensa, statim subuenit pœna infligenda. Nam primum dictum est filius, vt increpent impudentiam matris suæ, & subicitur: *Ne forte expoliem eam, &c.* Deinde culpa reprehenditur, quia dixit. *Vadam post amatores meos, &c.* cui pœna hæc proponitur. *Propter hoc, ecce ego sepiam viam tuam spinis, &c.* Rursus de culpa dicitur. *Et hæc nesciuit, &c.* & de pœna subditur. *Idcirco conuertar, &c.* ita modo post grauem ingratitudinem impudicæ meretricis abeuntis post amatores suos, oblitæ Dei viri sui, subicitur pœna hæc. *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam in solitudinem:* nempe captiuitatis, vel *ponam eam quasi desertum*, vt legunt LXX. Verum licet vetum sit à Deo eam seruari formam loquendi, vt permisto flagitio cum debito illi supplicio infligendo, inducat Synagogam, ostensa turpitudine flagitii, & pœnæ grauitate, vt ad se redeat. At in dictis verbis, vt mox dicemus, nihil graue, sed omnia dulcia, & consolatione plena continentur.

3 Modus.

Quamobrem magis consentaneum est ordini historiæ, & Dei clementis conditioni, vt his verbis intelligatur obuiam prodire vxori ad se reuersæ, & virum suum quærenti, pressæ calamitatibus, ac dicenti, *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc.* Vt ita contigerit Synagogæ, vti accidit filio prodigo, cui post dilapidatam substantiam suam, & cum meretricibus luxuriose consumptam, reuertenti ad patrem suum, dicẽtiq; *peccaui in cælum, & coram te*; pater obuiã prodiens, & domi suscepit, & parato conuiuio, cũ eo, annulo, & stola induto, lætatus fuerit: suamq; lætitiã his verbis significauerit. *Epulari, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Lu. 15. c.

4 Expositio vera.

Reditus ad Deum Synagogæ, vti filii prodigi.

Quæstio tursus est ad rite explananda, quæ hinc sequuntur.

Quæstio.

De sensu verborum.

sequuntur. *Propter hoc, ecce ego lactabo.* vsq; ad finem capitis, siquidem ingentem promittunt felicitatem, vtrum sint intelligenda de temporali aliqua felicitate, quæ illi populo è captiuitate liberato contigerit; an de summa illa, quæ per Christum communicata est orbi vniuerso? Duæ videntur esse in hac re sententiæ. Vna est Chaldæi Paraphrastis, R. Salomonis, & aliorum Hebræorum. Tum etiam Ruffini, Theodoreti, Theophylacti, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Isidori, exponentium Hoseam de temporali felicitate Israelitarum redeuntium in Iudæam è captiuitate Babylonica: licet aliqui eorum immisceant expositionem de negotio Euangelii Christi; quasi allegoriam in priori historia contectam. & quidem Chaldæum hanc intelligentiam secutum ostendunt illa verba. *Ecce ego subyciam eam legi: & in manu seruorum meorum Prophetarum loquar consolationes ad cor eius.* In ceteris autem ex nonnullis expositionibus facile est deprehendere, hanc tanquā literalem eis videri, licet quæ est de Christo tanquam allegoricam etiam prosequantur: ait enim Theodoretus; *Hæc typice, & adumbrate sub Zorobabel acciderunt: expresse vero, & veritate ipsa, vbi Christus se hominem fecit.* & probatur hac 1. ratione hæc expositio. Nihil est in his promissionibus, quod non potuerit accidere, & acciderit redeuntibus è captiuitate Babylonica, non dissimiliter, ac cetera, quæ promissa sunt à Prophetis, & ab Ieremia c. 5. Baruch. ergo de eo tempore explicandæ sunt. Propositio illa facile patebit conferenti historiā, quam nos explicuimus super 5. c. Baruch, cum his promissionibus. Tum etiam quia nemo dubitat de consolatione populi liberati; ac de cantu in via suscepto, ac de vinitoribus Zorobabele, Iesu, Esdra, Haggæo, Zacharia, & similibus. Deinde certum est ex eo tempore, Iudæos idololatriæ scelere non laborasse. Nulla enim historia id videtur indicare; & Iudæorum magistri id ingenue fatentur: insinuauitq; non obscure Tobias c. 14. his verbis. *Fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam: omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur, ibiq; reuertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea.* Tunc igitur nulla mentio erat Baalim; & omnia prætereà illis succedebant prospere Deo adhærentibus, & in eo fiduciam habentibus; à quo bona omnia promanabant; adeo, vt mutati in alterum populum, dicerentur populus Dei, & misericordiam consecuti.

1. Sententia de populo è Babylone redeunte.

Ratio 1.

Nulla idololatria post reditum è Babylone.

Ratio 2.

Secundo, quia licet sermo sit in hoc capite, iuxta nostram intelligentiam, de plebe Israelitica per Assyrios euersa: at promissiones conueniunt vniuerso populo redeunti è captiuitate Babylonica, quatenus ex Israelitis quamplurimi adhæserunt Iudæis, & cum illis redierunt sub vno capite, non ad pristinum regnū distinctum à regno Iuda, sed ad idem: vt Tobias satis clare prædixit.

Ratio 3.

Tertio demū, non aduersatur huic sensui quod aliqua promittantur supra id, quod legimus accidisse; quia ea est cōsuetudo Prophetis, vt iis similitudinibus, & metaphoris futura prænuncient, quę magis indicent, si corporea attendamus, quā gesta fuerint; & æquare videātur vix, si animi lętitiā, quæ è reipsa concipienda est, contemplemur, vt constat ex illo Tob. 13, 20. Vbi loquēs de Ierusale destructa, ac postea ędificanda. *Beatus*, inquit, *ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatē Ierusalē. Portæ Ierusalē ex sapphiro, & smaragdo ædificabuntur & ex lapide pretioso omnis circuitus murorū eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternētur, & per vicos eius Alleluia cantabitur.* Tanta. n. exultatione, & gaudio excipiebat, q̄ Prophetæ promiserant de ædificatione Ierusalē, vt videretur ædificanda ex preciosis lapidibus; & captiui in ea, libertate gaudentes, per vicos Alleluia cantaturi; vt certe fieri deberet, si facultas volūtati respōdisset.

Conceptus verbis maior re.

Altera sentētia est Hieronymi, Cyrilli, Ruperti, Lyræ, Dionysii, Vatabli, & Montani, vniuersum hunc locum de negotio Euangelico explicantiū; vt faciunt quoq; nonnulli ex auctorib. pro priori intelligētia citatis. Estq; pro illis hæc prima ratio. Quia quotiescunq; quæ Scriptura p̄mittit longe superant temporalem felicitatem, ea primo deberet cōuenire de spirituali felicitate explanāda sunt, & accipienda. Sed multa sunt in hac promissione tantæ maiestatis, & splendoris, vt tempori secundi templi non videantur conuenire; ergo de tempore Christi sunt intelligēda. Quod enim dicit; *Arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter*, nescio qua ratione tempori illi conueniat, in quo subiecti viuebant externis regibus Persis, ac Græcis, & multis eorum Iudæos insectantibus: illud quoque de desponsatione, & de seminatione Iezrahel in terra, nisi de Ecclesia, & Apostolis nescio quam recte explicetur. Deinde secundo: quia hæc promissio fit Israeli captiuo per Assyrios; at Israelitas diximus semper in captiuitate mānsisse, & ideo Deum illorum non misertum, & qui rediere cum Iudæis, perpaucos fuisse; ergo tantum Propheta loquitur de libertate spirituali, & Euangelica Israelitarum, non de temporali, quæ nulla fuit. Tertio demum, quia in fine c. 1. præcedentis nu. 19. verba illa extrema capitis. *& miserebor eius, quæ fuit absque misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu*, quæ refert Paulus ad Ro. 9. diximus accipienda de Israelitis conuersis ad fidem Christi, & ex non *populo Dei factus, populus Dei.* Ergo ceteræ promissiones de eisdem sunt accipiendæ.

2. Sententia de tempore Christi.

1. Ratio

2. Ratio.

3. Ratio.

Vtraq; harum explanationum non est omnino improbabilis, nec prorsus reiicienda, quod non infirmis rationibus fulciatur; hæc nihilominus posterior præferenda est, quod plenius, ac perfectius negocium Euangelicum Prophetæ verba contineant, & eiusmodi intelligentiam magis verba complectant. Nos vero vtramque prosequemur, quoniam prioris similitudo magis explicabit veritatem posterioris. Si quæ autem ex rationibus adductis difficultatem afferant, inter exponendum dissoluentur.

Vtraque sententia probanda. Posterior præstat.

Lactabo eam. Hebræum verbum מפתיה *mepataha* participium præsentis est à verbo פתה *Patah*, quod est *declinare cor alicuius ad id, quod est præter ipsius sensum; pellicere blanditiis, verbisque lactare, seu seducere.* Vnde Græcum verbum πείθω deductum est, quod est *suadeo, oratione flecto*; hoc loco Septuaginta verbo πλανῶ, *seduco eam*, transtulerunt; & Vulgatus verbo *lacto*, non quidem à *lacte* deducto, sed à nomine obsoleto, *lax lacis*, quod est *fraus*, vnde verbi *lacio* composita *allicio*, & frequētatiua *lacto, allecto, delecto, oblecto*; vt docet Sextus Pompeius lib. 10. & Nonius Marcellus in lib. de

Verbi Lactatio & etymon.

pro-

proprietas sermonum. hinc Terentius in Andria Actu 4. scena. 1. *Non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres* & Actu 5. scena 4. *Tune hic homines adolescentulos in fraudem illicis sollicitando, & pollicitando, eorum animos lactas.* Hac ratione vertendi vtitur Vulgatus non infrequenter. De sensu iam agamus. Septuaginta priora hæc verba tanquam supplicii comminatoria pro flagitio idololatriæ Israelis videntur accepisse, quia transferunt. *Ecce ego seduco eam, & ponam eam quasi desertum*: & ita intelligunt Theodoretus, & Theophylactus explicantes; *Ecce ego seducam, aut, seductam faciam eam, & erroribus implicari, ac labi, & captiuam factam, his omnibus bonis faciam destitui.* At ceteri, & Hebræi interpretes, & Latini vt verba consolatoria transtulerunt, & explicuerunt. sic n. ait Chaldæus: *Ecce ego subiiciam eam legi, & operabor illi miracula, & grandia facinora, qualia edidi illi in deserto.* Et David Kimhi in Commentariis sic exponit. *Dabo in corde eius, vt conuertatur per pœnitentiam, adhuc in illa captiuitate existens.* Nam Dominus transire faciet Israel ab opinione, quam habet in captiuitate, sequens cogitationem malam, & dabit in corde eorum, vt relicto malo accipiant bonum; & propterea ait Ezechiel de hoc, *remouebo cor lapideum de carne eorum, & dabo illis cor carneum.* Et Hebræa nobis præbent hunc sensum, quæ sic habent; *Ecce ego lactans eam, & ambulare faciens*, vel *ire faciens eam desertum*; hoc est; qui facio eam egredi in desertum, vel per desertum, vt vertit Tigurina. Est ergo sensus verbi, *lactabo eam*. Quia video plebem meam duris operibus captiuitatis attritam, & in talem angustiam redactam suis calamitatibus, clamare ad me virum suum priorem; & postulare vt liberem eam, ecce ego, qui olim verbis Mosis, & Aaronis suasi populo, vt mihi sideret, & relicta Ægypto me sequeretur educentem; ego ipse obuiam prodibo eidem plebi Israeliticæ Assyriis deseruienti, & assiduis captiuitatis angustiis afflictatæ; & sermonibus Zorobabelis, & Iesu, ac ceterorum principum, & meis internis monitis pelliciam eam, vt idolis relictis, mihi inseruiat, & me ducentem sequatur: & plenius, ac perfectius, post multa discrimina, & post innumeras seruitutis ætatea; in quibus, gentibus subiecta seruiuit, ego. & per me ipsum, & per meos Apostolus, permouebo cor eius, vt pœniteat sui prioris status; & mihi adhæreat, meque sequatur ducentem illam per desertum huius vitæ in æternam beatitudinem.

19 *Et ducam.* Septuaginta, vt diximus, & qui eos sequuntur, vt comminatoria verba hæc explicant, dicentes, *ponam eam quasi desertum*, vel *faciam eam inutilem, & desertam*. Hugo, & Isidorus quoq; explanant: *pertraham eam in desertum*, id est, in captiuitatem, vbi omnibus bonis destituta, vti qui deserta incolunt, tristem vitam transiget. At verius ceteri vt consolatoria accipiunt, allusione facta ad exitum Israel de Ægypto. *Ducam eam in solitudinem*; hoc est: quemadmodum olim eduxi populum meum ex Ægypto in solitudinem, vbi solus soli mihi curæ esset, non alicui Deo alieno; & eo in loco omni suffugio, ac præsidio destituto, cælitus illi prouidi, & ad mirandis prodigiis tuitus sum ab hostibus, & omnibus timendum præbui: ita eandem plebem è captiuitate Assyriaca educam saluam, & incolumem, in solitudinem, qua itur in patriam, *Et educam vos de populis, & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos*; vt ait apud Ezech. 20. 34. & Baruch. 5. 6. *Adducet*, inquit, *illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei. Obumbrauerunt autem, & syluæ, & omne lignum suauitatis Israel ex mandato Dei. Adducet enim Deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ, cum misericordia, & iustitia, quæ est ex ipso.* ita Chaldæus, & Haym. & ceteri. Multo sublimius educam vos de conuersatione populorum idola colentium, in solitudinem, vbi mihi soli seruiatis, innoxii, à gentibus tanquam à feris seruati; nam cælitus alimenta spiritualia immittam, cibo per angelos confecto sustentabo; aqua vitali reficiam mearum inspirationum, & consolationum, quæ sitim voluptatum mitiget: ab hostibus tuebor; & mitis prodigiis mundo vniuerso vos præbebo mirandos: & ipsis Ægyptiis submersis in mari ostendam potentiores. Deniq; tanto perfectius per huius vitæ solitudinem ducentem in cælestem Ierusalem, vos ego deducam, quam olim patres vestros eductos ex Ægypto, vel ex Babylone; quanto grauior peccati seruitus; & excellentior libertas Euangelica, quam illa. hunc fere sensum indicant alii expositores.

Loquar ad cor.] Phrasis Hebraica, pro loquar ei verba blanda, & consolatoria, ad votum eius. Est enim blandis verbis consolari, vt hic docet Hieronymus, & sæpe alias. Gen. 34. 3. hæc phrasis vertitur: *tristemq; deliniuit blanditiis*. Igitur quemadmodum in solitudine Ægypti Deus multis modis per seipsum legem ferendo, & per Mosem, & Aaron sæpissime consolatus est plebem suam: ita postea per seruos suos Iesum, & Zorobabelem, & Prophetas illis bene precantes, & multa promittentes consolatus est redeuntes è Babylone. Ita quoque multo verius consolatus est per seipsum, discipulos suos, vocans eos amicos, & filiolos, & multa illis mysteria detegens. & per spiritum sanctũ consolatus est abunde fideles, non solum in prosperis, sed maxime in aduersis. Vnde Paulus ad Rom. 5. 3. *Non solum autem, sed & gloriemur in tribulationibus.* & 2. Cor. 1. 5. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* 20

Vinitores.] Huius loci varia lectio diuersam intelligentiam induxit. Nomen enim Hebræum כרמים sine punctis, si ita legitur כְּרָמִים *keramim* plurale est, *Vineas* significans, quomodo legisse videntur Septuaginta, dum transtulerunt, vt in omnib. Græcis codicib. videmus, & in Hieronymo, Cyrillo, Theodoreto, & Theophylacto; *& dabo ei possessiones suas inde.* Atq; ita transferunt recentiores omnes interpretes, *ego dabo ei*, inquiunt, *vineas suas inde*, vel *ab eo loco*. & secundum hanc lectioné quidam explicant de bonis temporalibus: nam consolatur Israelem Deus de malo illo, quod fuerat comminatus, cum dixit versu 12. *& corrumpam vineam eius, & ficum eius.* Tunc ait, pro vineis destructis, dabo ei copiam vinearum ab ipso deserto, nam inde incipient vineta; tam affluens erit copia vinearum; vt olim cum ingressi primum sunt terram promissam. Montanus de bonis spirituali- 21

Expositio ... alam

Expositio consolatoria.

Sensus verus.

Sensus plenior.

Allusio ad exitum de Ægypto.

Sensus de Euangelio

Ductus Dei in patriam

Consolationem promittit. Loqui ad cor.

Consolatio per Christum.

A bus Euangelii sic explicat luculentius. Christiani dum hanc vitam degunt, ac dum per hanc solitudinem gradiuntur ad terram supernam promissam per Spiritum sanctum haběriam in se pignus æternæ hæreditatis, atq; adeo iam hæredes, & possessores illius dicuntur a Paulo ad Rom. 8. 16. *Ipse,* inquit, *spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi* Et ad Ephes. 1. 13. *signati estis Spiritu promissionis sancto: qui est pignus hæreditatis nostræ.* Ex hac ergo vita diuinæ hæreditatis efficimur possessores, spiritu promissionis sancto per Christum accepto, & ita dat nobis Deus vineas, seu possessiones nostras ex huc loco.

B At si nomen illud sic legatur כרמים *Chormim,* pluralе quoque est significans vinitores, vt videtur accepisse Lxx. apud Hieronymum Isaiæ 65. ita eos ceci-tentem, *& dabo possessores illius inde, & vallem Achor, vt aperiat intelligentiam illius.* & Chaldæus dicens; *& constituam eis inde gubernatores eius,* & Vulgatus, ac Hieronymus cum ceteris expositoribus, & est omnium communis sensus; sicut dedi prius Israeli egredienti ex Ægypto è gente sua ductores, & gubernatores Moisem, Aaron, & Mariam, & Iosue; ita postea dabo Israeli ea cunti è captiuitate Babylonica Zorobabel, Iesum Esdram, & Neemiam, & tempore Euangelii sacros Apostolos

De viris Apostolicis

è gente ipsa Israelitica, qui populo præessent fideli, & tanquam vigilantissimi patres, eorum curam gerent, quamuis progrediente Ecclesia

C vinitores etiam ea gentibus illi dati sunt, iuxta illud Isaiæ 61. 5. *& stabunt alieni, & pascent pecora vestra, & filii peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erunt.* Vinitores autem vineæ proculdubio intelligit; nam domum Israel vineæ solet Scriptura comparare, non inepte, vt Isai. 5. 7. *vinea Domini exercituũ domus Israel est,* & Christus Matth. 21. 35. ex vinea comparationem desumpsit satis elegantem.

22 *Et vallem*] Hebraice legimus, *& vallem Achor, in ostium spei,* vt omnes recentiores transferunt; & ea antiquioribus Symmachus: at Theodotion dixit, *aperire patientiam, vel expectationem eius.* Septuaginta vero, *ad pariendam intelligentiam eius.* Nomen enim תקוה *Tiqvah expectationem* significat eius, qui intento animo, & capite erecto, & summo

Lectionis ratio.

D cum affectu contemplatus rem; quam auide expectat. Inuenitur enim hoc nomen *Glomum,* vel *filum* significare, vt Iosue 2. 18. *Si ingredientibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra.* vel in Hebræo, *ingredientibus nobis terram filum, vel glomum fili coccinei ligabis in fenestra* & versicul. 21. *& ligauit filum, vel glomum coccineum in fenestra.* & Iob 7. 6. *dies mei velocius transierunt, quam a texente tela succiditur, & consumpti sunt absque illo filo.* Iam quæ, qualisve fuerit *vallis Achor,* cuius hic fit mentio, videamus. Vallis fuit ad Tribum Iuda spectans, sita ad Septentrionem Iericho & ad Austrum Galgalæ, dimidia leuca ab

Achor vallis quæ.

E ea distita, Nam transito Iordane filii Israel castrametati sunt in Galgala; vnde ad vnam leucam profecti Iericho obsederunt, & solo æquauerunt. Sic igitur vallis illa ad Aquilonem habebat Galgala, vt dicitur Iosue 15. 7. & Deuteron. 11. 30. *qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem, & intrantem procul.* & ad Aquilonem versus Orientem habebat quoque Iericho, & ad tres leucas cum dimidia

Achor vallis situs, & descriptio.

A versus Septentrionem ciuitatem Hai, vt constat ex Brocardo in descriptione terræ Sanctæ cap. . Erat pascuis vberrima, & valde amœna, vt ostenditur Isaiæ 65. 10. cum ex Hebræo legitur, ac promittitur summa pax, & felicitas populo Dei *Et erit Saron in pascuum gregum, & vallis Achor in accubitum armentorum populo meo, qui requisierunt me.* Cum enim coniungatur Saron, quæ regio est circa Lyddam, & Iopen, & Iamniam, pascendi gregibus apta, vt ait ibi Hieronymus, certo cognoscimus, & ipsam vallem fuisse armentis accommodam, & ad requiem populi [illegible] quodam in qua populus ingrediens terram promissam primum iocundatus est, & requieuit. Hæc vallis

B ex facto Achan filii Charmi dicta est primum *Achor,* id est, turbatio; nam dixit illi Iosue cap. 7. 25. *quia turbasti nos exturbet te Dominus in die hac. Vocatumque est nomen loci illius vallis Achor vsque hodie.* Sed & 1. Paralip. 2. 7. Achan [illegible] vocatur *Achar, qui turbauit Israel.* paronomasia [illegible]. Et Iosephus quoque illum *Achar* vocat lib. 5 cap. 1. ex loco dicto nomen desumens, & Theodoretus, Haymo, Albertus, & alii; imo Theophyl. Paulus Burgensis, Rupertus, & alii quidam à nomine transgressoris vallem dictam putant, *Achor,* [illegible] nihil minus; quod Achan ille vocaretur [illegible], vallis à turbatione primũ nomen accepit, & Achan postea per locum dictus sit *Achar,* quasi *turbans,* aut, *perturbator.*

Achor nominis ratio.

Iosephus.

C Iam ea hac turbatione populi in valle Achor sensus eruũt interpretes diuersos. Theodoretus, & Theophylactus, quemadmodum, inquiunt, pro furto anathematis Achan ille lapidibus obrutus est, & necatus, & igni cum suis omnibus absumptus, populus qui remansit terrore percussus, cognouit quam graue sit Dei transgredi præcepta: sic ea captiuitatis Babylonicæ supplicio castigatus Israel didicit timere Deum, & legis parere præceptis. Consimiliter quoque Christus, ad[it] Theophylactus, non parentes mandatis suis, & spolia huius mundi ad sese pertrahentes, nec reddentes, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, in vallem perturbationis coniecit, vbi perpetuo igni adurantur, & crucientur. Atque ita

Sensus ex nomine du[cti].

Sensus.

Supplicio inferni [illegible]cendi.

D interpretati sunt lectionem Septuaginta, *& Vallem Achor ad aperiendam intelligentiam,* nihil enim magis excitat dormitores, & insanos homines, nec de futuris quicquam cogitantes, quam æternæ memoriam supplicii, *nam vexatio intellectum dabit auditui.* Isa. 28. v. 19.

Secundo, recentiores Montanus, & Vatablus ita explanant. Non ita accidet in ingressu Ecclesiæ, vt olim ingredientibus terram promissam: tunc enim tristia omnia, & perturbatione plena, ac desperata, ob turbationem ex furto Achan natam; omni spe abiecta vlterius progrediendi; At in eorum Ecclesiæ omnia læta, omnia secura, & plena spe, ob pignus æternæ hæreditatis [illegible] habitum; itaque *vallis Achor* quæ illis [illegible] a perturbationis, & desperationis, h[illegible] ianua spei,

Secundus sensus.

E & pacis, quia hæc spes non co[illegible].

Tertio, Hieronymus [illegible] Rupertus, Albertus, Lyra, & Dion[illegible] sum ea [illegible] facto desumunt; q[illegible] se inuicem aliquantulum dissidea[nt illegible] admodum ex il[illegible] magna pertu[illegible] d leto, fortior [illegible] se progre[illegible] ndi vl e-

rius, &

A ti vrbes capiendi, quod statim experti sunt ciuitate Hai expugnanda: ita vt perturbatio in gaudium, de victoria parta, versa sit. Sic persecutionibus, calamitatibus, & tribulationibus spes maxime firmatur. Siquidem inde ostium magnum ad sperandam Dei propitiationem, & misericordiam aperitur. nam auctore Paulo ad Rom. 5. 3 *Tribulatio patientiam operatur patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* Vel secundum Haymonem, Rupertum, & Dionysium, ex Beda, sic occiso Achan populi perturbatore, omnis Israel spem concepit hostes suos deuincendi, eorumque vrbes capiendi. ita destructa Ierusalem per Romanos, & Iudæis dispersis, Apostolis cæterisque credentibus aperta est spes B victoriæ de vniuerso mundo reportandæ. Vel ex conuersione Iudæorum spes fuit conuertendi alios, vel secundum Albertum, & Dionys. Adam interfectio debilitas populi versa est in fortitudinem; paupertas in abundantiam; tristitia in gaudium, & hæc omnia in valle pœnitentiæ, seu contritionis promittuntur: in ea enim aperitur ex perceptione præsentium spes bonorum futurorum. Hi sensus licet consonent cum historia Achan plexi capite, & vtiles sint; at existimo Prophetam nostrum non loqui de valle dicta *Achor* propter illam turbationem, quæ ibi accidit; sed de valle quidem ante factum Achan, innominata in Scriptura, & ex post facto dicta *Achor*; vt visum est Hugoni, & nonnullis aliis.

C Sexto igitur, sensus huius loci est. Quemadmodum ingredientibus terram promissam post traiectum Iordanem, primum quod illis occurrit ex terra illa fuit vallis, ex turbatione Achã paulo post dicta *Achor*, in campestribus Iericho, vbi consederunt filii Israel ad quinquaginta stadia, vt ait Iosephus l. 5. Antiq. c. 1. Hoc est, ad sex milliaria cũ dimidio a Iordane; vbi celebrauerunt Phase, & comederunt de frugibus terræ, quæ iam abunde suppetebant, vt cæteræ res; quia illuc vsque penuria laborauerant, vt ex Iosue 5. 10. & Iosepho constat, & ex affluentia fructuum, & abundantia illius vallis vberrimæ, & arborum, plantarum, herbarumque fecunditate, conceperunt ingentem, D ac certam spem de vbertate ceteræ terræ promissæ, & valde sunt exhilarati, præscientes diuinarum promissionum veritatem, ac intelligentiam capientes verborum Dei. Ita similiter prima hæc vallis occurrit redeuntibus e captiuitate Babylonica, vbi suos pascerent greges, ac e labore immenso recrearentur; & tempore Christi Israelitis e captiuitate diaboli redeuntibus, & ingressis terram Euangelicam, tot ante seculis promissam, primum quod occurrit, fuit vallis illa Ecclesiæ Hierosolymitanæ omni virtutum genere affluentis, vberrimæ, & amœnissimæ, in qua inchoata est prædicatio Euangelica: præsertim post aduentum, Spiritus sancti, succedentibus omnibus prospere E ac iocunde, vnde ianua aperta est spei vniuersum orbem facillime subiiciendi, & similem fructum, & vberiorem è reliqua terra colligendi, hoc est; *& dabo vallem Achor ad ostium spei*, ita ibi spes excitata est reliquæ terræ cadem fertilitate capiendæ, & cognoscendæ; nam ex vbertate illius vallis tanquam ex vngue leonem, & ex filo glomum, cernerunt, ac collegerunt vbertatem reliquæ terræ, quam inuolute cognouerant, & sperabant. ideo

A vallis illa data est ad aperturam filii, vel glomi, id est, *para sacar por aquel hilo el ouillo*, hoc est reliquæ terræ vbertatem lacte & melle manantis, iuxta promissa, & hoc voluerunt LXX. cum verterunt, *& vallem Achor ad aperiendam intelligentiam eius*, videlicet, vt in ea valle intelligeret, quam fertilis esset reliqua terra. & Chaldæus dixit. *& vallem Achor ad delicias animæ.* Quia post laborem tot annorum solitudines requieuerunt in illa valle, & ex spe certa: facta promissionum, in delicii sibi fuerunt. Quod maxime experti sunt qui prima Apostolorum Ecclesia fruiti sunt, quando post labores in peccatis exantlatos, & tenebras depulsas, & Iordanem traiectum, terræ nouæ luce cœperunt B gaudere, & spirituali charismatum copia perfrui. Similiter experiuntur, qui nouam inchoant viuendi rationẽ; nã ex lætitia, pace, & securitate, qua tunc potiuntur, colligunt quanta pace, ac securitate gaudeãt, qui prouectiores sunt, & qui perfecti in virtute, & illi qui tanquam emeriti milites in Colonia cœlesti, beata vita perfruuntur. Ex quo spem concipiunt, ita sibi absque dubio futurum, si perseuerent. *Ex feruore nouitio colligitur vita secutura.*

Et canet] Hebræum verbum Vebbanethah tertia persona est præteriti fœminina indicatiui modi referturque matrem Synagogam: sed *vau* cõuertit in futurum, atque ideo, pro, *& cecinit*, legendum, *& canet ibi.* Sed quia verbum diuersas habet significationes. nam & *pati* significat, & *al*- C *terni respondere* siue in luctu, siue in cantu; ideo hoc loco LXX. verterunt, *& humiliabitur ibi.* Symmachus vero, *& affligetur ibi*, ad hunc sensum iuxta Theodoretum, & Theophylactum, in Ægypto dura seruitute afflictus, & humiliatus est Israel, in tempore quo adolescebat, & quo crescebat in populum copiosum: sed nun absque vtilitate, siquidem seruitus illos ab idolis reduxit ad verum Deũ implorandum: ita sub Assyriis affligetur, & humiliabitur, & idolorum oblitus, me suum Deum agnoscet, & nominabit. Quod similiter accidit his, qui per aquam baptismi transierunt, & adoleuerunt in virtutibus: nam humiliati, peccatis relictis, Deum suum ac Christum eius agnoscunt, & venerantur, & amant. *2 Lectionis ratio* *1. Sensus Pro humiliare seu affligere.* *Humilitatis fructus.*

D Secundo, pro respondere alteri, sumitur, qua ratione Theodotion hic vertit, *& respondebit ibi*; Aquila, & *& audiet.* Sicut Deuteron. 31. 21. dicitur, *Respondebit ei canticum istud coram eo*, id est, ei afflicto, quod reliquerit Deum, accinet canticum istud, testimonium ei perhibens, multo ante à Deo fuisse id prænunciatum. Sic Chaldæus, pro *respondebit ibi Deo*, aut *exaudiet ibi Deum*, accepit, ait enim, *& dedent sese ibi verbo meo, sicut in diebus antiquis. Ego quoque faciam eis miracula, & præclara facinora, sicut in die, quo ascenderunt de terra Ægypti.* *2. Sensus. Pro respondere.*

Vulgatus, & Hieronymus, & omnes recentiores, pro *canere* sumpserunt, non quomodocunque, sed respondendo sibi mutuo per choros, *præ-* E *cinet ibi* ait Hieronymus. Vel *canet alterni ibi*, vt vertit Vatab. nam erat chorus præcinens; & alius chorus respondens. Ita Isaiæ 18. 22. illud Vulgati, *& respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius*, ex Hebræo vertitur, & cantabunt ibi vlulæ. & Exodi 32. 18. sic legitur ex Hebræo. *Non est vox præcinentium pugnam, neque vox præcinentium fugam, vocem præcinentium ego audio*, & 1. Reg. 21. 11. dicitur. *Nonne huic* *3. Sensus. Pro canere.* *Chori in cantu.*

cantabant per choros? & c. 29. 5. *Nonne iste est David, cui cantabant in choris?* nam cantare in choris verbi significatum est. Est ergo sensus: sicut in die iuuentutis suæ, nempe, quando ascendit ex Ægypto, ex hilarata beneficio Pharaonis in mare submersi cum exercitu suo; alternis cecinere Moses cum viris, & Maria cum feminis Exod. 15. sic etiam cum Ascendet e captiuitate Assyriorum, præcinentibus choris, & subcinentibus aliis, Deo læta gratias age. Et melius Ecclesia exterminato primogenito mortis, id est, peccato originali, transiens mare rubrum, sacri baptismatis Sacramentum, Christi sanguine rubicundum, sepultis omnibus peccatis, gloriosum canticum præcinet, cuius Mosis carmen figura fuit, quod Ioannes elegantissime explicat Apoc. 15.

Sensus [illegible] reditu e Babylone

De Ecclesia

24 *Iudie illa.*] Tempus notat reditus e captiuitate Babylonica secundum Theodoretum, Theophyl. & Hugonem. Nam captiuitatis calamitatibus oppressa Israelitica Synagoga hoc beneficium accipiet, vt iam deinceps, non tantum non colat Baal, sed nec, cum liceret dicere Baali [illegible] proferat, ne recordetur Baalim. & reuera ita accidit: siquidem à tempore secundi templi, nunquam idola coluit ipsa vniuersa, quamuis aliqui aliquando coluerint. Cum autem hæc promissio fiat Israeli, qui tempore Christi, idola non colebat; bene tamen coluerat, & ante captiuitatem Babylonicam, & in captiuitate: non vero postea, sequitur aptius hunc locum explanari de tempore post reditum e Babylone, quam de posteriori alio. Alii nihilominus omnes de tempore Christi accipiunt, & explicant dupliciter. Nam e mente R. Salomonis, Lyra, Montanus, Isidorus, & nonnulli alii recentiores affirmant hoc discriminis esse inter hæc duo nomina Hebræa, בעלי *Baal*, & אישי *Isi*, significatu similia, quod *Baal* significat *dominum durum, imperiosum, subalternum, qui timore subditos possidet*, qualis erat Baal cultoribus suis; quem Hispanice vocamus, *Amo*. At *Isi*. *gratum, & cum amore dominantem coniugem*, aut *sponsum* significat. Ceterque illud veteri legi conueniat, hoc nouæ, in qua amor omnia gubernat, sicut in illa timor, iuxta illud Pauli ad Rom. 8. 15. *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum Dei.* De nouo Testamento sic illi explicant, tam familiariter mecum aget, & amanter, vt iam plebs Israelitica non sit me vocatura *Baali*, vt Aquila quoque transtulit, hoc est, *maritus meus, durus, & imperiosus*: sed *Isi, vir meus*, aut *sponsus vnice dilectus*. Verum ex ratione subiuncta. *& auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominum eorum*; videtur huic loco magis conuenire expositio Hieronymi, Ruperti, Haymonis, Alberti, Dionysii, & Vatabli. Quamuis me recte vocare possunt, *Baali maritus meus*, &, *Isi vir meus*; nam vtroque nomine vocant vxores coniuges suos, ac tanto odio prosecuturos vos promitto *Baalim idola*, vt ne recordemini nominum eorum, ego efficiam vt ne me vocetis *Baali Dominus meus*, sed vocabitis me, *Isi, vir meus*, etiamsi alias bene eo nomine me vocare possetis: ne voces inordinatæ prolatæ hæresim pariant; aut ad Idololatriam deducant. Tantum enim abhorrebunt Euangelicam legem edocti ab idolis, & a peccatis suis, vt ne memores futuri sint eorum per labia sua.

De tempore Christi.

Sensus prior.

Sensus posterior.
Nomina idolorum nec nominanda.

Et percutiam cum eis. Vel eis fœdus, vt ex Hebræo legit Hieronymus, *percutiam fœdus inter eos, & bestias*. Cum hactenus locutus ut cum matre illorum trium filiorum, & in sequentibus sit locuturus, in hac periodo loquitur cum ipsis Israelitis, quos illa repræsentabat: & in primis Theodoretus, Theophyl & Hugo de tempore reditus e Babylone [illegible] locum hunc explicant, quod tunc idolis ab[illegible] & Dei veri cultui vacantibus, percussurus [illegible] Deus, aut effecturus sit, vt reges, & po[illegible] gentes, Israelitis nihil noceant, sed [illegible] subditos, in summa pace gubernent absque bello, & pugna, fiduciam in Deo, quem co[illegible] habentes. ita factum est sub Persis, & Græcis, & [illegible] sub Romanis, quibuscum Machabæi amicitiæ fœdera inierunt, & cum Lacedemoniis, aut Spartiatis. Vel vt ait quoque Theophyl. hac periodo consolatur de illo malo [illegible] quo [illegible] *[illegible] in saltum, & comedet eam bestia agri*, [illegible] *& comedent eam volucres [illegible] reptilia terræ*. Etiam, inquit, ne hæc [illegible] vos noceant, [illegible] sed in summa [illegible] pace.

Sed quia neque illo tempore tanta pa[illegible] [illegible] Israelitæ, quanta hic promi[illegible] [illegible] omnes interpretes ad [illegible] Euangelii [illegible] atque [illegible] Nam Rupertus, Mo[illegible] Isidorus [illegible] propie acci[illegible] [illegible] Apostolis, & Martyribus subdeb[illegible] & mansuetæ [illegible] [illegible] [illegible] iuxta illud Lucæ 1[illegible]. 9. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.* & Marci 1[illegible]. *& si mortiferum quid biberint; non eis nocebit.* Sic Actorum 28. 5. Paulus a vipera inuasus, excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. De hoc fœdere locutus Iob cap. 5. 23. *Sed cum lapidibus, inquit, regionum pactum tuum, [illegible] pa[illegible] erunt tibi*; & David Psal[illegible] *super aspidem, & basiliscum ambulabis, & [illegible] leonem, & draconem.* V[illegible] quoniam be[illegible] propitias, & inites pancis [illegible] & non nisi per [illegible] promissio aut [illegible] Prophetæ ad omnes [illegible] extendit, & [illegible] populo fact[illegible] est, [illegible] expositio Hieronymi, Theodoreti, Theophylacti, [illegible], Haymonis, Alberti, Hugonis, Dionysii, & Vatabli, ve[illegible] in sensu metaphorico hunc locum accipientium de variis hominum [illegible] bus, variis ferarum mores imitantibus, quos [illegible] esse ad [illegible] intellexit Petrus A[illegible] 10 [illegible] ostenso, in quo erant quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli. Promittit ergo Deus Israelitis fidelibus, [illegible] ita mansuefactum in omnes gentes feras, & immites, superbas, & callidas, vt possint cum [illegible] pa[illegible] agere, ac [illegible] cum eis [illegible] iuxta Isa. 1[illegible]. 6. propheticam *habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit [illegible] & leo, & ouis simul [illegible]*. Vnde [illegible] [illegible] [illegible] vt [illegible] & [illegible] [illegible] homines belli [illegible], ex [illegible] mansuetia, & summa pax ad [illegible] Euangelio annunciando, de [illegible] & Michæas cap. 4. locuti sunt: quæ [illegible] adumbrat, de qua Lucæ 2. [illegible] *in terra pax hominibus bonæ voluntatis* [illegible] cap. 2. *Et [illegible]*

fluxa,

Sensus po[illegible] de [illegible] hominum moribus.

Mansueto[illegible] do [illegible]

Summa pax Euangelii.

stabilem & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum.

Et sponsabo. Quoniam in vniuersa hac promissione Deus consolatur plebem Israeliticam, post captiuitatem, se illam sibi reconciliaturum promittens, & multis, & ingentibus beneficiis cumulaturum, vere colligimus, & sub hoc verbo, *sponsabo te mihi*: hoc summum beneficium reliquis addere; pro eo quod comminatus fuerat, se illam tanquam non vxorem suam repulsurum, ac suis amatoribus traditurum, & in captiuitatem reiectum; nunc consolari, se illam sibi in sponsam copulaturum, nunquam amplius relinquendam. & quia primum cum illam sibi desponsauit, vt supra diximus ex 16. Ezech e. lis, nudam assumpsit, & ipse vestiuit, & exornauit: & in hoc captiue ad anuquam nuditatem redegit omnibus bonis, & ornamentis eius ereptis; nunc iterum promittit se illam sibi desponsaturum, ac donis a se ingentibus collatis seruaturum, & exornaturum. Hæc vero dona sunt Iustitia, & Iudicium, Misericordia, & Miserationes, & fides. Atque ergo; Iam deinceps tam sicto mihi te vinculo adstringam, vt multis rationibus sponsionem meam consulidem, firmam reddam, & stabiliam vt in æternum perseueret. Est autem adhuc sermo eum Israelitica plebe secundum Hieronymum, Haymonem, Hugonem, & Dionysium; & iuxta alios dum de Ecclesia exponunt hunc locum, de Ecclesia ex Iudæis, & gentibus collecta. Plebem autem Israeliticam nunquam amplius abiecit à se, vt abiecerat Israelem prius; deinde nec Iudam à tempore secundi templi, vsque ad tempus Christi, quoes multi adhæserunt, & deinceps. Siquidem vniuersus populus in vero Dei cultu permansit, & veniente Christo, primi Iudæi, aut Israelitæ illi crediderunt. & vsque ad finem mundi conuertentur. Hoc est enim, *sponsabo te mihi in sempiternum*, semel, & iterum, tertioq; promitto te mihi sponsurum, &c. nuncupatiuum.

Desponsationem autem hanc, & fidem meam præstitam his modis stabiliam: *in iustitia, & iudicio, in misericordia, & miserationibus, & in fide*, quæ sunt Dei virtutes, quas in tem populi fuit exercuit. Nam per iustitiam, & iudicium intelligit duas recti iudicii partes: siquidem per iustitiam iustos tuetur, protegit, ac defendit: per iudicium castigat reos, & impios, ac de medio tollit, vt constat ex Psalm. 71. 2 vbi postulans; *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis*. Subdit, *iudicare*, vel *ut iudicet populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio*, hoc est, vt fuiat nocentes condemnare, & innocentes absoluere, vt fecit Salomon in iudicio mulierum de viuo puero decertantium. de quo & tribunali Dei dicitur Psalm. 88. 15. *iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ*, hoc est, thronus tuus firmatur, & stabilitur liberando iustos, facinorosos castigando. Similiter Psalm. 98. 5. *iudicium, & iustitiam in Iacob tu fecisti*. Tu, ait, recti iudicis munere functus in populo tuo, nocentes damnasti, & innocentes iustos ostendisti absoluendo. Modo igitur ait Deus Israeli; permanebo deinceps in te, non te deseram; nam tribunal iudicii mei, sedem meam, & Thronum meum, quo te tuebor, & protegam ab iniquis, qui tibi nocere voluerint, eos damnando, & perdendo, & te vt innocentem & iustum causam agentem vlciscar, & seruabo, ac vindicabo: fundabo, firmabo, & stabiliam in te, quo certior sis de voluntate mea perseuerandi tecum. *In misericordia, & miserationibus*, quæ duo pro vna Dei virtute accipiuntur, auxesis causa coniuncta; intimam Dei, & ex visceribus commiserationem significantia Nam חסד *Hesed* Dei bonitatem significat clargientis gratis, & promittentis quod non tenetur; quæ misericordia vertitur fere semper. רחמים *rachamim* autem significat *viscera misericordiæ*, vt Zacharias coniunxit Lucæ 1. cum dixit, *per viscera misericordiæ Dei nostri*. Ita Genes. 43. 30. *commota sunt viscera eius*. & 3. Reg. 3. 26. *Commota sunt quippe viscera eius super filio suo*, vel *miserationes eius*. Est ergo, *in misericordia, & miserationibus*, idem quod in beneficentiæ miserationibus, seu in misericordiæ visceribus, vel intima commiseratione. Fides præterea Hebraice אמונה *emunah* significat *firmitatem constantiam, & veritatem in promissis*, aut *fidelitatem in dictis*: Dei virtus est, vt Deutero 32. 4. *Deus fidelitas*, seu *veritas*, *& absque villa iniquitate*: Psalm. 99. 5. *& vsque in generationem, & generationem veritas eius*, seu *fidelitas eius*, Isaiæ 11. 5. *& fides cinctorium renum eius*. Solent autem hæc duo attributa Dei, *misericordia*, & *Veritas* seu *fidelitas*, coniungi in Scriptura, sicut et *iustitia*, & *iudicium*. idque frequentissime in Psalmis, vt Psalm. 24. 10. *vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas eius requirentibus testamentum eius*, & *testimonia eius*. Psalm. 36. 6. *In cælo misericordia, & veritas vsque ad nubes*. 83. 12. *quia misericordiam, & veritatem diligit Dominus*. 84. 11. *misericordia, & veritas obuiauerunt sibi*. & in aliis similiter, & in Prouerbiis. Hoc ergo pari diuinorum attributorum, quasi quatuor columnis fulcitur, ac stabilitur thronus Dei, in quo res iustitiæ expediuntur per iustitiam, & iudicium: & res gratiæ per misericordiam, & veritatem, seu fidem. Nam sic dicitur Psalm. 88. 15 *Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ. Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam*: hoc est, iustitia, & iudicium sunt basis, & stabilimentum solii regii tui: misericordia autem, & fides tanquam præcursores quidam te operaturum præcedunt: absque eis enim nihil facis, & versicul. 3. *Quoniam dixisti, misericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis, ut dixi te.* Prouerb. 10. 28. *misericordia, & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius*. Isaiæ quoque 16. 5. de Christo dicitur. *& præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate, in tabernaculo Dauid, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens iustum*. Igitur, & hoc loco Hoseæ de throno Deo stabiliendo in Israele est sermo. Inter alia enim beneficia, quæ illi promittit, ex quibus cognoscet Deum perpetuo illi affecturum, & nunquam amplius deserturum, hoc est vnum præstantissimum, thronum regii soli mei stabiliam in te, in quo iudicium exercebo, iustos protegendo; & improbos castigando. Tum etiam beneuolentiam meam in te co firmabo, miser cordia eos prosequendo, & fidelitate, obseruando quæ eis promisero; ex quo secura, quasi desponsa, nunquam amplius repellenda, mihi adhærebis.

Verbum autem hoc ter repetitum, certitudinem promissionis notat; accipiturque, vt accepit

Commiseratio Dei.

Fides seu veritas.

Misericordia & veritas coniunctæ.

Thronus Dei quatuor columnis fulcitur.

Dei in Israele permanentia throno declaratur.

Sponsabo ter certitu

Dona spōsæ donanda.

Desponsata o sempiterna.

Iustitia, & iudicium & ... partes.

Tribunal ...

[...]dinem no[...]rat.

Chaldæus, *pro consolidabo, firmabo, & stabiliam.* quia consessu suo in Israele stabilito, ipsam plebem Israeliticam stabilit, ac firmiter sibi copulari facit. Vnde *sponsabo te mihi*, idem est quod, *sponsabo me tibi, firmabo, & stabiliam sedem meam in te.* Hoc autem fecit à tempore secundi templi, siquidem Deus populum suum gubernauit vsque ad Christum; qui successit in illo throno cum suis Apostolis. *nam thronus tuus Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui*; id est, *non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est.* Nam Christus accepit *sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum*, Lucæ 1. & hoc est, stabiliam te mihi in sempiternum; quia Deus sedem suam collocauit in Israel, & stabiliuit eam suscipiente Christo, & Apostolis eius administrationem.

Christus stabiliuit thronum in Israele.

Censura ceterarum expositionum.

Cum autem interpretes varii sint in hac trina desponsatione explicanda, illi longius à sensu aberrant, quales sunt Hieronymus, Haymo, Hugo, & Dionysius, qui de Abraham, & legislatione in monte Sinai explanant, cum Propheta futura prænunciet, non præterita narret. Ceteri Theodoretus, Theophylactus, Rupertus, Albertus, Lyra, Vatab. & Montanus de tempore gratiæ locum explicant, licet diuersimode, non de tempore veteris legis. Et probant quia dicit, *sponsabo te mihi in sempiternum*; quod non conuenit Synagogæ, cuius sponsatio per Christum soluta est. Deinde quia Synagogam iam sibi desponderat Deus à tempore Abrahæ; non ergo iterum sibi desponditi; sed tantum Ecclesiam Christi. Nihilominus non aduersatur explicationi: qua diximus ad Israelem fieri sermonem; primum: quia repudiatam, & à se abiectam Synagogam iterum despondit, & in sempiternam, siquidem, vsque ad Christum eam sibi copulauit; & Christus eam denuo suscepit sub lege Euangelica; in qua facta est sponsa perpetua. Ait ergo, *sponsabo te mihi*, vt in æternum mea sponsa sis, *sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio.* eiiciendo diabolum, & ius in eum exercendo: *in misericordia, & miserationibus* saluando homines, *non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos*, sed ex Dei gratia, & misericordia. vel ita vt hæ virtutes se teneant ex parte sponsæ, tanquam dos illius.

27 *In die illa.*] Decem tribubus hæc promittit, de quibus hucusque sermo factus est, affirmant Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Albertus, Hugo, & Dionysius; & confirmat quod hic nominat Iezrahel filium Gomer, hoc est, populum Israeliticum; & temporalia bona promittit, iidem cum Haymone, Vatab. & Isido. intelligunt, præter Hieronymum, qui cum Ruperto, & aliis, de bonis spiritualibus legis Euangelicæ hæc declarat. Sed de quo tempore loquatur dubium est? Nam R. Salomon, & Chaldæus, & alii ad tempus reditus è Babylonica captiuitate referunt: siquidem Israelem consolatur restitutione bonorum temporalium, quæ supra, se ablaturum comminatus est Deus, cum eos reduceret ad se, cultuique suo illi obedientes redirent. Et quidem si hanc temporalem felicitatem producerent vsque ad tempus Christi, & Euangelicæ gratiæ; quando Israelitis pietatem Christianam secutis hæc benedictio contigit, cum aliis diuersum accideret, vt prædicti illi interpretes affirmant, non multum à scopo aberrassent; Nam profecto, si primam illam Ecclesiam respiciamus, inueniemus; quo spiritualia cumulatius donabantur à Sancto spiritu, eo temporalia tenuiora fuisse, & quotidie minuta magis, crescentibus persecutionibus, & inimicis Crucis Christi bona fidelibus diripientibus, dicente Paulo ad Hebr. 10. 34. *Nam, & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Quamobrem vel hæc bona temporalia credenda sunt promissa Israelitis sub templo secundo degentibus, & verum Deum colentibus; vel tam conuersis, adultæ postea Ecclesiæ, quando Imperatorum beneficio fidelium bona cœperunt augeri, & Ecclesia pace potiri, vel si de tempore aduentus Christi hæc sunt accipienda, de spiritualibus bonis sunt explicanda, sub temporalium bonorum piorum similitudinibus metaphorice contectis. Nam mediis cœlis Apostolorum, & Angelorum Deus elargitus est fidelibus suis pluuiam cœlestem diuinorum charismatum, & gratiæ, qua fructus omnium virtutum cumulatissime produxerunt. Est autem ratio sermonis Prophetæ. Nam verbum *exaudiam*, quod hic vertitur, est אענה *ehaneh*, illud idem, quod supra diximus significare, *sibi inuicem respondere, quasi per choros, & ita cantare.* Notat enim diuinam quandam partium mundi symmetriam & suauem harmoniam, qua sibi inuicem dant manus, & respondent, & quasi præcinunt, & occinunt in obsequium, & vtilitatem Iezrahel populi Dei. Ait ergo opponens hanc consolationem superiori comminationi: *sumam frumentum meum in tempore suo*, &c. & illi Leuit. 26. 18. *Sin autem nec sic obedieritis mihi, dabo vobis cœlum desuper sicut ferrum, & terram æneam. consumetur in cassum labor vester, nec proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.* In illo tempore, quo cultui meo vacabitis, ego respondebo cœlis precantibus, ac postulantibus, vt relinquantur pluere, & illi respondebunt terræ clamanti, ac postulanti humorem; & illa respondebit fructibus postulantibus terræ fœcunditatem, & ea omnia cumulate respondebunt votis Iezrahel, ea omnia postulanti; vt notum fiat adeo hæc concatenata esse, vt nisi Deus respondeat cœlis; non accipiat Iezrahel, qui ab eo totus pendet. Quod si plures auctores cum Hebræis de temporalibus bonis hæc explicant, cum horum nulla ratio habeatur in lege Euangelica, quæ consilium dat, & suadet eorum contemptum, & renunciationem, & væ canit diuitibus, qui difficile intrabunt in regnum cœlorum, sequitur intelligere de bonis post secundum templum, vel omnino de spiritualibus sub illis contectis. Nomine autem *Iezrahelis* Chaldæus, & alii Hebræi intelligunt populum Israel dispersum, & disseminatum iam reductum, alii *vallem Iezrahel*, diximus de hoc supra.

Promissio Israeli facta.

De quo tempore sit sermo.

De tempore reditus è Babylone.

De spiritualibus bonis.

Harmonia partium mundi.

Sermo est de bonis spiritualibus sub temporalibus contectis.

Et seminabo eam.] Pronomen *eam*, quod in Hebræo quoque femineum est, non refert *Iezrahel.* 28
vt multi putant, quod est filii primi nomen, sed matrem eius, de qua habitus sermo est in toto hoc capite; quamuis fiat allusio ad statum ipsius, quatenus seminata est, & dispersa inter gentes Assyrias; qua ratione dicta est procreasse filium Iezrahel. Et Chaldæus cum aliis Hebræis, Theodoretus, Theophylactus, & alii, hæc intelligunt de seminatione populi Israel e captiuitate reducti super terram Israel, & in ea multiplicati, ita vt

Promittit in terra Israel seminandum populum reductum à Babylone.

quam

quam plebē minatus fuerat seminandam per regiones gentium, nunc promittat congregandam, & iterum seminandam, & augendam in terra sua. Nam auctis opibus, vt promissum paulo ante est, *multiplicantur, & qui comedunt eas*, vt dicitur Ecclesiast. 5. 10. & Ezechiel. 36. 37. similiter promittit Deus. *Hæc dicit Dominus, Adhuc inuenient me domus Israel, vt faciam eis. Multiplicabo eos, sicut gregem hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem, in solennitatibus eius: sic erunt ciuitates desertæ plenæ gregibus hominum, & scient, quia ego Dominus.* & Ierem. 31. 27. dicit Deus, *Seminabo terram Iuda semine hominum, & semine iumentorum.* Ergo similiter modo promittit, seminaturum Israelem in terra sua, & vt semen satum augetur, multiplicaturum. Ceteri de tempore Euangelii intelligunt, & Hieronymus quidem de Christo, Dei semine, qui seminatus in terra, fructum tulit multiplicem; Alii, vt Haymo, Rupertus, & ceteri, intelligunt de Apostolis seminatis, ac dispersis per orbem, qui verbum Dei disseminarunt, aut conuersos ex Israele, vt promissio fiat Israeli, qui disseminati per orbem multiplicati sunt, multos filios Deo, & Christo eius generantes semine verbi Dei.

[Margin: Promittit ... conuersum per orbem seminandum.]

29 *Et miserebor.*] Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Albertus, & Hugo, de decem tribubus hæc dici intelligunt, quæ nominibus filiorum Gomer vxoris Hoseæ significatæ sunt. Nisi quod illi, præter Hieronymum, de tempore post reditum è captiuitate explicant, quando omnibus commutatis Israel infirma, & destituta misericordia filia, iam cœpit esse, & vocari misericordiam consecuta, & qui in tam infelicem statum corruerat vt diceretur *non populus Dei*, rediit ad se, & ad Deū, & cœpit esse, & vocari *populus Dei*, & agnoscere Deum suum, sic & Chaldæus. Hieronymus tamen, Haymo, Albertus quoque & Hugo, & Dionysius, ac Vatab. & Isidorus, de Israele congregato ad fidem Christi intelligunt, nam tunc factus est populus Dei, & dictus misericordiam consecutus: de Gentibus multi quoque explicant propter Paulum ad Rom. 9. Sed quomodo Paulus sit intelligendus suo loco diximus. Sed de lectione nonnihil dicamus. hæc verba, & *miserebor eius, quæ fuit absq; misericordia, & dicam non populo meo populus meus es tu*, ita legunt LXX. apud Hieronymum, Theodoretum,

[Margin: De populo captiuitate reducto.]

[Margin: ... conuersi ad fidem.]

[Margin: Lectionis varietas.]

A & Theophylactum hic, & in locis præcedentibus. Vnde Hieronymus in fine primi capitis, pro οὐκ ἠλεημένη, id est, *absque misericordia*, in quibusdam fertur exemplaribus οὐκ ἠγαπημένη, id est, *non dilecta*, sed veriora sunt exemplaria, quæ habent, *absque misericordia*, maxime, quia ad distinctionem Israelis, cui non miseretur, infert Deus, *domui autem Iuda miserebor.* Sed in aliis codicibus, vt Complutensi, & Regio in 1. cap. vbi imponitur nomen filio, legimus, *voca nomen eius, absque misericordia, quia nequaquam addam diligere domum Israel.* & initio cap. 2. *& sorori vestræ, dilecta.* & hoc loco, *& diligam non dilectam.* Sic ex Hosea refert Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 19. imo Paulus ad Roman. 9. cum commentatoribus fere omnibus, & ipso Hieronymo in epist. 150. ad B Hedibiam q. 10. & Augustino lib. 22. Contra Faustum cap. 89. & lib. 1. ad Simplicianum versus finem. Codex Vaticanus in hoc capite, cum in duobus aliis locis legat, vt apud Hieronymum, & Vulgatum; at in hoc vltimo loco legit, *& diligam non dilectam.* Nec miranda diuersitas cum verbum רחם *raham*, & *misereri* sit, & *diligere*, seu *intimo affectu tangi erga aliquem*, vt Psalm. 17. 2. ארחמך *erhameca*, *Diligam te Domine fortitudo mea*, ideoque & Petrus 1. sua epistola cap. 2. 10. citans hunc posteriorem locum Hoseæ dixit, *Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei. qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti*, & Paulus vel ipse transferens, C vel secutus LXX. vertit, *Vocabo non plebem meam, plebem meam; & non dilectam dilectam, & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam*, quæ extrema verba auferunt libri Græci, & Græci enarratores, cum Ambrosio, & Augustino iam citato itemque Cyprianus. Paulus igitur desumpsit testimonium suum ex his verbis postremis 2. capitis, nempe, *& dicam non populo meo, populus meus, aut non plebem meam, plebem meam, & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia*, seu, & diligam non dilectam; quod dixit Paulus, *& non dilectam, dilectam*, inuestit enim ordinem Prophetiæ, partem autem illam; *Et erit in loco, vbi dictum est eis: non plebs mea vos, ibi vocabuntur filii Dei viui.* desumpsit ex illis verbis primi capitis, v. 10. *& erit in loco, vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, filii Dei viuentis.* Itaq; ex duobus locis conflauit vnum testimonium.

[Margin: Cyprianus. Hieron. August.]

[Margin: Ambros. August. Cyprianus.]

[Margin: Pauli testimonium.]

HOSEÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

DIXIT vlterius Dominus mihi, vade [1] adhuc, & facto tuo ostende plebi Israeliticæ supplicium, quod futura est propter suam idololatriam. [2] Dilige, & in domicilium tuum suscipe mulierem dilectam [3] viro suo, sicut diligit Dominus filios Israel, sed adulteram, sicut ipsi filii Israel, tanquā adultera, oculos conuertunt ad Deos alienos, & despecto pretioso vino meo, diligunt sicca, & ... [4] vinacia vuarum. Abii igitur dicto Dei audiens, & [5] comparaui mihi eiusmodi mulierem, reddens illi pro obsequio ... singulos annos [6] sexaginta argenteos regales, & septem fanecas hordei cum dimidia, quæ ad victum annuum ancillæ satis erant, & in meam domum induxi; & dixi ei pactiones, quas esset seruatura, ad multos dies conduxi te, quibus apud me consi

CAP. III.

1 | ET dixit Dominus ad me:[1] Adhuc vade, & [2] di- 1
lige mulierem dilectam [3] amico & adulteram:
sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad
Deos alienos, & diligunt [4] vinacia vuarum. [5] | Et fodi 2
eam mihi [6] quindecim argenteis, & coro hordei, & dimi-
dio coro hordei. | Et dixi ad eam:[7] Dies multos expectabis 3
me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo
te.[8] | Quia dies multos sedebunt filii Israel [9] sine rege, & 4
sine principe, & sine [10] sacrificio, & sine altari, & [11] sine
Ephod, & sine [12] theraphim. | & [13] post hæc reuertentur 5

debes: nemini alieno tui copiam facies: neque vero alicui coniungeris matrimonio, & ego tui curam geram, teque custodiam. Non dissimiliter accidet filiis Israel, [4] quia multos dies à vastitate regni Israelitici, & captiuitate per Assyrios facta, tristes condebunt inter cæteras nationes. [5] sine rege, & sine principe, [10] sine sacrificio & sine statua super altari erecta, [11] sine Ephod, & [12] sine simulacris, ex quib. cognoscant futura. Sed [13] post hos dies, tot preslis ... euertent ... Israel, vt [14] quærant Iehouam Deum suum, & Christum Dauidis filium regem suum, omnes ad ... fidem inuitantem ... sub eius potestatem postquam ingressi fuerint, eiusque bonitatem experti, summa correpti admiratione [15] obstupescent. Dominumque ipsum reuerebuntur, & liberalem in eos bonitatem, in tot beneficiis eis conferendis, [16] post tot dies in tene... exactos, collaudabunt.

filii Israel. & [14] quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, & [15] pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius [16] in nouissimo dierum.

ARGVMENTVM.

SIGNO adulteræ à Propheta in domum susceptæ comminatur Israelitis exilium apud exteras nationes: & post longum tempus promittit eorum ad Christum conuersionem.

COMMENTARIVS.

5 ADHVC.] Respexit ad priorem mulierem fornicariam, qua significata est Dei coniunctio cum plebe Israelitica, repulsa, & reconciliata. Sed quia illa similitudine non plene explicatum est flagitium Israelis, modo iubetur Propheta aliam viam ingredi diligendo adulteram.

Connexio cum præcedenti symbolo.

Dubium est, num symbolum adulteræ sumptum sit contra Israelem, an contra Iudam, an vero aduersus vtrumque populum? Hieronymo videtur, Lyræ ac Dionysio de duodecim tribubus esse sermonem: cum in præcedentibus capitibus de decem tantum actum sit. Sed Ruperto, Haymoni, Alberto, Hugoni, & Vatablo videtur hoc capite rem agi duarum tribuum Iudæ, & Beniamin. Sicut enim duæ illæ mulieres Ezechielis 23. Oolla, & Ooliba duas plebes significabant, Israeliticam, & Iudaicam; ita hæ duæ, nam *Gomer* repræsentat Israelem; *adultera* Iudam. Ratio autem huius intelligentiæ esse potest, quia hic loquitur cum filiis Israel, qui multis diebus futuri erant sine cultu, & his, quæ ad cultum pertinent veri Dei, & sine rege, & principe; quibus, tunc cum loquebatur Propheta, potiebantur. Sed decem tribus iam tunc abiecerant religionem, quam duæ conseruabant; his ergo comminatur, non illis, & hos vocat filios Israel, quia fortasse Propheta locutus est tempore Ezechiæ, vt dixit Chrysostom. serm. 2. in Psalm. 40. post ductas captiuas decem tribus. Verum Chaldæus, Theodoretus, & Theophylactus de decem tribubus exponunt Prophetam, quasi prosequatur cœptum in superioribus sermonem, eo modo, quo inferius dicemus, & hoc verum est: quia comminatur his ob idololatriam, perpetuum exilium, *sine rege*, &c. At Iuda nunquam non habuit hæc, nisi post Christum, quando, non ob idololatriam, sed ob necem Christi, tale exilium passi ... Iudæi. Decem ergo tribubus, quas vocat Israelem, loquitur Hoseas, tunc cum idolis seruiebant, illisque comminatur exilium perpetuum, sine vlla forma Reipublicæ, vt certe nullam habuere: cum sane Iudæi illam habuerint vsque ad vastitatem Ierusalem per Romanos factam.

Symbolum adulteræ quos significet.

1. Sententia

2. Sententia.

3. Sententia vera.

Contra decem tribus.

2 *Dilige.*] Dilectam amico: Septuaginta verterunt, *diligentem mala*, quos sequuntur Theodoretus, & Theophylactus, nam nomen רע reahh deriuatum à רע raahh *malum esse*, significat *malum*, vt notat quoque Hieronymus. Si autem oriatur ex verbo רעה rahhah, quod est *amare*, vel *sociare* significat *amicum*, aut *socium*. atque ita solent vertere LXX. vt Prouerb. 18. 24. plurale huius transtulere, *vir amicorum ad amicitiam* & sic accepere Vulgatus, Chaldæus, Hieronym. & alii interpretes, & expositores hoc loco. Quod autem additur in codice Complutensi, & Regio, *& adulteras*, constat esse erratum, & legendum, *& adulteram*, ex Hieronymo, Theodoreto, & Theophylacto, & ex codice Vaticano.

Lectionatio.

Iam videndum est quid à Deo iubeatur Prophetæ, num de nouo ducere viro alteri copulatam matrimonio, sed adulteram; an suam Gomer, quæ amico adhæserat per adulterium, reuocare: an potius vxorem alienam adultero adhærentem ad se reducere? Ruffino, & quibusdam aliis visum est hanc mulierem esse eandem Gomer, quam duxerat vxorem, & tres illi filios pepererat, quæ illo spreto nihilominus, adultero adhærebat, & tamē eam iubetur diligere: quo significet Synagogam adulteram, diligi nihilominus à Deo. Verum quia neque ex litera bene deducitur, neque ex significato huius symboli, seu signi, vt dicemus, eandem illam fuisse vxorem; ideo cum cæteris omnibus interpretibus dicendum est, alterius vxorem fuisse, & adulteram. Sed Theophylactus, & Haymo videntur existimasse iussum esse Prophetam illam a viro suo repudiatam in nouam vxorem accipere: quod iussus sit eam diligere. ex quo non recte deducitur, neque conuenit sensui, ac proposito sermonis prophetici. Melius ergo Chaldæus, Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. Montanus, Isidorus, & Rob. iussum esse Prophetam arbitrantur, feminam viro suo copulatam, & dilectam, sed tamen fidem ei frangentem, & adulterantem, diligere, precioque conducere, & apud se domi retinere, vbi nec viro, nec adultero iuncta, vitam in quiete transigat. Sic enim ait Hieronymus, *Propheta diligit adulteram, & tamen non ei matrimonii copulatur, neque fornicatione coniungitur, sed tantum diligit delinquentem*, & probatur; quia applicatio symboli, aut similitudinis explicat ... symboli. sed applicatio est illa, *... multos sedebunt filii Israel sine rege,*

Hoseę quid præcipiat Deus.

1 Sententia.

2 Sententia

3 Sententia vera.

margo, &c. qua ostendit filios Israel mansuros absque Deo viro suo, & absque Republica, & sine adulteris Diis aliis; donec tandem redeant ad suum virum. Ergo similitudo est conducere mulierem viro copulatam, & adultero adhærentem; quam domi per multos dies cõsidentem retineat, absque vsu viri, & adulteri, donec tandem ad virum suum reuocetur. Iuxta hanc ergo similitudinem, nec erat vxor Hoseæ, apud quem hospitabatur: sed erat quasi mancipium ab eo emptum, domique examore retentum. Si percontaris vtrum hoc in visione, an reipsa acciderit Prophetæ? In visione accidisse videtur Chaldæo, Vatablo, & Isidoro, At Theodoreto in re, quod nonnulli alii, etsi non affirment insinuant tamen: & iuxta ea, quæ primo capite definiuimus, hæc potior sententia est.

Amic æ Amasium, seu adulterum videntur intelligere Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Haymo, & Albertus, nam iubetur Propheta eam diligere, quæ adhærebat amico, & adultera erat. Verius tamen Chaldæus, Lyra, Vatabl. Montanus, & Isidorus maritum intelligunt, nam nomen רע *realih*, licet *Amicum socium proximumque* significet; at pro illo *amico*, seu *socio* solet accipi qui societate matrimonii coniunctus est, vt Ierem 3. 2. *quomodo si contemnat mulier amatorem suum*, id est, *socium vel maritum suum*, vt exponunt interpretes. Nam iubetur Propheta mulierem marito suo charissimam, & nihilominus adulteram conducere; quo significet Deum maritum Synagogæ diligentem eam, & ex intimis visceribus volentem sibi eam habere; & tamen illa impudẽs, & infidelis, adhæret adultero, nempe alieno Deo. Nec tamen hic Dei amor recte significatur verbo illo; *Dilige mulierem*, sed alteri *dilectam amico*, quo constat similitudo secundum Hieron. & Theodoretum, quia in hoc symbolo Propheta non significat Deum maritum Synagogæ, cum, vt diximus, Propheta non fuerit maritus illius mulieris, sed conductor. Ergo amicus, qui est maritus, cui dilecta erat mulier, exprimebat Deum, non Propheta, qui potius significat ducentem Synagogam captiuam; vbi neque viro vtebatur, neque adultero. Illo ergo verbo, *Dilige mulierem*, hoc tantum videtur iuberi; Vade, & ex amore quo prosequeris filios Israel, blanditiis, & dilectionis signis, quibus potueris, adiecto etiam precio, si opus fuerit, mulierem marito suo charissimam, & tamen ei fidem frangentem, & adulterantem, [illegible] & reuoca a sua libidine, & domi tuæ retine. Nam huic præcepto obediens, *abiit, & fodit eam quindecim argenteis*, &c. Ergo hoc totum sub verbo *dilige mulierem*, Hoseæ præceptum est, aduersum filios Israel. Vnde Chaldæus sic hunc locum exponit: *Vade, vaticinare Prophetiam aduersus domum Israel qui similes sunt mulieri charissimæ suo marito. quæ licet [illegible] ab eo, adeo tamen diligit eam, vt non velit dimittere eam. Talis est dilectio Domini erga filios Israel at ipsi se verterunt ad idola populorum.* Itaque illa particula similitudinis; *Sicut Diligit Dominus*, non respondet verbo, *Dilige*, sed illi, *dilectam amico* vt fiat integra similitudo. Sicut mulier dilecta amico, seu marito, adultera est, ita filii Israel dilecti Deo, ipsi respiciunt ad DEOS alienos, adulterantes.

Vinacia] Nomen Hebræum אשישים *asisim*, quid proprie significet incertum adhuc est: singulare nomen est אשיש *asis*, quod quia deducitur á nomine איש *is vir*, existimatur significare aliquid virilitatem referens, aut robur, vt sunt fundamenta domus, vnde Isaiæ 46. 8. Verbum ab hoc nomine deductum vertit Vulgatus, *confundamini*, hoc est, ad fundamenta vos deiicite: alii *fundemini*, aut *viriliter agite*. Septuaginta πέμματα transtulerunt, hoc est, *bellaria panes ex simila factos, placentas, seu crustulas, quæ idolis offeruntur* vt inquit Hieronymus. *similam frixam oleo*, vertit Vulgatus nomen simile 2. Reg. [illegible] 9. & 1. Paralip 16. 3. Ex adiunctis videtur significare vas capiens portionem vini ad diem: quam vinum fundat, & roborat: [illegible] quæ distribuebatur idolorum cultoribus in festis solennibus: quemadmodum fecit 2. Reg. 6. 19. Dauid in collocatione arcæ: nam distribuit singulis collyridam panis vnam, & Assaturam bubulæ [illegible] vnam, & אשישה *asisah lagenam vnam*, vertunt recentiores interpretes, vt etiam 1. Paralip. 16. 3. Similiter vertunt Isa. 16. 7. cum dicunt. *Ideirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersi vlulabit* propter d[illegible]a, vel legenas *Kirareseth* gemetis, sed aliud videtur loqui de vastitate [illegible], & sit tristitie [illegible] earum, nam redditur ratio. Quia arua Hesebon excisa sunt, vitis Sabama, &c. & Cant. 2. 5 verbum sponsæ, *fulcite me floribus*, exponunt. *Fulcite me lagenis*, sup. vini, *stipate me malis*: nam languentes vino epoto corroborantur. Quia ergo hoc loco iungit Hoseas nomen *asisim* cum *vuis*, interpretes volunt hic significari *lagenas*, vel *doliola vuarum*, aut *scyphos*, aut *œnophora*: & ita Chaldæus, Lyra, Vatabl. Montanus, Pagninus, ex Dauide Kimhi hic accipi volunt, & vertunt, *diligentes lagenas vuarum*, id est, plenas vino. Qua loquendi ratione filii Israel summæ notantur ebrietatis, & voluptatis inde manantis: imo hac forma nimius ostenditur affectus ad idola: ita vt quemadmodum ebrii, & temulenti statim omni voluptati se dedant necesse est; ita populus ille adeo insaniebat, vt nihil cogitaret nisi quomodo placeret idolis in Dei contemptum, & eorum cultum amplificaret. Vel quia, vt diximus, in celebrioribus idolorum festis, cultoribus distribuebantur pemmata, cum vase vini optimi ad illum diem: vt ostendat viles Israelitarum animos, qui pro vili potione vini currerent ad idola, & pro illa commutarent summum Deum; dixit, *& ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt lagenas vuarum*. Alterum nomen ענבים *hhanauim* Septuaginta vertetunt σταφίδων *cum vuis passis*, aut *cum vinaceis*, cum nomen, *vuas*, siue *grana vuarum* significet. Vulgatus autem, & cum eo Hier. & Tigurina transtulerunt, *vinacia vuarum*, hoc est vuas pressas, vel ipsos folliculos, qui remanent ex vuis pressis. dixit enim Columella lib 6. cap. 3. *licet etiam, si sit leguminum inopia, & eluta, & siccata vinacia, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere.* vulgo, *el orujo*. quamuis etiam granula lignosa significent, quæ intra acinos ipsos vuarum inclusa sunt. Quod autem recte Vulgatus transtulerit, *vinacia*, ostendunt, Aquila, qui illud idem Hebræum nomen *asisim* vertit παλαιὰ, hoc est vetusta, putrida, seu rãcida vuarum & Symmachus ἀκάρπους, steriles seu infructiferas vuarum. Erat eiusmodi oblatio idolis facta: vt volunt Theodoretus & Theophylactus. vel

4 Hebræi nominis ratio.

Nota ebrietatis summæ.

Sensus.

Lectionis ratio.

Columella.

certe respiciens ad vinum, vel ad vuas, quæ distribuebantur idololatris, per sarcasmon irridet filios Israel, qui domi preciosa vina relinquebant, & vuas musto plenas; & tamen infelices pro lora, aut vinaceis siccis, & inuiribus, ea commutabant: à quibus non dissident qui diuinorum obliti, terrenis muniibus, imo noxus vacant actionibus; & vino precioso contempto, vinacia diligunt caducarum voluptatum.

Irrisio filiorum Israel.

5 *Et fodi eam.* Hebræum verbum *ethereab*, quod Vulgatus vertit *fodi*, & aliam habet significationem sub illa contectam, quam Septuaginta, Chaldæus, Ambrosius Epistol. 59. Hieronymus, ceterique interpretes expresserunt. Lyra, Pagninus, Vatablus, Isidorus, & Montanus hoc modo, *conduxi, possedi, acquisiui mihi, emi, aut mancipaui, seu comparaui.* In hac significatione accepit Vulgatus Deuteron. 2. 6. *& etiam aquas fodietis,* pro *emetis ab illis,* vel *aquam emptam haurietis.* Gen. 50. 5. dixit Iacob. *En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me* & tamen Gen. 33. 19. dicitur, *emitque partem agri a filiis Hemor patris Sichem centum agnis.* in quo sepultus est, vt dicitur Iosue 24. 32. Hieronymus, Rupertus, Haymo, Albertus, Lyra, & nonnulli alii, ideo hoc verbo vsum hoc loco Prophetam putant, quod alludat ad metaphoram vineæ, cui multis in locis comparatur ille populus. & in 1. cap. cum dicit. *dabo ei vinitores ex ea.* Montanus proprius ad rem significatam, asserit, sermonem hunc sumptum ex consuetudine illa perfodiendi, aut perforandi aures mancipiorum, de qua dicitur Exodi 21. 6. *Quod si dixerit seruus, non egrediar liber perforabit aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum.* & Deuteron. 15. 16. *Sin autem seruus dixerit. Nolo egredi, eo quod diligat te, & domum tuam, assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum: ancillæ quoque similiter facies.* & Psalm. 39. *sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perforasti mihi.* Quia reuera non empta est tanquam vxor, sed conducta est adultera, vt bene Hieronymus notat, Albertus, Hugo, & Dionysius, non vt cum Propheta dormiat, sed vt contenta mercede sua, adulterare desistat, nec passim ceteris copuletur. Et præterea conducta est, vt asserunt Theodoretus, & Theophylactus, vt cum prioribus amatoribus diuortium faciens, hospitiumque renuncians, se integram seruaret, & societate Prophetæ, hospitioque vteretur, illique ex mercede definita seruiret. Hoc est enim, *& fodi eam,* seu *conduxi, aut comparaui eam mihi,* vt domi in meo obsequio retenta, integram se seruaret. quod quidem ex amore salutis eius, & ex commiseratione fecisse Prophetam, indicatum diximus fuisse, in verbo illo præcepti, *dilige mulierem.* Esse autem hunc huius verbi legitimum sensum ostendit applicata similitudo hæc; quam latius mox explicabimus: quemadmodum mulier hæc detenta est in domo Prophetæ, semota à viro suo, & ab aliis suis amatoribus plebs Israelitica in captiuitatem ducta multos ibi annos con[...]it, sine rege, aut principe, & sine cultu Dei & sine Rep[...]a: quamuis postea reuerteretur ad Deum [...] virum suum. Sed videamus quo precio hanc mulierem sibi mancipauerit Hoseas.

Verbi Hebræi significatio.

Ratio vsus verbi fodi.

Consuetudo perforandi aures mancipiorum.

Adultera mancipium [...] Prophetæ.

Sensus verus.

6 *Quindecim argenteis.* In Hebræo ponitur, *quindecim argenti*, & subintelligi *siclos*, ostendit, quod Vulgatus, & ceteri interpretes, aliquando *argenteos*, aliquando *argenti siclos* ver[...] Gen. 37. 28. Ioseph dixit venditum [...] vbi Chaldæus expressit, *viginti siclis argenti.* [...] Reg. 18. 11. pro, *& dedissem tibi decem argenti,* Vulgatus addit *siclos*, & quod dicitur 3. Reg. 10. versic. 29. & 2. Paral. 1. *educebatur quadriga ex Ægypto sexcentis argenti*, Vulgatus in priori loco dixit, *sexcentis argenti siclis*, in posteriori, *sexcentis argenteis.* Idem est ergo dicere, *quindecim argenteis*, ac *quindecim siclis argenti.* *Siclus* autem, seu *stater* pendit drachmas quatuor, auctore Iosepho lib. 3. Antiquit. cap. 12. & Hieronymo in lib. de Traditi[...], ad cap. 24. Genes. & in 4. Ezech. vbi, *Quinque panes,* inquit, *habent vicenos siclos, id est, stateres, siclus autem, id est stater, habet drachmas quatuor drachmæ autem octo Latinam vnciam faciunt.* Atque ita siclus semuncia est. Cum autem drachma tres solidos Turonenses, & semis valeat, auctore Budæo lib. 5 de Asse. Solidus autem Turonensis valeat, quantum quarta pars regalis Castellani, quam vocamus, *quartillo*; nam quatuor eiusmodi solidi faciunt integrum regale. Ergo quatuor drachmæ valent duodecim solidos, seu quartillos; qui faciunt tria regalia Hispanica. Aut si alia ratione supputes: *siclus* quatuor drachmas habet, & obolos Hebraicos 20. Exodi 30. Drachma habet quinque obolos Hebraicos, sex autem Atticos, seu Latinos ex Plutarcho in Lysandro, & Plinio lib. 21. cap vltimo; Obolus [...] nostris auctoribus dicitur *Tomin*. At obolus Atticus, vt notat Couar. de collat. veterum Numismatum cap. 2. numer. 8. sex valet nostros marauedinos Si ergo siclus habet 20. obolos Hebraicos, & Atticos 24. & singuli Attici valent sex marauedinos, & drachma valet, sex obolos Atticos: ergo valet 36. marauedinos Hispanos; Atque adeo *siclus*, qui continet quatuor drachmas, valebit 144. marauedinos & efficiet quatuor integros regales argenteos Hispanicos, & vlterius octo marauedinos. Ideo Montanus lib. de Mensuris, *siclum* eiusdem fere ponderis esse dicit cum quatuor numinis regalibus Hispanis, & quatuor iuliis Romanis. Conducta est igitur mulier illa à Propheta *quindecim siclis* argenteis hoc est, regalibus Hispanis fere sexaginta.

Sicl[...] [...] fura [...] phus [...]

Sic [...] munc[...]

Siclus pendat [...] regales Hispanos

Quindecim sicli faciunt 60 regales.

Corobordei Dixit pro Hebræo חמר *chomer*, quod Septuaginta verterunt *Gomer hordei*, diuerso nomine ab altero עמר *homer*, quod diuersam mensuram significat. *Chomer* ergo, seu *corus* decem Ephi, seu Batos continet vt [...] Ezech 45. 11. & quinque medimnos Atticos, hoc est modios triginta. vt Vulgatus vertit Leuit. 27. 16. Isa. 5. 10. & Hieronymus ita sentit ad 45. Ezech. & in Commentarii Isaiæ. & Epiphanius lib. de mensuris, Corum ait, continere modios 30. esseque Carmelionus Modius autem cum fere duos capiat modios Hispanos, quos *Celemines* dicimus: Corus continebat sexaginta *Celemines*. Putant quidam *Chomer* sumi pro parte terræ, quæ seminari potest, illa hordei quâ ratione, vt *iugerum*, quod arari potest per diem iugali boum. Addit, לחך שעורים *letech* [...] *horim*, quod Septuaginta verterunt, *nebel vini*, seu *lagenam vini*, vt habet Theophylactus. Sed omnes interpretes Græci vertunt ἡμίκορος, & [...] *mediam partem cori hordeorum* Epiphanius quoq, lib. illo, *letech* dimidium corum ait esse, & modios 15. capere, quantum iuuenis leuare, & asino potest imponere: hoc est, nostros celemines triginta. Dedit ergo Hoseas pro

[...]recium quo [...] conduxit adulteram. Cori mensura.

Hieron. Epiphan.

Letech.

6 [...] argenteorum.

condu-

con[illegible] a argenteos Hi[illegible] nonagin a modios hordei seu Hispa[illegible]*nis*. His c[illegible]ca pretium, au[illegible] pensum ad[illegible] [illegible]xtum annotatis; ad signi[illegible]catum acce[illegible]us.

[illegible] m di[illegible] [illegible] tradere significatum huius pretii à Propheta d[illegible], in[illegible]terpretum di[illegible]s ade[illegible] a [illegible] dissident[illegible]m ostendit; [illegible] propterea necessarium est rem ipsam no[illegible] at[illegible]. [illegible] ergo sit [illegible]lorum seo[illegible] [illegible] videatur, subiiciemus. Et quidem ex [illegible] plures ad exitum de Ægypto[illegible] tempus Christi; Alii ad tempus [illegible] quoq, qui vtriq; testamento [illegible].

Primo igitur Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, ad exitum [illegible] de Ægypto, licet in [illegible] quibus dissideant. Per *quindecim argenteos*, intelligunt decimaquinta die N[illegible] [illegible] coemptos primogenitos, & [illegible] sideo redimi iussos. Albertus [illegible], quæ intra dies quindecim missæ [illegible], quibus folla est Synagoga, vt [illegible]. Alii quinque libros legis cum decem præceptis. Per *quadraginta quinque* vero *modios hordei*, intelligunt 45. dies, quibus peruenerunt ad Montem Sina, vbi legem acceperunt, in [illegible] præcepit [illegible] manipulum de frugibus hordeaceis, [illegible] Chaldæus. Vel quia tanquam adultera [illegible] batur cibo non hominum, [illegible] [illegible]. Verum vt taceamus non satis apte applicari [illegible]tudinem; cum primogeniti nisi quinque siclis redimerentur; neque [illegible] sit [illegible] die 5[illegible]. ab exitu: [illegible]um etiam plagas, si credimus [illegible] Chronologia, contigisse per duodecim menses, si veritati autem, qua[illegible] colligit noster Pereira in cap. 7 Exodi, Disput. [illegible] n. 69. per [illegible]ginti septem dies. quid conue[illegible] [illegible] adulteræ, quod futurorum signum est, tam longe remota deducere, & præterita [illegible] futuris declarare?

S[illegible]do, V[illegible]us, Robertus, & Isidorus putant his verbis [illegible]ficari omnem dotem, quam ded[illegible] Deus Synagogæ, cum eam sibi in Ægypto in v[illegible] [illegible], dedit enim illi & in argento, [illegible] ab Ægyptus abstulerunt, & in hordeo, id est, a[illegible]enta, quæcumque illis erant necessaria per[illegible]tum: [illegible] quibus omnia beneficia tempo[illegible] spiritualia eis c[illegible]lata intelligi. Certus au[illegible]s arg[illegible]ti, & hordei sumptus est, vt q[illegible]tant [illegible] pretio, quod olim pro abiecta, & [illegible]a [illegible]la solebat imponi. At nos [illegible] preci[illegible]n inquirimus, & quod futurum [illegible].

[illegible] i per 15. *argenteos*, vt Theophy[illegible] quinque libros Moysis cum de[illegible] per eorum [illegible]em veterem, quæ [illegible] H[illegible]m, per dimidium [illegible] eandem, quæ t[illegible] Euangelii apparuit [illegible].

[illegible]o Lyranum [illegible] quindecimo intelligit [illegible] præter Da[illegible], [illegible] norat Hier[illegible] o Galat[illegible], 5. modiis per[illegible] Genealogia Christi p[illegible] ad[illegible] [illegible]us, quæ [illegible] nantur, Ochozias, Ioachaz, Amasia.

Quinto, Ambrosius epistola 39 Cyrillus, & veteres alii, vt asserit Hieronymus, conductam explicant Synagogam ex veteris, & noui testamenti: veteris, in [illegible]tem propter Sabbatum: noui, in octo, propter octauam resurrectionis, in coro, & dimidio coro: [illegible]a plenitudo Euangelii est; semiplenum [illegible]lo in lege, dicente Christo, *non veni soluere, sed adimplere*. Reiicit eos Hieronymus, quia non possunt [illegible]plicare quomodo hæc mulier, quæ hordeo pa[illegible]itur, vtrumq; testamentum significet. (Intelligentia.)

Sexto, Rupertus de Synagoga explicat, de qua Christus natus est, quæ ad numerum perfectum binarii non peruenit. qui necessarius est ad coniugium; nam dixit Deus, *erunt duo in carne vna*; Gen. 2. 4. Nec [illegible] vi[illegible] go est, quæ hic [illegible]ultera vocatur, nec coniux esse meretur; quia sine viro est, cum filium reiiciens, patrem non habeat; ideo numero pari, 20. argenteorum, ac duorum cororum, qui perfectus est, non conducitur: sed imperfecto, & impari. Hordeum autem significare a[illegible]t, quod Iudæi licet habeant verba Dei, quæ sunt argentum igne examinatum pascuntur tamen hordeo occidentalis literæ, non frumento spiritus. (6. Intelligentia.)

Septimo, decimo quinto numero intelligit Montanus Prophetas qui populo Israelitico sunt locuti, videlicet Dauidem, & quatuor Prophetas maiores, & decem minores, præter Ionam, & Nahū, qui gentibus prædicauerunt: nā per hos Deus populum Israel instruxit, ac conduxit ad spem suæ conuersionis, & quia *chomer*, quod est corus, cumulum significat, *saghor* autem, quod est hordeum turbinem, seu tempestatem, & quamcumque maximam tempestatem; corus hordei cum dimidio significat certum numerum calamitatum, quibus ille populus erat subiiciendus. Hæ autem sunt in 26. Deuteronomii nonaginta octo, & in 26. Leuitici, quadraginta quinque, quæ dimidium *chomer* absoluunt: quas omnes calamitates hauriendas populo ostendit Vates, antequam his, in quibus modo sunt, miseriis se liberent. At si tantum nominum significati rationem habet; & non mensuræ, inexplicatum relinquit quid notent 45. modii hordei. (7 Intelligentia.)

Octauo, cum prædictis expositionibus non videatur plene satisfactum sensui Prophetæ, neq; in illis mens cuiusquam conquiescat, sciendum est, hoc precium designatum esse à Propheta feminæ illum annum, vt haberet ad victum necessaria. Nam, vt constat ex communi gentium placito, cibi diurni designatur mensura frumenti, aut hordei ab Hispanis quidem modii seu *Celemin* quadrans circiter; à Romanis Modii octaua pars, hoc est, sextarii duo: à Græcis Chænix; vnde prouerbium; *super chænicem ne sedeas*, in eos dictum, qui in diem viuunt, nulla cura futuri: ab Hebræis *loghim* duo hoc est sextarii. Nam Leuit. 14. vers. 10. & 12 *log. sextarium* Vulgatus reddidit, ita fit vt eadem mensura sit. Chænix pendit 4[illegible]. vncias: sextarii Rom. duo itidem 40. vncias: *Loghim* [illegible] similiter 40. vncias. Nam quamuis *Ghomer* [illegible]mus cibus homini designetur à Deo Exod. [illegible] vers. 16. vbi Manna *Ghomer* colligi per singula capita præcipitur; hoc est, dimidium *calemin* nostri, cum decima eiusdem [illegible] duplum quam nos designa[illegible]enmus [illegible] siquidem duos *loghim* definimus; (8. Intelligentia.) (Pretium in annum definitum.)

Ghomer

Ghomer autem quatuor continet, & paulo plus: sed *Ghomer* Mannæ, erat cibi leuissimi, & abundanter pro filiis, non pro seruis, quibus quod diximus præcise designatur. Demensum dabatur seruis in mensem; à Romanis quidē, modii quatuor, continētes sextarios 64. ab Hispanis modii octo, seu *Celemines* qui continent quadrantes 32. à Græcis *Chænices* 32. ab Hebræis sata quatuor, hoc est, *Loghim* 64. Atque adeo ad annuum victum designabantur à Græcis medimni octo, Romanos modios 48. continentes; fanecæ ab Hispanis octo capientes celeminos 96 hoc est, 384. quadrātes. Ab Hebræis demum Corus cum dimidio, & Ephi, hoc est, modii Romani 48. & Celemini Hispani 96. siquidem Corus 30. modios habet, & celeminos 60. & modii 15. celemini 30. faciunt dimidium cori; cum Ephi tres modios capiente, id est, celemines sex. Corus ergo habet Medimnos Atticos quinque, modios Romanos 30. Celeminos Hispanos 60. Ephi 10. Sextarios 480. seu *loghim* 480. quibus si addas medium cori cum Ephi, id est, Medimnos tres, modios Romanos 18. Celeminos Hispanos 36. *loghim* seu sextarios 288. Inuenies integros Medimnos 8. modios Romanos 48. Celeminos Hispanos 96. *loghim* seu sextarios 768. alias 730. pro 365. diebus, duplicatos. Et hæ quidem mensuræ pares erant, non tamen omnino, sed pro regionibus aliquantulum inter se discrepabant, dabanturque ad victum annuum, aut menstruum, seruis, seu militibus: nam super Terentium in Phormione, Donatus ait, serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, hoc est, sextarios sexaginta quatuor. Fuit autem olim non infrequens hordei vsus in cibis. Nam auctore Plinio lib. 18. c. 7. antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, apparet, & gladiatorum cognomine, qui *hordearii* vocabantur. Et Romanos quidem olim non pane, sed pulte victitasse, quæ ea aqua frumenti, & sabatum, aut hordei farina fiebat, & in sacris Deorum adhibebant auctor est Plini. lib. 18. c. 8. sed & Græci pro fatre, hordei primitias, placentasque ex hordeo Diis offerebant, hordeumque sale conspersum aris infundi satius ducebant, vt colligitur ex Plutarcho Problem. c. 119. Sed & Hebræis huius vsus panis frequens fuit, siquidem 4. Reg. 4. 42. videmus Elisæo oblatos 20. panes hordeaceos cum piscibus. Solebat autem ignominiæ causa frumentum in hordeum commutari, nam & adultera, quando arguitur de peccato adulterii, decimam partem *Ephi*, id est, *Ghomer* accipit farinæ hordeaceæ Num. 5. 15. vt notat hic Hieronymus. Ignauis quoque militib. pro tritico hordei demensum commutabatur, vt notant Polybius lib. 6. de Castrametat. Rom. & Vegetius lib. 1. rei milit. c. 13.

Demensum in mensem seruis.

Annui victus quantitas.

Cori quantitas.

Donatus.

Hordei vsus priscus.

Plinius.

Menander.

Plutarchus.

Frumentum in hordeum mutatum.

Polybius.

Vegetius.

Sensus Prophetæ.

Hoseas igitur mulierem adulteram comparauit sibi, hordei coro cum dimidio dato, quod ad victum ancillæ in annum satis est; & ad reliqua, sexaginta argenteos adiecit, dum ei subiecta, eius esset seruitio mancipata. Significans seruituti captiuitatis alienorum dominorum subiiciendam esse plebem Israeliticam inter gentes, à Deo suo, & ab idolis separatam: non omnino tamen derelictam à Deo, siquidem, vti mancipio necessaria ministrantur à Domino, quæ victui eius præcise sufficiant: ita Deus in seruitute positæ de

A necessariis prouidet, quia, vt, ait Paulus ad Rom. 11. *non repulit Deus plebem suam quam præsciuit*, sed expectat, donec in fine, *omnis Israel saluus fiat.*

7 *Dies multos.*] Quid esset mulier seruatura dum ageret apud Propheta̅m, his verbis declarat ex Hebræo versis. *Multos dies sedebis mihi: non fornicaberis, & non eris viro: & etiam ego ad te.* Quatuor illi proponit seruanda, primum: *Multos dies sedebis mihi*, ita Septuaginta, Vatab. Isidorus, & Montanus transferunt, & Isidorus quidem, ac Robertus explicant cum Vatablo; *multos dies in luctu sedebis quasi vidua.* Alii transferunt. *sedebis apud me*, pro *manebis*, aut *moraberis*, vt vertit Pagninus; *& hospitio* B *meo poteris, & apud me habitabis*, vt exponunt Theodoretus, & Theophylactus. Vulgatus dixit, *Multos dies expectabis me*, ad signi explanationem respiciens, quia multo tempore expectatura erat virum suum, vt indicant Hieronymus, Haymo, Albertus, & ceteri. Secunda pactionum est, *non fornicaberis*, hoc est, nulli amatorum te prostitues; non quæres aliam à me societatem, siquidē propterea conduxi, te & domum induxi, ne adulteriis te traderes vlterius; sic omnes intelligūt. Tertium addit: *& non eris viro.* Septuaginta; Vatab & Pagninus adiiciunt, *alteri*, hoc est, nullum alium verum habebis, quia mihi integram te seruabis, sic Græci expositores, nam hac phrasi Scriptura significat *nubere*. vt Leuit. 21. 3. *& super sorore virgine, quæ* C *non est nupta viro*: Hebraice *quæ non fuerit viro*. Leuit. 22. 12. *Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit.* Hebr. *Si fuerit viro extraneo.* Paulus ad Rom. 7. *adultera vocabitur, si fuerit alii viro*, & iterum, *viro alii, vt sitis vos alteri viro, illi qui ex mortuis resurrexit.* Sic modo, non nubes viro, ergo libera erat, sed scortum. Hieronymus tamen, Haymo, Albertus, & alii exponunt; *& non eris viro mihi*, à quo conducta es, quia neque mihi coniungeris tanquam viro. Verius tamen puto, *non eris viro* subintelligi, *tuo*, à quo es separata. Nam initio Hoseas elegit hanc mulierem, & in suum hospitium recepit, vt ibi maneret, derelicto amico viro, & adultero: itaque Hoseas neque munere fungitur viri, cui mulier illa erat legitime coniuncta: neque mœchi, sed D hospitis, & custodis, qui domi suæ retinebat ne adulteraretur, & ne viro suo potiretur. Probat hunc sensum; quod expositores per *virum* intelligunt Deum, per *amatores*, idola; At Hoseas in hoc symbolo neque Deum refert, neque idola, sed Assyrium, in suam regionem, quasi in hospitium, plebem Israeliticam, detrudentem, vt mox dicemus. Quartum subiicit, *Et ego etiam ad te.* Septuaginta legunt, *& ego apud te*, vt habent codices Complutensis, Regius, & Vaticanus, & Tigurina vel, *& ego tibi*, vt habet Hieronymus, vel, *& ego tecum*, vt Theophylactus. Hoc est, ego tamen semper tibi adero, nunquam te omnino deseram; ad te ego respiciam custodiendam, vt tandem te liberem; vel ego quoque inseruiturus sum vestri, E ait Chald. vel & ego dimittam te, vt vir solet dimittere vxorem adulteram, sic Vatab. & Rober. recentiores interpretes verbis Hebræis, *& etiam ego ad te*, per zeugma præfigunt negationem præcedētem; *Non fornicaberis, & non eris viro; nec etiam ego ad te, [ingrediar veniam, aut accedam,]* vt supplent. Vatablus, Pagninus, Montanus, & Isidorus, hoc est, nec ego quoque tecum fungar viri officio, nec

Quatuor pacis ferua... apud te Propheta 1. Conditio.

2. Conditio.

3. Conditio.

Verior sensus.

4 Conditio.

Lect. cum var. etas.

[...]thor quasi maritus. Vulgatus legit affirmantiam: *ego ad te veniam*, vel *expectabo te*, ad hoc non respiciens non tu in æternum [...]ra: *expectabo te*, in finem mundi ad me conuertaris, cum omnis Israel saluus fiet, vt ini[...] legunt Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & ceteri. vel, *& ego expectabo te*, viri munere cum te interim non fungens, sed custodis, & tandem tui miserebor, vt dixit Chaldæus, & ego ad te reuertar, cum tu reuerteris ad me. Hæ [ex]pictiones constabunt magis ex applicatione symboli.

8 *Quia dies multos*] Hebr. *quia multos dies sedebunt, in mœrore, & luctu quasi vidua filii Israel.* Iam symbolum præmissum explicat. Sed videndum est de quo tempore loquatur? Hebræi, vt ait Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Albertus, & Hugo, referunt ad tempus captiuitatis vsque ad reditum è Babylone, & illi quidem de tempore explicant captiuitatis decem tribuum, vsque ad reditum è Babylone, quando cum duabus tribubus liberæ redierunt: Hi autem videntur de duabus tantum tribubus loqui, quæ reuersæ sunt, aliis captiuis relictis. Verum huic aduersatur quod eo tempore habuerunt principem Salathielem patrem Zorobabelis, habuerunt & iudices, qui damnarunt Susannam, vt notat Ribera, & altare Ierosolymis, vt constat ex Baruch; & sacerdotes, quos mittebant Ierosolymam, & Prophetas; & Deum ipsum magna ex parte colebant.

Expositio. Hæc dispersio non Iudæis sed captiuitate.

David Kimhi, & Isidorus putant esse sermonem de tempore medio à secundo templo vsque ad templum Herodis, seu vsque ad Christum; quo filii Israel sederunt absque legitimo rege; siquidem parebant alienigenis; & Machabæi non erant ex tribu Iuda, & familia David; & Herodes extraneus erat. Sine sacerdotio, quia venale erat: non habuerunt aras idolorum, nec imagines, quas consulerent. Sed falsa est hæc expositio, cum illo tempore, & duces fuisse Iudæis & sacerdotes, templum quoque, & cultum Dei legitimum nouerimus.

Expositio. Tertio, Hieronymus, Iulianus lib. 1. contra Iudæos. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. & Montanus, de hoc tempore explicant, in quo ab aduentu Christi sine vlla forma Reipublicæ vagantur. Sed quia Propheta hæc Dei nomine locutus est, ad sui temporis flagitia punienda; quæ vero modo Iudæi patiuntur pro Christi nece patiuntur; Ideo verius mihi videtur cum Chaldæo, Theodoreto, & Theophylacto loqui Prophetam de decem tribubus, quas vocat filios Israel, & de perpetua earum captiuitate, non tantum vsque ad reditum è Babylone, vt illi putauerunt, sed vsque ad finem mundi durantem. Siquidem certum est decem tribus nunquam rediisse, sed adhuc in sua durare captiuitate; nam illa cœpta per Assyrios continuata est per Romanos; quamuis pauci aliqui liberi redierint cum Iudæis [ex] captiuitate Babylonica. His ergo comminatur perpetuam multorum annorum vsque ad finem mundi à sexto anno Ezechiæ captiuitatem; in qua nec habuerunt, nec habent vllam formam Reipublicæ, nec vllam rationem diuini cultus; sed va[...] seruiunt alienis dominis. Quamuis autem ab [a]duentu Christi par sit Iudæis vitæ ratio cum Israelitis; at Propheta de his loquitur, & calamitates eorum prædicit; licet alias communes cum Iudæis, quia cum Israelitis illi tantum sermo erat. Ex his autem, quæ [hac]tenus intelligemus integram rationem similitudinis, & signi cum significato.

Et primum, hoc quod dicit. *Quia sedebunt multos dies filii Israel*, apud exteras gentes, respondet illi dicto Prophetæ; *multos dies sedebis mihi.* Nam sicut mulier illa adultera sedit multos dies, vti vidua, in domo Prophetæ, qui nec vir eius erat, neque amator; sed quasi dominus, ministrans illi victui necessaria. Ita plebs Israelitica consedit in luctu viduali in domibus alienorum, nempe apud gentes exteras captiua, à quibus tanquam mancipium quoddam prospere [...] cum actum putat, si dependium victus, vestitusque necessarium accipiat. Ex quo constat hoc loco Prophetam non gerere personam Dei, sed captiuantium Israelem. Similitudinis accommodatio.

9 *Sine rege.*] Christo, qui rex à Deo constitutus est, vt exponunt, Hieronymus, Haymo, Hugo, & Dionysius; qui tantum loqui putant de tempore post aduentum Christi. Theodoretus tamen, Theophylactus, Albertus, Lyra, Dionysius, Montanus, Isidorus, & Robertus de rege ex gente sua intelligunt, quia nullum [ha]buerunt, à quo gubernarentur, siquidem regibus, & principibus alienigenis parent. Quod si de Iudæis tantum accipiatur, vt nonnulli ex his auctoribus arbitrantur, à tempore aduentus Christi, verum est, si autem de Israelitis, vt cum Chaldæo, Theodoreto, & Theophylacto accipi debere præmisimus; à tempore captiuitatis decem tribuum est hoc intelligendum: à quo tempore nullum regem, aut principem habuerunt vnquam, neque vllam regni pristini formam: siquidem, vt diximus, semper sunt, vt fuerunt, in captiuitate. de huiusmodi tempore Azarias videtur prophetasse 2. Paral. 15. 3 *Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore & absque lege.* Captiuitas Israel durat vsque ad finem mundi.

Sine sacrificio.] Quia nullum habuere sacrificium, cum extra Ierusalem sacrificare Iudæis non licuerit, vt constat Deuteronomion 12. non tantum post aduentum CHRISTI, vt volunt Hieronymus, Haymo, Albertus, & multi alii; sed etiam à tempore captiuitatis decem tribuum. 10 Extra Ierusalem nullum sacrificium.

Sine altari.] Ita legunt Septuaginta, Hieronymus, Theodoretus, & Isidorus; & omnes intelligunt altare, in quo sacrificare possent, deficiente enim templo & altare deficere necesse est; cum tempore captiuitatis Babylonicæ Ierosolymis non fuerit, vt diximus Baruch 1. numer. 7. quare de Israele accipiendum est: & eo magis si altare sit ad sacrificandum idolis erectum. Porro nomen Hebræum מַצֵּבָה *matsebah statuam* significat, & ita solet vertere Vulgatus 4 Reg. 10 26. *& protulerunt statuam de fano Baal.* 4. Reg. 17. 10. *feceruntque sibi statuas, & lucos.* Ierem. 43. 13. *& conteret statuas domus solis*, & millies alias. Chaldæus quoque sic ait hoc loco. *Neque erit in Samaria excelsum. Ac sine statua*, hic transferunt recentiores omnes, Tigurina, Pagninus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus, nempe idolorum, quia dum captiuitatis flagello plectebantur, non colebant idola; vt ante captiuitatem, dum in Samaria, & in omni Hebræum nomen statuam significat. Nulla statua fuit Israeli captiuo.

ſtra. lerigebantur diuerſæ ſtatuæ. Vnde nomen illud, quia proprie ſignificat quicquid memoriæ cauſa, aut ſignificandi erigitur, aut ſtatuitur, pro ara erecta, ad cultum idolorum, accipi poteſt, quamuis nuſquam, aut raro alias pro hoc ſignificato ponatur.

11 *Sine Ephod.*] Metonymicωs pro ſacerdotio accepit præcipuum ſacerdotum ornamentum, vt Lxx. acceperunt, & Hieronymus in Epiſtola 130. ad Marcellam, & hic Theodoretus, Theophylactus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionyſius. Verius tamen videtur quod Montanus, & Robertus aſſerunt, Ephod coram propoſuiſſe Prophetam, vt grauiorem faceret comminationem, dum dicebat, admirandum illud diſcendi futura oſtentum, ac ſignum, fuiſſe illis auferendum, quod eis grauiſſimum erat, & ita acceperunt Lxx. & Aquila, dum nomen ſequens, *Teraphim*, vertetunt illi *manifeſtationes*, hic autem *illuminationes*; quaſi quid ſpectans ad Ephod quo remoto, vt intelligunt Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus, remotaque erabantur diuina ſigna, per quæ futura cognoſcebantur. Atque ita dicet modo: non auferendos ſacerdotes, ſed præcipuum illum vſum ſacerdotum ſummorum, quo futura prædicebant; nam ablato ſacrificio vſus aliorum ſacerdotum omnino auferebatur. Erat autem Ephod, auctore Ioſepho lib. 3. Antiq. capit. 11. ſuperhumerale ſine manicis totum pectus complectens ſacerdotis: cuius in medio erat locus magnitudine palmi ad inferendum λόγιον ſeu rationale: in quo erant duodecim lapides continentes duodecim nomina tribuum Iſrael, & in medio Hurim, & Thummim; quorum conſpectu ſacerdotes occulta intelligebant, dum plus ſolito radiarent: de quo genere præcognoſcendi futura quoniam latiſſime diximus in libro tertio, de Vaticinio, ſanctorum patrum adductis & explicatis ſententiis, hic plura dicere ſuperſedemus.

12 *Sine Teraphim.*] Difficile inuenitur quid hoc nomine ſignificetur. Nam in primis Septuaginta, & Aquila, dum vertunt Græce, illi, δήλωι *manifeſtationes*, hic autem Φωτισμοὺς *illuminationes*: oſtendunt *Teraphim* ſignificare duos illos lapides, quos diximus fuiſſe in rationali ſacerdotis, dictos *Hurim & Thummim*, per quos prædicebantur futura: vt intelligunt Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus. Nam illa duo nomina Hebræa, quæ Vulgatus, ac Hieronymus ſolent vertere, *doctrinam, & veritatem*, illi eo modo, quo diximus, & ipſi vertunt. Itaque *Teraphim* genus oſtenti eſſe putarunt, quo futura oſtendebantur, & prænoſcebantur; & hoc auferendum Iſraelitis: et exponunt Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus.

Hieronymus *Teraphim* proprie dicit ſignificare μορφώματα, id eſt, figuras, & imagines ſeu ſimulacra, quæ nos, inquit, poſſumus in præſenti duntaxat loco, *Cherubim*, & *Seraphim*, ſiue alia, quæ in templi ornamenta iuſſa ſunt fieri, dicere. Cum Hieronymo ſentiunt Haymo, Albertus, Hugo, & Dionyſius. Putauit certe Hieronymus hoc loco duntaxat illa ſignificare, quod arbitretur ſermonem eſſe de templo, & vero Dei cultu; at in aliis locis idola ſignificare.

Genebrardus in Notis Chronicis ætate ſexta per *Teraphim* intelligit ſacras imagines, quibus priuandæ hoc loco dicuntur decem tribus, cum per Aſſyrios captiuæ ducuntur. Nam ex hoc loco, vt indicat Abenezra in Decalogo Iaphet cum ceteris veteribus Hebræorum magiſtris colligit, ſacrarum imaginum vſum non fuiſſe Iudæis prohibitum, ſed profanarum, & idololatricarum duntaxat: ideoque Aquila, & Theodotion, vt notat Hieronymus in Epiſtol. 130. ad Marcellam μορφώματα, id eſt, *imagines*, aut *figuras* nomen illud tranſtulerunt.

Quarto, ſunt qui idola velint ſignificare nomen *Teraphim*, ſeu gentium ſimulacra quia ita hoc nomen frequenter tranſfert Vulgatus, vt Gen. 31. 19. *Rachel furata eſt idola patris ſui.* Iudic. 17. & 18. de Micha dicitur, tuliſſe Ephod, & idola. Ezechiel. 21. & Zachar. 10. Atque ita ſenſit Hieronymus in Traditionibus in capite trigeſimo primo Geneſ. vbi ſic ait, vbi nunc *idola* legimus, in Hebræo *Teraphim* ſcriptum eſt, quæ Aquila μορφώματα, id eſt, *figuras*, vel *imagines* interpretatur. Hoc autem ideo, vt ſciamus quid in Iudicum libro *Teraphim* ſonet.

Quinto, nihilominus verior videtur ſententia Hebræorum, quam ſequuntur Lyra, Vatablus, Pagninus, Iſidorus, Montanus, & Robertus. *Teraphim* eſſe ſimulacra hominum, quæ reſponſum dabant, & in domibus etiam habebantur inſtar larium, aut Penatum, quæ certis horis erecta ſub certa conſtellatione reſponſum ederent, quod influentiarum cœleſtium capaces eſſent. Nam imagines fuiſſe, ſeu ſimulacra ex dictis conſtat, & nemo eſt qui dubitet: at quod conſulta reſponſa darent, oſtenditur ex Ezechiel. 21. 21. vbi de rege Babylonis dicitur, *quod interrogauit Teraphim, exta conſuluit.* & Zachar. 10. 2. *Quia Teraphim locuta ſunt inutile, & diuini viderunt mendacium.* & Chaldæus hic vertit. *Nec Ephod, nec qui reſponſum reddat.* & veteres illi interpretes cum explanatoribus eorum, quos in prima ſententia attulimus, ita ſentiunt. Vnde videtur ſermo eſſe Prophetæ de his omnibus, quæ ad falſum idolorum cultum pertinebant, & quæ Iſraelitis erant in admiratione; non ad verum, nempe de ſacrificio Idolis facto, de ſtatuis, de Ephod, quo etiam ipſi idololatræ vtebantur ad æmulationem verorum ſacerdotum, ſiquidem Iudic. 17. & 18. Michæ ſacerdos Ephod habebat, & Teraphim: & de imaginibus, quæ interrogantibus reſpondebant. Nam tempore captiuitatis nihil horum habebant Iudæi. vnde neque Deum verum colebant cultu illo publico, quo colere ſolebant dum erant ſub rege, neque Deos falſos, ſed in anguſtia erant.

Verum id tandem cernus loqui Prophetam de *Hurim*, & *Thummim*, quæ erant duo ſimulacra patuula, dicta propterea *Teraphim*, quia ex Ephod reſponſa dabant, iuxta Græcos patres, vt notauimus in Iſagoge de Vaticinio libri tertii capitis tertii, nam verum cultum Iſraeli defuturum minatur.

Poſt hæc.] Theodoretus, Ruffinus, & Theophylactus completam putant hanc prophetiam ad finem captiuitatis Babylonicæ, quando pœnitentia ducti filii Iſrael vna cum Iudæis reuerſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, & ad Zorobabel filium Dauid ducem ſuum, & pa ch nipræn ul tis ſignis bonitatis diuinæ in eos exercitæ in fine 13

captiui-

2. Expositio de conuersione in fine mundi.

captiuitatis. Sed omnes alii fere interpretes, Hieron. Cyrillus, Augustinus, 18. de Ciuit. Dei cap. 18. Iulianus lib. 1. contra Iudæos, Haymo, Albertus, Hugo Lyra, Dionysius, Vat. Montan. & Robertus de extremo tempore intelligunt; quando per Eliam & Enoch conuertentur, *& omnis Israel saluus fiet, postquam intrauerit gentium plenitudo*; vt dicitur ad Rom. 11. 25. quia enim conueniunt hi patres, in verbis præcedentibus depingi statum Iudæorum a priori aduentu Christi, in quo neque gaudent forma Reipublicæ Ecclesiasticæ, neque secularis vsq; ad posteriorem, affirmant in extremo illo tempore futuram hanc Iudæorum reuersionem. At licet hæc omnia vere contigerint Iudæis, & vsq; ad mundi finem contingent: rei quæ de agitur conformius est accipere sermonē Prophetæ de decem tribubus, cum Theodoreto, & Theophyl. & de tempore a sua captiuitate vsq; ad priorem aduentum Christi cum Isidoro, & aliis.

Expositio vera de conuersione ad Christum.

Et ratio huius intelligentiæ est: quia Propheta hoc supplicium comminatur propter idololatriæ adulterium, nēpe quod essent longo tempore futuri sine rege, & principe, & sine cultu eo, quo gaudebāt & irritabant Deum suū. At hunc statū non duæ tribus, sed decem tantū habuerunt a tēpore suæ captiuitatis, siquidem in 1. c. promisit Deus se miserturum Iuda, at nequaquam Israel, nempe, vt pristino suo statui restitueretur. At nihilominus nō repulit Israel Deus, ne admitteretur à Christo, & ita modo dicit, *reuersurum ad Dominum Deum suum, & ad Dauid regem suum.* Nempe ad Christum, vt omnes intelligunt: nam ita solent eum vocare Prophetę. Status autem Iudæorum huius temporis opprimit Iudæos non propter idolatriam, sed propter Christi necem: ac propterea non videtur de hoc tempore loqui Propheta, sed de illo præcedente.

Ratio.

Israel punitur ob idololatriam.

Iudæi opprimuntur ob Christi necem.

14 *Quærent.*] Israelitæ pressi longa multorum annorum captiuitate, rectè Chaldæus hæc sic exponit: Postea pœnitentia ducentur filii Israel, & quærent cultum Domini Dei sui, & obedient Christo filio Dauid regi suo, & studebūt cultui Domini, & multiplicabitur bonitas eius, quæ adueutura est eis in fine dierum. *Dominum Deum suum.* Deum patrē Christi intelligunt Haymo, Montanus, & nōnulli alii: vel vniuersi requirent Iehouah Deum suum, & non falsos Deos: *Et Dauid regem suum*, Christum Dei filium, qui natus est rex Iudæorum, vt intelligunt Chaldæus, Chrysostomus sermo. 2. in Psal. 40. Hieron. Haymo. Albertus, Hugo, Dionysius, Vatab. Montanus, Isidorus, & Robertus. ita enim solet appellari Christus nomine patronimico, vt Iere. 30. *Seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo.* Ezech. 34. *Ego Dominus ero eis in Deum, & Dauid seruus meus princeps in medio eorum.*

Conuersio Israel ad Christum.

Christus Dauid vocatur.

15 *Et pauebunt ad Dominum & ad bonum eius.*] Iudæi templum post reditum è Babylone erectum volunt intelligi per bonum eius, nimis dentiste. Albertus, & Lyra intelligunt diuinam bonitatem, quam experti sunt egressi tenebras, & admissi in admirabile lumen suum; admirabuntur enim, & obstupescent ob tantam Dei erga ipsos præstitam bonitatem, in beneficiis largiter secum conferendis ostensam; nouitate etiam vitæ Euangelicæ perculsi. Hieron, Albertus quoque, Hugo, Isidorus, & Robertus intelligunt bonum filium patris Iesum, Christum, per quem omnia nobis bona donauit. Haymo, Albertus, & Montan. Spiritum sanctum, qui confert munera, & dona largitur. Sunt qui per bonum eius intelligant Eucharistiam, iuxta illud Zach. 9. 17 *Quid est bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* nam quemadmodum in Assueri conuiuio eius magnificentia, ac bonitatis diuitiæ ostensæ sunt; ita Dei potentia, opes, magnificentia, & summa bonitas in hoc Eucharistiæ conuiuio ostentatur, in quo recolitur memoria passionis Christi; mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Existimo per bonum eius significari Dei bonitatem omnia prædicta nobis dantem: nam respicientes ad tot, ac tanta dona, & beneficia, tam liberaliter collata prorumpent in ingentem admirationem, & stuporem ob Dei infinitam bonitatem, ex qua tanquam ex fonte illa omnia manarunt. Sic quoque intellexit Chaldæus, Albertus. Dionysius, & alii hunc sensum indicarunt.

Per bonum quid significetur.

De Eucharistia.

Verior intelligentia.

In nouissimo dierum.] Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. Montanus, & Robertus, de extremo tempore explicant, quo per Eliam, & Enoch Israelitæ sunt conuertendi; sed faciunt iuxta suam intelligentiam. Nam alii intelligunt de tempore libertatis è Babylone. Alii de tēpore prioris aduentus Christi, vt Isidorus, quod est frequentius in Scriptura, quia tempus Messiæ dicitur nouissimum, quod hæc sit postrema ætas, vt 1. Ioan. 1. dicitur. *Filioli nouissima hora est.* At proprie nomen אחרית *acharith* significat id quod sequitur post aliud, vnde pro mercede solet accipi, quæ sequitur operas, vt Prou. 23. 18. *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die;* quia reuera est merces, seu finis optatus. & spes tua non succidetur. & c. 24. 14. *Sic cognitio sapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris, habebis mercedem, & spes tua non peribit.* & c. 29. 21 *qui à pueritia delicate nutrit seruum suum, nouissime erit plus, aut postea sentiet eum contumacem.* & pro filio; qui posteritas est patris; ita iuxta exigentiam sermonis accipi debet pro tempore, quod sequitur id, de quo agitur. In hoc ergo capite, non immerito accipitur pro tempore aduentus Christi prioris; nam idem est in nouissimo, ac post hæc; quomodo cœpit illam periodum Propheta. 16

Nouissimum tempus quod.

HOSEÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

AVdite quid de vobis Dominus facere statuerit, [1] ô decem tribus Israel; est enim quod expostulet cum huius terræ habitatoribus, siquidem nullus est in ea, qui [2] fidem seruet proximo suo, nullus, qui ei benefaciat, nullus, qui curet Dei cognitionem, vt eum religiosè colat: adeo, vt [3] maledictis execratoriis, mendacio, cæde, furto, & adulterio frequenti, septa legis Dei, quasi inundatione, dirumpere non cesseris, [4] & mutuis vos vulneribus percutiatis. [5] Quapropter terra hæc vestra in solitudinem redacta quasi lugebit, & omnes eius incolæ peribunt vna cum bestia agri, & volucribus cœli quin & ipsi pisces maris tollentur è medio. Enim vero nemo [6] in disceptationem veniat cum populo isto, nemo illum sui officii admoneat, nam frustra id quidem niteretur, cum in ipsos etiam sacerdotes insurgat, quorum est legem docere, & vitia carpere [7] Breui corrues & captiua duceris cum pseudoprophetis, qui te seduxerunt, ô plebs Israelitica, & in illa tenebrosa [8] nocte captiuitatis ita os tuum obstruam, vt nihil habeas, quod respondeas Deo in tui excusationem, conticesces quidem, & merito, præ pudore, quod Dei cognitionem nolueris habere, vt ei inseruires. Igitur quia tu dimisisti [9] studium legis meæ ego quoque demittam te, ne quisquam ex tuis sacerdotibus mihi ministret: oblita es legem meam, qui sum Deus tuus, & ego vicissim obliuiscar miserere filiorum tuorum [10] Quo enim plures esse sacerdotes cœperunt, eo plures in peccata induxerunt ad idola pertrahendo, sed hanc, quam ipsi inde sibi faciunt gloriam, ego in ignominiam commutabo. Nam [11] pœnas decepti per eos populi, ipsi luent, & coram habentes eius impietatem, cuius ipsi causa fuerunt, in perpetuo cruciatu [12] fetent animas suas, ita [13] eidem supplicii generi subiacebunt sacerdotes, cui populus, nam pu nam impia eorum studia, & iuxta consilia eorum iniqua rependam eis: [14] comedent enim, sed ita parce, vt fami satis non fiat, [15] Idola coluerunt absque interruptione, ac deseruerunt Dominum, [16] non custodiendo eius mandata; quia se dabant 17 fornicationi, & idololatriæ, quæ mentem eripit non minus, quam vinum, & mustum, quod inebriat Populus meus gaudens rabdomantia, [18] per baculum interrogabat de futuris, & idem hoc aut illo modo cadens, respondebat ei, nam deceptus [19] appetitu idololatriæ, abripiebatur à cultu Dei sui, in montium verticibus sacrificabat, & super colles adolebat thymiama, subtus quercum, populum, & terebinthum, quia aptas idolis colendis vmbras harum arborum existimabant: ideo vestræ abscoitæ occasionem filiæ vestræ [20] fornicantur, & nurus vestræ scortantur: & [21] relinquam impunitas, quia vos earum parentes, priores illis [22] ad scorta deflexeritis, & cum effeminatis sacrificaueritis, nam ita tractandus est populus, qui suam negligit salutem. Si Israel idola colit, tu Iuda ne imiteris eum, ne velis ite [23] in Galgala, neque ascendas [24] Bethauen ad idola colenda, neque illis nomen meum accommodes eum iurans, [25] viuit Dominus. Nequaquam ô Iuda imiteris Israelem Quoniam sicut [26] vacca lasciuiens, excussit iugum legis Israel, [27] breui ducetur captiuus in latissimam Assyriorum regionem, actus ab hostibus tanquam agnus. Addictus idolis est, [28] fuge consortium eius, quia cultu, [29] & epulo seiunxit se à te, idololatriæ deditus omnino principes eius hanc ei [30] attulerunt ignominiam, celerrime abibit in captiuitatem, quasi venti velocis alis [31] alligatus, vbi nihil proderunt illi sacrificia idolis facta.

CAP. IV.

[1] | AVdite verbum Domini [1] filii Israel, quia iudi- 1
cium Domino cum habitatoribus terræ non est
enim [2] veritas, & non est misericordia, & non est scien-
tia Dei in terra. [3] | Maledictum & mendacium, & homi- 2
cidium, & furtum, & adulterium inundauerunt [4] &
sanguis sanguinem tetigit. [5] | Propter hoc lugebit terra, & 3
infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri & in
volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur | Verum- 4
tamen vnusquisque [6] non iudicet; & non arguatur vir:
populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti.
[7] | Et corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum: 5
[8] nocte tacere feci matrem tuam. | Conticuit populus 6
meus eo quod non habuerit scientiam, [9] quia tu scientiam
repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi & oblita
es legem Dei tui obliuiscar filiorum tuorum & ego. [10] | Se- 7
cundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi gloriam
eorum in ignominiam commutabo. [11] | Peccata populi mei co- 8
medent & ad iniquitatem eorum [12] subleuabunt animas
eorum. [13] | Et erit sicut populus, sic sacerdos, & visitabo super 9
eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. [14] | Et comedent, 10
& non saturabuntur [15] fornicati sunt, & non cessauerunt:
quoniam Dominum dereliquerunt [16] in non custodiendo. [17]
Fornicatio & vinum, & ebrietas aufert cor. Populus meus 11
[18] in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit
ei: [19] spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt
a Deo suo. Super capita montium sacrificabant, & super 12
colles accendebant thymiama, subtus quercum & populum, &
terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo [20] fornica- 13
buntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. [21] | Non 14
visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & su-
per sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi
[22] cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis
sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. | Si 15
fornicaris tu Israel, non derelinquat saltem Iuda, & noli-
te ingredi [23] in Galgala, & ne ascenderitis [24] in Betha-
uen, neque iuraueritis, [25] viuit Dominus | Quoniam sic- 16
ut [26] vacca lasciuiens declinauit Israel, [27] nunc pascet eos
Dominus, quasi agnum in latitudine. | Particeps idolorum 17
Ephraim [28] dimitte eum. [29] | Separatum est conuiuium 18
eorum, fornicatione fornicati sunt: [30]. dilexerunt afferre
ignominiam protectores eius [31] | Ligauit eum spiritus in 19
alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

ARGVMENTVM.

OSTENDIT non frustra Deum iratum tam grauia comminari, & inferre supplicia Israeliticis: imo iustissimas habere causas suæ indignationis, quas in hoc capite declarat.

COMMENTARIVS.

1 FILII Israel.] Ad duodecim tribus hunc sermonem fieri Haymo, & Montanus existimant, quia dicit; *si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda.* Verum certius est ex intelligentia Hieronymi, Chaldæi, Hugonis, Dionysii, Vatabl. & Roberti, verbum fieri ad decem tribus, quas vocat Israel, & Ephraim. Nam de Iuda per transennam meminit.

Contra decem tribus.

2 *Veritas.*] Præmittit & enumerat grauissima populi flagitia, vt ostensa culpa nouerit quam grauia mereatur supplicia, quæ comminatur. Culpæ autem sunt duplices, quædam in omittendo, quædam in committendo, consistunt. Tria enumerat delicta ex negligentia profecta; primum est, quod non sit אמת *emeth*, veracitas fidelitas, seu fides constans in dictis, & factis, nemo enim verbis stat, nemo est qui seruet fidem proximo suo. Sed omnes sunt inconstantes, infideles, & mendaces, ita fere omnes. Albertus, & Dionys. intelligunt veram vitam recta ratione regulatam: sed prior sensus est verus. Quod si non sit qui seruet fidem, quam debet; quid mirum, si non sit qui benefaciat indigenti? nam misericordia est reipsa misero subuenire, & non tantum affectu, vt notant Haymo, Hugo, Dionys. Vat. & Montanus; ideo Vatablus vocauit hanc beneficentiam. Horum autem duorum defectus causa, & origo erat scientiæ carentia; *quia non erat scientia Dei.* Est autem scientia Dei, non tantum, quæ facit scire, quæ ad Deum pertinent, aut quæ dirigit in agendo, vt Albertus, & Lyra exponunt: sed quæ ea Dei cognitione facit operari opera pietatis, vt omnes alii affirmant; idque constat ex illo Ierem. 22. 15. *Pater tuus comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam, tunc bene erat ei: iudicauit causam pauperis, & egeni, tunc bene erat ei. Numquid non hoc est, cognoscere me, dicit Dominus?* & 1. Ioan. 2. 4. *qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est*; & propterea dixit recte Chaldæus: *Neque qui ambulent in timore Domini in terra.* Nihil mirum ergo si deessent in terra illa Israel misericordia, & veritas, deficiente lumine scientiæ Dei. Nam ex eo, quod *dixit insipiens in corde suo, non est Deus*, Psalm. 13. *Propterea homines corrupti sunt, & execrabiles facti in studiis suis.*

Culpas enumerat ponendas.

1. Culpa infidelitatis.

2. Culpa defectus misericordiæ.

3. Culpa scientiæ Dei defectus.

Scientia Dei legis custodia.

Scientia deficiente cetera deficiunt.

3 *Maledictum.*] Hæc in Hebræo infinita sunt, sed verbum infinitiuum accipitur pro nomine, vt Septuaginta, & Vulgatus, & omnes fere conuertunt. Chaldæus, & alii pro præsenti sumpsere, iurant falso, mentiuntur, & quia duo dixerat desiderari in Israel; veritatem, & misericordiam, nunc exemplis comprobat, ideo enim veritas non est, quia iurant falso, & mentiuntur; & non est misericordia, quia occidunt homines, furantur bona illorum, & vxoribus abutuntur adulterantes. Est autem pro *maledicere* verbum אלה *alah*, quod proprie est *iurare cum execratione*, seu *execrari*, vt verterunt L x x. & sic legit Cyprianus lib. ad Demetrianum, & lib. 3. Testimoniorum contra Iudæos cap. 47. Græci dicunt, iurare in caput, sic cum execrationibus, & detestationibus iurant, cum dicitur Psalm. 7. 4. *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mala; decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* At quia execrari, si vere fiat, non est malum, hoc autem loco pro vitio communi ponitur: ideo pro falso execrari, seu pro peierare acceperunt Chaldæus, & Tigurina. Alii pro maledictis, conuitiis, & detractationibus insectari, vt volunt Haymo, Hugo, Theophylactus, Lyra, & Dionysius, vt cum 2. Reg. 16. 7. Semei maledixit Dauidi, dicens, *egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial.* quam pessimam maledictionem nominauit ipse Dauid 3. Reg. 2. 8. Verbum autem פרצו *paratsu*, quod Vulgatus vertit, *inundauerunt*, & L x x. *effusa sunt*, proprie est, *ruperunt*, nempe septa, maceriam, aut mandatorum Dei, vel timoris aut pudoris claustra. Ita Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus; quia iam libere, & publice excrescebant hæc scelera, vt diluuii instar, vi, & copia sui obuia quæque Dei iusta diruerent. quod magis auget quod sequitur.

Contra execrationem.

Cyprianus.

Iurare in caput, execrari.

Et sanguis.] Hebr. *& sanguines in sanguines tetigerunt.* Septuaginta verterunt; *& sanguinem in sanguine miscent*, vel vt in Vaticano codice legimus; *& sanguines in sanguinibus miscent*, aut vt legit Cyprianus lib. ad Demetrianum, & lib. 3. Testimon. ad Quirinum cap. 37. *sanguinem sanguini supermiscent.* Cædium frequentiam, copiam, & nimiam licentiam hæc verba significant, quia eædes cædi continua est: & mutuis vulneribus se percutiunt; Ita intelligunt Theophylactus, Lyra, Vatablus, Robertus, & Isidorus, ex vsu Scripturæ per effectum sanguinis effusi causam cædium significantis, vt Psalm. 57. 11. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine*, hoc est in cæde *peccatoris.* Psalm. 105. 38 *infecta est terra in sanguinibus*, id est, cædibus. nam præcesserat; *& effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Ecclesiastici 34. 25. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Hoc est, interfector eius est. 4

Cyprianus.

Sensus 1. de cædium frequentia.

Sanguis pro cæde.

Hac ratione Semei 2. Regum 16. 7. dicebat Dauidi; *egredere, egredere vir sanguinum. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul; quoniam inuasisti regnum pro eo*: tribuebat certe illi cædes omnes domus Saul. Rupertus existimauit loqui hoc loco Prophetam de commixtione polluta consanguineorum, quod consanguineus consanguineam, polluat adulterio, aut fornicatione, vt prohibetur Leuit. 18. 6. *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet.* Chaldæus, Hier. Cyrillus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, *sanguinem* pro peccato, aut maleficio accipiunt, vt *sanguis sanguinem tetigit*, idem sit, quod, aggregant peccata peccatis, vt exposuit Chaldæus; aut augent, vel accumulant maleficiis maleficia: ita etiam intellexit Greg. lib. 13. Moraliũ c. 10. & li. 7. Registri c. 125. & Hom. 11. in Ezech. Sumunt hi patres partem pro toto per Synecdochem. Mont. affirmat vsu Scripturæ mutuas, & continuas iniurias hoc loco significare, *sanguines in sanguines contingere*, fortasse quod per metonymiam sanguis fusus accipiatur pro omni eo flagitio, aut peccato, quod sanguini insidiatur, aut ad cædes inducit; vt sunt iniuriæ, calumniæ, doli, & atrocia facinora, quæ ad mortem vi illatam deducunt. Vnde Psalm. 5. 7.

Sensus 2. pro sanguinis pollutione.

Sensus 3. Sanguis pro peccato quouis.

Gregorius.

Sensus 4. Sanguis pro iniuria.

iungit Propheta, *virum sanguinum*, id est, sanguinolentum, instabantem sanguini, *& dolosum abominabitur Dominus.* & Ecclesiasticus c. 11. 34. *a scintilla vna augetur ignis, & ab viro doloso augetur sanguis*, vel insidiatur vsque ad sanguinem. *Homo vero peccator sanguini insidiatur.* Profectò sensus primus magis ostendit totius Reipublicæ pestem, ac ingentem perniciem, quam prædicta omnia flagitia sequebantur, vt merito iam graui malo, tam grauis ac dura subijciatur medicina.

5 *Propter hoc*] Terræ decem tribuum tot flagitiis infectæ, & tot vulneribus attritæ adhibet medicamentum salubre, sed durum: nempe abscissionis omnium, ingenti cum luctu ex dolore profecto. *a malitia inhabitantium in ea*, vt dicitur Psal. 106. 34. Nam lugebit terra, vel per metaphoram, quia sicut terra ... regum, & Reipublicæ ornatur frequentia, & vbertate herbarum, ac fructuum abundat, læta dicitur, & ridens, ... viduata regibus, & omni forma Reipublicæ priuata, floribus, ac in ... quod vno verbo ... Chaldæus, *... vastabitur terra* ... Haymo, Lyra, ... Vel per ... terra desolata luctum efficiet inhabitantibus eam: et exponunt Haymo iterum, Albertus, & Hugo. Desolabitur terra in solitudinem per partem ... ; *Terra desolata, infirmabitur omnis eius habitator*, hoc est, fortitudinem, vires, roburque ... & deficiet lenter, & eliminabitur, aut ... delebitur, vt ait Chaldæus nam in hac significatione non sufficienter accepit Vulgatus verbum אמל *amal*, vt Isa. 9. 8 *& expandentes rete super faciem aquarum emarcescent*; & Thren. 2. 8 *et murus pariter dissipatus est. Succidetur omnis homo terræ illius immola, cum bestia agri*: nam hominibus deficientibus, bestia, quæ illis deseruit, deficiet necessario. *& cum volucre cœli*, quæ altius hominum relinquitur. præpositio, *in* vsu Scripturæ, pro *cum* accipitur, vt in illo Gen. 32. *in baculo meo transiui Iordanem istum*, id est, cum baculo meo. *Sed & pisces maris congregabuntur* hoc est, deficient, cladem sentient, morientur, aut e medio tollentur; vt Septuaginta, Chaldæus, & omnes intelligunt, ea forma loquendi, qua decedentes e vita, solet Scriptura dicere

10 colligi, aut congregari ad patres suos; quia ex hoc mundo fugientes ... & in Collegium parentum, aut maiorum suorum assumuntur. Cur autem pisces maris deficiant, hominibus deficientibus, cum non ita pisces maris ex homine pendeant, vt lacuum, aut stagnorum pisces? Fortasse ideo, quod Deus ipsa etiam flumina, & mare desolaturus erat, vt dicitur fecisse Psal. 106. 33. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea.* Aut quia deficientibus piscatoribus deficerent pisces, qui ad hominis alimentum in vrbes deferebantur, vt comminatur quoque Isaias c. 19. 5. Ægypto dicens. *& arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque siccabitur: & deficient flumina; & mærebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.* Theodoretus, & Theophylactus bestias, aues, & pisces non proprie, sed metaphorice accipiunt pro hominibus, qui horum animalium ... Nam ... & volatilium nomine potentes ... qui in pisces, hoc est pauperes ... colque deuorant. Sed verius omnes alii interpretes proprie sumpserunt, quod vastatione terræ Israel sermo instituatur.

Non iudicet.] Hebraice, *Veruntamen vir non disceptet, & non arguat vir.* Hoc est, nemo conetur disceptare cum populo isto; nemo sui officii eum admonere, quia frustra id quidè faciet; cum etiam in ipsos sacerdotes, quorum est legem docere, & vitia corripere insurgant. Ita Hieronymus, Albertus, Lyra, Dionysius. Vatab. & Isidorus. adeo enim impudentes erant, vt nulla speraretur correctio ex reprehensione. Haymo, Rupertus, & Hugo ad pœnam referunt; quod adeo sint indigni vt præstetur eis hoc beneficium, vt relinquerentur absque correctore, & admonitore: quod graue supplicium est, & ratio est; quia in ipsos sacerdotes insurgunt, vt diximus, nam particula כ *sicut*, aut *quasi*, similitudinis est hoc loco, vt in illo Ioan. 1. *Gloria quasi vnigeniti a patre.* Sed Hieronymus, Haymo, & Hugo vt particulam similitudinis accipientes, ita exponunt. Nam contradicunt mihi, sicut discipulus magistro, plebecula sacerdoti. Septuaginta vertunt; *at populus meus quasi sacerdos cui contradicitur.* Hoc est, vt ait Theodoretus; similis est sacerdoti reprobato, & qui sua excidit dignitate Mont. quoque sic explanat, nemo est qui possit populum obiurgare; siquidem ipsi sacerdotes, quorum est hoc munus, reprehendi possunt ab ipso populo de iisdem criminibus, & populus potest litigare cum ipso sacerdote de eisdem flagitiis, in faciem eius edens, dicens, *medice cura te ipsum*: ac propterea frustraneus esset labor. & hoc est. *populus enim tuus sicut litigans cum sacerdote*; aut *sicut contendentes cum sacerdote.*

Et corrues hodie] Hoc est, propediem, breui, tempore hoc, vt exponunt Albertus, Hugo, Lyra, 7
Dionys. Vatabl. & Isidorus. Pro manifeste, media luce, non fraude, aut insidiis accipiunt Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius; quem sensum indicant Septuaginta vertentes, *infirmabitur per diem.* aut *per dies*, legunt alii, & interpretatur Theodoretus, ... *multos dies manebis captiua.* Verior est ... *& tu corrues*, id est: captiua duceris; *& Propheta*, hoc est pseudo Propheta *tecum* ducetur captiuus, qui te deceperat.

Nocte.] In Hebræo sic legitur, *& corruet etiam Propheta tecum nocte, & tacere feci matrem tuam.* & ita legunt Chaldæus, Tigur. Vatab. Pagn. Isidorus, & 8
Montanus; adiecta particula similitudinis, *quasi in nocte*, hoc est, in corrues, & Propheta tecum, vt quis corruit in nocte: quia & tu, & ipse tanta ignorantia futurorum euentuum, aut malorum opplebimini, vt nulla sit spes euadendi, sed corruetis; quemadmodum qui corruit nocte. non videt offendiculum, vt vitet. Sed veteres, LXX. & Vulgatus, & qui eorum lectionem interpretantur, iungunt, *nocte*, cum *tacere feci matrem tuam.* Cum autem verbum דמיתי *Damithi succidi, compescui*, leo *tacere feci*, & *assimilaui* significet, vt Vulgatus aliquando vertit; nam Osee 11. c. legimus, *succidendo succisus est rex Israel.* Threno. 3. 49. *oculus meus afflictus est, nec tacuit.* Cantic. 7. *statura tua assimilata est palmæ* & in hoc cap. 6 *Conticuit populus meus*; pro succiderunt, perdetur, aut conticuitus est Hebr. Chald. *insipiens factus est populus meus absque scientia.* Hoc loco LXX. verterunt. *nocti assimilaui matrem tuam*, hoc est, similem reddam nocti præ tristitia,

& con-

Pœna pec... ta.

Desolatio...

colligi pro... ion.

pisces cur deficerent.

usus metaphoricus.

Populus corrig...

Sacerdos eisdem criminibus ...

Lectio varia.

& confusione. Vulgatus, *nocte tacere feci matrem tuam*, id est, in tristi illa captiuitatis ærumna, quæ nocti merito assimilatur, adeo mæsta, & confusa manebit plebs Israelitica, vt non habeat quid Deo respondeat in sui excusationem, & ita os eius obstruam, illamque compescam. Recentiores vertunt, *succidam matrem tuam*, id est, euertam, aut euellam è terra, & transferam in alienam regionem captiuam. Nam præteritum ponitur pro futuro propter *vau* conuersiuum. Senfus ergo; breui corrues ô Israel, corruet etiam tecum Propheta, vel Prophetia, quia in captiuitate cessauit apud Israelitas, vt vult Hieronymus. Aut certe, corruent tecum pseudoProphetæ, qui te decipiebant, vt volunt Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & Isidorus, & in illa tenebrosa nocte captiuitatis ego obstruam os plebis Israeliticæ, vt nesciat modum, quo se excuset, & euadat supplicium.

9 *Quia tu.*] Sermo est cum decem tribubus, aut cum populo Israel secundum Hier. Albert. Rupertum, & Lyram; *quia tu*, ô plebs Israelitica, *scientiam repulisti*, hoc est, quia detestata es sacre timorem Dei, vt ait Chaldæus, aut studium legis dimisisti, vt Lyra. & Montanus: ego quoque *repellam te*, ne sit vllus in filiis tuis qui sacerdotio fungatur coram me. de veris sacerdotibus loquitur, quorũ multi ex lege dispersi erant per Israelem. & *quia ablato sacerdotio, necesse est vt ablatio legis fiat*, vt colligitur ex Paulo ad Hebr. 7. & 8. Cum Deus dicit se ablaturum sacerdotium ex Israel, simul comminatur se ablaturum omnem cultum, & doctrinam, quæ ex sacerdotio pendet. Albertus putat loqui contra sacerdotes creatos ab Ieroboam ad vitulorum ministerium: sed ex pronomine, *mihi*, fit certum, de sacerdotio legitimo sermonem esse. Posset & intelligi, quia ad vniuersum populum loquitur, ob culpam toti populo communem, & pœnam adhibere communem, vt nomen כהן *Cahen* accipiatur pro ministerio, & cultu Dei, quem omnes illi debent. Nam qui 2. Reg. 8. 18. *filii Dauid sacerdotes* dicuntur, 1. Paral. 18. 17. dicuntur *ministri*, aut *primi ad manum regis*, & ita par pari rependatur. quia tu popule Israel repulisti studium cultus mei. ego quoque repellam te à ministerio meo, aut cultu meo: auferam tibi religionem, & legem meam: vt maneas sicut ceteri populi. Sed de Sacerdote loqui sequentia ostendunt. Chaldæus, Vat. & Montanus volunt verbum fieri ad sacerdotem. Quia tu ô sacerdos *scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris coram me.* Probant, quia in Hebræo, & Chaldæo, & Græco apud Theophylactum, sequitur: *& oblitus es legem Dei tui*, &c. in genere masculino, vt referat sacerdotem. & cum addit, *obliuiscar filiorum tuorum, & ego.* Hebræi filios naturales sacerdotum intelligunt. Vat. & Mont. subditos quos doctrina legis nutriunt, & educant. Cum autem Vulgatus cum LXX dicit, *oblita es*, subintelligunt: congregatio sacerdotum: & confirmat hunc sensum, quod sequentia omnia contra sacerdotes adducuntur.

Aufertur religio nolentibus legem seruare.

Cultus ex Israel auferendus.

Pœna par culpæ.

Pœna sacerdotis negligentis Dei scientiam.

10 *Secundum multitudinem eorum.* De vniuerso populo accipiunt hunc locum Hieronym. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. dicentes. quot homines habuit Israel, tot aras dæmonibus extruxit, in quibus mihi peccauerunt. & Cyrillus, Theodoretus, Theoph. & Lyra, sicut à me sunt multiplicati, sicut stellæ cœli, & arena maris: sic flagitia eorum, & ingratitudines sub numerum cadere non possunt. vt gaudent, & gloriantur de sua multitudine, ego redigam in paucitatem. Sed Chaldæus, & Dauid Kimhi, Rupertus, Vat. & Mont. de sacerdotibus exponunt, legitimis quidem, præter Rupertum, qui de sacerdotibus intelligit, qui extra legem initiabãtur, 3. Reg. 12. & 13. vt phanis excelsorũ inseruirent: qui quo plures erant, eo etiam in peccata induxerunt. vt sit sensus Chald. & Montani, quo magis aucti sunt opibus, eo magis auaritiæ, & cupiditatibus inhiantes, obliti sunt legis meæ: vnde Chald. sicut multiplicani eis prouentus, sic ipsi multiplicauerunt contra me peccata. At Vat. de numero eorum exponit. quo cœperunt numero plures esse, eo plura cœperunt peccata committere. Quid si ita accipiatur? quoniam dixerat, obliuiscar filiorum suorum & ego, addat modo, iuxta numerum filiorum, quos auxerunt, & numerum peccatorum addiderũt: quia filios genuerunt & Dijs seruire docuerunt aduersum me: vnde addit *gloriam eorum*, quam consecuti sunt ex multitudine filiorum, seu discipulorum, *in ignominiam commutabo*, sum illis eis auferã, quia talium parentum filii quod valde erit eis ignominiosum. Solent aũt filii, gloria parentum in Scriptura appellari. Sacerdotum ergo improbitas summa est, quod à Deo augeantur filiis, & opibus ex oblatis à populo; ita à bono deflectant, vt quos iuuare deberent, exemplo malo in malum inducant.

Sacerdotum pœna.

Auctis opibus aucta peccata.

Sacerdotum culpa quam grauis.

15

Peccata.] Verbum futurum, *comedent*, accipitur pro præterito, aut præsenti, *comedunt*. Estque horũ verborum primus, & communior sensus, oblationes seu hostias pro peccatis à populo oblatas comedunt etiam ad delitias: nam *peccatum* pro hostia pro peccato oblata accipi non infrequenter solet, vt Leuit. 10. 17. cur non comedistis peccatũ, Vulgatus vertit, *hostiam pro peccato*: & 2. Cor. 5. 21. *Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit*, id est, hostiam pro peccato. Ita Cyrillus, Theodoretus, hic ex aliorum sententia, & quæstio. 10. in Leuit. Anastasius Nicænus in fine libri quæstio. in Scripturam, Theophyl. ex Græcis, ex Latinis, Aug. sermo. 48. de verbis Domini, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatabl. Isidor. & Montanus: qui optant, inquit, magnam esse peccatorum copiam, quæ suam illis mercem cum quæstu, compendioque suppeditent. Huc spectat Bernard. ser. 1. super, *Ecce nos reliquimus omnia*. & serm. 77. in Cantica. *Peccata populi mei comedunt*, quasi dicat. peccatorum precia exigunt, & peccantibus debitam solicitudinem non impendunt *Quis dabit, ait, mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupiis, quam vitiis extirpandis?*

Sensus 1.

Peccatum pro hostia.

Anastasius. August.

Bernardus.

Secundus sensus est Pontificis Alexandri primi in epistola 2 Ruffini & aliorum. *Ipsi inquit, sacerdotes populo interpellent, & populi peccata comedunt, qui precibus suis, & oblationibus ea delent atque consumunt*, nam sic solet scriptura sumere verbum, *comedere*. pro *consumere*, vt Psal. 78. 7. *quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerũt*. & Iere. 10. 25. *quia comederunt Iacob & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum*, bonus sensus ad commendationem sacerdotis. at hoc loco de eius agitur vitiis.

Sensus 2. Alex. 1. Sacerdos pro peccatis precibus consumit.

dabis: nemini alienorum copiam facies neque viro alicui coniungeris matrimonio, & ego tui curam geram, teque custodiam. Non dissimiliter accidet filiis Israel, [4] quia multos dies à vastitate regni Israelitici, & captiuitate per Assyrios facta, tristes considebunt inter cæteras nationes, [5] sine rege, & sine principe, [10] sine sacrificio & sine statua super altari erecta [11] sine Ephod, & [1] sine simulacris, ex quib. cognoscant futura Sed [3] post hos dies, tot prell... ...uertentur h... ...rael, vt [14] quærant Iehouam Deum suum, & Christum Dauidis filium regem suum, omnes ad eam fidem conuertentur, sub eius potestatem postquam ingressi fuerint, eiusque bonitatem experti, summa correpti admiratione [15] obstupescent, Dominumque ipsum reuerebuntur, & liberalem in eos bonitatem, in tot beneficiis eis conferendis, [16] post tot dies in tenebris exactos, collaudabunt.

filii Israel, & [4] *quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum; &* [15] *pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius* [16] *in nouissimo dierum.*

ARGVMENTVM.

SIGNO adulteræ à Propheta in domum susceptæ comminatur Israelitis exilium apud exteras nationes: & post longum tempus promittit eorum ad Christum conuersionem.

COMMENTARIVS.

1 *Connexio cum præcedenti symbolo.*

ADHVC.] Respexit ad priorem mulierem fornicariam, qua significata est Dei coniunctio cum plebe Israelitica, repulsa, & reconciliata. Sed quia illa similitudine non plene explicatum est flagitium Israelis, modo iubetur Propheta aliam viam ingredi diligendo adulteram.

Symbolum adulteræ quos significet. *1. Sententia* *2. Sententia.*

Dubium est, num symbolum adulteræ sumptum sit contra Israelem, an contra Iudam, an vero aduersus vtrumque populum? Hieronymo videtur, Lyræ ac Dionysio de duodecim tribubus esse sermonem: cum in præcedentibus capitibus de decem tantum actum sit. Sed Ruperto, Haymoni, Alberto, Hugoni, & Vatablo videtur hoc B capite rem agi duarum tribuum Iudæ, & Beniamin. Sicut enim duæ illæ mulieres Ezechielis 23. Oolla, & Ooliba duas plebes significabant, Israeliticam, & Iudaicam; ita hæ duæ, nam *Gomer* repræsentat Israelem; *adultera* Iudam. Ratio autem huius intelligentiæ esse potest, quia hic loquitur cum filiis Israel, qui multis diebus futuri erant sine cultu, & his, quæ ad cultum pertinent veri Dei, & sine rege, & principe; quibus, tunc cum loquebatur Propheta, potiebantur. Sed decem tribus iam tunc abiecerant religionem, quam duæ conseruabant, his ergo comminatur, non illis, & hos vocat filios Israel, quia fortasse Propheta locutus est tempore Ezechiæ, vt dixit Chrysostom. C serm. 2. in Psalm. 40. post ductas captiuas decem tribus. Verum Chaldæus, Theodoretus, & Theophylactus de decem tribubus exponunt Prophetam, quasi prosequatur cœptum in superioribus sermonem, eo modo, quo inferius dicemus, & hoc verum est: quia comminatur his ob idololatriam, perpetuum exilium, *sine rege*, &c. At Iuda nunquam non habuit hæc, nisi post Christum, quando, non ob idololatriam, sed ob necem Christi, tale exilium passi sunt Iudæi. Decem ergo tribubus, quas vocat Israelem, loquitur Hoseas, tunc cum idolis seruiebant; illisque comminatur exilium perpetuum, sine vlla forma Reipublicæ, vt certe nullam habuere: cum sane Iudæi illam habuerint vsque ad vastitatem Ierusalem per Romanos factam.

3. Sententia vera.

Contra decem tribus

2 *Dilige.*] Dilectam amico: Septuaginta verterunt, *diligentem mala*, quos sequuntur Theodoretus, & Theophylactus, nam nomen רֵעַ *reahh* deriuatum a רעע *roahh malum esse*, significat *malum*, vt notat quoque Hieronymus. Si autem oriatur ex verbo רעה *rahhah*, quod est *amare*, vel *sociare* significat *amicum*, aut *socium*: atque ita Solomon vetere I. x a. vt Prouerb. 18. 24. plurale huius transtulere, *vir amicorum ad amicitiam*. & sic accepere Vulgatus, Chaldæus, Hieronym. & alii interpretes, & expositores hoc loco. Quod autem additur in codice Complutensi, & Regio, *& adulteras*, constat esse erratum, & legendum, *& adulteram*, ex Hieronymo, Theodoreto, & Theophylacto, & ex codice Vaticano.

Lectionis ratio.

Iam videndum est quid à Deo iubeatur Prophetæ, num de nouo ducere viro alteri copula- B tam matrimonio, sed adulteram; an suam Gomer, quæ amico adhæserat per adulterium, reuocare: an potius vxorem alienam adultero adhærentem ad se reducere? Ruffino, & quibusdam aliis visum est hanc mulierem esse eandem Gomer, quam duxerat vxorem, & tres illi filios pepererat; quæ illo spreto nihilominus, adultero adhærebat, & tamen eam iubetur diligere: quo significet Synagogam adulteram, diligi nihilominus à Deo. Verum quia neque ex litera bene deducitur, neque ea significato huius symboli, seu signi, vt dicemus, eandem illam fuisse vxorem; ideo cum ceteris omnibus interpretibus dicendum est, alterius vxorem fuisse, & adulteram. Sed Theophylactus, & Haymo C videntur existimare iussum esse Prophetam illam a viro suo repudiatam in nouam vxorem accipere: quod iussus sit eam diligere. ex quo non recte deducitur, neque conuenit sensui, ac proposito sermonis prophetici. Melius ergo Chaldæus, Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. Montanus, Isidorus, & Rob. iussum esse Prophetam arbitrantur, feminam viro suo copulatam. & dilectam, sed tamen fidem ei frangentem, & adulterantem, diligere, precioque conducere, & apud se domi retinere, vbi nec viro, nec adultero iuncta, vitam in quiete transigat. Sic enim ait Hieronymus, *Propheta diligit adulteram, & tamen non ei matrimonii copulatur, neque fornicatione coniungitur, sed tantum diligit delinquentem*, & probatur; quia applicatio symboli, aut similitudinis explicat rationem symboli. Sed applicatio est illa, *Quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege,*

Hoseę quid præcipiat Deus.

1. Sententia.

2. Sententia.

3. Sententia vera.

A ... qua ostendit ... filios Israel mansuros ... Deo viro suo, & ... que Republica, & si... ulteris Diis aliis; donec tandem redeant ad ... virum. Ergo similitudo est conducere mulierem viro copulatam, & adultero adhærentem, quam domi per multos dies cōsidentem retineat, absque vsu viri, & adulteri don... tandem ad virum suum reuocetur. Iuxta han... ergo similitudinem, nec erat ... Hoseæ, apud quem hospitabatur: sederat q... mancipi... ab eo emptum, domi que ex amo... retentum. S... percont... is vtrum hoc in vi... ne, an reipsa acciderit Prophetæ. In visione ac... esse videtur Chaldæo, Vatablo, & Isidoro. At ... odoreto in re, quod multi alii, etsi non affirm... mittant tamen: & ni... ea, quæ primo capite definiuimus, hæc potior sententia est.

Amicæ. Amasium, seu adulterum vi... tur intelligi ... hetea ... us, Theodoretus, Theophylactus, Haymo, & Albertus, nam ... betur Prophetæ ... te, ... ad ... bat amico, & adultera erat. Ver... a nen Chaldæus, L... ra, Vatabl. Montanus, & ... lorus m... nt ... nam nomen רעה *reahh*, licet *Amicum* socium proximumque significet, ... pro illo *amico*, seu *sponso* solet accipi qui societate matrimonii coniunctus est, vt Ierem 3. *Quomodo si contemnat mulier amatorem suum*, id est, *socium vel maritum suum*, vt exponunt interpretes. Nam iubetur Propheta mulierem marito suo charissimam, & nihilominus adulteram conducere; quo significet Deum maritum Synagogæ diligentem eam, & ex intimis visceribus volentem sibi eam habere; & tamen illa impudēs, & infidelis, adhæret adultero, nempe alieno Deo. Nec tam... hic Deramor... significatur v... rbo illo: *Dilige mulierem* sed alien *dilectam amico*, quo constat similitudo secundum Hieron. & Theodoretum, quia in hoc symbolo Propheta non significat Deum maritum Synagogæ, cum, vt diximus, Prophetam non fieret maritus illius mulieris, sed conductor. Ego amicus, qui est maritus, cui dilecta erat mulier, exprimebat Deum, non Propheta, qui potius significat ducentem Synagogam captiuam; vbi neque viro vrebatur, neque adu... o: illo ergo verbo, *Dilige mulierem*, hoc tan... um videtur iuberi, Vade, & ex amore quo prosequeris filios Israel, blanditiis, & dilectionis signis, quibus potueris, adiecto etiam precio, si ... us ... rit, mulierem marito ... o charissimam, & ... erem ... ngentem, & adulteram, ... du ... oca ... habitare, & domi tua retine ... præcepto obediens, *abiit*, & *odit eam* ... *decem argenteis*, &c. Ergo hoc totum sub ver... mulierem, Hoseæ præceptum est, aduersum ... Vnde Chaldæus sic hunc locum exp... *Vade, vaticinare Prophetiam aduersus domum Israel qui similes sunt mulieri charissimæ suo marito: quæ licet ... ur ab eo, adeo tamen diligit eam, vt non velit dim... Talis est dilectio Domini erga filios Israel ... si se vertunt ad idola populorum.* Itaque illa par... sim ... tudinis; *Sicut Diligit Dominus*, non resp... et verbo, *Dilige*, sed illi, *dilectam amico*: vt sit ... egra similitudo. Sicut mulier dilecta amico, seu ... io, adultera est, ita filii Israel dilecti D e o, ipsi respiciunt ad D e o s alienos, adulterantes.

B

C

D

E

Vinacia.] Nomen Hebræum אשישים *asisim*, quid propriè significet incertum adhuc est: singulare nomen est אשיש *asis*, quod quia deducitur à nomine איש *vir*, existimatur significare aliquid virilitatem referens, aut robur, vt sunt fundamenta domus, vnde Isaiæ 46. 8. Verbum ab hoc nomine deductum vertit Vulgatus, *confundamini*, hoc est, ad fundamenta vos deijcite: alii *fundemini*, aut *viriliter agite*. Septuaginta ... transfulerunt, hoc est, *bellaria, panes ex ... mella factos, placentas, seu crustulas, quæ idolis offeruntur* vt in ... Hieron... nius *simulam frixam oleo*, vertit Vulgatus nom... femineum 2. R... 6 ... & 1. Paralip 16. ... Exad... iunctis videtur signi... re vas capie... s pot... nem vini addiem: (nam vinum fundat, & r... burat cor) quæ distribuebatur idolorum cultoribus in festis solennibus quemadmodum fecit 2. Reg. 6. 19. Dauid in collocatione arcæ: nam distribuit singulis colly... ridam panis vnam, & Assaturam bubulæ ... nis vnam, & אשישה *asisah lagenam vnam*, vertunt recentiores interpretes, ... etiam 1. Paral. 16. 3. Simil... ter vertunt Isa. 16 ... cum dicunt. *Ideo eo vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit* ... prop... dolia, vel legenas *Kirareseth* gemetis, sed abiectiuidetur loqui de vastitate vini, & sterilitate vi... arum, nam reddit rationem. Quia arua Hesebon exculta sunt, vinis Sabama, &c. & Cant. 2. 5 verbum sponsæ, *fulcite me floribus*, exponunt. *Fulcite me lagenis*, sup. vini, *stipate me malis*: nam languentes vino epoto ... roborantur. Quare ergo hoc loco iungit Hoseas nomen *asisim* cum *vvis*, ... e ... pretes volunt hic significari *lagenas*, vel *doliola vuarum*, aut *scyphos*, aut *œnophora*: & ita Chaldæus Lyra, Vatabl. Montanus, Pagninus, ex Dauide Kimhi hic accipi volunt, & verti, *diligentes legenas vuarum*, id est, plenas vino. Qua loquendi ratione filii Israel summæ notantur ebrietatis, & voluptatis inde manantis: imo hac forma nimius ostenditur affectus ad idola: ita vt quemadmodum ebrii, & temulenti statim omni voluptati se dedant necesse est; ita populus ille adeo infantebat, vt nihil cogitaret nisi quomodo placeret idolis in Dei contemptum, & eorum cul... tum amplificaret. Vel quia, vt diximus, in celebrioribus idolorum festis, cultoribus distribuebantur pemmata, cum vase vini optimi ad illum diem: vt ostendat viles Israelitarum animos, qui pro vili potione vini currerent ad idola, & pro illa commutarent summum Deum; dixit, *& ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt lagenas vuarum* Alterum nomen ענבים *hhanauim* Septuaginta verterunt ... *cum vua passa*, aut *cum vinaceis*; cum nomen, *vuas*, siue *grano vuarum* sign... ficet. Vulgatus autem, & cum eo Hier. & Tigurina transtulerunt, *vinacia vuarum*, hoc est vuas pressas, vel ipsos folliculos, qui remanent ex vuis pressis. dixit enim Columella lib 6. cap. 3. *licet etiam, si sit legumi num inopia, & eluta, & siccata vinacia, quæ de lora exi muntur, cum paleis miscere*, vulgo, *el orujo*. quamois etiam granula lignosa significent, quæ intra acinos ipsos vuarum in... lata sunt. Quod autem recte Vulgatus transtuleri, *vinacia*, ostendunt, Aquila, qui illud idem Hebræum nomen *asisim* vertit ..., hoc est vetusta, putrida, aut rācida vinacia & Symmachus ..., steriles seu infructuosas vuarum. Erat eiusmodi oblatio idolis facta. vt volunt Theodoretus & Theophylactus. vel

certe

Aman...
... mine ... acci...
... endus.

4
Hebraei no... minis ratio.

Nota ebrietatis summæ.

Sensus.

Lectionis ratio.

Columella.

... dæus.

... odo

certe respiciens ad vinum, vel ad vuas, quæ distribuebantur idololatris, per sarcasmon stridet filios Israel, qui domi preciosa vina relinquebant, & vuas musto plenas; & tamen infelices pro lora, aut vinaceis siccis, & inutilibus, ea commutabant: a quibus non dissident qui diuinorum obliti, terrenis inutilibus, imo noxiis vacant actionibus; & vino preciosiu contempto, vinacia diligunt caducarum voluptatum.

Insipientia filiorum Israel.

Et fodi eam.] Hebræum verbum *vaecreab*, quod Vulgatus vertit *fodi*, & aliam habet significationem sub illa contectam, quam Septuaginta, Chaldæus, Ambrosius Epistol. 39. Hieronymus, ceterique interpretes expresserunt. Lyra, Pagninus, Vatablus, Isidorus, & Montanus hoc modo; *conduxi, possedi, acquisiui mihi, emi*, aut *mancipaui*, seu *comparaui*. In hac significatione accepit Vulgatus Deuteron. 2. 6. *& etiam aquas fodietis*, pro *emeritis ab illis*; vel *aquam emptam haurietis*. Gen. 50. 5. dixit Iacob. *En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me*. & tamen Gen. 33. 19. dicitur, *emitque partem agri a filiis Hemor patris Sichem centum agnis*, in quo sepultus est, vt dicitur Iosue 24. 32. Hieronymus, Rupertus, Haymo, Albertus, Lyra, & nonnulli alii, ideo hoc verbo vsum hoc loco Prophetam putant, quod alludat ad metaphoram vineæ, cui multis in locis comparatur ille populus. & in 1. cap. cum dicit, *dabo ei vinitores ex ea*. Montanus proprius ad rem significatam, asserit, sermonem hunc sumptum ex consuetudine illa perfodiendi, aut perforandi aures mancipiorum, de qua dicitur Exodi 21. 6. *Quod si dixerit seruus, non egrediar liber: perforabit autem eum subula, & erit ei seruus in seculum*. & Deuteron. 15. 16. *Sin autem seruus dixerit: Nolo egredi, eo quod diligat te, & domum tuam, assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum: ancillæ quoque similiter facies*. & Psalm. 39. 7. *sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perforasti mihi*. Quia vero non empta est tanquam vxor, sed conducta est adultera, vt bene Hieronymus notat, Albertus, Hugo, & Dionysius, non vt cum Propheta dormiat, sed vt contenta mercede sua, adulterare desistat, nec passim ceteris copuletur. Et præterea conducta est, vt asserunt Theodoretus, & Theophylactus, vt cum prioribus amatoribus diuortium faciens, hospitiumque renuncians, se integram seruaret, & societate Prophetæ, hospitioque vteretur, illique ex mercede debitua seruiret. Hoc est enim, *& fodi eam*, seu *conduxi*, aut *comparaui eam mihi*, vt domi in meo obsequio retenta, integram se seruaret. quam quidem ex amore salutis eius, & ex commiseratione fecisse Prophetam, indicatum diximus fuisse, in verbo illo præcepti, *dilige mulierem*. Est le autem hunc huius verbi legitimum sensum osten[dit] applicata similitudo hæc; quam latius [mo]x explicabimus: quemadmodum mulier hæc detenta est in domo Prophetæ, semota à viro suo, & ab aliis suis amatoribus plebs Israelitica in captiuitatem ducta multos ibi annos consi[dere], sine rege, aut principe, & sine cultu Dei, & sine Republica: quamuis postea reuerteretur ad Deum virum suum. Sed videamus quo precio hanc mulierem sibi mancipauerit Hoseas.

Verbi Hebræi significatio.

Ratio vsus verbi *fodi*

Consuetudo perforandi aures mancipiorum

Adultera mancipium [fa]cta Prophetæ.

Sensus verus.

6 *Quindecim argenteis.*] In Hebræo ponitur, *quindecim argentei*, & subintelligi, *siclos*, ostendit, quod Vulgatus, & ceteri interpretes, aliquando, *argenteos*, aliquando *argenteos siclos* ... 37. 28. Ioseph dixit venditum ..., vbi Chaldæus expressit, *viginti siclis argenti*. ... Reg. 18. 11. pro, *& dedissem tibi decem argenti*, Vulgatus addit, *siclos*, & quod dicitur 3. Reg. 10. versic. 29. & 2. Paral. 1. ... *educebatur quadriga ex Ægypto sexcentis argenti*, Vulgatus in priori loco dixit, *sexcentis argenti siclis*, in posteriori, *sexcentis argenteis*. Idem est ergo dicere, *quindecim argenteis*, ac *quindecim siclis argenti*. *Siclus* autem, siue *stater* pendit drachmas quatuor, auctore Iosepho lib. 3. Antiquit. cap. 12. & Hieronymo in lib. de Traditio. ad cap. 24. Genes. & in 4. Ezech. vbi, *Qui panes*, inquit, *habent vicenos siclos, id est, stateres; siclus autem, id est stater, habet drachmas quatuor: drachmæ autem octo Latinam vnciam faciunt*. Atque ita siclus semuncia est. Cum autem drachma tres solidos Turonenses, & semis valeat, auctore Budæo lib. 5 de Asse. Solidus autem Turonensis valeat, quantum quarta pars regalis Castellani, quam vocamus, *quartillo*, nam quatuor eiusmodi solidi faciunt integrum regale. Ergo quatuor drachmæ valent duodecim solidus, seu quartillos; qui faciunt tria regalia Hispanica. Aut si alia ratione supputes: *siclus* quatuor drachmas habet, & obolus Hebraicus 20. Exodi 30. Drachma habet quinque obolos Hebraicos, sex autem Atticos, seu Latinos ex Plutarcho in Lysandro, & Plinio lib. 21. cap. vlt. ... Obolus nostris aurificibus dicitur *Tomin*. At obolus Atticus, vt notat Couar. de [veter]um Numismatum cap. 2. numer. 8. sex valet ... marauedinos. Si ergo siclus habet 20. obolos Hebraicos, & Atticus 24. & singuli Attici valent sex marauedinos, & drachma valet, sex obolos Atticos: ergo valet 36. marauedinos Hispanos; Atque adeo *siclus*, qui continet quatuor drachmas, valebit 144. marauedinos & efficiet quatuor integros regales argenteos Hispanicos, & vlterius octo marauedinos. Ideo Montanus lib. de Mensuris, *siclum* eiusdem fere ponderis esse dicit cum quatuor nummis regalibus Hispanis, & quatuor Iuliis Romanis. Conducta est igitur mulier illa à Propheta *quindecim siclis* argenteis, hoc est, regalibus Hispanis fere sexaginta.

Sicli, seu stateris mensura Iosephus ...

Sicut ... numera.

... Plinius.

Siclus pendit quatuor regales Hispanos.

Quindecim sicli faciunt 60 regales. Precium quo Iosias conduxit adulteram

Coro hordei.] Dixit pro Hebræo חמר *chomer*, quod Septuaginta vertunt *Gomer hordei*, diuerso nomine ab altero עמר *vahomer*, quod diuersam mensuram significat. *Chomer* ergo, seu *corus* decem Ephi, seu Batos continet, vt legitur Ezech. 45. 11. & quinque medimnos Atticos, hoc est modios triginta: vt Vulgatus vertit Leuit. 27. 16. Isa. 5. 10. & Hieronymus ita sentit ad 45. Ezech. & in Commentariis Isaiæ. & Epiphanius lib. de mensuris, Corum ait, continere modios 30. esseque Carmeli onus. Modius autem cum fere duos capiat modios Hispanos, quos *Celemines* dicimus: Corus continebat sexaginta *Celemines*. Putant quidam *Chomer* sumi pro parte terræ, quæ seminari potest, illa hordei quantitate, vt *iugerum*, quod arari potest per diem iugali boum. Addit, ולתך שע רים *velethech sheorim*, quod Septuaginta vertunt, *nebel vini*, seu *lagenam vini*, vt habet Theophylactus. Sed omnes interpretes Græci vertunt ἡμίκορον, & Latini *medium partem coris hordeorum*. Epiphanius quoq; lib. illo, *letech* dimidium cori ait esse, & modios 15. capere, quantum iuuenis leuare, & asino potest imponere: Hoc est, nostros celemines triginta. Dedit ergo Huseas pro

Coni mensura.

Hieron. Epiphan.

Letech.

60. argenteorum.

condu-

modii.

co[illegible] argenteos Hi- A
[illegible] corde leu Hispa-
[illegible] H[illegible], aut pensum ad.
[illegible] gnatum [illegible] ac e-
[illegible] us.

[illegible] di[illegible] fit [illegible] tradere significatum huius p[illegible] Pr[illegible] interpretum di-[illegible] à femuitem dissidentium ostendit; q[illegible] pluri[illegible] necessum est rem ip[illegible] videatur, subiiciemus. [illegible] quid [illegible] bus plures ad exitum de Æ[illegible] quoq; qui vt itq; testi-mento [illegible].

Primo igitur Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, ad exitum ref[illegible] to, licet in quibus dissideant. P[illegible] *quindecim argenteis*, intelligunt decima-[illegible] die N[illegible] educt[illegible] coemptos primo-genitos, & [illegible] redimi [illegible]. Albertus [illegible], quæ intra dies quindecim [illegible] Synago-ga, vt [illegible] Alii quinque libros legis cum dece[illegible] præcep[illegible] *quadrag. nta quinque* *ve-ru modii hordei*, intelligunt 45. dies, quibus per-[illegible] ad Montem Sina, vbi legem accepe-runt, in qua præ[illegible] manipulum de fru-gibus hordeaceis [illegible] Chaldæus. Vel quia nunquam ad [illegible] obo non hominum, sed iumentorum. V[illegible] vt taceamus non satis apte applicari [illegible] primo enim nisi quinque siclis redimerentur; neque lata sit lex [illegible] die 5 ab exitu: Tum etiam plagas, si cre-dimus [illegible] minori Chronologia, con-[illegible] per dimidium mensem, si veritati autem, quam colligit noster Pererius in cap. 7. Exodi, Disput. [illegible] 69. per viginti septem dies, quid conue-nit [illegible] conductionis adulteræ, quod [illegible] signum est, tam longe remota dedu-ce[illegible] futuris declarare?

S[illegible], V[illegible], Robertus, & Isidorus pu-tan[illegible] significari omnem dotem, quam ded[illegible] Synagogæ, cum eam sibi in Ægypto [illegible] dedit enim illi & in argento, [illegible] ab Æ[illegible] abstulerunt, & in hordeo, id [illegible] quæcumque illis erant necessaria [illegible] bus omnia beneficia tempo-[illegible] spirituali [illegible] intelligit. Certus au-[illegible] sumptus est, vt [illegible] to, quod [illegible] pro abiecta, & [illegible] impuni. At noui [illegible] inquirimus, & quod futurum [illegible].

[illegible] 15. *argenteis*, vt Theophy-[illegible] que libros M[illegible] cumde-[illegible] em veterem, quæ [illegible] per dimidium [illegible] ngelii apparuit [illegible].

[illegible] Lyra autem [illegible] decimo intelli-[illegible] Da-[illegible] numerantur, vt norat [illegible] Gal[illegible], 15. modis per-[illegible] Christi [illegible] Ochozia, Ioach z, [illegible] Ac[illegible].

Quinto, Ambrosius epistola 59 Cyrillus, & veteres alii, vt asserit Hieronymus, condu[illegible] explicant Synagogam [illegible] veteris, & noui testamenti: veteris in [illegible] propter Sabbatum: no-[illegible] in octo, propter octauam resurrectionis, in coro, & dimidio coro: quia plenitudo Euangelii est, semplenitudo in lege, dicente Christo, *non ve-ni soluere, sed adimplere*. Reiicit eos Hieronymus, quia non possunt ex[illegible] licare quomodo hæc mu-lier, quæ hordeo pascitur, vtrumq; testamentum significet.

Intelligentia.

Sexto, Rupertus de Synagoga explicat, de qua Christus natus est, q[illegible] ad numerum p[illegible] fectum binarii non peruenit, qui nec filius est ad con-B iugium; nam dixit Deus, *erunt duo* [illegible] *carne vna*; Gen. 2. 24. Nec enim virgo est, quæ hic a oltera vocatur, nec coniux esse meretur; quia sine viro est, cum filium retrect[illegible], patrem non habeat; id-eo numero pari, 20. argenteorum, ac duorum corum, qui perfectus est, non conducitur, sed imperfecto, & impari. Hordeum autem significa-re at, quod Iudæi licet habeant verba Dei, quæ sunt argentum igne examinatum, pascuntur ta-men hordeo occid[illegible] litteræ, non frumento spiritus.

6. Intelligentia.

Septimo, decimo quinto numero intelligit Montanus Prophetas qui populo Israelitico sunt locuti, videlicet Dauidem, & quatuor Prophetas maiores, & decem minores, præter Ionam, & Na-C hū, qui gentibus prædicauerunt: nā per hos Deus populum Israel instruxit, ac conduxit ad spem suæ conuersionis, & quia *chomer*, quod est corus, cumulum significat, *lagbor* autem, quod est hor-deum turbinem, seu tempestatem, & quamcum-que maximam tempestatem; corus hordei cum dimidio significat certum numerum calamita-tum, quibus ille populus erat subiiciendus. Hæ autem sunt in 26. Deuteronomii nonaginta octo, & in 26. Leuitici, quadraginta quinque, quæ di-midium *chomer* absoluunt: quas omnes calamita-tes hauriendas populo ostendit Vates, antequam his, in quibus modo sunt, miseriis se liberent. At si tantum nominum significati rationem habe[illegible]; & non mensuræ, inexplicatum relinquit quid no-D tent 45. modii hordei.

7 Intelligentia.

Octauo, cum prædictis expositionibus non videatur plene satisfactum sensui Prophetæ, neq; in illis meus cuiusquam conquiescat, sciendum est, hoc precium designatum esse à Propheta se-minæ illi in annum, vt haberet ad victum neces-saria. Nam, vt constat ex communi gentium pla-cito, cibi diurni designatur mensura frumenti, aut hordei ab Hispanis quidem modii seu *Celemin* quadrans circiter; à Romanis Modii octaua pars, hoc est, sextarii duo: à Græcis Chænix; vnde pro-uerbium; *super chænicem ne sedeas*, in eos dictum, qui in diem viuunt, nulla cura futuri: ab Hebræis *loghim* duo hoc est sextarii. Nam Leuit. 14. vers. 10. E & 12 *log. sextarium* Vulgatus reddid[illegible], ita sit vt ea-dem mensura sit. Chænix pendit 4[illegible] vncias: sex-tarii Rom. duo itidem 40. vncias. *Loghim* [illegible] si-militer 40. vncias. Nam quamuis *Ghomer* diurnus cibus homini designetur à Deo Exod. [illegible] 16. vbi Manna *Ghomer* colligi per singula capita præ-cipitur; hoc est, dimidium *celemin* nostri, cum decima eiusdem [illegible] duplum quam nos designa-[illegible] etimus [illegible] siquidem duos *loghim* dennumus;

8. Intelligentia.

Precium in annum de-finitum.

Ghomer

Ghomer autem quatuor continet, & paulo plus: sed *Ghomer* Mannæ, erat cibi leuissimi, & abundanter pro filiis, non pro seruis, quibus quod diximus præcise designatur.

Demensum in mensem serui.

Demensum dabarur seruis in mensem; à Romanis quidē, modii quatuor, continētes sextarios 64. ab Hispanis modii octo, seu *Celemines* qui continent quadrantes 32. à Græcis *Chænices* 32. ab Hebræis sata quatuor, hoc est, *Loghim* 64. Atque adeo ad annuum victum designabantur à Græcis medimni octo, Romanos modios 48. continentes, fanecæ ab Hispanis octo capientes celeminos 96 hoc est, 384. quadrātes.

Annui victus quantitas.

Ab Hebræis demum Corus cum dimidio, & Ephi, hoc est, modii Romani 48. & Celemini Hispani 96. siquidem Corus 30. modios habet, & celeminos 60. & modii 15. celemini 30. faciunt dimidium cori; cum Ephi tres modios capiente, id est, celemines sex.

Cori quantitas.

Corus ergo habet Medimnos Atticos quinque, modios Romanos 30. Celeminos Hispanos 60. Ephi 10. Sextarios 480. seu *loghim* 480. quibus si addas medium corum cum Ephi, id est, Medimnos tres, modios Romanos 18. Celeminos Hispanos 36. *loghim* seu sextarios 288. Inuenies integros Medimnos 8. modios Romanos 48. Celeminos Hispanos 96. *loghim* seu sextarios 768. alias 730. pro 365. diebus, duplicatos. Et hæ quidem mensuræ pares erant, non tamen omnino, sed pro regionibus aliquantulum inter se discrepabant, dabanturque ad victum annuum, aut menstruum, seruis, seu militibus: nam super Terentium in Phormione, Donatus ait, serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, hoc est, sextarios sexaginta quatuor.

Donatus.

Fuit autem olim non infrequens hordei vsus in cibis.

Hordei vsus priscus. Plinius. Menander

Nam auctore Plinio lib. 18. c. 7. antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, apparet, & gladiatorum cognomine, qui *hordearii* vocabantur. Et Romanos quidem olim non pane, sed pulte victitasse, quæ ex aqua frumenti, & fabarum, aut hordei farina fiebat, & in sacris Deorum adhibebant auctor est Plini. lib. 18. c. 8. sed & Græci pro farre, hordei primitias, placentasque ex hordeo Diis offerebant, hordeumque sale conspersum aris infundi satius ducebant, vt colligitur ex Plutarcho Problem. c. 119.

Plutarchus.

Sed & Hebræis huius vsus panis frequens fuit, siquidem 4. Reg. 4. 42. videmus Elisæo oblatos 20. panes hordeaceos cum piscibus. Solebat autem ignominiæ causa frumentum in hordeum commutari, nam & adultera, quando arguitur de peccato adulterii, decimam partem *Ephi*, id est, *Ghomer* accipit farinæ hordeaceę Num. 5. 15. vt notat hic Hieronymus.

Frumentum in hordeum mutatum.

Ignauis quoque militib. pro tritico hordei demensum commutabatur, vt notant Polybius lib. 6. de Castrametat. Rom. & Vegetius lib. 1. rei milit. c. 13.

Polybius. Vegetius. Sensus Prophetæ.

Hoseas igitur mulierem adulteram comparauit sibi, hordei coro cum dimidio dato, quod ad victum ancillæ in annum satis est; & ad reliqua, sexaginta argenteos adiecit, dum ei subiecta, eius esset seruitio mancipata. Significans seruituti captiuitatis alienorum dominorum subiiciendam esse plebem Israeliticam inter gentes, à Deo suo, & ab idolis separatam: non omnino tamen derelictam à Deo, siquidem, vti mancipio necessaria ministrantur à Domino, quæ victui eius præcise sufficiant: ita Deus in seruitute positæ de-

A necessarius prouidit, quia, vt, ait Paulus ad Rom. 11. *non repulit Deus plebem suam quam præsciuit*, sed expectat, donec in fine, *omnis Israel saluus fiat*.

7 *Dies multos.*] Quid esset mulier seruatura dum ageret apud Proph. eum, his verbis declarat ex Hebræo versis. *Multos dies sedebis mihi non fornicaberis, & non eris viro: & etiam ego ad te.*

Quatuor pacta esse apud se Propheta.

Quatuor illi proponit seruanda, primum: *Multos dies sedebis mihi*, ita Septuaginta, Vatab. Isidorus, & Montanus transferunt, & Isidorus quidem, ac Robertus explicant cum Vatablo; *multos dies in luctu sedebis quasi vidua.*

1. Conditio.

Alii transferunt, *sedebis apud me*, pro *manebis*, aut *moraberis*, vt vertit Pagninus; *& hospitio*

B *meo potieris, & apud me habitabis*, vt exponunt Theodoretus, & Theophylactus. Vulgatus dixit, *Multos dies expectabis me*, ad signi explanationem respiciens, quia multo tempore expectatura erat virum suum, vt indicant Hieronymus, Haymo, Albertus, & ceteri.

2. Conditio.

Secunda pactionum est, *non fornicaberis*, hoc est, nulli amatorum te prostitues; non quæres aliam à me societatem, siquidē propterea conduxi te & domum induxi, ne adulteris te traderes vlterius; sic omnes intelligūt.

3. Conditio.

Tertium addit: *& non eris viro*. Septuaginta; Vatab. & Pagninus adiiciunt, *alteri*, hoc est, nullum alium virum habebis, quia mihi integram te seruabis, sic Græci expositores, nam hac phrasi Scriptura significat *nubere* vt Leuit. 21. 3. *& sororem virginem, quæ*

C *non est nupta viro*: Hebraice *quæ non fuerit viro*. Leuit. 22. 12. *Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit.* Hebr. *Si fuerit viro extraneo*. Paulus ad Rom. 7. *adultera vocabitur, si fuerit alii viro*, & iterum, *viro alii, vt sitis vos alterius viro, illi qui ex mortuis resurrexit.* Sic modo; non nubes viro, ergo libera erat, sed scortum. Hieronymus tamen, Haymo, Albertus, & alii exponunt; *& non eris viro mihi*, à quo conducta es, quia neque mihi coniungeris tanquam viro.

Verior sensus.

Verius tamen puto, *non eris viro* subintelligi, *tuo*, à quo es separata. Nam initio Hoseas elegit hanc mulierem, & in suum hospitium recepit, vt ibi maneret, derelicto amico viro, & adultero: itaque Hoseas neque munere fungitur viri, cui mulier illa erat legitime coniuncta: neque mæchi, sed

D hospitis, & custodis, qui domi suæ retinebat ne adulteraretur, & ne viro suo potiretur. Probat hunc sensum; quod expositores per *virum* intelligunt Deum, per *amatores*, idola; At Hoseas in hoc symbolo neque Deum refert, neque idola, sed Assyrium, in suam regionem, quasi in hospitium, plebem Israeliticam, detrudentem, vt mox dicemus.

4. Conditio.

Quartum subiicit, *Et ego etiam ad te*. Septuaginta legunt, *& ego apud te*, vt habent codices Complutensis, Regius. & Vaticanus, & Tigurina vel, *& ego tibi*, vt habet Hieronymus, vel, *& ego tecum*, vt Theophylactus.

Lectionis varietas.

Hoc est, ego tamen semper tibi adero, nunquam te omnino deseram; ad te ego respiciam custodiendam, vt tandem te liberem; vel ego quoque misertus sum vestri,

E ait Chald. vel & ego dimittam te, vt vir solet dimittere vxorem adulteram, sic Vatab. & Rober. recētiores interpretes verbis Hebræis, *& etiam ego ad te*, per zeugma præfigunt negatiuum præcedētem; *Non fornicaberis, & non eris viro; nec etiam ego ad te*, [*ingrediar veniam*, aut *accedam*,] vt supplent. Vatablus, Pagninus, Montanus, & Isidorus, hoc est, nec ego quoque tecum fungar viri officio, nec

te con-

...hor quasi maritus. Vulgatus legit affirman... *etiam ego ad te* (*ventam*,) vel *expectabo te*, ad ... ar... respiciens non tem ... num ... *expectabo te*, v. tu sine me sedeas me expectans; ... omnis Israel Iudas fiet, vt int... ... s. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, &c ... vel, *& ego expectabo te*, viri munere ... te tamen non sum ... sed custodis, & tandem tui miserebor, vt dixit Chaldæus, ... d te reuertar, cum tu reuerteris ad me. Hæ p... ctiones constabunt magis ex applicatione symboli.

8 *Quia dies multos*] Hebr. *quia multos dies sedebunt, in mœrore, & luctu quasi vidua filii Israel.* Iam symbolum proximum explicat. Sed videndum est de quo tempore loquatur? Hebræi, vt ait Hieronymus, Theodoretus, Theophylact. s, Albertus, & H... go, ... unt ad tempus captiuitatis vsque ad reditum e Babylone, & illi quidem de tempore explicant captiuitatis decem tribuum, vsque ad reditum e Babylone, quando cum duabus tribubus liberæ redierunt: Hi autem videntur de duabus tantum tribubus loqui, quæ redierunt, a ... captiuitate ... s. Verum huic aduersatur quod eo tempore habuerunt principem Salathielem patrem Zorobabelis, habuerunt & iudices, qui damnarunt Susannam, ... Rupertus, & altare Ierosolymis, vt constat ex Baruch ; & sacerdotes, quos mittebant Ierosolymam, & Prophetas ; & Deum ipsum magna ex parte colebant.

David Kimhi, & Isidorus putant esse sermonem de te ... pore medio à secundo templo vsque ad templ ... Herodis, seu vsque ad Christum; quo filii Israel sederunt absque legitimo rege; siquidem parebant alienigenis; & Machabæi non erant ex tribu Iuda, & familia Dauid ; & Herodes ex... neus erat. In re sacerdotio, quia venale erat: non habuerunt aras idolorum, nec imagines, quas consultarent. Sed falsa est hæc expositio, cum illo tempore, & duces fuisse Iudæis & sacerdotes, templum quoque, & cultum Dei legitimum nouerimus.

Tertio, Hieronymus, Iulianus lib. 1. contra Iudæos. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. & Montanus, de hoc tempore ea ... sicaut, in quo ab aduentu Christi sine vlla forma Reipublicæ vagantur. Sed quia Propheta hæc De... ... loco tus est, ad sui temporis flagitia ponenda: quæ vero mundo Iudæi patiuntur pro Christi nece ... ; ideo verius mihi videtur cum Cha... eo Theodoreto, & Theophylacto loqui Prophetam de decem tribubus, quas vocat filios Israel, & de perpetua earum captiuitate, non tantum vsque ad reditum e Babylone, vt illi putauerunt, sed vsque ad ... nem mundi durantem. Siquidem ... tum est decem tribus nunquam redisse, sed adhuc in sua durate captiuitate, nam illa cœpta per Assyrios continuata est per Romanos; quamuis pauci aliqui liberi redierint cum Iudæis ... captiuitate Babylonica. His ergo comminatur perpetuam multorum annorum vsque ad finem mundi à sexto anno Ezechiæ captiuitatem; in qua nec habuerunt, nec habent vllam formam Reipublicæ, nec vllam rationem diuini cultus; sed va... seruiunt alienis dominis. Quamuis autem ab ... duentu Christi par sit Iudæis vitæ ratio cum Israelis; at Propheta de his loquitur, & calamitates eorum prædicit, licet alias communes cum Iudæis, quia cum Israelitis illi tantum sermo erat. Ex his autem, quæ hactenus intelligemus integram rationem similitudinis, & signi cum significato.

Et primum, hoc quod dicit, *Quia sedebunt multos dies filii Israel*, apud exteras gentes, respondet illi dicto Prophetæ ; *multos dies sedebis mihi.* Nam sic ut mulier illa adultera sedit multus dies, vti vidua, in domo Prophetæ ; ... nec vir ... erat, neque amator ; sed quasi do... ... ministrans illi vi... ... necessaria : Ita plebs Israelitica consedit in luctu viduali in domibus alienorum, nempe apud gentes exteras captiua, à quibus tanquam mancipium quoddam prospeci... cum a... m putat, si dependium victui, vestituique necessarium acciperet. Ex quo constat hoc loco Prophetam non gerere personam Dei, sed captiuantium Israelem.

Sine rege.] Christo, qui rex à Deo constitutus est, vt exponunt, Hieronymus Haymo, Hugo, & Dionysius; qui tantum loqui putant de tempore post aduentum Christi. Theodoretus tamen, Theophylactus, Albertus, Lyra, Dionysius, Montanus, Isidorus, & Robertus de rege ex gente sua intelligunt, qui a nullum ... habuerunt, a quo gubernarentur, siquidem regibus, & principibus alienigenis parent. Quod si de Iudæis tantum accipiatur, vt nonnulli ex his auctoribus arbitrantur, à tempore aduentus Christi, verum est, tantem de Israelitis, vt cum Chaldæo, Theodoreto, & Theophylacto accipi debere proximus ; à tempore captiuitatis decem tribuum est hoc intelligendum : à quo tempore nullum regem, aut principem habuerunt vnquam, neque vllam regni pristini formam : siquidem, vt diximus, semper sunt, vt fuerunt, in captiuitate. de huiusmodi tempore Azarias videtur prophetasse 2. Paral. 15. 3 *Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore & absque lege.* 9

Sine sacrificio.] Quia nullum habuere sacrificium, cum extra Ierusalem sacrificare Iudæis non licuerit, vt constat Deuteronomion 12. non tantum post aduentum CHRISTI, vt volunt Hieronymus, Haymo, Albertus, & multi alii ; sed etiam à tempore captiuitatis decem tribuum. 10

Sine altari.] Ita legunt Septuaginta, Hieronymus, Theodoretus, & Isidorus ; & omnes intelligunt altare, in quo sacrificare possent, deficiente enim templo & altare deficisse necesse est ; cum tempore captiuitatis Babylonicæ Ierosolymis non fuerit, vt diximus Baruch 1. numer. 7. quare de Israele accipiendum est : & commagis altare sit ad sacrificandum idolis erectum. Porro nomen Hebræum מצבה *matzebah* statuam significat, & ita solet vertere Vulgatus 4 Reg. 10 26. *& protulerunt statuam de fano Baal.* 4. Reg. 17. 10. *feceruntque sibi statuas, & lucos.* Ierem. 43. 13. *& conteret statuas domus Solis*, & millies alias. Chaldæus quoque sic ait hoc loco. *Neque erit in Samaria excelsum. Ac sine statua*, hic transferunt recentiores omnes, Tigurina, Pagninus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus, nempe idolo ... quia dum captiuitatis flagello plectebantur, non colebant idola ; vt ante captiuitatem, dum in Samaria, & in omni Israel

Expositio.

Incipere ... Iudæis captiuitate.

Expositio.

Expositio.

Expositio vera.

Similitudinis accommodatio.

Captiuitas Israelis durat vsque ad finem mundi.

Extra Ierusalem nullum sacrificium.

Hebræum nomen statuam significat.

Nulla statua fuit Israeli captiuo.

Isra. lerigebantur diuersæ statuæ. Vnde nomen illud, quia proprie significat quicquid memoriæ causa, aut significandi erigitur, aut statuitur, pro ara erecta, ad cultum idolorum, accipi potest, quamuis nusquam, aut raro alias pro hoc significato ponatur.

11 *Siue Ephod.*] Metonymicōs pro sacerdotio accepit præcipuum sacerdotum ornamentum, vt Lxx. acceperunt, & Hieronymus in Epistola 130. ad Marcellam, & hic Theodoretus, Theophylactus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius. Verius tamen videtur quod Montanus, & Robertus asserunt; Ephod totam proposuisse Prophetam, vt grauiorem faceret comminationem, dum dicebat, admirandum illud discendi futura ostentum, ac signum, fuisse illis auferendum, quod eis grauissimum erat, & ita acceperunt Lxx. & Aquila, dum nomen sequens, *Teraphim*, verterunt illi *manifestationes*, hic autem *illuminationes*; quasi quid spectans ad Ephod quo remoto, vt intelligunt Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus, remota, vtabantur diuina signa, per quæ futura cognoscebantur. Atque ita dicit modo: non auferendos sacerdotes, sed præcipuum illum vsum sacerdotum summorum, quo futura prædicebant; nam ablato sacrificio vsus aliorum sacerdotum omnino auferebatur. Erat autem Ephod, auctore Iosepho lib. 3. Antiq. capit. 11. superhumerale sine manicis totum pectus complectens sacerdotis: cuius in medio erat locus magnitudine palmi ad inserendum λόγιον seu rationale: in quo erant duodecim lapides continentes duodecim nomina tribuum Israel, & in medio Hurim, & Thummim; quorum conspectu sacerdotes occulta intelligebant, dum plus solito radiarent: de quo genere præcognoscendi futura quoniam latissime diximus in libro tertio, de Vaticinio, sanctorum patrum adductis, & explicatis sententiis, hic plura dicere supersedemus.

Ephod pro sacerdotio capitur.

Ephod signum futura prædicendi.

Iosephus. Ephod quid.

12 *Siue Teraphim.*] Difficile inuenitur quid hoc nomine significetur. Nam in primis Septuaginta & Aquila, dum vertunt Græce, illi, δήλωσις *manifestationes*, hic autem φωτισμοὺς *illuminationes*: ostendunt *Teraphim* significare duos illos lapides, quos diximus fuisse in rationali sacerdotis, dictos *Hurim* & *Thummim*, per quos prædicebantur futura: vt intelligunt Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus. Nam illa duo nomina Hebræa, quæ Vulgatus, ac Hieronymus solent vertere, *doctrinam*, & *veritatem*, illi eo modo, quo diximus, & ipsi verterunt. Itaque *Teraphim* genus ostenti esse putarunt, quo futura ostendebantur, & prænoscebantur; & hoc auferendum Israelitis: vt exponunt Cyrillus, Theodoretus, & Theophylactus.

1. Expositio.

Teraphim ostentum futurorum.

Hieronymus *Teraphim* proprie dicit significare μορφώματα, id est, figuras, & imagines seu simulacra, quæ nos, inquit, possumus in præsenti duntaxat loco, *Cherubim*, & *Seraphim*, siue alia, quæ in templi ornamentis iussa sunt fieri, dicere. Cum Hieronymo sentiunt Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius. Putauit certe Hieronymus hoc loco duntaxat illa significare, quod arbitraretur sermonem esse de templo, & vero Dei cultu; at in aliis locis idola significare.

2. Expositio Ornamenta templi.

Genebrardus in Notis Chronicis ætate sexta per *Teraphim* intelligit sacras imagines, quibus priuandæ huc loco dicuntur decem tribus, cum per Assyrios captiuæ ducerentur. Nam ex hoc loco, vt indicat Abenezra in Decalogo, ... cum ceteris veteribus Hebræorum magistris colligit, sacrarum imaginum vsum non fuisse Iudæis prohibitum, sed profanarum, & idololatricarum duntaxat: ideoque Aquila, & Theodotion, vt notat Hieronymus in Epistol. 130. ad Marcellam μορφώματα, id est, *imagines*, aut *figuras* nomen illud transtulerunt.

Expositio.

...de sacra imag... ... tibus.

Imaginum ... non ... ... Iudæ... Hieron.

Quarto, sunt qui idola velint significare nomen *Teraphim*, seu gentium simulacra quia ita hoc nomen frequenter transfert Vulgatus, vt Gen. 31. 19. *Rachel furata est idola patris sui.* Iudic. 17. & 18. de Micha dicitur, tulisse Ephod, & idola. Ezechiel. 21. & Zachar. 10. Atque ita sentit Hieronymus in Traditionibus in capite trigesimo primo Genes. vbi dicit, vbi nunc *idola* legimus, in Hebræo *Teraphim* scriptum est quæ Aquila μορφώματα, id est, *figuras*, vel *imagines* interpretatur. Hoc autem ideo, vt sciamus quid in Iudicum libro *Teraphim* sonet.

4 Expositio.

Quinto, nihilominus verior videtur sententia Hebræorum, quam sequuntur Lyra, Vatablus, Pagninus, Isidorus, Montanus, & Robertus. *Teraphim* esse simulacra hominum, quæ responsum dabant, & in domibus etiam habebantur instar larium, aut Penatum, quæ certis horis erecta sub certa constellatione responsum ederent, quod influentiarum cœlestium capaces essent. Nam imagines fuisse, seu simulacra ex dictis constat, & nemo est qui dubitet: at quod consulta responsa darent, ostenditur ex Ezechiel. 21. 21. vbi de rege Babylonis dicitur, *quod interrogauit Teraphim, exta consuluit.* & Zachar. 10. 2. *Quia Teraphim locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium.* & Chaldæus hic vertit. *Nec Ephod, nec qui responsum reddat.* & veteres illi interpretes cum explanatoribus eorum, quos in prima sententia attulimus, ita sentiunt. Vnde videtur sermo esse Prophetæ de his omnibus, quæ ad falsum idolorum cultum pertinebant, & quæ Israelitis erant in admiratione; non ad verum, nempe de sacrificio Idolis facto, de statuis, de Ephod, quo etiam ipsi idololatræ vtebantur ad æmulationem verorum sacerdotum, siquidem Iudic. 17. & 18. Michæ sacerdos Ephod habebat, & Teraphim: & de imaginibus, quæ interrogantibus respondebant. Nam tempore captiuitatis nihil horum habebant Iudæi, vnde neque Deum verum colebant cultu illo publico, quo colere solebant dum erant sub rege, neque Deos falsos, sed in angustia erant.

5 Expositio ... vera d... simulacra ... responsa dan... tibus.

Sermo prophetæ de cultu falsi cultus idolorum.

Verum id tandem certius loqui Prophetam de *Hurim*, & *Thummim*, quæ erant duo simulacra paruula, dicta propterea *Teraphim*, quia ex Ephod responsa dabant, iuxta Græcos patres, vt notanimus in Isagoge de Vaticinio libri tertii capitis tertii, nam verum cultum Israeli defuturum minatur.

13 *Post hæc.*] Theodoretus, Ruffinus, & Theophylactus complures tam putant hanc prophetiam ad finem captiuitatis Babylonicæ, quando pœnitentia ducti filii Israel vna cum Iudæis reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & ad Zorobabel filium Dauid ducem suum, & pauebunt præ multis signis bonitatis diuinæ in eos exercitæ fine

1. Expo... de re... Babylo...

1. Expositio de conuersione in fine mundi.

captiuitatis. Sed omnes alii fere interpretes, Hieron. Cyrillus, Augustinus, 18. de Ciuit. Dei cap. 18. Iulianus lib. 1. contra Iudæos, Haymo, Albertus, Hugo Lyra, Dionysius, Vat. Montan. & Robertus de extremo tempore intelligunt; quando per Eliam & Enoch conuertentur, *& omnis Israel saluus fiet, postquam intrauerit gentium plenitudo*; vt dicitur ad Rom. 11. 25. quia enim conueniunt hi patres, in verbis præcedentibus depingi statum Iudæorum a priori aduentu Christi, in quo neque gaudent forma Reipublicæ Ecclesiasticæ, neque secularis vsq; ad posteriorem, affirmant in extremo illo tempore futuram hanc Iudæorum reuersionem. At licet hæc omnia vere contigerint Iudæis, & vsq; ad mundi finem contingent: rei qua de agitur conformius est accipere sermonē Prophetæ de decem tribubus, cum Theodoreto, & Theophyl. & de tempore a sua captiuitate vsq; ad priorem aduentum Christi cum Isidoro, & aliis.

Ex[...] ad [...]um.

Ratio.

Et ratio huius intelligentiæ est; quia Propheta hoc supplicium comminatur propter idololatriæ adulterium, scilicet quod essent longo tempore futuri sine rege, & principe, & sine cultu eo, quo gaudebāt & irritabant Deum suū. At hunc statū non duæ tribus, sed decem tantū habuerunt à tēpore suæ captiuitatis, siquidem in 1. c. promittit Deus se misereturum Iuda, at nequaquam Israel, nempe, vt pristino suo statui restitueretur. At nihilominus nō repulit Israel Deus, ne admitteretur à Christo, & ita modo dicit, *reuersurum ad Dominum Deum suum, & ad Dauid regem suum*. Nempe ad Christum, vt omnes intelligunt: nam ita solent eum vocare Prophetæ. Status autem Iudæorum huius temporis opprimit Iudæos non propter idolatriam, sed propter Christi necem: ac propterea non videtur [de h]oc tempore loqui Propheta, sed de illo præcedente.

Israel puniitur ob idololatriam.

Iudæi opprimuntur [ob] Christi necem.

24 *Quærent.*] Israelitæ pressi longa multorum annorum captiuitate, recte Chaldæus hæc sic exponit: Postea pœnitentia ducentur filii Israel, & quærent cultum Domini Dei sui, & obedient Christo filio Dauid regi suo, & studebūt cultui Domini, & multiplicabitur bonitas eius, quæ addētura est eis In fine dierum. *Dominum Deum suum.* Deum patrē Christi intelligunt Haymo, Montanus, & nōnulli alii: vel vniuersi requirent Iehouah Deum suum, & non falsos Deos: Et *Dauid regem suum*, Christum Dei filium, qui natus est rex Iudæorum, vt intelligunt Chaldæus, Chrysostomus sermo. 2. in Psal. 40. Hieron. Haymo. Albertus, Hugo, Dionysius, Vatab. Montanus, Isidorus, & Robertus. ita enim solet appellari Christus nomine patronimico, vt Ierem. 30. *seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo*. Ezech. 34. *Ego Dominus ero eis in Deum, & Dauid seruus meus princeps in medio eorum.*

Conuersio Israel [ad] Christum.

Christus Dauid vocatur.

15 *Et pauebunt ad Dominum & ad bonum eius.*] Iudæi templum post reditum è Babylone erectum volunt intelligi per bonum eius, nimis demisse. Albertus, & Lyra intelligunt diuinam bonitatem, quam experti sunt egressi tenebras, & admissi in admirabile lumen suum; admirabuntur enim, & obstupescent ob tantam Dei erga ipsos præstitam bonitatem, in beneficiis largissime conferendis ostensam; nouitate etiam vitæ Euangelicæ perculsi. Hieron. Albertus quoque, Hugo, Isidorus, & Robertus intelligunt bonum filium patris Iesum, Christum, per quem omnia nobis bona donauit. Haymo, Albertus, & Montan. Spiritum sanctum, qui confert munera, & dona largitur. Sunt qui per bonum eius intelligant Eucharistiam, iuxta illud Zach. 9. 17 *Quid est bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* nam quemadmodum in Assueri conuiuio eius magnificentia, ac bonitatis diuitiæ ostensæ sunt; ita Dei potentia, opes, magnificentia, & summa bonitas in hoc Eucharistiæ conuiuio ostenditur, in quo recolitur memoria passionis Christi; mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Existimo per bonum eius significari Dei bonitatem omnia prædicta nobis dantem: nam respicientes ad tot, ac tanta dona, & beneficia, tam liberaliter collata prorumpent in ingentem admirationem, & stuporem ob Dei infinitam bonitatem, ex qua tanquam ex fonte illa omnia manarunt. Sic quoque intellexit Chaldæus, Albertus. Dionysius, & alii hunc sensum indicarunt.

Per bonum quid significetur.

De Eucharistia.

Verior intelligentia.

In nouissimo dierum.] Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. Montanus, & Robertus, de extremo tempore explicant, quo per Eliam, & Enoch Israelitæ sunt conuertendi; sed faciunt iuxta suam intelligentiam. Nam alii intelligunt de tempore libertatis è Babylone. Alii de tēpore prioris aduentus Christi, vt Isidorus, quod est frequentius in Scriptura, quia tempus Messiæ dicitur nouissimum, quod hæc sit postrema ætas, vt 1. Ioan. 1. dicitur. *Filioli nouissima hora est.* At proprie nomen אַחֲרִית *acharith* significat id quod sequitur post aliud, vnde pro mercede solet accipi, quæ sequitur operas, vt Prou. 23. 18. *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die; quia reuera est merces*, seu finis optatus. & spes tua non succidetur. & c. 24. 14. *Sic cognitio sapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris, habebis mercedem, & spes tua non peribit.* & c. 29. 21 *qui a pueritia delicate nutrit seruum suum, nouissime erit filius, aut postea sentiet eum contumacem.* & pro filio; qui posteritas est patris; ita iuxta exigentiam sermonis accipi debet pro tempore, quod sequitur id, de quo agitur. In hoc ergo capite, non immerito accipitur pro tempore aduentus Christi prioris; nam idem est in nouissimo, ac post hæc; quomodo cœpit illam periodum Propheta. 16

Nouissimum tempus quod.

HOSEÆ PROPHETÆ

Paraphrasis.

Audite quid de vobis Dominus facere statuerit, [1] ô decem tribus Israel, est enim quod expostulet cum huius terræ habitatoribus, siquidem nullus est in ea, qui [2] fidem seruet proximo suo, nullus, qui ei benefaciat, nullus, qui curet Dei cognitionem, vt eum religiosè colat, adeo, vt [3] maledictis execrationibus, mendacio, cæde, furto, & adulterio frequenti, septa legis Dei, quasi inundatione, dirumpere non cessetis, [4] & mutuis vos vulneribus persequatis. [5] Quapropter terra hæc vestra in solitudinem redacta quasi lugebit, & omnes eius incolæ peribunt vna cum bestiis agri, & volucribus cœli quin & ipsi pisces maris tollentur e medio. Enim uero nemo [6] in disceptationem veniat cum populo isto ne mo illum sui officii admoneat, nam frustra id quidem nitetur, cum in ipsos etiam sacerdotes insurgant, quorum est legem docere, & vitia carpere. [7] Breui corrues & captiua duceris cum pseudoprophetis, qui te seduxerunt, ô plebs Israelitica, & in illa tenebrosa [8] nocte captiuitatis ita os tuum obstruam, vt nihil habeas, quod respondeas Deo in tui excusationem, conticesces quidem, & merito, præ pudore, quod Dei cognitionem nolueris habere, vt ei inseruires. Igitur quia tu dimisisti [9] studium legis meæ ego quoque dimittam te, ne quisquam ex tuis sacerdotibus mihi ministret: oblita es legem meam, qui sum Deus tuus, & ego vicissim obliuiscar [illegible] filiorum tuorum. [10] Quo cum plures esse sacerdotes cœperunt, eo plures in peccata induxerunt ad idola pertrahendo, sed hanc, quam ipsi imagini faciunt gloriam, ego in ignominiam commutabo. Nam [11] pœnas decepti per eos populi, ipsi luent, & coram habentes eius impietatem, cuius ipsi causa fuerunt, in perpetuo cruciatu [12] ferent animas suas, ita [13] eidem supplicii generi subiacebunt sacerdotes, cui populus, nam puniam impia eorum studia, & iuxta consilia eorum iniqua rependam eis: [14] comedent enim, sed ita parce, vt fami satis non fiat. [15] Idola coluerunt absque interruptione, ac deseruerunt Dominum, [16] non custodiendo eius mandata; quia se dabant [17] fornicationi, & idololatriæ, quæ mentem eripit non minus, quam vinum, & mustum, quod inebriat. Populus meus gauisus rabdomantia, [18] per baculum interrogabat de futuris; & idem hoc aut illo modo cadens, respondebat ei, nam deceptus [19] appetitu idololatriæ, abripiebatur à cultu Dei sui, in montium verticibus sacrificabat, & super colles adolebat thymiama, subtus quercum, populum, & terebinthum, quia aptas idolis colendis vmbras harum arborum existimabant: ideo vestræ absentiæ nactæ occasionem filiæ vestræ [20] fornicantur, & nurus vestræ scortantur: & [21] relinquam impunitas; quia vos earum parentes, priores illis [22] ad scorta deflexeritis, & cum effeminatis sacrificaueritis, nam ita tractandus est populus, qui suam negligit salutem. Si Israel idola colit, tu Iuda ne imiteris eum, ne velis ire [23] in Galgala, neque ascendas [24] Bethauen ad idola colenda, neque illis nomen meum accommodes cum iuras, [25] viuit Dominus. Ne inquam ô Iuda imiteris Israelem. Quoniam sicut [26] vacca lasciuiens, excussit iugum legis Israel, [27] breui ducetur captiuus in latissimam Assyriorum regionem, actus ab hostibus tanquam agnus. Addictus idolis est, [28] fuge consortium eius, quia cultu, [29] & epulo seruorum se a re, idololatriæ deditus omnino principes eius hanc ei [30] attulerunt ignominiam, celerrime abibit in captiuitatem, quasi venti velocis alis [31] alligatus, vbi nihil proderunt illi sacrificia idolis facta.

Cap. IV.

[1] ‖ Audite verbum Domini [1] filii Israel, quia iudi- 1
cium Domino cum habitatoribus terræ: non est
enim [2] veritas, & non est misericordia, & non est scien-
tia Dei in terra. [3] ‖ Maledictum & mendacium, & homi- 2
cidium, & furtum, & adulterium inundauerunt [4] &
sanguis sanguinem tetigit. [5] ‖ Propter hoc lugebit terra, & 3
infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri & in
volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur. ‖ Verum- 4
tamen vnusquisque [6] non iudicet; & non arguatur vir:
populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti.
[7] ‖ Et corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum: 5
[8] nocte tacere feci matrem tuam. ‖ Conticuit populus 6
meus eo quod non habuerit scientiam, [9] quia tu scientiam
repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita
es legem Dei tui obliuiscar filiorum tuorum & ego. [10] ‖ Se- 7
cundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi gloriã
eorũ in ignominiã commutabo. [11] ‖ Peccata populi mei co- 8
medent & ad iniquitatem eorum, [12] subleuabunt animas
eorũ. [13] ‖ Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super 9
eũ vias eius, & cogitationes eius reddã ei. [14] ‖ Et comedent, 10
& non saturabuntur [15] fornicati sunt, & non cessauerũt:
quoniã Dominũ dereliquerunt [16] in non custodiendo. [17]
‖ Fornicatio & vinũ, & ebrietas auferũt cor. Populus meus 11
[18] in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit
ei: [19] spiritus enim fornicationũ decepit eos, & fornicati sunt
a Deo suo. ‖ Super capita montiũ sacrificabant, & super 12
colles accendebãt thymiama: subtus quercũ, & populũ, &
terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo [20] fornica- 13
buntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. [21] ‖ Nõ 14
visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & su-
per sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi
[22] cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis
sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. ‖ Si 15
fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & noli-
te ingredi [23] in Galgala, & ne ascenderitis [24] in Betha-
uen, neque iuraueritis, [25] viuit Dominus. ‖ Quoniam sic- 16
ut [26] vacca lasciuiens declinauit Israel: [27] nunc pascet eos
Dominus, quasi agnũ in latitudine. ‖ Particeps idolorum 17
Ephraim [28] dimitte eum. [29] ‖ Separatum est conuiuium 18
eorum, fornicatione fornicati sunt. [30] dilexerunt afferre
ignominiam protectores eius. [31] ‖ Ligauit eum spiritus in 19
alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

ARGVMENTVM.

Ostendit non frustra Deum iratum tam grauia comminari, & inferre supplicia Israeliticis: imo iustissimas habere causas suæ indignationis, quas in hoc capite declarat.

COMMENTARIVS.

1 Filii Israel.] Ad duodecim tribus hunc sermonem fieri Haymo, & Montanus existimant, quia dicit; *si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda.* Verum certius est ex intelligentia Hieronymi, Chaldæi, Hugonis, Dionysii, Vatabl. & Roberti, verbum fieri ad decem tribus, quas vocat Israel, & Ephraim. Nam de Iuda per transennam meminit.

Contra decem tribus.

2 *Veritas.*] Præmittit & enumerat grauissima populi flagitia, vt ostensa culpa nouerit quam grauia mereatur supplicia, quæ comminatur. Culpæ autem sunt duplices, quædam in omittendo, quædam in committendo, consistunt. Tria enumerat delicta ex negligentia profecta; primum est, quod non sit אמת *emeth*, veracitas fidelitas, seu fides constans in dictis, & factis, nemo enim verbis stat, nemo est qui seruet fidem proximo suo. Sed omnes sunt inconstantes, infideles, & mendaces, ita fere omnes. Albertus, & Dionys. intelligunt veram vitam recta ratione regulatam: sed prior sensus est verus. Quod si non sit qui seruet fidem, quam debet; quid mirum, si non sit qui benefaciat indigenti? nam misericordia est ipsa misero subuenire, & non tantum affectus, vt notant Haymo, Hugo. Dionys. Vat. & Montanus; ideo Vatablus vocauit hanc beneficentiam. Horum autem duorum defectus causa, & origo erat scientiæ carentia; *quia non erat scientia Dei.* Est autem scientia Dei, non tantum, quæ facit scire, quæ ad Deum pertinent, aut quæ dirigit in agendo, vt Albertus, & Lyra exponunt: sed quæ ex Dei cognitione facit operari opera pietatis, vt omnes alii affirmant; idque constat ex illo Ierem. 22. 15. *Pater tuus comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam, tunc bene erat ei: iudicauit causam pauperis, & egeni, tunc bene erat ei. Numquid non hoc est, cognoscere me, dicit Dominus?* & 1. Ioan. 2. 4. *qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est;* & propterea dixit recte Chaldæus: *Neque qui ambulent in timore Domini in terra.* Nihil mirum ergo si deesset in terra illa Israel misericordia, & veritas, deficiente lumine scientiæ Dei. Nam ex eo, quod dixit *insipiens in corde suo, non est Deus,* Psalm. 13. *Propterea homines corrupti sunt, & execrabiles facti in studiis suis.*

Culpas enumerat poenendas.

1. Culpa infidelitatis.

2. Culpa defectus misericordiæ.

3. Culpa scientiæ Dei defectus.

Scientia Dei legis custodia.

Scientia deficiente cetera desiciunt.

3 *Maledictum.*] Hæc in Hebræo infinita sunt, sed verbum infinitiuum accipitur pro nomine, vt Septuaginta, & Vulgatus, & omnes fere conuertunt. Chaldæus, & alii pro præsenti sumpsere, iurant falso, mentiuntur, & quia duo dixerat desiderari in Israel; veritatem, & misericordiam; nunc exemplis comprobat, ideo enim veritas non est, quia iurant falso, & mentiuntur; & non est misericordia, quia occidunt homines, furantur bona illorum, & vxoribus abutuntur adulterantes. Est autem pro *maledicere* verbum אלה *alah*, quod proprie est *iurare cum execratione,* seu *execrari,* vt verterunt LXX. & sic legit Cyprianus lib ad Demetrianum, & lib. 3. Testimoniorum contra Iudæos cap. 47. Græci dicunt, iurare in caput, sic cum execrationibus, & detestationibus iuratur, cum dicitur Psalm. 7. 4. *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuentibus mala; decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* At quia execrari, si vere fiat, non est malum, hoc autem loco pro vitio communi ponitur: ideo pro falso execrari, seu pro peierare acceperunt Chaldæus, & Tigurina. Alii pro maledictis, conuitiis, & detractationibus insectari, vt volunt Haymo, Hugo, Theophylactus, Lyra, & Dionysius, vt cum 2. Reg. 16. 7. Semei maledixit Dauidi, dicens, *egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial.* quam pessimã maledictionem nominauit ipse Dauid 3. Reg. 2. 8. Verbum autem פרצו *paratsu*, quod Vulgata vertit, *mundauerunt,* & LXX. *effusa sunt,* proprie est, *ruperunt,* nempe septa, maceriam, aut mandatum Dei, vel timoris aut pudoris claustra. Ita Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus; quia iam libere, & publice excrescebant hæc scelera, vt diluuii instar, vi, & copia sui obuia quæque Dei iussa diruerent. quod magis auget quod sequitur.

Contra execrationem.

Cyprianus.

Iurare in caput, execrari.

Et sanguis.] Hebr. *& sanguines in sanguines tetigerunt.* Septuaginta verterunt; *& sanguinem in sanguine miscent,* vel vt in Vaticano codice legimus, *& sanguines in sanguinibus miscent.* aut vt legit Cyprianus lib. ad Demetrianum. & lib. 3. Testimon. ad Quirinum cap. 37. *sanguinem sanguini supermiscent.* Cædium frequentiam, copiam, & nimiam licentiam hæc verba significant, quia cædes cædi continua est: & mutuis vulneribus se percutiunt; ita intelligunt Theophylactus, Lyra, Vatablus, Robertus, & Isidorus, ex vsu Scripturæ per effectum sanguinis effusi causam cædium significantis, vt Psalm. 57. 11. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine,* hoc est in cæde *peccatoris.* Psalm. 105. 38 *infecta est terra in sanguinibus,* id est, cædibus. nam præcesserat; *& effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Ecclesiastici 34. 25. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Hoc est, interfector eius est. 4

Cyprianus.

Sensus 1. de cædium frequentia.

Sanguis pro cæde.

Hac ratione Semei 2. Regum 16. 7. dicebat Dauidi; *egredere, egredere vir sanguinum. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul; quoniam inuasisti regnum pro eo:* tribuebat certe illi cædes omnes domus Saul. Rupertus existimauit loqui hoc loco Prophetam de commixtione pollutura consanguineorum, quod consanguineus cõsanguineam, polluat adulterio, aut fornicatione, vt prohibetur Leuit. 18. 6. *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet.* Chaldæus, Hier. Cyrillus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, *sanguinem* pro peccato, aut maleficio accipiunt, vt *sanguis sanguinem tetigit,* idem sit, quod, aggregant peccata peccatis, vt exposuit Chaldæus; aut augẽt, vel accumulant maleficiis maleficia. ita etiam intellexit Greg. lib. 13. Moraliũ c. 10. & li. 7. Registri c. 125. & Hom. 11. in Ezech. Sumunt hi patres partem pro toto per Synecdochem. Moor. affirmat vsu Scripturæ mutuas, & continuas iniurias hoc loco significare, *sanguines in sanguines contingere,* fortasse quod per metonymiam sanguis fusus accipiatur pro omni eo flagitio, aut peccato, quod sanguini insidiatur, aut ad cædes inducit; vt sunt iniuriæ, calumniæ, doli, & atrocia facinora, quæ ad mortem vi illatam deducunt. Vnde Psalm. 5. 7.

Sensus 2. pro sanguinis pollutione.

Sensus 3. Sanguis pro peccato quouis.

Gregorius.

Sensus 4. Sanguis pro iniuria.

A &c confusione. Vulgatus, *nocte tacere feci matrem tuam*, id est, in tristi illa captiuitatis ærumna, quæ nocti merito assimilatur, adeo mæsta, & confusa manebit plebs Israelitica, vt non habeat quid Deo respondeat in sui excusationem, & ita os eius obstruam, illamque compescam. Recentiores vertunt, *succidam matrem tuam*, id est, euertam, aut euellam è terra, & transferam in alienam regionem captiuam. Nam præteritum ponitur pro futuro propter *vau* conuersiuum.

Sensus

[…] ergo; breui corrues ô Israel, corruet etiam tecum Propheta, vel Prophetia, quia in captiuitate cessauit apud Israelitas, vt vult Hieronymus. Aut certe, corruent tecum pseudoProphetæ, qui te decipiebant, vt volunt Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & Isidorus, & in illa tenebrosa nocte captiuitatis ego obstruam os plebis Israeliticæ, vt nesciat modum, quo se excuset, & euadat supplicium.

9 *Quia tu.*] Sermo est cum decem tribubus, aut cum populo Israel secundum Hier. Albert. Rupertum, & Lyram; *quia tu*, ô plebs Israelitica, *scientiam repulisti*, hoc est, quia detestata es sacre timorem Dei, vt ait Chaldæus, aut studium legis dimisisti, vt Lyra. & Montanus: ego quoque *repellam te*, ne sit vllus in filiis tuis qui sacerdotio fungatur coram me. de veris sacerdotibus loquitur, quorū multi ex lege dispersi erant per Israelem. & *quia ablato sacerdotio, necesse est vt ablatio legis fiat*, vt colligitur ex Paulo ad Hebr. 7. & 8. Cum Deus dicit se ablaturum sacerdotium ex Israel, simul comminatur se ablaturum omnem cultum, & doctrinam, quæ ex sacerdotio pendet.

Aufertur religio nolentibus legem seruare.

Cultus ex Israel auferendus.

Albertus putat loqui contra sacerdotes creatos ab Ieroboam ad vitulorum ministerium: sed ex pronomine, *mihi*, fit certum, de sacerdotio legitimo sermonem esse. Potest & intelligi, quia ad vniuersum populum loquitur, ob culpam toti populo communem, & pœnam adhibere communem, vt nomen כהן *Cahen* accipiatur pro ministerio, & cultu Dei, quem omnes illi debent. Nam qui 2. Reg. 8. 18. *filii Dauid sacerdotes* dicuntur, 1. Paral. 18. 17. dicuntur *ministri*, aut *primi ad manum regis*, & ita par pari rependatur. quia tu popule Israel repulisti studium cultus mei. ego quoque repellam te à ministerio meo, aut cultu meo: auferam tibi religionem, & legem meam: vt maneas sicut ceteri populi.

Pœna par pari.

D Sed de Sacerdote loqui sequentia ostendunt. Chaldæus, Vat. & Montanus volunt verbum fieri ad sacerdotem. Quia tu ô sacerdos *scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris coram me.* Probant, quia in Hebræo, & Chaldæo, & Græco apud Theophylactum, sequitur: *& oblitus es legem Dei tui*, &c. in genere masculino, vt referat sacerdotem. & cum addit, *obliuiscar filiorum tuorum, & ego.* Hebræi filios naturales sacerdotum intelligunt Vat. & Mont. subditos quos doctrina legis nutriunt, & educant. Cum autem Vulgatus cum Lxx dicit, *oblita es*, subintelligunt: congregatio sacerdotum: & confirmat hunc sensum, quod sequentia omnia contra sacerdotes aduciuntur.

Pœna sacerdotis negligentis Dei scientiam.

E

10 *Secundum multitudinem eorum.* De vniuerso populo accipiunt hunc locum Hieronym. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. dicentes, quot homines habuit Israel, tot aras dæmonibus extruxit, in quibus mihi peccauerunt. & Cyrillus, Theodoretus, Theoph. & Lyra, sicut à me sunt multiplicati, sicut stellæ cœli, & arenæ maris: sic flagitia eorum, & ingratitudines sub numerum cadere non possunt. vt gaudent, & gloriantur de sua multitudine, ego redigam in paucitatem. Sed Chaldæus, & Dauid Kimhi, Rupertus, Vat. & Mont. de sacerdotibus exponunt, legitimis quidem, præter Rupertum, qui de sacerdotibus intelligit, qui extra legem instituabãtur, 3. Reg. 12. & 13. vt phanis excelsorū inseruirent: qui quo plures erant, eo etiam in peccata induxerunt. vt sit sensus Chald. & Montani, quo magis aucti sunt opibus, eo magis auaritiæ, & cupiditatibus inhiarunt, obliti sunt legis meæ: vnde Chald. sicut multiplicaui eis prouentus, sic ipsi multiplicarunt contra me peccata.

Sacerdotum pœna.

Auctis opibus aucta peccata.

B At Vat. de numero eorum exponit. quo cœperunt numero plures esse, eo plura cœperunt peccata committere. Quid si ita accipiatur? quoniam dixerat, obliuiscar filiorum suorum & ego, addat modo, iuxta numerum filiorum, quos auxerunt, & numerum peccatorum addiderūt: quia filios genuerunt & Dominus sermone docuerunt aduersum me: vnde addit *gloriam eorum*, quam consecuti sunt ex multitudine filiorum, seu discipulorum, *in ignominiam commutabo*, sum illos eis ablaturū, quia talium parentum filii quod valde erit eis ignominiosum. Solent aūt filii, gloria parentum in Scriptura appellari. Sacerdotum ergo improbitas summa est, quod à Deo augeantur filiis, & opibus ex oblatis à populo; ita à bono deflectant, vt quos iuuare deberent, exemplo malo in malum inducant.

Sacerdotum culpa quam grauis.

C 11

Peccata.] Verbum futurum, *comedent*. accipitur pro præterito, aut præsenti, *comedunt*. Estque horū verborum primus, & communior sensus, oblationes seu hostias pro peccatis à populo oblatas comedunt etiam ad delicias: nam *peccatum* pro hostia pro peccato oblata accipi non infrequenter solet, vt Leuit. 10. 17. cur non comedistis peccatū, Vulgatus vertit, *hostiam pro peccato*: & 2. Cor. 5. 21. *Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit*, id est, hostiam pro peccato. Ita Cyrillus, Theodoretus, hic ex aliorum sententia, & quæstio. 10. in Leuit.

Sensus 1.

Peccatum pro hostia.

Anastasius Nicænus in fine libri quæstio. in Scripturam, Theophyl. ex Græcis, ex Latinis, Aug. sermo. 48. de verbis Domini, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatabl. Isidor & Montanus: qui optant, inquit, magnam esse peccatorum copiam, quæ suam illis mercem cum quæstu, compendioque suppeditent. Huc spectat Bernard. ser. 1. super, *Ecce nos reliquimus omnia.* & serm. 77. in Cantica. *Peccata populi mei comedent*, quasi dicat, peccatorum precia exigunt, & peccantibus debitam sollicitudinem non impendunt. *Quem dabis, ait, mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupiis, quam vitiis extirpandis?*

Anastasius. August.

Bernardus.

Secundus sensus est Pontificis Alexandri primi in epistola 2. Ruffini, & aliorum. *Ipsi inquit, sacerdotes populo interpellent, & populi peccata comedunt, qui precibus suis, & oblationibus ea delent atque consumunt*, nam sic solet scriptura sumere verbum, *comedere*, pro *consumere*, vt Psal. 78. 7. *quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerūt.* & Ier. 10. 25 *quia comederunt Iacob & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum*, bonus sensus ad commendationem sacerdotis. at hoc loco de eius agitur vitiis.

Sensus 2. Alex. 1. Sacerdos pro peccatis precibus consumit.

Sensus 3. Comedere pro dissimulare.

Tertium sensum adhibent Hieronymus Theodoretus ea sententia aliorum, Gregor. Homil. 17. in Euangel. Bernard. locis dictis, Rupertus, Haymo quoque, Hugo, & Dionysius. Sacerdotes comedunt peccata populi, quia dissimulant ea propter auaritiam, vt cum multiplicata fuerint peccata, mult[i] liceantur, & hostiæ eo modo, quo Psal. 13. dicitur; *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis?* Cur peccata comedunt, ait Gregorius, nisi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia stipendia amittant? Sed & nos, qui ea oblationibus fidelium viuimus: quas illi pro peccatis suis obtulerunt, si comedimus, & taceemus, eorum proculdubio peccata manducamus; & Bernardus similiter loquitur vbi supra. Hic sensus cum primo illo coincidit.

Gregorius. Bernardus.

Sensus 4. Comedent, pro luent pœnas peccatorum.

Quartum sensum, & quidem optimum adiicit Theodoretus. *Metent*, inquit, *quæ seuerunt, & suorum peccatorum fructum vindemiabunt.* Hoc est, pœnas debitas peccatis populi, ipsi luent, quorum fuerunt causa. Nam ipsi sunt rationem reddituri pro peccatis populi, & quemadmodum Isa. 3. 10. dicitur *dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.* Sic de malo *væ impio in malum, quia retributionem manuum suarum faciet sibi.* Sicut ergo bonus potietur bono, quod effecit in aliis: ita improbus luet peccata, quæ fecit ab aliis suo exemplo committi, ita sacerdotes, quorum est bonum semen seminare in agro Domini, & vites serere si contra fecerint, metent pœnas, & vindemiabunt supplicia captiuitatis. Solet autem peccatum pro pœna debita peccato accipi, vt Zachar. 14. 19. *Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum*, & Genes. 4. 7. *Nonne si bene egeris, accipies.* supple præmium: *sin autem male, statim in foribus peccatum?* id est, pœna aderit. Sic modo sacerdotes ferent pœnas peccatorum populi, quorum causa fuere, sua dissimulatione, efficiam ergo, ait, vt quæ comederunt peccata, & quorum ipsi fuere causa, euomant cum visceribus.

Peccatum pro pœna peccati.

12 *Subleuabunt.*] Hebr. *& ad iniquitatem eorum subleuabunt animum suum*, vel *eorum*. Est primus sensus Hieronymi, Haymonis, Ruperti, Alberti, Hugonis, Lyræ, Theophylacti, Dionysii, & Isidori. Vt verbum נשא *nasa*, sit idem quod, *eleuare*, hoc est, cum vident populum iniquitatibus oneratum; subleuant, & exonerant animas eorum peccatis exoneratas, qui delere debebant: laudando eos, & culpas extenuando, ac dicendo, Deus parcet vobis, ne sitis soliciti, iniquitas vestra erit super anima nostra, & ita cum reprehendere deberent animas ipsorum, ipsi ad sese recipiebant, ait Theophylactus, super nos, dicentes, condemnatio, vt illi qui dicebant Pilato, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, iuxta lectionem Lxx. *& in iniquitatibus eorum accipient animas eorum*: nam verbum illud, *& extollent* significat *subleuabunt*, *onerabunt*, & *honorabunt*, *accipient*, seu *suscipient in se*, contra munus ergo suum, quod est delere peccata, augebant potius excusando, & eleuando cupidine quæstus, iuxta illud Isa. 3. 12. *Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.* Secundo, ad sensum Alexandri possunt hæc verba sic accipi. Sacerdotum est suis precibus

Sensus 1. Extenuant peccata populi cupidine quæstus.

Sensus 2. Exonerant adulando.

A

delere populi peccata: at hi potius onerant, quam exonerant, adulando eis in suis iniquitatibus, & laudando, ac excusando, vt canes lambentes vulnera. Gregor. Homil. de diuite. Tertio, si legamus, *animum suum subleuabunt*: erit sensus Vatabli, & Montani; animo erecto, & attento respiciunt ad iniquitates eorum, non vt deleant, sed quæstus gratia, quia ex eis lucrum hostiarum sperant, nam eleuare animum ad aliquid, est anhelare, adspirare, cupere, vnde נפש משא *masa nephes desiderium animi*, quod vnde quis cupit. Deuteron. 24. 15 *Sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam* Hebr. *& ad illud leuauit animam suam*, hoc est, quia ad illud respexit, & illud in animo habebat, illius desiderio locauit tibi operas suas, & Ezech. 24. 25. filios, ac filias vocat requietem animi, aut solicitudinem, & curam, cum ait. *Tollam ab eis fortitudinem eorum, & desiderium oculorum eorum, & eleuationem animæ eorum filios, & filias eorum*: tollam, ait filios & filias eorum qui sunt desiderium oculorum eorum, & eleuatio animæ ipsorum, solicitudo, & cura, quia nihil magis curant, & cupiunt, de nullo magis sunt soliciti, quam de illis. Quarto, Dauid Kimhi addit; *ad iniquitates eorum subleuabunt animum suum*, hoc est, ad hostias pro peccatis respicient: quia nihil aliud curant, quam vt hostias populus offerat: *iniquitatem* accepit; vt supra, *peccatum*, pro hostia, quæ offertur pro peccato. Quinto, addamus & sensum Theodoreti, qui optimus est: ipsi sacerdotes pœnas populi luent vel onerant animas eorum, hoc est accipient in se animas eorum iniquitatibus oneratas, vt pro eis ferant meritos cruciatus, alienis gentibus ad cædem traditi, Vel, & coram habentes illius populi iniquitates, in perpetuo cruciatu ferent animas suas; est enim Hebræis pronomen, quod modo vertitur *suus, sua, suum*. modo *is, ea, id*. & sic modo quidam vertunt *animum suum*, quidam *animum eorum*. Vel iuxta Cyrillum, pro populi iniquitatibus accipient, id est, offerent Deo animas suas, scilicet dos componendos.

Gregorius. Sensus 3. Eleuant animum, pro adspirant in peccata eorum, vt lucrum reportent.

B

Sensus 4. Eleuant pro respiciunt ad hostias pro peccatis.

Sensus 5.

C

Eleuant, vel ferunt pœnas peccatorum populi.

Et erit.] Hoc est, eidem supplicii generi subiacebit sacerdos, cui, & populus. Sic Hieronymus, Theodoretus, Albertus, Lyra, & Vatabl. Sed Greg Homil. 17. in Euangel. & 2. P. Pastoralis cap. 7. Theoph. & Isid. ad culpam referunt, quod eisdem essent culpis inuoluti. Montanus ad conditionem, quod iam eiusdem esset conditionis sacerdos cum populo abiecto. Haymo Hugo, & Dionys. ad vtrumque, quia æqualiter peccauerunt, æqualiter punientur, primus sensus verus: quia qui eadem culpa contaminati erant, eadem pœna puniendi merito erant.

13 Sacerdos cum populo punietur.

D

Et comedent.] Tanta penuria prementur, aut in obsidione, vt aiunt Albertus, & Dionys. aut in captiuitate melius, vt fami cibus non suppetat, quo possint saturari, sic ille, & Hugo explicant. 14
Montanus, quod volent repleri ea sacrificiis & hostiis à populo oblatis, & non obtinebunt, iusti qui esuriunt, & sitiunt iustitiam saturabuntur quidem, & saturantur: at qui inhiant lucro, non saturabuntur, qui capiunt hostias, ipsi in hostias conuertentur. Quod autem de fame loquatur côstat, quia vult punire auaritiã sacerdotum ad hostias oculos conicientium. Theodoretus, & Theopyl. intelligunt metaphorice, de suppliciis, seruata

E

...aphora supra posita, *comedent pœnas*, & vna af-... alia maior succedet, & ita non saturabun-...no satis illis erunt supplicia inuicem succe-...ia ad debite puniendà eorum peccata. Hier. ...aymo de voluptate, & cupiditate peccandi ...nunt, quod mala innumera faciunt, & nun... satiabitur cupiditas peccandi illorum. Sed primus sensus verus.

Fornicati sunt] De idololatriæ fornicatione loqui per metaphoram, ex sequentibus constat: & c. Hier. Cyrillo, Theodoreto, Ruffino, Theoph. Haymo. Alberto, Hugone, Lyra, & Dionysio. & verbum פרצו *uphretsu*, diuiserunt, significat; & interrumpent frequenter, vt constat ex Scriptura 2.Reg.5.20. *diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ*, id ergo est, idola coluerunt absque diuisione, aut interruptione, quod nec vnquam cessauerunt. Chaldæus Paraphrastes de corporali fornicatione explicat, & teterriores omnes, quasi pœnæ præcedenti famis addat & carentiam filiorum: ait enim, *fornicati sunt, & non cessauerunt*, præteritum ponitur pro futuro. *Fornicabuntur & non prorumpent*, non multiplicabuntur, aut crescent, hoc est, non gignent filios. quod illi adeo optabant, tanquam fœlicitatis signum: quantumuis enim scortentur, haud tamen prole copiosa augebuntur. ita Tigur. Vat. Pagni. Mont. & Isidor. & Chaldæus quidem verbum, *fornicabuntur*, aut *scortabuntur*, extendit, ad, *accipient vxores, & non gignent filios*; at ceteri proprie acceperunt pro *meretricari*, aut *scortari*; nec in illa significatione vnquam inuenitur. vt dicat, *scortabuntur, & non augebuntur filiis*; destituentur filiis; quasi ad augmentum mali dicat, penuriam ciborum patientur; & filiorum inopiam tantam, vt etiamsi, suis non contenti vxoribus, cum aliis scortentur, vt ex eis filios habeant, illis sint destituendi.

Communia... otbita... in filio...

16 *In non custodiendo*] Hebr. *quia Dominum dereliquerunt ad custodiendum*, qui modus loquendi explicatur vel per affirmationem. Dominum dereliquerunt, vt custodirent, aut obseruarent eum, siue eius mandata, hoc est, dereliquerunt Dominum, id est, obseruare, aut custodire eius legem. Cyrillus & Theoph. dixerunt in custodiendo vias suas malas, fornicationem, &c. vel melius per negationem, vt alias verterunt Lxx. *Dominum dereliquerunt, vt non custodirent*, & Vatablus & Chaldæus, *quia cultum Domini dereliquerunt, & non custodierunt*. Vel quoniam non custodiunt, vel obseruare ...eum ...; vel ne custodirent ea, quæ ad officium sacerdotale pertinent, vt Montanus, vel, quod verius est, ne custodirent legem aut mandata eius, vt dicunt Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dion. & Vat. Addit Rupertus, *in non custodiendo se, ne seruirent peccatis*.

Varia le... tio.

... Interpretes ... sensu ... sunt

17 *Fornicatio.* De sacerdotibus adhuc esse sermonem indicant Theodoretus, Theophyl. & Montanus, ac de fornicatione tam spirituali, quam corporali explicant: sed communius Hieron. & Theodoretus de spirituali: de qua est omnis sermo Prophetæ, & nomen תירוש *thiros*. quod *vinum nouum*, aut *mustum* significat, a ירש *iaras occupare*, seu *possidere*. Lxx. Chaldæus, & Vulgatus verterunt *ebrietas*, quod possideat, & occupet aciem mentis: quasi dicat, hæc cupido idololatrandi, adeo occupauit mentem, & cor sacerdotum, vt similis omnino sit vino, & musto, quod mentem eripit, & amentes facit, & excordes: nam *cor* animum significat per metonymiam ex Ps. 78 *cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, id est, animus altera pars hominis, & corpus.

Idololatriæ ebrietas.

Cor animus.

18 *In ligno suo.* Per *lignum* Chaldæus, Rupertus, Albertus, & Lyra intelligunt simulacrum ligneũ, seu idolum, quod baculo tanquam quodam diuinationis instrumento interrogabant. Verum Hieronymus, Haymo, Hugo, Dion. Vatablus, Isidorus, & Robertus, pro eodem accipiunt *lignum*, & *baculum*: nam de eo, tanquam de instrumento diuinandi loquitur; populus, ait, meus ... interrogat in baculo suo ligneo, & ipse baculus annunciat ei, quæ debeat facere, nisi quod Vatab. Isidor. & Robert. similitudinem quandam in his verbis implicitam sic explicant. Sicut qui fert scipionem, ligno suo, id est, baculo nititur, ac fidit, & sæpe fallitur, & ceteris ita populus hic interrogat, & opem implorat à pseudoprophetis, à quibus, vt à baculo, pendet, at sæpe fallitur, & corruit, deciditque in maiora mala. Dicit ergo ignorantiam, ac cæcitatem populi, qui a pseudoprophetis pendebat, tanquam à baculo arundineo quidem, vt ab Ægypto alias. Septuaginta sua versione, Cyrillus, Theodoretus, Theophyl. & Montanus tanquam diuersa diuinationis instrumenta accipiunt lignum, & baculum. nam Lxx *in symbolis eorum interrogabant, & in virgis eorum annunciabunt ei*; interpretantur, quasi dicat, iuxta Theophylactum quando populus aliquid interrogaret, sacerdotes percontabantur dæmones symbolis, hoc est, signis quibusdam. Etenim vel auium volatibus vtebantur pro euentu futurorum signis, vel fumi ex victimis cæsis, & sacrificii ascensione, si videlicet ad obliquum, vel in subtectum vergeret: contemplabantur exta victimarum, per quæ colores ipsorum, vel figuras, vel dispositiones videbantur conijcere, & intelligere quæ voluissent. Apud Theodoretum ita habent Lxx. *In auguriis interrogabant, & in virgis suis annunciabant ei*, nempe populo. Montanus intelligit lignum dolatum, & comparatum ad id, vt si cadat, conijciatur quod hoc, aut illo modo, significet aliquid, baculus autem manu tentus vel alio modo motus, similiter significat. Verius videtur lignum, & baculum pro eodem, accipi ac significari genus diuinandi per baculos, aut virgas, quod Græci vocant rabdomantiam, atque hoc vno significari cetera diuinationis symbola. Adducit Hieronymus, vt Cyrillus, huius exemplum ex Ezechiele c. 21. v. 21. vbi per sagittas potius facta est diuinatio, non per virgas, sed videtur Hieronymus velle vsum sagittarum acceptum propter hastulas, aut virgas, non propter tela. Sic enim dicitur ibi: *Stetit Rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit: ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem.* quem modum sic explicat Hier. Ritu gentis suæ, oraculum consulit, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, & quã prius ciuitatem oppugnare debeat, & quidem Lxx. pro *sagittas*, *virgas*, eo loco transtulerunt, vt *statere faciat virgas*, vel *ascendere faciat*, vt est apud Theodoretum. Theophylactus sic explicat hanc diuinationem: etenim virgas duas statuentes, carmina, & incantationes quasdã submurmurabant,

Varium diuinandi genus.

Genus diuinandi per baculos.

Ezechielis exemplum diuinandi.

deinde

certe respiciens ad vinum, vel ad vuas, quæ distribuebantur idololatris, per sarcasmon irridet filios Israel, qui domi preciosa vina relinquebant, & vuas musto plenas; & tamen infelices pro lora, aut vinaceis siccis, & mutilibus, ea commutabant: à quibus non dissident qui diutinorum obliti terrenis motibus, imo noxiis vacant actionibus; & vino preciolo contempto, vinacia diligunt caducarum voluptatum.

Irrisio filiorum Israel.

Et fodi eam. Hebræum verbum *ebereah*, quod Vulgatus vertit *fodi*, & aliam habet significationem sub illa contectam, quam Septuaginta, Chaldæus, Ambrosius Epist. 19. Hieronymus, ceterique interpretes expresserunt. Lyra, Pagninus, Vatablus, Isidorus, & Montanus hoc modo; *conduxi, possedi, acquisiui mihi, emi, aut mancipaui, seu comparaui.* In hac significatione accepit Vulgatus Deuteron. 2. 6. *& etiam aquas foderis*, pro *emetis ab illis*; vel *aquam emptam haurietis*. Gen. 50. 5. dixit Iacob. *En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me* & tamen Gen. 33. 19. dicitur, *emitque partem agri a filiis Hemor patris Sichem centum agnis*, in quo sepultus est, vt dicitur Iosue 24. 32. Hieronymus, Rupertus, Haymo, Albertus, Lyra, & nonnulli alii, ideo hoc verbo vsum hoc loco Prophetam putant, quod alludat ad metaphoricam vineæ, cui multis in locis comparatur ille populus. & in [illegible] cum dicit. *dabo ei vinitores ex eo.* Montanus propius ad rem significatam, asserit, sermonem hunc sumptum ex consuetudine illa perfodiendi, aut perforandi aures mancipiorum, de qua dicitur Exodi 21. 6. *Quod si dixerit seruus, non egrediar liber perforabit aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum.* & Deuteron. 15. 16. *Sin autem seruus dixerit. Nolo egredi, eo quod diligat te, & domum tuam, assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum ancillæ quoque similiter facies.* & Psalm. 39. 7. *sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perforasti mihi.* Quia re vera non empta est tanquam vxor, sed conducta est adultera, vt bene Hieronymus notat, Albertus, Hugo, & Dionysius, non vt cum Propheta dormiat, sed vt contenta mercede sua, adulterare desistat, nec passim ceteris copuletur. Et præterea conducta est, vt asserunt Theodoretus, & Theophylactus, vt comprioribus amatoribus diuortium faciens, hospitiumque renuncians, se integram seruaret, & societate Prophetæ, hospitioque vteretur, illique ex mercede diurna seruiret. Hoc est enim, *& fodi eam*, seu *conduxi*, *aut comparaui eam mihi*, vt domum in meo obsequio retenta, integram se seruaret: quod quidem ex amore salutis eius, & ex commiseratione fecisse Prophetam, indicationi diximus fuisse, in verbo illo præcepti, *dilige mulierem*. Iste autem hunc huius verbi legitimum sensum ostendit applicata similitudo hæc; quam latius mox explicabimus: quemadmodum mulier hæc detenta est in domo Prophetæ, submota à viro suo, & ab aliis suis amatoribus plebs Israelitica in captiuitatem ducta multos ibi annos consedebit, sine rege, aut principe, & sine cultu Dei, & sine Republica: quamuis postea reuertetur ad Deum virum suum. Sed videamus quo precio hanc mulierem sibi mancipauerit Hoseas.

Verbi Hebræi significatio.

Ratio vsus verbi fodi.

Consuetudo perforandi aures mancipiorum.

Adultera mancipium facta Prophetæ.

Sensus verus.

6 *Quindecim argenteis.* In Hebræo ponitur, *quindecim argenti*, & subintelligi *siclos*, ostendit, quod Vulgatus & ceteri interpretes, aliquando *argenteos*, aliquando *argenteos* [illegible] enim 37. 28. Ioseph dixit venditum *viginti argenteis*; vbi Chaldæus expressit, *viginti siclis argenti*. & 2 Reg. 18. 11. pro, *& dedissem tibi decem argenti*, Vulgatus addit *siclos*. & quod dicitur 3. Reg. 10. versic. 29. & 2. Paral. 1. 17. *educebatur quadriga ex Ægypto sexcentis argenti*, Vulgatus in priori loco dixit, *sexcentis argenti siclis*, in posteriori, *sexcentis argenteis*. Idem est ergo dicere, *quindecim argenteis*, ac *quindecim siclis argenti*. *Siclus* autem, seu *stater* pendit drachmas quatuor, auctore Iosepho lib. 3. Antiquit. cap. 12. & Hieronymo in lib. de Traditio. ad cap. 24. Genes. & in 4 Ezech. vbi, *Qui panis*, inquit, *habent vicenos siclos, id est, stateres; siclus autem, id est stater, habet drachmas quatuor drachma autem octo Latinam vnciam faciunt.* Atque ita siclus semuncia est. Cum autem drachma tres solidos Turonenses, & semis valeat, auctore Budæo lib. 5. de Asse. Solidus autem Turonensis valeat, quantum quarta pars regalis Castellani, quam vocamus, *quartillo*, [illegible] quatuor eiusmodi solidi faciunt integrum [illegible]. Ergo quatuor drachmæ valent duodecim solidos, seu quartillos; qui faciunt tria regalia Hispanica. Aut si alia ratione supputes: *siclus* quatuor drachmas habet, & obolos Hebraicos 20. Exodi 30. Drachma habet quinque obolos Hebraicos, sex autem Atticos, seu Latinos ex Plutarcho [illegible] Lysandro, & Plinio lib. 21. cap. [illegible]; Obolus à nostris aurificibus dicitur *tomin*. At obolus Atticus, vt notat Conar. de collatione [illegible] Numismatum cap. 2. numer. 8. sex valet nostros marauedinos Si ergo siclus habet 20. obolos Hebraicos, & Atticos 24. & singuli Attici valent sex marauedinos; & drachma valet, sex obolos Atticos: ergo valet 36. marauedinos Hispanos; Atque adeo *siclus*, qui continet quatuor drachmas, valebit 144. marauedinos & efficiet quatuor integros regales argenteos Hispanicos, & vlterius octo marauedinos. Ideo Montanus lib. de Mensuris, *siclum* eiusdem fere ponderis esse dicit enim quatuor nummis regalibus Hispanis, & quatuor Iulius Romanis. Conducta est igitur mulier illa à Propheta *quindecim siclis* argenteis, hoc est, regalibus Hispanis fere sexaginta.

Argenteus,

Sicl[illegible]

Siclus [illegible]

Siclus pendit quatuor regales Hispanos.

Quindecim sicli [illegible] regales precium quo Hoseas conduxit adulteram

Coro hordei. Dixit pro Hebræo חמר *chomer*, quod Septuaginta vertunt *Gomer hordei*, diuerso nomine ab altero עמר *Vghomer*, quod diuersam mensuram significat. *Chomer* ergo, seu *corus* decem Ephi, seu Batos continet, vt legitur Ezech. 45. 11. & quinque medimnos Atticos, hoc est modios triginta: vt Vulgatus vertit Leuit. 27. 11. Isa. 5. 10. & Hieronymus ita sentit ad 45. Ezech. & in Commentariis Isaiæ & Epiphanius lib. de mensuris, Corum ait, continere modios 30. esseque Carnichonus Modius autem cum fere duos capiat modios Hispanos, quos *Celemines* dicimus: Corus continebat sexaginta *Celemines*. Putant quidam *Chomer* sumi pro parte terræ, quæ seminari potest, [illegible] hordei quantitate, vt *iugerum*, quod arari potest, per diem iugali boum. Addit, לתך שעורים *lethech schehorim*, quod Septuaginta verterunt, *nebel vini*, [illegible] *lagenam vini*, vt habet Theophylactus. Sed omnes interpretes Græci vertunt ἡμίκορον, & Latini *mediam partem cori hordeorum* Epiphanius quoq, lib. illo, *letech* dimidium cori ait esse, & modios 15. capere quantum iuuenis leuare, & asino post se imponere: Hoc est, nostros celemines triginta. Dedit ergo Hoseas pro

Corus mensura.

H[illegible] Epiphan.

Letech.

60 argenteorum

condu-

modii.

con[illegible] triginta argenteos Hispa[illegible] modii hordei, seu Hispa[illegible] precium, aut per sitm ad. [illegible] annotatus; ad si[illegible]catum acce[illegible].

[illegible] sit verum tradere sign ficatum huius [illegible] à Propheta d[illegible] tam, interpretum di[illegible] ade à se inuicem dissidentium ostendit; [illegible] p[illegible] propter [illegible] necessarium est rem [illegible] ergo f[illegible] tum sen. tentes [illegible] videatur, subijciemus. Et quid[illegible] ex [illegible] ibus plures ad exitum de Æ[illegible] tempus Christi; Alii ad tempus [illegible] m. [illegible] quoq; [illegible] triq; testimento [illegible] mod[illegible].

Primo igitur Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, ad exitum [illegible] de [illegible] pto, hic [illegible] quibus dissideant. [illegible] *quindecim argenteos*, [illegible] decima[illegible] die N[illegible] compotos primogenitos, & [illegible] que [illegible] redimi iussos. Albertus [illegible], quæ intra dies quindecim [illegible], qui [illegible] fossa est Synagoga, [illegible] inferret. Alii quinque libros legis eundem [illegible] præcepti 15. Per *quadraginta quinque vero modios hordei*, intelligunt 45. dies, quibus peruenerunt ad Montem Sinai, vbi legem acceperunt, [illegible] præ [illegible] manipulum de frugibus hordeaceis, [illegible] Chaldæus. Vel quia tanquam adultera [illegible] cibo non hominum, sed iumentorum. Verum vt taceamus non satis apte applicari [illegible] tudinem; cum primogeniti nisi quinque siclis redimerentur; neque lata sit lex [illegible] 50. ab exitu: Tum etiam plagas, si credimus [illegible] a minori Chronologia, contigisse [illegible] duodecim menses, si veritati autem, quam colligit noster Pereira in cap. 7 Exodi, Disput. [illegible] 6[illegible]. per viginti septem dies, quid conuenit [illegible] conductionis adulteræ, quod [illegible] signum est, tam longe remota deducere, & [illegible] pro futuris declarare?

S[illegible]o, V[illegible]us, Robertus, & Isidorus putant [illegible] significari omnem dotem, quam de[illegible] Deus Synagogæ, eumeam sibi in Ægypto [illegible] t, dedit enim illi & in argento, [illegible] b Ægyptiis abstulerunt, & in hordeo, id [illegible], alimenta quæcumque illis erant necessaria per desertum. [illegible] quibus omnia beneficia tempo[illegible] spiritualia eis [illegible] intelligit. Centusau[illegible] argenti, & hordei sumptus est, vt q[illegible] utant, à pretio, quod olim pro abiecta, & [illegible] a mul[illegible] la [illegible] ebat imponi. At noui pre[illegible] m inquirimus, & quod futurum [illegible] et.

T[illegible] qui [illegible] 15. *argenteos*, vt Theophy[illegible] quinque libros M[illegible]is cum de[illegible], per [illegible] um legem veterem, quæ [illegible] vi[illegible] atur; per dimidium [illegible] re [illegible] uangelii apparuit [illegible]a.

[illegible] Lyra nu[illegible] intodecimo intelli[illegible] n [illegible] maiores, præter Da[illegible], q[illegible] tur, v[illegible] notat [illegible] G[illegible], 5 mo[illegible] iis per[illegible] Christi [illegible] tas additus tre[illegible] us, uæ Ma[illegible] bu[illegible] ntur, Ochozia, Ioachim,

A Quinto, Ambrosius epistula 59 Cyrillus, & veteres alii, vt asserit Hieronymus, condu[illegible]m explicant Synagogam ære veteris, & noui testamenti: veteris, in [illegible] tem, propter Sabbatum: noui, in octo, propter [illegible] m resurrectionis, in coro, & dimidio cori: quia plenitudo Euangelii est; semiplenitudo in lege, dicente Christo *non veni soluere, sed adimplere.* Reiicit eos Hieronymus, quia non possunt explicare quomodo hæc mulier, quæ hordeo pascitur, vtrumq; testamentum significet. — Intelligentia.

Sexto, Rupertus de Synagoga explicat, de qua Christus natus est, quæ ad numerum perfectum binarii non peruenit qui necessarius est ad coniugium; nam dixit Deus, *erunt duo in carne vna*; Gen. 2. 24. Nec enim virgo est, quæ hic adultera vocatur, nec vxor esse meretur; quia sine viro est, cum filium retinens, patrem non habeat; ideo numero pari, 20. argenteorum, ac duorum cororum, qui perfectus est, non conducitur: sed imperfecto, & impari. Hordeum autem significat, quod Iudæi licet habeant verba Dei, quæ sunt argentum igne examinatum, pascuntur tamen hordeo occidentalis literæ, non frumento spiritus. — 6 Intelligentia.

Septimo, decimo quinto numero intelligit Mutianus Prophetas, qui populo Israelitico sunt locuti, videlicet Danielem, & quatuor Prophetas maiores, & decem minores, præter Ionam, & Nahū, qui gentibus prædicauerunt: nā per hos Deus populum Israel instruxit, ac conduxit ad spem suæ conuersionis, & quia *chomer*, quod est corus, cumulum significat, *saghor* autem quod est hordeum turbinem, seu tempestatem, & quamcumque maximam tempestatem; corus hordei cum dimidio significat certum numerum calamitatum, quibus ille populus erat subiiciendus. Hæ autem sunt in 26. Deuteronomii nonaginta octo, & in 26. Leuitici, quadraginta quinque, quæ dimidium *chomer* absoluunt. quas omnes calamitates hauriendas populo ostendit Vates, antequam his; in quibus modo sunt, miseriis se liberent. At si tantum nominum significati rationem habet; & non mensuræ, inexplicatum relinquit quid notent 45. modii hordei. — 7 Intelligentia.

Octauo, cum prædictis expositionibus non videatur plene satisfactum sensui Prophetæ, neq; in illis mens cuiusquam conquiescat, sciendum est, hoc precium designatum esse à Propheta feminæ illi in annum, vt haberet ad victum necessaria. Nam, vt constat ex communi gentium placitu, cibi diurni designatur mensura frumenti, aut hordei ab Hispanis quidem modii seu *Celemini* quadrans circiter; à Romanis Modii octaua pars, hoc est, sextarii duo: à Græcis Chænix; vnde prouerbium; *super chænicem ne sedeas*, in eos dictum, qui in diem viuunt, nulla cura futuri: ab Hebræis *loghim* duo hoc est sextarii. Nam Leuit. 14. vers. 10. & 12. *log. sextarium* Vulgatus reddidit, ita fit vt eadem mensura sit. Chænix pendit 4[illegible] vncias: sextarii Rom. duo itidem 40. vncias *loghim* [illegible] similiter 40. vncias. Nam quamuis *Ghomer* diurnus cibus homini designetur [illegible] Deo Exod. 1[illegible] vers. 16. vbi Manna *Ghomer* colligi per singula [illegible] pita præcipitur; hoc est, dimidium *celeminus* n[illegible], cum decima eiusdem [illegible]. duplum quam nos designauerimus [illegible] siquid [illegible] duos *loghim* den[illegible]; — 8. Intelligentia. Precium in annum definitum.

[illegible] mer

Ghomer autem quatuor continet, & paulo plus: sed *Ghomer* Mannæ, erat cibi leuissimi, & abundantet pro filiis, non pro seruis, quibus quod diximus præcise designatur. Demensum dabatur seruis in mensem; à Romanis quidē, modii quatuor, continētes sextarios 64. ab Hispanis modii octo, seu *Celemines* qui continent quadrantes 32. à Græcis *Chœnices* 32. ab Hebræis sata quatuor, hoc est, *Loghim* 64. Atque adeo ad annuum victum designabantur à Græcis medimni octo, Romanos modios 48. continentes; faneçæ ab Hispanis octo capientes celeminos 96 hoc est, 384. quadrantes. Ab Hebræis demum Corus cum dimidio, & Ephi, hoc est, modii Romani 48. & Celemini Hispani 96. siquidem Corus 30. modios habet, & celeminos 60. & modi 15. celemini 30. faciunt dimidium cori; cum Ephi tres modios capiente, id est, celemines sex. Corus ergo habet Medimnos Atticos quinque, modios Romanos 30. Celeminos Hispanos 60. Ephi 10. Sextarios 480. seu *loghim* 480. quibus si addas medium cori cum Ephi, id est, Medimnos tres, modios Romanos 18. Celeminos Hispanos 36. *loghim* seu sextarios 288. Inuenies integros Medimnos 8. modios Romanos 48. Celeminos Hispanos 96. *loghim* seu sextarios 768. alias 730. pro 365. diebus, duplicatos. Et hæ quidem mensuræ pares erant, non tamen omnino, sed pro regionibus aliquantulum inter se discrepabant, dabanturque ad victum annuum, aut menstruum, seruis, seu militibus: nam super Terentium in Phormione, Donatus ait, serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, hoc est, sextarios sexaginta quatuor. Fuit autem olim non infrequens hordei vsus in cibis. Nam auctore Plinio lib. 18. c. 7. antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu, Menandro auctore, apparet, & gladiatorum cognomine, qui *hordearii* vocabantur. Et Romanos quidem olim non pane, sed pulte victitasse, quæ ex aqua frumenti, & sabarum, aut hordei farina fiebat, & in sacris Deorum adhibebant auctor est Plin. lib. 18. c. 8. sed & Græci pro farre, hordei primitias, placentasque ex hordeo Diis offerebant, hordeumque sale conspersum aris infundi satius ducebant, vt colligitur ex Plutarcho Problem. c. 119. Sed & Hebræis huius vsus panis frequens fuit, siquidem 4. Reg. 4. 42. videmus Elisæo oblatos 20. panes hordeaceos cum piscibus. Solebat autem ignominiæ causa frumentum in hordeum commutari, nam & adultera, quando arguitur de peccato adulterii, decimam partem *Ephi*, id est, *Ghomer* accipit farinæ hordeaceę Num. 5. 15. vt notat hic Hieronymus. Ignauis quoque militib. pro tritico hordei demensum commutabatur, vt notant Polybius lib. 6. de Castrametat. Rom. & Vegetius lib. 1. rei milit. c. 13.

Demensum in mensem serui. — *Annui victus quantitas.* — *Cori quantitas.* — *Donatus* — *Hordei vsus priscus.* — *Plinius.* — *Menander.* — *Plutarchus.* — *Frumentum in hordeum mutatum.* — *Polybius* — *Vegetius.*

Sensus Prophetæ.

Hoseas igitur mulierem adulteram comparauit sibi, hordei coro cum dimidio dato, quod ad victum ancillæ in annum satis est; & ad reliqua, sexaginta argenteos adiecit, dum ei subiecta, eius esset seruitio mancipata. Significans seruituti captiuitatis alienorum dominorum subiiciendam esse plebem Israeliticam inter gentes, à Deo suo, & ab idolis separatam: non omnino tamen derelictam à Deo, siquidem, vti mancipio necessaria ministrantur à Domino, quæ victui eius præcise sufficiant: ita Deus in seruitute positæ de

A necessariis prouidit, quia, vt, ait Paulus ad Rom. 11. *non repulit Deus plebem suam quam præsciuit*, sed expectat, donec in fine, *omnis Israel saluus fiat*.

Dies multos] Quid esset mulier seruatura dum ageret apud Propheta:n, his verbis declarat ex Hebræo versis. *Multos dies sedebis mihi: non fornicaberis, & non eris viro: & etiam ego ad te.* Quatuor illi proponit seruanda. Primum: *Multos dies sedebis mihi*, ita Septuaginta, Vatab. Isidorus, & Montanus transferunt, & Isidorus quidem, ac Robertus explicant cum Vatablo; *multos dies in luctu sedebis quasi vidua*. Alii transferunt *sedebis apud me*, pro *manebis*, aut *moraberis*, vt vertit Pagninus; *& hospitio meo potieris, & apud me habitabis*, vt exponunt Theodoretus, & Theophylactus. Vulgatus dixit, *Multos dies expectabis me*, ad signi explanationem respiciens, quia multo tempore expectatura erat virum suum, vt indicant Hieronymus, Haymo, Albertus, & ceteri. Secunda pactionum est, *non fornicaberis*, hoc est, nulli amatorum te prostitues; non quæres aliam a me societatem, siquidē propterea conduxi, te & domum induxi, ne adulteris te traderes vlterius; sic omnes intelligūt. Tertium addit: *& non eris viro*. Septuaginta; Vatab & Pagninus adiiciunt, *alteri*, hoc est, nullum alium virum habebis, quia mihi integram te seruabis, sic Græci exposituri, nam hac phrasi Scriptura significat *nubere*. vt Leuit. 21. 3. *& sorore virgine, quæ*

C *non est nupta viro*: Hebraice *quæ non fuerit viro*. Leuit. 22. 12. *Si filia sacerdotis cuiuslibet ex populo nupta fuerit*. Hebr. *Si fuerit viro extraneo*. Paulus ad Rom. 7. *adultera vocabitur, si fuerit alii viro*, & iterum, *viro alii, vt sitis vos alteri viro, illi qui ex mortuis resurrexit*. Sic modo, non nubes viro, ergo libera erat, sed scortum. Hieronymus tamen, Haymo, Albertus, & alii exponunt; *& non eris viro mihi*, à quo conducta es, quia neque mihi coniungeris tanquam viro. Verius tamen puto, *non eris viro* subintelligi, *tuo*, à quo es separata. Nam initio Hoseas elegit hanc mulierem, & in suum hospitium recepit, vt ibi maneret, derelicto amico viro, & adultero: itaque Hoseas neque mune re fungitur viri, cui mulier illa erat legitime coniuncta: neque mæchi, sed

D hospitis, & custodis, qui domi suæ retinebat ne adulteraretur, & ne viro suo potiretur. Probat hunc sensum; quod expositores per *virum* intelligunt Deum, per *amatores*, idola; At Hoseas in hoc symbolo neque Deum refert, neque idola, sed Assyrium, in suam regionem, quasi in hospitium, plebem Israeliticam, detrudentem, vt mox dicemus. Quartum subiicit, *Et ego etiam ad te*. Septuaginta legunt, *& ego apud te*, vt habent codices Complutensis, Regius. & Vaticanus, & Tigurina vel, *& ego tibi*, vt habet Hieronymus, vel, *& ego tecum*, vt Theophylactus. Hoc est, ego tamen semper tibi adero, nunquam te omnino deseram; ad te ego respiciam custodiendam, vt tandem te liberem; vel ego quoque misertus sum vestri, ait Chald. vel & ego dimittam te, vt vir solet di-

E mittere vxorem adulteram, sic Vatab. & Rober. recētiores interpretes verbis Hebræis, *& etiam ego ad te*, per zeugma præfigunt negationem præcedētem; *Non fornicaberis, & non eris viro, nec etiam ego ad te*, [*ingrediar veniam*, aut *accedam*,] vt supplent Vatablus, Pagninus, Montanus, & Isidorus, hoc est, nec ego quoque tecum fungar viri officio, nec

7 Quomodo eam seruandam apud se Propheta. — *1. Conditio.* — *2. Conditio.* — *3 Conditio.* — *Verior sensus.* — *4 Conditio.* — *Lectionis varietas.*

te con-

... quasi maritus. Vulgatus legit affirm an... *reueradte* [*veniam*, vel *expectabo te*, ad ... spectans non te in æternum d... *expectabo te* ... mecum ... o omnis Israel salutis fiet, vt ... Hieronymus, Albertus, Hugo, Lyra, & cæteri vel, *& ego expectabo te*, viri munere ... non longius, sed custodis, & tandem tui miserebor, vt dixit Chaldæus, ... ad te reuertar, cum tu reuerteris ad me. Hæ ... iones constabunt magis ex applicatione symboli.

4 *Quia dies multos* Hebr. *quia multos dies sedebunt, in mœrore, & luctu quasi vidua filii Israel*. Iam symbolum proximissum explicat. Sed videndum est de quo tempore loquatur? Hebræi, vt ait Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Albertus, & Hugo, ... ad tempus captiuitatis vsque ad reditum e Babylone. Alii quidem de tempore explicant captiuitatis decem tribuum, vsque ad reditum e Babylone, quando cum duabus tribubus liberæ redierunt: Hi autem videntur de duabus tantum tribubus loqui, quæ redierunt, ... captiuitate ... s. Verum huic aduersatur quod eo tempore habuerunt principem Salathielem patrem Zorobabelis, habuerunt & iudices, qui damnarunt Susannam, vt notat Rupertus, & altare Ierosolymis, vt constat ex Baruch; & ... dotes, quos mittebant Ierosolymam, & Prophetas; & Deum ipsum magna ex parte colebant.

Exposi. David Kimhi, & Isidorus putant esse sermonem de te npore medio à secundo templo vsque ad templum Herodis, seu vsque ad Christum; quo filii Israel sederunt absque legitimo rege; siquidem parebant alienigenis; & Machabæi non erant ex tribu Iuda, & familia Dauid; & Herodes extraneus erat. Ita & sacerdotio, quia venale erat: non habuerunt atas idolorum, nec imagines, quas conflatarent. Sed falsa est hæc expositio, cum illo tempore, & duces fuisse Iudæis & sacerdotes, templum quoque, & cultum Dei legitimum nouerimus.

Exposi. Tertio, Hieronymus, Iulianus lib. 1. contra Iudæos. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. & Montanus, de hoc tempore explicant, in quo ab aduentu Christi sine vlla forma Reipublicæ vagantur. Sed quia Propheta hæc De nomine locutus est, ad sui temporis flagitia puniendi; quæ vero modo Iudæi patiuntur pro Christi nece patiuntur; Ideo verius mihi videtur cum Ch... æo, Theodoreto, & Theophylacto loqui Prophetam de decem tribubus, quas vocat filios Israel, & de perpetua earum captiuitate, non tantum vsque ad reditum e Babylone, vt illi putarunt, sed vsque ad finem mundi durantem. Siquidem sertum est decem tribus nunquam rediisse, sed adhuc in sua durare captiuitate; nam illa cœpta per Assyrios continuata est per Romanos; quamuis pauci aliqui liberi redierint cum Iudæis e captiuitate Babylonica. His ergo comminatur perpetuam multorum annorum vsque ad finem mundi sexto anno Ezechiæ captiuitatem; in qua nec habuerunt vllam formam Reipublicæ, nec vllam rationem diuini cultus; sed velut seruiunt alienis dominis. Quamuis autem ab ... entu ... sit per ... Iudæis vitæ ratio cum Israelis; at Propheta de his loquitur, & calamitates eorum prædicit, licet alias communes cum Iudæis, quia cum Israelitis illi tantum sermo erat. E his autem, quæ ... intelligemus integram rationem similitudinis, & signi cum significato.

Et primum, hoc quod dicit. *Quia sedebunt multos dies filii Israel*, apud exteras gentes, respondet illi dicto Prophetæ; *multos dies sedebis mihi*. Nam sicut mulier illa adultera sedit multos dies, vti vidua, in domo Prophetæ, ... nec vir eius erat, neque amator; sed quasi d... minans, ministrans illi victui necessaria: Ita plebs Israelitica consedit in luctu viduali in domibus alienorum, nempe apud gentes exteras captiua, à quibus tanquam mancipium quoddam prospere ... cum actu in putat, sidepenium victus, vestitusque necessarium accipiat. Ex quo constat hoc loco Prophetam non gerere personam Dei, sed captiuantium Israelem. — Similitudinis accommodatio.

9 *Sine rege.*] Ch isto, qui rex à Deo constitutus est, vt exponunt, Hieronymus Haymo, Hugo, & Dionysius; qui tantum loqui putant de tempore post aduentum Christi. Theodoretus tamen, Theophylactus, Albertus, Lyra, Dionysius, Montanus, Isidorus, & Robertus de rege exponunt suo intelligunt, qui a nullum ... buerunt, a quo gubernarentur, siquide regibus, & principibus alienigenis parent. Quod si de Iudæis tantum accipiatur, vt nonnulli ex his auctoribus arbitrantur, à tempore aduentu Christi, verum est, sauterum de Israelitis, vt cum Chaldæo, Theodoreto, & Theophylacto accipi debere præmisimus; à tempore captiuitatis decem tribuum est hoc intelligendum: à quo tempore nullum regem, aut principem habuerunt vnquam, neque vllam regni pristini formam: siquidem, vt diximus, semper sunt, vt fuerunt, in captiuitate. de huiusmodi tempore Azarias videtur prophetasse 2. Paral. 15. 3 *Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore & absque lege.* — Captiuitas Israel durat ... ad finem mundi.

10 *Sine sacrificio.*] Quia nullum habuere sacrificium, cum extra Ierusalem sacrificare Iudæis non liceret, vt constat Deuteronom. 12. non tantum post aduentum CHRISTI, vt volunt Hieronymus, Haymo, Albertus, & multi alii; sed etiam à tempore captiuitatis decem tribuum. — Extra Ierusalem sacrificium.

Sine altari. Ita legunt Septuaginta, Hieronymus, Theodoretus, & Isidorus; & omnes intelligunt altare, in quo sacrificare possent, deficiente enim templo & altare defecisse necesse est; cum tempore captiuitatis Babylonicæ Ierusolymis non fuerit, vt diximus Baruch... num. r. ~. quare de Israele accipiendum est & ... altare fit ad sacrificandum idolis ... Porro nomen Hebræum מצבה *maz, ebab si tuam* sign ficat, & ita solet vertere Vulgatus 4. Reg. 10. 26. *& protulerunt statuam de fano Baal.* 4. Reg. 17. 10. *feceruntque sibi statuas, & lucos.* Ierem. 43. 13. *& conteret statuas domus solis*, & multis alias. Chaldæus quoque sic ait hoc loco. *Neque erit in Samaria excelsum.* At sine statua, hic transtulerunt recentiores omnes, Guitina, Pagninus, Vatab. Isido... s, Montanus, & Robertus, nempe idolo... quia dum captiuitatis flagello plectebantur, non colebant idola; vt ante captiuitatem, dum in Samaria, & in omni — Hebræum nomen statuam significat. — Nulla statua fuit Israeli captiuo.

1. Expositio de conuersione in fine mundi.

captiuitatis. Sed omnes alii fere interpretes, Hieron. Cyrillus, Augustinus, 18. de Ciuit. Dei cap. 18. Iulianus lib. 1. contra Iudæos, Haymo, Albertus, Hugo Lyra, Dionysius, Vat. Montan. & Robertus de extremo tempore intelligunt; quando per Eliam & Enoch conuertentur, *& omnis Israel saluus fiet, postquam intrauerit gentium plenitudo*; vt dicitur ad Rom. 11. 25. quia enim conueniunt hi patres, in verbis præcedentibus depingi statum Iudæorum à priori aduentu Christi, in quo neque gaudent forma Reipublicæ Ecclesiasticæ, neque secularis vsq; ad posteriorem, affirmant in extremo illo tempore futuram hanc Iudæorum reuersionem. At licet hæc omnia vere contigerint Iudæis, & vsq; ad mundi finem contingent: res quâ de agitur conformius est accipere sermonē Prophetæ de decem tribubus, cum Theodoreto, & Theophyl. & de tempore à sua captiuitate vsq; ad priorem aduentum Christi cum Isidoro, & aliis.

Expositio de decem tribubus.

Ratio.

Et ratio huius intelligentiæ est: quia Propheta hoc supplicium comminatur propter idololatriæ adulterium, nēpe quod essent longo tempore futuri sine rege, & principe, & sine cultu eo, quo gaudebāt & irritabant Deum suū. At hunc statū non duæ tribus, sed decem tantū habuerunt à tēpore suæ captiuitatis, siquidem in 1. c. promisit Deus se misert urum Iuda, at nequaquam Israel, utpote, vt pristino suo statui restitueretur. At nihilominus nō repulit Israel Deus, ne admitteretur à Christo, & ita modo dicit, *reuersurum ad Dominum Deum suum, & ad Dauid regem suum*. Nempe ad Christum, vt omnes intelligunt: nam ita solent eum vocare Prophetę. Status autem Iudæorum huius temporis opprimit Iudæos non propter idolatriam, sed propter Christi necem: ac propterea non videtur de hoc tempore loqui Propheta, sed de illo præcedente.

Israel punitur ob idololatriam.

Iudæi opprimuntur ob Christi necem.

14 *Quærent.*] Israelitæ pressi longa multorum annorum captiuitate, recte Chaldæus hæc sic exponit: Postea pœnitentiam agent filii Israel, & quærent cultum Domini Dei sui, & obedient Christo filio Dauid regi suo, & studebūt cultui Domini, & multiplicabitur bonitas eius, quæ aduētura est eis in fine dierum. *Dominum Deum suum.* Deum patrē Christi intelligunt Haymo, Montanus, & nōnulli alii: vel vniuersi requirent Iehouah Deum suum, & non falsos Deos: *Et Dauid regem suum*, Christum eius filium, qui natus est rex Iudæorum, vt intelligunt Chaldæus, Chrysostomus sermo. 2. in Psal. 4c. Hieron. Haymo. Albertus, Hugo, Dionysius, Vatab. Montanus, Isidorus, & Robertus. ita enim solet appellari Christus nomine patronimico, vt Ierem. 3. *seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo.* Ezech. 34. *Ego Dominus ero eis in Deum, & Dauid seruus meus princeps in medio eorum.*

Conuersio Israel ad Christum.

Christus Dauid vocatur.

15 *Et pauebunt ad Dominum & ad bonum eius.*] Iudæi templum post reditum è Babylone erectum volunt intelligi per bonum eius, nimis deniſſe. Albertus, & Lyra intelligunt diuinam bonitatem, quam experti sunt egressi tenebras, & admissi in admirabile lumen suum; admirabuntur enim, & obstupescent ob tantam Dei erga ipsos præstitam bonitatem, in beneficiis largissime conferendis ostensam; nouitate etiam vitæ Euangelicæ perculsi. Hieron, Albertus quoque, Hugo, Isidorus, & Robertus intelligunt bonum filium patris Iesum, Christum, per quem omnia nobis bona donauit. Haymo, Albertus, & Montan. Spiritum sanctum, qui confert munera, & dona largitur. Sunt qui per bonum eius intelligant Eucharistiam, iuxta illud Zach. 9. 17 *Quid est bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* nam quemadmodum in Assueri conuiuio eius magnificentia, ac bonitatis diuitiæ ostensæ sunt; ita Dei potentia, opes, magnificentia, & summa bonitas in hoc Eucharistiæ conuiuio ostentatur, in quo recolitur memoria passionis Christi; mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur. Ex. Rimo per bonum eius significari Dei bonitatem omnia prædicta nobis dantem: nam respicientes ad tot, ac tanta dona, & beneficia, tam liberaliter collata prorumpent in ingentem admirationem, & stuporem ob Dei infinitam bonitatem, ex qua tanquam ex fonte illa omnia manarunt. Sic quoque intellexit Chaldæus, Albertus. Dionysius, & alii hunc sensum indicarunt.

Per bonum quid signi ficetur.

De Eucharistia.

Verior intelligentia.

In nouissimo dierum.] Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. Montanus, & Robertus, de extremo tempore explicant, quo per Eliam, & Enoch Israelitæ sunt conuertendi; sed faciunt iuxta suam intelligentiam. Nam alii intelligunt de tempore libertatis è Babylone. Alii de tēpore prioris aduentus Christi, vt Isidorus, quod est frequentius in Scriptura, quia tempus Messiæ dicitur nouissimum, quod hæc sit postrema ætas, vt 1. Ioan. 2. dicitur. *Filioli nouissima hora est.* At proprie nomen אחרית *acharith* significat id quod sequitur post aliud, vnde pro mercede solet accipi, quæ sequitur operas, vt Prou. 23. 18. *Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die*; quia reuera est merces, seu finis optatus, & spes tua non succidetur. & c. 24. 14. *Sic cognitio sapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris, habebis mercedem, & spes tua non peribit.* & c. 29. 21 *qui à pueritia delicate nutrit seruum suum, nouissime erit filius, aut postea sentiet eum contumacem.* & pro filio; qui posteritas est patris; ita iuxta exigentiam sermonis accipi debet pro tempore, quod sequitur id, de quo agitur. In hoc ergo capite, non immerito accipitur pro tempore aduentus Christi prioris; nam idem est in nouissimo, ac post hæc; quomodo cœpit illam periodum Propheta. 16

Nouissimum tempus quod.

HOSEÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

AVdite quid de vobis Dominus facere statuerit, [1] ô decem tribus Israel, est enim quod expostulet cum huius terræ habitatoribus, siquidem nullus est in ea, qui [2] fidem seruet proximo suo, nullus, qui ei benefaciat, nullus, qui curet Dei cognitionem, vt eum religiose colat. Adeo, vt [3] maledictis execrationibus, mendacio, cæde, furto, & adulterio frequenti, septa legis Dei, quasi inundatione, dirumpere non cessetis, [4] & mutuis vos vulneribus percutiatis. [5] Quapropter terra hæc vestra in solitudinem redacta quasi lugebit, & omnes eius incolæ peribunt vna cum bestiis agri, & volucribus cœli quin & ipsi pisces maris tollentur e medio. Enimuero nemo [6] in disceptationem veniat cum populo isto, nemo illum sui officii admoneat, nam frustra id quidem oneretur, cum in ipsos etiam sacerdotes insurgant, quorum est legem docere, & vitia carpere. [7] Breui corrues & captiua duceris cum pseudoprophetis, qui te seduxerunt, ô plebs Israelitica, & in illa tenebrosa [8] nocte captiuitatis ita os tuum obstruam, vt nihil habeas, quod respondeas Deo in tui excusationem, conticesces quidem, & mœsto, præ pudore, quod Dei cognitionem nolueris habere, vt ei inseruires. Igitur quia tu dimisisti [9] studium legis meæ ego quoque dimittam te, ne quisquam ex tuis sacerdotibus mihi ministret: oblita es legem meam, qui sum Deus tuus, & ego vicissim obliuiscar misereri filiorum tuorum [10] Quo enim plures esse sacerdotes cœperunt, eo plures in peccata induxerunt ad idola pertrahendo, sed hanc, quam ipsi imagini faciunt gloriam, ego in ignominiam commutabo. Nam [11] pœnas decepti per eos populi, ipsi luent, & coram habentes eius impietatem, cuius ipsi causa fuerunt, in perpetuo cruciatu [12] ferent animas suas, ita [13] eidem supplicii generi subiacebunt sacerdotes, cui populus, nam puniam impia eorum studia, & iniusta consilia eorum iniqua rependam eis: [14] comedent enim, sed ita parce, vt fames satiata non fiat, [15] Idola coluerunt absque interruptione, ac deseruerunt Dominum, [16] non custodiendo eius mandata, quia se dabant [17] fornicationi, & idololatriæ, quæ mentem capit non minus, quam vinum, & mustum, quod inebriat. Populus meus gauisus rabdomantia, [18] per baculum interrogabat de futuris, & idem hoc aut illo modo cadens, respondebat ei, nam deceptus [19] appetitu idololatriæ, abripiebatur a cultu Dei sui, in montium verticibus sacrificabat, & super colles adolebat thymiama, subtus quercum, populum, & terebinthum, quia aptas idolis colendis vmbras harum arborum existimabant: ideo vestræ absentiæ nactæ occasionem filiæ vestræ [20] fornicantur, & nurus vestræ scortantur: & [21] relinquam impunitas, quia vos earum parentes, priores illis [22] ad scorta deflexeritis, & cum effeminatis sacrificaueritis, nam ita tractandus est populus, qui suam negligit salutem. Si Israel idola colit, tu Iuda ne imiteris eum: ne velis ire [23] in Galgala, neque ascendas [24] Bethauen ad idola colenda, neque illis nomen meum accommodes cum iuras, [25] viuit Dominus. Nequaquam ô Iuda imiteris Israelem. Quoniam sicut [26] vacca lasciuiens, excussit iugum legis Israel, [27] breui ducetur captiuus in latissimam Assyriorum regionem, actus ab hostibus tanquam agnus. Addictus idolis est, [28] fuge consortium eius, quia cultu, [29] & epulo remouit se à re, idololatriæ deditus omnino principes eius hanc ei [30] attulerunt ignominiam, celerrime abibit in captiuitatem, quasi venti velocis alis [31] alligatus, vbi nihil proderunt illi sacrificia idolis facta.

CAP. IV.

[1] ‖ AVdite verbum Domini [1] filii Israel, quia iudi- 1
cium Domino cum habitatoribus terræ: non est
enim [2] veritas, & non est misericordia, & non est scien-
tia Dei in terra.[3] ‖ Maledictum & mendacium, & homi- 2
cidium, & furtum, & adulterium inundauerunt [4] &
sanguis sanguinem tetigit.[5] ‖ Propter hoc lugebit terra, & 3
infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri & in
volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur. ‖ Verum- 4
tamen vnusquisque [6] non iudicet; & non arguatur vir:
populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti.
[7] ‖ Et corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum: 5
[8] nocte tacere feci matrem tuam. ‖ Conticuit populus 6
meus eo quod non habuerit scientiam, [9] quia tu scientiam
repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita
es legem Dei tui obliuiscar filiorum tuorum & ego.[10] ‖ Se- 7
cundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam
eorum in ignominiam commutabo.[11] ‖ Peccata populi mei co- 8
medent & ad iniquitatem eorum, [12] subleuabunt animas
eorum.[13] ‖ Et erit sicut populus, sic sacerdos, & visitabo super 9
eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.[14] ‖ Et comedent, 10
& non saturabuntur: [15] fornicati sunt, & non cessauerunt:
quoniam Dominum dereliquerunt [16] in non custodiendo. [17]
‖ Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor. Populus meus 11
[18] in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit
ei: [19] spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt
a Deo suo. ‖ Super capita montium sacrificabant, & super 12
colles accendebant thymiama: subtus quercum & populum, &
terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo [20] fornica- 13
buntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt.[21] ‖ Non 14
visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & su-
per sponsas vestras cum adulterauerint: quoniam ipsi
[22] cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis
sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. ‖ Si 15
fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & noli-
te ingredi [23] in Galgala, & ne ascenderitis [24] in Betha-
uen, neque iurauertis, [25] viuit Dominus. ‖ Quoniam sic- 16
ut [26] vacca lasciuiens declinauit Israel. [27] nunc pascet eos
Dominus quasi agnum in latitudine. ‖ Particeps idolorum 17
Ephraim [28] dimitte eum. [29] ‖ Separatum est conuiuium 18
eorum, fornicatione fornicati sunt: [30] dilexerunt afferre
ignominiam protectores eius [31] ‖ Ligauit eum spiritus in 19
alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

ARGVMENTVM.

OSTENDIT non frustra Deum iratum tam grauia comminari, & inferre supplicia Israeliticis: imo iustissimas habere causas suæ indignationis, quas in hoc capite declarat.

COMMENTARIVS.

1 Fili. ri *Israel.*] Ad duodecim tribus hunc sermonem fieri Haymo, & Montanus existimant, quia dicit; *si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda.* Verum certius est ex intelligentia Hieronymi, Chaldæi, Hugonis, Dionysii, Vatabl. & Roberti, verbum fieri ad decem tribus, quas vocat Israel, & Ephraim. Nam de Iuda per transennam meminit.

Contra decem tribus.

2 *Veritas.*] Præmittit & enumerat grauissima populi flagitia, vt ostensa culpa nouerit quam grauia mereatur supplicia, quæ comminatur. Culpæ autem sunt duplices, quædam in omittendo, quædam in committendo, consistunt. Tria enumerat delicta ex negligentia profecta; primum est, quod non sit אמת *emeth*, veracitas fidelitas, seu fides constans in dictis, & factis, nemo enim verbis stat, nemo est qui seruet fidem proximo suo. Sed omnes sunt inconstantes, infideles, & mendaces, ita fere omnes. Albertus, & Dionys. intelligunt veram vitam recta ratione regulatam: sed prior sensus est verus. Quod si non sit qui seruet fidem, quam debet; quid mirum, si non sit qui benefaciat indigenti? nam misericordia est reipsa misero subuenire, & non tantum affectu, vt notant Haymo, Hugo, Dionys. Vat. & Montanus; ideo Vatablus vocauit hanc beneficentiam. Horum autem duorum defectus causa, & origo erat scientiæ carentia; *quia non erat scientia Dei.* Est autem scientia Dei, non tantum, quæ facit scire, quæ ad Deum pertinent, aut quæ dirigit in agendo, vt Albertus, & Lyra exponunt: sed quæ ex Dei cognitione facit operari opera pietatis, vt omnes alii affirmant; idque constat ex illo Ierem. 22. 15. *Pater tuus comedit, & bibit, & fecit iudicium, & iustitiam, tunc bene erat ei: iudicauit causam pauperis, & egeni, tunc bene erat ei. Numquid non hoc est, cognosceret me, dicit Dominus?* & 1. Ioan. 2. 4. *qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est*; & propterea dixit recte Chaldæus: *Neque qui ambulent in timore Domini in terra.* Nihil mirum igitur si deesset in terra illa Israel misericordia, & veritas, deficiente lumine scientiæ Dei. Nam ex eo, quod *dixit insipiens in corde suo, non est Deus*, Psalm. 13. *Propterea homines corrupti sunt, & execrabiles facti in studiis suis.*

Culpas enunciat puniendas.

1. Culpa infidelitatis.

2. Culpa defectus misericordiæ.

Culpa scientiæ Dei defectus.

Scientia Dei legum custodia.

Scientia deficiente cetera defiunt.

3 *Maledictum.*] Hæc in Hebræo infinita sunt, sed verbum infinitiuum accipitur pro nomine, vt Septuaginta, & Vulgatus, & omnes fere conuertunt. Chaldæus, & alii pro præsenti sumpsere; iurant falso, mentiuntur, & quia duo dixerat desiderari in Israel; veritatem, & misericordiam; nunc exemplis comprobat, ideo enim veritas non est, quia iurant falso, & mentiuntur; & non est misericordia, quia occidunt homines, furantur bona illorum, & vxoribus abutuntur adulterantes. Est autem pro *maledicere* verbum אלה *alah*, quod proprie est *iurare cum execratione*, seu *execrari*, vt verterunt LXX. & sic legit Cyprianus lib. ad Demetrianum, & lib. 3. Testimoniorum contra Iudæos cap. 47. Græci dicunt, iurare in caput. sic cum execrationibus, & detestationibus iuratur, cum dicitur Psalm. 7. 4. *Domine Deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuentibus mala; decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* At quia execrari, si vere fiat, non est malum, hoc autem loco pro vitio communi ponitur: idem pro falso execrari, seu pro peierare acceperunt Chaldæus, & Tigurina. Alii pro maledictis, conuitiis, & detractationibus insectari, vt volunt Haymo, Hugo, Theophylactus, Lyra, & Dionysius, vt cum 2. Reg. 16. 7. Semei maledixit Dauidi, dicens, *egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial.* quam pessimam maledictionem nominauit ipse Dauid 3. Reg. 2. 8. Verbum autem פרצו *paratsu*, quod Vulgatus vertit, *mundauerunt*, & LXX. *effusa sunt*, proprie est, *ruperunt*, nempe septa, maceriam, aut mandatorum Dei, vel timoris aut pudoris claustra. Ita Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus; quia tam libere, & publice excrescebant hæc scelera, vt diluuii instar, vi, & copia sui obuia quæque Dei iussa diruerent. quod magis auget quod sequitur.

Contra execrationem.

Cyprianus.

Iurare in caput, execrari.

Et sanguis.] Hebr. *& sanguines in sanguines attigerunt.* Septuaginta verterunt; *& sanguinem in sanguine miscent*, vel vt in Vaticano codice legimus; *& sanguines in sanguinibus miscent*, aut vt legit Cyprianus lib. ad Demetrianum. & lib. 3. Testimon. ad Quirinum cap. 37. *sanguinem sanguini supermiscent.* Cædium frequentiam, copiam, & nimiam licentiam hæc verba significant, quia cædes cædi continua est: & mutuis vulneribus se percutiunt; ita intelligunt Theophylactus, Lyra, Vatablus, Robertus, & Isidorus, ex vsu Scripturæ per effectum sanguinis est si causam cædium significantis, vt Psalm. 57. 11. *Lætabitur iustus cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine*, hoc est in cæde *peccatoris.* Psalm. 105. 38 *infecta est terra in sanguinibus*, id est, cædibus, nam præcesserat; *& effuderunt sanguinem innocentem: sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.* Ecclesiastici 34. 25. *Panis egentium vita pauperum est: qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Hoc est, interfector eius est. 4

Cyprianus.

Sensus 1. de cædium frequentia.

Sanguis pro cæde.

Hac ratione Semei 2. Regum 16. 7. dicebat Dauidi; *egredere, egredere vir sanguinum. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul; quoniam inuasisti regnum pro eo*: tribuebat certe illi cædes omnes domus Saul. Rupertus existimauit loqui hoc loco Prophetam de commixtione polluta consanguineorum, quod consanguineus consanguineam, polluat adulterio, aut fornicatione, vt prohibetur Leuit. 18. 6. *Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet.* Chaldæus, Hier. Cyrillus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, *sanguinem* pro peccato, aut maleficio accipiunt, vt *sanguis sanguinem tetigit*, idem sit, quod, aggregant peccata peccatis, vt exposuit Chaldæus; aut augent, vel accumulant maleficiis maleficia: ita etiam intellexit Greg. lib. 13. Moraliū c. 10. & li. 7. Registri c. 125. & Hom. 11. in Ezech. Sumunt hi patres partem pro toto per Synecdochem. Mont. affirmat vsu Scripturæ mutuas, & continuas iniurias hoc loco significare, *sanguines in sanguines contingere*, fortasse quod per metonymiam sanguis fusus accipiatur pro omni eo flagitio, aut peccato, quod sanguini insidiatur, aut ad cædes inducit; vt sunt iniuriæ, calumniæ, doli, & atrocia facinora, quæ ad mortem vi illatam deducunt. Vnde Psalm. 5. 7.

Sensus 2. pro sanguinis pollutione.

Sensus 3. Sanguis pro peccato quouis.

Gregorius.

Sensus 4. Sanguis pro iniuria.

& confusione. Vulgatus, *nocte tacere feci matrem tuam*, id est, in tristi illa captiuitatis ærumna, quæ nocti merito assimilatur, adeo mæsta, & confusa manebit plebs Israelitica, vt non habeat quid Deo respondeat in sui excusationem, & ita os eius obstruam, illamque compescam. Recentiores vertunt. *succidam matrem tuam*, id est, euertam, aut euellam è terra, & transferam in alienam regionem captiuam. Nam præteritum ponitur pro futuro propter *vau* conuersiuum.

Sensus

Sensus ergo; breui corrues ô Israel, corruet etiam tecum Propheta, vel Prophetia, quia in captiuitate cessauit apud Israelitas, vt vult Hieronymus. Aut certe, corruent tecum pseudoProphetæ, qui te decipiebant, vt volunt Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & Isidorus, & in illa tenebrosa nocte captiuitatis ego obstruam os plebis Israeliticæ, vt nesciat modum, quo se excuset, & euadat supplicium.

9 *Quia tu.*] Sermo est cum decem tribubus, aut cum populo Israel secundum H et Albert. Rupertum, & Lyram; *quia tu*, ô plebs Israelitica, *scientiam repulisti*, hoc est, quia detestata es sacre timorem Dei, vt ait Chaldæus, aut studium legis dimisisti, vt Lyra. & Montanus: ego quoque *repellam te*, ne sit vllus in filiis tuis qui sacerdotio fungatur coram me. de veris sacerdotibus loquitur, quorum multi ex lege dispersi erant per Israelem. & *quia ablato sacerdotio, necesse est vt ablatio legis fiat*, vt colligitur ex Paulo ad Hebr. 7. & 8. Cum Deus dicit se ablaturum sacerdotium ex Israel, simul comminatur se ablaturum omnem cultum, & doctrinam, quæ ex sacerdotio pendet.

Aufertur religio nolentibus legem seruare.

Cultus ex Israel auferendus.

Albertus putat loqui contra sacerdotes creatos ab Ieroboam ad vitulorum ministerium: sed ex proœmio, *mihi*, fit certum, de sacerdotio legitimo sermonem esse. Posset & intelligi, quia ad vniuersum populum loquitur, ob culpam toti populo communem, & pœnam adhibere communem, vt nomen כהן *Cahen* accipiatur pro ministerio, & cultu Dei, quem omnes illi debent. Nam qui 2. Reg. 8. 18. *filii Dauid sacerdotes* dicuntur, 1. Paral. 18. 17. dicuntur *ministri, aut primi ad manum regis*, & ita par pari rependatur. quia tu popule Israel repulisti studium cultus mei. ego quoque te repellam te à ministerio meo, aut cultu meo: auferam tibi religionem, & legem meam: vt maneas sicut ceteri populi.

Pœna par culpæ.

Sed de Sacerdote loqui sequentia ostendunt. Chaldæus, Vat. & Montanus volunt verbum fieri ad sacerdotem. Quia tu ô sacerdos *scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris coram me.* Probant, quia in Hebræo, & Chaldæo, & Græco apud Theophylactum, sequitur: *& oblitus es legem Dei tui*, &c. in genere masculino, vt referat sacerdotem. & cum addit, *obliuiscar filiorum tuorum, & ego.* Hebræi filios naturales sacerdotum intelligunt. Vat. & Mont. subditos quos doctrina legis nutriunt, & educant. Cum autem Vulgatus cum LXX dicit, *oblita es*, subintelligunt: congregatio sacerdotum: & confirmat hunc sensum, quod sequentia omnia contra sacerdotes adiiciuntur.

Pœna sacerdotum negligentium Dei scientiam.

10 *Secundum multitudinem eorum.*] De vniuerso populo accipiunt hunc locum Hieronym. Haymo. Albertus, Hugo, & Dionys. dicentes. quot homines habuit Israel, tot aras dæmonibus extruxit, in quibus mihi peccauerunt. & Cyrillus, Theodoretus, Theoph. & Lyra, sicut à me sunt multiplicati, sicut stellæ cæli, & arenæ maris: sic flagitia eorum, & ingratitudines sub numerum cadere non possunt. vt gaudent, & gloriantur de sua multitudine, ego redigam in paucitatem. Sed Chaldæus, & Dauid Kimhi, Rupertus, Vat. & Mont. de sacerdotibus exponunt, legitimis quidem, præter Rupertum, qui de sacerdotibus intelligit, qui extra legem initiabantur, 3. Reg. 12. & 13. vt phanis excelsorum inseruirent: qui quo plures erant, eo etiam in peccata induxerunt. vt sit sensus Chald. & Montani, quo magis aucti sunt opibus, eo magis auaritiæ, & cupiditatibus inhiantes, obliti sunt legis meæ: vnde Chald. sicut multiplicati eis prouentus, sic ipsi multiplicauerunt contra me peccata.

Sacerdotum pœna.

Auctis opibus aucta peccata.

At Vat. de numero eorum exponit. quo cœperunt numero plures esse, eo plura cœperunt peccata committere. Quid si ita accipiatur? quoniam dixerat, obliuiscar filiorum suorum & ego, addat modo, iuxta numerum filiorum, quos auxerunt, & numerum peccatorum addiderunt: quia filios genuerunt & Deus servire non nouerunt aduersum me: vnde addit *gloriam eorum*, quam consecuti sunt ex multitudine filiorum, seu discipulorum, *in ignominiam commutabo*, tum illos eis auferam, quia talium parentum filii quod valde erit eis ignominiosum. Solent autem filii, gloria parentum in Scriptura appellari. Sacerdotum ergo improbitas summa est, quod à Deo augeantur filiis, & opibus ex oblatis à populo; ita à bono deflectant, vt quos iuuare deberent, exemplo malo in malum inducant.

Sacerdotum culpa quam grauis.

11 *Peccata.*] Verbum futurum, *comedent*. accipitur pro præterito, aut præsenti, *comedunt*. Estque horum verborum primus, & communior sensus, oblationes seu hostias pro peccatis à populo oblatas comedunt etiam ad delitias: nam *peccatum* pro hostia pro peccato oblata accipi non infrequenter solet, vt Leuit. 10. 17. cur non comederis peccatum, Vulgatus vertit, *hostiam pro peccato*: & 2. Cor. 5. 21. *Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit*, id est, hostiam pro peccato. Ita Cyrillus, Theodoretus, ib. ex aliorum sententia, & quæstio. 10. in Leuit. Anastasius Nicænus in fine libri quæstio. in Scripturam, Theophyl. ex Græcis, ex Latinis, Aug. sermo. 48. de verbis Domini, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatabl. Isidor. & Montanus: qui optant, inquit, magnam esse peccatorum copiam, quæ suam illis mercem cum quæstu, compendioque suppeditent. Huc spectat Bernard. ser. 1. super, *Ecce nos reliquimus omnia*. & serm. 77. in Cantica. *Peccata populi mei comedunt*, quasi dicat. peccatorum precia exigunt, & peccantibus debitam solicitudinem non impendunt. *Quem dabis, ait, mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupiis, quam vitiis extirpandis?*

Sensus 1.

Peccatum pro hostia.

Anastasius. August.

Bernardus.

Secundus sensus est Pontificis Alexandri primi in epistola 2. Ruffini & aliorum. *Ipsi* inquit, *sacerdotes populo interpellant, & populi peccata comedunt, qui precibus suis, & oblationibus ea delent atque consumunt*, nam sic solet scriptura sumere verbum, *comedere*. pro *consumere*, vt Psal. 78. 7. *quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt*. & Ier. 10. 25. *quia comederunt Iacob & deuorauerunt eum, & consumpserunt illum*, bonus sensus ad commendandum officium sacerdotis. at hoc loco de eius agitur vitiis.

Sensus 2. Alex. 1. Sacerdos pro peccatoribus comedit.

Sensus 3. Comedere pro dissimulare.

Tertium sensum adhibent Hieronymus Theodoretus ex sententia aliorum, Gregor. Homil. 17. in Euangel. Bernard. locis dictis, Rupertus, Haymo quoque, Hugo, & Dionysius. Sacerdotes comedunt peccata populi, quia dissimulant ea propter auaritiam, vt cum multiplicata fuerint peccata, multiplicentur, & hostiæ eo modo, quo Psal. 13. dicitur; *Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis?* Cur peccata comedunt, ait Gregorius, nisi quia peccata delinquentium fouent, ne temporalia stipendia amittant? Sed & nos, qui ex oblationibus fidelium viuimus: quas illi pro peccatis suis obtulerunt, si comedimus, & tacemus, eorum proculdubio peccata manducamus; & Bernardus similiter loquitur vbi supra. Hic sensus cum primo illo coincidit.

Gregorius.

Bernardus.

Sensus 4. Comedent, pro luent pœnas peccatorum.

Quartum sensum, & quidem optimum adiicit Theodoretus. *Metent*, inquit, *quæ seuerunt, & suorum peccatorum fructum vindemiabunt*. Hoc est, pœnas debitas peccatis populi, ipsi luent, quorum fuerunt causa. Nam ipsi sunt rationem reddituri pro peccatis populi, & quemadmodum Isa. 3. 10. dicitur. *dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.* Sic de malo *væ impio in malum, quia retributionem manuum suarum faciet sibi*. Sicut ergo bonus potietur bono, quod effecit in aliis: ita improbus luet peccata, quæ fecit ab aliis suo exemplo committi, ita sacerdotes, quorum est bonum semen seminare in agro Domini, & vites serere si contra fecerint, metent pœnas, & vindemiabunt supplicia captiuitatis. Solet autem peccatum pro pœna debita peccato accipi, vt Zachar. 14. 19. *Hæc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum*, & Genes. 4. 7. *Nonne si bene egeris, accipies* supple præmium: *sin autem male, statim in foribus peccatum?* id est, pœna aderit. Sic modo sacerdotes ferent pœnas peccatorum populi, quorum causa fuere, sua dissimulatione, efficiam ergo, ait, vt quæ comederunt peccata, & quorum ipsi fuere causa, euomant cum visceribus.

Peccatum pro pœna peccati.

12 Sensus 1. Extenuant peccata populi cupidine quæstus.

Subleuabunt.] Hebr. *& ad iniquitatem eorum subleuabunt animum suum*, vel *eorum*. Est primus sensus Hieronymi, Haymonis, Ruperti, Alberti, Hugonis, Lyræ, Theophylacti, Dionysii, & Isidori. Vt verbum ישׂאו *isu*, sit idem quod, *eleuant*, hoc est, cum vident populum iniquitatibus oneratum; subleuant, & exonerant animas eorum peccatis exoneratas, qui delere debebant: laudando eos, & culpas extenuando, ac dicendo, Deus parcet vobis, ne sitis soliciti, iniquitas vestra erit super anima nostra, & ita cum reprehendere deberent animas ipsorum, ipsi ad se se recipiebant, ait Theophylactus, super nos, dicentes, condemnatio, vt illi qui dicebant Pilato, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, iuxta lectionem Lxx. *& in iniquitatibus eorum accipient animas eorum*: nam verbum illud, *& extollens* significat *subleuabunt, onerabunt, & honorabunt, accipient*, seu *suscipient in se*, contra munus ergo suum, quod est delere peccata, augebant potius excusando, & eleuando cupidine quæstus, iuxta illud Isa. 3. 12. *Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant*. Secundo, ad sensum Alexandri possunt hæc verba sic accipi. Sacerdotum est suis precibus

Sensus 2. Exonerant adulando.

delere populi peccata: at hi potius onerant, quam exonerant, adulando eis in suis iniquitatibus, & laudando, ac exculando, vt canes lambentes vulnera, Gregor. Homil. de diuite. Tertio, si legamus, *animum suum subleuabunt*: erit sensus Vatabli, & Montani; animo erecto, & attento respiciunt ad iniquitates eorum, non vt deleant, sed quæstus gratia, quia ex eis lucrum hostiarum sperant, nam eleuare animum ad aliquid, est anhelare, adspirare, cupere, vnde משׂא נפשׁ *masa nephes desiderium animi*, quod vnice quis cupit. Deuteron. 24. 15 *Sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustenta: animam suam* Hebr. *& ad illud leuauit animam suam*, hoc est, quia ad illud respexit, & illud in animo habebat, illius desiderio locauit tibi operas suas, & Ezech. 24. 25. filios, ac filias vocat requietem animi, aut solicitudinem, & curam, cum ait. *Tollam ab eis fortitudinem eorum, & desiderium oculorum eorum, & eleuationem animæ eorum filios, & filias eorum*: tollam, ait filios & filias eorum qui sunt desiderium oculorum eorum, & eleuatio animæ ipsorum, solicitudo, & cura, quia nihil magis curant, & cupiunt, de nullo magis sunt soliciti, quam de illis. Quarto, Dauid Kimhi addit; *ad iniquitates eorum subleuabunt animum suum*, hoc est, ad hostias pro peccatis respicient: quia nihil aliud curant, quam vt hostias populus offerat: *iniquitatem* accepit; vt supra, *peccatum*, pro hostia, quæ offertur pro peccato. Quinto, addamus & sensum Theodoreti, qui optimus est: ipsi sacerdotes pœnas populi luent vel onerant animas eorum, hoc est accipient in se animas eorum iniquitatibus oneratas, vt pro eis ferant meritos cruciatus, alienis gentibus ad cædem tradiri, Vel, & coram habentes illius populi iniquitates, in perpetuo cruciatu ferent animas suas; est enim Hebræis pronomen, quod modo vertitur *suum, sua, suum*, modo *is, ea, id*, & sic modo quidam vertunt *animum suum*, quidam *animum eorum*. Vel iuxta Cyrillum, pro populi iniquitatibus accipient, id est, offerent Deo animas suas, scilicet eos componendos.

Gregorius. Sensus 3. Eleuant animam, pro adspirant in peccata eorum, vt lucrum reportent.

Sensus 4. Eleuant pro respiciunt ad hostias pro peccatis.

Sensus 5.

Eleuant, vel ferunt pœnas peccatorum populi.

Et erit.] Hoc est, eidem supplicii generi subiacebit sacerdos, cui, & populus. Sic Hieronymus, Theodoretus, Albertus, Lyra, & Vatabl. Sed Greg Homil. 17. in Euangel. & 2. P. Pastoralis cap. 7. Theoph. & Isid. ad culpam referunt, quod eisdem essent culpis inuoluti. Montanus ad conditionem, quod iam eiusdem esset conditionis sacerdos cum populo abiecto. Haymo Hugo, & Dionys. ad vtrumque, quia æqualiter peccauerunt, æqualiter punientur, primus sensus verus: quia qui eadem culpa contaminati erant, eadem pœna puniendi merito erant. 13

Sacerdos cum populo punietur.

Et comedent.] Tanta penuria prementur, aut in obsidione, vt vult Albertus, & Dionys. aut in captiuitate melius, vt sami cibus non suppetat, quo possint saturari, sic ille, & Hugo explicant. Montanus, quod volent tepsceri ea sacrificiis & hostiis à populo oblatis, & non obtinebunt, iusti qui esuriunt, & sitiunt iustitiam saturabuntur quidem, & saturantur: at qui inhiant lucro, non saturabuntur, qui capiunt hostias, ipsi in hostias conuertentur. Quod autem de fame loquatur cōstat, quia vult punire auaritiā sacerdotum ad hostias oculos conicientium. Theodoretus, & Theopyl. intelligunt metaphorice, de suppliciis, seruata 14

meta-

m... ota supra posita, *comedent panes*, & vna afflictio alia maior succedet, & ita non saturabuntur: ... lati illis erunt supplicia inuicem succedentia ad debite puniendã eorum peccata. Hier. & Haymo de voluptate, & cupiditate peccandi exponunt, quod mala innumera facient, & non satiabitur cupiditas peccandi illorum. Sed primus sensus verus.

Fornicati sunt. De idololatria fornicatione loqui per metaphoram, ex sequentibus constat. & ex Hier. Cyrillo, Theodoreto, Ruffino, Theoph. Haymo. Alberto, Hugone, Lyra, & Dionysio. & verbum פרצו *phrotsu*, diuiserunt, significat; & interrumpent frequenter, vt constat ex Scriptura 2. Reg. 5. 20. *diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ*, id ergo est, idola coluerunt absque diuisione, aut interruptione, quod nec vnquam cessauerint. Chaldæus Paraphrastes de corporali fornicatione explicat, & recentiores omnes, quasi pœnæ præcedenti famis addat & carentiam filiorum: ait enim, *fornicati sunt, & non cessauerunt*, præteritum ponitur pro futuro. *Fornicabuntur & non prorumpent*, non multiplicabuntur, aut crescent, hoc est, non gignent filios. quod illi adeo optabant, tanquam fœlicitatis signum: quantumuis enim scortentur, haud tamen prole copiosa augebuntur. ita Tigur. Vat. Pagni. Mont. & Isidor. & Chaldæus quidem verbum, *fornicabuntur*, aut, *scortabuntur*, extendit, ad, *accipient vxores, & non gignent filios*; at cæteri proprie acceperunt pro *meretricari*, aut *scortari*; nec in illa significatione vnquam inuenitur. vt dicat, *scortabuntur, & non augebuntur filiis*; destituentur filiis; quasi ad augmentum mali dicat, penuriam ciborum patientur; & filiorum inopiam tantam, vt etiamsi, suis non contenti vxoribus, cum aliis scortentur, vt ex eis filios habeant, illis sint destituendi.

16 *In non custodiendo*] Hebr. *quia Dominum dereliquerunt ad custodiendum*, qui modus loquendi explicatur vel per affirmationem. Dominum dereliquerunt, vt custodirent, aut obseruarent eum, aut eius mandata, hoc est, dereliquerunt Dominum, id est, obseruare, aut custodire eius legem. Cyrillus & Theoph. dixerunt in custodiendo vias suas malas, fornicationem, &c. vel melius per negationem, vt alii verterunt Lxx. *Dominum dereliquerunt, vt non custodirent*, & Vulgatus & Chaldæus, *quia cultum Domini dereliquerunt, & non custodierunt*. V... quominus, aut ne custodirent, vel obseruarent eum Pagnina; vel ne custodirent ea, quæ ad officium sacerdotale pertinent, vt Montanus, vel, quod verius est, ne custodirent legem aut mandata eius, vt dicunt Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dion. & Vat. Addit Rupertus, *in non custodiendo se, ne seruirent peccatis*.

17 *Fornicatis.* De sacerdotibus adhuc esse sermonem indicant Theodoretus, Theophyl. & Montanus, ac de fornicatione tam spirituali, quam corporali explicant fere omnes; melius Hieron. & Theodoretus de spirituali: de qua est omnis sermo Prophetæ, & nomen תירוש *thiros*. quod *vinum nouum*, aut *mustum* significat, a ירש *iaras* *occupare*, seu *possidere*. Lxx. Chaldæus, & Vulgatus verterunt *ebrietas*, quod possideat, & occupet arcem mentis: quasi dicat, hæc cupido idololatrandi, adeo occupauit mentem, & cor sacerdotum, vt similis omnino sit vino, & musto, quod mentem eripit, & amentes facit, & excordes: nam *cor* animum significat per metonymiam ex Ps. 78 *cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, id est, animus altera pars hominis, & corpus.

Cor animus.

In ligno suo. Per *lignum* Chaldæus, Rupertus, Albertus, & Lyra intelligunt simulacrum ligneum, seu idolum, quod baculo tanquam quodam diuinationis instrumento interrogabant Verum Hieronymus, Haymo, Hugo, Dion. Vatablus, Isidorus, & Robertus, pro eodem accipiunt *lignum*, & *baculum*: nam de eo, tanquam de instrumento diuinandi loquitur; populus, ait, meus interrogat in baculo suo ligneo, & ipse baculus annunciat ei, quæ debeat facere, nisi quod Vatab. Isidor. & Robert. similitudinem quandam in his verbis implicitam sic explicant. Sicut qui fert scipionem, ligno suo, id est, baculo nititur, ac fidit, & sæpe fallitur, & errat: ita populus hic interrogat, & opem implorat à pseudoprophetis, à quibus, vt à baculo, pendebat sæpe fallitur, ac corruit, deciditque in maiora mala. Describit ergo ignorantiam, ac cæcitatem populi, qui a pseudoprophetis pendebat, tanquam à baculo arundineo quidem, vt ab Ægypto alias. Septuaginta sua versione, Cyrillus, Theodoretus, Theophyl. & Montanus tanquam diuersa diuinationis instrumenta acceperunt lignum, & baculum. nam Lxx *in symbolis eorum interrogabant, & in virgis eorum annunciabant eis*; interpretantur, quasi dicat, iuxta Theophylactum cum populus aliquid interrogaret, sacerdotes percontabantur dæmones symbolis, hoc est, signis quibusdam. Etenim vel auium volatibus vtebantur pro euentu futurarum rerum signis, vel fumi ex victimis cæsis, & sacrificii ascensione, si videlicet ad obliquum, vel in subtectum vergeret: contemplabantur exta victimarum, perq; colores ipsorum, vel figuras, vel dispositiones videbantur conijcere, & intelligere quæ voluissent. Apud Theodoretum ita habent Lxx. *In auguriis interrogabant, & in virgis suis annunciabant ei*, nempe populo. Montanus intelligit lignum dolatum, & comparatum ad id, vt si cadat, coniiciaturque hoc, aut illo modo, significet aliquid, baculus autem manu tentus vno, aut altero modo motus, similiter significat. Verius videtur lignum, & baculum pro eodem, accipi ac significari genus diuinandi per baculos, aut virgas, quod Græci vocant rabdomantiam, atque hoc vno significari cætera diuinationis symbola. Adducit Hieronymus, vt Cyrillus, huius exemplum ex Ezechiele c. 21. v. 21. vbi per sagittas potius facta est diuinatio, non per virgas, sed videtur Hieronymus velle vsum sagittarum acceptum propter hastulas, aut virgas, non propter tela. Sic enim dicitur ibi *Stetit Rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit: ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem*. quem modum sic explicat Hier. Ritu gentis suæ, oraculum consulit, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas siue signatas nominibus singulorum, vt videat, cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem oppugnare debeat, & quidem Lxx. pro *sagittas*, *virgas*, eo loco transtulerunt, vt *stare faciat virgas*, vel *ascendere faciat*, vt est apud Theodoretum. Theophylactus sic explicat hanc diuinationem: etenim virgas duas statuentes, carmina, & incantationes quasdã submurmurabant.

18

Varium diuinandi genus.

Genus diuinandi per lignum.

Ezechielis exemplum diuinandi.

deinde

deinde virgis dæmonum operationibus cadentibus, considerabant quonam vtraque earum caderet, antrorsum ne an retrorsum, ad dexteram, vel sinistram: Sicque tandem responsa dabant insipientibus, virgas in casu pro signis vsi: eundem ad modum Chaldæus vaticinabatur, vt Ezechiel habet c. 21. Nec fuit autem inter ethnicos gentibus hæc diuinatio, siquidem Scythæ in virgis saligneis vaticinabantur, diffolientes, ac separatim singulas humi decernentes, interim prehendentes, componentesque & Nareas ismate idemtes inflaniam; digitisque implicando, ac reuoluendo prænunciabant futura, vt refert Cælius lib. 4. lectin Antiq. c. 29.

19 Spiritus est propensio ad idololatriam.

Spiritus.] Spiritus fornicationis, aut idololatriæ, qui errare fecit eos, est propensio vitiosa impellens vehementi impetu ad cultum idoli, quæ hinc dicitur, cum ad malum impellit, vt Iudic. 20. 5. *vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes.* & Virgil. dixit 9. Æneid.

Virgilius.

Sed furor ardentem cædisque insana cupido
Egit in aduersos.

An sua cuique Deus fit dira cupido? Ardor autem cum ad bonum; vt ibidem,

Dii ne hunc ardorem mentibus addunt.
Euryale?

Et ita acceperunt hic Theodoretus, Theophylactus, & Montanus Sed Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius intelligunt diabolum tentantem ad idololatriam; qui, vt ait Abbas Serenus apud Cassian. coll. 7. c. 32 tot sunt maligni spiritus, quot hominum studia, cupiditates, vnde est spiritus luxuriæ, auaritiæ, idololatriæ, &c. Sunt qui hoc loco per *spiritum fornicationis* intelligant spiritum pseudoprophetarum qui impellit, & errorem inducit populo vt idola colant. Sed primus sensus videtur verius.

Spiritus diabolus tentator.

De ... sub arboribus vide Ieremiæ 3. n. 10 ... *Terebinthum*, est in Hebræo אלה elah Chaldæus vertit *Bethma castaneum* Tigur. *Teliam.* Vatab. *vlmum.* LXX. *arborem vmbrosam.*

20 *Fornicabuntur.*] Hebræa hæc futura pro præsentibus, aut præteritis poni existimant Chaldæus, Tigur. Vat. Pagn. & Isidorus. *Ideo scortantur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulterea committunt.* & ita legunt Hieron. & Montanus, & probatur, quia præcedentia, verba futura quoq; sunt, *sacrificabunt, & accendent* thymiama; & tamen LXX. & Vulgatus per præteritum extulerūt, *sacrificabant, accendebant.* & particula, *Ideo*, id probat, quæ auget facinus perpetratum in montibus & collibus, quod non solum ipsi peccabant idola colendo; sed exemplo suo indocebant vxores, & filias ad similiter idololatrandum, & fornicandum corpore suo, & quia occasionem ad id nanciscebantur ex absentia virorum: nam dum illi ad montes, & colles pergebant; absentes ædibus; illæ eis frangebant fidem. Cum autem augeat grauitatē illius cultus excelsorum, & statim expetat, *quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant.* quæ futura quoque sunt in Hebræo; constat, de præcedentibus flagitiis, & præteritus ex idololatria profectis esse sermonem. Ita enim fit, vt dum mariti Deo fidem frangunt accumulatis peccatis, vxores, & filiæ eis fidem domi frangant. At Theodoretus, & ceteri per futurum efferunt, quasi pœnam comminetur ob prædicta flagitia: ego, aio permittam, vt vxores vestræ fornicentur, & scortentur, & hostes eis abutantur; ita Haymo, Albert. Hugo, Dionys. vt quod vos Deo fecistis, palā fiat vobis dolentibus. Et quidem de vtraque fornicatione corporali, & spirituali sermonem esse intelligunt Haymo, & Vat. Ceteri de corporali tantū, quia dolore parentum, & virorum de fide sibi fracta, vult docere quo dolore doleat Deus de fide sibi quoq; fracta. Per sponsas Hier. Alb. & alii intelligunt vxores ipsorum Iudæorum cum filiabus: sed nomen Hebræum nurus significat, sponsas filiorum. & ita accepere Chaldæus, Theophyl. Tigur. Vat. Montan. & ceteri recentiores & Vulgatus sæpe nomen Hebræum כלה *Calah* ita vertit Michææ 7. 6 *nurus aduersus socrum suam.* Leuit. 18. 15. *Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis*, &c.

Quomodo fornicatio sibi frangi.

Non visitabo.] Non puniam, impunitas relinquam, etsi grauiter peccent; vt non corrigantur; sed in suis peccatis relinquantur. quia qui amatur, corripitur. qui negligitur, suis peccatis permittitur ita Hier. & Theodor. Theophyl. Haymo, Alb. Hugo, Dionys. Lyra, & Montanus, nullam suscipiam curationem de filiabus vestris, & sponsis, ait Theodoret. & Albertus, non procedam contra vxores vestras, quia vos estis adulteri, & iudex non potest procedere vtrinque adulterante. Vel secundum Montan. non puniam filias vestras iuxta leges à me sancitas, Deuter. 22. sed peccatorum patratores libere, & sine vindice punitione viuere permittam, & in eorum flagitiis interim quasi conniuebo Hebræi, Vat & Isidor. ita exponunt; Non adeo imputabo illis, cum vos priores eis flagitia ea commiseritis. vel adeo dummeri in patres, & sponsos animaduertam, vt filiæ, & sponsæ punitæ extra pœnam esse videantur. 21

Impunita relinquere scelera graue supplicium.

22 *Cum meretricibus.*] Hebr. *quoniam ipsi cum meretricibus diuident se, & cum scortis sacrificabunt.* Meretrices omnes communiter intelligunt fornicarias, & prostitutas feminas, ad quas cum irent patres, ac mariti, vxoribus, ac filiabus occasionem dabāt scortandi. Hieronymus tamen, Cyrillus, Theophylactus, & Albertus eo nomine obscœnas sacerdotes intelligunt, vel obscœnissimi idoli *Beelphegor*, id est, Priapi, vt aiunt, de quo dicitur 3. Reg. 15. de Asa, *insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat; subuertitque specū eius, & confregit simulacrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron.* Vel Veneris, vt putat Albertus, cuius scenicæ meretriculæ circum templum Veneris discurrebant, & funibus sedebant colligatæ, omnium expositæ libidini, de quibus late diximus super Baruch. Verbum autem futurum יפרדו *Ieparedu* pro præsenti, aut præterito omnes accipiunt, & proprie significat, *diuidere, seu separare*, vt Genes. 30. 40. *diuisitque gregem Iacob.* Prouerb. 17. 9. *qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* & ita vertunt recentiores. dum ipsi cum meretricibus sunt, separant se, vel diuidunt se ab vxoribus, & filiabus, vel dum eunt ad meretriculas illas, subducunt sese ab sponsis, & filiabus; ideo non mirum, si ipsæ fornicantur. Alii *diuidunt*, explicant, diuertunt ab vxoribus cum meretricibus. Potest & eo modo consueto Scripturæ intelligi; diuidunt sese cum meretricibus, pro diuaricant pedes suos vt fornicentur, vt Ezech. 16. *abominabilem fecisti decorē tuum: & diuisisti pedes omni*

Meretrices quæ.

Fides frangitur frangentibus fidem.

Flagitium libidinosum.

tran-

tran[illegible]*nt*. & Propterea Lxx. dixerunt, *cum meretricib*[illegible] *comm*[illegible]*bantur*. Chaldæus, *congregabant se*, vel [illegible]*atem iungebant*; & Vulgatus, *conuersabantur*. [illegible]ignificent, diuisionem illam ab sponsis ad id [illegible]am, vt qui vna cato erant, illam diuiderent, & separarent, & red lerent vnam cum meretricibus.

Nomen alterum קדשות *Kedesoth*, femineum est, *ad vituperium*: sic vocat feminam quasi destinatam ad omnium concubitum, vt prostibulum; *scortum* vertuot Chaldæus, & recentiores, & Vulgatus alias ita transfert Deut. 23 17. *non erit meretrix Kedosab de filiabus Israel, neq; Kedos scortator de filiis Israel*, Gen. 38 21. *vbi est Kedesab illa? non fuit in loco isto Kedesab meretrix*, diciturque *nunquam sedisse ibi Kedesab scortum*.

Femine suc [illegible] — Feminas putant multi.

Dubium autem est, vtrum hoc loco sint fœminæ accipiendæ, an viri? Nomen Hebræum *Kedesoth* cum fœminei sit generis; *meretrices*, aut *prostitutas virgines* significat, & Symmachus ἑταίρας *meretrices* appellauit, & Chaldæus, ac recentiores omnes, vt diximus quin & Hieronymus in Com. sic ait. *sciendum autem quod in præsenti Kedesoth, meretrices, siue, sacerdotes Priapo mancipatas vocet*. In aliis autem locis viros exectos libidine *Kedesim* legimus, Isaia dicente, *& Kadesim domin*[illegible]*buntur eorum*, quod nos in effeminatos vertimus; & paulo superius. Istiusmodi idololatria erat in Israel culentibus maxime feminis *Beelphegor* ob obscœni magnitudinem, quem nos *Priapum* possumus appellare. Theophylactus quoque feminas fuisse dicit: Initiatos, inquit, appellat huiusmodi idoli sacros mystas, dignos iam arcanis apud illos sacris iudicatos, ceu perfectiores; qui marea esse vili, femellæ fuerũt, cymbalis vtentes, femineisq; vlulatib. circũibant triuia, Beelphegor sacramẽta perficientes. At veteres interpretes tanquam viros interpretati sunt. nam Lxx. τελισμένους vocatunt *initiatos*, ac *deuotos idolis*, Theodotion κεχωρισμένους *separatos a populo*, qui sibi videbantur à vulgo aliquid plus habere. Aquila ἐνηλλαγμένους *mutatos*, & Vulgatus *effeminatos*. Sic etiam Cyrillus hos inquiens esse sacerdotes Beelphegor, qui viri erant, sed in feminas mollicie mutati, qui muliebri vociferatione, & cymbalis vtentes, facesque ferentes circumcurrebant. & Hieronymus explicans interpretationem Aquilæ, *mutatos, hoc ostendere volens* inquit, *quod suam naturam mutauerint, & de viris facti sint fœminæ*. Tum etiam Theudoretus, Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & Dionis. Cur autem Vulgatus *effeminatos* verterit, cum essent feminæ, ratio est, vel quia executi erant, & truncabantur libidine, & eunuchi consecrabantur, & ita mutabant sexum conditione, & exectione, quales erant Galli Romanis, vt volunt Hieron. Haym. Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & Dion. Vel quia in feminas mollicie mutabantur, & Ephœbi, ademptis nuptiis, per sodomiam cõtecrauerunt se, vt Cyrillus indicat, & Alb. ex Eusebio tradit Israelitæ ergo cum his se commiscebant, in cultu Priapi. nam & viros huiusmodi sacerdotes fuisse apud Iudæos tempore Roboam constat 3. Reg. 14. 24. *Sed & Kades, cinædus, aut effeminatus fuit in terra* & c. 22. 47. *Sed & reliquias Hakdes, effeminatorum qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra*. & 4. Reg. 23 7. *Iosias destruxit ædiculas Hakedisim effeminatorum, quæ erant in domo Domini*: Quod vero addit Chaldæus, pro *sacrificabant*, [*Cum scor-*

Viros effeminatos a[illegible]

Israelitæ sacerdotes Priapi.

tis comessantur, & potant.] id est, quod sacrificant, & immolant sacrificium, vt edant, ac bibant cum eis quia eo tendebat hic cultus, vt luxuriarentur, & saturarentur. & populum qui non intelligit ילבט *ielabet* Lxx verterunt *adhærebat meretrici*. Vulgatus, *vapulabit*, in captiuitate diuersis afficietur plagis, Tigur. *variis iactabitur malis*: alii *claudicabit in duas cogitationes, anceps erit, & perplexus, nesciens quid sit facturus*. Vat *peribit, corruet, [illegible]bit* sentientes pœnant. Chaldæos dixit, *cum generatione, quæ non speculata est in lege, nonne dimittetur, aut collidetur?* hoc est, merito hæc omnia patietur populus hic, qui noluit considerare quod oporteret, aut deceret. Vide in quanta mala deciderit populus, qui Deum deseruit.

Sacrificium ad luxuriã paratum.

In Galgala.] גלגל *Ghilgal*, locus primus fuit, in quo, traiecto Iordane, castrametati sunt, & consederunt filii Israel, inter Iordanem, & Iericho; siquidem auctore Iosepho lib. 5. Antiq. capit 1 ab Iordane quinquaginta stadiis erat dissitus, ab Iericho tantum decem, ibi duodecim lapides educti è Iordanis alueo collocati sunt ad monumentum miraculi: ibi Iosue circumcidit secundo filios Israel, cultris lapideis, & abstulit Dominus opprobrium Ægypti: ex quo facto vocatus est locus *Gilgal*, hoc est, *oblatio seu libertas*, vt ait eo loco Iosephus: ibi celebratum est primum Phase post ingressum in Palæstinam, & comederunt de frugib. terræ, & cessauit Manna: ibi Iosue iussus est ab angelo excalceari, quod esset locus sanctus. Sic scribitur Iosue 4. & 5. in hoc loco fixit tabernaculum, & mansit ibi totos primos quinq; annos, vt colligitur ex Iosepho lib. 5 Antiq. cap. 2. Inde sexto anno principatus Iosue translatum est, & collocatum in Silo, vt colligitur ex Iosue 18. 1. & Iosepho eo loco. Atq; in Silo permansit vsq; ad extremum iudicis Eli, quando inde adducta est arca in castra Israel, vt tueretur eum à Philisthæis. 1. Reg 4. per 351. annos, & reducta est, & posita in Cariathiarim, vt dicitur. 1. Reg. 7. 1. postea in Maspha, vt constat ex eodem c. v. 5. & sequentibus; deinde esse videtur ibi vsque ad creationem Saul. Nam tunc arca redducta est in Galgala siquidem c. 10. lib. 1. Reg. v. 8. iussit Sauli Samuel. *descendes ante me in Galgala, vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas, septem diebus expectabis donec veniam ad te*. & c. 11. v. 14. *dixit Samuel ad populum, venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum. & perrexit omnis populus in Galgala; & fecerunt ibi Regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino*, & c. 13. 8. Absente Samuele, Saul in Galgalis obtulit holocaustum. & c. 15. 12. *Saul in Galgalis offerebat holocaustum Domino de initiis prædarum Amalec*. & v 21. *vt immolet Domino Deo suo in Galgalis*, & v 33. *Samuel in frustra concidit Agag coram Domino in Galgalis*. Durauit ergo in Galgalis arca Domini toto tempore Saulis; nam iam electo Dauide, arca erat in Nobe, vt satis colligitur ex cap 21. lib. 1. Regum. fuit ergo multis rationibus venerandus ac celebris locus ille, vt propterea vnam è tribus sedibus iudiciariis ibi constituerit Samuel, ex 1. Reg. 7. 16. & Elias, & Elisæus consederunt in Galgalis 4. Reg. 2. 1. & 4. 38. ex primo autem illo tempore, inquit hoc loco Hieronymus; aductæ religionis in hoc loco celebritertor inoleuit; vt idolum eo coli cœperint, vt honos Deo debitus adimeretur: nam incipiente Aod, iudice tertio à Iosue, suum principatum, in

23 Galgala quis locus & situs. Iosephus.

Galgala multis rationibus celebris.

In Silo quot annos con[illegible]dit arca.

Galgala sedes iudi[illegible]

Cultus [illegible]

Galgalis iam erant idola, vt dicitur Iud. 3. 19. Pertinebat autem Galgala ad tribum Iuda, vt ait Hieron. in lib. de locis Hebraicis, & colligitur ex Iosue 15. v. 7. aut potius ad tribum Beniamin, vt indicatur Iosue 18. v. 12. nam si tribus Beniamin septentrionalis terminus incipiebat ab Iordane, & pergebat linea per latus Iericho septentrionale versus occidentem, & auctore Ioseph. lib. 5. antiq. Ierichuntem, & Hierosolyma comprehendit; sequitur intra illum terminū comprehendi Galgalam, quæ decem stadijs recta versus Orientem distabat ab Iericho: In qua vrbe, quia Dei cultui sacra, dæmon suum cultum considere fecit.

24 *In Bethauen* | Bethauen diuersa fuit vrbe à Bethel, vt constat Iosue 7. 2. vbi dicitur. *Cum mitteret Iosue viros de Iericho contra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad orientalem plagam oppidi Bethel.* & Iosue 18. 12. *Fuit terminus B. niamin contra Aquilonem à Iordane pergens iuxta latus Iericho Septentrionalis plagæ: & inde contra occidentem ad montana conscendens, & perueniens ad solitudinem Bethauen, atq; pertransiens iuxta Luzam, ad meridiem, ipsa est Bethel.* & 1. Reg. 13. 2 dicitur. *erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel.* & v. 5. *Philisthym ascendētes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethauen.* & c. 14. 23. *& saluabit Dominus, in die illa Israel: pugna autem peruenit vsq; ad Bethauen.* Videtur autem hæc vrbs constituta in confinio Beniamin, & Ephraim, quamuis pertinuerit ad Ephraim; cum Bethel sita fuerit in tribu Beniamin, Iosue 18. 22. & propterea hortatur Hoseas duas tribus ne abeant in Galgala, neq; ascendant in Bethauen, quæ in montanis sita erat, in quibus duobus locis erant idola, his duobus tribubus tanquam proximiora exposita, nam ad has duas tribus sermonem hunc habet, auctoribus Hieronymo, Haymone, Theophylacto, & alijs, & propterea de Galgalis, & Bethauen meminit, non de Bersabea, & Dan. Difficile autem capitur, quod Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Haymo, & omnes ceteri affirmant de Bethel fieri sermonem, in qua Ieroboam collocauit idola, quæ per irrisionem, & ad ignominiam dicitur hoc loco Bethauen, hoc est, *domus inutilis*, vt Aquila, & Symmachus sunt interpretati; Theodotion vero, *domus iniquitatis.* Septuaginta vero, *domus* ὤν *on*. ea ratione, quod Hebræum nomen sit *Beth* און, quæ dictio potest legi און *auen*, vt legerunt omnes & און *on*, vt LXX. & illo modo lecta, valet, *domus nihil, vanitatis*, aut *idoli.* Hoc modo, domus diuitiarum malis artibus partarum, videntur sane significare nomen esse appellatiuum, non proprium, & ita *Bethel* dictam *Bethauen*, quia Amos 5. dicitur, *& Bethel erit auen, inutilis.* At difficile est intelligere non esse vrbem *Bethauen* diuersam à *Bethel*, in qua quoque vituli cultus fuit: etiam ita nominetur in Scriptura, nihilum autem si moribus permutatis, nomina cum ipsis permutentur.

25 *Viuit Dominus.* Hoc est secundum Hieronym. Theophyl. Haymo, Hugon. & Dionys. ne ore idoli nomine polluto, nomen meum assumatis, dicentes, *viuit Dominus*, vel secundum Isidorum, cur me in testimonium adducitis, cum alios Deos colatis. Aut secundum Theodoretum, Albertum, Hugonem, Lyram, & Dionys. ne iuretis per idola nomen meum, Iehouah Tetragrammaton illis tribubus [illegible] dicentes, viuit Dominus, *excommunica* bile nomen, vt dicitur Sap. 7. *lignis, & lapidibus imponendo.*

26 *Vacca lasciuiens.* De decem tribubus loquitur, auctoribus Hieronymo, Theodoreto, Haymone, Theophyl. Dionysio, & alijs: sed ad Iudam, vt putat Theophyl. cum alieno periculo volens reuocare ab idololatria. Hebraica autem verbi geminatio, sicut vacca סררה סרר *sorerah sarar*, proprie est, *rebellis rebellauit*, vel *declinans declinauit Israel*, à via scilicet, quam præcepit ei Dominus, vacca non admittens iugum, aut admissum excutiens. Solet Vulgatus hominem huiusmodi transferre, ac vocare contumacem, vt Deut. 21. 18. *Si genuerit homo filium soreri contumacem, & proteruum, qui non audiat patris, aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit.* & v. 20. *filius iste noster [illegible] proteruus & contumax est.* & Prou. 7. 11. *mulier vaga, & [illegible] quietis impatiens*, vertit Paulus, solet vocare huiusmodi *filios inobedientiæ*, in [illegible] scilicet, immorigeros, indisciplinabiles Septuaginta, impetum vaccæ recedentis, ac [illegible] furore [illegible] exeuntis explicuerunt, cum verterunt *sicut vacca asylo percussa insaniuit Israel*, quem œstrum Græci, vulgus tauanum vocant, de quo Virg. Georg. 3.

——— *Cui nomen asylo*
Romanum est, œstrum Graij vertere vocantes,
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concussus, syluæq; & sicci ripa Tanagri.

Quæ refert Hieronymus: quasi dicat, vt explicant Theodor. & Theophyl. quod Israel percussus idololatriæ spiritu, incredibili furore debacchatus est, idola colendo, vt etiam Hieronymus. Vulgatus causam recessus Israelis explicuit, cum dixit; *sicut vacca lasciuiens declinauit Israel*, quod multa rerum copia lasciuiret & luxuriaret, sicut & Chaldæus, cum exposuit. *Sicut bos, qui saginatur, & recalcitrat, sic rebellat propter multitudinem bonorum Israel:* alludens ad illud Deut. 32. 15 *Incrassatus, est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus: dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Montanus quoque similiter transtulit. *sicut vacca lasciuiens lasciuiuit, aut petulanter egit Israel.* Quod vaccæ potius, quam boui comparauerit, ratio est, secundum Mont. quoniam in omnium animantium genere seu maris magis impotentes, & stultæ, quouis impetu, & quouis appetitu, vehementius etiam, quam mares aguntur, & ita ad hunc impetum ostendendum vsurpantur ab auctoribus tum profanis, tum sacris.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.
dixit Poeta 3. Georg.

27 *Nunc.* | Breui, dum viuo adhuc: antequam moriar. *Pascet eos Dominus tanquam agnum in latitudine.* Ducent captiuos in latissimā Assyriorum regionem, vbi non lasciuiēs errabit, sed quo velint hostes agetur, tanquam agnus mansuetus, ita Hier. Haymo, Albert. Hugo, Dionys. Vel pascam eum iam captiuitatis laboribus factum mansuetum, vt agnum vbera matris vbiq; sequentem, vt Theodot. Theophyl. & Montanus explanant. vel secundum Lyram, & Vat. vt solent pastores in campo lato, & vbere pascere, vt pinguem factum mactent, ita Deus pascet populum suum Israel bonorum temporalium copia, vt tradat hostibus quibus resistere non poterunt, mactandū. Quartum

Marginal notes: Bethauen aliam à Bethel. — Bethel eiusdem tribus. — Duas trib. alloquitur Hoseas. — Bethel cur dicta Bethauen. — Septuaginta. — Nomen Dei venerandum. — Lectionis [illegible]. — Inobedientia [illegible]. — Virgilius. — Furor vehemens idola colendi. — Multa rerum copia lasciuiam generat. — Feminæ in quouis genere impotentiores. — Virgilius. — Minatur captiuitatem.

rum sensum addunt Dauid Kimhi, & Isidorus? Nisi Israel tanquam vacca lasciuiens declinasset, ac Domino fuisset rebellis, nunc pasceret eos Dominus bonorum vbertate, ac curam eius ageret.

Improborum consortium vitandum.

28 *Dimitte eum.*] O Iuda ne sequaris Israelem, nec eius quæras societatem, ne consortio eius corrumparis; Ad Iudam fieri sermonem asserunt Hieronym. Theophyl. Haymo, Alb. Hugo, Lyra, & Dionys. quamuis Rupertus, Vatab. & Montanus, ad Prophetam fieri velint, ne frustra adhortetur Israelem, vt idola non colat, cum nihil effecturus sit. Nomine autem Ephraim intelligit totum Israel, quod ex ea tribu fuerit Ieroboam, qui vitulos erexit primus, vt notat Hieronymus, & cum eo reliqui.

29 *Separatum est.*] Rationes subiicit cur Iudas debeat vitare consortium Israel. prima, *separatum est conuiuium eorum*, hoc est, cultus eorum, religio, ac epulum à te longe abest, à tua religione remotus est, ideo recede ab eo, ita Hieronymus, & Lyra. Vel, *separatum fit à te eorum cum religiant conuiuium*, vt Haymo, Alb. Hugo, & Dionysius exponunt. Montanus auget sua expositione, peruersam mentem Israel.

Cultus falsus Israelis.

Postquam exempta fames epulis, mensæq; remotæ; *fornicatione fornicati sunt.* Hoc est, nullum tempus illis vacat ab epulis, & idololatria, sed finitis epulis, consurgunt ad idololatrandum, & ex fornicatione idololatriæ redeunt ad comessationes. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere*, dicitur Exod. 32. 6. i. idololatrare. Ex Hebræo ad verbum sic legimus hac clausulam סר סבאם *sar sebeam*, & verbum *sar* Dauid Kimhi ex Chaldæo Paraphraste, Vatab. Pagnin. & Robertus, vertunt, *Fætuit*, *putruit*, eodem modo volunt transferendum in Psal. 13. v. 13. *omnis Sar putruit, fætuit*; quem LXX. verterunt, *omnes declinauerunt*, & Hieron. omnes *recesserunt*, & nomen *Sobea* est potus vini, aut sicera, à verbo סבא *Saba*, quod est, inebriare. ita Isa. 1. 22. legimus, *vinum tuum mistum est aqua*. Hoc ergo loco vertunt, *fætuit*, aut *putruit vinum eorum*, hoc est, vt ex verbi natura explicemus; recessit vinum eorum nempe à suo sapore, & nitore, quo significat, lætitiam, ac pulchritudinem populi Israel, qua fruebantur, dum vero Deo adhærebant, conuersam esse in tristem, ac putidum colorem; nempe in idololatriam, qua fornicando fornicabantur cum idolis, ita recte dictum est, *separatum est*, seu recessit *conuiuium*, quod vino maxime constabat, hoc est, iocunditas, exhilaratio eorum: adeo vt ad imitationem sui prouocauerint Chananæos, vt verterunt LXX. apud Hieronymum. Vel amauit, aut elegit, seu æmulata est impietatem Chananæorum fornicando cum idolis, vt illi, sicut explicant Theodoretus, & Theophylactus. Isidorus putat obiici Ephratæis, aut Israelitis crapulam, & quod vsque ad vomitum potarent.

Lectionis ratio.

Cum religione versam lætitiam exuit Israel.

30 *Dilexerunt.*] Ex Hebræo sic habet hæc clausula. *Amant Date, ignominia clypei eius*, quæ sic ordinatur. Clypei eius amant Date; quod est illis ignominia. Hoc est, protectores, principes, qui populo sunt instar clypei, amant munera, illaque petunt, frequentantes hoc verbum, *Date, date*, ad summam eorum ignominiam: ita cum Hebræis explicant Pagni. Vatab. Isidorus, & Robertus. Montanus refert ad delicias, & voluptates, quod adeo effrænes essent, & procliues ad voluptates; vt afferri sibi crebro peterent vinum, & epulas, identidem verbum illud repetentes, *affer, affer*, appone mensam, funde poculum, præbe epulas, vt illud Salomonis Prou. 30. 15. *sanguisuga duæ sunt filiæ dicentes affer, affer*: & hoc est, quod dixit Vulgatus. *Dilexerunt protectores eius afferre ignominiam*; hoc est, munera postulare, aut epulas, & vinum porrigi, quod est eis maxime ignominiosum. Sed & verba Vulgati ita explicant Hieronymus, Haymo, Albertus Hugo, Lyra, & Dionysius. Protectores, & principes populi hanc illi ignominiam attulerunt, vt idololatriam sequerentur. Quod Septuaginta dixerunt: *Dilexerunt ignominiam ex fremitu eorum, vel eius.* & Chaldæus, *quam fornicationem dilexerunt, vt venirent filii in ignominiam, proteres eorum.*

Munera ignominiosa principum.

Voluptatum appetentia.

31 *Ligauit.*] Hebr. *ligauit ventus eam in alis suis.* Septuaginta verterunt. *Turbo spiritus sibilabit in alis eius*, vt quidem legunt Hieronymus, Theodoretus, & Theophylactus, nam צרר *Tsarar* pro nomine sumpserunt, quod *constrictionem* seu *turbinem* significat; & *constringat ventum.* & *contorqueat*, אותה pro verbo *athah venit*, acceperunt, de quo Prou. 1. 27. dicitur, *& interitus quasi tempestas*, seu *turbo ingruerit*, seu *venerit*, quod ad naturam spiritus habito respectu, dixerunt, sibilabit. In codice Complut. Regio, & Vaticano, & meminit huius lectionis Theophylactus, אתה videtur acceptum, vt pronomen, *tu*, sic enim legunt. *Turbo spiritus tu es in alis eius.* Est tamen *Tsarar* verbum, *ligauit*, aut *constrinxit*, aut *coarctauit*, & *othah* est pronomen cum articulo, valens, *eam*, vt supra vertimus. Symmachus transtulit, *ligauit ventum in alis venti*, & Tigurina, *ligauit ventum in alis suis.* Iam sensus sub his verbis contentos explicemus. Plurimi ex interpretibus pronomen, *eam*, referunt ad Ephraim, hoc est, ad Israelem, nam ligauit spiritus eam congregationem Israelitarum in alis suis. Et Hieronymus quidem, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius spiritum malignum intelligunt ad idololatriam impellentem constrinxisse Israelem in alis suis, hoc est, alas ipsius Israelis, intellectum, & voluntatem colligasse libidine, & errore, ne populum volitare patiatur, & sese possit ab eo immundo spiritu expedire, vt Deum verum sequeretur. Vel ligauit eum suis propriis alis spiritus malignus, vt ferat eum præcipitem quo velit per omnia vinorum genera, ea enim est vis vnius principalis affectus vitiosi: vt præcipitem agat habentem in quamcumque foueam. Ceteri *spiritum* ventum intelligunt: & primum, Tigurina cum vertat, *ligauit ventum in alis suis*; Isidori sensum indicat: perinde egit in idololatria, ac si quis liget ventum in ora vestimenti sui; nam cum vestis complicata iterum explicatur, nihil inuenitur in ea, *alas* vestis accipit pro *oris* vestimenti, & Symmachus hoc voluit significare, cum dixit, secundum Hieronymum; veluti si quis liget ventum in alis venti, omnis populi idololatria, & cura eius nihil est aliud quam ventus in alis venti; nam in nihilum abit tota, & euanescit. Vnde subiicit, & confundetur à sacrificiis suis, quia nihil illis proderunt. Sunt qui pronomen *eam*, referant ad ignominiam, de qua paulo ante; quasi dicat; perfricta sunt fronte, ac si eorum pudorem

Lectionis ratio.

Sensus 1.

Spiritus alas constringit Israelis ne volitet.

Sensus 2. Spiritus ligat suis alis, vt ferat quo velit.

Sensus 3.

Vanitas idololatriæ

Sensus 4.

Sensus 5.

…asus 5.

…e rapta captiui-…te.

Eurus repulisset. Communior sensus est Theodoreti, Theophylacti, Vatabli, Montani, & Rob. accipientium præteritum pro futuro, & de captiuitate exponentium, tantum differunt, quod Græci Israeli tribuunt alas, ad hunc sensum: Israel tanquam alata auis turbine iræ Dei abripietur in terram alienam captiuitatis, ibique commorari compelletur. Reliqui vento ipsi dant alas; vt Psalmus 17. *volauit super pennas ventorum*, in hunc modum explicantes. Ventus in suis alis ligabit Israelem, vt perferat, ac dispergat in omnes mundi plagas, & faciat captiuum duci in remotissimas Assyriæ regiones, vbi nihil proderunt, neq; ad solatium, neque ad libertatem sacrificia idolis oblata, imo oberunt maxime, dum sentient supplicium propter illa inflictum. Vide quo perferant peccata patratorem, auctoremque suum.

HOSEÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

AVDITE vos [1] ô sacerdotes, & omnes familiæ Israel attendite, & qui estis de regia stirpe, & ipsi auscultate, [2] quia vos Dominus vocat ad iudicium, vt agnoscatis quam merito sitis puniendi. Vos enim sacerdotes cum populum errantem dirigere deberetis, [3] laqueum parastis super Masphah, & rete expandistis super Thabor, etiam locis, vigiles constituentes, qui explorarent, & impedirent statis diebus festis transeuntes Ierusalem, nece etiam definita resistentibus. & hac arte [4] victimas, quas ferebant probi Israelitæ in templum coegistis reducere ad offerendum idolis, [5] cum ego nunquam destiterim vos obiurgare per meos Prophetas ne tam impium facinus patraretis. [6] Ego noui pessimum ingenium regum Israel, & populi impietatem, quia etiam nunc idola colit Ephraim, & totus Israel eo scelere contaminatur, nunquam in animum inducent suam ad Dominum conuersionem, quia spiritus idololatriæ eorum occupat corda, & me Dominum suum non curant agnoscere. [7] Talis superbia Israelis palam testificabitur contra eum, coramq; coarguet. Nam Israel cum toto Imperio Ephraim corruet, & Iudas quoque corruet cum eis, propter hanc suam impietatem. Cum se in tribulatione viderint, & opem in suis idolis non inuenerint, offerent mihi Domino victimas ex gregibus suis, & armentis, vt eos adiuuem, & me non inuenient propitium, eo quod recesserint ab eis; siquidem ipsi me etiam offenderunt in hoc, quod ex alienigenis [8] filios genuerunt, quos idolis consecrarent. Idcirco post non multos annos, [9] vno mense Iulio omnium eorum consummatio fiet, cum sortibus, quas in principio acceperunt funiculo distributionis. Præparate igitur iam vos ad bellum, [10] clangite buccina in Gabaa, & tuba in Rama, vrbibus editissimis Beniamitarum, vlulate in Bethauen imminentem hostium aduentum; tergo tuo iam imminet, ô tribus Beniamin. O quantum desolabitur Israel [11] in die illa punitionis; tunc omnibus tribubus Israel manifestum faciam ipso euentu, quam vera, ac fide digna fuissent quæ illis per meos Prophetas minabar. Principes Iuda [12] facti sunt violenti prædatores bonorum suorum proximorum, extendentes terminos suorum prædiorum in alienas possessiones, super eos effundam quasi diluuium indignationem meam. [13] Opprimetur Israel vi, & iudiciis gentium, apud quas captiuus deget, quia voluit sequi sordes idolorum. Ego sane faciam consumi quasi a tinea regnum Israelitarum bellis Assyriorum, & quasi carie regnum Iuda. videbit Israel calamitatem suam, & Iudas plagam suam; & Israel [14] abiit ad regem Assyriorum Salmanasarem, ei tributum pendens, vt permitteret tranquille agere: & Iudas misit ad Teglathphalasar, vt se vlcisceretur de rege Israel Phacee, & Rasin Rege Syriæ. At certe omnibus suis copiis, nec ille poterit liberare, nec hic plagam resarcire, quam ego infligam, quia ego [15] velut leæna ferociam in Israelem, adductis in eos Assyriis, & vt leuunculus in Iudam mediis Chaldæis: & ego ero, ego ipse, qui rapiam vos, & vadam cum eis, & tollam vos, vt prædam, & nemo eruet de manu mea: & abibo reuertens ad locum meum in cœlo omnem vestri curam abiiciens, [16] donec calamitatibus angustiati agnoscatis culpam, ob quam tanta feretis, & deficientes præ dolore, quæratis propitiam faciem meam.

CAP. V.

[1] AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, 1
& domus regis auscultate: [2] quia vobis iudicium
est, quoniam laqueus facti estis [3] speculationi, & rete ex-
pansum super Thabor. [4] Et victimas declinastis in pro- 2
fundum: [5] & ego eruditor omnium eorum. [6] Ego scio 3
Ephraim, & Israel non est absconditus à me: quia nunc
fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel. Non 4
dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum:
quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Domi-
num non cognouerunt. [7] Et respondebit arrogantia 5
Israel in faciem eius: & Israel, & Ephraim ruent iniqui-
tate sua, ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus suis, & in 6
armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non
inuenient, ablatus est ab eis. In Dominum præuaricati 7
sunt, quia [8] filios alienos genuerunt. [9] nunc deuorabit eos
mensis cum partibus suis. [10] Clangite buccina in Gabaa, 8
tuba in Rama: vlulate in Bethauen, post tergum tuum
Beniamin, Ephraim in desolatione erit [11] in die corre- 9
ptionis. in tribus Israel ostendi fidem. [12] Facti sunt prin- 10
cipes Iuda quasi assumentes terminum: super eos effun-
dam quasi aquam iram meam. [13] Calumniam patiens 11
est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post
sordes. Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo 12
domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum, & Iu- 13
da vinculum suum, & [14] abiit Ephraim ad Assur, & mi-
sit ad regem Vltorem: & ipse non poterit sanare vos, nec
soluere poterit à vobis vinculum. Quoniam ego [15] quasi 14
leæna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego
ego capiam & vadam: tollam, & non est qui eruat.
Vadens reuertar [15] ad locum meum: [16] donec deficiatis 15
& quæratis faciem meam.

ARGVMENTVM.

VOCAT Dominus in iudicium Israelem, vt culpis ostensis, norint se iuste puniri, vna cum Iuda. & ita in omnes profertur sententia.

COMMENTARIVS.

…uehitur sacerdo-…

SAcerdotes.] Ad iudicium vocat omnis conditionis homines; & primum sacerdotes, quorum est aliorum curam gerere. Putant autem Hieronym. Haymo, Alber. Hugo, & Dionys. de falsis sacerdotibus sermonem esse, qui non erant de tribu Leui, sed à populo constituebantur, vt erant sacerdotes Baal. 3. Reg. 18. 4. Reg. 9. & 10. Verum non arbitror id adeo certum quin veri sacerdotes fuissent, cum tribus Leui per omnes tribus dispersa esset, vt illis ad Deum aditum pararet, quemadmodum legimus Iudic. 18. de sacerdote Michæ.

Ad iudiciũ vocantur proceres.

Sacerdotum, & regum iustum est docere.

2 *Quia vobis iudicium.*] Sic Hebræa habent, hoc est, [illegible] contra vos est hoc iudicium, in quo damnandi estis; accedite ad illud, vt vestram condemnationem audiatis. Sic Hieron. Theodoretus, Haymo, Albertus, Hugo, Theophyl. Dionys. Montanus & Vatab. & hunc sensum indicant LXX. cum vertunt, *quia ad vos est iudicium.* Grauiora enim sacerdotes, & reges manent supplicia. Chaldæus tamen, Vatab. & Isidorus, & Robert. alio modo explicant, *quia vobis iudicium*, hoc est, quia vestrum est facere iudicium, vestra refert docere, & facere quod iustum est; sacerdotum enim est, & regum docere iustum, populi facere, & ita, & hi, & illi vocantur; vt audiant latam contra se sententiam. nomine populi, primores populi intelligit Theophyl.

Mitspah nomen proprium.

3 *Speculationi.*] Hebr. *quia laqueus fuistis ipsi Mitspah, & rete expansum super Thabor.* & quidem Tigur. Pagni. Vatab. Rober. & Montanus nomen מִצְפָּה *mitspah* proprium esse montis arbitrantur ex Dauide Kimhi: idq; ex Scriptura potest comprobari: primum, nam Genes. 31. 48. & 49. vbi dicitur in Vulgato. *& idcirco appellatum est nomen eius Galaad, id est tumulus testis, intueatur, & iudicet Dominus inter nos*; in Hebræo additur. *Idcirco vocauit nomen eius Galaad, id est tumulus testimonij, & Mitspah, id est, specula, quia dixit, speculetur Dominus inter me, & te.* itaque idem locus vocatus est à Iacob *Galaad*, & Laban *Mitspah.* Iosue quoq; 11. v. 3. *Heuæum quoq; qui habitabat ad radices Hermon in terra Mitspah. Maspha*, vertit Vulgatus, & v. 8. *Campumque Mitspah*, & cap. 13. 26. *Iisque Ramoth, Mitspha, & Betonim.* Iudic. 10. 17. *filij Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati filij Israel, in Mitspah castrametati sunt.* & statim cap. 11. elegerunt sibi ducem Iepthe contra Ammonitas; *coram Domino in Mitspah*, seu *Maspha.* & iam inde tanta mentio [illegible] *Maspha*; [*Nam locus erat orationis in Maspha in illis diebus.* Ex v. autem 29. constat *Mitspah* pertinuisse ad Galaad, nam dicitur ex Hebræo. *Fuit autem super Iepthe spiritus Domini, & transiuit ad Mitspah Galaad, & de Mitspah Galaad transiuit ad filios Ammon.* & vers. 34. *Venit autem Iepthe victor in Mitspah ad domum suam*, &c. Solet autem Vulgatus nomina propria tamquam appellatiua interpretari, vt illud Psalm. 75. *& factus est in Salem locus eius*, vertit, *& factus est in pace locus eius.* & Isa. 8. 3. *Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere; Festina prædari*, nomina propria sunt. Sic accipiendo nomen *Mitspah*, vt sit nomen montis, sicut & *Thabor*, Dauid Kimhi, Pagni. Vatab. & Rober. similitudinis notam hic subintelligi volunt. Erant enim *Mitspah*, & *Thabor* montes editissimi in terra Israel, super quos venatores retia sua extendebant, vt aues auciparentur, & feras caperent. Vos, ait, & verbo, & exemplo estis laqueus, & offendiculum populo huic, vt eum capiatis, vt laqueus tenditur in monte Mitspha, & rete expandi solet super montem Thabor, ad capiendas aues, & feras. At Montanus historiam refert ex Hebræis in libro Midras Thanhuma, & in ieiuniorum volumine; Ieroboamum hortis, arcibusque in montibus Thabor, & Mitspah extructis, excubias collocasse, quibus populus impediretur statis diebus festis Ierosolymam petere, pœnamque capitis contra intentantibus indixisse: insinuatque id, quod legimus 3. Reg. 12. 28.

Mitspah Galaad.

Sensus 1. ex similitudine.

Sensus 2. ex historia Hebræorum. Speculatores Ieroboam constituit.

Et excogitato consilio, Ieroboam fecit duos vitulos aureos: & dixit eis, nolite ascendere vltra in Ierusalem. Putat autem *Mitspah*, & *Thabor* montes esse editissimos, illum in confinijs Iuda, & Beniamin non procul ab Ephraitis; hunc autem in sorte tribus Issacaris. Fortasse mons *Mitspah*, seu *Maspha* [illegible] ille, vbi Asa rex Iuda. 3. Reg. 15. 22. ex lignis, & lapidibus Romæ ædificauit Gabaa Beniamin, & *Maspha*, vbi 4. Reg. 25. 23. sedem suam collocauit Godolias. Sed verius videtur *Mitspah* esse montem Galaad, de quo supra diximus, cuius ciuis erat Iepthe; ac de hoc confirmatur prædicta historia Hebræorum, ex illis verbis c. 6. 8. *Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine*, &c. vt eo loco dicemus; nam eadem est ciuitas *Mitspah*, & *Galaad*, vel saltem huius pagus, vt Lutetia Parisiorum [illegible].

Mitspah mons est Galaad. Historia Hebræorum confirmatur.

Mitspah nomen appellatiuum, specula. Sensus 1.

Septuaginta vero, Chaldæus, Vulgatus, & ceteri interpretes, *Mitspah* tamquam nomen appellatiuum transtulerunt, dicentes, *quia laqueus facti estis speculationi*, seu *speculæ.* & Hieronymus quidem, & Isidorus, quasi legissent, *laqueus facti estis pro specula, seu speculatione*, ita explicant. Vos, quibus cura est speculandi populum, eumque docendi, auocatis eum doctrina falsa, prauisque vestris exemplis offendiculum illis [illegible] estis, & rete; vt faciunt venatores in monte Thabor. Chaldæus, Theodoretus, & Theophylactus nomine *speculationis* accipiunt doctores, & Prophetas; qui populum speculantur, & curant; vos, ait, offendicula tenditis, & insidias paratis vestris doctoribus, & Prophetis, vt rete super Thabor, qui vobis erant pro oculis, vt vestram impietatem agnosceretis. Nam Ezech. 3. 17. dicitur; *fili hominis speculatorem dedi te domui Israel.* Tertio, Cyrillus hic; & lib. 12. in Ioan. cap. 26. Haymo, Alb. Hugo, Lyra, & Dionys. *speculationem* passiue accipiunt pro plebe speculata; Vos plebeculæ, cui constituti estis speculatores, laqueos aperuistis, offendicula tetendistis, & vt rete super Thabor expandistis, dum & verbo, & exemplo ad idololatriam induxistis, & à vero Dei cultu remouistis. & hi quidem ad sacerdotes, & principes sermonem dirigunt, quasi initio sacerdotes vocauerit ad iudicium, sed coram populo, & regia domo, vt periculo illorum ad se redirent. De Thabor diximus late super 46. cap. Ieremiæ. Nam de montibus hic est sermo terræ Israel. non Iuda.

Sensus 2.

Sensus 3.

4 *Et victimas.*] Hebr. *& mactare declinantes profundauerunt.* ponitur autem infinitum, *mactare*, pro nomine *mactationem*, seu *victimas*, vt sit communior sensus: & victimas, quas ferebant probi Israelitæ Ierosolymam, vos deflexistis in profundum impietatis, vt eas scilicet idolis offerrent: hoc est, declinantes fuistis mactationem, profundauerunt, id est profunde, omni studio, etiam nece interfectis illis, qui resisterent. Nam *profundare* est vehementem alicui rei operam dare, vt Isa. 31. 6. *Conuertimini sicut profundastis discessionem*, hoc est, sicut profunde, & vehementer discessistis. Hoseæ 9. 9. *Profunde peccauerunt*, id est, vehementer. Ad sacerdotes fit sermo secundum omnes. Hunc sensum afferunt Hieronym.: Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Isidorus, & Montanus, & confirmat id, quod diximus, & consilio Ieroboam constitutos esse speculatores, qui impedirent euntes Ierosolymam ad sacrificandum. Vatab. & Robertus ita vertũt

Sensus 1.

Sensus 2.

A

Mactare Apostata profundauerunt. hoc est, Apostatæ ad mactandum victimas idolis, profundo ingenio callidum hoc consilium inierunt, vt dicerent, se facere in honorem Dei, cum tamen ego interim non desisterem eos obiurgare. *astutia profunda*, inquit Isidorus, qui ex M. addit hunc sensum;

Sensus 3.

victimando declinantes fuerunt in profundum, hoc est, omnino recesserunt à Deo sacrificia idolis offerendo, me etiã Dei Propheta obiurgante. Quarto, legunt alij; *in profundum abierunt mactando.* hoc est, multi, & assidui fuerunt in mactando; multas hostias immolarunt, quod dixit Chaldæus, & sacrificant idolis largissime. Septuaginta dum legunt apud Hieronym. & Vaticanum Codicem, Theodoretum, & Theophylactum, *quod qui capiunt venerationem confixerunt*, hunc sensum indicant, quod rete terræ infixerunt, qui venationi dabant operam vt venarentur, & caperent aues, aut feras. Hoc est, iugulare, seu mactare declinantes profundauerunt, hoc est, infixerunt instrumenta venatoria qui declinant ad iugulandum, & occidendum feras. In Codice Complut. & Regio legimus. *Qui rapiunt venationem timuerunt.* hoc est, illi, qui declinant ad venandum, timore concussi sunt ob ferarum rugitus, & feritatem: & tamen Israelitæ in his suis flagitiis occidendo homines, nihil verentur.

Sensus 4.

Iuxta lectionem LXX.

B

5 *Et ego.* Hebr. *& ego* מוסר *musar omnibus eis. Musar* autem propriè *seuerior institutio est, correptio*, seu *castigatio*, qua à malo arcentur homines doctrina, minis, aut pœna. *Et ego*, ait, *correptio*, seu *coercio omnibus illis*, seu *eruditio fui*; siquidem semper illos erudiebam ad bonum, & inuitabam ad pœnitẽtiam per Prophetas meos, volens emendare, non perdere; ita tanquam verba Dei explicant Hieron. Rupertus, Haymo, Hugo, & Dionys. hoc volunt LXX. cum dicunt, *& ego magister vester*: & Vulgatus; *& ego eruditor omnium eorum*, quia non deserueram magisterium meum in illos, etiamsi ipsi meruissent. Albertus, & Lyra explicant, *& ego cognitor eorum*, hoc est, cum nihil me lateat flagitiorum eorum. Vatab. Pagni. Montanus, & Isidor. tanquam verba Prophetæ sic transferunt. *& ego increpatio, vel obiurgatio omnibus illis*; Quasi dicat: & ego nunquam destiti eos arguere, & obiurgare ne cultum eum sequerentur. Vel per meos Prophetas, vt vt ait Vatab. & Rob. vt sint verba Dei. Chaldæus, Theodoretus, & Theophyl. tanquam verba comminatoria accipiunt, *& ego adduco correptiones super omnes illos*, ait Chaldæus, hoc est castigationem inducam in eos, captiuitatem; puniam ego eos, & coercebo pœnis captiuitatis.

Sensus 1. Dei verba qui semper homines erudit.

C

Sensus 2. Prophetæ verba qui improbos coarguit.

D

Sensus 3. Dei verbo comminantis captiuitatẽ.

6 *Ego scio.* Ego, ait, noui ingenium pessimum regum Israel, & ipsius populi impietatem, ne se excuset, reiiciendo culpam in suos reges, & principes; & nomine *Ephraim* reges Israel, seu primores: nomine *Israel* populum intelligunt Hieronymus, Theophyl. Rupertus, Haymo, Alber. Hugo, Dionys. & Montan. quod Ieroboam fuisset è tribu Ephraim oriundus. Theodoretus, Lyra, & Vatab. ac Rob. populum Israel accipiunt vtroq; nomine; nam repetitione eiusdem auget populi animum rebellem; quem ait Dominus se cognouisse quod non mitescat, nec emolliatur monitis quibusque aut minis, vt ait Rupertus, nisi onere captiuitatis edomerit. Vnde subiicitur. *Non dabunt studia eorum, vt reuertantur ad Dominum suum.*

Ingenium Israel rebelle non nisi captiuitate domabitur.

E

A

Hoc est, non veniet illis in mentem cogitare de conuersione sua: ita Hier. & alij fere omnes, vel secundum Chald. Pag. & Vat. Non missa facient opera sua vt cogitent de sua conuersione.

7 *Et respondebit.*] Pœna debita tam impudenti Israelis arrogantiæ, qua Deo contempto, gaudet idolis, infligetur ei in facie, vt non possit negare talem culpam tali pœna puniri: is enim fructus est, qui respondebit illi impietatis labori. ita Hieron. Theodor. Theophyl. Haymo, Alb. Hugo, Lyra, vnde & Chald. dixit: *deprimetur gloria Israel ipsis videntibus.* Sumpta est metaphora, vt ait Ruffinus, ab agricolis, quibus terra in fructu respondet culturæ, iuxta illud Virgil. 1. Georg.

Pœna respondet culpæ.

Illa seges demum votis respondet auari
Agricolæ, bis quæ Solem, bis frigora sensit.

Metaphora ab agricolis. Virgilius.

B

Et Paul. dixit ad Galat. 6.8. *Quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Vatab. Pagni. Isidor. Montan. & Rob. hoc verbum pro *testificari* acceperunt, vt Deut. 5. *Non respondebis*; pro, *non testificaberis contra proximum tuum falsum testimonium*, vt sit sensus, superbia Israel, qua Deum spernit pro idolis, testificabitur palam contra eum, qui palam arguetur, aut quia iuste vltio Dei contra eos desæuiet. Montanus solus vult non de pœna futura, sed de eius impudentia hic loqui. Adeo impudens est Israel, vt arrogantia eius, quæ in facie eius apparet, testificetur internam procliuitatem, vt vitiosam mentem ad idola; quemadmodum vultus inuerecundia ostendit, & aperit mulieris internam impudicitiam. Nec est quod laboremus in aperienda, aut requirenda Israelis improbitate, cum ipse palam se prodat, & in facie ostendat suam arrogantiam, vt illud Isa. 3. 9. *Agnitio vultus eorum respondebit eis, & peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt, neque absconderunt*, hoc est, vultus apertus testificabitur eum, qualis sit, aut deponet contra eum.

Vltio erit testis superbiæ Israel.

Ex vultus inuerecũdia interna propensio ad idola manifestabitur.

C

8 *Filios.*] Filios ex alienigenis vxoribus genitos, ac proinde alienæ religionis, intelligunt Chaldæus, Theodoret. Theophyl. Paulus Burgensis, Dionysius, Isidorus, & Montanus contra præceptum Domini Exod. 34.16. *Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos suos.* & Deuteronom. 7.3. *Neque sociabis cum eis coniugia, filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo; quia seducet filium tuum, ne sequatur me, & vt magis seruiat Diis alienis: irasceturque furor Domini, & delebit te cito.* Secundo, filios explicant, quos in errore genuerunt, & idolis consecrantes aliena forma initiauerant per ignem traducentes. Hieronym. Haymo, Albert. Hugo, Dionys. & Isidorus. Tertio, idem Hieron. Rupertus Lyra, Vatab & Rob. filios intelligunt metaphorice, quos idolis genuerant sua doctrina, nempe, quos discipulos acquisierant, facientes suos, qui erant alieni à falsa religione. Nam cum ait Hieronym. qui in idolorum errore generati sunt, vtroque modo potest intelligi, vel illi, quos genuerunt ex suis vxoribus, dum erant in idololatria; vel quos docuerunt errorem idolorum.

Sensus 1. de filiis ex alienigenis genitis.

Filiorum cura.

D

Sensus 2. de filiis in errore genitis.

Sensus 3.

De filiis, hoc est de discipulis erroris.

E

9 *Nunc.*] Pro mensis, Hebr. חדש *hodes* LXX. verterunt, *rubigo*, quasi nomen Hebræum esset חסיל *Hasil.* Aquila vertit *Neomenias*, id est, *Calendas*: Symmachus vero, & Theodotion, *mensis*, vt Vulgatus, & ceteri interpretes, transtulerunt; & qui-

Lectionis ratio.

dem

Sensus 1. Singulis mensibus consumentur.

[illegible] Chaldæus, Hieron. Haymo, Alber, Hugo. Dionys. & Tigur. sic intelligunt; breui per singulos menses absumet eos hostis, cum omnibus eorum sortibus. nullus enim mensis erit, in quo non eos vastet hostis: sic enim ait Chaldæus: *Nec adducam adversus eos populos per singulos menses, qui populabuntur fru[c]tus terræ eorum*, & Tigur. *Ideirco in singulos menses comedet eos hostis cum agris suis*. E. hoc est, quod dixit Ioel 1. *Residuum erucæ*. Partes autem eorum vocat cleros, vt dixerunt LXX. seu sortes, quæ singulis tribubus obtigerunt mensura funiculi. At cur alleriat per singulos menses ab hoste consumendos, cum ex historia Regum Israel constet intra spacium 25. annorum à 12. Phaceæ vsque ad 9. Hoseæ regis postremi Israel, factam hanc totius Israelis vastationem, & stragem per suam intervalla? Nam ex quatuor captiuitatibus, quas 10. 1. cap. Hoseæ num. 10. diximus percussisse Israelem ex sententia Hieronymi, prim. accidit anno 12. Phaceæ; secunda accidit post octo annos ad finem Phaceæ: tertia post tres annos, tertio anno Hoseæ quarta, & extrema transactis annis quatuor decim, non anno Hoseæ; quo capta est Samaria. videtur Propheta breuitatem vastationis respexisse, quā mensem vocauit. Ideo Vat. Isidor. & Rob. explicant; Nunc post modicum tempus, hoc est, breuissimum, perituri sunt cum omnibus possessionibus sorte illis distributis. *Cito*, ait, *deuorabit eas hostis in mense*; intra spatium vnius mensis, breue [illegible] quidem tempus. At certe difficile intelligitur, cur Propheta hac forma loquendi vsus sit, & vno mense deuorandos dicat, cum iam dixisset, *nunc*, hoc est breui, nec in Scriptura similis inuenitur. Quare R. Salomon, Lyrano, & Montano videtur, sermonem esse de peculiari mense, in quo erant absumendi omnino, & regnum Israel finiendum: is autem fuit mensis *Ab*, qui mensi Iulio respondet: in eo enim mense dicunt captam Samariam anno Hoseæ 9. coniectura probat Montanus, quod Iudæis is mensis funestus [illegible], & infaustus, vtpote, in quo primum, ac secundum templum dirutum sit, & multæ aliæ calamitates eis euenerint, quæ numerantur [illegible] Montano. Est eiusdem sententiæ Hugo, qui ait, *in vno mense captiuabuntur*, & quidem si certum nobis esset Samariam captam illo mense, nō esset quod huic rei commodiꝰ quæreremus. Fortasse quia ad Iudam simul loquitur, vt constat ex cedentibus, & sequentibus, significatur consummatio totius populi cum sortibus eius, quæ [illegible], cum capta est, & combusta Ierusalem mense *Ab*, Iulio. Tunc enim totus Israel, omnes 12. tribus [illegible] ... & [illegible] permixtæ, perituræ [illegible] & destructæ, nam de eodem hoc mense Da[vid] Kimhi explicant hunc locum; quo, & illum Ierem. 2. 24. *in menstruis eius inuenient eam*. Hebr. *In mense illius*, nempe, qui decisus, & determinatus est ei, vt in eo consummetur, ita Pagnin. Thesauro, verbo חדש *Hadas*.

Annos 25. continet Israel.

Captiuitates 4. Israelis.

Sensus 2. In mense, pro breuissime.

Sensus 3.

De mense Ab.

De consummatione totiꝰ Israel factam in uno Sedecie.

Mense Ab, Iulio finitus totus Israel.

10 *Clangite.* Gabaa, & Rama duæ sunt ciuitates tribus Beniamin sibi inuicem vicinæ in excelso sitæ, quasi duæ arces; nam ex Gabaa natus est Saul Rama autem, quę in septimo milliario est ab Ierusalem, ter [illegible] ædificaba[t], & [oc]cupabat, vt exitum claude[re]t tribui Iudæ; sed Asa rex Iuda [illegible] materiam accepit, & construxit Gabaa [B]eniamin, & Masphā 3. Reg. 15. 22. Iubeter-

Gabaa, & Rama quæ vrbes.

Sensus 1. Promul-

A go in his editissimis ciuitatibus Ben[iamin] promulgari sententiam latam contra Israel, & Iudam, buccina, & tuba, vt volunt Lyra, [illegible], vt praeparent ad vicinum bellum [illegible] hortentur ad luctum, vt volunt [illegible] Rupertus, & Dion, vt implorent [illegible] pli [illegible] opem dolo[ri] [illegible], vt e[i] liberarent [illegible]. LXX. vt nomina appellatiua acceperunt [illegible], id est Gabaa, & *excelsa* quod est Rama [illegible] ait, Propheta [illegible] hostes [illegible] contra Israel, quod postularint regem, qui erat de Gabaa; & non parierunt Samueli, qui erat de Rama. Sed certè his ostendit, iam hostem tum imminere; & ideo conuocat [illegible] ... patent ad bellum. Siquidem [illegible]

tatæ sententiæ in Israelem ciuitatibus.

Chaldæi [illegible].

B minet clades duabus tribubus. Est autem buccina, vt ait Hieron. pastoralis, & e cornu [illegible] efficitur, vnde Psal. [illegible] ... tem de ære efficitur [illegible] ... in solennitatibus conci[illegible] dum iubet in Beth. [illegible] tribu Ephraim [illegible] Monta[nus] [illegible] minas pertinere. [illegible] *regionum Beniamin*, vel post te B[eniamin] [illegible] go habes hostem [illegible] Haymo, Alb. Hu[go] [illegible] Bethauen, q[uæ] [illegible] im, vel iam hostes in [illegible] Vatab Isid. & Rob de *Bethauen* [illegible]

Buccina quid.

Tuba.

C *In die correptionis*. [illegible] ... Chaldæo, Græco, & Latino [illegible] cõiunguntur præcedentibus [illegible] *Ephraim desolatione affli[ge]tur in die correptionis, [illegible] & vindi[ctæ]*. [illegible] Alb. Rupertus, [illegible] Dionys. Vatab. & R[illegible] ... Hieron. Theodor. Theophyl. Isidor. & M[on]tanus ad sequentia referunt In die punitionis, quando vastabuntur tribus Israel, [illegible] ... deliaverba [illegible] Proph[et]æ [illegible] ... [illegible] nes, ita illi, Haymo, Alb. Hugo [illegible] ... cuim faciam, [illegible] ... ne cne. Chaldæus, Vatab. Isid. & R[illegible] ... [illegible] monui [illegible] tribus [illegible] am admonitionē fidelem illis ostendi, ne se possint excusare, & me accusent: Isido. in die correctionis locum quod rectum erat, sed non fuit recuti: & videtur [illegible] magis vrgere, fatis ostendi tribubus Israel fidelem meam admonitionē o eos sæpius per meos Prophetas, ne querantur.

In correctionis die.

[illegible] ponitionis quæ.

D

O[s]tendit [illegible] Israeli.

11 *Facti sunt*. Tanquam futurum sit, Hieronym. Ruffin. Haymo, Al[b.] Hu[go], Lyra, & Dionys[ius] explicant, post captiuitatem Israelem & terras, totum desertum nullo dolore, tum neque correpti principes Iuda, se[d] [illegible] ... phate, & extendere [illegible] ... tum erat Deuteron. 19. *Non [as]sumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua*. At credi non potest Ezec[hiæ] [illegible] & [illegible] principes gauisos fuisse [illegible] oc assumpsisse sibi terminos, [illegible] sentes, sed desertam terram sibi ad [illegible] turpe habit. Quare culpa [illegible] ostendit, vt pœnam [illegible] ... Isidor. Monta[nus] & Rob. P[rin]cipes Iudæ [illegible] violentia præda [illegible] ... sessione im[illegible] ... [illegible] tera[illegible]

Sensus 6. [illegible]

E

Sensus ve[illegible].

qui terminorum suorum prædiorum signa in prædia extendunt aliena; vt vere ipsi faciunt. nam *quasi* nota veritatis, non similitudinis est. Contra hos autem dictum est Deuteron. 27. 17. *maledictus qui transfert terminos proximi sui.* Super hos, ait, metito se effusurum Deus, & *iram quasi aquam* immissurum. Theophyl. & Theodor. principes Iuda, explicant, leges meas, iuraque, & cultum mihi debitum commutant, & transponunt in idola, vt illi qui in agris mutant, & transponunt terminos. Verior est sensus medius.

Calumniam.] De futura captiuitate loquitur secundum omnes. opprimetur Ephraim ab Assyriis, & iniustis gentium odiis, apud quas captiuus aget, confringetur, seu opprimetur. Ita Haymo, Vatab. Isidor. & Rob. Vel fractus Dei iudicio, hoc est, Dei iudicio talem pœnam ferens, secundum Abb. Hugon. Lyran. & Dionys. *quia voluit sequi sordes idolorum*, vt Vulgatus transtulit, & Hieronym. intellexit, Haymo, Albert. Hugo, Lyra, & Dionys. quæ LXX. vocarunt, *vana*. At Tigur. Pagn. Vatab. Montan. Isid. Rob. vertunt, *quia voluit abire post præceptum*, scilicet Ieroboam de vitulis adorandis. eadem ratio est, sed diuersitas nata, quod nomen צו *Tsau* à צואה *Tsaua* deductum significat *stercus* seu *excrementum* ani, cum à צוה *Thauah* cum he, sit *præceptum*, quod Vulgatus, Isa. 28. 10. transtulit *manda, remanda.* Chaldæus illam rationem, *quia cœpit abire post sordes*, sic explicat; opprimitur Ephraim, oppressus iudiciis, quia se verterunt iudices eorum, vt errarent post mammona iniquitatis: nempe, quia iudicabant pro muneribus; ideo vim patiuntur, & opprimuntur in iudiciis. LXX. participia præterita, *oppressus*, & *fractus*, active transtulerunt; *Oppressit Ephraim aduersarium suum, conculcauit iudicium, quia cœpit abire post vana:* quia enim ad idola colenda abierunt, ideo opprimunt proximum: & quod iustum est peruertunt, quod non ita fecissent si me sequerentur.

Lectio varia.

14 *Et abiit.*] Ostendit cognito in se morbo, aut vulnere inflicto, tam Israelitas, quam Iudam remedium quæsiuisse a regibus externis, nō à Deo. Erat autem morbus, aut plaga bellis inflicta vtrique populo ab ipso Deo, ideo dixit, *& ego quasi tinea Ephraim*, quasi עש *hhas tinea*, quæ vestes corrodit, & facile perdit, vt Iob 13. *Sicut vestimentum, quod comeditur à tinea.* Sic enim paulatim Assyrij diruerunt; & corroserunt Israelem, & quasi putredo domui Iuda, quasi רקב *rekab*; *caries*, quę duriora, vt lignum, & ossa, perdit. Iob 4. *Existimauit, vt lignum carie absumptum.* & Prou. 14. *Vita carnium sanitas cordis, & caries ossium inuidia.* Ostendit se paulatim plagam inflicturum, vt resipiscant opportune. Sic vulneratus Israel sentient languorem suum, & Iuda plagam suam, seu vinculum suum: Præteritum ponitur pro futuro חלי *Choli*, *languorem*, seu *ægrotationem* significat, quæ dolorem, & cruciatum affert ex læsa, aut violata parte aliqua. Ita Israel pars violata, & capta ab Assyriis dolebat & ęgrotare faciebat מזור *mazor*, *compressionem*, seu *colligationem plagæ* significat, & per synecdochem, pro vulnere ipso accipitur, quod vinciri, colligarique solet vt curetur; & cum tollitur ligatio, sanum putatur; vel comprimi, vt sanies emittatur. Isa. 5. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata medicamine, neq; fota oleo.* Ierem. 30.

Vt tinea vestem, sic hostis populum perdit.

Caries Iudæ.

Ægrotatio cruciatus.

A *Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum, curationum vtilitas non est tibi.* Pro remedio autem, *profectus est Ephraim ad Assur & misit ad regem vltorem*, duas has clausulas applicuit, priorem Israel, qui *abiit ad Assur*, posteriorem Iudæ, qui *misit ad regem vltorem.* ita distinguunt Hieronym. Cyrillus, Haymo, Abb. Hugo, Dionys. Montan. Vat. Rob. & probatur, quia subiicit, *& ipse non poterit sanare vos*, nempe à languore Ephraim, *nec soluere poterit a vobis*, o Iuda, *vinculum.* Sed quando abiit Israel ad Assur ad implorandum auxilium, vel ad diuertendum eum? Tunc videlicet cum Manahen rex Israel in Thersa dabat Phul Belocho mille talenta argenti, vt esset ei auxilio, & firmaret regnum eius, vt legimus 4. Reg. 15. 19. & 1. Paralip. 5.
B Ita Hieron. Haymo, Alber. Hugo, & Dionys. At Theophyl. Lyra, & Montanus melius explicant de tributo, quod Hoseas rex pendebat Salmanasari regi Assyriorum, factus ei seruus, vt tranquille agere in regno relinqueretur, vt refertur 4. Reg. 17. 3. qua ratione putabat sanari posse languorem suum, quem iam experiri incipiebat.

Remediū a quibus quæsitum.

Israel quādo opem implorauit Assur, per Manahen

Melius per Hoseam.

Quod addit, *& misit ad regem vltorem.* De Achaz intelligunt cum Hieronymo, & Cyrillo supra dictis, & Montan. quando vt legimus 4. Reg. 16. 7. & 2. Paral. 28. 16. misit legatos ad Teglathphalasar regem Assyriorum, vt vlcisceretur se de Phacee rege Israel, & Rasin rege Syrię. Chaldęus tamen, Theodoretus, Theophylactus, & Lyra videntur intelligere de eodem Israele, quando
C Hoseas misit legatos ad Sua regem Ægypti, vt se vlcisceretur de rege Salmanasare; & nihilominus captus ab eo est, & in carcerem missus, & Salmanasar obsedit, cepitque Samariam, vt legimus 4. Reg. 17. 4. & quidem si de solo Israele hæc acciperemus, & non de Iuda, recte hæc historia conueniret; at diximus de vtroque sermonem esse.

Achaz misit ad Teglathphalasar.

Hoseas misit ad Sua regem Ægypt.

Rege autem.] ירב *Iareb.* LXX. dixeruot *Iarib.* & Hebræi quidem Pagni. Vatab. Montanus, Isid. & Rob. nomen proprium vrbis in Assyria esse indicant. Theodoretus nomen regis Ægypti, qui tamen *Sua* dicebatur, vt vidimus. Verius Symmachus, & Vulgatus, ac Chaldæus, & Tigurina *Vltorem*, verterunt: sicut Aquila, & Theodotion
D *Iudicem.* Est enim tertia persona futura hiphil à verbo ריב *rub*, idem quod, *vlciscetur.* Misit ergo nuncios ad regem, qui vlturus eum esset de hostibus suis, ita vocatur rex Assur, quod tamquam omnium potentissimus omnes opem implorantes vlcisceretur, & tueretur. Hoseæ 10. dicitur, *Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori.* hinc Iudic. 6. 31. *Si Deus est* ירב *Iarib; vlciscatur se de eo, qui suffodit aram eius, ex illo die vocatus est Gedeon Ierobabal quod dixisset, Ioas: Vlciscatur se de eo Babal, qui suffodit aram eius.*

Iareb vltor quis fuerit

Quasi leana.] שחל *Sachal truculentissimam bestiam* significat. *è leonum genere, viribus terribilem, & voce.* Iob 4. *rugitus leonis, & vox Sachal.* & Psalm. 81. *Super Sachal, & super basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Pantheram.* LXX. transtulerunt, Vulgatus fere *leanam*, כפיר *Cephir* autem catulo maior est leunculus, qui iam prædas capere didicit, audacior, & ferocior. Ezech 19. *Eduxit vnum de leunculis suis, qui Cephir factus est, & didicit capere prædam, & hominem comedere.* Ait ergo, *ego ego rapiam prædam, vt Leo, & abibo, & tollam* 15

E

Cephir leunculus generosus.

mecum

Minatur captiuitatem.[1] *meum prædam in speluncam meam*; hoc est, non desistam donec abducantur in captiuitatem. Sic Haymo, Vatab. & Monta. *Vadam, & reuertar ad locum meum*, hoc est, post ductos captiuos, redibo in cælum sedem meam, & nullo signo ostendam iam illis præsentiam meam, vt faciebam in templo, relinquam curam eorum. ita Chald. Hiero. Theodoretus, Cyril. Theophyl. & omnes. perseuerat in metaphora leonis, qui solet cum præda abire in speluncam suam, relicta, iam præda dispersa; vt notant Græci patres.

16 *Donec deficiatis.*] Vsque quo יאשמו *iesemu*, verbum *asam* propriè est *reum peragi, & in culpa esse, & ob illam abominabilem*: vt sit hoc loco, *donec se reos, & obnoxios culpæ agnoscant*; ita interpretantur Chald. Tigur. Montan. Vat. Isidor. & Rob. quasi dicat; donec pressi calamitatibus, dum viderint se omnibus factos abominabiles ob pœnam culpæ debitam, se deliquisse agnoscant, & quærant Dei faciem. Atque ita solet vertere Vulgatus hoc ipsum verbum, vt cap. 4. 5. *non delinquat saltem Iuda.* 10. 1. *& deliquit in Bahal.* Isa. 24. 6. *Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius*: ita modo; *donec deliquant.* hoc est donec agnoscant, & fateantur se peccasse, aut reos esse. Ecce quo tendant diuina flagella, calamitates, & captiuitates; in agnitionem peccati, vt deleatur; & hoc est, quod Vulgatus dixit, *donec deficiant præ dolore*, culpæ videlicet. & LXX. donec dispereant ob similem afflictionem, & cruciatum, & ita afflicti quærant faciem meam, non Assyrios, non aliud humanum auxilium: quamuis Hieron. explicet, donec se deiectos experti ad saniorem redeant mentem, & Haymo, Alb. Hugo, Lyra, & Dionysius. Vide orationem Baruch.

Lectionis statio.

Ideo flagellat Deus, vt deleatur peccatum.

HOSEÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

CVm summe fuerint[1] afflicti, tunc,[2] celerrime sese excitabunt ad quærendum me, sibi inuicem dicentes, venite, reuertamur ad Dominum, a quo peccando recessimus, quia ipse est, non homo vllus, qui nos [3] rapuit, & in captiuitatem duxit, & idem ipse est qui nos est liberaturus: ipse percussit, & ipse medebitur, & colligabit linteolis vulnera nostra. Post breue, duorum instar dierum, spacium illucescente sui in hunc mundum aduentus luce,[4] nos vitæ restituet, & in iucundiorem per eius gratiam viuendi rationem suscitabit.[5] & iam deinceps nos peculiari cura, ac prouidentia intuebitur. & cum semel eius bonitatem [6] nouerimus, imitabimur eum, vt per eum in Dei Patris cognitionem valeamus peruenire. [7] Sicut enim aurora certo solet nocti succedere, sic ille sol iustitiæ Christus certo ortus exibit nobis, ac infundet sese ad spiritualem sationem, & ad fructos iustitiæ maturandos, quemadmodum solet pluuia temporanea, ac serotina terræ influere opportune fœcundandæ, & complendæ. Sed his in suum tempus relictis ad præsens conuerto sermonem: procuraui te reuocare minis, te reducere promissionibus. [8] Quid vlterius faciam tibi ô Israel? quid faciam tibi ô Iuda? si qua enim cogitatio sanctitatis, aut pietatis tangit vos resipiscentes, vt nubecula mane coacta Solis calore dissipata euanescit. aut quasi ros matutinus, qui flante aura, aut sole exorto consumitur, pertransit. Habeo testes Prophetas, [9] quorum diligentia vsus sum, vt vos quasi lapides instrumentis excolerem: quosque crebris ictibus pulsaui vsque ad necem, vt nullam præteriti sinerent occasionem vos commonefaciendi,[10] vt iustitiæ vestræ instar lucis orirentur, ac splenderent.[11] Nam probitas, ac pietas est, quæ mihi grata est magis quam sacrificium. legis norma, & obseruatio quam holocausta. At vos, vt sectatores, ac filii [12] Adam, transgressi estis pactum legis meæ, eamque perfregistis, idq; in terra vberrima, quam instar paradisi ego vobis plantaui. Et vt rem ita se habere probetis,[13] En Galaad Ciuitas Ramoth præcipua [14] idolorum cultrix, quæ cum sit asylum effusoribus sanguinis, ipsa plena est cædium, & sanguinis innocentum effusi, nam [15] in angustiis viarum, armato militi occurrit cuique transeunti. & suo consilio subsidioque adiuuat impium [16] sacerdotum conatum, qui in viis spoliant, occiduntque pergentes ex Sichem Ierosolymam ad adorandum, conuertentes eos, ad vitulos adorandos. Portentosum plane scelus audent operari. Nec in vna hac ciuitate; nam [17] in vniuerso populo Israelitico rem vidi horrendam, siquidem totum eum occupauit cultus impius regiæ tribus Ephraim, vniuersus ille contaminatus est. [18] Sed & tu ô Iuda depone messem, & sustine segetes tuas metere tercentio dum in captiuitatem ducetis vsque ad reditum, cum conuertam captiuitatem tuam, ac te tuæ huic terræ restituam.

Cap. VI.

[1] ‖ IN tribulatione sua [2] mane consurgent ad me. 1
venite, & reuertamur ad Dominum. Quia [3] 2
ipse cœpit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. [4] ‖ 3
Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos,[5]
& viuemus in conspectu eius. [6] Sciemus, sequemurque vt
cognoscamus Dominum: [7] quasi diluculum præparatus
est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus,
& serotinus terræ. [8] ‖ Quid faciam tibi Ephraim? quid 4
faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matu-
tina, & quasi ros mane pertransiens. [9] ‖ Propter hoc dola- 5
ui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei. [10] & iudicia
tua quasi lux egredientur. [11] ‖ Quia misericordiam vo- 6
lui, & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam ho-
locausta. ‖ Ipsi autem [12] sicut Adam transgressi sunt pa- 7
ctum, ibi præuaricati sunt in me. [13] ‖ Galaad [14] ciuitas 9
operantium idolum supplantata sanguine. [15] ‖ Et quasi 10
fauces virorum latronum [16] participes sacerdotum, in via
interficientium pergentes de Sichem: quia scelus operati
sunt. [17] ‖ In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicatio- 11
nes Ephraim: contaminatus est Israel. [18] Sed & Iuda
pone messem tibi cum conuertero captiuitatem populi
mei.

ARGVMENTVM.

DEscribit in primis Iudæorum omnium dispersorum ex afflictione ad Deum vociferationem, & conuersionem, Christique illis occurrentem gratiam. Deinde

probat omnem Israëlem fuisse idololatria contaminatum, & ideo merito captiuum ducendum; idem euenturum Iudæ, cum spe tamen reductionis.

COMMENTARIVS.

Capitis initium varium.

HOc caput diuersimode ab interpretibus inchoatur. Nam Chaldæus, & exteri Hebræi, Pagni. & Rob. inchoant ab illis verbis; *Venite, & reuertamur ad Dominum.* præcedentia autem verba, *in tribulatione sua mane consurgent ad me,* subiiciunt fini capitis quinti. Septuaginta apud Theodoretum, & Theophyl. caput incipiunt ab illis verbis. *Quærent faciem meam in afflictione sua,* &c. Tertull. lib. aduersus Iudæos cap. 13. & Cyprianus lib. de Orat. Dominica ad finem, incipiunt ab eo verbo. *Ante lucem,* vel *diluculo surgent ad me dicentes, eamus, & reuertamur.* & Tertul. lib. 4. aduersus Marcio. c. 43. altius exordiunt. *Vt quærant faciem meam ante lucem, vigilabunt ad me, dicentes: eamus, & conuertamur ad Dominum.* Denique Tigur. & Vat. paulo altius initium sumpserunt. *Ibo, reuertar ad locum meum donec se in culpa esse agnoscant, & quærant faciem meam in tribulatione* (quæ erit illis) *requirent me diligenter, dicentes venite,* &c. Sensus nihilominus idem est, nisi quod LXX. Codicum Complut. Regii, Vaticani, & Hieronymi, iungunt ita verba: *in tribulatione sua manicabunt,* vel *mane vigilabunt ad me dicentes.* Vt etiam Chaldæus, & Vulgatus cum cæteris interpretibus. At LXX. apud Theodoret. & Theophyl. quam legendi rationem videntur secuti Tertul. & Cyprian. ita iungunt. *Quærent faciem meam in tribulatione sua, & mane vigilabunt ad me dicentes.* omnes autem subintelligunt, *dicentes,* quamuis non sit in Hebræo.

Connexio capitis.

1. Expositio de tribulatione Israel sub Assyriis.

In tribulatione. De qua tribulatione sit sermo, non eadem est expositorum sententia. Nam quidam explicant de tribulatione decem tribuum sub Assyriis; qua inducti sunt ad pœnitentiam, & reuocati ad verum cultum Dei per Ezechiam, vt ait Albertus, qui misit cum Epistolis legatos. 2. Paral. 30. 6. ad omnem Israel, dicens: *Filii Israel reuertimini ad Dominum: & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manum regis Assyriorum,* &c. Plurimi interpretum, nempe Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & alii intelligunt de tribulatione, quam Iudæi passi sunt in captiuitate Babylonica sub Chaldæis: ea enim afflicti cœperunt conuerti ad Dominum, vt prædixit Ierem. cap. 29. *Cum cœperint impleri in Babylone 70. anni, visitabo vos, & inuocabitis me. & ibitis, & orabitis me in toto corde vestro.* Hoc impletum esse constat ex cap. 2. Baruch. & 1. Esdræ. 1. *Excitati sunt omnes, vt redirent in Ierusalem, & ædificarent templum.* Sunt tertio alii, vt Montanus, quibus videtur sermonem esse de tribulatione Iudæorum, quam per orbem dispersi modo patiuntur, post vrbem sanctam, templumque destructum per Titum, & Vespasianum.

2. Expositio de tribulatione Iudæ sub Chaldæis.

3. Expositio ... de tribulatione ... populi captiui.

Verum certior intelligentia est, quam insinuat Hieronym. Theodoretus, & Theophylactus, vt loquatur de tribulatione, quam passus est vterque populus decem, ac duarum tribuum in sua captiuitate, aliquidem angustiis pressi captiuitatis ad se redibant seseq; exhortabantur ad veram ad Dominum conuersionem: ab eo solo veram sibi, & integram salutem promittentes. Probatur autem vera hæc sententia; Quia Deus clementissimus his verbis consolatur eos, quos superioribus minis desolatus fuerat; & remedium promittit iis, quos percusserat, & quibus plagas inflixerat. At vtrique populo Israel, & Iudæ comminatus fuerat plagas, & vulnera per Assyrios & Chaldæos infligenda; vtrumque populum asseuerat se derelicturum in captiuitate iacentem, donec onere angustiarum fatigati suam culpam agnoscerent, & quærerent faciem Domini. Ergo de hac vtrique populo communi tribulatione, quam cœperunt sentire, cum se ab hostibus Assyriis & Chaldæis affligi, premique viderunt, ... se deserit, & nullam opem in alio, vel homine, vel Deo posse reperiri, nisi a Deo vero suo. Non ergo id accidisse dicendum est solis Iudæis captiuis in Chaldæa; neque solis Israelitis in Assyria, neque vtrisque cum essent in terra sua, & euasissent manus Assyriorum tempore Ezechiæ, nam illi, quos per nuncios conuocabat Ezechias, non erant in captiuitate. Neque demum id potest accipi de tribulatione Iudæorum post excidium eorum per Romanos: quia hic consolatur Iudæos, & Israelitas in afflictione prioris illius captiuitatis positos, de qua dixerat, *& vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum. & abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem: & ipse non poterit sanare vos;* & deinde minatur Deus se captiuum vtrumque populum, & ducturum in captiuitatem, & deserturum eos, donec ... & culpa cogniti quærant Iehouam, & recurrant ad eum celeriter sua excitati captiuitatis tribulatione: non loquitur ergo de tribulatione posterioris dispersionis, in qua modo sunt. Præterea quia si de sanitate, & suscitatione per Christum in priori suo aduentu est sermo; ergo tribulatio, qua inducti sunt, vt ei adhærerent, præcessit illum; non subsecuta est.

Ratio.

Ratio altera.

Mane consurgent. Verbum Hebræum שחר *Sahar* ... vno aliquo verbo Latino explicare velle... idem esse ac *diluculare,* ... *auro-rare: manicare* ... Complutenses, quod est ad auroræ exortum ... vel quicquam facere, etiam neglecta propria vtilitate, doctum calamo ... Hoc studium explicuit Salomon Prou. 1. 27. *Cum irruerit repentina calamitas; & interitus quasi tempestas ingruerit, quando venerit super vos tribulatio, & angustia, tunc inuocabunt me & non exaudiam, aurorabunt me,* aut *summo mane consurgent, & quærent me, & non inuenient.* Sic modo. *in tribulatione sua aurorabunt me,* citissime, diligenter, & quam primum requirent me, vt explicant Theophylactus Albertus, Hugo, & Montanus, accurrent ad me ad exortum auroræ, vt more hominum, statim ac exciter, me expeditum inueniant, & ... de sua liberatione ... fratrum ... : nam ideo non contenti propria salute sese mutuo prouoca-

1. Hebraici verbi significatio.

Manicare.

Tribulatio ad Deum adducit.

De prædicatione Baptistæ. Tertull. De diluculo resurrectionis Christi.

uocabunt, dicentes, *venite, &c.* otto eis lumine A pœnitentiæ, explicuere Hieronymus, Haymo, & Dionys. vel io spirituali Dei aurora. Hanc autem celerem exhortationem Lyra putat tempus esse prædicationis Ioannis Baptistæ, qui multos ad pœnitentiam conuertit io mane temporis gratiæ. Tertullianus vero lib. 4. aduersus Marcio. c. 43. proprie accipit, pro officio mulierum, quæ ante lucem conuenerunt ad sepulchrum cum odorum paratura. De hoc enim per Hoseæ, *vt quærant*, inquit, *faciem meam, ante lucem vigilabunt ad me dicentes, eamus, & conuertamur ad Dominum*, &c. Quis enim hæc non credat in recogitatione mulierum illarum volutata, inter dolorem præsentis destitutionis, qua percussæ sibi videbantur à Domino, & spem resurrectionis ipsius, qua restitui rite arbitrantur? Verum iuxta dicta Num. 1. B hoc tempus est captiuitatis vtriusque populi, in quo angustiati, & afflicti, omni hominum auxilio desperato, ad Deum pœnitentia suorum scelerum contriti, omni abiecta mora, redierunt, excitati monitis principum, Iesu, & Zorobabelis, & Prophetarum, Esdræ, Haggæi, & Zachariæ, & à similibus aliis viris probis. Erat autem tempus illud instar diluculi noctis transactæ captiuitatis.

De Captiuitate populi vtriusque.

3 *Ipse cœpit.*] Hebr. *quia ipse rapuit, & sanabit nos, percussit, & alligabit nos.* Respondent hæc verba Dei verbis, quibus dixerat, *& ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vincula*; seu *alligaturam, ego ego capiam*, seu *rapiam, vt leana rapit prædam, & confringit.* Ait ergo; Reuertamur ad Deum, quia C ipse est, qui leonis instar nos rapuit, non Assur, non Nabuchodonosor, non quisquam alius, & ita solus ille est, qui nos possit sanare ex eius ictu oppressos, & vulneratos; ipse est qui percussit nos; & ita solus ipse potest colligationes adhibere, & fasciis quasi vinculis, comprimere, vt Ezech. 34. *Quod infirmum fuit non consolidastis, quod ægrotum non sanastis, quod confractum non alligastis.* Isa. 30. *in die, quo alligauerit Dominus vulnus populi sui.* LXX. huc verbum extremum, *curabit nos*, Græce dixerũt μοτώσει, vt etiam veteres alii interpretes, vt ait Hieronymus, apud quem, & apud Theodoretum, Theophyl. & codicem Vaticanum, Latine transfertur, *curabit*: & confirmat suis commentariis hanc interpretationem. Ait enim D Hieronymus, pro eo, quod nos diximus, *curabit*, omnes similiter transferunt μοτώσει; proprie autem *Mota* appellantur linteola, quæ inferuntur vulneribus, vt putridas carnes comedant, & extrahant purulentias. At in Codice Complutensi, & Regio illud idem verbum transfertur turbabit, quasi discrimen notatum sit inter μοτώσει à μοτέω, quod est *vulnero, turbo*, & μοτώσει, à μοτόω, quod est *medeor*; vel *curo vulnus linamento*, vt cito claudatur, & hoc vsos veteres interpretes, quod rei, qua de agitur, & verbo Hebræo magis conueniat. Nihilominus bonos auctores inuenimus verbum μοτέω in ea significatione accepisse, in qua Græcos, & Hieronymum diximus accepisse, vide Henricum Stephanum in Thesauro.

Deus est qui cecidit, & qui curaturus est.

Septuaginta.

Mota quid.

Verbi Græci notatio.

4 *Viuificabit nos.*] Locus est celebris, & iuxta E omnes de Christo prænunciatus: at propter diuersitatem applicantium difficillimus; sed vt veriorem intelligentiam seligamus, alias quaslibet breuiter referemus, simulque rationem ostendemus, qua refelli debeat.

Locus difficilis.

Prima intelligentia sit Hebræorum quorundam intelligentium de celeri liberatione ex illa tribulatione, in qua tunc erant: quasi dicat, sperate in Domino, qui liberabit nos de hac afflictione, & pene extinctos huiusmodi ærumnis intra breue tempus nos viuificabit; & tertia die, quasi qui è monumento resurgit viuens, resurgemus educti de captiuitate; & ita asserti in libertatem viuemus in conspectu eius, & illi adhærebimus. Probatur autem hæc expositio, quia eiusmodi allegoria mortuorum, & suscitatorum depingi solet deploratus status Iudæorum captiuorum Babylone, & Israelitarum, & eorum liberatio, vt Ezech. 37. vbi ostensa sunt Prophetæ multa ossa, quæ postea copulata, afflatu spiritus in viuos homines euaserunt. Deinde quia si historiæ illius tẽporis conuenire deprehẽdimus, quid opus est ad futura recurrere? Verũ licet verba vtcumque possent liberationi è corporea captiuitate accõmodari, si tantum esset sermo de Iudæorum reditu è Babylone. At quia probauimus num. 1. hic esse sermonem de vtroque populo Iudæorum, & Israelitarum, ac de vtriusque captiuitate, ac proinde de vtriusque liberatione, & suscitatione: cum alias nouerimus decem tribus non fuisse liberatas, sed adhuc in sua dispersione manere, necessario nobis dicendum est, de alia liberatione è sua tam longa tribulatione hæc verba explicanda: & sicut vtrique populo communis prædicitur tribulatio, & in ea ad Deum conuersio, ita vtrique populo communis prænunciatur liberatio, ac suscitatio, quæ ante tempus Christi nunquam contigit.

1. Intelligentia de libertate captiuitate.

Refutat[io].

Secundo: multi ex Patribus hunc locum explicant de Christi resurrectione facta tertia die, vt habemus in Symbolo: & in vniuersum id affirmant Tertul. lib. aduersus Iudæos, cap. 13. & lib. 4. aduersus Marcio. cap. 43. Cyprianus lib. 2. Testimo. cap. 25. Lactantius libr. 4. Institut. capit. 19. Dorotheus in synopsi, in Hoseam, Augustinus lib. 18. de Ciui. Dei c. 28. Sunt tamen qui his verbis dicant promitti hominum resurrectionem in Christi resurrectione, quasi in caosa, & principe suscitandorum, vt Cyrillus Ierosolymit. Catechesi. 14. Gregor. Nyssenus lib. de cognitione D Dei, cap. de Christi resurrectione, & Ruffinus in Symbolum num. 17. qui putant hæc verba, *viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius*; in persona eorum dici, qui vna cum Christo surrexerunt, & venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Alii, vt Theodoretus, Augustinus iam dictus. Gregor. Hom. 20. in Ezech. Anselm. in 1. Corinth. 15. & S. Thomas in cap. 2. epist. ad Ephes. lect. 2. Adrianus Finus lib. 6. contra Iudæos, cap. 79. & Galatin. lib. 8. cap. 22. intelligunt de omnibus suscitandis, qui suscitati sunt tertia die in capite Christo; nam sua resurrectione nobis spem ingenerauit nostræ resurrectionis; *si enim Christus resurrexit, & nos resurgemus*, de qua spe dixit Petrus 1. sua epist. cap. 1. 3. *Qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem*, &c. & propterea dixit Paulus ad Ephes. 2. 5. *Cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu.* Numerant tres hos dies sancti

. Intel[lig]entia [de Chri]sti [re]surrectione.

Tertull. Cyprian. Lactant. Doroth. Augusti[n].

De suscitat. cum Christo. Cyrillus Ierosol. Greg. Ny[ss]. Ruffinus.

De suscitandis in [Chris]tine. Th[eo]dor. Aug. Gregor. Anselm.

Trium dierũ c[om]putatio.

sancti patres,& expositores diuersimode. Nam Origenes Homil. 5. in Exod. Augustinus eum secutus sermo. 90. de tempore. Bernardus sermo. 1. de Resur.& Lyra, ita computant. Prima dies passio est Saluatoris, cum in patibulo sexta feria redemit hominem. Secunda, qua sabbatizauit in monumento, consummato opere, quod susceperat,& descendit ad inferinum. Tertia est, qua resurgens ex mortuis apparuit mortis victor primitiæ dormientium. Theodoretus, Albertus,& alii quidem statuunt tres dies, eo modo, quo credimus,& confitemur tres dies Christum in sepulchro iacuisse,& tertia die resurrexisse. Alii primum diem signant cum orauit in horto, Secundum, quo mortuus est. Tertium, quo resurrexit.

Tertio: alii expositores sunt, qui hos tres dies non proprie accipiunt, sed tropice, pro temporibus, itaque, vt desinant in Christi resurrectionem. Bernard. serm. 7. in vigilia Natiuit. & serm. 72. in Cantica sic definit. Prima dies est sub Adã, nempe sub peccato, in quo, & inspirat Deus pro corporali vita: Secunda est in Christo respirans, in sanctificationem gratiæ, vt ambulemus sicut & ipse Christus ambulauit. Tertia est cum Christo aspirans ad resurrectionis gloriam, in quo cum Christo resurgente suscitati sumus. Fulgentius relatus ab Alberto, dicit, tres dies esse tres ortus Solis Christi. Primo, de cœlo de sinu patris, lumẽ de lumine, de quo in Psal. 109. *in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te.* Secundo, de vtero Virginis, Psalm. 18. 6. *& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Tertio, de corde terræ, seu de sepulchro, Malach. 4. *Orietur vobis timentibus nomen Domini Sol iustitiæ, & sanitas in alis eius.* R. Salomon, quem refert Lyra, tres dies, ait significare tria tempora; Primam templi Salomonis, cui successit nox captiuitatis Babyloniçe: Secundam templi Zorobabelis, cui successit nox destructionis per Romanos: Tertiam templi Christi, & Ecclesiam intelligeret, non omnino aberrasset. Alii numerant Christi diem natiuitatis, passionis, & resurrectionis; Alii aliis modis vt lubet.

Quarto; sunt multi, qui dies quoque accipiũt pro temporibus, sed terminant in resurrectionem vniuersalem. Ita Chaldæus, *vita donabit nos in diebus consolationis, qui venturi sunt, & in die resurrectionis mortuorum suscitabit nos, & viuemus coram eo.* Hebræi quoque illi, quos refert Hieronymus, sub duobus diebus videntur intellexisse aduentum Christi. Tertium ad diem iudicii, seu ad generalem resurrectionem, quã saluandos se arbitrantur. Hieronymus, cui suffragantur Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & Isidor. intelligit tres Christi aduentus; Vnum humilem cum apparuit in carne; Secundum in gloria, cũ surrexit a mortuis gloriosus. Tertium cum veniet iudicaturus Israelem,& Iudam; & electis suis gloriam suç demonstrabit claritatis. Sunt qui alios innumeris modis hos tres dies computent. Tanta autem diuersitas ostendit nihil certum, & definitum haberi, sed pro cuiusque arbitratu numerari posse. Tresque dies nõ omnino tres dies Christi à morte ad resurrectionem significare; siquidem tam facile patres, & auctores aliter explicant, vel dies alios numerãdo, vel tempora. Quasi dixisset Propheta. Considite ô captiui Iudæi, & Israelitæ, & à

A peccatis resipiscite, quia & si percusserit sanabit vos, & suo aduẽtu viuificabit; ac tertia die sua resurrectione simul suscitabit ad vitam gloriosam.

Quinto igitur: sensum veriorem,& cum omni Scripturæ magis consentaneum, hunc [illegible] eligamus. Venite, dicunt sibi inuicem captiui & reuersi, [illegible] ad Dominum, quia ipse, cum capuit, sanabit nos, qui percussit, ipse curabit nos; [illegible] post paucos dies, misso filio suo in carne humana, spirituali sua vita donabit; & ita suscitabit nos. Primum ostendendum est idem esse *post biduum viuificabit nos, ac, & die tertia suscitabit nos.* Primum quoad numerum dierum, Tertullianus lib. aduersus Iudæ. cap. 13. Post biduum, [illegible] tertia, quæ est resurrectio eius gloriosa, de [illegible] in cœlum

B eum recepit, vnde venerat & lib. 4. aduersus Marcio. cap. 43. Sanabit nos post biduum, in die tertia resurgemus. Lactantius lib. 4. cap. [illegible]. Viuificabit nos post biduum die tertio. Qui autem dubitet idem esse post biduum, & die tertio: qui post biduum viuificabit nos,& die tertio suscitabit: Ergo vno,& eodem die tertio, [illegible] post biduum, nobis eandem conferet [illegible] tam duobus illis verbis, *viuificabit [illegible] suscitabit nos,* hoc est, integram sanitatem, & [illegible] donabit; eamque stabiliet, firmamque & [illegible] reddet, vt pulsi [illegible] morbo liberatus stat [illegible] tam opa hominis sani [illegible] salute fruens, & [illegible].

Deinde est probandum, post biduum, aut post duos dies, idem esse in Scriptura, quod post breue spacium, aut modicum tempus. Sic accepit

C Theodoretus, cum dicit, *& compendium medicinæ ostendens, sanabit nos post duos dies, non enim temporis ambitu indiget.* & Theophyl. *propter facilitatem,* ait, *hoc dicit, quoniam non indiget diutina intentione Deus ad curam, verum accumulatam statim exhibebit sanitatem.* Ita quoque affirmant Isidorus, & Montanus, idque probat vsus Scripturæ, vt Numer. 9. 22. *Si vero biduo, aut vno mense, vel longiori tempore fuisset super tabernaculo;* hoc est, breui duorum dierum tempore. & cap. 11. 19. *vt det vobis Dominus carnes, & comedatis, non vno die, vel duobus, vel quinque, sed vsque ad mensem dierum,* non breui aliquo tempore, sed longissimo. adeo vidua illa Sareptana. 3. Reg. 17. 12. dixit Eliæ. *En colligo duo ligna,*

D *vt ingrediar, & faciam illum mihi, & filio meo, & comedamus, & moriamur;* id est, en pauca hæc ligna. Isaiæ quoque 17. 6. paucitas [illegible] describitur. *& relinquetur sicut racemus, & sicut excussio oleæ, duarum, vel trium oliuarum in summitate eius.* Itaque idem est. *Post duos dies viuificabit nos, ac suscitabit tertia die,* ac quod dixit [illegible] cap. 10. 25. *Adhuc paululum modicumque, & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum.* & Haggæus cap. 2. 7. *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam: & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.* hoc modo. Adhuc modicum tempus est, post quod Deus per filium suum viuificabit nos, & suscitabit. Dicitur autem breue, sicut momentaneum est, & breue tribulationis nostræ, si comparetur cum æterno gloriæ

E pondere, quod operabitur in nobis, ita breuis erat illa Iudæorum tribulatio comparata cum tempore salutis per Christum adducendæ: tum ratione temporis, quia a reditu è Babylone vsque ad Christum modicum erat; tum ratione calamitatis, quæ momentanea erat cum salute

com-

Origenes. August. Bernard.

[illegible] tres [illegible] tribus [illegible] temporibus. Bernard.

Fulgentius.

[illegible] pro [illegible] sis variis.

Intelligentia de tempore gratiæ Christi.

Notatio. Post biduum est dies tertia. Tertul.

Lactant.

Notatio. [illegible] biduum est modicum tempus.

Breue tempus a captiuitate vsque ad Christum.

comparata. Tertio, si post modicum illud tempus tertia die viuificaturus erat, ac suscitaturus illos, qui in tribulatione erant, percussi captiuitate; ergo tertia dies notat Christi priorem aduentum, quo ea bona per Christum sunt consecuti; ita sentit Cyrillus Alexand. hic, & lib. 2. in Ioan. cap. 26. *Percussit nos*, inquit, *propter Adæ præuaricationem, tertia die ipse curauit, non primis, neque medijs, sed nouissimis temporibus, quando propter nos factus est homo, totam naturam in seipso suscitauit atque sanauit.* Similiter loquitur Theophyl. *Iuxta*, ait, *adumbrat mysterium secundum naturam. Nam percussa natura iniecit filium suum seu precium quoddam, & curationem, qui in vulnere mortis constitutus sanauit nos, & suscitauit tertia die. Id enim, quod à nobis assumpsit, & excitans nobis peræque omnibus resurrectionem donauit, quam habebimus temporibus suis, & viuemus.* Vatablus etiam sic interpretatur, Montanus, & Robertus, vt merito dixerit Apostolus de hac die gratiæ ad Rom. 13. 12. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit; Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus* & 2. ad Cor. 6. 2. *Ecce nunc dies salutis.* Ad Hebræos 3. 13. *Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur.* & Petrus 2. Epistol. cap. 1. 19. *donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus nostris.* In hoc ergo die tertio, die gratiæ, die noui testamenti, vtrique populo Dei summis ærumnis afflicto, & propterea cognoscenti culpas suas, nam per *legem cognitio peccati*, & per tribulationes, vt ita liberatorem quærerent, & postularent, promittitur Christus Dei filius, qui eos sanet, & bonis omnibus suæ legationis cumulet, donec vita spiritualis gratiæ, suscitet è culpa, & sua resurrectione spem conciliet suæ corporeæ, etiam ad immortalitatem suscitationis.

Tertia dies est Christi prior aduentus. Cyril. Alex.

In die gratiæ suscitauit suum populum Deus.

5 *Et viuemus.*] Vita comparata per Christi gratiam, vt recte Hieronymus, Haymo, Alb. Hugo, Lyra, Dionys. & Montanus. Nam tunc continget decem, & duas tribus sub vno capite Christo Dauidis filio viuere. Theodoretus, Theophylactus, Rupertus, & Vatab. de vita gloriæ explicant post vniuersalem resurrectionem tunc enim viuemus in conspectu eius, & facie ad faciem videbimus eum. Cui sensui repugnat quod sequitur, *sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum*, vt mox dicemus. De vita ergo gratiæ accipientes, illius verbi *in conspectu eius*, duplicem sensum inuenimus; Prior est, *viuemus in conspectu eius*, id est, ambulabimus coram eo; ita operabimur, vt qui Deum habent sibi præsentem, & omnia sua intuentem; ita dicebant partes illi, *Deus in cuius conspectu ambulo, & ambulauerunt patres mei*, & Paulus dixit 2. ad Cor. 5. *Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum.* Sed posterior expositio, quam afferunt Hieronymus, Haymo, Albert. & Montanus, quod iam oculis suis nobis prospecturus sit, curam nostri ac prouidentiam habiturus, huic loco magis conuenit. Nam rediturum Deum ostendit, vt oculos suos super eos fixos habeat, eosque semper intueatur, vt solebat, qui paulo ante dixerat, *vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis*; quo significauit se abiecturum omnem populi curam, & prouidentiam vt Ierem. 7. dixit, *& proiiciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros vniuersum semen Ephraim*; quod quam grauem indicet Dei indignationem, ostendit Cain Gen. 4. cum dixit: *Ecce proiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero profugus, & vagus in terra*: & Dauid qui sæpe rogat. *Ne proiicias me à facie tua*: sine qua mortui iacebamus, vt ait Hieronymus.

Vita gratiæ.

Viuere coram Deo est Deum præsentem in mente habere.

Potius curam Dei nos prospicientis notat.

6 *Sciemus.*] Hebr. *Cognoscemus, sequemur ad cognoscendum Dominum*, hoc est, postquam semel illuminati salutarem eius notitiam habuerimus, & gustauerimus eius verbum, statim nullis rebus, aut periculis distracti, studiose persequemur, vt magis, ac magis Dominum cognoscamus; *& implebitur terra scientia Domini*, Isa. 11. hoc est, quod dixit Hieron. *& omni studio sectabimur, vt cognoscamus Dominum.* & Chald. *& discemus, & coniectabimur vt cognoscamus timorem Domini.* Nam studiose, & cum festinatione, & ingenti desiderio quæremus eum, vt ait Theophyl. vel pergemus in cognoscendo Iehouam. Alij explicant, *& sequemur*, id est, imitabimur eum, nempe Christum, vt per eum veniamus in cognitionem Dei patris, vt indicant Alb. Lyra, & Rob.

Desiderium Deum studiose quærendi.

Studium imitandi Christum.

7 *Quasi diluculum.*] Sicut aurora, cuius certus est, firmus, & stabilis exitus, ita illius egressus certo nobis eueniet. Loquitur autem secundum Hieronym. Theodoret. Theophyl. Albert. & Montan. de suæ gratiæ communicatione, & illustratione, qua collucebit Iudæis, cum conuertentur ad Christum; tunc enim post tenebras cæcitatis, clarissima lux gratiæ Christi illis apparebit, tam in tempore serendi cum conuertentur, quam postea ad fructus maturandos in tempore veris. hoc est, quod dixerunt LXX. *tamquam mane præparatum inueniemus eum.* Chaldæus nihilominus, Theodoret. & Theophyl. insinuant, his promitti liberationem è captiuitate; & gratissimas benedictiones iam liberis in terra sua præstitas Iudæis; quod licet Iudæis conuenire possit, non tamen Israelitis, de quibus etiam loquitur Propheta. Haymo, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Vatablus intelligunt de ortu Christi, quando ortus est vt aurora tenebras noctis præteritæ depellens. Nam dictum est Iudæis, *natus est vobis hodie saluator.* Hieronymus insinuat; & Isidorus affirmat loqui de gratia resurrectionis, quæ cœpit vt aurora mundo coruscare. Hinc in Psal. 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum*, hoc est, in die resurrectionis, gloria, splendore, & sanctitate iocundissimo, quo tua sese exeret virtus, & potentia; tunc exordium sumet tuus principatus, tuum imperium, & regnum.

Christi aurora.

De liberatione è captiuitate.

De ortu Christi.

De resurrectione Christi.

8 *Quid faciam.*] Iam hactenus monitis, ac minis procurauerat Deus perditum populum à via sua reuocare; quod quia non obtinuit, quasi tactus dolore cordis intrinsecus, quod cogatur illum à se repellere in captiuitatem, dicit; *quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda.* vt Isa. 5. *quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?* & Micheæ 6. *Popule meus quid feci tibi?* ostendit id ex inconstantia populi; *Misericordia vestra quasi nubes matutina.* Ego, inquit, cupio misericordiam meam, qua vestri misereor, & propterea vestram voco, in vobis permanere perpetuo; at vos vestra incõstantia, & sceleribus ita eam dissipatis, sicut Sol exortus depellit matutinam nubẽ, & sicut ros manè decidens cito pertransit. ita de misericordia Dei erga populum exponũt Hiero-

Populi perditionem, dolet Deus.

Populi inconstantia misericordiam Dei depellentis.

nym. Theodoret. Theophyl. Haymo, Alber. Hugo, & Dionysius. Misericordia quam hactenus præstiti vobis, iam finem accipit, vt nubes, & ros, & ideo actum est de vobis, quia cito in captiuitatem ducemini. ita Hieron. & Haymo. Sed Chaldæus, Rupertus, Lyra, Vatab. Montan. Isidor. & Robertus, nomen חֶסֶד *Chesed*, *bonitatem bonitatem, pietatem, sanctitatem*, aut *probitatem* exponsit, quia has habet quoque significationes id nomen; vt 2. Reg. 2. 5. *Benedicti vos Domino qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum*, id est, hanc gratiam, & pietatem. Ionæ 2. 9. *qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt*. hoc est, idololatræ statim obliuiscentur pietatis suæ, & votorum, quæ emiserunt, ego vero nequaquam. & nomen חָסִיד *Chasid* frequentissime pro *viro probo, & pio in Deum, & homines*. & pro *sancto* vertitur Micheæ 7. 2. *periit sanctus è terra, exultabunt sancti in gloria*. Psal. 149. 5. *locutus es in visione sanctis tuis*. Psal. 89. 20. Ait ergo, si quæ virtutis, & sanctitatis cogitatio vos tangit, ita est instabilis, & vana, vt sicut nubecula aliqua matutina Solis calore discussa euanescit; & sicut ros mane pertransiens, calore consumitur, antequam herbæ satæque eum experiantur, ita deficiat, antequam in corde radices agat: nam quasi iuxta viam mittitur semen seminantis, aut in petrosa. Siquidem breui zelo mouebantur ad cultum Dei excidentes lucos, & aras euertentes, sed statim redibant ad vomitum.

Populi pietas, & probitas facile dilabitur.

Nomen misericordia pro probitate.

Semen secus viam.

9 *Propter hoc.*] Hebr. *excidi in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei*. Verbum חָצַב *Chatsab*. lapidicidarum proprie est, vnde Sapientia Prou. 9. 1. *Excidit columnas septem*; & Isai. 51. 1. *respicite ad petram, vnde excisi estis*, vertique solet verbo *dolandi*, quod de lignis dicitur; propter læuigationis lapidis; & ligni affinitatem. Deut. 10. *Dola tibi duas tabulas lapideas*. 3. Reg. 6. *de lapidibus dolatis, & perfectis*. & Martialis lib. 11. Epigram. 52. dixit.

Hebræi verbi significatio.

Fractaque fabrilis dedolat ossa manu.

[*In*] autem instrumentum denotat. & erit sensus germanus; & ne me negligentem in vestra salute procuranda accuseris; idcirco, Prophetis, tamquam serramentis ad lapides excidendos, & contundendos, & læuigandos accommodis, vos qui lapidum instar estis, excidere curaui, contundere, ac dolare, & pene vos enecaui verbis illorum ex ore meo acceptis, quibus hortabantur, monebantque vos minis adhibitis, ac terroribus futuræ captiuitatis. Ita Hieron. Haymo, Albert. Hugo, Dionys. & Chaldæus quoad priorem clausulam. Sic etiam Lyra, & Montan. qui tamen duo posteriorem clausulam ad Prophetas referunt; *& occidi eos*, hoc est, occidendos exposui; quia in periculum, vt occiderentur à vobis conieci, præcipiendo eis, vt vobis mea verba denunciarent, iuxta illud Stephani Actuum 7. *Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri, & occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti*. Septuaginta vertunt. *Propterea succidi Prophetas vestros, & occidi eos verbo oris mei*. Sic etiam Pagni. & Vatab. & Isido. *succidi*, seu *contudi*, seu *abscidi Prophetas, & occidi eos verbo oris mei*. hoc est, vt ait Theodoretus, de medio tuli Prophetas; at verbum minarum mearum manet in æternum; sed implebitur. vel *succidi*, hoc est, exposui periculo occisionis, eos inducendo, vt nos admonerent, secundum

Sensus 1. curam Dei in populo monendo tradit.

Sensus 2. Prophetas in periculũ necis exposuit.

Sensus 3. Prophetæ deficeruot, sed non verbum Dei.

Theophyl. vel occidi, & pene enecaui Prophetas veluti lapides ex lapidicina, & misi eos in vitæ periculum, vt pietatem suaderent in Deum, & homines. Hieronymus tamen iuxta LXX. interpretationem, Haymo, Albert. Hugo, & Dionys. ac Rupertus volunt esse sermonem de pseudoprophetis, quasi dicat; & ne excusemini dicentes. Pseudoprophetæ ita nos instruxisse, ego abstuli eos de medio vestri, & præcepto ex ore meo prolato, eos occidi: hoc dicunt: quia dixerunt LXX. *Prophetas vestros*: verum in Hebræo tantum est, *Prophetas*, & alii intelligunt *meos*, & *veros*.

Sensus 4. de pseudoprophetis.

Et iudicia.] Et nihilominus veritas iudicii mei, & sententia contra vos lata clara, & manifesta prodibit, vt solet lux. ita Hieronym. Theodoret. Theophyl. Haymo, Alb. Hugo, Lyra, Dionys. & Montan. Vel ex his comprobatur vera, & manifesta omnibus tamquam iusta sententia damnationis contra vos lata. Sunt qui nomen *iudicia* exponunt misericordias in hominem præstandas, & vertunt, *& iustitia tua lux, quæ exoritur*; hoc est, obseruatio iudiciorum Domini, quam tu præstas aliis, vt lux est cum exoritur, nam mihi grata est; & hoc dicunt propter id quod sequitur, *misericordiam volo, & non sacrificium*. Vat. *& tamen iudicia tua fuerunt tamquam lux, quæ egreditur*. hoc est, præter missos Prophetas cumulaui te beneficiis, & feci vt omnia tibi prospere cederent. nam lux notat prosperitatem: sed non conuenit cum sequentibus. Iudicia aliis sunt præcepta ad proximum spectantia, quæ & iustitiæ dicuntur sæpe in Psalmis, tum facta memorabilia, & admiranda, quibus leges, quasi exemplaria exprimimus: vnde, *secundũ exemplar, quod tibi in monte monstratum est*, Exod. 26. 30. secundum Misphat dicitur, & ratio viuendi, seu norma. Exod. 6. 6. *in brachio excelso, & in iudiciis magnis*. hoc est; leges Dei quasi lux quædã per opera detegentur. Nã vt Sol p radios splendet, ita lex diuina per opa emicat.

10 Sententia lata quam iusta.

Iudicia pro misericordia in proximos.

Lux pro prosperitate.

Iudicia legis Dei executio.

1 VItis frondosa. Hebr. *Vitis* בּוֹקֵק *Bokek Israel, fructum adequabit sibi.* Nomen *Bokek*, quod *frondosa* vertit Vulgatus, Septuaginta dixerunt εὐκληματοῦσα, quod est, *bonas habens propagines*, vt exponit cum Hieronymo Codex Vaticanus. Alij, *Syluescens*, aut *luxurians palmitibus.* Aquila interpretatus est ἔνυδρος, quod nos *aquosam* dicere possumus, quod vini per [illegible] sapiem, aut Hieronymus, Symmachus [illegible], *quæ tota in frondibus creuerit.* Sed Chaldæus; & recentiores omnes, transferunt, *vitis vacua, vastata*, aut *dissipata Israel*: nam sic accipitur dictio illa alijs in locis. Is[illegible].24.1. *Ecce Dominus* בּוֹקֵק *Bokek dissipabit terram, & nudabit eam*; pro *dissipans terram, & emundans eam.* Nahum.2.v.2. pro, *quia vastatores dissipauerunt eos.* Heb. dicitur *Bekakim, Bokekim euacuauerunt eos euacuantes*, id est, populatores, aut vastatores, quorum est vacuum relinquere [illegible]. Quod addit, *fructus adequatus est ei.* Heb. *fructum adequabit sibi.* LXX. legunt, *fructus eius abundans.* Dauid Kimhi refert quosdam [illegible] *fructus mentietur illi*, a nomine שׁוה *euehued nuon.* [illegible] ositis exposit[illegible] [illegible] [illegible] adhibent expositores.

Ratio vel [illegible] borum

A Prima interpretatio est Hieron. Hay[illegible]o. Alberti, Hugon. Dionys. & Isidori. Israel est velut vinea fructifera, palmitibus [illegible] abundans quidem [illegible] bonos multos [illegible], & vuarum [illegible] [illegible] respondi[illegible] b[illegible] vin[illegible]. na[illegible] pa[illegible]bus olim pal[illegible] [illegible]bat fructu[illegible] iam vberes illi respo[illegible] den[illegible] [illegible]. *Vinea Domini Sabaoth domus Israel est, & viri Iuda germen delectabile.* A[illegible] quæ hi de [illegible] spirituali fertilitate explicarunt.

Secunda est eiusdem Hieron. Ruffini, Theodoreti, Theophyl[illegible], Lyræ, & aliorum de affluentia ho[illegible], & di[illegible]tiarum, & alimentorum, quibus sustentantur. Israel exuberauit filiis, & diuitiis, & valde extensus est, *nam extendit palmites suos a mari vsque ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum.* Psalm.78. Est[illegible] [illegible] vitis abundans palmitibus, id est, vrbibus, quibus latam occupat regionem; & hominibus pro [illegible].

B Tertia est Tigur. Vatab & Rob. [illegible] [illegible] interrogatione. *Vitis vacua Israel, fructum ponet sibi*: nequaquam. Vel, quomodo ergo fructum fe[illegible] Israel, [illegible] vit[illegible] va[illegible] [illegible] rum pen[illegible] in frond[illegible] [illegible] ipsa est, vacuos, & [illegible] [illegible] est nullos fructus feret.

Quarta

... est Chaldæi dicentis. Vitis vastata est ... quæ erat plantata, cum legem exequeretur; ... ctus respondet ei, nam opera ipsius mala fa... ... fuerunt. & hoc est, vitis vastata Israel, si... milem fructũ feret, nempe exilium captiuitatis.

Quinta videtur sincerior Montani. Israel iam pride de generis naturæ vitẽ moribus expressit, partus ergo suo simillimos edidit ingenio. Vitis vacua omni bono, & succo generoso, fructus producit, quales natura fert. Israelitarum patres labrusca ol improuius fecerunt, & similes sibi propagines ediderunt. & horum tam patrum, quam filiorum, idem studiorum, morum, operumque fructus idololatria. Sed filii, qui maiori luxurie profluebant, propagarunt illam. Itaq; vitis frondula populus est ex patribus, filiisque confectus. B Vtrorumque fructus idololatria.

Posse aptius exponi, *vitis vacua Israel, fructus*, nempe filius vacuos edidit, pietate videlicet, religione, ac timore Dei. Confirmant hunc sensum quod Propheta prosequitur similitudinem arboris, quam cœperat in cap. 9. Tum quia oportet vt nomen *fructus*, hoc loco, & versu sequenti, *secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria*, pro eodem accipiatur; nempe quo plures habebat populos filius abundantes, altaria multiplicauit, vt acceperunt Hieronym. Theodoret. Haymo, & Theophyl. Quamuis Chaldæus, Lyra, Vatab. Monta. & Rob. explicant de copia prouentuum illius prouinciæ. Nam quo Deus illis plures tribuebat opes, eo magis abutebantur, transferen- C tes ad superstitiosas simulachrorum cæremonias. Vnde sequitur, *iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachris*: quo enim opulentiores fiebant ex terræ vbertate, eo plura erigebant idola. In Hebraico est el gan paranomasia. *secundum bonitatem terræ suæ benefecerunt*: מַצֵּבוֹת *matsebоth*, *statuas* vertunt Lxx. Chaldæus, & alii. & Vulgatus 4. Reg. 10. 26. alias quoque *titulum*. Genes 28. 18. & 22. Erit ergo sensus iuxta Theop. Vatab. & Montan. Quantum terræ vbertate, & commodis proficiebant, proficiebant in simulachris, statuisque deorum artificiosissime fabricandis, & concionandis; tam quoad artem, quam quoad materiam. Nam qui prius pro tenuitate luteos, ligneos, aut lapideos faciebant Deos, iam aucti o- D pibus eburneos, argenteos, atque aureos summa arte, & ingenio construebant, vt quidam apud Virgil. Ecloga .

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu,
Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.

Atque adeo exuberauit simulachris, tam quoad copiam, quam quoad artem, & precium. Ita quos inopia continebat in officio copia rerum ad malum propensos, ad impietatem adigit.

Diuisum est cor eorum.] Hebr. *diuisit se cor eorum.* Hanc diuisioné diuersimode tradunt interpretes. Nam primo; Chaldæus, Theophyl. Vatab. Isidor. & Rob. explicant, subduxit sese animus eorum à me, & à lege mea. Secundo, ait Lyra, diuisum est cor eorum inter me, & idola sua; quia E vtrisque seruire cupiunt, & claudicant vtraque via. Tertio, Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. inquiunt, diuisum esse cor, ita discordia inter regem Husee, & populum; dum ille iubebat idola relinqui, & ire Ierosolymam; populus m ... t, & tunc euenit captiuitas.

A Quarto, Hugo, & Mont. Diuisum est, aiunt, cor eorum, cum regni diuisio facta est inter Roboam & Ieroboam, qua introducta est ... rum adoratio. Quinto, denique plurimi exponunt de diuisione in varia idola, dum vnus vnum, alius aliud colebant idolum: nam à se inuicem dissidebant in idolorum cultu. Sic ... Theod. Theoph. Alber. Hugo, Pau... Burgen. & Dionys.

Nunc interibunt.] Hebr. *Nunc* יֶאְשָׁמוּ *iecsamu desolabuntur*. Lxx. vertunt, *peribunt*, aut *exterminabuntur*, vec. 41 *Pereat*; *vel desoletur Samaria*. hoc est; iam breui peribunt, ac destruentur ab Assyriis, vt ... omnes exponunt, pœnam adiicit dissidii, seu diuisionis. Sed Chaldæus, Tigur. & Montanus in cõmuni alia huius verbi significatione accipiunt B nunc delinquent, vt supra c. 4. *non delinquat altem Iuda*. & cap. 13. *deliquit in Baal*, alias sæpe Ait ergo, nunc culpæ obnoxii facti sunt, aut in culpa se esse dicent, hoc est, iam nunc cum malis oppressi fuerint, culpam sibi adscribent: atque tantorum malorum originem ad illam cordium diuisionem, & discordiam referent.

5 *Ipse confringet.* Hebr. *ipse confringet aras eorum, vastabit statuas, seu simulachra eorum.* Vulgatus inuerso ordine posuit, quæ paulo superius *altaria* vertit, & *simulachra*. *Ipse*, nempe Deus per Assyrios, vt volunt Hieronym. Theodoret. Haymo, Theophyl. Alber. Vatab. & Rob. aut *hostis Assyrius*, vt Chaldæus, Theophylactus quoque, & Lyra: *vel ipse cor diuisum*, nam in Hebræo conueniunt ge- C nere masculino, hoc est, ipse tumultus, ipsa discordia, ipse dissensus animorum adducet illis vastitatem, quæ & statuas deiciat, & aras euertat.

Quia nunc dicent, non rex nobis, quia non timemus Iehouah, & rex quid faciet nobis? Breui cũ captiui ducentur; sibi inuicem dicent, Ecce nobis obsessis rex non est, quia perinde est, ac si non esset, qui Dominum non timuimus; & nunc quid nobis prodest eiusmodi regem habuisse relicto Deo: siquidem nos defendere nequit? Sic Lyra, Vat. & Rob. explicant. Vel secundo, iuxta Hieronym. Sensus 2. Theodoret. Theoph. Haymo. Albert. & Dionys. Cum viderint regem suum capi ab Assyriis, dicẽt, ideo nobis ablatus est, quia à Deo recessimus vero rege, & homini fidimus. Tertio; Hugo, & Sensus 3. D Montanus sic exponunt. Nunc rebus mutatis, dicent, sero licet, en regimen, quod expetiuimus spreto Deo, finitum est, & rex captus; quia Deum Rex sine Deo inutilis. non timuimus. quid ergo præstitit eiusmodi regem contra Dei voluntatem instituisse, & procurasse, cum id exitium potius adduxerit, quam salutem nobis apportauerit? Demum non est rex Sensus 4 nobis; sumus sine rege Deo; quia non timuimus eum: quid ergo faciet, vel proderit nobis rex noster Hoseas?

4 *Loquimini.* Hebr. *locuti sunt verba iurando mendaciter, feriendo fœdus, & germinabit sicut venenum iudicium super sulcos agri.* Verbũ דִּבְּרוּ *Diberu* preteritũ est, *locuti sunt*. Sed & pro presenti vsurpatur Chald. *loquuntur verba violenta*. Lxx. pro participio, *loquens* Ratio ve... E nempe rex, de quo dixerat, *rex quid faciet nobis*? Vulgatus pro imperatiuo, *loquimini*, nam amoto daghes à ב, imperatiuus est *Dibru*. אָלוֹת *aloth* autem vel est infinitiuum, *iurare*, vel *iurando*; aut *imprecari*, vt accepere Chaldæus, & recentiores, quamuis ille præsenti, Vatablus præterito explicuerunt. Lxx. Vulgatus, & Montan. vt nomen ac-

ceperunt plurale; vt Vulgatus Num.5.23. *Scribetque sacerdos in libello ista aloth maledicta*; & Deut.29. *iuxta aloth maledictiones, quæ in libro legis huius, ac fœderis continentur*, Significat ergo *iusiurandum quo quis adstringitur ad pactum*, aut *aliquid seruandum cum deuotione*, aut *imprecatione, execratione*, aut *maledictione*. Ita locuti sunt verba, mendaciter, temere, aut inutiliter; hæc scilicet, execrationes, deuouendo se diris, & imprecando sibi maledicta si aliter facerent; fœdere etiam secum inito.

Est ergo sensus primus Vatab. & Rob. Omnes conuenientiuot, loquentes sibi inuicem verba huiusmodi vana, & inutilia, quibus deierabant, & anathematizabant se, si fœdus, quod feriebant, violarent: de deserendo Domino, & de idolis adhærendo. Vel secundum Mont. & Isid. Ne desciscerent à rege Ieroboam, & Ierosolymam regis Iudæ, aut religionis causa peterent. Tertio, Hieron. Haymo, Albert. Hugo, & Dionys. sic exponunt. Multis verbis inutilibus, deierationibus etiam adhibitis, & pactis cum mendacio, multam ipsi, & pseudoprophetæ pacem promittebant, & prosperitatem, & ideo fructus ferent amarissimos captiuitatis. Quarto, ex Theodoreto, & Theophyl. qui verba LXX. loquens verba, occasiones mendaces, seu excusationes falsas, vt legit Hieron. disponet testamentum. Sic interpretantur, quod multa vane promitteret; alias alia subinde prætexens, nunc cum Assyrio, nunc cum Ægyptio fœdera percutiens de auxiliis in bello mittendis, & faciens ne Deo fideremus. Erit ergo sensus. Reges nostri, ac principes multam nobis pacem promittebant, frustra tamen, adiectis execrationibus, & iuramentis; opem etiam sese allaturos pollicebantur feriendo pactum, nunc cum Assyriis, nunc cum Ægyptiis, vt patet 4.Reg.17. Sed in vanū cedunt omnia. Quod vero dixit Vulgatus; *verba visionis inutilis*: sensum hunc expressit. Loquantur, vt libet pseudoprophetæ vestri, verba inutilia, quæ se vidisse confirment; & peierationibus, & execrationibus securos vos reddant, promittentes prospera omnia, si feriatis fœdus cum Assyriis, vel cum Ægyptiis, de ope mittenda; vel cū regibus vestris de illos nō deserendo: vel iurando, & execrando, *hæc faciat nobis Deus, & hæc addat*, feriendo fœdus cū populo, nisi q̄ prænunciabat, eueniret; morti sese, aliisve cruciatibus addicēdo, nisi prospera forēt omnia. Sed nihil efficiēt; imo germinabit, &c.

Et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Hebr. *& germinabit quasi* ראש *ros iudicium super* תלמי *thalme agri.* *Ros* Chaldæus hic accipit, pro [illegible] pite serpentem maleficorum. LXX. *gramen* vertunt. Est autem herba venenatissima, ex qua exprimitur aqua amarissima, instar fellis, simulque lethalis. Deut. 29.18. *sit inter vos radix germinans fel*, seu toxicum, aut venenum. Est ergo sensus Vatab. Mont. & Robert. Quemadmodum in agro arato, & culto herba venenata, alias per se fœcunda, fœcundior fit, & serpit affluentius; ita supplicium a me decretum adueniet super Israelitas, qui summo consilio, & singulari cura mihi repugnarunt, quasi sint terra accurate culta; in qua pœna serpat affluentius. Vel iudicium amarissimum vastitatis germinabit super sulcos agrorum; in quibus fruges debebant esse fœcundæ: atque adeo per vastitatem agrorum significat ho-

Adducat supplicium pessimo consilio.

Sensus 1. Sensus 3. Sensus 4. Sensus 1. Sensus 2.

[illegible] vita ex [illegible] [illegible] *d[illegible] tum agri*, hoc est, qu[illegible] admodum [illegible] inculta, & illaborata [illegible] dit germe[illegible] ligone, aut a[illegible] na[illegible] os inu[illegible] à me con[illegible] impedi[illegible] me; vt Theodoretus, & Theophyl. exponunt.

Vaccas. Hebr. *[illegible] uuli Bethauen timebit habitator Samar[illegible] quia luxit super eum populus eius & sacerdotes super eo exultabunt, super gl[illegible] ia eius, [illegible] migrauit ab eo: etiam ipse ad Assur ducetur munus regi [illegible] arcb.* La[illegible] med præfixa [illegible], *ad*, vel *propter* [illegible] ficat, & Verbum גור *gur.* quod Vu[illegible] *coluerunt* [illegible], *timuerunt*, & [illegible] *luerunt* ut *pauerunt*, ideoque Chaldæus dix[illegible] *terea quod venerat sunt* [illegible] *ulos in Bethel*, significat [illegible] etiam *peregrinari*, [illegible] *aggr*[illegible] vnde [illegible] LXX. [illegible] *lum domus* [illegible] *habitator* [illegible] *maria*. [illegible] dicit *habitator* [illegible] *Sacheu* [illegible] ponitur, *pro singulis habitat*[illegible]. Deinde [illegible] *sacerdotes* כמרים *Camarim*, [illegible] di[illegible] imus in Sophonia [illegible] splendum [illegible] clatiuum [illegible] *qui*. Demum, illa verba *ipse ad Assur ducetur munus regi vltori.* LXX. verterunt *& ipsum vincientes duxerunt Xenia r*[illegible]: quem locum [illegible] Tertul. lib.4. aduersus Marcion. cap.42. Ho[illegible], inquit de Christo propheta[illegible], & vinctum eum ducent Xenium regi; nempe cum Pilatus eum mi[illegible] t ad Herodem. Verum hic, vt vides, sermo est de titulo aureo, de quo LXX. dixerunt, & ipsum vincientes ad Assyrios duxerunt Xenia regi Iarib. de quo Iarib diximus super Ieremiam cap.15 num. 14. Obserua tamen, *Vaccas*, seu *vitulas Bethauen* dixisse, quod ad imitationem Ægyptiarum factæ essent, quæ vaccæ erant. Atenim Herodotus lib.2. boues mares, eosdemque mundos, ac vitulos vniuersi Ægyptii immolant. fœminas eis immolare non licet vt pote Isidi consecratas: nam Isidis simulachrum muliebre est bubulis præditum cornibus; quemadmodum Io Græci describunt. Apim quoque, seu Serapim bouem, corpore nigro, candida fronte; & [illegible] alba nota insignem. Ideo vtriusque figuram venerabantur in Bethauen, & modo vitulas, modo vitulos vocat Scriptura. Hieronym. Haymo, Albert. Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Mont. putant dictam vitulam per irrisionem, & plurali numero vitulas pro vitulo singulari secundum Hieronym. Rupert: Vatab & Mont. vt Exod.32. dictum est, *isti sunt dij tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*, per contemptum, & ludibrium, vt vult Mont. vnde statim [illegible] clatiua singularia masculini generis vitulum referunt. *Quia luxit super eum populus eius.* Quod Bethauen diuersa est à Bethel, et forsitan in Bethauen colebantur Isis, & Serapis. His [illegible].

Primo, Pagni. Vatab. Montan. Isidor. & Rob. sic explicant hunc locum: propter vitulum cultum in Bethauen destructum ingenti pauore corripientur ciues Samariæ suam stragem proximam timentes, cum nouerint tantam fuisse illius depopulationem, vt & populus propter eius vastitatem lugeret, & sacerdotes, qui in eius f[illegible] exultare solebant, quod cu[illegible] us ei præstari sol[illegible] ablatus fuisset: quin ipsemet vitulus ducetur ad Assyrios munus regi vl[illegible].

Hie[illegible]

2. Sensus.

Hieronym. Theodor. Haymo, Albert. Theophyl. Hugo, & Dionys. putant hanc esse historiam, non Prophetiam, nempe historiam Manahen, 4. Reg. 15. 19. Nam venit Phul rex Assyriorum in terrã, & dabat Manahen Phul mille talenta argenti, vt firmaret regnum eius: at tunc quidem Israelem assedisse, vt peteret opem à vitulo: & regem Israel inter alia dedisse regi Assur vitulum aureum, qua propter lugebant sacerdotes migrationem vituli ad Assyrios: sed consolatos exultasse, quod putassent suum vitulum colendum ab Assyriis. Simulque referunt. Hieronym. Haymo cũ reliquis Hebræorum fabulam, quod sacerdotes vitulos æreos deauratos statuerint in locum aureorum, quos abstulit Sennacherib, omnibus flentibus: cum tamen sacerdotes exultarent, quod fraus sua non fuisset detecta: quã cum detexisset tandem, excanduit in regem, & expugnauit terram, & tunc confusio maior occupauit omnes ob illud sacerdotum consilium. Sed hæc expositio falsa est, cum modo de extrema Israel vastatione sermo sit propheticus, non historicus. quodnam vero sit illud sacerdotum consilium statim explicabimus.

3. Sensus verus.

Quare licet in significatione peregrinandi posset hoc modo locus exponi. Cum vitulo, vel ad vitulum Bethauen, peregrinabuntur, vel aggregabunt se; aut trahentur habitatores Samariæ; hoc est, vna cum vitulo trahendo in Assur, extrahentur habitatores Samariæ, quando populus, & sacerdotes, qui solebant conuenire, ad eius festa cum exultatione celebranda, congregabuntur ad luctum super eo, & ad funebrem pompam; cùm ducetur ad Assyrios inuitus regi vindici. Tamen melius redditur ratio, cur extrahendus sit vitulus: propter vitulum cultum in Bethauen, ducetur captiuus, cum luctu populi, & sacerdotum, qui super eum exultauerant in eius gloria; cum ducetur, inquam, in munus regi ipsi Assur vltori. Vide quantum doleat auferri quod amamus! *Confundetur Israel in voluntate sua*, vel *in consilio suo*, vt habent Lxx. & omnes alii. Hieronymus, Haymo, Albert. Hugo & Dionys. exponunt de consilio illo sacerdotum fraudulento detecto a rege Assyriorum, cum magno Israelis pudore. Theophyl. de consilio sacerdotum, qui exultabant existimantes vitulũ ab Assyriis adorandum cum contra acciderit; nam comminutum conflauerunt. Thedoretus de consilio, quo conflatũ vitulum dederunt regi Ægyptiorum, 4. Reg. 16. vt ferret auxilium contra Salmanasar; & tamen non tulit. Melius Lyra, Vatab. Mon. & Rob. de consilio capto intelligunt, ad conseruandum regnum Israel diuisum à regno Iuda, vitulos adorandi.

De quo consilio sermo.

Consilium impium dissipatur.

nam tunc Israel, & præcipue tribus Ephraim, pudore afficietur, quod tale cœperit consilium, & ad finem vsque deduxerit.

6 *Transire fecit.*] Hebr. נִדְמֶה *nidmeh Somron rex eius. Nidmeh* participium est præsens verbi passiui Niphal, idem quod, *quieuit, defecit*, aut *succisus est in Samaria*, vel *Samaria rex eius*, vt transferunt recentiores, quo sensu Vulgatus dixit: *Transire fecit Samaria regem suum.* & Lxx. *abiecit Samaria regem suum.* Montanus accepit pro, *assimilatur*, legens, *similis est*, sup. [*cum*] *Samaria rex eius.* hoc est rex cum regno suo similis est *spuma super faciem aquæ*.

Ratio verbi.

Quasi spumam.] Hebr. כְּקֶצֶף *Keseph.* quod nomen *efferuescentiam subitam*, aut *iram efferuescentem*, aut *excandescentiam* proprie significat. Inde vsurpatur ad significandas bullas ex aqua bulliente feruescentes; tum etiam spumam. Lxx. & Theodotion. φρύγανον, id est, *cremium* transtulerunt; nempe aridas herbas, siccaque virgulta, quæ camino, & incendio præparantur, vt ait Hieron. lignum cõbustibile, quod impetu aquę vehementis extinguitur, putat esse Theodoretus, sarmentum Theophyl. Sicut ergo surculus aridus, & minutus, delatus super aquæ vehementis impetum, celeriter dissipatur, & non apparet: ita rex Israel cum regno suo facili negocio dissipabitur ab Assyrio, vt amplius non appareat. Aut sicut bulla efferuescens super aquam vehementem, leuiter dissicitur, & euanescit, sic rex ille cum regno suo: qua ratione dixit Symmachus ἐπιζέων, volens ostendere feruentis ollæ superiores aquas, quas Græci πομφόλυγας vocant, ait Hieronymus. *Et disperdentur excelsa auen*, id est, *Bethel*, aut *Bethauen*, ait Chaldæus. Vatab. Montan. & Rob. quæ sunt peccatum, id est, occasio peccati Israel. *Et dicent montibus.* Tanta erit calamitas, tanta strages Bethauen ab Assyriis facta, vt montibus, & collibus cadentibus exoptent ciues operiri. Quod si Bethel sic contigit, quid fiet de Samaria? hæc verba retulit Christus Lucæ 23. de extremo Ierusalem excidio: & idcirco Rupertus totum hoc caput, non de Assyriorũ clade, sed de Romanorum, explicat, cum omnes de Israelis clade, per Assyrios facta exponant. Christus autem per accommodationem applicuit ea verba excidio Ierosolymitano propter similitudinem, vt notant Ruffinus, Cyril. & Montan. vel certe mystice, & per typum, quod illud excidium Ierosolymorum extremum, fuerit per hoc præsignatum, & adumbratum, vt indicant Hieron. Haymo, Albertus, Theophyl. Hugo, & Dionys.

Ratio similis.

Christus verba vsurpauit.

7 *Ex diebus Gabaa.*] Communior intelligētia hæc verba intelligit de scelere Beniaminitarum cum vxore Leuitæ commisso, & de bello, eius causa contra eos suscepto, Iudic. 18. & 20. vt sit sensus Vatab. & Rob. A tempore illo, quo Israelitæ bello tam iusto suscepto contra Beniaminitas facinorosos, iuste ceciderunt à Deo puniti, perseuerarunt in suis peccatis ad hoc vsque tempus, ergo multo iustius punientur nunc pro meo desiderio. Secundo, Isidorus, & Montan. accipiunt præpositionem מִן *min, a* vel *ab*, pro *præ*; vt sæpe solet. Lucæ 18. *descendit hic iustificatus ab illo*, pro *præ* illo, & sic explicant. Vos ô Israelitæ grauius peccastis, quam Gabaitæ pauci homines, hoc est, præ diebus Gabaa. Nam vos me spreto vitulos adorastis; illi accensi libidine vxorem Leuitæ necauerunt: sed cum sitis mali, tunc stetistis iusti iudices ad vltionem sumendam de Beniaminitis, & putastis vos obsequium præstare Deo. Ego igitur, qui iustissimus sum iudex, iustius me de vobis vlciscar manu hostili. Propter hoc ergo, quod iustiores se putabant Israelitæ Beniaminitis, in suo consilio steterunt, vt bello aggrederentur nefarios illos, & inuleruor, alioqui si iustos se non existimassent, non fuisset ab illis bellum susceptum contra Beniaminitas, filios iniquitatis, Vel secundum Isidorum. Grauius peccastis Israelitæ, quam Gabaitæ; & tamen ibi constiterunt exercitus Israelitarum, ad vltionem illius sceleris.

Collatio sceleris Beniamin cum sce ere Israel

1. Sensus.

Hic tamen nemo est, qui sumat vlnonem; sed omnes vna comprehendit iniquitas, non ergo comprehendet vos bellum hostile illi simile, quo puniti sunt Beniaminitæ filii impii, sed grauius multo.

Sensus 2. De idolo Michæ.

Præterea Hieron. Ruffinus, Haymo, Rupertus Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. putant accusari hic Israel de alio scelere; nempe, quod, cum grauissimi vltores fuerint leuioris peccati Beniaminitarum in Gabaa; nemo tamen fuit solicitus æmulator gloriæ Dei, vt tolleret idolum Michæ, & cultum ei exhibitum in Dan. Sed ibi constiterunt non vlterius Dei gloriam quærentes; ideo non insurget in eos bellum, quale fuit illatum Beniaminitis, vt Rupertus, & Lyra exponunt. Vel ibi steterunt immobiles in cultu idolorum, non ergo tam leuiter punientur, vt ille; sic Theodoretus, & Theophyl. Vel secundum Isidor. ibi, in Dan perseuerarunt in cultu idolorum, & vituli, vsque ad Ieroboam; qui tamquam semen impietatis compulerunt plebem assentire regi cultum vitulorum inducenti, & hi quidem supponunt eodem tempore accidisse necem vxoris Leuitæ, & cultum idoli Michæ in Dan. vt probamus in sacra Chronologia.

Sensus 3. De creatione Saulis.

Demum Chaldæus exponit de creatione Saulis in Gabaa. A diebus Gabaa, ait, peccastis ô qui de domo Israel; ibi steterūt, præuaricatique sunt in verbum meum, præficiendo super se regem. Nec etiam digni habiti sunt, quibus permaneret regnum in Gabaa; illic inuaserunt eos bellatores, qui, vt patres cum filiis occiderent, ascenderunt.

Sensus 4.

Sunt alii, qui de eadem Saulis creatione sic exponant. Ab eo tempore, quo creauit sibi regem Saulem in Gabaa, peccauit Israel: & in Gabaa cum rege suo constiterunt, nec comprehēdit eos bellum susceptum contra Philistæos filios iniquitatis; de quibus dicitur 1. Reg. 14. 52. *Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul.* Nam beneficii loco ponit, quod etiamsi peccauent Israel, sustinuerit tamen, & ab hostibus defenderit, ideo ob ingratitudinem nunc grauius punientur.

Sensus 5. verior.

Enim vero, cum Hoseas loquatur hic contra Israelem, nempe contra decem tribus, & non cōtra Iudam, cur modo referat peccatum toti populo commune, vel contra Beniaminitas susceptum bellum, vel creati Saul delicti; sane argumento vtitur à minori ad maius. Grauius peccauit Israel, quam Gabaitæ: sed totus Israel constitit vno animo, ad bellum inferendum Beniaminitis; filiis iniquitatis quos tamen non comprehendit, nam ipsi Israelitæ victi redierunt. Ergo iustius nunc insurgam in Israelitas, & exercitu populorum coacto, eos destruam, propter duas iniquitates, cum illi vnam commisissent.

8 *Cum corripientur.*] Hebr. *In corripiendo eos propter duos* בְּעָנֹתָם *bhonotham*, & quidem Hebræum infinitiuum in *corripiendo Beasram*, oritur à verbo אסר *asar*, quod est, *deuincere*, aut *obstringere sese*, diuerso à יסר *iasar*, cuius futurum positum est paulo superius, cum dictum est, *corripiam eos*. Deinde nomen עֹנָה *bhonah*, *iugerum* significat, aut *sulcum*. Vnde

Sensus 1. De adunatione Iudæ, & Israel ad vitulos colendos.

Chaldæus, R. Abraham, Dauid Kimhi, Pagni. Vat. Mont. in Thesauro, & Isid. sic vertunt hanc sententiam. *Cum obstrinxerint se, ligauerint*, aut *adunauerint*, aut *sunt colligauerunt se, in duobus iugeribus*, aut *sulcis suis*. & intelligunt de Israel, & Iuda, qui instar duorum boum, aut iuuencorum, coadunauerunt se, aut obstrinxerunt se arare in duobus sulcis suis, hoc est, simul vitulos colere; quia adunauerunt se ad eandem iniquitatem, quasi duo boues sub vnum iugum constringuntur ad sulcandos agros. Chaldæus melius ad futuram captiuitatē refert, & dominium exercuerunt in eos, ad modum, quo ligantur iuga boum ad duos sulcos. quasi dicat, & congregabuntur aduersus eos populi, vt constringant eos, tanquam duos boues sub vnum iugum ad sulcandos agros; ad labores perferendos, quos pertulerunt in duobus vitulis suis colendis: nam vt Israelitæ laborarunt in cultu duorum vitulorum, ita ipsi constricti ab hostibus, quasi duo illi vituli arabunt.

2. Sensus de captiuitate.

3. Sensus.

Verum LXX. Vulgat. Pagn. & Mont. legerunt עונתם *bhauonotham*, & verterunt, *cum correpti*, vel *ligati fuerint in duab. iniquitatibus suis*, vel *propter duas iniquitates suas*: de quibus dixit Ier. c. 2. *me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas*: nempe idola, &c. vt intelligunt Hieron. Cyril. Theodor. Theoph. Rupert. Haymo cum reliquis. vel nouā iniquitatem cum veteri idoli Michę, vt accipiunt Haymo, Alber. Hugo, Diony. & Isid. Vel propter duos vitulos Dan, & Bethel, vt idem cum Lyra exponunt. Sed Montanus collationem fieri putat cum Gabaitis qui vnum facinus, & leuius perpetrauerunt. at Israel duas iniquitates effrœnatæ libidinis, & cultus duobus vitulis exhibiti. Verius videtur loqui de duobus vitulis: nam vt supra dixit, *& disperdentur excelsa idoli auen, peccatum Israel*; ita modo duo idola vocat duo peccata, aut iniquitates per metonymiam, quia causa grauissimorum peccatorum.

4. Sensus.

5. Sensus verior.

Ephraim vitula.] Hebr. *& Ephraim vitula assueta, diligens triturare, & ego transiui super bonitatem colli eius, equitare*, vel *vehere faciam Ephraim, arabit Iudas, effringet glebas ei Iacob*. Quod ceteri dicunt *docta*, vel *assueta*, Lyranus vertit *stimulata*. Deinde illud, *ascēdam super Ephraim*, in Hebr. est futurū; ארכיב *archib* à verbo *racab*, quod est *equitare*, aut *superuehi*, vt sit, *equitare faciam: superuehi*, aut *ascendere faciam*, aut *gestare faciam*. Est ergo huius sententiæ sensus multiplex. Nam in primis Chaldæus explicat de beneficio exitus de Ægypto, & ingressus in terrā promissam. Cętus Israel similis est vitulę, quam arare docent, & non discit, dilexit in voluntate animæ suæ ambulare: at ego liberaui vos à seruitute Ægyptiorum, abstuli iugum durum à ceruicibus vestris: collocaui domum Israeliticam in fortitudine terræ Amorrhæorū, qui subiugati sunt coram eis, hereditare feci domum Iuda possessionem, pro qua iurraueram patri eorum Iacob. 9

Ratio versionum.

1. Sensus de exitu Ægypto.

2. Sensus De regno Iudæ.

Secundo: alii explicant de electione ad regnū. Ephraim erat sciens se prælatum à Iacob, Genes. 48. & 49. & ita diligebat trituram, nempe regnum, quo trituraret, & subigeret alios. At Deus, licet vidisset tribum illam pinguem, & opulentam, non eam elegit, sed elegit tribum Iuda, Psal. 77. & equitauit super Ephraim, subiiciens illam tribui Iudæ, & Iudas arauit tanquam princeps; & Iacob infringet glebas, vt seruus, & omnes facient bona opera.

3. Sensus

Tertio: Varab. & Rob. de regni institutione declarant. Ephraim assueta diligere trituram, potius

quam

quam a… c, nam sicut vitula est admodum pinguis in tritura, ita Ephraim erat constitutus in magna felicitate, pinguis, & opulentus: & obiter consideraui collum eius pingue, & obesum, imponam super Ephraim regnum decem tribuum, & sic tam Iudas; quam Iacob, seu Israel, fungetur seorsim suo munere in Deo seruiendo. Verum hi dicendi modi longe sunt à proposito disiuncti, nunc enim de Israele fit sermo, subiiciendo Assyrus propter suam iniquitatem.

4. Sensus. De iugo Israel dissipando.

Quarto igitur; Lxx. magis ad rem, ita legunt. *Ephraim vitula docta diligere contentionem, ego autem veniam super pulchritudinem colli eius, supponam Ephraim, & reticebo Iudam, roborabitur sibi Iacob.* Hoc est, secundum Theodor. & Theophyl. Ephraim indomitus est, nec iugum sibi imponi permittit, sed aduersus id, ob idololatriam reluctator: verum eius collum contumax … superbum ego domabo, & ceruicem eius per hostes Assyrios summittam: ceruicem pulchram; nempe regnum. supponam mihi Ephraim, Assyrus subiiciens, & grauans; Iudæ vero interim parcam, tum scilicet, cum obsedit Sennacherib Ierusalem; & hoc quia virtus Iacob ostenditur in Ezechia æmulatore Iacob, cuius lachrymis, & precibus fugauit Deus, & dispulit Sennacherib cum suo exercitu.

5 Sensus. De pœna idololatriæ.

Quinto: verius sic explicemus. Ephraim similis est vitulæ, quæ assueta est aream terere, & diligit trituram, quod; etsi cum labore, sinatur sæpius os tritico admouere, quod terit, & comedere; vnde pinguis fit, & obesa. sic Israel assuetus idololatriæ, diligit idola colere, non territus labore, quem ex cultu perfert idolorum; quod ex ea tritura, gaudeat libertate, deliciis, opibusque, quas ex commercio cum gentibus acquirit, vnde vescitur, pinguisq; fit, obesus, & fortis, aptusque ad ferendum iugum: ego faciam vt trahat currum vel vt equitent super eum, quasi super equum Assyrii, & sibi subiugent: & Iudas hoc videns resipiscet, & aratrum legis resumet; & Iacob bene operabitur. Sic in vniuersum explicant Hieronymus; Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus. Ex quibus Haymo, Albertus, & Mont. nomine Iacob intelligunt decem tribus. Alii duodecim. Vel; ego flagellis Assyriorum faciam, vt aliquando relinquat trituram, & resipiscat, redeatque ad aream legis: & tunc Iudas arabit cum Israele, & Iacob bene operabitur. Sic quoque Hieronym. Gregor. 20. Moral. c. 16. & Homil. 10. in Ezechielem. Haymo, Rupertus, Hugo, & Dionysius. Tunc autem ascendere fecit super Ephraim sessores Assyrios, cum variis bellis à tempore regis Zachariæ, partes Israeliticæ plebis captiuæ ductæ sunt, vsq; ad tempus Hoseæ regis. Tunc autem Iacob, id est, omnis populus, congregatus ex iis, qui fugerunt ex Israel, & Iudæi, periculo alieno edocti cœperunt Deo seruire, cum per legatos Ezechiæ conuenerunt multi profugi ex Israelitis: tum etiam Iosiæ, & Iudæis sese in vnum populum coniunxerunt, 4. Reg. 18. 2. Paralip. 29. 30. 31. Atque adeo nomine *Iacob* possumus intelligere totum populum sub rege Iosiæ parentem; aut etiam Ezechiæ: vel Israelitas ex decem tribubus ad duas perfugientes.

Sessores Israel Assyrii.

O quot sunt homines, qui huius mundi laboribus se subiiciunt, & se ab eo separari nolunt! vitula enim, ait loco supra dicto Gregorius, trituræ laboribus assueta, relicta ita plerumque ad eundem laboris vsum, etiam non compulsa reuertitur. Ita prauorum mens huiusmodi seruitiis dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta, etiamsi sibi libere vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsu miseræ conuersationis trituram laboris quærit, vt à iugo mundanæ seruitutis cessare non libeat, etiamsi liceat.

Greg.

Iugum improborum quam graue.

Seminate.] Hebr. *Seminate vobis ad iustitiam; & metite ad os misericordiæ. Metite* dixit pro *metetis*. notat enim certitudinem promissionis futuri per imperatiuum; vt Isa. 55. 2. *Audite audientes me, & comedite*, pro *comedetis bonum* Lucæ 11. 41. *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt*, pro *erunt: vobis. In os*, vel *ad os misericordiæ* legunt Origenes Tract. 12. in Matth. Ambros. lib. de Nabuthe Iezraelita cap. 7. Bernard. serm. 37. in Cantica, & Epistol. 108. ad Thomam. Est autem *ad os*, idem quod *ad votum, pro voto, pro voluntate, pro ratione, & mensura*, vt Genes. 47. 12. *Ioseph habebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.* Hebr. *ad os paruuli*, hoc est, quantum pueris, qui nunquam non panem petunt, petere libuisset. *In ad os misericordiæ est, ad votum*, vel *pro ratione misericordiæ.* ostendit quantum sparsum semen in messis superatura. Nam qui seminat, iuxta suam, agrique sui mensuram, seminat ad os modii; & ad summum ad os sacci. Et colligetis in ore misericordiæ, plusquam petere, aut intelligere potestis, quoniam magna est vsque ad cœlos misericordia Dei, sine mensura; *nam mensuram bonam, & confertam, & coagitatam dabunt in sinus vestros.* Hieronym. Haymo, & Hugo sic exponunt. Seminate in lege, & metetis in gratia, hoc est, seruate legem meam, per quam paremini ad recipiendam gratiam Euangelicam. Vetus Chaldæus, Haymo, Theophylact. Albertus, Hugo, Dionys. Vat. & Rob. Date operam iustis operibus, sanctisque officiis exercendis, vt illis repetitis, & frequentatis virtutem omnem vobis acquiratis, quam nomine *iustitiæ* intelligit. Vel secundum Montanum, ad iustitiam ferendam per Christum, vt Abrahæ fides reputata est ad iustitiam, Genes. 15. per Christum suo tempore afferendam; & reportabitis mercedem amplissimam, secundum os misericordiæ. plus enim præmii donatur, quam sit ratio meriti.

Origen. Ambros. Bernard.

Messis cõfertæ præmium ad os misericordiæ.

Sensus. 1

Sensus 2.

Sensus 3

Innouate vobis nouale. Hebr. *arate vobis arationem* ניר *nir* significat *arationem agri ad spinas euellendas, & herbas noxias eradicandas, antequam seratur.* Vnde per metaphoram est; studete vos vt corda vestra expurgetis, ad semen suscipiendum, tamquam nouum nouale, quod de nouo proscinditur, & aruum quod nouum extruitur. Isidorus, semper, ait, repurgate terram cordis ab spinis; nam subinde repullulant noxiæ cupiditates, vt Zizania in agro bene culto. Vel secundum Montan. singulis annis vos in legis præceptis exercere. Vel, vt Vat. præparate corda vestra ad aduentum Christi. Lxx. dixerunt, *illuminate vobis lumen scientiæ*: nam & nomen illud ניר *nir lucernam* significat, vt Psalmo 118. vers. 105. *lucernam pedibus meis verbum tuum.* vt idem sit ac dicere, illustrate lucernam mentis vestræ lumine cognitionis

Corda nouale expurgandum.

O 3 Dei,

A Dei, deficientes ab idolis, vt ait Theophylactus, quam lectionem secutus est Bernard. paulo ante citatus.

12 *Tempus.*] Hebr. *Et opportunitas inquirendi Iehouah, donec veniat, & doceat vos iustitiam*, vel *influat iustitiam vobis.* & Lxx. *Quoniam est tempus, quærite Dominum, donec veniant fruges iustitiæ vobis.* hoc est, interim dum venit Christus, qui suo aduentu suam est vos docturus doctrinam, & iustitiam, sine qua opera vestra valent nihil, ne prætereat vos occasio quærendi Dominum. Hac enim ratione paratis vos ad Christi iustitiam suscipiendam. ita de Christo omnes explicant, Theophylact. Burgensis addit. 3. Vatab. Montanus, & Robertus, & Hebræi, quos refert Galatinus libro tertio, contra Iudæos cap. 29. indicatque Chaldæus, cum dicit. *Recipite vos ad timorem Domini, nunc enim reuelabitur, & afferet vobis iustitiam.* Hieronymus, Haymo, Hugo, & Dionysius, de Christo aliter exponunt. Cum venerit Christus in carne, & docuerit vos suam iustitiam, tunc erit opportunitas ad inquirendum Dominum. Videte ne eam labi sinatis. Lyra solus de Ezechia sic explicat. Tunc erit tempus requirendi Dominum, cum venerit Ezechias, qui docebit vos iustitiam, verumque Dei cultum. Forte monet populum, vt redeat ad cor, antequam destruatur; nunc inquit, opportunum est tempus Dominum requirendi, qui statim veniet, vt influat vobis iustitiam, per quam fugiatis iram venturam, & vastitatem per Assyrios imminentem.

Parauit populus probis actionibus ad Christum.

Mutatione vitæ fugienda flagella Dei.

13 *Arastis impietatem.*] Verbum חרש *Charas*, quod est *arare*, *cogitare in alium*, *struere*, aut *machinari* significat per metaphoram. Atque adeo idem est, *arastis*, ac tacite *cogitastis*, *machinati estis impietatem*, quia instar aratoris, qui aratro terram emundat ab aliis herbis, vt seminet quam ipse cupit; ita vos omni mente, studio, & conatu studuistis impietati, hoc est, idololatriæ serendæ, eradicata ex omnium cordibus pietate, & cultu Dei. *Iniquitatem messuistis*, nempe omne mali genus, quod ex corde in os, & opus etiam prorumpit, contra leges, & iura, & proximum scilicet; contra iustitiam ciuilem, significat nomen Hebr. Hos enim fœtus, quales Paulus describit ad Roman. 1. parit impietas. Sic intelligunt Chald. Hieronym. Albet. Lyra, Vatab. Montan. & Rob. At Haymo, & Theoph. *iniquitatem* accipiunt pro pœna iniquitatis; vt dicat, *messuistis*, id est, collegistis vastitatem, & captiuitatem; dignum supplicium vestræ iniquitatis. *Comedistis fructum mendacij*, seu *fallacem.* nam ex iacto semine, & fruge collecta, reconditur ad comedendum fructus expurgatus, quem tamen nullum habuistis, imo frustrati estis fructu sperato, omniaque vota inania estis experti, contra ac vobis ipsis pollicebamini, cum falsis vestris Prophetis: qui promittebant pacem, prosperitatem, & gentium opem, & ecce belli tumultus, vastitas, atque captiuitas. Probat, quia in hac via, quam iniisti, tota fiducia tua posita erat in multitudine fortium tuorum, & sociorum, quos vocabas, qui ipsi tibi attulerunt exitium. Propterea consurget tumultus, et populi, ædium, munitionumque ruina; nam Lxx. dicunt *consurget perditio in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur.*

Studium idololatriæ.

Iniquitas quanta mala pariat.

Opes inutiles omnium auxilio.

14 *Sicut vastatus est Salmana.* Hebr. *Secundum vastationem Salman Beth Arbeel in die belli, (cum) mater super filios allisa est.* Et quidem Vulgatus illud, *secundum vastationem Salmana*, passiue accepit. *sicut vastatus est Salmana.* Ceteri actiue. *Sicut vastabit Salman.* Lxx. quoque ambigue locuti sunt. *sicut Princeps Salmana de domo Ierobaal, in diebus belli, matrem super filios alliserunt.* Est autem communis iuxta vulgatam lectionem intelligentia Hieronymi, Ruffini, Cyrilli, Theodoreti, Haymonis, Ruperti, Theophylacti, Alberti, Hugonis, & Dionysii, referri historiam Iudic. 8. quando Ierobaal Gedeon vicit Salmana Regem Madian, & occidit, matres cum filiis allidens; iuxta quem sensum explicant quoque lectionem Lxx. Hieronym. B Theodoret. & Theophyl. Sed addunt, propterea vastatum Salmana à Gedeone, quod matres Israelitas in bello quodam cum filiis allisisset. Lyra passiue etiam accipiens, vt Chaldæus verbum; at nomen Salman vt appellatiuum transfert, nam nomen Regis Madian vastati à Gedeone erat צלמנע *Tsalmunahh* cum צ *tsade* in principio, vt constat ex libro Iudicum, & ex Psalm. 82. 12. non שלמן *Salman* cum ש *Sin*, quod hoc loco ponitur: & significat *pacificam.* & ideo transfert. *sicut vastata est pacifica à domo insidiatoris in die prælij.* hoc est: sicut ciuitas pacifica, quæ nihil sibi timet, solet subito vastari ab exercitu insidiatoris eam expugnantis; vt accidit ciuitati Lais, Iudic. 18. quem sensum Chaldæus quoque indicat, dicens. *Sicut* C *vastatur pacificus per insidias in die belli.*

Ratio lectionis.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sed ex ceteris, qui actiue efferunt, Vat. Montanus, & Robertus, volunt præsentis historiæ meminisse Prophetam; qua Salmanasar Rex Assyriorum vastauit vrbem Betharbeel, domus insidiatoris Dei, Dei inquam in ea culti, ita dicti. Idque tanta cum sæuitia, vt infantes coram matrum oculis, deinde, & matres collideret, quod 1. anno regis Hoseæ factum est; de qua vrbe fit mentio 1. Machab. 9. 2. cum dicitur, *Castra posuerunt in Cassaloth, quæ est in Arbellis.* Præterea Vatab. Montan. Isidor. & Rob. existimant exemplum referri tunc temporis genti notum, nobis vero ignotum, vt plerosque dixisse notat Theodoretus. nam Salman princeps vastauit D vrbem, aut domum Arbeel nihil de sexu curans aut ætate.

Sensus 3.

Sed circa nomen ארבאל *Arbeel*, est non leuis dissensio. nam multi deducunt à verbo ארב *arab*, quod est *insidiari*, adiecto Dei nomine אל *el*, vt sit *insidiator Deus.* Alii à verbo ריב *rub*, melius, quod est *contendere*, aut *iudicare*; vt idem sit, quod *iudicans Deus*, & potest esse circumlocutio nominis Gedeonis, *Ierobaal*, quod est *vlciscetur se Baal*, vel *vltoris Baal*, ita dicatur modo *vltoris Dei.* hac ratione possumus Latinis ostendere paranomasiam, aut lusum, quem in verbis suis seruat Propheta. *Sicut Betharbeel vastabit Salman, in die belli, matribus cum filiis collisis; sic Bethel vastatura est vos propter vestram nequitiam.* Hoc est: sicut domus, in qua co- E lebatur Arbeel, vltor Deus, nempe Baal, fuit causa, cur vastaretur Salman cum omni eius populo, matribus cum filiis collisis. Sic Bethel domus Dei in qua idola colitis, erit causa, cur vos vastent Assyrii, matribus vestris cum filiis collisis, propter multas vestras nequitias. Siue nomine eius, qui iudicauit Baal, accipiatur Gedeon, qui iudicauit

Ratio translationis.

Sensus ex comparatione dictus explicatur.

Baal,

Baal, & lucum eius destruxit, qui vastabit Salmana regem Madian: siue alter; sed ignotus nobis. Hac ratione recte tuemur Vulgatam lectionem. Sicut Salman cum populo suo vastatus est à Betherbeel à domo iudicantis, seu vltoris Baal, in die belli, in quo matres cum filiis sunt allisæ: ita A vos ô Israelitæ vastabimini à Bethel à domo Dei, in qua idola adeo studiose colitis, matribus vestris cum filiis allisis. ab exemplo enim noto illi populo ostendit quantum mali sit Israelitis allatura idololatria.

Pœna inflicta vbi culpa.

HOSEÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

1 QVAM celeriter transit aurora, tam celeriter pertransibit cum regno suo rex Israel in captiuitatem. Cum ageret Israel in Ægypto, 2 vti puer, dilexi illum, & vti filium inde eum eduxi per seruos meos Mosem, & Aaron, qui sicut cæteri Prophetæ, 4 vocauerunt eos ad cultum meum. At illi terga eis verterunt, & eos vocantes contempserunt, vt Baalim immolarent, & variis simulachris sacrificarent. Ego, at si nutricius essem Israel, allexeram eum per Mosem ambulare: qui portabat eos in brachiis suis, & noluerunt aduertere curam, quam ego adhibueram in procuranda eorum salute, & è seruitute eis liberandis: & licet quandoque renitebantur, non vi tamen, vti belluas, traxi illos, sed vt homines 6 in vinculis amoris allexi, beneficiis, & promissionibus, 7 & fui eis quasi bonus agricola, qui subleuat iugum, quod est super boum maxillas, eos vt a labore releuarem, & affluenter 8 suppeditaui illis temporalia bona, quibus alerentur: & quia tot beneficiis deliniti, noluerunt ad me conuerti, 9 non permittentur reuerti in Ægyptum ad opem implorandam, vt sæpe alias, sed certe in Assyriam ducentur captiui. 10 Iam gladius Assyriorum inuere cœpit in eorum ciuitates: ille consumet eorum electos quosque viros, & illos, quorum consilio omnia gerent, deuorabit 11 Populus meus Israel animo suspensus, hac cruciatur cogitatione, num ego rediturus sim in gratiam cum illo? & merito, nam iugo Assyriorum subiicietur, & illud a ceruice sua reiicere non sinetur. Quam grauiter, ac moleste fero, sententiam aduersum te pronunciare: & tamen scelera tua pronunciare compellunt. 12 Quomodo dabo te potestati Assyriorum ô Ephraim? quomodo, omni tui abiecta protectione, tradam te ô Israel, tradam te vt Adama? ponam te vt Seboim? nunquam altas restituendum, vt illas? Sed ad huius sententiæ prolationem, 13 tactus cordis dolore cogor mutare sententiam, & clementia innata ducor, vt pœniteam mali, quod tibi inferre statueram. Non puniam ergo, pro ratione vestrorum delictorum, quibus me ad iram prouocastis, non patiar vt penitus disperdatur Israel, quia ego Deus sum, qui scio iram meam continere, non homo, qui rapitur furore 14 Ego qui in medio vestri tanquam sanctus agnitus sum, & cultus, non vllam gentem aliam adibo vobis derelictis: Ego, inquam, ipse educam vos e captiuitate, & 15 ducentem me sequemini: rugitum edam vt leo, & formidine rugitus mei permoti, qui ad occidentem morati fuerunt, redibunt, & qui in Ægypto profugi vixerint, quasi auis ad me auolabunt, & qui in Assyria, quasi columba venient, quæ redit ad pullos suos: vosque ita congregatos in sedibus pristinis, & domibus collocabo. Quod si causam forte optatis, cur non obstante mea miseratione, in captiuitatem sit ducendus Israel, ea est certa, quod prius regia tribus Ephraim 16 circumuenit me suo mendacio, mihi debitum negans cultum, cumque vitulis tribuens, quam ceteræ tribus Israel secutæ, dolo eius circumuentæ, id executioni mandauerunt. 17 At Iudas non fecit sic sed Dei partes, quæ abiectæ videbantur, secutus, cultum eius retinuit, & 18 cum sacerdotibus, & Leuitis, qui Dei veram religionem constituabant, fidelem se præstitit

CAP. XI.

1 SIcut mane transiit, pertransiit rex Israel. 2 Quia 1
puer Israel, & dilexi eum. 3 & ex Ægypto vo-
caui filium meum. 4 Vocauerunt eos, sic abierunt à 2
facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrifi-
cabant. 5 ‖ Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam 3
eos in brachiis meis: & nescierunt quod curarem eos. 6
‖ In funiculis Adam traham eos, in vinculis charita- 4
tis; 7 & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas
eorum. 8 & declinaui ad eum vt vesceretur. 9 ‖ Non 5
reuertetur in terram Ægypti, & Assur ipse rex eius: quo-
niam noluerunt conuerti. 10 ‖ Cœpit gladius in ciui- 6
tatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita
eorum. 11 Et populus meus pendebit ad reditum meum, 7
iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.
12 ‖ Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? 8
quomodo dabo te sicut Adamah, ponam te, vt Seboim!
13 Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata
est pœnitudo mea. ‖ Non faciam furorem iræ meæ, non 9
conuertar vt disperdam Ephraim. Quoniam Deus ego &
non homo: 14 in medio tui sanctus, & non ingrediar
ciuitatem. 15 Post Dominum ambulabunt, quasi leo 10
rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filii maris. ‖ Et 11
auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de
terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit
Dominus. 16 ‖ Circumdedit me negatione Ephraim, 12
& in dolo domus Israel: 17 Iudas autem testis descendit
cum Deo, 18 & cum sanctis fidelis.

ARGVMENTVM.

EXAGGERAT Israelis ingratitudinem, enumeratis beneficiis illi præstitis ab exitu de Ægypto; ob quam pronunciat sententiam; ducendum eum captiuum in Assyriam: eam vero ita sua clementia temperat, vt reductionem in patriam promittat. Cur autem Iudæ supplicium differat, ostendit, quod à parte Dei fuerit, & cum Leuitis cultum eius fideliter retinuerit.

COMMENTARIVS.

Capitis initium.

1 Sicut mane.] Hæc similitudo, *sicut mane transijt, pertransijt rex Israel*, à Chaldæo, Pagnin. Vatab. Montan. & Rob. subijcitur fini superioris capitis, tanquam ad illud pertinens, cum longe diuersum sit quod sequitur de beneficio exitus Israel de Ægypto. Verum LXX. Vulgatus, & alij caput vndecimum ab illis verbis inchoant. Vt lata captiuitatis sententia, quam iuste lata sit ob populi ingratitudinem in sequentibus ostendat. Hebraice autem dicitur, *Sicut aurora succidendo, succisus est rex Israel*. & quidem Vatabl. & Rob. בשחר *Basachar* legerunt, *in aurora*, vt sit sensus, in principio regni sui excidetor rex Israel Hoseas, vt re ipsa accidit: nam cum inciperet regnare, 4. Reg. 17. seruituti subiectus est à Salmanasare. Verum LXX. Vulgatus, Pagninus, Isidorus, & alij legerunt כשחר *Casachar*, *Sicut aurora*. Vt sit sensus iuxta vulgatam lectionem. Quam celeriter transit aurora, quæ breuissima est, vtpote media inter noctem, & diem, & neque nox est, neque dies; tam celeriter deficiet regnum cum rege, aut transibit in captiuitatem cum regno suo rex Israel Hoseas; vt explicant Hieron. Theodoret. Theophylact. Haymo, & reliqui omnes. At iuxta LXX. interpretationem, quæ sic habet. *Mane proiecti sunt*, vel, *sub diluculum abiecti sunt: proiectus est rex Israel*. Theodoretus, & Theophylactus, ita explanant. Cum Israel in noctis angustia constitutus exspectaret auroram, nempe Ægyptiorum opem; ea spe se consolantes, vti aurora nunciatrice diei, tunc defecit, & abiectus est rex Israel cum regno suo.

Sensus 1. — Sensus 2. — Sensus 3.

De sensu capitis vniuersi.

De capitis huius vniuersi sensu concertatio est; cum non desint qui existiment de Christo esse totum intelligendum, vt habet Osiander in Adnotationibus Matthæi; nam postquam suasit populo Hoseas, vt relicta idololatria sese paret Christo, modo Christi tradit Prophetiam dicens: *sicut mane transit*: hoc est, cum venerit rex Christus, oportet breue eius tempus obseruare; nam breuissimo temporis spatio aget cum mortalibus, tanquam aurora, & hoc, inquit, admoueo, quia Israel puer est, & seducitur ab alijs, Pontificibus, & Herode; sed non possum non diligere eos propter patrum promissiones, & ideo ex Ægypto vocaui meum filium; ita omnia Christo applicant. Verum cæteri omnes verius, vt diximus, & dicemus de rege Hosea, & de regno eius caput exponunt.

De Christo. — De Hoseæ regno.

2 Quia puer.] Particula, *Quia*, redundare solet, & solius ornatus gratia præmitti; vt dici possit. *Puer erat Israel, & dilexi eum cum esset in Ægypto*. Quidam vt rationalem particulam accipiunt. *Quia Israel puer erat, infirmus, & ignorans, omnique auxilio destitutus, cum esset in Ægypto, dilexi eum*. & Theophylactus quidem lectionem Septuaginta sic vertentium, *Quia paruulus Israel, & ego dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filios eius*. explicat de Iacob simplici, & non fucato, ac ficto. Quia, inquit, paruulum Iacob in aluo matris existentem dilexi, iuxta illud Malach. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Idcirco filios eius ex Ægypto eduxi. Verum nulla adhibita ratione populus Israeliticus dile-ctus est à Deo. Ideo Hieron. Vatab. & Rob. *Quia*, accipiunt pro, *cum*, aut *dum*. *Cum puer esset Israel*, nempe dum erat in Ægypto, tunc enim eius erat pueritia, seu adolescentia, vt solet vocare Scriptura, quia tunc puer erat; malitia, inscitia, & infirmitate, cum omni humano auxilio esset destitutus, omniumque ludibrio expositus, vti filium eum Deus sub suam suscepit curam.

Septuaginta. Sensus 1. — Sensus 2.

3 Et ex Ægypto.] De populo Israelitico educto ex Ægypto communiter hunc locum accipiunt expositores. Septuaginta, cum vertunt, *ex Ægypto vocaui filios eius*, & Chaldæus, *& ex Ægypto vocaui eos filios*, Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, Theophylactus, Rupertus, Hugo, Lyra, Paulus Burg. Dionys. Vatabl. Isidorus, Montan. & Rob. Nam populum suum vti filium inter populos dilectum Deus vocauit. Exod. 4. *filius meus primogenitus Israel*. &, *dimitte filium meum, vt sacrificet mihi*. Sed quia Matthæus cap. 2. in Christo dixit hæc verba impleta, dum fugit in Ægyptum, ait enim, *& erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: ex Ægypto vocaui filium meum*: quæritur merito in quo sensu dixerit in Christo impleta. Eusebius lib. 9. Demonstr. Euang. Demonstratione 4. Lyra, Dionys. & Osiander libr. 1. Adnotationum Harmoniæ Euang. cap. 1. existimant de Christo hoc dictum in sensu literali. At Iansenius in c. 11. Concordiæ Euang. in accommodato. Verum certius est dictum de Christo non sane in sensu accommodatiuo, sed verissimo, & à Spiritu sancto principaliter intento, licet non literali, sed mystico, typico, seu allegorico, in quo verissime & principaliter impleta sunt, quæ gesta in populo narrantur. Nam cum certum sit ex sequentibus historice de populo Israelitico hoc dictum, in typum Christi reducti ex Ægypto, in Christo in sensu mystico impletum accipi debet: siquidem hic de eo ad literam non est sermo. sic sentiunt Chrysost. Homil. 8. in Matth. Hieronym. hic, Paulus Burgensis, Hugo, & Vatabl. & super Matth. omnes communiter.

De populo educto ex Ægypto. — Eusebius. — In mystico sensu de Christo dictum. — Chrysost.

4 Vocauerunt.] Hebraismo vtitur. Vt illi vocabant, ita illi obuertebant eis terga; adeo vt Baalim immolarint, & varijs simulacris sacrificarint. Vocauerunt eos Moses, & Aaron, ceterique Prophetæ: nam diuersorum temporum peccata vno sermone Propheta complectitur. In deserto enim coluerunt Beelphegor; & sub Achab. 4. Reg. 16. cœperunt colere Baal. Sic interpretantur Chaldæus, Hieronymus, & ceteri, & veteres, & recentiores. Præter vnum Montanum, qui vult pronomen, *eos*, referre Baalim, dicens, ego vocaui eos, ipsi autem vocauerunt nō me, sed illos deos, quibus seruirent, sed à quorum facie abierant, vel à quibus abducti fuerunt: sicq; abierunt scilicet, vt non tantum vocarēt eos, sed immolarent Baalim, & simulacris thura adolerent, vt odoris suauitate eos sibi conciliarent. Prior tamen intelligentia vti communior, sic & verior.

Prior sensus. — Posterior sensus.

5 Et ego.] Hebr. *Et ego pedare feci Ephraim portare super brachia sua*. Et quidem pro, *pedare feci*, in Hebræo est תרגלתי *thirgalthi*, prima persona præteriti hiphil, ת *thau*, posito pro ה *he*, vt accipiunt R. Abraham, Salomon cum alijs Hebræis, Pagni. Vatab. Montanus, & similes, & est idem quod *ambulare feci*, vel *assuefeci ire super pedes*; aut, *ego pædagogum*

Ratio verborum.

deds

dedi ipsi Ephraim, aut, *ego pedetentim deduxi Ephraim*. Nam vti puerum deduxit per Mosem pedetentim, quasi assuefaciendo ambulare: cum sic accepit Chaldæus, & Septuaginta qui dixerunt, *ego colligaui*, hoc est, vt ait Theophylactus colligaui pedes eius, vt solet nutrix facere: vel in pedes eum ego primum erexi. Sed Dauid Kimhi, & Moses volunt esse nomen תרגלתי *Thirgalthi*, *pedatio*, *assuefactio ambulationis*, *qua nutrix assuefacit puerum ambulare*, vt dicat; *ego pedatio ipsi Ephraim*, vel *pædagogum dedi ipsi Ephraim* Mosem. Deinde verbum קחם *Kacham*, est tertia persona præteriti à לקח *Lekach*, sine *Lamed*. *portauit eos*, vel est infinitiuum *portare eos*. *Dedi pædagogum Ephraim, qui portaret eos super brachia sua*, vel *gestaret in vlnis*. Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus, vt primam personam transtulerunt, *portaui*, *suscepi eos in brachys meis*, vt explicarent officia à Deo per Mosem populo præstita, Deuteron. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulasti, donec venires ad locum istum*. & c. 32. 11. *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis*. Hæc officia, quia nutricis sunt propria; Vulgatus, sensum exprimens, explicuit dicens, *& ego quasi nutritius Ephraim*.

[Sensus cõmunis.]

Omnes ergo interpretes, Chaldæus, Hieronymus, Theodor. cum ceteris, ad eundem sensum exponunt. Ego tanquam nutritius, aut pædagogus assuefeci per Mosem ambulare Ephraim; qui portauit eos in brachiis suis; quia *deduxit velut ouem Ioseph*, & eripuit sua fortitudine ex omni itineris periculo. Tantam, ait Theophylactus ego benignitatem ei ostendi, vt factus sim ipsis veluti nutrix.

[Sensus 2.]

Solus Montanus sic explicat. *& ego pedetentim deduxi Ephraim, accepit eos super brachia sua, & nescierunt quod vocauerim eos*. Hoc est; Ego deduxi Ephraim, indulsi peccanti, viresque eius recreaui, nempe, vt ille ingratos deos alienos gestaret in brachiis suis, meorum oblitus beneficiorum, clementiæ, indulgentiæque immemor. sic ille respondit amori meo amando idola. Qui sensus licet verbis Hebræis vtcumque conueniat; non tamen lectioni LXX. Chaldæi, & Vulgati, ac proinde prior sensus seruandus.

6 *In funiculis Adam*.] Quamuis Haymo, Hugo, & Dionys. è mente Hieron. *Adam*, vt proprium protoparentis accipiant, ad hunc sensum; eo modo, quo sanctificaui Adam ex charitate mea, vos sanctificabo; Vel secundum Albertum, pœnis ex charitate profectis attraxi, quibus Deus deuinxit Adam, postquam peccauit. *nam funibus peccatorum constringitur*, Prouerb. 5. 22. *& quis est filius, quem non corripit pater*: ad Hebr. 12.

[Adam quẽ notet.]

Communior tamen expositio accipit vt nomen, hominibus commune, vt accepere LXX. Aquila, Symmachus, & Theodotion, & omnes fere, qui transferunt, *in funiculis hominum*. & futurum *traham* accipit pro præterito *traxi*, vt notant Vatabl. Montan. Isidor. & Ruber. quia loquitur de eodem populo educto ex Ægypto.

[Sensus 1.]

[Dei funiculi in trahendo ad ...]

Traxi eos funibus hominis, non imperio, virga, aut terrore, vt belluas, sed benignitate, amore, verborum lenitate allexi ad obsequium meum, non vt seruos, sed vti filios. nam Ephraim erat vitula renitens, non tamen traxi illam vi, sed vinculis amoris, beneficiis, & promissionibus allexi. Deut. 10. 12. *Quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vys eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua?*

[Sensus 2.]

Hieronymus explicat de eisdem vinculis charitatis, quibus Deum astrinxerant Abraham, Isaac, & Iacob. Itaque quod dixit, *in funiculis hominum traxi eos*, per Epexegesim explicuit, cum addidit, *in vinculis charitatis*.

[Sensus 3.]

Sunt tamen qui verba per futurum velint accipi, quasi minitetur Deus Israelitis; paratus sum allicere populum istum beneficiis, quibus hominis voluntas flecti solet, potius quam timore pœnarum: ac si renuant, flagellis subiugabo. Sed communis sensus verus. Quod si funiculis humanis, id est, vinculis charitatis Deus olim ad se attrahebat populum rebellem; quidni Christus sui amoris funiculis, & vinculis attrahat nos, tanto suauioribus, & efficacioribus, quanto beneficia per ipsum præstita, excedunt ea, quæ per seruos olim præstitit: & quanto maior est filius, qui pro nobis mortem obiuit, seruo, qui laborem recusabat?

[De Christi funiculis.]

Et ero eis. Hebr. *Et ero eis, quasi exaltans iugum* (quod est *super maxillas eorum*. *Ero* sumitur pro *eram*, nam loquitur de tempore, quo per desertum populum Deus ducebat. 7

[Sensus 1.]

Subleuaui laborem in deserto, ne pressi deficerent: abstuli iugum gentium, & eripui ex omnibus, vt Chaldæus, Hieronymus & ceteri communiter.

[Sensus 2.]

Vel, vt solus Montanus de tempore ingressus in terram promissam. Dedi eis festos dies, quibus à suis laboribus requiescerent, & solennitates, quibus Deo vacarent, & à terræ labore desisterent.

[Metaphora à consuetudine agricolarũ.]

Sumpta est metaphora ab agricola, releuante bouem, aut vitulum à labore arandi, iugum subleuando è maxillis eius. Mos fuit in aliquibus regionibus iugum imponere ceruicibus boum; vnde è collo aufertur, & capiti, è cornibus suspenditur, dum refocillatur. & hoc putant Vatab. & Rob. esse suspendi in maxillis. verius Montan. ait, dum aufertur iugum è bouis ceruice, simul è maxillis exaltari, quibus adhæret. Quare Alber. non recte *exaltare iugum* accepit pro *onerare*, seu *adstringere maxillas*, & de futuro explicat. Ego efficiam, vt premantur maxillæ eorum iugo Assyriorum, ab eis ducti captiui. Melius alii: Auferam ab eis iugum aliarum gentium, si mihi seruire velint.

[Lectio duplex.]

Itaque dupliciter legimus. *& fui eis quasi agricola qui exaltat iugum desuper*, vel, *quod super maxillas eorum est, omnino tollens illud*. Vel, *fui eis quasi exaltans iugum ex humero, & ceruicibus, & ponens in cornibus super maxillas*, vt voluit Chaldæus dicens: *sicut agricola bonus, qui alleuat humerum boum, & relaxat in maxillas eorum*. Symmachus dixit. *& putauerunt quod imponerem iugum super maxillas eorum: declinaui certe*.

[Lectio LXX explicatur.]

Aliter Septuaginta, *& ero eis quasi dans alapas homo super maxillas eius*. vt legimus in Hieronymo, & Vaticano Codice: vel, *dans alapas hominis*; vt in Complutensi, & Regio. quia vti pater puerum peccantem palma percutit, ita illos Deus, vti pater castigauit: aut certe, Deus illis ita blandiebatur, vt qui pueri maxillas applaudit manu, vt eum sibi demulceat.

Et declinaui.] Hebr. *& declinare faciam ad eum cibum*. pro *declinare feci*, aut *descendere feci ad eum manna de cælo*. Sic Chaldæus, inquit, *adhuc etiam eum in deserto degentibus multa eis suppeditaui bona, quibus vescentur*. & Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Rob. quidam אט putat esse *quiete*, ad hunc sensum; E, 8

concessi.

quia nullus est in te sanctus [illegible] ingrediar iam ciuitatem, vt eam liberem.

15 *Post Dominum.* Hebræi, quos refert Hieron. R. Salomon apud Lyram, & ipse Lyra, Vatablus, Isidorus, Montanus, & Rob. existimant hanc esse Prophetiam de Christo, quam in hunc modum explicant. In aduentu Christi omnes Israelitę dispersi ambulabunt post Iehouah, adhęrebuntque Christo eius, seruorum illius conuersi prædicatione: nam per se ipse in Iudæa, & per suos Apostulos in vniuerso mundo, leonis instar edet suæ prædicationis rugitum. Cumque ipse rugierit, filii, hoc est, Israelitæ, qui habitant versus mare Occidentale trepidabunt; nempe dispersi per Assyrios ad Occidentem, cum trepidatione, & tumultu subiicientur Christo rugienti, vt prædixit quoque Abdias: & qui profugi fuerint in Ægypto, auolabunt ad Christum, quasi aues; & qui apud Assyrios remanserint, aliæ columbinis ad eum properabunt, & collocabit illos in domibus suis, diuersasque illis sedes, & Ecclesias construet, in quibus morentur, & colant Deum. Eiusmodi est in vniuersum illorum expositio. Vnde verbum Hebręum יחרדו iecherdu, quod idem versum est, *formidabunt, & auolabunt*, proprie est, *mouebunt se ex cura, solicitudine, & metu mali, quod accidere posset, aut in quo erant. Mouebant se filij a mari*; hoc est, ab Ægypto, quæ est Occidentalis Palæstinæ; vel à mari, ab occasu ad Europam, Hispaniam, Germaniam, Galliam, ad fidem suscipiendam, nam properabunt omnes gentes, Occidentales, Orientales, Meridionales, ad rugitum Dei, vt ab eo liberentur.

Sensus 1. De Christo.

Hieronymus tamen, quem referunt Haymo, & cæteri interpretes, videtur explicare de pœnæ comminatione lata, hunc in modum. Israelitæ insequentur Dominum ad Assyrios, terrore eius adducti, qui amore duci renuerint, quia tam tremendum emittet rugitum sententiæ illius iam latæ; *Dabo te sicut Adamah, ponam te sicut Seboim*, vt quæ ad Occasum morantur gentes, audientes perterrefiant; & quæ sunt in Ægypto, & quæ in Assyria; & ego ipse collocabo, ait, in domibus suis in terra captiuitatis. Sed quia ad finem vsque non deductus hic sensus cohærens; non videtur certus.

Sensus 2. De captiuitate.

Ideo melius Chaldæus, Cyrillus, Theodoret. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. explicant de reductione è captiuitate. Nam cum Iudæis quamplurimi redierunt: licet non ad regnum separatum, vt sæpe diximus, sed ad eandem cum Iudæis rempublicam. Vel tempore Zorobabelis, vt putant Cyrillus & Theodoretus: vel tempore Ezechiæ. Sic enim habet Chaldęus. Post cultum Domini ambulabunt, & verbum eius, sicut Leo erit, qui rugit statim enim ac rugiet, congregabuntur exules ab occidente. Sicut auis, quæ aperte venit, sic venient qui in exilium acti fuerunt in terram Ægypti, & sicut columba, quæ reuertitur ad columbare suum: sic redibunt, qui reportati sunt in terram Assur. Sane reducam eos in pace ad domos suas, & verbum meum aderit in patrocinium eorum, ait Dominus. Est ergo sensus verus. Ego in medio tui sanctus, nullam aliam ciuitatem mihi assumam vsque ad tuam reductionem, o Israel. Tunc reducentur Israelitæ, post Dominum, tanquam sui ducem itineris. Nam vti Leo Deus rugiet, vt [illegible] cuncta omnibus, qui populum suum tenent captiuum. *Nam si leo rugiat quis non timebit* Amos 3. rugiet certe, & suam potentiam exercet [illegible] *formidabunt cum filii maris*, hoc est, qui in amaritudine [illegible] filios Israel. & tunc congregabuntur, & venient vti aues, qui profugi erant in Ægypto, & qui sunt in Assyria, redibunt, vt columba ad nidum suum. & iam reductos collocabo in patria, & in suis vrbibus, & domibus, ait Dominus.

Sensus 3. De reductione.

Sensus verus.

Filios maris. Hebr. *filios à mari*, Theodoretus intelligit pisces, qui sunt filii aquarum quos Dei rugitus in intima aquarum coniiciet, hyperbolice. Chaldæus tamen, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus, *filios à mari*, intelligunt Israelitas, qui fugerant ad Occidentem, nam de mari Occidentali Palæstinæ est sermo. Alii *filios maris*, filios huius seculi accipiunt, quos sagena comprehendit. Alii *filios maris*, insularum, intelligunt, qui in remotissimis regionibus vltra mare, nempe Occidentale, quod notum erat Iudæis, habitant: ideo gentes omnes Occidentales, Hispaniam, Italiam, Galliam: sed vere de Israelitis loquitur ad sensum dictum. Hic finem imponunt capiti vndecimo Lyra, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus.

16 *Circumdedit me.* Hebr. *Circumdederunt me mendacio & Ephraim, & dolo domus Israel.* In hoc autem circumdant, quia dicunt se colere me, sed mentiuntur, quia simul colunt vitulos, vt Vatablus, & Robertus exponunt. Vel iuxta Hieron. Theodoretum, Lyram, Montanum, & cæteros: Si scire vultis causam, cur ego clemens sim perditurus Ephraim, Iudam autem nunc conseruaturus: hæc est. Quod prius Ephraim, & eum secutæ nouem aliæ tribus defecerint à Domino, eius cultum destructum, sed quibus armis? mendacio, & dolo. Nam Ephraim prior negauit eum, dicens, 3. Reg. 12. 28. *Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti*: & Israel dolo, quia statim vitulos adorauit. *& fuit verbum hoc illis in peccatum.* & idcirco totus Israel semper circumuenit Deum, ne cultu debito coleretur impia religione inducta.

Causa [illegible] Israel.

Qui [illegible] in cul[illegible] cuer[illegible]

17 *Iudas autem.*] Hebr. *Iudas autem adhuc dominatur cum Deo & cum sanctis fidelis*: ita habent Lyra, Pagninus, cum omnibus aliis recentioribus, nam עד hhed, vt legit Vulgatus, & vertit, *testis*, in Hebræo modo legitur, עד *hhod adhuc*, vt vertunt omnes alii interpretes noui, & veteres. nam LXX. dixerunt, *nunc*, Aquila, & Chaldæus, tacuerunt. Item cum in Hebræo sit רד *Rad*, à verbo *Rad*, quod est *dominari, præualere*: vertūt Chaldæus, Dauid Kimbi, & omnes recentiores, *Iudas autem adhuc dominatur cum Deo*, vt Genes. 32. 28. post luctum Iacob cum Angelo, dictum est ei, *quia princeps fuisti cum Deo.* & similiter vertit Aquila, vt colligitur ex Hieronymo, cum Vulgatus legerit ירד *iorad, descendit.* Sed ad eundem sensum; nempe. At Iudas adhuc perseuerans in suo dominatu in cultu vero Dei, stetit a Deo; nec deseruit partes eius, vti testis firmus eius religionis, adhuc dominium agit cum Deo, veramque eius religionem retinet, sic Chaldæus. Proles vero domus Iuda validi fuerunt in cultu Domini, donec exulauit populus de terra sua. Vatablus, & Robert. Albertus vero, & Montanus explicant de regno; quod Iudas de regni splendore descendit, ac stetit adhuc in cultu Dei

Ratio [illegible] monis.

Sensus

Sens[illegible]

cum

[illegible] Ephraim [illegible] illud sibi vsurpasset. Tum [illegible] Lyra, de dominatu; quia adhuc Iudas [illegible] erat Beniamin, & Leui, nempe Leuitis, [illegible] erant ex Israele tempore Ezechiæ, 2. Paral. [illegible] Dei primus [illegible] verus.

Sensus [illegible] *cum sanctis fidelis.* [illegible] *neeman, fidelis, verax;* [illegible] *dus.* Quidam vertunt. *& cum sanctis fidelis.* Vt fidelis continetur, *cum Deo; Iudas descendit,* vel *potens* [illegible] *cum Deo, & cum sanctis fidelis.* & nomine *sanctis,* [illegible] accipiunt Deum ipsum trinum personis, & naturâ vnum, & cum sanctissimo eodem Deo fideli, [illegible] sit repetitio eiusdem sententiæ; sic R. Salo-

Sensus 2. mon, & Lyra. deinde Dauid Kimhi, Vatab. Hieronymus, & Robertus legunt cum Vulgata *& cum sanctis fidelis,* ad sensum iam dictum. Iudas fuit potens cum Deo, & cum eodem sanctissimo fidelis, quia retinuit cultum eius. Tertio, Hieronym. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius expli- Sensus 3 cant, quod Iudas seruauerit Dei veri cultum, steteritque illi fidelis cum sanctis eius Patriarchis, & Prophetis, ceterisque piis hominibus. Melius Sensus 4 verus. iidem Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus, & Iudas fuit cum sanctis sacerdotibus [illegible] Leuitis, ceterisque Ecclesiasticis seruauit fidem, qui cultum Dei conseruabant; & promouebant [illegible] eorum ministerij ratio integra perseuerabat in Iuda, cum illi pridem ab Israele fugissent, & ad Iudam tuendi se causa contulissent; vt legimus 2. Paral. 11. 13. & cap. 15. 9. late, & optime relatum est.

HOSEÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

EPHRAIM pascit ventum, inania moliens, & [illegible] [illegible], & sequitur æstum sibi noxiosissimum: tota die [illegible] vanas, & suæ caussas vastitatis multiplicat, postquam [illegible] Hoseæ fœdus cum Assyriis percussit. dum oleum, cæteraque [illegible] [illegible] [illegible] in Ægyptum asportat, ad [illegible] conciliandam Ægyptiorum beneuolentiam. [illegible] Domino cum Iuda, iudicium ergo si velit punire Israel, iuxta id, quod [illegible] opera eius, & adinuentiones eius Dominus [illegible] [illegible] In vtero tenuit plantam fratris sui Esau, & propter suam fortitudinem bene successit ei [illegible] cum Angelo. nam victor euasit confortatus eius benedictione, [illegible] timeret fratrem suum. Lacrymis exorauit, & impetrauit benedictionem. Cumque reuerteretur de Mesopotamia [5] in Bethel inuenit eum, atque ibi locutus est [illegible] Iacob, & implorem posteritati, vt se vnum Deum colerent [illegible] [illegible] Dominus Iacob, Dominus [illegible] qui [illegible] Deus exercituum, cuius nomen memorandum est Iehouah. [illegible] vero Israel debuisses professionem [illegible] suum adeo beneficum Dominum conuerti, & misericordiam in proximos, & æquitatem custodire, & sperare in hoc Deo tuo semper. [7] Plane Chananæo si [illegible] in manu est statera dolosa, dum cupis vim, & fraudem proximo inferre Dixisti enim: mea industria, mea diligentia [8] diues euasi. alij alia colunt idola, ego aurum, & nummos mihi delegi idolum. omnia bona mea nullo labore sunt parta. nihil fraudis, aut delicti inueniat quispiam in laboribus meis [illegible] o Ephraim, ait Dominus, adhuc tamen salutem tuam cupio quia [9] Deus ego tuus sum ex eo tempore quo eras in Ægypto. Et si [illegible] resipiscere, modo etiam efficiam, vt lætus celebres in terra tua [illegible] tabernaculorum, sicut olim cum errabas per desertum. Tui gratia diuersimode [10] locutus sum a [illegible] [illegible] Prophetas, illisque visiones multiplicaui, & per eorum ministerium [illegible] similitudinibus me ostendebam, quo te suauius ad me allicerem. [11] Si idolum probauit Galaad idolum suum, quin debitas [illegible] pœnas, vastata ab Assyriis. ergo frustra in Galgalis boues immolatæ sunt ad cultum idolorum [illegible] quod [illegible] altaria eorum diruta testantur, quæ adhuc manent [illegible] lapidum in [illegible] agrorum: [illegible] [illegible] & [illegible] tibi ante oculos, ne auferens ex [illegible] [illegible] [illegible] Mesopotamiam, regionem [illegible] seruiuit socero suo pro vxore [illegible] & pro vxore seruauit, & [illegible] [illegible] Deinde postea [illegible] quæ estis [illegible] Prophetam Mosem eduxit ex Ægypto, & per eundem custodiuit [illegible] & post [illegible] accepta beneficia, vestræ idololatriæ [illegible] ad amaritudinem prouocastis o Israel: vestra ergo culpa [illegible] ad meritas pœnas damnatos comprehendet. Reddam [illegible] vobis ego Dominus vester opprobrium [illegible] quod tot de caussis vobismetipso deocur.

CAP. XII.

[1] EPhraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota
die mendacium, & vastitatem multiplicat: &
fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Ægyptum ferebat.
[2] Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super 2
Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet
ei. [3] In vtero supplantauit fratrem suum, & [4] in 3
fortitudine sua directus est cum Angelo. Et inualuit ad 4
Angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in
Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. [6] Et 5
Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius. Et 6
tu ad Deum tuum conuerteris: misericordiam, & iudicium
custodi, & spera in Deo tuo semper. [7] Chanaan in 7
manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Et dixit 8
Ephraim: Verumtamen [8] diues effectus sum, inueni idolum
mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem
quam peccaui. [9] Et ego Dominus Deus tuus ex 9
terra Ægypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut
in diebus festiuitatis. [10] Et locutus sum super Prophe- 10
tas, & ego visionem multiplicaui, & in manu Prophetarum
assimilatus sum. [11] Si Galaad idolum, ergo frustra 11
erant in Galgal bobus immolantes. nam & altaria eorum,
quasi acerui super sulcos agri. Fugit Iacob in regio- 12
nem Syriæ, & seruiuit Israel in vxorem, & in vxorem
seruauit. In Propheta autem eduxit Dominus Israel de 13
Ægypto: & in Propheta seruatus est. Ad iracundiam 14
me prouocauit Ephraim [15] in amaritudinibus suis, &
sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet
ei Dominus suus.

ARGVMENTVM.

REPREHENDIT Israelem, quod spreto Deo, tam stultus fuerit, vt ad auxilium Assyriorum, Ægyptiorumque postulandum confugerit. Auget eius impietatem, enumeratis beneficiis Iacob patri eorum, & ipsis in exitu de Ægypto collatis. hortaturque vt, idolis relictis, Deum sequatur, ni velit extremo supplicio puniri.

ceperunt plurale, vt Vulgatus Num. 5. 23. *Scribetque sacerdos in libello ista aloth maledicta*; & Deut. 29. *iuxta aloth maledictiones, quæ in libro legis huius, ac fœderis continentur*, Significat ergo *iusiurandum quo quis adstringitur ad pactum*, aut *aliquid seruandum cum deuotione*, aut *imprecatione, execratione*, aut *maledictione*. Ita locuti sunt verba, mendaciter, temere, aut inutiliter; hæc scilicet, execrationes, deuouendo [illegible] diris, & imprecando sibi maledicta si aliter facerent; fœdere etiam secum inito.

A

Sensus 1. Est ergo sensus primus Vatab. & Rob. Omnes conuenerunt, loquentes sibi inuicem verba huiusmodi vana, & inutilia, quibus deierabant & anathematizabant se, si fœdus, quod feriebant violarent: de deserendo Domino, & de idolis

B

Sensus 2. adhærendo. Vel secundum Mont. & Isid. Ne desciscerent a rege Ieroboam, & Ierosolymam regis Iudæ, aut religionis causa peterent. Tertio,

Sensus 3. Hieron. Haymo, Albert. Hugo, & Dionys. sic exponunt. Multis verbis inutilibus, deierationibus etiam adhibitis, & pactis cum mendacio, multam ipsi & pseudoprophetæ pacem promittebant, & prosperitatem, & ideo fructus ferent a-

Sensus 4. marissimos captiuitatis. Quarto, ex Theodoreto, & Theophyl. qui verba Lxx. loquens verba, occasiones mendaces, seu excusationes falsas, vt legit Hieron. disponet testamentum. Sic interpretatur, quod multa vane promitteret; alias alia subinde prætexens, nunc cum Assyrio, nunc cum Ægyptio fœdera percutiens de auxiliis in bello mittendis, & faciens ne Deo fideremus.

C

Erit ergo sensus. Reges nostri, ac principes multam nobis pacem promittebant, frustra tamen, adiectis execrationibus, & iuramentis, opem etiam sese allaturos pollicebantur, feriendo pactum, nunc cum Assyriis, nunc cum Ægyptiis, vt patet 4. Reg. 17. Sed in vanũ cedunt omnia. Quod vero dixit Vulgatus; *verba visionis inutilis*. sensum hunc expressit. Loquantur, vt libet pseudoprophetæ vestri, verba inutilia, quæ se vidisse confirment; & peierationibus, & execrationibus securos vos reddant, promittentes prospera omnia, si feriatis fœdus cum Assyriis, vel cum Ægyptiis, de ope mittenda; vel cũ regibus vestris de illos nõ deserendo: vel iurando, & execrando, *hæc faciat nobis Deus, & hæc addat*, feriendo fœdus

D

cũ populo, nisi quod prænunciabat, eueniret; morti sese, aliisve cruciatibus addicẽdo, nisi prospera forẽt omnia. Sed nihil efficiẽt; imo germinabit, &c.

Adiu... supplicio pessimo com... o. *Et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri.*] Hebr. *& germinabit quasi* ראש *ros iudicium super* תלמי *thalme agri.* *Ros* Chaldæus hic accipit, pro capite serpentem maleficorum. Lxx. *gramen* vertunt. Est autem herba venenatissima, ex qua exprimitur aqua amarissima, instar fellis, simulque lethalis. Deut. 29. 18. *sit inter vos radix germinans fel*, seu toxicum, aut venenum.

Sensus 1. Est ergo sensus Vatab. Mont. & Robert. Quemadmodum in agro arato, & culto herba venenata, alias per se fæcunda; fæcundior fit, & serpit affluentius; ita supplicium à me decretum adueniet super Israelitas, qui summo consilio, & singulari cura mihi repugnarunt, quasi sint terra accurate culta; in

E

Sensus 2. qua pœna serpat affluenter. Vel iudicium amarissimum vastitatis germinabit super sulcos agrorum; in quibus fruges deberent esse fœcundæ: atque adeo per vastitatem agrorum significat ho-

A [illegible] *sicut gramen* [illegible] n admodu[illegible] de prod[illegible] gra[illegible] caute ita pœna [illegible] impediente; vt [illegible] & Theophyl. exponunt.

Vaccas. Hebr. *vitulis Bethauen timebunt habitatores Samariæ, quia luxit super eum populus eius & sacerdotes super eo exultabunt, super gloria eius, quia migrauit ab eo. etiam ipse ad Assur ducetur munus regi Iareb.* Lamed præfixa verbis, ad, vel *propter* [illegible] significat, & Verbum גור *gur.* quod Vulgatus vertit, *coluerunt*, significat, timuerunt, & inde *coluerunt*, aut 5

B

pauerunt, id [illegible] Chaldæus di[illegible] *propterea quod venerati sunt vitulos in Bethel*, significat etiam *peregrinari*, seu *aggregari*, vnde di[illegible] Lxx. [illegible] *ad vitulum domus* [illegible] *morabuntur habitatores Samariæ*. Quod dicit *habitator* [illegible] *Sahen* [illegible] collectiue positum, pro *singulis habitator*. Deinde, cum dicit, *sacerdotes* כמרים *cemarim* sacrificuli, de quibus diximus in Sophonia, supplendum est, *clauuum qui*. Denique, illa verba, *ipse ad Assur ducetur munus regi vltori*. Lxx. verterunt *& ipsum vincientes duxerunt Xenia regi* [illegible] quem locum [illegible] Tertul. lib. 4. aduersus Marcion. cap. 42. Hoc, inquit, de Christo prophetauit, & vinctum eum ducent Xenium regi; nempe cum Pilatus eum misit ad Herodem. Verum hic, vt vides, sermo est de vi-

C

tulo aureo, de quo Lxx. dixerunt, & ipsum vincientes ad Assyrios duxerunt Xenia regi Iarib. de quo Iarib diximus super Ieremiam cap. 15 num. 14. Obiectua tamen, *Vaccas*, seu *vitulas Bethauen* dixisse, quod ad imitationem Ægyptiarum factæ essent, quæ vaccæ erant. Aiteenim Herodotus lib. 1. boues mares, eosdemque mundos, ac vitulos vniuersi Ægyptii immolant: feminas eis immolare non licet, vt pote Isidi consecratas. nam Isidis simulachrum muliebre est, bubulis præditum cornibus; quemadmodum Io Græci describunt. Apim quoque, seu Serapim bouem, corpore nigro, candida fronte & in tergu alba nota insignem. Ideo vtriusque figuram venerabantur in Bethauen, & modo vitulas, modo vi-

D

tulos vocat Scriptura. Hieronym. Haymo Alber. Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Mont. putant dictam vitulam per irrisionem, & plurali numero vitulas pro vitulo singulari, secundum Hieronym. Rupert. Vatab. & Montan. vt Exod. 32. dictum est, *isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*, per contemptum, & ludibrium, vt vult Mont. vnde statim relatiua singularia masculini generis vitulum referunt. *Quia luxit super eum populus eius.* Quod si Bethauen diuersa est à Bethel, fortasse in Bethauen colebantur Isis, & Serapis. His positis.

Primo, Pagni. Vatab. Montan. Isidor. & Rob. sic explicant hunc locum: propter vitulum [illegible] tum in Bethauen destructum, ingenti pauore corripientur ciues Samariæ, suam stragem pro-

E

ximam timentes, cum nouerint tantam fuisse illius depopulationem, vt & populus propter eius vastitatem lugeret, & sacerdotes, qui in eius festis exultare solebant, quod cul[illegible] ei præstari solitus, ablatus fuisset: quin ipsemet vitulus ducetur ad Assyrios munus regi vltori.

Hieronym.

2. Sensus. Hieronym. Theodor. Haymo, Albert. Theophyl. Hugo, & Dionys. putant hanc esse historiam, non Prophetiam, nempe historiam Manahen, 4. Reg. 15. 19. Nam venit Phul rex Assyriorum in terrã, & dabat Manahen Phul mille talenta argenti, vt firmaret regnum eius: at tunc quidem Israelem accedisse, vt peteret opem à vitulo: & regem Israel inter alia dedisse regi Assur vitulum aureum, qua propter lugebant sacerdotes migrationem vituli ad Assyrios: sed consolatos exultasse, quod putassent suum vitulum colendum ab Assyriis. Simulque referunt. Hieronym. Haymo cũ reliquis Hebræorum fabulam, quod sacerdotes vitulos æreos deauratos statuerint in locum aureorum, quos abstulit Sennacherib, omnibus flentibus: cum tamen sacerdotes exultarent, quod fraus sua non fuisset detecta: quã cum detexisset tandem, excanduit in regem, & expugnauit terram, & tunc confusio maior occupauit omnes ob illud sacerdotum consilium. Sed hæc expositio falsa est, cum modo de extrema Israel vastatione sermo sit propheticus, non historicus. quodnam vero sit illud sacerdotum consilium statim explicabimus.

A

B

1. Sensus verus. Quare licet in significatione peregrinandi posset hoc modo locus exponi. Cum vitulo, vel ad vitulum Bethauen, peregrinabuntur, vel aggregabunt se; aut trahentur habitatores Samariæ; hoc est, vna cum vitulo trahendo in Assur, extrahentur habitatores Samariæ, quando populus, & sacerdotes, qui solebant conuenire, ad eius festa cum exultatione celebranda, congregabuntur ad luctum super eo, & ad funebrem pompam; cum ducetur ad Assyrios munus regi vindici. Tamen melius redditur ratio, cur extrahendus sit vitulus: propter vitulum cultum in Bethauen, ducetur captiuus, cum luctu populi, & sacerdotum, qui super eum exultauerant in eius gloria; cum ducetur, inquam, in munus regi ipsi Assur vltori. Vide quantum doleat auferri quod amamus. Confundetur Israel in voluntate sua, vel in consilio suo, vt habent Lxx. & omnes alii. Hieronymus, Haymo, Albert. Hugo & Dionys. exponunt de consilio illo sacerdotum fraudulento detecto à rege Assyriorum, cum magno Israelis pudore. Theophyl. de consilio sacerdotum, qui exultabant existimantes vitulũ ab Assyriis adorandum cum contra acciderit; nam comminutum conflauerunt. Theodoretus de consilio, quo conflatũ vitulum dederunt regi Ægyptiorum, 4. Reg. 16. vt ferret auxilium contra Samanasar; & tamen non tulit. Melius Lyra, Vatab. Mon. & Rob. de consilio capto intelligunt, ad conseruandum regnum Israel diuisum à regno Iuda, vitulos adorandi. nam tunc Israel, & præcipue tribus Ephraim, pudore afficietur, quod tale cœperit consilium, & ad finem vsque deduxerit.

C

De quo consilio sit sermo.

D

Consilium impium dissipatur.

6 *Transire fecit.*] Hebr. נִדְמֶה *nidmeh Someron rex eius.* *Nidmeh* participium est præsens verbi passiui Niphal, idem quod, *quieuit, defecit*, aut *succisus est in Samaria*, vel *Samaria rex eius*, vt transferunt recentiores, quo sensu Vulgatus dixit: *Transire fecit Samaria regem suum.* & Lxx. *abiecit Samaria regem suum.* Montanus accepit pro, *assimilatur*, legens, *similis est*, sup. [*cum*] *Samaria rex eius.* hoc est rex cum regno suo similis est *spuma super faciem aquæ.*

Ratio verum.

E

7 *Quasi spumam.*] Hebr. קֶצֶף *Ketseph.* quod nomen *efferuescentiam subitam*, aut *iram efferuescentem*, aut *excandescentiam* proprie significat. Inde vsurpatur ad significandas bullas ex aqua bullicore feruescentes; tum etiam spumam. Lxx. & Theodotion. φρύγανον, id est, *cremium* transtulerunt; nempe aridas herbas, siccaque virgulta, quæ camino, & incendio præparantur, vt ait Hieron. lignum cõbustibile, quod impetu aquæ vehementis extinguitur, putat esse Theodoretus, sarmentum Theophyl. Sicut ergo surculus aridus, & minutus, delatus super aquæ vehementis impetum, celeriter dissipatur, & non apparet: ita rex Israel cum regno suo facili negocio dissipabitur ab Assyrio, vt amplius non appareat. Aut sicut bulla efferuescens super aquam vehementem, leuiter dissoluitur, & euanescit, sic rex ille cum regno suo: qua ratione dixit Symmachus ἐπίζεμα, volens ostendere feruentis ollæ superioris aquas, quas Græci πομφόλυγας vocant, ait Hieronymus. *Et disperdentur excelsa auen*, id est, *Bethel*, aut *Bethauen*, ait Chaldæus. Vatab. Montan. & Rob. quæ sunt peccatum, id est, occasio peccati Israel. *Et dicent montibus.* Tanta erit calamitas, tanta strages Bethauen ab Assyriis facta, vt montibus, & collibus cadentibus exoptent ciues operiri. Quod si Bethel sic contigit, quid fiet de Samaria: hæc verba retulit Christus Lucæ 23 de extremo Ierusalem excidio: & idcirco Rupertus totum hoc caput, non de Assyriorũ clade, sed de Romanorum, explicat, cum omnes de Israelis clade, per Assyrios facta exponant. Christus autem per accommodationem applicuit ea verba excidio Ierosolymitano propter similitudinem, vt notant Ruffinus, Cyril. & Montan. vel certe mystice, & per typum, quod illud excidium Ierosolymorum extremum, fuerit per hoc præsignatum, & adumbratum, vt indicant Hieron. Haymo, Albertus, Theophyl. Hugo, & Dionys.

Ratio similis

Christus verba vsurpauit.

Ex diebus Gabaa.] Communior intelligẽtia hæc verba intelligit de scelere Beniaminitarum cum vxore Leuitæ commisso, & de bello, eius causa contra eos suscepto, Iudic. 18. & 20. vt sit sensus Vatab. & Rob. A tempore illo, quo Israelitæ bello tam iusto suscepto contra Beniaminitas facinorosos, iuste ceciderunt à Deo puniti, perseuerarunt in suis peccatis ad hoc vsque tempus, ergo multo iustius punientur nunc pro meo desiderio. Secundo, Isidorus, & Montan. accipiunt præpositionem מִן *min*, *à* vel *ab*, pro *præ*; vt sæpe solet. Lucæ 18. *descendit hic iustificatus ab illo*, pro *præ* illo, & sic explicant. Vos ô Israelitæ grauius peccastis, quam Gabaitæ pauci homines, hoc est, præ diebus Gabaa. Nam vos me spreto vitulos adorastis; illi accensi libidine vxorem Leuitæ necauerunt: sed cum istis mali, tunc stetistis iusti iudices ad vltionem sumendam de Beniaminitis, & putastis vos obsequium præstare Deo. Ego igitur, qui iustissimus sum iudex, iustius me de vobis vlciscar igitur hostili. Propter hoc ergo, quod iustiores se putabant Israelitæ Beniaminitis, in suo consilio steterunt, vt bello aggrederentur nefarios illos, & intulerunt, alioqui si iustos se non existimassent, non fuisset ab illis bellum susceptum contra Beniaminitas, filios iniquitatis, Vel secundum Isidorum. Grauius peccastis Israelitæ, quam Gabaitæ; & tamen ibi constiterunt exercitus Israelitarum, ad vltionem illius sceleris. 7

Collatio sceleris Beniamin cum scelere Israel.

1. Sensus.

Hic tamen nemo est, qui sumat vltionem; sed omnes vna comprehendit iniquitas, non ergo comprehendet vos bellum hostile illi simile, quo puniti sunt Beniaminitæ filii impii, sed grauius multo.

Sensus 2. De idolo Michæ.

Præterea Hieron. Ruffinus, Haymo, Rupertus Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. putant accusari hic Israel de alio scelere; nempe, quod, cum grauissimi vltores fuerint leuioris peccati Beniaminitarum in Gabaa; nemo tamen fuit solicitus æmulator gloriæ Dei, vt tolleret idolum Michæ, & cultum ei exhibitum in Dan. Sed ibi constiterunt non vlterius Dei gloriam quærentes; ideo non insurget in eos bellum, quale fuit illatum Beniaminitis, vt Rupertus, & Lyra exponunt. Vel ibi steterunt immobiles in cultu idolorum, non ergo tam leuiter punientur, vt ille; sic Theodoretus, & Theophyl. Vel secundum Isidor. ibi, in Dan perseuerarunt in cultu idolorum, & vituli, vsque ad Ieroboam; qui tamquam semen impietatis compulerunt plebem assentire regi cultum vitulorum inducenti, & hi quidem supponunt eodem tempore accidisse necem vxoris Leuitæ, & cultum idoli Michæ in Dan. vt probamus in sacra Chronologia.

Sensus 3. De creatione Saulis.

Demum Chaldæus exponit de creatione Saulis in Gabaa. A diebus Gabaa, ait, peccastis ô qui de domo Israel; ibi steterũt, præuaricatique sunt in verbum meum, præficiendo super se regem. Nec etiam digni habiti sunt, quibus permaneret regnum in Gabaa; illic inuaserunt eos bellatores, qui, vt patres cum filiis occiderent, ascenderunt.

Sensus 4.

Sunt alii, qui de eadem Saulis creatione sic exponant. Ab eo tempore, quo creauit sibi regem Saulem in Gabaa, peccauit Israel: & in Gabaa cum rege suo constiterunt, nec comprehẽdit eos bellum susceptum contra Philistæos filios iniquitatis; de quibus dicitur 1. Reg. 14. 52. *Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul.* Nam beneficii loco ponit, quod etiamsi peccauerit Israel, sustinuerit tamen, & ab hostibus defenderit, ideo ob ingratitudinem nunc grauius punientur.

Sensus 5. verior.

Enim vero, cum Hoseas loquatur hic contra Israelem, nempe contra decem tribus, & non cõtra Iudam, cur modo referat peccatum toti populo commune, vel contra Beniaminitas susceptum bellum, vel creati Saul delicti; sane argumento vtitur à minori ad maius. Grauius peccauit Israel, quam Gabaitæ: sed totus Israel constitit vno animo, ad bellum inferendum Beniaminitis; filiis iniquitatis quos tamen non comprehendit, nam ipsi Israelitæ victi redierunt. Ergo iustius nunc insurgam in Israelitas, & exercitu populorum coacto, eos destruam, propter duas iniquitates, cum illi vnam commisissent.

8 *Cum corripientur.*] Hebr. *In corripiendo eos propter duas* עונתם *bhonoham*, & quidem Hebræum infinitiuum in *corripiendo Beasram*, oritur à verbo אסר *asar*, quod est, *deuincire*, aut *obstringere sese*, diuerso à יסר *iasar*, cuius futurum positum est paulo superius, cum dictum est, *corripiam eos.* Deinde nomen עונה *bhonah*; *iugerum* significat, aut *sulcum*. Vnde Chaldæus, R. Abraham, Dauid Kimhi, Pagni. Vat. Mont. in Thesauro, & Isid. sic vertunt hanc sententiam. *Cum obstrinxerint se, ligauerint*, aut *adunauerint*, aut *sicut colligauerunt se in duobus iugeribus*, aut *sulcis suis.* & intelligunt de Israel, & Iuda, qui instar duorum boum, aut iuuencorum, coadunauerunt se, aut obstrinxerunt se arare in duobus sulcis suis, hoc est, simul vitulos colere; quia adunauerunt se ad eandem iniquitatem, quasi duo boues sub vnum iugum constringuntur ad sulcandos agros.

Sensus 1. De adunatione Iudæ & Israel ad vitulos colendos.

2. Sensus Decaptiuitate.

Chaldæus melius ad futuram captiuitatẽ refert, & dominium exercuerunt in eos, ad modum, quo ligantur iuga boum ad duos sulcos. quasi dicat, & congregabuntur aduersus eos populi, vt constringant eos, tanquam duos boues sub vnum iugum ad sulcandos agros; ad labores perferendos, quos pertulerunt in duobus vitulis suis colendis: nam vti Israelitæ laborarunt in cultu duorum vitulorum, ita ipsi constricti ab hostibus, quasi duo illi vituli arabunt.

3. Sensus.

Verum LXX. Vulgat. Pagn. & Mont. legerunt עינותם *bhauonotham*, & verterunt, *cum correpti*, vel *ligati fuerint in duab. iniquitatibus suis*, vel *propter duas iniquitates suas*, de quibus dixit Ier. c. 2. *me dereli. querunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas*: nempe idola, &c. vt intelligunt Hieron. Cyril. Theodor. Theoph. Rupert. Haymo cum reliquis. vel nouã iniquitatem cum veteri idoli Michę, vt accipiunt Haymo, Alber. Hugo, Diony. & Isid. Vel propter duos vitulos Dan, & Bethel, vt iidem cum Lyra exponunt.

4. Sensus.

Sed Montanus collationem fieri putat cum Gabaitis qui vnum facinus, & leuius perpetrauerunt. at Israel duas iniquitates effrœnatæ libidinis, & cultus duobus vitulis exhibiti. Verius videtur loqui de duobus vitulis: nam vt supra dixit, *& disperdentur excelsa idoli auen, peccatum Israel*; ita modo duo idola vocat duo peccata, aut iniquitates per metonymiam, quia causa grauissimorum peccatorum.

[illegible] Sensus verior.

Ephraim vitula.] Hebr. *& Ephraim vitula assueta, diligens triturare, & ego transiui super bonitatem colli eius, equitare*, vel *vehere faciam Ephraim, arabit Iudas, effringet glebas ei Iacob.* 9

Ratio versionum.

Quod ceteri dicunt *docta*, vel *assueta*, Lyranus vertit *stimulata*. Deinde illud, *ascẽdam super Ephraim*, in Hebr. est futurũ; ארכיב *arcbib* à verbo *racab*, quod est *equitare*, aut *superuehi*, vt sit, *equitare faciam: superuehi*, aut *ascendere faciam*, aut *gestare faciam*.

Sensus [illegible] Ægypto.

Est ergo huius sententiæ sensus multiplex. Nam in primis Chaldæus explicat de beneficio exitus de Ægypto, & ingressus in terrã promissam. Cœtus Israel similis est vitulę, quam arare docent, & non discit, dilexit in voluntate animæ suæ ambulare: at ego liberaui vos à seruitute Ægyptiorum, abstuli iugum durum à ceruicibus vestris: collocaui domum Israeliticam in fortitudine terræ Amorrhæorũ, qui subiugati sunt coram eis, hereditare feci domum Iuda possessionem, pro qua iurauerам patri eorum Iacob.

2. Sensus. De regno Iudæ.

Secundo: alii explicant de electione ad regnũ. Ephraim erat sciens se prælatum à Iacob, Genes. 48. & 49. & ita diligebat trituram, nempe regnum, quo trituraret, & subigeret alios. At Deus, licet vidisset tribum illam pinguem, & opulentam, non eam elegit, sed elegit tribum Iuda, Psal. 77. & equitauit super Ephraim, subiiciens illam tribui Iudæ, & Iudas arauit tanquam princeps; & Iacob infringet glebas, vt seruus, & omnes facient bona opera.

3. Sensus.

Tertio: Vatab. & Rob. de regni institutione declarant. Ephraim assueta diligere trituram, potius

quam

quam arare; nam sicut vitula est admodum pinguis in tritura, ita Ephraim erat constitutus in magna felicitate, pinguis, & opulentus: & obiter consideraui collum eius pingue, & obesum, imponam super Ephraim regnum decem tribuum, & sic tam Iudas; quam Iacob, seu Israel, fungetur seorsim suo munere in Deo seruiendo. Verum hi dicendi modi longe sunt à proposito disiuncti, nunc enim de Israele fit sermo, subiiciendo Assyrus propter suam iniquitatem.

4. Sensus De regno Israel dissipando.

Quarto igitur; Lxx. magis ad rem, ita legunt. *Ephraim vitula docta diligere contentionem, ego autem veniam super pulchritudinem colli eius, supponam Ephraim, & reticebo Iudam, roborabitur sibi Iacob.* Hoc est, secundum Theodor. & Theophyl. Ephraim indomitus est, nec iugum sibi imponi permittit, sed aduersus id, ob idololatriam reluctatur: verum eius collum contumax & superbum ego domabo, & ceruicem eius per hostes Assyrios summittam: ceruicem pulchram; nempe regnum. supponam mihi Ephraim, Assyrus subiiciens, & grauans, Iudæ vero interim parcam, tum scilicet, cum obsedit Sennacherib Ierusalem; & hoc quia virtus Iacob ostenditur in Ezechia æmulatore Iacob, cuius lachrymis, & precibus fugauit Deus, & dispulit Sennacherib cum suo exercitu.

5. Sensus. De pœna idololatriæ.

Quinto: verius sic explicemus. Ephraim similis est vitulæ, quæ assueta est aream terere, & diligit trituram, quod; etsi cum labore, sinatur sæpius os tritico admouere, quod terit, & comedere; vnde pinguis fit, & obesa. sic Israel assuetus idololatriæ, diligit idola colere, non territus labore, quem ex cultu perfert idolorum; quod ex ea tritura, gaudeat libertate, deliciis, opibusque, quas ex commercio cum gentibus acquirit, vnde vescitur, pinguisq; fit, obesus, & fortis, aptusque ad terendum iugum: ego faciam vt trahat currum, vel vt equitent super eum, quasi super equum Assyrii, & sibi subiugent: & Iudas hoc videns resipiscet, & aratrum legis resumet; & Iacob bene operabitur. Sic in vniuersum explicant Hieronymus; Haymo Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus. Ex quibus Haymo, Albertus, & Mont. nomine Iacob intelligunt decem tribus. Alii duodecim. Vel; ego flagellis Assyriorum faciam, vt aliquando relinquat trituram, & resipiscat, redeatque ad aream legis: & tunc Iudas arabit cum Israele, & Iacob bene operabitur. Sic quoque Hieronym. Gregor. 20. Moral. c. 16. & Homil. 10. in Ezechielem. Haymo, Rupertus, Hugo, & Dionysius. Tunc autē ascendere fecit super Ephraim sessores Assyrios, cum

Sessores Israel Assyrii.

variis bellis à tempore regis Zachariæ, partes Israeliticæ plebis captiuæ ductæ sunt, vsq; ad tempus Hoseæ regis. Tunc autem Iacob, id est, omnis populus, congregatus ex iis, qui fugerunt ex Israel, & Iudæi, periculo alieno edocti cœperunt Deo seruire; cum per legatos Ezechiæ conuenerunt multi profugi ex Israelitis: tum etiam Iosiæ, & Iudæis sese in vnum populum coniunxerunt, 4. Reg. 18. 2. Paralip. 29. 30. 31. Atque adeo nomine *Iacob* possumus intelligere totum populum vni regi Iosiæ parentem; aut etiam Ezechiæ: vel Israelitas ex decem tribubus ad duas perfugientes.

O quot sunt homines, qui huius mundi laboribus se subiiciunt, & se ab eo separari dolent! vitula enim, ait loco supra dicto Gregorius, triturae laboribus assueta, relicta ira plerumque ad eundem laboris vsum, etiam non compulsa reuertitur. Ita prauorum mens huiusmodi seruitiis dedita, & rerum temporalium fatigationibus assueta, etiamsi sibi libere vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsu miseræ conuersationis trituram laboris quærit, vt à iugo mundanæ seruitutis cessare non libeat, etiamsi liceat.

Greg.

Iugum improborum quam graue.

Seminate.] Hebr. *Seminate vobis ad iustitiam; & metite ad os misericordiæ. Metite* dixit pro *metetis*. notat enim certitudinem promissionis futuræ imperatiuum; vt Isa. 55. 2. *Audite audientes me, & comedite*, pro *comedetis bonum*. Lucæ 11. 41. *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt*, pro *erunt: vobis. In os*, vel *ad os misericordiæ* legunt Origenes Tract. 12. in Matth. Ambros. lib. de Nabuthe Iezraelita cap. 7. Bernard. serm. 37. in Cantica, & Epistol. 108. ad Thomam. Est autem *ad os*, idem quod *ad votum, pro voto, pro voluntate, pro ratione, & mensura*, vt Genes. 47. 12. *Ioseph habebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.* Hebr. *ad os paruuli*, hoc est, quantum pueris, qui nunquam non panem petunt, petere libuisset. *sic ad os misericordiæ est, ad votum*, vel *pro ratione misericordiæ*. ostendit quantum sparsum semen sit messis superatura. Nam qui seminat, iuxta suam, agrique sui mensuram, seminat ad os modii; & ad summom ad os sacci. Et colligetis in ore misericordiæ, plusquam petere, aut intelligere potestis, quoniam magna est vsque ad cœlos misericordia Dei, sine mensura; *nam mensuram bonam, & confertam, & coagitatam dabunt in sinum vestrum.* Hieronym. Haymo, & Hugo sic exponunt. Seminate in lege, & metetis in gratia, hoc est, seruate legem meam, per quam paremini ad recipiendam gratiam Euangelicam. Vetus Chaldæus, Haymo, Theophylact. Albertus, Hugo, Dionys. Vat. & Rob. Date operam iustis operibus, sanctisque officiis exercendis, vt illis repetitis, & frequentatis virtutem omnem vobis acquiratis, quam nomine *iustitiæ* intelligit. Vel secundum Montanum, ad iustitiam ferendam per Christum, vt Abrahæ fides reputata est ad iustitiam, Genes. 15. per Christum suo tempore affetendam; & reportabitis mercedem amplissimam, secundum os misericordiæ. plus enim præmii donatur, quam sit ratio meriti.

10

Origen. Ambros. Bernard.

Meritis cōferenti præmium ad os misericordiæ.

Sensus. 1

Sensus 2

Sensus 3.

Innouate vobis nouale. Hebr. *Arate vobis arationem* ניר *nir* significat *arationem agri ad spinas euellendas, & herbas noxias eradicandas, antequam seratur.* Vnde per metaphoram est; studete vos vt corda vestra expurgetis, ad semen suscipiendum, tamquam nouum nouale, quod de nouo proscinditur, & aruum quod nouum exruitur. Isidorus, semper, ait, repurgate terram cordis ab spinis; nam subinde repullulant noxiæ cupiditates, vt Zizania in agro bene culto. Vel secundum Montan. singulis annis vos in legis præceptis exercere. Vel, vt Vat. præparate corda vestra ad aduentum Christi. Lxx. dixerunt, *illuminate vobis lumen scientiæ*: nam & nomen illud ניר *nir lucernam* significat, vt Psalmo 118. vers. 105. *lucernam pedibus meis verbum tuum.* vt idem sit ac dicere, illustrate lucernam mentis vestræ lumine cognitionis

Corda nouale expurgandum.

Dei, deficientes ab idolis, vt ait Theophylactus, quam lectionem secutus est Bernard. paulo ante citatus.

12 *Tempus.*] Hebr. *Et opportunitas inquirendi Iehouah, donec veniat, & doceat vos iustitiam*, vel *influat iustitiam vobis*. & Lxx. *Quoniam est tempus, quærite Dominum, donec veniant fruges iustitiæ vobis.* hoc est, interim dum venit Christus, qui suo aduentu suam est vos docturus doctrinam, & iustitiam, sine qua opera vestra valent nihil, ne prætereat vos occasio quærendi Dominum. Hac enim ratione paratis vos ad Christi iustitiam suscipiendam. ita de Christo omnes explicant, Theophylact. Burgensis addit. 3. Vatab. Montanus, & Robertus, & Hebræi, quos refert Galatinus libro tertio, contra Iudæos cap. 19. indicatque Chaldæus, cum dicit. *Recipite vos ad timorem Domini, nunc enim reuelabitur, & afferet vobis iustitiam.* Hieronymus, Haymo, Hugo, & Dionysius, de Christo aliter exponunt. Cum venerit Christus in carne, & docuerit vos suam iustitiam, tunc erit opportunitas ad inquirendum Dominum. Videte ne eam labi sinatis. Lyra solus de Ezechia sic explicat. Tunc erit tempus requirendi Dominum, cum venerit Ezechias, qui docebit vos iustitiam, verumque Dei cultum. Forte monet populum, vt redeat ad cor, antequam destruatur; nunc inquit, opportunum est tempus Dominum requirendi, qui statim veniet, vt influat vobis iustitiam, per quam fugiatis iram venturam, & vastitatem per Assyrios imminentem.

Paratur populus probis actionibus ad Christum.

Mutatione vitæ fugienda flagella Dei.

13 *Arastis impietatem.*] Verbum חרש *Charas*, quod est *arare*, *cogitare in alium*, *struere*, aut *machinari* significat per metaphoram. Atque adeo idem est, *arastis*, ac tacite *cogitastis*, *machinati estis impietatem*, quia instar aratoris, qui aratro terram emundat ab aliis herbis, vt seminet quam ipse cupit; ita vos omni mente, studio, & conatu studuistis impietati, hoc est, idololatriæ serendæ, eradicata ex omnium cordibus pietate, & cultu Dei. *Iniquitatem messuistis*, nempe omne mali genus, quod ex corde in os, & opus etiam prorumpit, contra leges, & iura, & proximum scilicet; contra iustitiam ciuilem, significat nomen Hebr. Hos enim fætus, quales Paulus describit ad Roman. 1. parit impietas. Sic intelligunt Chald. Hieronym. Alber. Lyra, Vatab. Montan. & Rob. At Haymo, & Theoph. *iniquitatem* accipiunt pro pœna iniquitatis; vt dicat, *messuistis*, id est, collegistis vastitatem, & captiuitatem; dignum supplicium vestræ iniquitatis. *Comedistis fructum mendacii*, seu *fallaciem*. nam ex iacto semine, & fruge collecta, reconditur ad comedendum fructus expurgatus, quem tamen nullum habuistis, imo frustrati estis fructu sperato, omniaque vota inania estis experti, contra ac vobis ipsis pollicebamini, cum falsis vestris Prophetis: qui promittebant pacem, prosperitatem, & gentium opem, & ecce belli tumultus, vastitas, atque captiuitas. Probat, quia in hac via, quam iniisti, tota fiducia tua posita erat in multitudine fortium tuorum, & sociorum, quos vocabas, qui ipsi tibi attulerunt exitium. Propterea consurget tumultus, et populi, ædium, munitionumque ruina; nam Lxx. dicunt *consurget perditio in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur.*

Studium idololatriæ.

[Ini]quitas [q]uanta ma[la] pariat.

[S]pes inuti[li]s omniū [fr]ustratio.

14 *Sicut vastatus est Salmana.*] Hebr. *Secundum vastationem Salman Beth Arbeel in die belli, (cum) mater super filios allisa est.* Et quidem Vulgatus illud, *secundum vastationem Salmana*, passiue accepit, *sicut vastatus est Salmana.* Ceteri actiue. *Sicut vastabit Salman.* Lxx. quoque ambigue locuti sunt. *sicut Princeps Salmana de domo Ierobaal, in diebus belli, matrem super filios alliserunt.* Est autem communis iuxta vulgatam lectionem intelligentia Hieronymi, Ruffini, Cyrilli, Theodoreti, Haymonis, Ruperti, Theophylacti, Alberti, Hugonis, & Dionysii, referri historiam Iudic. 8. quando Ierobaal Gedeon vicit Salmana Regem Madian, & occidit, matres cum filiis allidens; iuxta quem sensum explicant quoque lectionem Lxx. Hieronym. Theodoret. & Theophyl. Sed addunt, propterea vastatum Salman à Gedeone, quod matres Israelitas in bello [q]uondam cum filiis allisisset. Lyra passiue etiam accipiens, vt Chaldæus verbum; at nomen Salman vt appellatiuum transfert, nam nomen Regis Madian vastati à Gedeone erat צלמנע *Tsalmunahh* cum צ *tsade* in principio, vt constat ex libro Iudicum, & ex Psalm. 82. 12. non שלמן *Salman* cum ש *Sin*, quod hoc loco ponitur: & significat *pacificam*. & ideo transfert. *sicut vastata est pacifica a domo insidiatoris in die prælii.* hoc est: sicut ciuitas pacifica, quæ nihil sibi timet, solet subito vastari ab exercitu insidiatoris eam expugnantis; vt accidit ciuitati Lais, Iudic. 18. quem sensum Chaldæus quoque indicat, dicens. *Sicut vastatur pacificus per insidias in die belli.*

Ratio lectionis.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sed ex ceteris, qui actiue efferunt, Vat. Montanus, & Robertus, volunt præsentis historiæ meminisse Prophetam; qua Salmanasar Rex Assyriorum vastauit vrbem Betharbeel, domus insidiatoris Dei, Dei inquam in ea culti, ita dicti. Idque tanta cum seuitia, vt infantes coram matrum oculis, deinde, & matres collideret, quod 1. anno regis Hoseæ factum est; de qua vrbe fit mentio 1. Machab. 9. 2. cum dicitur, *Castra posuerunt in Cassaloth, quæ est in Arbellis.* Præterea Vatab. Montan. Isidor. & Rob. existimant exemplum referri tunc temporis genti notum, nobis vero ignotum, vt plerosque dixisse notat Theodoretus. nam Salman princeps vastauit vrbem, aut domum Arbeel nihil de sexu curans aut ætate.

Sensus 3.

Sed circa nomen ארבאל *Arbeel*, est non leuis dissensio. nam multi deducunt à verbo ארב *arab*, quod est *insidiari*, adiecto Dei nomine אל *el*, vt sit *insidiator Deus*. Alii à verbo ריב *rib*, melius, quod est *contendere*, aut *iudicare*; vt idem sit, quod *iudicans Deus*, & potest esse circumlocutio nominis Gedeonis, *Ierobaal*, quod est *vlciscetur se Baal*, vel *vltoris Baal*, ita dicatur modo *vltoris Dei*. hac ratione possumus Latinis ostendere paranomasiam, aut lusum, quem in verbis suis seruat Propheta. *Sicut Betharbeel vastabit Salman, in die belli, matribus cum filiis collisis; sic Bethel vastatura est vos propter vestram nequitiam.* Hoc est: sicut domus, in qua colebatur Arbeel, vltor Deus, nempe Baal, fuit causa, cur vastaretur Salman cum omni eius populo, matribus cum filiis collisis. Sic Bethel domus Dei in qua idola colitis, erit causa, cur vos vastent Assyrii, matribus vestris cum filiis collisis, propter multas vestras nequitias. Siue nomine eius, qui iudicauit Baal, accipiatur Gedeon, qui iudicauit

Ratio translationis.

Sensus ex comparatione du[pl]icis explicatus.

Baal,

Baal, & lucum eius destruxit, qui vastabit Salmana regem Madian: siue alter; sed ignotus nobis. Hac ratione recte tuemur Vulgatam lectionem. Sicut Salman cum populo suo vastatus est à Betherbeel à domo iudicantis, seu vltoris Baal, in die belli, in quo matres cum filiis sunt allisæ: ita A vos ô Israelitæ vastabimini à Bethel à domo Dei, in qua idola adeo studiose colitis, matribus vestris cum filiis allisis. ab exemplo enim noto illi populo ostendit quantum mali sit Israelitis allatura idololatria.

Pœna inflicta vbi culpa.

HOSEÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

QVAM celeriter transit aurora, tam celeriter peribit cum regno suo rex Israel in captiuitatem. Cum ageret Israel in Ægypto, [2] vt puer, dilexi illum, & [3] vt filium inde eum eduxi per seruos meos Moysem, & Aaron, qui sicut ceteri Prophetæ, [4] vocauerunt eos ad cultum meum. At illi terga eis verterunt, & eos recte monentes contempserunt, vt Baalim immolarent, & variis simulachris sacrificarent. [5] Ego, ac si nutricius essem Israel, assueteci eum per Mosem ambulare; qui portabat eos in brachiis suis, & noluerunt aduertere curam, quam ego adhibueram in procuranda eorum salute, & e seruitute eis liberandis: & licet quandoque renitebantur, non vt tamen, vti belluas, traxi illos, sed vt homines [6] vinculis amoris allexi, beneficiis, & promissionibus, [7] & fui eis quasi bonus agricola, qui subleuat iugum, quod est super boum maxillas, eos vt a labore releuarem, & affluenter [8] suppeditaui illis temporalia bona, quibus alerentur: & quia tot beneficiis deuincti, noluerunt ad me conuerti, [9] non permittentur reuerti in Ægyptum ad opem implorandam, vt sæpe alias, sed certe in Assyriam ducentur captiui. [10] Iam gladius Assyriorum inuadere cœpit in eorum ciuitates: ille consumet eorum electos quosque viros, & illos, quorum consilio omnia gerent, deuorabit. [11] Populus meus Israel animo suspensus, hac cruciatur cogitatione, num ego rediturus sim in gratiam cum illo? & merito, nam iugo Assyriorum subiicietur, & illud a ceruice sua reiicere non sinetur. Quam grauiter, ac moleste fero, sententiam aduersum te pronunciare: & tamen scelera tua pronunciare compellunt. [12] Quomodo dabo te potestati Assyriorum ô Ephraim? quomodo, omni tui abiecta protectione, tradam te ô Israel, tradam te vt Adama? ponam te vt Seboim? nunquam alias restaurandum, vt illas? Sed ad huius sententiæ prolationem, [13] tactus cordis dolore cogor mutare sententiam, & clementia innata ducor, vt pœniteam mali, quod tibi inferre statueram. Non puniam ergo, pro ratione vestrorum delictorum, quibus me ad iram prouocastis, non patiar vt penitus disperdatur Israel, quia ego Deus sum, qui scio iram meam continere, non homo, qui rapitur furore. [14] Ego qui in medio vestri tanquam sanctus agnitus sum, & cultus, non vllam gentem aliam adibo vobis derelictis: Ego, inquam, ipse educam vos e captiuitate, & [15] ducentem me sequemini: rugitum edam vt leo, & formidine rugitus mei perteriti, qui ad occidentem morati fuerunt, redibunt, & qui in Ægypto profugi vixerint, quasi auis ad me auolabunt, & qui in Assyria, quasi columba venient, quæ redit ad pullos suos: vosque ita congregatos in sedibus pristinis, & domibus collocabo. Quod si causam scire optatis, cur, non obstante mea misericordia, in captiuitatem sit ducendus Israel, ea est certa, quod prius regia tribus Ephraim [16] circumuenit me suo mendacio, mihi debitum negans cultum, cumque vitulis tribuens, quam ceteræ tribus Israel secutæ, dolo eius circumuentæ, id executioni mandauerunt. [17] At Iudas non fecit sic, sed Dei partes, quæ abiectæ videbantur, secutus, cultum eius retinuit, & [18] cum sacerdotibus, & Leuitis, qui Dei veram religionem conseruabant, fidelem se præstitit

CAP. XI.

[1] ‖ SIcut mane transiit, pertransiit rex Israel. [2] Quia puer Israel, & dilexi eum: [3] & ex Ægypto vo- 1
caui filium meum. [4] ‖ Vocauerunt eos, sic abierunt a 2
facie eorum. Baalim immolabant, & simulachris sacrifi-
cabant. [5] ‖ Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam 3
eos in brachiis meis: & nescierunt quod curarem eos. [6]
‖ In funiculis Adam traham eos, in vinculis charita- 4
tis; [7] & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas
eorum: [8] & declinaui ad eum vt vesceretur. [9] ‖ Non 5
reuertetur in terram Ægypti, & Assur ipse rex eius: quo-
niam noluerunt conuerti. [10] ‖ Cœpit gladius in ciui- 6
tatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita
eorum. [11] ‖ Et populus meus pendebit ad reditum meum; 7
iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.
[12] ‖ Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? 8
quomodo dabo te sicut Adamah, ponam te, vt Seboim?
[13] Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata
est pœnitudo mea. ‖ Non faciam furorem iræ meæ, non 9
conuertar vt disperdam Ephraim. Quoniam Deus ego &
non homo: [14] in medio tui sanctus, & non ingrediar
ciuitatem. [15] ‖ Post Dominum ambulabunt, quasi leo 10
rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filii maris. ‖ Et 11
auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de
terra Assyriorum. & collocabo eos in domibus suis, dicit
Dominus. [16] ‖ Circumdedit me negatione Ephraim, 12
& in dolo domus Israel: [17] Iudas autem testis descendit
cum Deo, [18] & cum sanctis fidelis.

ARGVMENTVM.

EXAGGERAT Israelis ingratitudinem, enumeratis beneficiis illi præstitis ab exitu de Ægypto; ob quam pronunciat sententiam; ducendum eum captiuum in Assyriam: eam vero ita sua clementia temperat, vt reductionem in patriam promittat. Cur autem Iudæ supplicium differat, ostendit, quod à parte Dei fuerit, & cum Leuitis cultum eius fideliter retinuerit.

COMMENTARIVS.

1 *Sicut mane.*] Hæc similitudo, *sicut mane transit, pertransiit rex Israel*, à Chaldæo, Pagnin. Vatab. Monta. & Rob. subnectitur fini superioris capitis, tanquam ad illud pertinens, cum longe diuersum sit quod sequitur de beneficio exitus Israel de Ægypto. Verum LXX. Vulgatus, & alii caput vndecimum ab illis verbis inchoant. Vt lata captiuitatis sententia, quam iuste lata sit ob populi ingratitudinem in sequentibus ostendat. Hebraice autem dicitur, *Sicut aurora succidendo, succisus est rex Israel*, & quidem Vatabl. & Rob. בשחר *Basachar* legerunt, *in aurora*, vt sit sensus, in principio regni sui excidetur rex Israel Hoseas, vt re ipsa accidit: nam cum inciperet regnare, 4. Reg. 17. seruituti subiectus est à Salmanasare. Verum LXX. Vulgatus, Pagninus, Isidorus, & alii legerunt כשחר *Casachar*; *Sicut aurora*. Vt sit sensus iuxta vulgatam lectionem. Quam celeriter transit aurora, quæ breuissima est, vtpote media inter noctem, & diem, & neque nox est, neque dies; tam celeriter deficiet regnum cum rege, aut transibit in captiuitatem cum regno suo rex Israel Hoseas; vt explicant Hieron. Theodoret. Theophylact. Haymo, & reliqui omnes. At iuxta LXX. interpretationem, quæ sic habet. *Mane proiecti sunt*, vel, *sub diluculum abiecti sunt; proiectus est rex Israel.* Theodoretus, & Theophylactus, sic explanant. Cum Israel in noctis angustia constitutus expectaret auroram, nempe Ægyptiorum opem; ea spe se consolantes, vbi auro annunciatrice dies, tunc defecit, & abiectus est rex Israel cum regno suo.

(Capitis initium. — Sensus 1. — Sensus 2. — Sensus 3.)

De capitis huius vniuersi sensu concertatio est; cum non desint qui existiment de Christo esse totum intelligendum, vt habet Oliander in Adnotationibus Matthæi; nam postquam suasit populo Hoseas, vt relicta idololatria sese pareret Christo, modo Christi tradit Prophetiam dicens: *Sicut mane transit*: hoc est, cum venerit rex Christus, oportet breue eius tempus obseruare; nam breuissimo temporis spatio aget cum mortalibus, tanquam aurora, & hoc, inquit, admoneo, quia Israel puer est, & seducitur ab aliis, Pontificibus, & Herode; sed non possum non diligere eos propter patrum promissiones, & ideo ex Ægypto vocaui meum filium; ita omnia Christo applicant. Verum cæteri omnes verius, vt diximus, & dicemus de rege Hosea, & de regno eius caput exponunt.

(De sensu capitis vniuersi. — De Christo. — De Hoseæ regno.)

2 *Quia puer.* Particula, *Quia*, redundare solet, & solius ornatus gratia præmitti; vt dici possit. *Puer erat Israel, & dilexi eum cum esset in Ægypto.* Quidam vt rationalem particulam accipiunt. *Quia Israel puer erat, infirmus, & ignorans, omnique auxilio destitutus, cum esset in Ægypto, dilexi eum.* & Theophylactus quidem lectionem Septuaginta sic vertentium, *Quia paruulus Israel, & ego dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filios eius.* explicat de Iacob simplici, & non fucato, ac ficto. Quia, inquit, paruulum Iacob in aluo matris existentem dilexi, iuxta illud Malach. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Idcirco filios eius ex Ægypto eduxi. Verum nulla adhibita ratione populus Israeliticus dilectus est à Deo. Ideo Hieron. Vatab. & Rob. *Quia*, accipiunt pro, *cum*, aut *dum*. *Cum puer esset Israel*, nempe dum erat in Ægypto, tunc enim eius erat pueritia, seu adolescentia, vt solet vocare Scriptura, quia tunc puer erat; malitia, inscitia, & infirmitate, cum omni humano auxilio esset destitutus, omniumque ludibrio expositus, vt filium eum Deus sub suam suscepit curam.

(Septuaginta. Sensus 1. — Sensus 2.)

3 *Et ex Ægypto.* De populo Israelitico educto ex Ægypto communiter hunc locum accipiunt expositores. Septuaginta, cum vertunt, *ex Ægypto vocaui filios eius*. & Chaldæus, *& ex Ægypto vocaui eos filios*, Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, Theophylactus, Rupertus, Hugo, Lyra, Paulus Burg. Dionys. Vatabl. Isidorus, Montan. & Rob. Nam populum suum vt filium inter populos dilectum Deus vocauit. Exod. 4. *filius meus primogenitus Israel.* & *dimitte filium meum, vt sacrificet mihi.* Sed quia Matthæus cap. 2. in Christo dixit hæc verba impleta, dum fugit in Ægyptum, ait enim, *& erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: ex Ægypto vocaui filium meum*: quæritur merito in quo sensu dixerit in Christo impleta. Eusebius lib. 9. Demonstr. Euang. Demonstratione 4. Lyra, Dionys. & Oliander libr. 1. Adnotationum Harmoniæ Euang. cap. existimant de Christo hoc dictum in sensu literali. At Iansenius in c. 11. Concordiæ Euang. in accommodato. Verum certius est dictum de Christo non sane in sensu accommodatitio, sed verissimo, & à Spiritu sancto principaliter intento, licet non literali, sed mystico, typico, seu allegorico, in quo verissime & principaliter impleta sunt, quæ gesta in populo narrantur. Nam cum certum sit ex sequentibus historice de populo Israelitico hoc dictum, in typum Christi reducti ex Ægypto; in Christo in sensu mystico impletum accipi debet: siquidem hic de eo ad literam non est sermo. sic sentiunt Chrysost. Homil. 8. in Matth. Hieronym. hic, Paulus Burgensis, Hugo, & Vatabl. & super Matth. omnes communiter

(De populo educto ex Ægypto. — Eusebius. — In mystico sensu de Christo dictum. — Chrysost.)

4 *Vocauerunt.*] Hebraismo vtitur. Vt illi vocabant, ita illi obuertebant eis terga; adeo vt Baalim immolarunt, & variis simulacris sacrificarunt. Vocauerunt eos Moses, & Aaron, ceterique Prophetæ: nam diuersorum temporum peccata vno sermone Propheta complectitur. In deserto enim coluerunt Beelphegor; & sub Achab. 4. Reg. 16. cœperunt colere Baal. Sic interpretantur Chaldæus, Hieronymus, & ceteri, & veteres, & recentiores. Præter vnum Montanum, qui vult pronomen, *eos*, referre Baalim, dicens, ego vocaui eos, ipsi autem vocauerunt nō me, sed illos deos, quibus seruirent, sed à quorum facie abierant, vel à quibus abducti fuerunt: sicq; abierunt scilicet, vt non tantum vocarēt eos, sed immolarent Baalim, & simulacris thura adolerent, vt odoris suauitate eos sibi conciliarent. Prior tamen intelligentia vt communior, sic & verior.

(Prior sensus. — Posterior sensus.)

5 *Et ego.*] Hebr. *Et ego pedare feci Ephraim portare super brachia sua.* Et quidem pro, *pedare feci*, in Hebræo est תרגלתי *thirgalthi*, prima persona præteriti hiphil, ת *thau*, posito pro ה *he*, vt accipiunt R. Abraham, Salomon cum aliis Hebræis, Pagni. Vatab. Montanus, & similes, & est idem quod *ambulare feci*, vel *assuefeci ire super pedes*; aut, *ego pædagogum*

(Ratio verborum.)

deds

dedi ipsi Ephraim, aut, *ego pedetentim deduxi Ephraim.* Nam vti puerum deduxit per Mosem pedetentim, quasi assuefaciendo ambulare: cum sic accepit Chaldæus, & Septuaginta qui dixerunt, *ego colligam*, hoc est, vt ait Theophylactus colligaui pedes eius, vt solet nutrix facere: vel in pedes eum ego primum erexi. Sed Dauid Kimhi, & Moses volunt esse nomen תרגלתי *Thirgalthi*, *pedatio, assuefactio ambulationis, qua nutrix assuefacit puerum ambulare* vt dicat; *ego pedatio ipsi Ephraim*, vel *pædagogum dedi ipsi Ephraim* Mosem. Deinde verbum קחם *Kecham*, est tertia persona præteriti à לקח *lakach*, sine *lamed. portauit eos*, vel est infinitiuum *portare eos. Dedi pædagogum Ephraim, qui portaret eos super brachia sua*, vel *gestaret in vlnis.* Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus, vt primam personam transtulerunt, *portaui, suscepi eos in brachijs meis*, vt explicarent officia à Deo per Mosem populo præstita, Deuteron. 1. *Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulasti, donec venires ad locum istum.* & c. 32. 11. *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Hæc officia, quia nutricis sunt propria; Vulgatus, sensum exprimens, explicuit dicens, *& ego quasi nutritius Ephraim.* Omnes ergo interpretes, Chaldæus, Hieronymus, Theodor. cum ceteris, ad eundem sensum exponunt. Ego tanquam nutritius, aut pædagogus assuefeci per Mosem ambulare Ephraim; qui portauit eos in brachijs suis; quia *deduxit velut ouem Ioseph*, & eripuit sua fortitudine ex omni itineris periculo. Tantam, ait Theophylactus ego benignitatem ei ostendi, vt factus sim ipsis veluti nutrix. Solus Montanus sic explicat. *& ego pedetentim deduxi Ephraim, accepit eos super brachia sua, & nescierunt quod vocauerim eos.* Hoc est; Ego deduxi Ephraim, indulsi peccanti, viresque eius recreaui, nempe, vt ille ingratus deos alienos gestaret in brachijs suis, meorum oblitus beneficiorum, clementiæ, indulgentiæque immemor. sic ille respondit amori meo amando idola. Qui sensus licet verbis Hebræis vtcumque conueniat; non tamen lectioni LXX. Chaldæi, & Vulgati, ac proinde prior sensus seruandus.

Sensus cōmunis.

1.

6 *In funiculis Adam.*] Quamuis Haymo, Hugo, & Dionys. è mente Hieron. *Adam*, vt proprium protoparentis accipiant, ad hunc sensum; eo modo, quo sanctificaui Adam ex charitate mea, vos sanctificabo; Vel secundum Albertum, pœnis ex charitate profectis attraxi, quibus Deus deuinxit Adam, postquam peccauit. *nam funibus peccatorum constringitur*, Prouerb. 15. 22. *& quis est filius, quem non corripit pater?* ad Hebr. 12. Communior tamen expositio accipit vt nomen, hominibus commune, vt accepere LXX. Aquila, Symmachus, & Theodotion, & omnes fere, qui transferunt: *in funiculis hominum.* & futurum *traham* accipit pro præterito *traxi*, vt notant Vatabl. Montan. Isidor. & Rober. quia loquitur de eodem populo educto ex Ægypto. Traxi eos funibus hominis, non imperio, virga, aut terrore, vt belluas, sed benignitate, amore, verborum lenitate allexi ad obsequium meum, non vt seruos, sed vti filios. nam Ephraim erat vitula renitens, non tamen traxi illam vi, sed vinculis amoris, beneficiis, & promissionibus allexi. Deut. 10. 12. *Quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum,*

Adam quē lipet.

Sensus 1.

Deus suauitas in trahendo ad se.

A *& ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua?* Hieronymus explicat de eisdem vinculis charitatis, quibus Deum astrinxerant Abraham, Isaac, & Iacob. Itaque quod dixit, *in funiculis hominum traxi eos*, per Epexegesim explicuit, cum addidit, *in vinculis charitatis.* Sunt tamen qui verba per futurum velint accipi, quasi minitetur Deus Israelitis; paratus sum allicere populum istum beneficiis, quibus hominis voluntas flecti solet, potius quam timore pœnarum: ac si renuant, flagellis subiugabo. Sed communis sensus verus. Quod si funiculis humanis, id est, vinculis charitatis Deus olim ad se attrahebat populum rebellem; quidni Christus sui amoris funiculis, & vinculis attrahat
B nos, tanto suauioribus, & efficacioribus, quanto beneficia per ipsum præstita, excedunt ea, quæ per seruos olim præstiti: & quanto maior est filius, qui pro nobis mortem subiuit, seruo, qui laborem recusabat?

Sensus 2.

Sensus 3.

De Christi funiculis

7 *Et ero eis.*] Hebr. *Et ero eis; quasi exaltantes iugum* (quod est) *super maxillas eorum. Ero* sumitur pro *eram*, nam loquitur de tempore, quo per desertum populum Deus ducebat. Subleuaui laborem in deserto, ne pressi deficerent: abstuli iugum gentium, & eripui ex omnibus, vt Chaldæus, Hieronymus & ceteri communiter. Vel, vt solus Montanus de tempore ingressus in terram promissam. Dedi eis festos dies, quibus à suis laboribus requiescerent, & solennitates, quibus Deo vacarent,
C & à terræ labore desisterent. Sumpta est metaphora ab agricola, releuante bouem, aut vitulum à labore arandi, iugum subleuando è maxillis eius. Mos fuit in aliquibus regionibus iugum imponere ceruicibus boum; vnde è collo aufertur, & capiti, è cornibus suspenditur, dum refocillatur. & hoc putant Vatab. & Rob. esse suspendi in maxillis. verius Montan. ait, dum aufertur iugum è bouis ceruice, simul è maxillis exaltari, quibus adhæret. Quare Alber. non recte *exaltare iugum* accepit pro *onerare*, seu *adstringere maxillis*, & de futuro explicat. Ego efficiã, vt premantur maxillæ eorum iugo Assyriorum, ab eis ducti captiui. Melius alii: Auferam ab eis iugum aliarum gentium, si mihi seruire velint. Itaque dupliciter
D legimus. *& fui eis quasi agricola qui exaltat iugum desuper*, vel, *quod super maxillas eorum est; omnino tollens illud.* Vel, *fui eis quasi exaltans iugum ex humero, & ceruicibus, & ponens in cornibus super maxillas*, vt voluit Chaldæus dicens: *fuvi agricola bonus, qui alleuat humerum bouis, & relaxat in maxillas eorum.* Symmachus dixit. *& putauerunt quod imponerem iugum super maxillas eorum: decepti certe.* Aliter Septuaginta, *& ero eis quasi dans alapas homo super maxillas eius.* vt legimus in Hieronymo, & Vaticano Codice: vel, *dans alapas homini*, vt in Complutensi, & Regio. quia vt pater puerum peccantem palma percutit, ita illos Deus, vti pater castigauit: aut certe, Deus illis ita blandiebatur, vt qui pueri maxillas applaudit manu, vt eum sibi deuinciat.

Sensus 1.

Sensus 2.

Metaphora à consuetudine agricolarū.

Lectio duplex.

Lectio LXX explicatur.

E 8 *Et declinaui.*] Hebr. *& declinare faciam ad eum cibum.* pro *declinare feci*, aut *descendere feci ad eum manna de cœlo.* Sic Chaldæus, inquit, *adhuc etiam eum in deserto degentibus multa eis suppeditaui bona, quibus vescentur.* & Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Rob. quidam לא putat esse *quiete*, ad hunc sensum; Et

concessi.

Cibos, & omnia bona quam large in deserto largitus est Deus.

concessit eis fructus terræ promissæ, quibus vescerentur quiete, Deuter. 7. 13. *benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ.* Psalm. 104. 44. *& dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt.* Sed ceteri rectius putant esse futurum אט *at*, pro אטה *ateh, declinare faciam*, pro, *feci ei*. Non tantum iugum gentium auferam, sed cibos large præbebo, & agros fœcundabo. אוכיל *ochil* autem quidam ex magistris Hebræorũ dixit esse futurum אַאכיל *naachil comedere faciam*. at ceteri, & veteres, & recentiores *cibum* interpretantur, *declinare feci ei cibum*, vt habet Symmachus, Dauid Kimhi cum ceteris. quod Vulgatus dixit, *& declinaui ad eum*, supple cibum, vt *vesceretur*. Atque adeo de cibu manna, & aliis bonis in deserto præstitis, est sermo: in typum cibi cœlestis, quem Christus alliciens omnes laborantes, & oneratus, vt iugum subleuet de maxillis eorum, & suum leue imponat, declinat eis, vt vescantur.

Manna ministrauit in deserto.

Eucharistia.

9 *Non reuertetur.*] Non dabitur ei locus reuertendi ad Ægyptios pro auxilio, vel vt ibi seruentur; quia rex Assyriorum præripiet eos, vt captiuos ducat, quod ad Deum conuerti noluerunt, vt voluerunt reuerti sub Manahen. Sic explicant Hieron. Haymo, Albert. Hugo, Lyra, Dionys. Vatabl. Rob. & omnes cum Chaldæo, qui sic exponit. *Non reuertentur in terram Ægypti, sed Assur dominabitur eis.* Solus Montanus sic exponit. *Non reuertetur in Ægyptum, neque Assur rex eius.* Hoc est, non oportuit reuerti pro auxilio ad Ægyptios, aut ad Assur, sed ad Dominum. Sunt qui coniungant cum præteritis: dedi eis cibum, quo vescerentur, vt non reuerterentur ad Ægyptios. nam idcirco volebant redire, vt ollis Ægypti, cœpis, & alliis saturarentur; quasi seruientibus Deo alimenta non suppetant, & necesse sit caducis inhiare.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3.

10 *Cœpit gladius.*] Hebr. *& residet gladius in vrbibus eius, & consumpsit optimates eius, & vorauit de consiliis eorum.* De gladio Assyriorum loquitur, qui, vt patet 4. Reg. 15. iam cœperat irruere in aliquas tribus Israel, quas duxerant captiuas, & cõsumpserat multos ex optimatibus, nec destitit, quin consumpturus prædicitur reliquos, qui suis consiliis, vti capita populũ deciperent. Ceteri interpretes præterita commutant pro futuris, & nomen בדים *Badim*, quod Vulgatus vertit, *electos*, volunt, *ramos* significare, nempe filios eius, membra, vel villas eius, aut firmamenta eius, quales sunt electi, & optimates, & consumet de consiliariis eius multos; nam non solum facientes, sed & consentientes pœnas dabunt.

Assyrius omnia destruet.

Sensus 2.

11 *Et populus.*] Hebr. *& populus meus suspensi ad reditum meum. & ad excelsum vocabunt eum, pariter non exaltabit.* Priorem huius sententiæ partem omnes similiter transferunt: nisi quod nomen משׁובתי *mesubathi* cum affixo, aut pronomine; *reditum, auersionem, conuersionem*, aut *rebellionem meam* significat, actiue, & passiue. & est primus sensus: Populus meus suspensus animo est, & valde anxius, cogitatque secum. num iam ego sim aliquando in gratiam cum illo rediturus; & reconciliaturus ei. Sed non inueniet eiusmodi reconciliationem; vel certe, sero post vastitatem eius. Sic explicant Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & Isid. Vel, vt addit Montanus, Cum ego, & populus meus dissideamus, ille adeo contumax est, vt differat conuerti ad me, expectans me, vt prius ad illum redeam, contra Dei ipsius verbum, *conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Secundo, Populus meus suspensus est animo, dubiusque hæret ad rebellionem, seu auersionem meam, qua a me rebellauit, & auersus est à me, & pressus angustiis, nescit quo se vertat pro auxilio implorando. sic magistri Hebræorum Ioseph Kimhi, Dauid Kimhi, Pagnin. Vatabl. & Rob. Tertio, Populus meus suspensus controuertit, quando monetur à Prophetis, vt conuertatur; num conuerti debeat, & redire ad me necne. Sic Chaldæus; *& populus meus*, inquit, *hæsitat se conuertere ad legem meam*. R. Salomon, & Tigur. cum ait, *populus meus pendent animo ad conuersionem meam*; hoc est, ad conuersionem, vel reditum ad me. & est bonus sensus, & sequenti hemistichio consonans.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3.

Et ad excelsum vocabant, pro *vocabant eum Prophetæ*. אל על *el hhal. ad hhal.* Numen על *hhal* hoc loco esse *excelsum, altum*, omnes Hebræi existimant, Abraham, Dauid Kimhi, Paulus Burgensis, Pagn. & recentiores omnes, & supra cap. 7. diximus; vt 2. Reg. 23. 1. *Dixit vir, qui constitutus est* על *hhal excelsus, Christus Dei Iacob.* & Septuaginta *Deus*, hic verterunt, *& Deus super pretiosa eius irascetur.* Vulgatus legit על *hhol*, quod est, *iugum*, mutato puncto, & vertit, *& ad iugum vocabuntur eum.* quod est *& iugum imponetur eis*: quam versionem Chaldæus confirmat qui dixit, *& in infirmitatem grauem incurrent simul.* hoc est, iugo Assyriorum graui subiicientur. ita suspensi hærent num conuertendus sim ad ipsos aliquando, at ego statui, vt prius imponatur eis iugum graue ab Assyriis.

Ratio lectionis.

Sensus Vulgati.

Simul, quod non auferetur.] Hebr. *simul*, aut *pariter non exaltabit.* in quem trahoscat hoc verbum. LXX. explicuerunt, *eos*; *non exaltabit eos*, nempe Deus, nam depressi manebunt ab Assyriis, vt ait Theod. Iuxta Vulgatum, subiicimus iugum; non exaltabit iugum: non eleuabitur à collo eius iugum Assyriorum; quod dixit, *& non auferetur ab eo.* Alii, vt Chaldæus, & Pagn. addunt, *caput. Et non exaltabit caput*, vt ad Deum conuertatur; vel de sub iugo Assyriorum. Demum Vatabl. Montan. & Ruber. intelligunt *Deum*, non exaltabit Deum ipsum altissimum, à quo recesserunt.

Est ergo sensus iuxta lectionem Hebræam, Populus meus suspensus animo hæsitat, num ego rediturus sim in gratiam cum eo aut ipse mecum, & quamuis iugiter inuitentur à meis Prophetis, vt ad me Deum suum altissimum conuertantur; nemo est tamen in eis, qui se resipiscat, & eũ exaltet. At iuxta lectionem Vulgati sic habet. Populus meus suspensus affligitur secum cogitans, num ego rediturus sim ad eum, & merito; quia iugo Assyriorum subiiciendus est, & illud à se proiicere nequibit. Si autem timor captiuitatis adeo hæsitantem reddebat populum de gratia Dei obtinenda; quantum hæsitabit peccator in extremis positus de salute sua, cum timeat tartareæ captiuitati addici.

Sensus ex Hebræo.

Sensus ex Vulgato.

Documentum.

Quomodo] Hebr. *Quomodo dabo te Ephraim, tradam te Israel? Quomodo dabo te sicut Adamah, ponam te sicut Tseboim*: Verbum אמגן *amagen*, quod Vulgatus dixit, *protegam*, cum Septuaginta & Aquila qui legit, *scuto circumdabo te*; Symmachus, quod magis placet Hieronymo, transtulit, *tradam te*, vt omnes recentiores, Pagninus, Tigurinus, Vatablus, Isidorus, Montanus, & Rob. Theodotion, 12

Ratio verborum.

mundabo

mundabo te; aut *auferam à te scutum, quo antea protegebam*. Chaldæus quoque, *exterminabo te*. Ratio duplex translationis est, quod futurum illud deductum à verbo גנן *ganan protegere*, est *protegam*: at deductum à מגן *magan*, est *tradere*, vt hoc loco accipiunt, qui vertunt, *tradam te*. Profert iam sententiam capitis in Israelitas, ita tamen vt interrogatione repetita, lamentantis instar, affectum, doloremque maximum indicet, iudicis Dei, non vltro, sed eorum sceleribus impulsi, pronunciantis sententiam. Atque ita ait iuxta Chaldæum, Hieron. Theodor. Haymo, Alber. Hugo, Lyram, Dion. Vat. Mont. & Rob. Quam molestè, quam grauiter meus paternus erga te affectus fert te tradere hostibus tuis disperdendum, cum nulla in te meriti sit ratio, quæ me ad te protegendum alliciat: dabo te, licet inuitus, hostibus, non aliter delendum, quam olim Adamah, & Seboim. Sed Isidorus sic explicat interrogationem, vt negare videatur. Quomodo, ait, patiar tradere te hostibus, & te perdere, vt Adamah, & Seboim? non perdam quidem, vt illas vrbes, sed vt minimum reliquias illas, quas ab æterno præordinaui ad vitam, seruabo. Quid autem soleat Scriptura Iudam comparare Sodomæ, & Gomorrhæ, vt Isaię 1. Israelem vero Adamæ, & Seboim, adeirco factum putat Hieron. cum ceteris eius sequacibus; quod illæ principes in flagitio fuisse creduntur: ceteras ad imitationem illarum deliquisse: nam Iudas grauius peccauit, quam Israel; vt monstrauimus quoque super 3. c. Ierem.

13 *Conuersum.* *Conuersum est in me cor meum, conturbata sunt pœnitudines meæ, non faciam furorem iræ meæ.* Statim, ait, vt tuli sententiam, cor meum conuersum est in me, cum tactus dolore cordis intrinsecus sententiam mutare compellar; nam misericordia, aut clementia mea permouit in me pœnitudinem, facitque me pœnitere mali, quod facere statui; & ita non affligam Israel iuxta furorem iræ meæ: non puniam eos pro ratione delictorum eorum, quibus prouocauerunt me ad iram. Sic Chaldæus, Hieron. Theodor. & omnes explicant. Non autem pœnitet mutando sententiam de puniẽdo Israelem, siquidem scimus eum omnino traditum Assyrus. Sed in eo ostendit se pœnam moderatam, vt non penitus deleatur, sicut *Adamah, & Seboim*, vt quidem merebantur eorum delicta: ideo dixit, *non faciam iuxta furorem iræ meæ; non conuertar ad disperdendum Israel*. Nam Pentapolis nullo modo est restituta; cum magna pars Israelis redierit cum Iudæis ad terram suam, licet non ad regnum. Reddit rationem huius moderationis. *Quia Deus ego sum, & non homo.* Non omnino perdam Israel quia sum Deus, qui scio iram meam continere; cum homo determinat pro quantitate iræ suæ, nec valeat continere; vt intelligunt Cyril. Theodor. Vatabl. & Rob. Vel quia ego non punio, vt perdam, sicut homines, sed vt emendem, vt Hier. Haymo, Alber. Hugo, Lyra, & Dion. Sed ad Dei constantiam refert Chaldæus, quia Deus ego sum, qui sto verbis meis, quibus promisi semen Abrahæ me conseruaturum; non homo, qui statim obliuiscitur promissionis suæ. Sic autem habet Chaldæus. Non exequar iram furoris mei; nec conuertetur verbum meum causa disperdendi domum Israel; siquidem Deus ego cum sim, verbum meum in æternum permanet: nec sunt opera mea, qualia filiorum carnis, qui morantur in terra.

Montanus alium sensum priori contrarium adhibet, quo Deum inducit in pœna lata constantem, nec cedere vlla ratione volentem; legit enim per interrogationem. *Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar, vt disperdam Ephraim?* quasi dicat. Tanta commoueor misericordia, vt cor mihi dolore conuellatur, & pene me pœnitere facti compellat. Sed quis me cedere coget, & voluntati horum hominum succumbere. non patiar vt furor iræ meæ non deseuiat, aut non exequar, vt disperdam Ephraim. Quis me hominum potent continere. quis meæ resistere voluntati: cum ego Deus fortis sim, & non homo ignauissimus, & imbellis, cui ob ignauiam metumve cedendum sit. & sane illa ratio, *quia ego Deus, & non homo*, semper adhibetur in Scriptura ad probandam immutabilitatem Dei, & constantiam, in pœna definita certo infligenda. Num. 23. 19. *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur*, 1. Reg. 15. 29. *Porro triumphator Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo est, vt agat pœnitentiam.* Sensus 2 / Dei immutabilitas.

14 *In medio tui.*] Multiplex sententiæ huius sensus est apud expositores. Primus est Hebræorum, quos refert Hieronymus, Haymo, Alber. Hugo, & Isidor. In medio tui ô Israel, vt sanctus honoratus sum, & ideo non ingrediar in vllam aliam ciuitatem, aut gentem, derelicto te. Secundus est Chaldæi, Vat. & Rob. Ego sanctus in medio tui ero, nec permutabo ciuitatem Ierusalem pro alia quacumque. Sed si consolari vellet Israelitas, quid loqueretur de Ierusalem, quam horrebant? Tertius est Rufini, Ruperti, Haymo, Albert. & Dionysii. Ego ero in medio tui sanctus habitus; non ingrediar ciuitatem, eam vt puniam & destruam, vti olim Sodomam. Gen. 18. 19. quod ideo adiecit, vel quia nõ omnino destruxit: vel quia perdito Assyrio, sub Ezechia redierunt; Sennacherib per Angelũ omnino destructo, iuxta Prophetam Isa. cap. 36. & 4. Reg. 19. *Non ingredietur vrbem hanc, & non iaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus*, Isaiæ 37. 33. Quartum sensum adiciunt Theodoretus, & Lyra. Ego habitaui in medio tui, tanquam sanctus, & superior omnibus terrenis, vt colerer vti Deus: nec est quod me compellat in angusta vestra ciuitate habitare, vt homines solent: sed vbique adsum, omnibus adsisto. Cultum meum non alligabo vni ciuitati, aut vni genti, sed per orbem colar vniuersum. Nam vt dicitur, Malach. 1. *A Solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum inter gentes.* Quod impletum esse tempore gratiæ, illud Christi ostendit, Ioan. 4. 21 *Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Ierosolymis adorabitis patrem. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate.* Quintum sensum adducunt Hieronymus, Haymo, Albertus cum ceteris: ego in medio tui habito tanquam sanctus, qui non ingrediar ciuitatem, vt vnus de his, qui in vrbibus habitant, qui humanitatem arbitrantur iustitiam; qui humanis legibus ducuntur; non ingrediar, me vt vindicem per leges ciuiles, vt iudices faciunt. Sexto demum, potest, *nõ*, per Zeugma repeti, & non in medio tui sanctus, quia

Sensus 1. / Sensus 2. / Sensus 3. / Sensus 4. / De Euangelio. / Sensus 5. / Sensus 6.

quia nullus est in te sanctus; ne ingrediar tam ciuitatem, vt eam liberem.

15 *Post Dominum* Hebræi, quos refert Hieron. R.Salomon apud Lyram,& ipse Lyra, Vatablus, Isidorus, Montanus,& Rub.existimant hanc esse Prophetiam de Christo, quam in hunc modum explicant. In aduentu Christi omnes Israelitæ dispersi ambulabunt post Iehouah, adhærebuntque Christo eius, strenuum illius conuersi prædicatione: nam per se ipse in Iudæa, & per suos Apostolos in vniuerso mundo, leonis instar edet suæ prædicationis rugitum. Cumque ipse rugierit, filii, hoc est, Israelitæ, qui habitant versus mare Occidentale trepidabunt; nempe dispersi per Assyrios ad Occidentem, cum trepidatione, & tumultu subiicientur Christo rugienti, vt prædixit quoque Abdias: & qui profugi fuerint in Ægypto, auolabunt ad Christum, qualis aues; & qui apud Assyrios reperiuntur, ali, columbinis ad eum properabunt,& collocabit illos in domibus suis, diuersisque illis sedes, & Ecclesias constituet, in quibus morentur, & colant Deum. Eiusmodi est in vniuersum illorum expositio. Vnde verbum Hebraicum יחרדו *iecherdu*, quod idem versum est, *formidabunt*, & *auolabunt*, propriè est, *mouebunt se ex cura, solicitudine, & metu mali, quod accidere posset aut in quo erant*. *Mouebant se filij à mari*; hoc est, ab Ægypto, quæ est Occidentalis Palæstinæ; vel à mari, ab occasu ad Europam, Hispaniam, Germaniam, Galliam, ad fidem suscipiendam, nam properabunt omnes gentes, Occidentales, Orientales, Meridionales, ad rugitum Dei, vt ab eo liberentur.

Sensus 1. De Christo.

Hieronymus tamen, quem referunt Haymo, & cæteri interpretes, videtur explicare de pœnæ comminatione lata, hunc in modum. Israelitæ insequentur Dominum in Assyrios, terrore eius adducti, qui amore duci noluerunt, quia tam tremendum emittet rugitum sententiæ illius iam latæ; *Dabo te sicut Adamah, ponam te sicut Seboim*, vt quæ ad Occasum morantur gentes, audientes perterrefiant; & quæ sunt in Ægypto, & quæ in Assyria; & ego ipse collocabo, ait, in domibus suis in terra captiuitatis. Sed quia ad finem vsque non deducitur hic sensus cohæreus; non videtur certus.

Sensus 2. De captiuitate

Ideo melius Chaldæus, Cyrillus, Theodoret. Haymo, Albertus, Hugo,& Dionys. explicant de reductione è captiuitate. Nam cum Iudæis quàm plurimi redierunt: licet non ad regnum separatum, vt sæpe diximus, sed ad eandem cum Iudæis rempublicam. Vel tempore Zorobabelis, vt putant Cyrillus & Theodoretus: vel tempore Ezechiæ. Sic enim habet Chaldæus. Post cultum Domini ambulabunt, & verbum eius, sicut Leo erit, qui rugiet statim enim ac rugiet, congregabuntur exules ab occidente: Sicut auis, quæ apertè venit, sic venient qui in exilium acti fuerunt in terram Ægypti; & sicut columba, quæ reuertitur ad columbare suum: sic redibunt, qui reportati sunt in terram Assur. Sane reducam eos in pace ad domos suas, & verbum meum aderit in patrocinium eorum, ait Dominus. Est ergo sensus verus. Ego in medio tui sanctus, nullam aliam ciuitatem mihi assumam vsque ad tuam reductionem, ò Israel. Tunc reducentur Israelitæ, post Dominum tanquam sui ducem itineris. Nam vt Leo

Sensus 3. De reductione.

Sensus verus.

Deus rugiet, [illegible] sonans [illegible] omnibus, qui populum suum tenent captiuum. *Nam si leo rugiet quis non timebit*: Amos [illegible] rugiet [illegible] sententiam exeret. na *formidabunt cum [illegible]* hoc est, qui in amaritudine retinent filios Israel. & tunc congregabuntur, & venient vt [illegible], qui profugi erant in Ægypto, & qui sunt in Assyria dibunt, vt columba ad nidum suum. & iam reductos collocabo in patria, & in suis vrbibus, & domibus, ait Dominus.

Filios maris.] Hebr. *filios à mari*, Theodoretus intelligit pisces, qui sunt filii aquarum quos Dei iugitus in ima aquarum conuicet, hyperbolice. Chaldæus tamen, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus, *filios à mari*, intelligunt Israelitas, qui sugetant ad Occidentem, nam de mari Occidentali Palæstinæ est sermo. Alii *filios maris*, filios huius sæculi accipiunt, quos sagena comprehendit. Alii *filios maris*, insularum, intelligunt, qui in remotissimis regionibus vltra mare, nempe Occidentale, quod notum erat Iudæis, habitant: ideo gentes omnes Occidentales, Hispaniam, Italiam, Galliam: sed vere de Israelitis loquitur ad sensum dictum. Hic finem imponunt capiti vndecimo Lyra, Pagninus, Vatablus, Montanus,& Robertus.

16 Causa [illegible] Israel.

Circumdedit me] Hebr. *Circumdederunt me mendacio & Ephraim, & dolo domus Israel*. In hoc autem circumdant, quia dicunt se colere me, sed mentiuntur, quia simul colunt vitulos, vt Vatablus, & Robertus exponunt. Vel iuxta Hieron. Theodoretum, Lyram, Montanum,& cæteros. Si scire vultis causam, cur ego clemens sim perditurus Ephraim, Iudam autem nunc conseruaturus: hæc est. Quod prius Ephraim, & cum secutæ nouem aliæ tribus defecerunt à Domino, eius cultum destruxerunt, sed quibus armis? mendacio, & dolo. Nam Ephraim prius negauit eum, dicens, 3. Reg. 12. 28. *Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti*: & Israel dolo, quia statim vitulos adorauit. *& sine verbum hoc illo in peccatum*. & idcirco totus Israel semper circumueniet Deum, ne cultu debito coleretur impia religione inducta.

Quibus [illegible]

17 Ratio nominis.

Iudas autem.] Hebr. *Iudas autem adhuc dominans cum Deo & cum sanctis fidelis*: ita habent Lyra, Pagninus, cum omnibus aliis recentioribus, nam עד *bhed*, vt legit Vulgatus, & vertit, *testis*, in Hebræo modo legitur, עד *bhod adhuc*, vt vertunt omnes alii interpretes noui, & veteres. nam LXX. dixerunt, *nunc*, Aquila, & Chald. tacuerunt. Item cum in Hebræo sit רד *Rad*, à verbo *Rud*, quid est *dominari*, *præualere*: vertit Chaldæus, Dauid Kimhi, & omnes [illegible] auctores, *Iudas autem adhuc dominatur cum Deo*, vt Genes. 32. 28. post luctum Iacob cum Angelo, dictum est ei, *quia princeps fuisti cum Deo*. & similiter vertit Aquila, vt colligitur ex Hieronymo: Vulgatus legent ירד *iarad*, *descendit*. Sed ad eundem sensum; nempe. At Iudas adhuc perseuerauit in suo dominatu in cultu vero Dei, stetit à Deo, nec deseruit partes eius, vti testis firmus eius religionis, adhuc dominium agit cum Deo, veramque eius religionem retinet, sic Chaldæus. Proles vero domus Iuda validi fuerunt in cultu Domini, donec exularunt populus de terra sua. Vatablus, & Robert. Albertus vero, & Montanus explicant de regno; quod Iudas de regni splendore descendit, ac stetit adhuc in cultu Dei,

Sensus

[illegible] Ephraim [illegible] impasset. Tum [illegible] Lyra, de dominatu, quia adhuc Iudas [illegible] tur Beniamin, & Leui, nempe Leuitæ [illegible] ant ex Israel tempore [illegible] ecl. ix, 2. Paral. [illegible] ed [illegible] us tenm verus.

[illegible] *at, a [illegible] fid [illegible]* [illegible] *neemen, fid lis, verax;* [illegible] Quidam vertunt, *& cum sanctis fideli*. Vt si- [illegible] conueniat cum *Deo, Iudas descendit*, vel *potens cum Deo, & cum sanctis fideli*. & nomine, *sanctis*, [illegible] piunt Deum ipsum trinum personis, & natura vnum, & cum sanctissimo eodem Deo fideli, [illegible] sit repetitio eiusdem sententiæ; sic R. Salomon, & Lyra. deinde Dauid Kimhi, Vatab. Isidorus, & Ribera legunt cum Vulgato, *cum sanctis fidelis* ad sensum iam dictum. Iudas fuit potens cum Deo, & cum eodem sanctissimo fidelis, quia retinuit cultum eius. Tertio, Hieronym. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius explicant, quod Iudas seruauerit Dei veri cultum, steterit que illi fidelis cum [illegible] nctis eius Patriarchis, & Prophetis, ceterisque piis hominibus. Melius iidem Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus, & Iudas fuit cum [illegible] nctis sacerdotibus, Leuitis, ceteris que Ecclesiasticis seruauit fidem, qui cultum Dei conseruabant, & promouebant [illegible] nam eorum ministerij ratio integra perseuerab[illegible] in Iuda, cum illi quidem ab Israele fugissent, & ad Iudam tutandi se causa [illegible] lent; vt legimus 2. Paral. 11.13. & cap. 13. [illegible] late, & optime relatum est.

Sensus 3.

Sensus 4. verus.

HOSEÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

EPHRAIM pascit ventum, inania moliens, & munda, & sequitur æstum sibi nocentissimum tota die [illegible] vanas, & suæ causas vastitatis multiplicat, postquam [illegible] Hoseæ fœdus cum Assyrijs percussit. dum oleum, cæteraque [illegible] in Ægyptum transportat, ad [illegible] andam Ægyptiorum beneuolentiam [illegible] Domino cum Iuda, summum ergo supplicium puniet Israel, iuxta id, quod meretur opera eius, & adinuentiones eius [illegible] Dominus [illegible] In ventre tenuit plantam fratris sui Esau, & propter suam fortitudinem beneluctatus [illegible] tatum Angelo. nam victor euasit confortatus eius [illegible] ne [illegible] tione, [illegible] metet fratrem suum Lacrymis exorauit, & impetrauit benedictionem. Cumque reuerteretur de Mesopotamia [illegible] in Bethel inuenit eum, atque ibi locutus est [illegible] Iacob, & [illegible] ipso eius posteritati, vt se vnum Deum colerent [illegible] Dominus Iacob Dominus [illegible] quia Deus exercituum [illegible] nomen memorandum est Iehouah. Tu vero Israel debuisses profe[illegible] ad hunc tuum adeo beneficum Dominum conuerti, & misericordiam in proximos, & æquitatem custodire & [illegible] in hoc Deo tuo semper. Plane Chananæo similis [illegible] in cuius manu est statera dolosa, dum cupis vim, & [illegible] Dixisti enim: mea industria, meaq; diligentia dives euasi: alij alia colunt idola, ego aurum, & nummos mihi delegi idolum: omnia bona mea nullo labore sunt parta: nihil fraudis, aut delicti inueniat quispiam in laboribus meis. Impius es o Ephraim, at Dominus, adhuc tamen salutem tuam cupio, quia Deus ego tuus sum ex eo tempore, quo eras in Ægypto. Et si volueris resipiscere, modo etiam efficiam, vt [illegible] eius celebres in terra tua festum tabernaculorum, sicut olim cum [illegible] bas per desertum. [illegible] locutus [illegible] ad [illegible] tetas, visiones multiplicaui, & per co[illegible] um varijs similitudinibus me ostendebam, qu[illegible] te [illegible] me allicerem. Si nihil profuit Galaad idolum suum, quin debitas lueret pœnas, vastata ab Assyrijs, ergo frustra in Gal[illegible] boues immolatæ sunt ad cultum idolorum [illegible] quod [illegible] gens, altaria eorum diruta testantur, quæ adhuc manent [illegible] lapidum [illegible] agrorum. [illegible] & [illegible] tibi [illegible] Mesopotamiam, ego [illegible] suum loco suo pro vxore & pro [illegible] de posteritate [illegible] quæ est [illegible] Prophetam Mose n eduxi ex Ægypto, [illegible] & post [illegible] beneficia, vestra idololatriæ [illegible] ad amaritudinem prouocastis [illegible] vestra ergo culpa [illegible] ad meritas pœnas damnatos comprehendet [illegible] vobis ego Dominus vester opprobrium inter gentes, quod tot de causis vobis merito debetur.

CAP. XII.

1 EPhraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota
die mendacium, & vastitatem multiplicat: &
fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in Ægyptum ferebat.
2 Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super 2
Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius red-
det ei. 3 In vtero supplantauit fratrem suum, & in 3
fortitudine sua directus est cum Angelo. 4 Et inualuit ad 4
Angelum, & confortatus est, fleuit, & rogauit eum: in
Bethel inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. 5 Et 5
Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius. 6 Et 6
tu ad Deum tuum conuerteris: misericordiam, & iudi-
cium custodi, & spera in Deo tuo semper. 7 Chanaan in 7
B versu 13. *Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris; ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium, & libatio,* &c. & cap. 2. v. 1. & 15. *Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium,* &c. & v. 17. *inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini.* & v. 23. *& filii Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro.* & aliis similibus; quæ & B. Epiphanium in lib. de vita, & interitu Prophetarum induxerunt, vt ita sentiret. Et ex intelligentia, q̃ subiiciemus Prophetæ, à prædictis longe diuersa, pspicuû fiet: & ex tẽpore, quo prophetauit, simul cum Hosea, vt communior fert sententia Clementis Alex. lib. 1. Stroma. Hieronymi, Ruffini, Theodoreti in præ-

C fatione huius Prophetæ, & August. lib. 18. de Ciuit. Dei. c. 27. vel potius sub Manasse rege, vt habent historia Sederolã, Dauid Kimhi, cû aliis Hebræis, Genebrardus, & Monta. qui ne non potuit contra decẽ tribus prophetare iã destructas Hieron. autem in Epist. ad Paulinum ex Hebræorum sententia, quam mox subiiciemus, locutus est.

[...]piph.

[P]rophetæ [te]mpus. [C]lemens [A]lex. [A]ugust. [S]ub Manasse.

2. [A]ttentio[n]em parat.

Audite. Exordium cõtinetur his verbis totius prophetię: in quo attentionẽ parat ex admiranda calamitatis, quam prædicit, magnitudine, & grauitate; & ex cognoscendi eã necessitate. Vnde & eos, qui p̃cesserant in superioribus ætatibus, & p̃sentes compellat in testes, tã senes, q̃ iuuenes, vt collatione facta huius calamitatis, cû omnibus prætentis, quas vel sunt experti, vel à maioribus narrantibus acceperunt, iudicent, an grauior ali-

D qua, sæuior, & admirabilior acciderit vmquam, & quia vtilitatem auditorû quærit, suadet vt hoc ingens suppliciû filiis suis referant, & vt p eos ad posteros omnes, quasi per manus deducatur, vt alieno periculo edocti, ipsi sibi prospiciant, & Deû timeant. nam hęc fuit necessitas huius prophetię mandandæ literarû monumentis, aut æternę posterorum memoriæ, quo sapientiores fiant. quod munus parentum est, ipsos, quos genuerint liberos, propria doctrina sapientiores reddere, non aliis erudiendos commendare: Dei magnalia filiis annunciare, & vtilia documenta tradere; non lites mouere, facultates malis artibus augere, honores ambire, & huiusmodi similia eos docere. Vera enim doctrina à maioribus accipienda est

E filiis, vt frequenter nos docet Scriptura, Deutero. 32. 7. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.* Exod. 10. 2. *& narres in auribus filii tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis, & sciatis*

[V]tilitatem [q]uæsiit auditorum.

[Pa]rentum [e]st filios [pro]priis [o]pertis [sa]pientiores [r]eddere [&] instituere ad [p]ietatem.

A *quia ego Dominus.* Deuter. 6. 7. *Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo; & narrabis ea filiis tuis.* & Iob. 8. 8. dicit Baldad Suites. *interroga generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam, & ipsi docebunt te.* nempe quod Deus peccatorum reddet iusti habitaculum. Demum Dauid Psalmo 77. 6. sic concinit. *Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis vt cognoscat generatio altera. Filii qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filiis suis: vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Domini: & mandata eius exquirant.* itaque Dei magnalia, eius insignia beneficia, atque supplicia referenda à parentibus, filiis, non maiorum gesta extollenda, stemmata

B ostentanda. Atque hactenus de libri inscriptione, atque de operis exordio dictum sit. nunc ad opus ipsum accedamus.

Maiorum doctrina quærenda.

Dei magnalia, non hominũ [ge]stis ostentanda.

Residuum.] Huius prophetiæ sub allegoria erucæ, locustæ, bruchi, & rubiginis segetes vastantiû, difficultatẽ, diuersitas exponendi satis ostendit. Sed vt eius veriorẽ intelligentiã eliciamus, prius verborum rationẽ exquiremus. Quatuor nomina Hebræis sunt, quibus Latina non omnino cõueniunt. Primum nomen est גזם *gazam*: locustarum genus esse putat Montanus ex cõmuni Hebræorum sententia, sed nocendi ratione ab aliis differens, quod durioribus dentibus valeat, ita vt arbores etiã corrodere possit, à verbo גזז *gazã*, auctore Dauide Kimhi, dicta, quod est *tondere*, q̃ fruges tondeat, & excidat. Amos 4. 9. de hoc in-

C sectili dicitur. Olïueta vestra, & ficeta vestra comedit הגזם *haggazam.* quo ostenditur non frugibus tantû, sed et arboribus solere nocere *gazam.* Verû Septuaginta dum κάμπη. hoc est, *eruca* verterunt; & Chaldæus Paraphrastes, q̃ nomen Hebręum exposuit Chaldæo זחלא *zahala*, q̃ *vermem* significat, qui repat, ostendunt certe nomen *gazam* non genus locustarû, sed vermium, qui *erucæ* dicuntur, significare; & recte Hieronymû, cæterosq; recentiores interpretes *erucam* transtulisse. Est autẽ *eruca*, vt ex Alberto hoc loco colligitur, genus vermis, qui in olerû folia repit, & quod in eis viride, & molle est, abrodit, stipite, venisq; relictis intactis, eo quod duræ sint: de eo Columella lib. 11. de re rustica cap. 3. in fine. *Vbi vero,* ait, *apri-*

D *cis regionibus post pluuias noxia incesserint animalia, quæ a nobis appellantur erucæ, Græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt.* Tum etiam Isidor. lib. 12. Originum cap. 5. *Eruca, ait, frondium vermis, oleribus, vel pampinis inuoluta, ab erodendo dicta; implicat se, nec aduolat, vt locusta, vt huc illucque discurrens semipasta relinquat, sed permanet periturus frugibus, & tardo lapsu, pigrisque morsibus vniuersa consumit.* Nec tantum oleribus insidet eruca, sed etiam arboribus, quod nostro malo quotidie experimur, & Plinius quoque confessus est lib. 17. cap. 24. *Sunt,* inquiens, *ex eadem causa nascentes & erucæ dirum animal, ero-*

E *dunt que frondem, aliæ florem oliuarum quoque. vt in Mileto, ac depastam arborem turpi facie relinquunt,* & cap. 28. *Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus recincta.* Recte igitur de hoc verme intelligitur Amos locutus, cum dixit, ab eo excesa ficeta, & oliueta.

3 Difficultas Prophetiæ.

De eruca.

De H[ebr]. nominis ratione.

De erucæ natura.

Columell.

Isidor.

Plinius.

De locusta.

Secundum nomen ארבה *arbeh locustam* omnes interpretantur, à verbo ארב *arab*, quod est *insidiari*, quasi insidiatrix, quod radicibus, & calamis ipsis maxime insidietur, vt existimat Montanus; sed verius est vt à רבה *ravah* deducatur, quod est *multiplicare*, vt volunt Dauid Kimhi, Pagninus, & ipse Montanus, quod agminatim, & magna copia locustæ gradiantur. Sic Exod. 10. 4. *Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, quæ operiat superficiem terræ: corrodet omnia ligna, quæ germinant in agris.* Iudic. 6. 5. *& instar locustarum vniuersa complebant innumera multitudo hominum, & camelorum, quicquid tetigerant deuastantes.* & cap. 7. 12. *omnes Orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo.* & Prou. 30. 27. dicitur: *regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas.* Hoc genus insecti in Syria maioris corporis est, & maria turmatim transit, immensosque tractus permeat, diraque messibus contegit nube, multa contacta adurens, omnia vero morsu erodens, & fores quoq; tectorum, vt narrat Plinius lib. 11. cap. 29. arbores quoque corrodere ex loco Exodi citato perspicuum fit; Lege Aristotelem lib. 4. de historia animalium cap. 2.

De brucho.

Tertium nomen est ילק *ielek*, à verbo לקק *lakak* deductum, quod est *lambere*, aut *lingere*, quod herbas lambat, & fruges aculeo, tamquam lingua. Hieronymus in 3. cap. Nahum in illa verba. *Ecce populus tuus*, existimat eo nomine significari *attelabum*, quem *comessorem* significantius interpretatus est Aquila, qui est parua locusta inter locustam, & bruchum; nempe, vt ait Albertus, pullus locustæ, quando de semine primo egreditur, & nec saltum habet, nec volatum, sed modicis pennis reptat, potius quam volat, semper subsiliens, & ob hanc causam vbicumq; orta fuerit vsq; ad puluerem consumit; quia donec crescant pennæ abire non potest; de quibus dixit Plinius lib. 29. cap. 4. prope finem. Aduersantur & locustarum minimæ sine pennis, quos attelabos vocant. Sed huic obstat, quod ipsa Scriptura huius animalis volatum refert. Psalmo 104. 34. dixit, *& venit locusta, & bruchus, cuius non erat numerus.* Nahum 3. 16. *bruchus expansus*, seu, *grassatus est, & auolauit.* Alij putant esse genus vermis, sed pilosi, absque alis, herbas, & arborum frondes erodens, quod Ierem. 51. 24. dicatur, *adducite equum, quasi ielek aculeatum*, Hebraice, *quasi bruchum horripilantem*, qui pilis horruit; siquidem Iob 4. 15. idem verbum transfertur, *horruit pilus carnis meæ.* At refellitur hæc sententia supradictis testimoniis, quæ volatum tribuunt huic animali, & alas. Vnde & Chaldaice dicitur פרחא *percha*, à verbo פרח *perach*, quod est *volauit.* Verius est genus esse locustæ, instar crabronis, sed minoris quantitatis, alatum, quod arborum folia depopuletur, & vastet in maxima multitudine; & bruchus vertitur ab omnibus, & Hispanice dicitur, *el pulgon*, *ò el cuquillo*, qui in magna copia solet colligi, & in fossas coniici, & terra iniecta suffocari. Ideo Isa. 33. 4. dicitur de eo. *& congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo.*

De rubigine.

Quartum nomen est חסיל *Hasil*, a verbo חסל *hasal*, quod est *exscindere*, *consumere*, quasi dicas, *depastorem*, seu *consumptorem*; ac genus locustæ esse ferunt voracissimum, quod non solum obuias quasque præscindat plantas, sed deuoret, & absumat, ac exedat. & *bruchum* solet vertere Vulgatus; vt 2. Paralip. 6. 28. *fames si oborta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo, & aurugo, & locusta*, & hasil *bruchus.* Isa. 33. 4. *congregabuntur spolia vestra sicut colligitur* hasil *bruchus*: ἀκρίδα, id est, *locustas*, vertunt LXX. vnde Pagni. & Montanus, vt animal hoc loco accipiunt. Verum vitium quoque segetum esse, quod vocant rubiginem, ostendunt LXX. cum ita vertunt hoc loco, & Psalmo 78. 4. & *dedit* hasil *æruginì fructum eorum*; & Chaldæus, qui transtulit שמוטא *samota rubigo*, & ipse Vulgatus non semel ita vertit, vt 3. Reg. 8. 37. *fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer aut ærugo, aut locusta*, vel *hasil rubigo.* & hoc loco; quomodo transfert etiam Tigurina, atque hanc nomen Hebræum habere quoque significationem fatendum est. Est autem *rubigo*, auctore Alberto hoc loco, ros incensus ab aere defluens, qui primo ad minij colorem, postea in fuliginem conuertit segetes, marcidas, & in puluerem fœtulum versas: quod vitium agricolæ *nebulam* vocant; Hispanice *el añuble*. de quo Horatius lib. 3. Carminum, Ode. 23.

Rubigo animal.

Rubigo segetum vitium.

Horatius.

Nec pestilentem sentiet Africum,
Fœcunda vitis, nec sterilem seges
Rubiginem.

nocetque hoc malum fruticibus quoque, & vineis; vt Plinius lib. 18. cap. 17. scribit, & Columella in lib. de arboribus cap. 13. His circa significatum nominum adnotatis ad expositionem prophetiæ accedamus.

Plinius. Columell.

1. Expositio.

Inter expositores quidam prædictam vastitatem terræ nascentium proprie dicunt accipi, ac reipsa futuram à Ioele prænunciari. & hi quidem sunt in duas classes distributi: siquidem Ruffinus, Remigius, R. Salomon, Lyra, Vatablus, Robertus, Montanus, & recentiores Hebræi existimant prædici à Ioele sæuam illam famem; quam prædixit quoque Elisæus, septem annis duraturam; quam explicatius tradit Ioel, docens quatuor annorũ famem sibi inuicem succedentium, ex vastatione terræ nascentium, per copiam erucæ, locustæ, & bruchi, tum etiam per rubiginem, futuram; quæ nihilominus aliis tribus annis durauit, ex pluuiæ defectu, viuente adhuc Elisæo. Addunt tamen Lyra, & Montanus, rem quidem gestam, vt relatum est; at per illam adumbratam, & prædictam ab Elisæo, & Ioele vastitatem Iudæorum per quatuor imperia inferenda, vt statim ostendemus: quasi Ioel historiam illam sub Elisæo gestam retulerit, vt per illam significaret gentem hostilem. Theodoretus solus non de fame sub Elisæo, quæ septem annis durauit, sed de vera vastatione terræ nascentium intelligit, quæ per prædicta sibi succedentia accidit, cuius & meminit Amos cap. 4. 9. dum ait, *Percussi vos in vento vrente, & in aurugine multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum; olueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca.* Verum hæc expositio non videtur conuenire, neque tempori, quo Ioel prophetauit; neque vastitati, quam prænunciat. Non tempori, quia Ioel non prophetauit sub rege Ioram, vt Elisæus; sed vel tempore eodem, quo Hoseas, vel sub Manasse rege, vt supra ostendimus, ac proinde si vt Prophetia de futuro accipiatur, non potuit à Ioele proferri. Non vastitati, quam prænunciat Ioel;

De fame sub Elisæo.

De vastatione terræ nascentium.

Refutatio.

siquidem Ioel Iudææ, & Ierusalem comminatur, vt supra ostendimus, num. 1. & non septem annorum vastitatem, sed vt plurimum quatuor, iuxta quatuor illa, quæ terram erant vastatura. At Elisæus Israeli comminatus est famem septennem; & Amos Samariæ, ait enim in principio capitis. *Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ.* Nec Amos meminit quatuor, quæ retulit Ioel, sed duorum tantum. Nec inuenimus in Scriptura vsquam mentionem vastitatis agrorum factæ eo modo, & ordine, quo prædicit Ioel, in terra Iudææ, imo nec in regione Israelitarum.

Altera ratio.

Deinde probatur in vniuersum, per quatuor illa non esse proprie accipienda, erucam, locustam, bruchum, & rubiginem; sed improprie, & translate hostes vastatures Iudææ. Nam nullus melius explicat metaphoram, initio obscure propositam, quam ipsemet Propheta in his, quæ sequuntur in cap. 1. & 2. Sed in capitibus dictis perspicue ostendit se loqui de gentibus quæ vastauerunt Ierusalem, qua vastata, & regno diruto, vniuersa regio mansit fere vastata, & sterilis: ergo in principio capitis de vastitate à gentibus facta translate loquitur. Assumpta illa propositio constat ex versu 6. *Gens enim ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis.* & cap. 2. v. 2. *quasi mane expansum super montes populus multus, & fortis.* & v. 7. *Sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum, vrbem ingredientur, in muro current*; & his similia multa perleges.

2. Expositio de 4. imperiis.

Altera expositio, eorum auctorum, qui quatuor illa mala terræ accipiunt translate, est antiquorum Hebræorum, quos ex parte probat Hieronymus, quem sequuntur Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, qui per illa quatuor mala intelligunt quatuor mundi imperia, quæ sibi inuicem succedentia populum Dei penitus vastauerunt. nam *eruca* significauit Assyrios, siue Chaldæos, qui vtrumque regnum Israelis, & Iudæ destruxerunt: *locusta* Medos, & Persas, qui reliquias Iudæorum captiuas habuerunt: *bruchus* Macedones, vt Alexandrum Magnum, & eius successores, præsertim Antiochum Epiphanem, cuius sæuities in libris Machabæorum demonstratur: *rubigo* Romanos, qui Ierosolymam, & Iudææ regnum penitus deleuere, vt septem libris refert Iosephus. quæ quatuor imperia significata similiter sunt à Zacharia cap. 1. per quatuor cornua, & c. 6. per quatuor quadrigas, & à Daniele cap. 6. per quatuor bestias. Atq; eadem in sensu allegorico significata fuisse per illa terræ mala, quæ accidisse dixerunt, affirmant

Refutatio.

Lyra, & Montanus. Sed huic intelligentiæ opponitur, primum, quod reges Assyriorum non possunt intelligi per erucam, quia solum regnum Israel vastauerunt, non Iudææ; at noster Propheta de hostibus loquitur, qui Ierusalem, & Iudæam oppresserunt, & diruerunt. Deinde per locustas nō possunt accipi Medi, & Persæ, qui numquam expugnauerunt, vel inuaserunt Ierusalem; aut Iudæam: imo beneuoli Iudæis fuere, siquidem super illa verba Daniel 7. *Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit.* sic ait Hieronymus. Quodque dicitur in parte vna stetit, sic Hebræi interpretantur, nihil eos, Medos, & Persas aduersus Israel crudele gessisse, vnde & in Zacharia Propheta equi albi appellantur. Demum per rubiginem Romani accipi non possunt; nam Ioel post late descriptam vastitatem populi Dei factam per quatuor illas hostium excursiones, desolationi adhibet consolationem, ab illis verbis cap. 2. v. 18. *Zelatus est Dominus super terram suam*, &c. per Christum adducendam, & per aduentum Spiritus sancti. Sed desolatio præcessit consolationem; atqui Romanorum oppressio postea secuta est; vt ex Iosepho, & aliis historicis satis constat Ergo Romanorum oppressio, qua deleuerunt Iudæam, non potuit intelligi à Ioele per rubiginem comprehensa.

3. Expositio de 4. hostibus, qui Israelem, & Iudam deleuerūt.

Tertia igitur exponendi ratio, est quorundam, quos refert Theodoretus, & videtur probare; in illis verbis. *Gens enim ascendit super terram meam*: qui per illa quatuor mala intelligunt hostes, qui vtrumq; regnum Israelis, & Iudæ absumpserunt, ac deleuerunt: Assyrios nempe, & Chaldæos, nam per erucam accipiunt Teglathphalasar: per locustam Salmanasar; per bruchum Sennacherib: per rubiginem Nabuchodonosorem, qui postremus bellum intulit, ac funditus euertit Iudæam. & quidem non male tulisent interpretati,

Refutatio.

si de hostibus Israelis regnum deuastantibus, & non potius de hostibus Iudæorum esset Ioelis sermo: at tantum comminatus est de populatione vrbis, & templi Ierosolymitani, & regni Iudææ. quod imprimis constat ex vniuersa Prophetia, in qua nusquam Israelis, aut Samariæ, sed Sion, & Ierusalem, & templi tantum mentionem facit. vt iam notauimus; & illa ostendunt: *Periit sacrificium, & libatio de domo Domini, luxerunt sacerdotes ministri Domini: & accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei.* & cap. 2. *Canite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo. & inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent*, &c.

Ioel in Iudæam prophetat.

Ioel sub Manasse prophetat.

Deinde quia probabilius est Ioelem prophetasse sub Manasse rege Iudæ, post deletum regnum Israel; vt habetur in historia Hebræorum; & videtur fuisse vnus ex his Prophetis, de quibus dicitur 4. Reg. 21. 10. *Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum Prophetarum, dicens, Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, propterea hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam, vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius*, &c. quibus verbis amplificantibus exitium Ierusalem, & Iudææ, consimilia sunt illa, quibus suam Prophetiam præfatur Ioel; *si factum est istud in diebus vestris, & in diebus patrum vestrorum*, &c. & quemadmodum Ieremias cap. 15. 4. comminatus est Iudæ, & Ierusalem vastitatem; morte, gladio, fame, & captiuitate futuram; nunc etiam gladio, canibus, volucribus cœli, & bestiis terræ: ita Ioel eruca, locusta, bruchho, & rubigine; propter irritationes Manassæ, vt reperitur 4. Reg. 23. 26. & cap. 24. 2. *iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat per seruos suos Prophetas.*

4. Expositio de Iudææ euersoribus.

De exercitu Nabuchodonosoris ex variis gentibus coacto.

Quarta demum huius loci intelligentia est eorum auctorum, qui de hostibus Iudæorum, qui Iudæam euerterunt, illa quatuor mala exponunt: inter quos præcipuus est Hieronymus, qui in vniuersum de exercitu explicat Chaldæorum, qui Iudæam destruxit, & Ierosolymam, templumque deleuit, dum ait; licet nunc nobis magis de Babylonus dici videatur, atque Chaldæis,

quorum

quorum crudelitas in populum Dei, feritasq; describitur, & cap. 2. in illa verba; *& ne des hereditatem tuam in opprobriũ, vt dominẽtur eis nationes.* Apertum est, inquit, ænigma; quod latebat: Populus enim ille multus, & fortis, qui supra sub erucæ, & locustæ, & bruchi, & rubiginis descriptus est nomine, nunc manifestius qui sit ostenditur. Itaq; videtur hunc locum Hieronymus intelligere de vno illo extremo Chaldæorum aduentu contra Iudæam, & Ierusalem, qui exercitus cum ex multis regibus, ac nationibus conflatus esset, iuxta illud Ierem. 1. 15. *Ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, & venient, & ponent vnusquisq; solium suum in introitu portarum Ierusalẽ,* &c. & quod alij relinquebant intactum, alij vastabant, idcirco dictum est à Ioele; *residuum erucæ comedit locusta,* &c. At alij interpretes non contenti hac generali quatuor illorum animalium explicatione, volũt particulares hostiũ expeditiones contra Iudæam quatuor assignare, quę sibi inuicem successerunt. & quidam quidem quatuor Chaldæorum extremas incursiones in terram Iuda. Nam primus tanquam *Eruca* venit Nabuchodonosor in Ierusalem, & cepit Ioakim, & duxit Babylonem, cum Daniele, & aliis: deinde tanquam *Locusta* cepit Ioachin, & transtulit Babylonem cum matre, & vxoribus. Tertio idem vt *Bruchus* venit anno nono Sedeciæ, & cepit Ierusalem anno vndecimo, & Sedeciam regem vinctum duxit Babylonem. Quarto demum Nabuzardan, quasi *Rubigo,* templum, & domum regiam, & domos principum combussit, totamq; vrbem deleuit. Verum non vere hi auctores enumerant Nabuchodonosoris excursiones, cum quinque fuerint, præter eam, quæ facta est à Nabuzardan, vt in sacra Chronologia distinximus. Prima accidit anno 1. Nabuchodonosoris, & 4. Ioakim, quem duxit captiuum Babylonem, Daniel. 1. Secunda, anno 4. Nabuchodonosoris, & 8. Ioakim, ascendit contra eum, & factus est ei seruus tribus annis. 4. Reg. 24. 1. Tertia, anno 8. Nabuchodonosoris, & 11. Ioakim, immisit Dominus latrunculos Chaldæorum, Syriæ, Moab, & Amon, in Iudam, vt disperderent eum: hi erant milites Nabuchodonosoris, & Ioakim interfecerunt, & proiecerunt extra portas Ierusalem, Ieremiæ 22. & 36. Quarta, anno ipso 8. aut 9. Nabuchodonosoris oppugnauit Ierusalem, & Ioachin sese dedentem transtulit Babylonem. Quinta & extrema fuit, cum Sedeciam cepit, & vrbem templumque deleuit, & regnum Iuda funditus destruxit. E quibus si demas secundam, in qua mansit Ioakim rex, etsi seruus, quatuor reliquæ possunt recte intelligi per *erucam, locustam, bruchum, & rubiginem.*

De 4. excursionibus in Iudæam.

Refutatio.

At vero, cum dixerimus Ioelem fuisse vnum ex Prophetis, qui extremum prophetabant exitium Iudææ, propter flagitia Manassæ: quod repetitur post egregia Iosiæ facta, 4. Reg. 23. 26. illis verbis: *Veruntamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam, propter irritationes, quibus prouocauerat eum Manasses. Dixit itaque Dominus; etiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel.* & ipsi Iosiæ promissum fuerit ab Olda 2. Paralip. 34. 28. *Iam enim colligam te ad patres tuos, & infereris in sepulchrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum, quod ego inducturus sum super locum istum, & super habitatores eius.* Tempori filiorum Iosiæ videtur reliquisse Deus completionem illius comminationis, nempe quatuor regum sibi inuicem succedentium, Ioachaz, Ioakim, Ioachin, & Sedeciæ, qui nequaquam in pace mortui sunt, sed in captiuitate, vel ab hostibus interfecti. Quapropter cum ipsi regnum Iudæ continerent, & quatuor ipsi comesti sint cum non modica Iudææ depopulatione vsque ad vltimam stragem; non immerito ipsi dicentur deuorati ab eruca, locusta, brucho, & rubigine: ita vt Nechao, qui Ioachaz abstulit, erucæ comparetur, quæ leuiter tetigit terram, abducto rege Ioachaz Regem vero Ioakim, quem ille constituit, & reliquit intactum, Nabuchodonosoris milites, latrunculi Chaldæorum, Syriæ, Moab, & Amon, instar locustarum inuaserint, occiderint, & sepultura asini sepelierint. Tertio regem Ioachin cum multis ex principibus Nabuchodonosor, vt bruchus è terra eduxit, & captiuum duxit Babylonem. Tandem idem ipse cum ingenti exercitu inuasit Ierosolymam, & vrbis templique pulchritudinem, vt rubigo consumpsit, & Iudaicam Rempublicam omnino dissipauit: quibus omnibus incursionibus Prophetiam supradictam Deus compleuit.

Ratio efficax.

Vera expositio.

Non dissimiliter autem agrum mentis quatuor ægritudines, seu perturbationes sibi inuicem succedentes, vt philosophatur Hieronymus, deuastant: aut certe vitia quatuor, quę enumerat Gregorius lib. 33. Moral. cap. 39. dum ait, *Quid per erucam, quæ toto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur? quæ cor, quod tenet, ita polluit, vt in superiorum munditiæ surgere amorem non possit. Quid per locustam, quæ saltibus euolat, nisi inanis gloria exprimitur, quæ se vanis præsumptionibus exaltat? Quid per bruchum, cuius pene totum corpus in ventrem colligitur, nisi edendi ingluuies figuratur? Quid per rubiginem, quæ dum tangit, incendit, nisi ira innuitur? Residuum ergo erucæ locusta comedit, quia sæpe cum luxuria vitium à mente recesserit, inanis gloria succedit: & residuum locustæ bruchus comedit, quia sæpe, cum inani gloria, quæ quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, vel ventri, vel quibuslibet ambitionis desideriis immoderatius indulgetur. Residuum bruchi rubigo consumit, quia sæpe dum ventris ingluuies per abstinentiam restringitur, ira impatientiæ atrius dominatur, quæ more rubiginis, quasi exurendo messem comedit, quia virtutum fructum impatientiæ flamma tabescit. Cum ergo vitia vitiis succedunt, alia pestis agrum mentis deuorat, dum alia relinquit.* Hactenus Gregorius.

Ad mores accommodatio.

Gregor.

4 *Ebrij.*] *Ebrietatem* metaphorice accipiunt Hieronymus, Theodoretus, Gregorius lib. 33. Moral. cap. 40. Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, pro cæcitate, vel insensibilitate, quam ingerunt cordi humano, mediis perturbationibus ac vitiis eas corroborantibus, amor huius mundi, & iocundissimæ voluptates, quæ mentem hominis impotem faciunt rectæ rationis: hortatur igitur Iudæos, vt è somno eiusmodi ebrietatis euigilent, & defleant se ebrios fuisse, & dulci vino sopitos, si velint hostibus obuiare: & agant pœnitentiam, vt fletus, & vlulatus in gaudium postea conuertatur. At Chaldæus Lyra, Vatab. Montanus, & Robertus existimant excitari Iudæos imminenti malo, & admoneri vt

Sensus 1. De ebrietate ex perturbationibus.

Sensus 2. De vera ebrietate.

vlulent;

vlulent, & lamententur propter vinum, seu mustum ablatum, quia vineis ab hostibus destructis, nullum mustũ reliquum foret, quo sese inebriarent. Probant hunc sensum, quod pro illis Vulgati verbis, *qui bibitis vinum in dulcedine*, in Hebræo legitur, עַל־עָסִיס *hhal hhasis, super mustum, quia excisum est ab ore vestro*. Chaldæus dixit, *Vlulate omnes potatores vini, causa vini meri*; Tigurina, Pagnin. Vatab. & Rob. *propter succum expressum, propter mustum*, aut propter vinum nouum. Est autem *asis* omniũ rerum humidarum succus ad potum idoneus, qui vi, aut compressione exprimitur, nam verbum עָסַס *hhasas calcare, conundere, premere, & exprimere* significat; vnde nomen est deductum. Huiusmodi ex malis, aut pomis, aut caricis, aut aliis rebus pocula parantur. Vnde sponsa Cant. 8. 2. inuitans Sponsum dicit; *& dabo tibi poculum ex vino cõdito, & mustum malorum granatorum meorum*: Hebraice מֵעֲסִיס *mehhasis, de musto, vel succo mali punici mei*. Vulgatus autem cum vbique nomen hoc verterit, *dulcedinem*: vt etiam L X X. cap. 3. huius Prophetæ, v. 18. præterquam in vno loco Isaiæ 49. 26. vbi proprie vertit, *& quasi musto, sanguine suo inebriabuntur*; non absque ratione potest dici, succũ seu mustũ accepisse pro generosissimo, & preciosissimo, quod variis aromatibus, & odoramentis conditum fuisset; ac sic idem sit, *qui bibitis vinum in dulcedine*, aut *propter dulcedinem*, quod; *propter succum, aut mustum preciose conditum*: quos iubet deflere, quia licet vinum biberent, non tam vt siti satisfacerent, salutiq; consulerent, quam propter succi preciositatem, & condimentum; quæ voluptas, aut quæ deliciæ erant ab hostibus illis eripiendæ.

[margin: ...trio ver... Hebræi.] [margin: ...num ...nditum.]

5 *Gens.*] Ne eadem sæpius repetamus; Hebræi, & qui eos secuti sunt, nomine *gentis* multitudinem locustarum, & aliorum animalium intelligunt, quæ proprie terram deuastauerunt. Alij, vt Lyra, & Montanus, exercitus gentium populum Dei depopulantium volũt accipi nomine *gentis*, vt re figurante proposita, iam res figurata explicetur. At Hieronymo verius videtur, adhuc allegoriam procedere, & *gentis* nomine locustarum, bruchorumq; intelligi multitudinem; vt Prou. 30. formicæ dicuntur populus infirmus, & lepusculus plebs inualida, & locusta regem non habet, & egreditur per turmas. Idq; constat ex illis verbis cap. 2. 4. *Quasi aspectus equorum, aspectus eorum, & quasi equites sic current: sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient: sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam; velut populus fortis præparatus ad prælium.* Si ergo assimilat equis, equitibus, quadrigis, & populo forti, ea, de quibus loquitur, non sunt exercitus hostium, sed locustarum, bruchorumq; multitudo copiosa. Continetur ergo vniuersa prophetia Ioelis, perpetua quadam metaphora, seu rhetorica allegoria, non significante proprie historiam animalium vastantium terræ nascentia: sed improprie, primo significante Iudææ per hostes depopulationem; vt sermono interallegotica verba sparsim inserto, ipse se declarat Propheta. Itaq; per vineam, & ficum plebem Iudaicam intelligit, vt alias accipitur Psal. 79. 9. *Vineam de Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.* & ita declarat Dominus Isaiæ 5. 7. *Vinea enim Domini exercituũ domus Israel est: & vir Iuda germen eius delectabile.* ficu autem significan plebem docet visum Ierem. c. 24. vbi per ficus bonas intellexit plebẽ transmigrationis, quæ cum Iechonia transmigrauerat Babylonem: & Christus Lucæ 13. 6. in parabola de ficu plantata; & non ferente fructum, intellexit populum Iudaicum nõ ferentem fructum pietatis. Eamdem quoque plebem significat per agrum speciosum, & fertilem, omni segetũ grano; omni arborum genere, herbarumq; refertum. Per examina autem locustarum & bruchorum virtute præstantium, & numero, & dentibus leoninis deuastantium omnia; & per rubiginem, Chaldæorum exercitus intelligit; quid, quod ex plebe Iudaica reliquerat Etiam Ægyptiorum; tribus incursionibus vastauerunt vsq; ad Reipublicæ Iudaicæ consummationem. Denique per fructuum consumptionem, frondium deiectionem, corticum detractionem, & agrorum vastationem, totius antiqui status, fortunarum, dignitatumque iacturam significat; omnem Reipublicæ ornatum, & splendorem, omnem felicitatem, & omnem vitæ commoditatem detrahendam; & abducto populo loca solitaria relinquenda. ita manet explicata allegoria.

[margin: Reip... cæ Iu... forma ... data.]

Periit.] Præterita hæc omnia pro futuris accipiuntur, pro peribit sacrificium, & libatio, Hebraice מִנְחָה *mincha*, quod fiebat ex simila conspersa oleo, vt dicitur Leuit. 6. 14. & נֶסֶךְ *besech* ex vino, aut sicera constabat. Num. 28. 7. *libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in Sanctuario Domini.* Hoseæ 9. 4. *nõ libabunt Domino vinum.* Hæc enim offerebantur quotidie cum duobus agnis, matutino, & vespertino. Hæc duo, quæ ex terræ fructibus parabantur, ait defectura, & sacerdotes lamentaturos, quia defutura erat sustentatio, vt intelligunt Hieronymus, & Theodoretus. Vel propter defectum cultus diuini defuturi, deficientibus sacrificio, & libamine quotidiano, iuxta eosdem. Vel certe, vt ait Montanus, quia templo exusto, & diruto à Chaldæis, nullum sacrificium in eo offeretur; nullus Dei cultus exercebitur. 6 Defectu sacrificij deflen...

Confusum est vinum.] Verbum Hebræum יָבַשׁ *iabas*, quod hic sæpe repetitur, *arescere, seu siccare* significat, vt hoc capite v. 12. transtulit quoque Vulgatus, cum dixit. *& omnia ligna agri aruerunt*, & alias sæpe. Quia vero homines confusi solent, erubescere, aut affici rubore, cum aliquid eis deficit, quod expectabatur, inde est vt de manimis per metaphoram dicatur, quod pudore suffusa sunt, cum fructus, aut prouentus expectati, non proueniunt, sic vinea confusa dicitur, & triticum, quia perierunt, arefacta, propter hostium stragem factam. 7 Confus... fructus ... dicti. Confusio... nis ratio...

Sanctificate ieiunium.] Hieronymus, Gregor. 3. P. Pastoralis cap. 20. & Homil. 16. in Euangelia, Haymo, Alb. Hugo, Lyra, & Dionys. pro *adornate ieiunium sanctis operibus*, accipiunt. *Ieiunium quippe*, ait Gregorius, *sanctificare est, adiunctis aliis bonis dignam Deo abstinentiam carnis ostendere, cum ea, quæ sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur.* Sed iuxta phrasim Hebraicam *sanctificare* idem est quod *segregare*, vt Exod. 13. 2. *sanctifica mihi omne primogenitum.* & hoc modo Theodoretus explicat, *segregate vos in ieiunium.* Melius accipitur pro *statuere, segregare, seu indicere aliquot dies ad ieiunandũ*; quo in tanta calamitate placetur Deus, vt fieri consuetũ est in Scriptura: ita Iezabel 3. Reg. 21. 8. 8 Sanctificate ieiuniũ quid. Sensus 1. Sensus 2. Sensus 3. Indicere ieiunium.

scripsit

… tis Naboth; *Prædicate … facite Naboth inter primos populi*, & … Iosaphat prædicauit ieiunium vniuerso … & Ierem. 36. 9. *anno quinto Ioakim filii Iosiæ regis … prædicauerunt ieiunium omni populo*. Hac ratione modo, Sacerdotibus, quorum intererat, iubet, *sanctificate*, hoc est, *indicite ieiunium* omni populo, ut placetis Deum; vt accipiunt Vat. & Montanus. Chaldæus quoque exposuit, *decernite ieiunium*. & Tertullia. lib. de ieiuniis aduersus Psychicos cap. 6. dixit: *Sancite ieiunium*, hoc est, decreto facto statuite publicum solenneque ieiunium.

9 *Vocate cœtum.*] Hebraice עֲצָרָה *bhatsarah cœtum*, vt Chaldæus quoque exposuit, *aut synodum*, vt Symmachus, *aut diem collectæ*, vt Aquila. Est autem solennis conuentus ad publicas supplicationes ex condicto decretus; vnde Tigurina vertit, *indicite cœtum*; & 4. Reg. 10. 20. quod Hebraice legitur; *sanctificate cœtum*; Vulgatus vertit, *sanctificate diem solennem Baal. Vocauitque, & venerunt cuncti serui Baal.* Quod autem LXX. verterunt: *prædicate curationem*, non ideo, vt ieiunium ipsum intelligatur, quo curantur peccata, vt videntur intellexisse Hieronym. & Theodoretus, sed vt intellexit Tertullian. cultum Dei: nam sic ait; *sancite ieiunium, & prædicate curationē: prospiciens iam & tunc, & alios Apostolos, & Prophetas sancituros ieiunium, & prædicaturos officia curantia Deum: vnde & qui in idolis comendis, & in hac re ornandis, & ad singulas horas salutandis adulantur, curationem facere dicuntur.* & Græcum nomen, quo sunt vsi LXX. θεραπείαν *culturam*, seu *cultum* significat, & *famulitium*, seu *famulos, qui præsto adsunt*, sic accepit Plato in Euthyphrone pro cultu Dei, & in lib. de legibus. & Dionysius Areopag. in lib. de Ecclesiastic. Hierarchia c. 10. asserit; monachos dictos ab Apostolis θεραπευτάς, hoc est, *curatores*, seu *cultores*, à puro Dei famulatu, & cultu. *Prædicate ergo curationem*, est vocate cœtum, ad publicam solennemque supplicationem, & ad cultum exhibendum Deo.

Curatio cultum Dei significat.

Therapeutæ curatores religiosi.

10 *Aaa diei.* Dictio Hebræa est אֲהָהּ *ahah*, quæ est interiectio animum despondentis præ mæstitia, aut inopia consilij, & Vulgatus solet vertere Latina interiectione, *heu*, alij per, *ô*, dicentes, *ô diem miserandum, calamitosum*, & *tristem*. vt Iudic. 6. 22. *heu me Domine Deus*, & cap. 7. & 11. & alias sæpe; sed de ea interiectione diximus super. 1. Ieremiæ.

11 *Vestri.*] Ex Hebræo legimus. Numquid non coram oculis nostris alimenta perierunt de domo Dei nostri? & ita legunt Chaldæus, & Hieronymus, Tigurina, & Montanus. Vulgatus autem videtur secutus LXX. qui legerunt, *coram*, vel *ante oculos vestros*. Calamitatem auget, quod nobis expectantibus vastetur regio nostra.

12 *Computruerunt.*] Quod ad vertendi attinet rationem, verbum עָבְשׁוּ *bhabeshu*; quod hoc loco tantum repetitur, omnes interpretes acceperunt, pro *computruerunt*, aut *marorem contraxerunt*; soli Septuaginta transtulerunt, *saltauerunt*, seu *subsaltauerunt vituli*. quod, vt ait Theodoretus, fame corrupti, humique strati, & abiecti pedes ad solum forent allisuri. Nomine autem, quod sequitur פְּרֻדוֹת *perudoth*, omnes Hebræi, & recentiores interpretes volunt intelligi *grana cuiuscumque generis expansa, ac diuisa sub terra*, & ita vertunt; *computruerunt grana sub puluere eius*, aut *sub*, vel *subter glebas suas*, q. d. quæ grana superfuere hostibus deuorantibus, ea nata non sunt, … subter terram. Chaldæus longe aliter … *putruerunt dolia vini sub operculis suis*. V… sub pice sua: quia videlicet cum vinum de… … At Septuaginta, & Vulgatus coss… tis tanquam plurale nomine פִּרְדָּה *pirdah*, quod *mulam* significat, acceperunt, & legerunt פִּרְדוֹת *pirdoth*, eisdem literis … tentis, sub diuersis punctis, hoc est, *mulas*, *vitulos*, seu *vitulas* vocauerunt LXX. Vulgatus vero … tali nomine iumenta; *computruerunt iumenta præ fame in pulueribus suis*, quos *stercora*, pro re, de qua loquitur, transtulit. & est communis sensus Gregorij in lib. 24. Moral. cap. 8. & Homil. 31. in Euangelia, & in Psalm. 4. pœnitentiæ, in versum; *Benigne fac Domine*, &c. Bernardi serm. 10. in Psalmum, *Qui habitat*, Remigij, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Dionysij; de hominibus, qui in sua libidine perituri erant. Qui carnali affectioni succumbunt, ait Gregorius, non iam homines, sed iumenta nominantur. Sicut de quibusdam, qui in peccato suo moriuntur, per Prophetam dicitur: *computruerunt iumenta in stercore suo*. iumenta quippe in stercore suo computrescere, est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Non enim esse homines, sed iumenta declarantur, de quibus per Ieremiam dicitur. *Vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat.* & de quibus Propheta alius dicit, *vt carnes asinorum, carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum.* Vnde & per Dauid dicitur. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* & Bernardus. *Quomodo dicunt nobis carnales homines, crudelis est vita vestra, non parcitis carni vestræ. Esto, non parcimus fenum in quo ei magis parcere poteramus. Annon melius est illi renouari, & multiplicari in agro, quam in horreo putrefieri? heu computruerunt iumenta in stercore suo. Sic vos parcitis carni vestræ? fimus uos crudeles interim non parcendo at vos plane parcendo crudeliores. Siquidem et iam nunc caro nostra requiescit in spe? videritis vos ipsi quid ignominiæ interim vestra sustineat; quid miseriæ eam maneat in futurum.* Verum Remigius ipse, Lyra, Albertus, Hugo, & Dionysius exponunt verius de ipsis iumentis deficientibus, & pereuntibus in stabulis inter stercora præ fame, quod non esset herba nec grana collecta.

… sensus … de hominibus … Gregor.

Bernardus.

Carnem nostram … quam … plicitum.

… sensus … de iumentis proprie.

Ignis. Eruca, locusta, bruchi. & rubiginis vastatio- 13
nem significat nomine *ignis*, ac *flammæ*, quia instar ignis omnia consumebant, vt accipiunt Hieronymus, Theodoretus, & Lyra: & per eam notat Ioel hostium Chaldæorum oppugnationem, & depopulationem eorum omnium, quæ speciosa erant in Iudæa, siue ad vrbium ornamentum, siue ad amœnitatem agrorum pertinerent.

… vastatio.

Sed & bestiæ.] Bestias proprie accipiunt Hiero- 14
nymus, Theodoretus, & alij, quæ agris depopulatis, & incendio ab hostibus absumptis, … minimam sentient partem calamitatis: quia exsiccati sunt riui aquarum; vt vel ipsæ suis mugitibus, & balatibus à Deo misericordiam impetrent. Solus Montanus gentes circum… as intelligit, quas etiam hostis inuasit. Sed prior expositio verior, siquidem gentes non suscipiebant Deum verum, vt seruarentur, sed Deos suos.

Bestiarum inedia.

* * *

IOELIS PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

IDIRCO buccinate in Sione tuba, classicum canite e monte sancto Dei, vt contremiscant omnes incolæ Iudææ, & ad Deum confugiant; quia venit [1] dies vltionis Domini, qua vastandi sunt a Chaldæis, & iam prope est, dies, inquam, tenebrosus, & caliginosus, nubilus, ac turbidus, in quo præ tristitia nec lumen cœli aspicere licebit. [2] Sicut enim lux auroræ subito mane se expandit super oēs montes [3], ita exercitus Chaldæorum multus, & fortis celeriter [illegible] taq; vt in vos irruet, vt nec ante, nec post illum similis [illegible] futurus sit [4] per multa secula: tantaq; feritate, vt quasi ignis omnia illi coram obiecta deuoret, & nihil post se reliquat intactum: adeo vt si terra ante eius accessum amœnissima sit instar horti Edem, post illius transitum manebit sterilis, quasi desertum, nec quisquam erit, qui fuga sese ex eius potestate eripiat. Equos aspectu ple[illegible] in prælium ingredientes, & cursu equites [illegible] in hostem, quadrigas super montiū cacumina resonantes strepitu suo, & flammæ ignis strepitum stipulam deuorantis, sua aggressione: deniq; locustæ illæ Chaldæorum populum [illegible] prævalidum, ad bellum præparatum. Eo exercitu viso Iudaicus populus præ timore pallescet, & facies eorum nigra reddetur vt olla. Nam eius milites, vti fortes current, & vt bellicosi viri murum ascendent Ierusalem, & quam quisq; viam fuerit ingressus, prosequetur, & locum sibi in acie designatum non deseret, milite sibi coniuncto minime oppresso, adeo ordinate procedent; nam callem, quem semel ingredientur, non derelinquent retrocedentes. Sed & cum [5] per fenestras decident, non sauciabuntur. Vrbem ingredientur, per muros discurrent, domos conscendent, per fenestras intrabunt vt fures. Deniq; eo exercitu coram apparente [6] terra tremere videbitur, & ipsum cœlum. Sed & Sol, & Luna obscurabuntur, magna vi pulueris opplēte aërem: & quod est horribilius, Dominus ipse præcedet suum exercitum, exhortator ad pugnam. Ad hoc enim iam copiosum coegit exercitum, & tam fortem, vt comminationem suam vastādi Iudæos per eum mandet executioni. O dies Domini quamq; magnus erit, quamq; terribilis, & quis eum poterit sustinere? Ideirco, vt tam ingens malum imminens auertatis, conuertimini ex corde ad Dominum, idq; ostendite ieiunio, fletu, & planctu, [7] ac scindite, non vestimenta, vt soletis, sed corda præ cōtritione, conuertimini, inquā, ad Deum vestrum, [8] Deum ad benefaciendū vltro propensum, misericordem, longanimem, multumq; in misericordia, & qui sinat se exorari ac placari, ne malū comminatum infligat. [9] Fortasse mutabit sententiam, & nō puniet vos omnino, sed post paucum LXX annorum spatium, aliquam uobis relinquet benedictionem, vt reducti in terram nostram ex fructibus illius renouemus sacrificium pristinum [illegible] libamine Domino Deo nostro. Ad hoc ergo impetrādum a Deo, buccinate tuba e Sione, indicite ieiunium, vocate ad publicam supplicationem, coite populum, cogite in vnum Ecclesiam, congregate omnium ętatum homines, paruulos quoq; vbera sugentes; [illegible] concordiam obtineant; relinquant sponsi suas delicias, plorent sacerdotes, ministri Domini [10] inter vestibulum templi, & altare, quo facilius popul[us] audiēs moueatur, ac dicant, Parce Domine, parce populo tuo, & ne committas, vt tua hæreditas cum opprobrio veniat in manus hostium, qui ei dominentur: cur enim patieris a barbaris nationibus cum exprobratione dici eis; Vbi est Deus vester, de cuius patrocinio tantopere gloriabamini? Huiusmodi precibus aliquando placatus Deus, ex zelo, quo prosequitur terram suam, auertet a vobis suppl[ic]ium, [1] & parcet populo suo. Atq; hac pollicitatione vos, precibusq; respondebit [illegible] Ecce ego vobis iam, e captiuitate Babylonica eductis mittam frumentum, vinum & oleū vsq; ad satietatem, & non permittam [illegible] lius, vt gentes vos probro af[illegible] nquam [illegible] les [12] & illum exercitum [illegible] orum, qui ab Aq[illegible] o captiuita[illegible] in du[illegible] ficiam ne vlterius vobis noceat, sed per Cy[illegible], & Da[illegible] um longius recedat, & dispergam in solitu[illegible] mo tuū ad Orientem, partim

CAP. II.

[1] CAnite tubam in Sion, vlulate in monte sancto meo, 1
conturbentur omnes habitatores terræ: Quia ve-
nit dies Domini, quia prope est [2] dies tenebrarum [illegible]
ginis, dies nubis, & turbinis [illegible] quasi mane expan[sum su-]
per montes [3] populus multus, & fortis similis ei non fuit
a principio, & post eum non erit [4] vsque ad annos gene-
rationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans
& post eum exurens flamma: quasi hortus vo[luptatis]
terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque [est] qui
effugiat eum. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum 4
& quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum
super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis
deuorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad
prælium. A facie eius cruciabuntur populi omnes vul- 6
tus redigentur in ollam. Sicut fortes current; quasi viri 7
bellatores ascendent murum: viri in viis suis gradientur,
& non declinabunt a semitis suis. Vnusquisq; fratrem 8
suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt
sed & [5] per fenestras cadent, & non demolientur. Vr- 9
bem ingredientur, in muro current domos conscendent,
per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius contre- 10
muit terra, moti sunt cæli: Sol & Luna obtenebrati sunt,
& stellæ retraxerunt splendorem suum. Et Dominus de- 11
dit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa
sunt nimis castra eius, quia fortia, & facientia verbum
eius: magnus enim dies Domini, & terribilis valde: &
quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus: conuer- 12
timini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu &
in planctu. Et [7] scindite corda vestra, & non vestimen- 13
ta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum:
[8] quia benignus, & misericors est, patiens & multa mi-
sericordia, & præstabilis super malitia. Quis scit [9] si con- 14
uertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem,
sacrificium, & libamen Domino Deo nostro? Canite tu- 15
ba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, con- 16
gregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes,
congregate paruulos, & sugentes vbera: egrediatur sponsus
de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter ve- 17
stibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domi-
ni: & dicent: Parce Domine, parce populo tuo; & ne des
hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis na-
tiones, quare dicunt in populis: vbi est Deus eorum? Ze- 18
latus est Dominus terram suam, [11] & pepercit populo suo:
Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mit- 19
tam vobis frumentum, vinum, & oleum, & replebimini
eis: & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Et 20
eum, qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis: & expel-
lam eum in terram inuiam, & desertam: [13] faciem eius
contra mare Orientale, & extremum eius ad mare no-
uissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo
eius, quia superbe egit. [14] Noli timere terra, exulta, & 21
lætare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret. No-
lite timere animalia regionis: quia germinauerunt spe-
ciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus, &
vinea dederunt virtutem suam. Et filii Sion exultate, & 23
lætamini in Domino Deo vestro quia dedit vobis [15] do-
ctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos [16] imbrem
matutinum & serotinum, sicut in principio. Et im- 24
plebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia
vino, & oleo. Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, 25

[illegible] O [illegible] & [illegible] um complebit: [illegible] iactitabat. 14 N[illegible] exu[illegible], & lætate, quia [illegible] fi[illegible]tate, præterita da-mna [illegible] & vo[illegible] ftra ag[illegible] Dei fentient misera [illegible] herbam proferent pascua, arbores qu[illegible] suos vo[illegible] ne fructus emittent. & v[illegible] exultate, & propter dona Domini [illegible] am d[illegible] t vos [illegible] eximium illu[illegible] Doctorem, & omnium [illegible] spiritualium lum[illegible] ner tom[illegible] mittet vo[illegible] imbrem [illegible] matutinum quidem, quo [illegible]concuci-[illegible] otinum quo, e[illegible] tam al-[illegible] ac pluuiam [illegible]portunam elargi[illegible] curauit & [illegible] Eccl[illegible]: [illegible] n[illegible] & torcul[illegible] vin[illegible] [illegible] & [illegible] gratiæ ac virtutum: & [illegible] damna omnia, quæ [illegible] Chaldæorum, quem in [illegible] de[illegible] atem, & lau-d[illegible]

brucbus, & rubigo, & eruca, fortitud[illegible] misi in vos. Et comedetis vescentes, & sa[illegible] dabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit [illegible] biscum: & non confundetur populus meus in [illegible]num. Et scietis quia in medio Israel ego sum: & [illegible] minus Deus vester, & non est amplius: & non confun[illegible]tur populus meus in æternum. 28 Et erit post hæc [19] ef-fundam spiritum meum [20] super omnem carnem: & [21] prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ: senes vestri somnia somni[illegible]bunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. 29 Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spi-ritum meum. [illegible] Et dabo prodigia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem antequam veniat dies Domini magnus, [23] & horribilis. 32 Et erit, omnis, [24] qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit: [25] quia in monte Sion, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus, [26] & in residuis, quos Dominus vocauerit.

& iam non [illegible] suffundent [illegible] st De[illegible] est [illegible] stis, vt [illegible] Deum, præter q[illegible] est alius, qui vestri curam [illegible] [illegible] Christo [illegible], an Ioannes eius pater. [19] effundam sanctum m[illegible] super omn[illegible] carnem. & [21] [illegible] prophetabunt, senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri [illegible] & super seruos, [illegible] sanctum [illegible] ne se putent despectos. Rursu[illegible] Christi [illegible] ad di-[illegible] & Luna in sanguineum colorem mutabit suum candorem; antequam [illegible] ille Domini [illegible] quem [illegible] ille cuadet, qui nomen Domini [24] inuocauerit, ac coluerit, [25] [illegible] per suos Prophetas prædixit Dominus. & [26] de reliquijs Israelis, quos Dominus ad se vocare digna-[illegible]

ARGVMENTVM.

Rvrsvs prænunciat vastitatem Iudææ, Ierusalem, & templi per Chaldæos execu-tioni mandandam, & populi post LXX. annos è captiuitate Babylonica liberatio-nem. Christi deinde pollicetur aduentum, & Spiritu sancti super Ecclesiam delapsum; denique prodigia diem extremum iudicij præeuntia prædicit.

COMMENTARIVS.

1 Dies Domini.] Quo exercitus Chal-dæorum irruet in Ierusalem, & Iu-dæam, vt intelligunt Hiero. Theo-dor. Remig. Albert. Hugo, Dionys. Vat. Montanus, & Iudocus: de hac enim expeditione, sub allegoria examinum ani-malium terram deuastantiũ, loquitur Propheta.

2 Quasi mane.] Communem expositionem, & propterea veriorem protulimus in paraphrasi: ducta similitudine à luce matutina, quæ primo mane subito se diffundit per montes. Solus Mon-tanus intelligit de tenebris, quæ in vallibus den-santur aduentante Sole; à qua caligine *mane* no-men habet, siquidem dicitur *antelucanum tempus*. Est erg[illegible]s: sicut aurora illucescente cogun-tur obscuræ tenebræ in loca humiliora: ita ad-uentante exercitu Chaldæorum diem illum ca-ligo occupabit, iuxta illud Iob. 3. *dies ille vertatur in tenebras.*

3 *Populus multus.*] Chaldæorum videlicet, sed sub similitudine locustarum, vt volunt Hieron. Theodor. Remig. Albert. Hugo, Dionys. & Isido-rus; quia multa quæ subiciuntur non conueniũt Chaldæis, vt notauit Paulus Burgensis, nempe, vt aspectus equorum, & quasi equites sic curre[illegible] nam si de Chaldæis hæc intelligas, inconcinna est similitudo, cum ipse equites sint, & equis [illegible]-dentes venturi; at si de locustis sit sermo, recte e-quis, & equitibus comparantur. Sed si velis ser-monem primum fieri de Chaldæis, vt aliqui ex prædictis auctoribus volunt, tum etiam Monta-nus, particula, *sicut* non dicet similitudinem, vt recte aduertit Theodoretus, sed vehementiam, seu veritatem, & proprietatẽ; vt in illo Ioan. 1. 14. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre*, hoc est, vt reuera vnigeniti, vel digna vnigenito; ita in præsentia, Chaldæi reuera præ se ferent e-quorum aspectus, & vt vere equites current.

Similitudinis particula.

4 *Vsque ad annos.*] Aliud est dicere, *vsque ad annos generationis, & generationis*: aliud *vsque ad generatio-nem, & generationem*. Illud certum definitumque tempus significat vnius, aut duplicis vitæ: nam generatio idem est quod seculum, aut vita vnius hominis, quæ 80. aut ad summum 100. annorum numero continetur. Vnde Isai. 38. 12. dixit Eze-chias, *generatio, vel vita mea ablata est à me*. Eccles. 1. 4. *generatio præterit, generatio aduenit*. & Lucæ 21. 32. *non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant*. Ac pro-inde, cum Ioel dicit, exercitum Chaldæorum [illegible] illum à principio similem fuisse, qui videlicet, tam grauiter nocuerit Iudææ, & populo Dei & post eum non erit: non adiecit, *vnquam*, aut *nunquam ei similis erit*, vt notauit Theodoretus, [illegible] alij: quia exercitus Titi grauiorem vastitatem effecit, quã ille Chaldæorum; sed definite d[illegible] *vsque ad annos generationis, & generationis*, id est, per multos annos

Generatio quid no-tet.

d[illegible]ru[illegible] nempe seculorum, aut duarum vitarum. At cum Scriptura dicit, *vsq; ad generationem, & generationem*, vel *a progenie in progeniem*, nullum definit tempus. Vt Luc. 1. *& misericordia eius à progenie & in progenies* id est, per omnes progenies. Et Eccl. 39. *nomen eius requiretur à generatione in generationem*, id est, per omnes generationes.

Forma loquendi.

Per fenestras. Ex Hebræo Lyra, Tigurina, & Mont. legunt, *in gladium irruent*, seu *cadent, & non concupiscent*, aut *& vi*[illegible] *non quærent*, [illegible] *lucro non inhiabunt* & nomen quidem שֶׁלַח *selach telum, missile, gladium*, seu *iaculum* significat, vt Iob. 33.18. *& vitam eius, vt non transeat in gladium* & cap. 36.12. *si autem non audierint, transibunt per gladium*. 2. Paral. 32.5. *& fecit vniuersi generis armaturam*, aut *arma, & clypeos.* Septuaginta quoque hic verterunt, *in iaculis cadent*, à verbo *salah*, quod *mittere*, seu *dimittere* est, quod iacula, seu tela mittuntur; vnde nomen [illegible] sensus accepit, pro *missionem*, quasi dicas, *& in missionem cadent*, seu *se proijcient*, & ita exposuit: *& ad locum, ad quem missi sunt, vadunt interficientes.* Et quia per fenestras foras emittuntur, quæ è domo proijciuntur, ideo Vulgatus, & Hier. id nomê *fenestras* verterunt, quasi dixisset, *per emissiones*, h.e. per loca emissionum cadent, & non demolientur, propter dexteritatem, & strenuitatem militũ.

Lectio varia.

Verbum deinde יִבְצָעוּ *iuaabu*, à בָּצַע *batsahh* deducitur, quod propriè est, *vulnerare*, aut *sauciare*, metaphoricè autem, *quæstui sordido inhiare*; quo homo non secus ac gladio vulneratur. Atq; in illa significatione dixit Iob. c. 6.9. *Soluat manum suam, & succidat*, seu *vulneret me*. Isa. 38.12. *dum adhuc ordirer succidit me.* Iuxta hoc significatum verterunt LXX. *in iaculis cadent, & non consumentur*, & Dauid Kimhi, Pagn. Vatab. & alij non [illegible]. *super gladium deijcient sese*, vel *cadent, & non sauciabuntur*, aut lædentur; quia à Deo sunt missi eiusmodi milites, qui liberabunt eos. Vulgatus dixit, *per fenestras intrabunt, & non demolientur.* In altera significatione concupiscendi, seu inhiandi lucro, frequentissime accepit Vulgatus dum transfert persectari auaritiam; vt Prou. 1.19. *sic semitæ omnis auari.* Hebr. *concupiscentis concupiscentiam.* & c. 15.27. *conturbat domũ suam, qui sectatur auaritiam*, vel concupiscens concupiscentiã. Habac. 2.9. *væ qui congregat auaritiam*, aut *væ concupiscenti concupiscentiam malam.* & iuxta hoc significatum verterunt Lyra, Tigur. & Mont. *in gladium sese deijcient*, aut *cadent, & non quærent lucrum*, & Chaldæus, *ad locum ad quem missi sunt, vadunt trucidantes, & non recipiunt pecuniam.* hoc est, in gladios sese conijcient; occurrent Iudæis gladios districtos ferentibus, & iacula iacientibus, & in eorum acies sese immittent; nec desistent, oblatis muneribus, quia non capientur pecunia, iuxta illud Isai. 13.17. *Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint.* Tales enim extiterunt Chaldæi contra Iudæos, & tales Dei milites dæmones contra impios: quibus nihil prodesunt opes, & dignitates, vt se possint redimere. Nã vt dixit Dauid Ps. 48.8. ex his qui confidũt in virtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarum gloriãtur, nemo fratrẽ redimet suũ, needũ aliquispiã, nec dabit Deo preciũ redemptionis suæ.

Sensus bonus.

Dæmones [illegible] pec[illegible]

6 *Contremuit terra.* Hyperbolicè hæc dici putant Hieron. Theodor. Remig. Albet. Hugo, & Dion. q; pauentibus hæc ita fieri præ terrore videbuntur: aut quia copiosi exercitu irruente, tubarum sonitu, & militum vociferatione, & equorum [illegible] cation[illegible] & pulueris excitatione [illegible] tremere [illegible], cœlum tenebris obductum videbuntur, [illegible] t 1. M[illegible] *& clamabant* [illegible] *clamauerunt autem* [illegible] *hi, qui erant ex parte Iuda etiam ipsi, & commota est terra a voce exercituum.* & Virg. lib. 11 Æneid. dixit:

Hyperbolismus.

Tum cæco puluere campus
Miscetur, pulsuq; pedum tremit [illegible] *tellus.*

Verum [illegible] d[illegible] & Montan. [illegible] & pr[illegible] p[illegible] hæc euenisse affirmant, non hyperb[illegible] [illegible] uerint homines Deo iram esse [illegible] raris supplicia: [illegible] aliter ac [illegible] C[illegible] 21. futura signa in Sole, & Luna, & [illegible], & [illegible] tis pressuram gentium, ante diem iudicij. Nam nube contegi te cœlum, & voce Domini, n[illegible] tonitru, resonante, & fulgure, fi[illegible] inc[illegible] scante, & terram tremere, & cœlum [illegible] hominesq; pauere quotidie videmus. Vnde [illegible] dicitur de tonitru, *& Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui*, vt milites suos ad prælium excitaret. Nam per vocem Domini t[illegible] intelligunt Theodoretus, Vatablus, & Mont[illegible] solet Scriptura vocare Psal. 17.14. *& intonuit de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam.* & Ps. 28. *vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit*, [illegible] *super aquas multas. Vox Domini in virtute vox Domini in magnificentia, Vox Domini confringentis cedros.* Præcessit ergo Dominus tonando [illegible] uCh[illegible] dæorũ, vt Iudæos pauore cocuteret [illegible] cordi parere renuerãt, & [illegible] voce [illegible]

Scindite corda.] Heb. *scindite cor vestrum*, [illegible] *non vestimenta*: quę mos erat Iudęis in magnis doloribus à collo ad pectus secundum pectus scindere: vt ex Hebræis notat Montanus, & comprobat testimonijs Scripturæ Hier. Nu. 14.6. *Iosue, & Caleb sciderũt vestimenta sua*: quod velet populus in Ægyptum reuerti & Mat. 26.65. *Pontifex scidit vestimenta sua, dicens, blasphemauit.* & Paulus, & Barnabas Act. 14.13. quod Deo debita illis exhibere [illegible] adoratio. Cor autem scinditur cum conteritur, & aufertur cordis impietas, vt ait Chaldæus, & foras emittitur per oris confessionem.

Quia benignus. Quinq; voces hic coniunguntur ad Dei conditiones erga homines pœnitentes explicandas. Prima est חַנּוּן *hannun*, q. *gratuitum* propriè sonat, h.e. naturã, & voluntate habẽtẽ ad beneficentiã vltro propensam, & quæ delectetur cõdonare peccata; *benignus*, solet vertere Vulgat[9]. LXX. & alij *misericors*. Secũda vox est רַחוּם *rahum*, quæ hominem ex intimis visceribus amantem significat. Hispani dicunt, *entrañable, o de entrañas.* Vulgatus vertit *misericors*, seu *miserator*, vt etiam Septuaginta. Tertia vox אֶרֶךְ אַפַּיִם *erec apham, latus naribus*, vel *longus naribus*: qui huiusmodi sunt tardius irascuntur, & citius placantur; quo lenissimã Dei naturã, & ad iram tardam, & placatu facilem declaret. Nam breuis naribus cito iram concipit, & tardius placatur. Vulgatus solet interpretari *patiens*, aut *longaminis.* Quarta vox est רַב חֶסֶד *rau hesed, multus in misericordia*, quod plusquam petimus aut intelligimus solear impertiri; Paulus ad Ephes. 2. dixit, *diues in misericordia.* Quinta vox נִחָם עַל הָרָעָה *nichan hhal haraah* consolabilis super malo; qui animo sit placatu facillimo. Vulgatus solet vertere; *præstabilis*, seu *placabilis super malitia*, seu placatus aut pœnitens. Exod. 32.12. *Esto placabilis super malitia populi tui.* [illegible] *placatus* est

e... Domini... et malum quod locutus fuerat aduersus populum suum. C... ut solet dicere, *qui sententiam flectat super malitias.* Vocat autem *malitiam*, pœnas, & supplicia, vt hic notat Hieron. quod sit Deus placatu facilis, ne infligat mala, quæ fuerat comminatus: aut reuocet verbum suum ab inducendo malum, vt ait Chaldæus.

Militia... pœna.

9 *Si conuertatur.*] In Hebræo legimus, *quis scit, conuertatur, & pœniteat eum mali.* quæ verba sic explicant Hebræi cum Chaldæo. Qui scit penes se esse peccata, abscedat ab eis, & misericordia applicabitur ei: & quicunque pœnitentiam egerit, dimittentur ei peccata sua, & recipiet benedictiones, atque consolationes: & erit eius oratio, sicut viri, qui offert oblationes, & libamina in æde sanctuarii Domini. Verum consuetudo Scripturæ, & omnium interpretum consensus habet, in huiusmodi oratione subintelligi (*si*) particulam dubitantem; vt 2. Reg 12. *Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & viuat infans:* Ionæ 3. *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus?* atque ita verterunt LXX. & cæteri interpretes. Atque etsi dubitationis variæ ex aliis locis reddantur rationes, at hic vera ratio est, quod Propheta vere dubitabat, an conuertendus esset Deus à sententia lata, & parciturus; facturusque ne Chaldæi in Iudæam venirent, eamque depopularentur: vt visum est Hieronymo, & Ruperto. Nam huiusmodi dubitatio cadere in Prophetam potest.

...ses Hebræorum.

Sensus verus.

10 *Inter vestibulum, & altare.*] Vniuersum templi Salomonis ædificium hoc ordine constructum erat; primum quod sese offerebat ingredienti ex plaga Orientali, erat atrium exterius, in quo populus consistebat; deinde sequebatur atrium interius, seu sacerdotum: spacium magnum aperto cœlo muris conclusum, & porticibus vndique ornatum, & ab exteriori separabatur septo alto solis tribus cubitis, vt ait Iosephus 8. Antiq. cap. 2. in cuius parte vestibulo proximiori erat altare holocausti. Post atrium sacerdotum sequebatur porticus, de qua 3. Reg. 6. dicitur. *& porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis iuxta mensuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis.* hæc porticus Hebraice vocatur אולם *Vlam.* vt hic vocat Ioel. & Theodotio nomen retinuit. Septuaginta vocarunt *crepidinem*, Symmachus πρὸ πυλῶνος *ante fores*, nempe templi. Aquila πρὸ θυρῶν, hoc est, *porticum*, Hieronymus *ante fores templi*, seu porticum appellat. Vulgatus hoc loco, & 2. Paral. 3. *vestibulum templi* transtulit. Ex porticu, adibatur templum, seu domus Domini, quæ sancta dicebatur, & exterior pars erat sexaginta cubitorum in longitudine, & viginti cubitorum in latitudine & triginta in altitudine, vt legimus 3. Reg. 6. in huius templi parte proximiori sancto sanctorum erat altare thymiamatis, seu incensi, quod à populo videri non poterat, vt constat ex 1. cap. Lucæ. Tandem ad Solis occasum extrema sequebatur pars templi interior & sacratior, quæ *adyta*, seu *sancta sanctorum* dicebatur, & soli summo sacerdoti patebat. Igitur in ea parte atrii sacerdotum, quæ patet inter altare holocausti, vt ait Lyra, & porticum, seu vestibulum, iubet sacerdotes plorare, dicens; *plorabunt*, pro *plorent*, vt Hieronymus cum aliis exponit, vt populus videns, & audiens eorum eiulatum vehementius excitaretur ad pœnitendum.

Templi partes ordine descriptæ.

Atrium interius.

Iosephus.

Porticus.

Sancta.

Sancta sanctorum.

Quod vero dixit Christus Matth. 23. *vsque ad sanguinem Zachar. æ filii Barachiæ quem occidistis inter templum, & altare*; locum designat porticus, seu vestibuli, quod medium est inter templum, & altare holocausti. Perueniebant autem sacerdotes ad locum illum fletus, & precum, post altare sacrificiorum, & holocausti; quod prius oporteret sacrificiis, & holocausto paratum accedere ad orandum Deum, eum, qui velit placatum, & benignum inuenire: parum enim roboris habet oratio, si non sit munita mortificatione.

Inter templum & altare.

Mortificatio robora orationē.

11 *Pepercit populo suo.* Pro *parcet*, non quidem hostes depellendo, ne Iudæam depopulentur, & ciues ducant captiuos Babylonem; sed eorum iam captiuorum miserendo, & è captiuitate in patriam reducendo. ita indicant Hieron. & Mont. nam quia hactenus de Chaldæorum vastitate, qua Iudæam erant vastaturi sermo fuerat, nunc sequitur vt agat de liberatione Iudæorum, & in patriam reditu, vt commune est Prophetis aliis, & de bonis temporalibus, quę abunde illis Deus largiturus est, pro illorum destructione prius facta: quibus feliciter perfruituri erant, ne multo post reditum è Babylone tempore, eis aliquid infelix, & calamitosum accideret; hoc enim significat aduerbium, *vltra*, non in perpetuum, sed per longum tempus.

12 *Et eum qui ab Aquilone.*] Sennacherib Assyriorum regem intelligunt Hieronymus, Theodor. Remig. Albertus, Hugo, & Dionys. de quo legimus Isa. 37. centum octoginta quinque millia ex eius exercitu in vna nocte Angelo sæuiente percussa. Sed huic obstat primum, tempus Prophetæ, quem suo loco diximus prophetasse sub Manasse, iam multo ante strage illa facta: deinde quia Sennacherib, vastato exercitu, non est pulsus in terram desertam, & inuiam, sed venit in suam ciuitatem Niniuem. Tertio, quia eum, qui ab Aquilone est, non alium intelligit, quam quem superius vocauerat populum fortem, & copiosum, qui ingressus est vrbem Ierusalem; at Sennacherib non cœpit Ierusalem; ergo ipse non hoc loco intelligitur.

1 Expositio de Sennacherib.

Sunt alii, qui per eum, qui ab Aquilone est, accipiunt Holophernem cum exercitu suo, qui ab Aquilone venit, vt dicitur Iudith. 16. 5. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ.* & ordo historiæ prænunciatæ à Ioele ita ostendit; nam post promissum reditum è Babylone, & terræ felicitatem, promittit se, Tyrannum ab Aquilone venturum, depulsurum; at nullus eiusmodi præter Holophernem inuenitur. Verum nec hæc intelligentia vera est; tum quia, vt diximus, hic promittit depulsurum eum, de quo superius dictum erat, quod ingressurus esset Ierusalem, ascensurus muros, & per fenestras intraturus, &c. At Holophernes non tantum non fuit ingressus Hierosolymam, sed nec accessit ad eam vt obsideret; sicut nec Betuliam ingressus est: tum quia historia Iudith non accidit post reditum è Babylone, sed multo ante, sub rege Iudęorum Manasse, vt in Chronologia sacra probauimus.

2. Expositio de Holopherne.

Est ergo verior intelligentia de exercitu, seu gente Chaldæa, quam expulit Deus à populo suo, quem sub sua tenebat potestate captiuum, vt etiam Iudæam ipsam, cui Chaldæi domina-

3. Expositio vera de Chaldæis.

bantur; nam per Cyrum, & Darium proculeos fecit à Iudæis, dum Babylonem ceperunt, & Chaldæam subiugauerunt, & regnum Chaldæorum euerterunt in gratiam Iudæorum: qui liberi in patriam remissi sunt, & temporali potiti felicitate. Nec ratio Prophetiæ cogit ordinem historiæ seruare; simul enim pollicetur, & felicitatem populi, & vltionem de hoste sumendam: & dispergendum partim ad Orientem, & partim ad Occidentem per latas solitudines.

13 *Faciem eius.*] Quod dicit dispergendos hostes per deserta, partim versus mare Orientale, partim versus mare nouissimum: sunt qui accipiant mare Galilææ, quod ad Orientem est terræ promissæ, & mare primum vocant Septuaginta & mare Mediterraneum, quod Occidentale est, & nouissimum Palæstinæ. Alii intelligunt mare Oceanum, quod ad Solis ortum excurrit, & Mediterraneum, quod alluit Palæstinam ad Occasum. Hieronymus, Albertus, & Lyra accipiunt ad Orientem mare mortuum, ad Occidentem mare Mediterraneum, inter quæ duo maria vniuersa continetur Palæstina. Vnde cum populum, qui ab Aquilone venit contra Ierusalem, & Iudæam, prænunciat Ioel dispergendum per solitudinem, & terram inuiam, & fugandum partim versus mare mortuum, partim versus mare Mediterraneum. Vel quia loquitur de Chaldæis è Iudæa expulsis, qui illam incolebant, atque dominabantur, missi à Nabuchodonosore, vt constat Ierem. 40. 10. & cap. 41. 3. & 18. vt Iudæam destructam administrarent, & conseruarent. nam cum cognouissent Chaldæam subiugatam à Persis, & Medis, & ipsi Iudæam deseruerunt, & in fugam conuersi, partim fugerunt versus Orientem, partim versus Occidentem, quo sors tulisset. Vel quia omnino loquitur de euersione Chaldæorum; sed sub metaphora locustarum, vt ait Hieronymus, quæ respectu terræ, in qua loquebatur Propheta, abigebantur per solitudines, in maria, tam Orientale mortuum, quam Occidentale Mediterraneum; & in eis præcipitatæ sunt. Itaque iuxta suum tectæ locutus est de exercitu locustarum: quibus similis ruina accidit Chaldæis, siquidem fuga sese eripuerunt partim ad Orientem, partim ad Occidentem. Ex copia autem occisorum putredo, ac fœtor in aera ascendit, ob meritum eorum, quia superbe, inquit, egit contra populum Dei, vel quia magnificauit, vt faceret; nullo enim modo suam vim, & audaciam compescuit, quin Iudæos persequeretur, & spoliaret vita, bonisque.

1. Expositio.

2. Expositio.

De Chaldæis est sermo.

14 *Noli timere.*] Omnibus, quæ supra fuerat commioatus, nunc contraria pollicetur Deus, temporalia bona post reditum è Babylone, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Albertus, Lyra, & alii. Solus Montanus bona spiritualia sub temporalibus intellecta accipit, quæ Christus adduxit: sed hæc sub illis adumbrata nemo inficiatur.

Bonorum temporalium promissio.

15 *Doctorem.*] Hebraice לִצְדָקָה אֶת הַמּוֹרֶה *eth hamoreh litsdakah.* Est autem *moreh* nomen deductum à verbo יָרָה *iarah*, quod est, *iacere, iaculari*, & per metaphoram *docere*, quod doctor instillet, seu iaciat doctrinam instar guttarum, in discipulum; & legislator, quod legem statuat, & præcipiat, quæ ab eodem verbo dicitur תּוֹרָה *thorah.*

Ratio sermonis.

A Vnde Iob 38. 22. dicitur, *quis sicut ipse Moreh legislator, aut doctor, vel nullus ei similis in legislatoribus*, vt legit Vulgatus. Psalmo 9. 21. *Constitue Domine Moreh legislatorem, vel magistrum super eos* quamuis Pagninus legit per Camets מוֹרָה *morah* pro *metu*, cum Chaldæo vertens, *pone Domine timorem eis*, Psalm. 83. 8. *Etenim benedictionem dabit moreh legislator, aut doctor.* Hieronymus vertit, *benedictionibus amicietur doctor*, vel *operiet doctor*, vt alii volunt Isaiæ 30. 20 *& non faciet auolare a te* מוֹרֶיךָ *morecha doctorem tuum & erunt oculi tui videntes* אֶת *eth* מוֹרֶיךָ *morecha doctorem*, vel *præceptorem tuum.* Significat quoque idem nomen *pluuiam temporaneam & tempestiuam, quæ statim iacto semine decidit, & illud excitat, prouehit, & fœcundat*; nam inebriat terram, & germinare facit, & dat semen serenti, & panem manducanti, vt dicitur Isaiæ 55. Vnde in

Moreh pluuia.

B hoc loco Ioel. vers. 23. dicitur, *& descendere faciet vobis imbrem* מוֹרֶה *moreh pluuiam temporaneam, & serotinam, in primo.* & est positum vtrobique idem nomen *Moreh* per allusionem, cum in secundo loco ponatur pro יוֹרֶה *ioreh pluuia*, vt legimus in Codice Complutensi, vt sub eodem nomine *pluuia, & doctor* significetur, quod alia lingua non potest capere. His ita positis

Sunt aliqui hoc loco volentes nomen *moreh* pro *pluuia* accipere, & ita vertunt, *quia dedit vobis pluuiam propter iustitiam, & descendere faciet vobis imbrem, pluuiam temporaneam, & serotinam in mense primo.* Nam putant adhuc de felicitate temporali fieri sermonem, adeo vt propter iustitiam

C filiorum Sion, & propter actam pœnitentiam, polliceatur illis Deus pluuiam illam tempestiuam, & non tantum illam, sed & serotinam abunde. & probat hunc sensum versio Septuaginta, *quoniam dedit vobis escas, seu alimenta iustitiæ, in iustitiam*, escas scilicet, quæ ex pluuia *moreh* proueniunt, quibus vescantur, & lætentur, vt accipiunt Hieronymus, & Theodoretus, qui hæc omnia referunt ad felicitatem temporaneam post reditum e Babylone. Verum nulla ratio cogit hoc loco nomen *moreh* pluuiam interpretari, & non doctorem, cum Chaldæus ita exposuerit, *quoniam reddidit vobis doctorem vestrum in iustitiam*; & Vulgatus, ac Hieronymus in

D Commentario, R. Salomon apud Lyram, & recentiores omnes interpretes, Tigurinus, Vatablus, Isidorus, Robertus, & Montanus, & ex supradictis exemplis constet hoc potissimum habere significatum Hebræum nomen. Maxime cum ad lætitiam, & exultationem filiorum Sion hoc adiecerit, diuersum ab eo, quod sequitur, nempe, *dedit vobis Moreh ad iustitiam, & descendere faciet vobis imbrem Moreh, & serotinam mense primo.* nec enim in priori loco intelligitur pluuia ad iustitiam, sicut in posteriori pluuia temporanea, quæ enim pluuia ad iustitiam potest accipi nisi doctrinæ, & doctoris, qui ad iustitiam erudiat. Doctorem ergo eo nomine recte intelligimus. Sed videndum est, quis sit hic doctor

E accipiendus.

Ruffinus & nonnulli alii existimant hunc Doctorem esse Ezechiam regem Iudæorum, cuius precibus liberauit Deus Ierusalem ab exercitu Sennacherib: de quo dicitur 2. Paralipom. 30. quod miserit cursores cum epistolis in vniuersum Israelem, qui dicerêt: *Filij Israel, reuertimini ad*

2. Expositio de doctore Ezechia.

Dominum

Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel: & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manum regis Assyriorum, &c. quasi dicat nudo Deus. Conuertimini, & gaudete; quia ego procul pellam Sennacherib, & ... dabo vobis regem, ac doctorem, qui vos erudiat ad iustitiam, & propter quem liberabo vos, & multis cumulabo beneficiis. Sed ostendimus supra hic non institui sermonem de Sennacherib, ac proinde nec de Ezechia; sed de exercitu Chaldæorum, qui destruxit Ierusalem, & captiuos duxit Babylonem Iudæos, & post liberationem hic doctor dandus promittitur, præsertim si verum est Ioel post Ezechiam sub rege Manasse prophetasse. Nec enim Sennacherib ingressus est Ierusalem, vt Chaldæus exercitus.

Refutatio.

Expositio Prophetæ.

Rabbi Salomon, quem sequitur Lyra, Albertus, Hugo, Dionysius, & Isidorus existimant hic singulare accipi pro plurali, *doctorem pro doctoribus*, quos volunt esse prophetas: nam ad temporalem felicitatem populi adiicit, non defuturos Prophetas, qui eum instituant ad iustitiam; sicut ex infelicitate deflebant quidam apud Dauidem Psal. 73. 9. *Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscent amplius.* Sunt autem hi Prophetæ, quos dedit Dominus post reditum è Babylone, Haggæus, Zacharias, Malachias, & similes alii, qui hortabantur populum ad pietatem, & suis precibus, ac monitis tutabantur. Hac vero ratione intelligendum Prophetam ostendit, quod de temporali felicitate loquatur, quam facit pluuia temporanea, & serotina: & vbertas opposita sterilitati, quam fecit locusta, & bruchus. At huc videtur eludere verba Scripturæ, cum nomini *Moreh* præfigatur articulus notificatiuus, ה, *he*, nam legimus המורה *hamoreh*, qui notat eximium quid, siue pluuiam, siue doctorem; profecto, non quamcumque pluuiam, seu doctrinam; nec quemcumque doctorem, sed insignem, & omnibus notum, Prophetam illum, quem vniuersa Scriptura promittit. Maxime cum statim optimo ordine post hunc doctorem promittatur illapsus Spiritus sancti in Ecclesiam Ierosolymis congregatam.

Refutatio.

Expositio vera de Christo.

Certior igitur intelligentia sit per *doctorem* hic accipi Christum, vt accipiunt Haymo, Rupertus, Remigius, & Albertus quoque, tum etiam Vatab. Montanus, & Robertus, Christum videlicet eximium doctorem, qui vnus est magister, vt ipse dixit Matth. 23. & parem non habet, & quem Prophetæ promiserunt sub hoc nomine, quos supra retulimus, & Isaias cap. 55. 4. *Ecce, ait, testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus*, ipse est enim doctor iustitiæ, siue ad iustitiam, quod esset eruditurus suum populum ad iustitiam, & iustitia muniturus. Recto vero ordine consequitur, vt post temporalem felicitatem, in tempus post reditum è Babylone promissam, felicitas spiritualis per Christum afferenda promittatur.

De temporali felicitate.

16 *Imbrem.*] Omnes interpretes, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus & Isidorus, hæc quæ subnectuntur de temporali felicitate accipiunt, qui nomine *doctoris* Prophetas intellexerant, vel pluuiam, vel siquidem Christum exposuere, inter temporalia bona, auctorem bonorum omnium spiritualium, cum ipsis bonis promitti ... fuerāt; & erit sensus: & descendere faciet vobis imbrem opportuno tempore, nempe pluuiam temporaneam mense Octobri ad serendum, & serotinam mense Martio ad segetes maturandas: & tam vberes fructus percipietis, vt instaurent, & restituant eos, quos illa examina locustarum, nempe exercitus magnus Chaldæorum, quem in vos misi, abstulerunt: & gaudebitis, & ... tabimini, & per longa tempora nemo vos pudore afficiet. sicilli. Quod autem dixit, *sicut in principio.* Hebraice est בראשׁן *barison, in primo*, & Chaldæus, Pagninus, Vatabl. & alii explicant, *in primo mense Nisan*, qui nobis fere est Martius. Septuaginta vero, & Vulgatus verterunt, *sicut in principio*, hoc est, sicut antequam terra destrueretur ab hoste, quando fructus vberes ferebat. Præterea quod addit, *& non confundetur populus meus in sempiternum.* Lyra, & Pagninus, explicant, *in seculum*, quia per multos annos potitus est ea temporali felicitate non in æternum: siquidem vastatus est sæpius, & à Romanis tandem destructus. Verum magis cohærens intelligentia est Ruperti, Haymonis, & Montani, qui sub allegoria bonorum temporalium intelligunt bona spiritualia à Doctore Christo filiis Israel communicata: nam cum filios Sion ad lætitiam, & exultationem inuitaret Ioel ob ingens hoc beneficium, quo dedit illis doctorem iustitiæ Christum, cur statim demississet sermonem ad promittenda bona temporalia, & non potius bona spiritualia à Christo hominibus concessa? Deinde quia cum statim addit, *& erit post hæc, effundam spiritum meum*, relatiuum, *post hæc* videtur referre Christi aduentum, & bona omnia, quæ ille contulit hominibus prædicatione, exemplo, & morte. Tertio, quia verbum illud, *in æternum*, cum ait, *& non confundetur populus meus in sempiternum*; non potest conuenire temporali Iudæorum felicitati, quæ non est sempiterna; imo iam finita est omnino; at spiritualis fidelium felicitas & durat, & durabit in æternum. Sed videamus quid per imbrem matutinum, & serotinum sit accipiendum.

De bonis Christi spiritualibus.

Nomine *imbris*, seu *pluuia temporanea*, seu *tempestiua*, *& serotina*, Hieronymus, Haymo, & Albertus intelligunt vetus, & nouum Testamentum; quasi vtriusque doctrina vtriusque pluuiæ non munus præstet; vel possit serendo vetus Testamentum deseruire, & non maturandis frugibus; sicut & nouum potest & fœcundare terram, & fruges ad maturitatem perducere. Montanus accipit vtriusque gratiæ tam præuenientis, quam subsequentis opportunitatem. Alii gratiam primam, qua, suscepto spirituali semine, conuertantur ad pietatem Christianam; & vltimam, qua perficiantur fideles. Sed Hieronymus quoque, & Rupertus intelligunt verbi Dei, seu doctrinæ Euangelicæ instillationem, & prædicationem; & verius: nam propterea eodem nomine Ioel est vsus, videlicet, *Moreh*, quo significauit *Doctorem iustitiæ Christum, & pluuiam tempestiuam*; vt doceret nomine *pluuiæ* illius doctoris eximii doctrinam esse accipiendam: siquidem ita solet doctrina vocari, vt à Mose Deuteron. 32. 2. ad hunc modum concinente. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.* Ac similitudo inter vtrumque

Imbris & pluuiæ nomine quid significetur.

Pluuia prædicatio Euangelii.

Similitudo doctri-

næ cum pluuia.

ctumque maxime est, quam declarat Isaias cap. 55.10. & quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltra non reuertitur; sed inebriat terram, & infundit eam & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti. sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Quamuis autem Rupertus explicet imbrem matutinum, & serotinum, primam verbi salutis prædicationem factam Iudæis in principio Ecclesiæ per Christum, & Apostolos; & vltimam in fine mundi, cum omnis Israel saluus fiet: commodius tamen intelligimus cum Hieronymo affluentem copiam prædicatorum, & verbi Dei, opportune irrigantis corda fidelium, siue cum incipiunt vitam agere secundum Christum: siue cum iam ad perfectionem deducti sunt: nemini enim deest hæc pluuia cœlestis, tam abundans, sicut in principio primitiuæ Ecclesiæ, & tam opportuna, sicut tunc demittebatur.

Affluentia verbi Dei.

17 *Et implebuntur.*] Bonorum spiritualium abundantiam declarat vbertate fructuum terræ: nam quemadmodum cœlis irrigantibus terram, sata, vineta, & olueta fructus ferunt, adeo copiosos, vt areæ, in quibus expurgantur frumenta, redundent, & torcularia, in quibus mustum exprimitur, & oleum ab acinis, folliculis, detritis ossibus, & aliis excrementis purum factum, supereffluant. ita Apostolis, aliisque prædicatoribus, instar quorundam cœlorum, verbum Dei instillantibus super terram, sata eius, vineta, & olueta, nempe diuersas fidelium Ecclesias ita fœcundant opportune, emolliunt, & crescere faciunt, vt multam ferant frugum copiam, virtutum videlicet, quibus sustententur, vuarum, & oliuarum, quibus roborentur, & emolliantur; quæ in areas, & torcularia exportata, hoc est, in loca exercendis, & purificandis ab excrementis virtutibus apta; vt sunt tyrannorum persecutiones, ascetéria monachorum; & aliorum fidelium variæ afflictiones, ærumnæ, & miseriæ, frumentum abundat: vinum, & oleum affluit; quibus vescantur, roborentur, & emollescant ad pietatem; vnde læti gratias agunt Deo, quem in medio sui habent, vsque ad miraculum, antiquorum penuriam, noua Euangelii vbertate obruentem. Hoc est, quod promittit, cum ait, *& reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.* Hebraice: *exercitus meus fortis.* sic vocat exercitum Chaldæorum, licet minimis animalculis similem dixerit; *& reddam vobis annos bonos*, exposuit Chaldæus, pro annis, quibus vexarunt vos populi, gentes, & linguæ, & principes, & reges. Nam si Deo omnipotenti conferantur quicumque populi, quicumque exercitus fortissimi, quid sunt nisi minuta animalia, & exiguæ? at si humanam fragilitatem respicias, exercitus magnus, ac fortis sunt, nisi illos à Deo, illa animalcula: siquidem exilibus rebus, ac infirmis omnipotens manus Dei diruit imperia, deprimit potentatus, monarchias deuastat; nam *infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* Nonne suam potentiam exeruit Deus Exod. 8. & 9. contra superbiam Ægyptiorum, per muscas, locustas, & cyniphes, tam paruos culices, vt vix oculis cerni possint? Itaque ait, antequam illam penuriam, illa damna temporalia, quæ exercitu

Affluentia bonorum spiritualiũ.

Rebus minimis ingẽtia Deus diruit.

Chaldæo Iudæam depopulante, [illegible] noua per Christum spiritualium bonorum vbertate, ac fertilitate compensanda; vt filii Sion [illegible] dicere possint cum Dauide Psalmo 89. *lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala.*

Et erit post hæc.] In Hebræo ab his verbis nouum caput inchoatur, vt notat Lyra, ac distinguit Pagninus. Sed quo tempus id fiat, quod ait Ioel Dei nomine *Et erit post hæc*, dubitatur. Nam quot modis auctores intellexerunt doctorem iustitiæ, totidem sunt qui intelligant spiritus effusionem. In primis Ruffinus cum aliis quibusdam qui doctorem iustitiæ explicuit Ezechiam, cuius precibus exercitus Sennacherib percussus est & ipse fugatus, ac vniuersæ Iudeæ pax reddita, cum bonis hic promissis, intelligit post hæc missum Spiritum sanctum in illos cursores, quos misit Ezechias in vniuersum Israelem, vt ad pietatem reuocaret. Alii, qui per doctorem intellexerunt plures doctores, & Prophetas, accipiunt, post populi reditum à Babylone, & felicitatem postea, effundendum Spiritum sanctum in Prophetas, qui prophetarent populo futura. Quod si opponas Petrum hæc verba fuisse interpretatum de tempore Christi. Respondet Ruffinus, Petrum suo tempori accommodasse hanc prophetiam, quod res tunc gestæ recte congruerent: vere autem locutum Ioelem de tempore Ezechiæ, vel post reditum è Babylone. Verum neutra hæc expositio vera est, non prior, quia sicut supra eius falsitatem ostendimus quoad intelligentiam doctoris iustitiæ, ita modo manifestatur quoad effusionem Spiritus sancti, quæ tunc nulla fuisse legitur. Non posterior, quia post reditum è Babylone, & felicitatem populi, non inuenimus tempus, quo hæc effusio facta est, post doctores iustitiæ, Prophetas scilicet datos.

Obi[ectio]

Re[sponsio]

Certa ergo expositio est communis patrum, & Hebræorum, de eo tempore esse sermonem, quod recto ordine consequitur post Christi doctoris aduentum; cum enim paulo ante dicta explicuerimus de Christo, & eius doctrina, ac de copia bonorum spiritualium per eum adductorum; statim sequitur post hæc vt promittat se missurum Spiritum sanctum super Apostolos, & fideles. Sunt autem hæc verba eiusdem, qui dedit nobis filium suum, eximium iustitiæ doctorem, Dei patris, qui post ascensum Christi in cœlum promittit se effusurum Spiritum sanctum suum, vt videtur Tertulliano libr. 5. aduersus Marcionem cap. 4. 8. & 17. & Vatablo; quamuis vna cum filio miserit. Sic etiam Chrysostomo Homil. 5. in Acta.

E[ffusio] Spi[ritus sancti post Chri]sto [doctore]

Verba P[a]tris.

Effundam.] De Spiritus sancti super fideles descensu in Pentecoste intellexit hanc prophetiam Petrus Actor. 2. 14. qui stans cum vndecim locutus est; *viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos æstimatis hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per Prophetam Ioel. Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, &c.* Quem secuti sunt omnes patres; Irenæus lib. 3. contra hæreses cap. 12. Iustinus in Dialogo cum Tryphone, Tertullianus locis dictis, Hilarius libr. 8. de 19

Spiritus [sancti] missio.

Irenæ[us] Iusti[nus] T[ertullianus] Hilarius.

Tunc.

[illegible] Chrysost.

[illegible]. Omnes Homil. [illegible] in Matthæum. Chry[illegible]mus Homil. 4. & [illegible] in Act. & Homil. 1. in [illegible] ad Ephesios [illegible] in demonstratione quod Christus sit Deus. D[illegible]mus lib. 1. de Spiritu sancto. Ambrosius lib. [illegible] de Spiritu sancto cap. 7. Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Remigius, Rupertus hoc loco, & Oecumenius in 2. cap. Actuum, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, Isidorus, Robertus, & Montanus. Quin & Hebræi ipsi hanc largam Spiritus effusionem ad tempora Messiæ referunt vt Chaldæus. R. Salomon, quem adducunt Lyra & Galatinus lib. 8. cap. [illegible]. David Kimhi, & R. Iesu. & [illegible] immeriter: & sane in superioribus ætatibus nunquam tam copiosa Spiritus effusio facta est, cui hæc prophetia potuerit conuenire, præter illam, quæ super Apostolos facta est in monte Sion in die Pentecostes: quam Spiritus instar aquæ effusæ affluentiam, nomine Baptismi significarunt Ioannes Matth. 3. 11. cum dixit, *Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam; qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne.* & Christus Act. 1. 4. qui *conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum: quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies.* Cuius verbi recordatur Petrus Actuum 11. Sed in quos hæc effusio promittitur facienda; & quæ donorum futura effusio iam videamus.

Baptismi [illegible] Spiritus sancti.

20 *Super omnem carnem*] Docet super quos Spiritus sanctus esset effundendus, nempe super omnem hominem, cuiuscumque ætatis, sexus, & conditionis sit; nam caro vsu Scripturæ pro homine accipitur per synecdochen, vt [illegible] illo Genes. 6. 12. *Omnis caro corruperat viam suam*, & in illo Lucæ 3. 6. ex 40. Isaiæ. *videbit omnis caro salutare Dei.* Sed vtrum per hos homines sint intelligendi Iudæi tantum, ac gentiles, vel vtrique dubitatur. Origenes Ecclesias ex gentibus collectas intelligit, satis augustè; & Chrysostomus Homil. 2. in Act. super centum viginti congregatos in cænaculo. At Tertullianus cap. 17. Hieronym. Theodoretus, Rupertus, Albertus, Lyra, & Montanus cum ceteris, in vtrosque, tam Iudæos, quam Græcos asserunt promitti Spiritum effundendum. At certe ad posteros Iudæorum cuiuscumque ætatis sint, & conditionis hæc promissio videtur facta; Tum quia ipsosmet his promissionibus consolatur Ioel, & Deus per eum; quos de[illegible]s, vastandosque per Chaldæos prædixerat. Sed filios Sion prædixerat vastandos per Chaldæos; ergo eosdem modo consolatur: ad eos enim locutus est cum dixit, *& filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit, pro dabit vobis doctorem iustitiæ*, & mox. *Et erit post hæc, effundam spiritum meum super omnem carnem*: & explicans quam vocet *omnem carnem*, addit esse illorum posteros, *filios*, [illegible] *filias*, *senes*, *& iuuenes*, *seruos*, *& ancillas*. Tum quia Petrus hanc promissionem completam explicuit in filiis Sion, nempe in Apostolis, & aliis centum viginti, super quos delapsus erat Spiritus sanctus, vt constat ex verbis eius, quæ supra retulimus numero 19. & Christus Actorum 1. præcepit Apostolis, *ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris*, per Ioelem factam, *quia baptizabimini*, ait, *Spiritu sancto non post multos hos dies.*

Caro pro homine.

Origen. Chrysost.

Tertull.

Spiritus sanctus [illegible] ex Iudæis.

Quod si obiicias, non tantum filiis, filiabusque Sion, sed etiam Gentibus missum fuisse Spiritum sanctum, siquidem Actorum [illegible]. 44. *adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.* & Actorum 15. dixit Petrus, *Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis; & nihil discreuit inter nos, & illos.* Promissio ergo illis quoque facta est. Rupertus respondet Ioelem prioribus verbis ostendisse promissionem factam filiis, filiabusque Sion; deinde sub illis verbis, *seruos & ancillas*, intelligi gentes: nam iuxta Paulum ad Roman. 2. *Iudæo primum, deinde Græco*, id est, gentium, *gloria, & honor, & pax*; & ita Spiritus sanctus promittitur. Sed Montanus nomine *seruorum Dei, & ancillarum* intelligit Apostolos, & discipulos, de quibus Petrus explicuit. Hebræi autem, & Rufinus exponunt *seruos & ancillas* conditione Hebræorum, nam in Hebræo tantum legitur. *sed & super seruos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum*, vt legit quoque Chaldæus, quasi dicat: effundam spiritum meum super omnes posteros vestros; nempe super filios, & filias, super senes, & iuuenes, quin & mancipia vestra, quoad vtrumque sexum huius beneficij largitate ponentur. Hos autem secundum Septuaginta, & vulgatum, vocat *seruos meos*, *& ancillas*, vt in eos peculiarem ostendat bonitatem: alioqui & filij, & filiæ, iuuenes, & senes, nisi Dei serui essent, & ancillæ, non fuissent participes Spiritus sancti.

Obiectio, ad Gentes missum Spiritum sanctum.

Responsio

Dicendum igitur est Deum suo populo promittere Spiritum sanctum effundendum in viros, ac mulieres, senes, & iuuenes, seruos, & ancillas conuertendos ad Christum ex Iudæis: quorũ sunt promissa, vt ait Paul. ad Ro. 9. 4. nam illis promissiones factæ sunt, & illis completæ sunt ex debito veritatis, & fidelitatis. Gentes autem admissæ sunt ad eorumdem bonorum participationem non ex debito promissionis illis factę, sed ex misericordia; vt explicuit quoque Paulus ad Roman. 15. 8. cum dixit. *Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare Deum.* Sicut ergo Doctor iustitiæ Christus promissus est populo illi; & ad implendam promissionem, illi euangelizauit; quamuis ex misericordia gentibus sese exhibuit: Ita populo illi promissus est Spiritus sanctus, & super omnes homines cuiuscumque conditionis, & ætatis, ac sexus illius venit ex [illegible], vt dixit Petrus: at ex misericordia ad gentes etiam sese effudit: loquitur ergo de effusione Spiritus sancti facta primum super Apostolos, & discipulos in die Pentecostes; & quoties in primitiua Ecclesia baptizabantur ex circumcisione, & vsque ad nostra tempora, vt volunt Hieronymus, Theodoretus, & Montanus; ex veritate; ex

Ex fidelitate Iudæis promissus est Spiritus sanctus, gentibus ex misericordia.

Vt Christus debitus est Iudæis ex promissione, ita Spiritus sanctus.

Gentibus, & Christus & Spiritus sanctus ex misericordia donatus.

misericordia vero, de effusione facta super fideles ex gentibus.

21 *Et prophetabunt.*] Omnes fere interpretes ad illud significatum restringunt verbum *prophetandi*, vt solum significet futurorum prædictionem, & occultorum detectionem, siue ex visis, siue ex somniis oriatur. Nam multis hoc donum accidisse, ex Actibus Apostolicis compertum est, & ex Paulo, & ex historia Ecclesiastica: verum anguste satis interpretantur, cum illi vere prophetare dicantur, qui diuino Spiritu correpti de magnis, ac diuinis rebus canunt ac differunt; aut etiam concionantur, aut interpretantur Scripturas, aut quasi diuini poetæ choreas agunt, & denique prædicant laudes; vti 1. Reg. 11. Saul prophetare dictus est inter huiusmodi Prophetas. Cum ergo Petrus completam dixerit Ioelis prophetiam in Apostolis, & discipulis, inter quos erant mulieres cum matre Iesu; qui tunc non futura prædicebant, sed cum omnium expectantium admiratione *loquebantur variis linguis magnalia Dei*: existimati propterea temulenti; cogimur illud verbum accipere pro omni genere sermonis, qui ex effuso Spiritu sancto profectus est; ad pietatem fidei augendam, & Ecclesiæ ædificationem: qualis diuiditur à Paulo 1. ad Cor. 12. dicente, *diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu. alij gratia sanitatum in vno Spiritu: alij operatio virtutum: alij prophetia: alij discretio Spirituum: alij genera linguarum alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.* Itaque ait, *prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ*, hoc est, ex posteris vestris, vtriusque sexus, non deerunt, qui cum omnium loquantur admiratione de Dei magnalibus, prout Spiritus sanctus dabit eloqui illis: quin & futura prædicent, siue per somnia cognita, siue per visa. Quod vero senibus somnia: iuuenibus visiones tribuerit, non puto quicquam continere mysterij; cum & visiones contigerint senibus, vt Petro Act. 10. & Ioanni in Apocalypsi; & somnia iuuenibus, vt Paulo Actor. 16. Sed explicaturus Propheta modos cognoscendi futura per somnia, & visa, omnibus per Spiritum sanctum communicanda, senibus somnia; iuuenibus visa attribuit, vt omni ætati hæc dona ostenderet conferenda: nisi velis senibus natura ad somnia aptioribus somnia adsignata; at visa iuuenibus, quod rarius somnient: vel senibus accommodari perfectiorem Prophetiæ gradum, quo Deus loquatur eis tamquam prouectioribus: at iuuenibus imperfectiorem per imagines, & visa tamquam minus idoneis.

Prophetare omne charisma notat.

Gratiæ omnes ad prophetiam pertinent.

Omnia, & visa quibus conferenda.

22 *Et dabo prodigia.*] Variæ sunt huius quoque loci expositiones, quas referemus, vt certiorem eligamus. Sunt in primis quidam, quorum supra refutauimus sententiam, qui, vt *doctorem iustitiæ*, accipiebant Ezechiam, & *Spiritus sancti effusionem*, multorum Prophetarum copiam, qui tunc prophetauerunt contra Assyrios: ita prodigia hic simul prædicta exponunt, aut quæ reuera acciderunt in obsidione Ierusalem per Sennacherib, & in illius exercitus percussione: vel per allegoriam notant insignem calamitatem, quam pertulerunt Iudæi, illo ad vrbem obsidendam veniente, quæ præcessit diem ... & horribilem, vel Iudæis mæstis, ac timentibus, vel potius ... Assyriis ... Nam tunc omnes ... inuocauerunt Dominum, & incolumes euaserunt, qui se receperunt ad Sion, & illi, quos ... te Domino ... Verum hæc expositio Iudaizantium est: cum neque *doctorem iustitiæ* ... *Spiritum sanctum* cum acceperint, qui ... ac proinde nec de calamitate Sennacherib loquitur Propheta, quæ iam præcesserat.

Expositio ... tempus ...

Refutatio.

Secundo, Hieron. Cyril. Remigius, Haymo, Albert. Hugo, & Dionys. hæc omnia explicant de tempore passionis Christi, quo Sol obscuratus est, & Luna in sanguinem conuersa; & terra mota est, apertis monumentis, & saxa concussa; & sanguis effusus e corpore Christi, & ignis accensus, cuius fumus oculis Iudæorum ... incutiebat: hæc autem acciderunt ante diem resurrectionis Christi magnum discipulis, & horribilem Iudæis, tunc iam saluus erit, qui nomen Domini inuocauerit, & qui fidei adhæserit, quæ è monte Sion prodiuit, & quem Dominus vocauerit. Probat hanc intelligentiam vera B. Petrus, qui actor. 2. 17. ad comprobandum Spiritus sancti aduentum, & prodigiorum tunc factorum originem, hanc integram prophetiam affert. nam post priora verba supra adducta, *& dabo*, addit, *prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & manifestus. Et erit: omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* B. quoque Paulus ad Roman. 10. qui de priori Christi aduentu vsurpat illa verba. *Omnis quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* At ipse sibi non satisfacit Hieronymus, cum in fine huius capitis sic se corrigat, & præcedentem expositionem refutet. *locus hic*, inquit, *difficillimus est, & multiplicem recipiens explanationem, vt sub tropologia omnia, quæ dicta sunt, ad illa tempora referamus, ad quæ Petrus, & Paulus Apostoli retulerunt: hoc est quando passus est Dominus, & resurrexit. Neque enim fieri potest, vt superiora in tempore passionis, & quæ sequuntur intelligamus in die iudicij, maxime cum sequatur: quia ecce in diebus illis, & in tempore illo.] & iste versiculus præcedentibus inferiora connectens vno dicat cuncta tempore perpetrata.* Hæc ille, quibus docet ad diem iudicij prædicta cum sequentibus pertinere. Apostolos autem suo proposito accommodasse; quorum fuit consuetudinis, iuxta illud, quod de sancto viro scriptum est Psalm. 111. *Dispensabit sermones suos in iudicio*, vt quicquid vtile audientibus esse cernebant, & non repugnare præsentibus, de alterius temporis testimoniis roborarent: non quod abuterentur audientium simplicitate, & imperitia, (vt impius calumniatur Porphyrius,) sed iuxta Apostolum Paulum, prædicarent opportune, importune. Hactenus paulo superius Hieronymus: & Petrus quidem ex abundantia totam adduxit Prophetiam: vel si prodigia accommodauit illi tempori ad confirmandos admirandos sermones discipulorum, ad futurum tempus retulit illud, *antequam veniat dies magnum, & manifestus*, non ad Christi resurrectionem, quæ præterierat.

Expositio ... Christi.

Refutatio.

Tertio, Chrysost. Homil. 5. in act. & Oecum. in c. 2. & Isidorus secutus Munsterum explicant

Expositio 3. de ex... obsidione Hierosolymitana.

hæc

hæc de excidio Ierosolymitano per Romanos facto, in quo hæc prodigia facta sunt, Iudæis incredulis punitis; nam sicut multa bona iam dicta promittuntur credentibus in Christum: ita incredulis Iudæis graue hoc indicium perditionis ciuitatis, & gentis. Ait ergo; ita, vt dixi, me geram cum iis, qui ex vobis o filii Sion in Christum crediderint; at cum incredulis contrario modo: nam adducam exercitum Romanorum, qui vestram ciuitatem diruant, & gentem perdant gladio, & igni: & dabo prodigia in cœlo, dum præ ingenti calamitate tristibus Sol videbitur obscurari, & Luna in sanguinem conuerti, & in terra sanguinem ex cædibus tot myriadum, & ignem, quo vrbs cum templo succensa est; & vaporem fumi ex igni ascendentis. Et hæc quidem præcedent diem illum magnum, & horribilem miseræ ruinæ illius Reipublicæ, & perpetuæ captiuitatis, & per omnes gentes dispersionis; & tunc euadent, qui Christo crediderint: nemo enim salutem consequetur, aut euadet illam stragem, nisi filii Sion, qui secuti sunt fidem, quę prodiuit ex Sion, & residui, quos Dominus vocauerit. Constat enim ex historia Ecclesiastica fideles ante illam calamitatem diuinitus admonitos, euasisse, fugientes inde in alias ciuitates, & prouincias. Hæc expositio satis cohærens videtur, cum verba hæc recto ordine statim consequantur post aduentum Spiritus sancti, & varia miracula eius opera perpetrata, vt excidium Ierusolymitanum consecutum est; & præterea, quia fideles, ex dicto Domini, euaserunt; nam Dominus per oraculum illos admonuit Ierosolymis, vt discederent, sicut refert Eusebius Eccles. Histor. lib. 3. cap. 5. & hoc est quod hic ait Ioel, *quia in monte Sion, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus*, nempe illis. Vnum obstat, quod suæ quoque expositioni obiecit Hieronymus, verbum quod in principio sequentis capitis ponitur. *Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo*. quo notatur ad idem tempus pertinere quæ in tertio capite traduntur, & quæ in fine secundi exposita sunt; sed verba tertii capitis pertinent ad tempus extremi iudicii, vt ostendemus. Ergo quę præcesserunt continent prodigia illum diem prę-euntia, maxime cum Isidorus de excidio Ierosolymitano prodigia explicuerit futura, antequam veniat dies Domini magnus; quem intelligit diem iudicii, & sequentia de eo tempore similiter exponit.

Confirmatio. *Eusebius.* *Refutatio.*

Quarta igitur, certaque expositio est communis Tertulliani in lib. de resurrectione carnis c. 22. & lib. 4. contra Marcionem cap. 39. Origenis Tract. in Matthæum, Chrysostomi in cap. 2. Actorum, Theodoreti hic, Bedæ in 13. Marci, & Lucæ 21. S. Thomæ in 24. Matthæi, Oecumenii in 2. Actorum Lyræ, Ruperti, Vatabli, & Montani; quin & Hieronymi, vt diximus, qui de prodigiis exponunt extremum diem præcedentibus, quæ Christus prænunciauit futura, Lucæ 21. 25. cum dixit: *erunt signa in Sole, & Luna, & stellis*, &c. & hoc est, & dabo prodigia in cœlo, & in terra, ante aduentum filii hominis ad iudicium: In cœlo, quidem, *nam Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo* vt dicitur Matth. 24. 29. in terra autem sanguis effundetur nimiis pręliis; *nam consurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum*, & in Antichristi persecutione multi fideles capite plectentur, multique cruciabuntur, & vniuersus orbis concremandus est; vnde copia fumi consurgens aerem complebit, *antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis*, vt iudicet. quando tantum euadent salui, qui Dominum coluerint; & hi sunt, qui ad montem Ecclesiæ Christi recurrerint; & ab eo, vt residui, fuerint vocati. Ita habet hæc expositio, nunc aliqua verba Ioelis explanemus.

4 Expositio de die iudicii. *Tertull.* *Origenes.* *Chrysost.*

Et horribilis.] Hebraice נורא *nora*, *horrens*, aut *horribilis & timendus*, vt frequenter vertit Vulgatus Deut. 10. 21. *Deus magnus, & terribilis*, Psalm. 146. 6. *& fortitudinem terribilium tuorum dicent*. At Septuaginta vertunt ἐπιφανής, *illustris*, *clarus*, seu *manifestus*, quos secutus est Petrus Actor. 2. 20. cum dixit *antequam veniat dies Domini magnus, & manifestus*; quod dies ille extremus horribilis futurus sit omnibus hominibus, ob summam iudicis claritatem, & maiestatem, quam ostendet. nam ideo Angeli dixerunt discipulis Actor. 1. 11. *Hic Iesus, qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum*. & Matthæus cap. 24. 30. *& videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa, & maiestate*. nihil enim magis timorem incutit reis, quam iudicis potestas manifesta omnibus, claritas, & maiestas, cui nemo sese opponere possit. 23

Dies Domini magnus, & manifestus.

Qui inuocauerit.] Hebraice, *omnis, qui inuocauerit in nomine Domini effugiet*, aut euadet. Nam in extremo illo iudicio, sicut qui non fuerit confessus nomen Domini coram tyrannis Antichristi ministris, extremas luet pœnas; ita liber euadet, & quasi ex bello onustus spoliis, quicumque inuocauerit nomen Domini. Est autem inuocare nomen Domini, nihil aliud, quam prædicare, publice profiteri, glorificare, & celebrare; in quibus Dei cultus exterior pręcipue consistit: nam inuocatione, gratiarum actione, prædicatione verbi Dei, & confessione colitur Deus. Sic Prou. 20. 6. pro, *multi homines misericordes vocantur*, dicitur Hebraice; *Multitudo hominum prædicabit*, vel celebrabit, *vnusquisque misericordiam suam*. & cap. 27. 16. *oleum dexteræ suæ vocabit*, prædicabit, aut celebrabit, quia suo sese odore declarat, & manifestat. Prou. quoque 1. 21. de Sapientia dicitur. *in capite turbarum clamabit*, pro *prædicabit*. & 8. 1. *numquid non sapientia clamabit*, aut *prædicabit*? est ergo idem quod Dominum externo cultu pręcipue colere. Vnde & loca religiosa, vt templa, in quæ conuocantur fideles ad colendum Deum, ex eodem verbo vocantur, *conuocationes*, aut *conuentus*. Vt Isa. 4. 5. *& creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & super conuocationem eius*, hoc est, vbi congregantur ad cultum Dei, quod dixit Vulgatus, *& vbi inuocatus est, nubem per diem*; & Leuit. 23. 2. *Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis conuocationes sanctitatis*, nempe, in quibus congregabamini ad sanctum Dei cultum. Hoc genere inuocationis, Genes. 4. in fine, dicitur de Enos; *hic cœpit inuocare nomen Domini*. & de Abraham, Genes. 12. 8. dicitur, quod *ædificauit altare Domino, & inuocauit nomen eius*. & cap. 13. 4. *in loco altaris quod fecerat prius, inuocauit nomen Domini* hoc est, cultum exhibuit; sic Paulus ad Roman. 10. 12. dixit, *Idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant*, aut colunt *illum, omnis enim quicumque inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit*; ita ergo cũ ait Ioel, in extremo iudicio, *omnis q inuocauerit* 24

Inuocare nomen Domini quid. *Inuocatio cultus externus.*

nomen

Dei cultores euadent in die iudicii.

nomen Domini, saluus erit, idem est, ac dicere, tunc euadent supplicium soli veri Domini cultores, & qui veram sectati religionem, pietatem, quam ipsa docet, æmulati fuerint.

25 *Quia in monte Sion.*] Reddit rationem eius, quod dixerat, *& erit; omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit*, seu *euadet periculum iudicij*, nempe, qui coluerit Dominum in monte Sion, & adscriptus fuerit ciuis Ierusalem, *quia in monte Sion, & in Ierusalem erit euasio*. Per *Sion*, & *Ierusalem* omnes fere intelligunt Ecclesiam Catholicam, Haymo, Rupertus, Vatab. & Montanus. Alij, vt Hieronym. Theodoret. & Lyra accipiunt proprie *Sion*, & *Ierusalem*, quasi matrem Ecclesiæ; quicumque enim perstiterit in fide, & vera religione, qua primum cultus est Dominus in Sion, & in Ierusalem, in qua Christus operatus est mysteria fidei, ille euadet. Soli enim Sionitæ cultores Domini, & Ierosolymitani ciues liberabuntur: sicut dixit sæpe Dominus per suos Prophetas. nam Isai. 4. 3. dicit. *Et erit; omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur; omnis scriptus ad vitam in Ierusalem*. nempe, qui ab hædis separatus, agnis annumerabitur.

Fidem Sionis secuti, & pietatē æmulati euadent.

26 *Et in residuis.*] Hebraice, & in שרידים *seridim*, quod Iudæi loci nomen putant, vt ait Hieronymus, quasi dicat, ou salutos, qui se receperint in montem Sion, & in Ierusalem, & in seridim; nempe *quos Dominus vocauerit*, aut *elegerit*. Septuaginta in Codicibus Complutensi, & Regio, sicut in B. Hieronymo εὐαγγελιζόμενοι transtulerunt, *& annunciantes*, seu *euangelizantes*, *quos Dominus vocauit*. in Theodoreto legitur in plurali, *& annunciantes quos Dominus vocauit*. in Codice Vaticano habetur passiue, *& euangelizati*, *quos Dominus vocauit*. Hi enim, qui Euangelium susceperint, saluati erunt. deduxerunt, vt puto, à radice בשר *basar*, vnde verbum בשר *bisar*, *nunciare* & *euangelizare*, nam præpositionem ב *beth*, cum legimus בשרידים *basridim*, vt radicalem acceperunt; & בשרים *basrim* legerunt, vt Iudæi, qui loci nomen esse dixerunt, vt בשור *besor*, de quo dicitur 1. Reg. 30. 9. *& venerunt vsque ad torrentem Besor*. Sed verbum est שרד *sarad*, quod est *superstitem esse*, aut *residuum*. vnde cum Vulgato omnes interpretes hic transtulerunt, *& in superstitibus*, seu *in residuis*, *quos Dominus vocauit*, seu *legit*, aut *elegit*; nam hoc quoque significat verbum קרא *Kare*, quo hic vtitur Ioel. & Chaldæus exposuit: *& liberabuntur*, *quos Dominus destinat*. Est ergo sensus Prophetæ. in illo extremo iudicio, illi soli euadent, qui Dominum coluerint vero illo cultu, qui capit In Sion, & in Ierusalem. videtur loqui de iustis, qui per superiora tempora in pace decesserant, sed cum addit, *& in residuis*, loquitur de iis, qui perseuerauerint in persecutione Antichristi, qui enim superstites remanserint, à Domino vocati, & electi, vt strenui milites, hi salui euadent è iudicio, & cum Domino intrabunt in gaudium.

Ratio lectionis.

Sensus verus.

IOELIS PROPHETÆ.

Paraphrasis.

QVIA ecce [1] sub tempus illud extremi iudicii, quo Iudæi conuertentur ad fidem Christi, è captiuitate diaboli erutti, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem [2] Iosaphat, vt ibi cum eis contendam iudicio, & ostendam eas extremo dignas supplicio, quoniam electos meos, vt hostes sunt insectati, è propriis sedibus repellendo, & in alienas sedes exules deportando, qui terram meam, quam illis dederam ad habitandum, cum illorum facultatibus partiti sunt inter se, & ipsos sortitione comparabant sibi [3] & pueros dederunt in precium meretricibus pro corporis prostitutione: & puellam pro vini poculo permutarunt. Vestrum [4] Tyr. & Sidon, & omnes alii habitatores Palæstinæ cum cæteris hostibus populi mei quid mihi vobiscum, qui tam sæuos erga vos exhibui? is affectione vestra nequaquam iniusta, vt vicissim de me velitis, ac de meis electis, qui nulla vos affecerunt iniuria? Sed impune non abibitis, nam ego me vlciscar de vobis, & breui iniuriam in caput vestrum retorquebo. Argentum enim meum, & aurum, & opes selectas, quas electis meis donaueram, eripuistis vobis, & in Deorum vestrorum cultum, vestramque voluptatem conuertistis; ac ipsos gentibus vendidistis, & in regiones longe remotas a patria sua deportastis. Ego vndecumque [5] suscitabo eos & asseram in libertatem, & quam eis intulistis iniuriam, rependam in caput vestrum, & tradam vos filiosque vestros vobis similes eis iudicandos, vt ipsi vicissim tradant cruciandos perpetuo dæmonibus, de quorum manu eripi nequaquam poteritis. & fiet id proculdubio, quia Dominus locutus est. Clamate ad gentes, [6] indicite, si sit videtur vobis, bellum aduersus meos electos, excitate robustos accedant omnes viri bellatores, parent bellica instrumenta omnia: & si quæ habent non satis sint,

Cap. III.

QVia ecce [1] in diebus illis, & in tempore illo, cum 1
conuertero captiuitatem Iuda, & Ierusalem:
Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem 2
[2] Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo,
& hæreditate mea Israel, quos dispersserunt in nationibus,
& terram meam diuiserunt. Et super populum meum 3
miserunt sortem: [3] & posuerunt puerum in prostibulo,
& puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Verum 4
quid mihi, & vobis [4] Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? numquid vltionem vos reddetis mihi? et si vlciscimini vos contra me, cito velociter reddam
vicissitudinem vobis super caput vestrum. Argentum 5
enim meum & aurum tulistis: & desiderabilia mea, &
pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios Iuda, 6
& filios Ierusalem vendidistis filiis Græcorum, vt longe
faceretis eos de finibus suis. [5] Ecce ego suscitabo eos de 7
loco, in quo vendidistis eos: & conuertam retributionem
vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros, 8
& filias vestras in manibus filiorum Iuda, & venundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus
est. Clamate hoc in gentibus, [6] sanctificate bellum, 9
suscitate robustos: accedant, ascendant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones ve- 10
stros in lanceas. Infirmus dicat: quia fortis ego sum.
Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & con- 11
gregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos

[illegible] m, [illegible] qui debilis [illegible] rnt, qui impiorum [illegible] [illegible] ad expugnandam plebem meam [illegible] usque [illegible] [illegible] & [illegible] Iosa[illegible] [illegible] omnes [illegible] eos cruciabat [illegible] Mitte [illegible] Angelos [illegible] quia iam messis [illegible] ve metatur: [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] Domini [illegible] lerusalem [illegible] & Luna [illegible] stellæ [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] plebem [illegible] electam [illegible] feliciter [illegible] [illegible] ac robore: tunc enim [illegible] cognoscet ipsi [illegible] esse Dominum Deum suum [illegible] [illegible] in quam nullus [illegible] inquinatus ing[illegible] [illegible] amplius cum [illegible] cuibus. Inde [illegible] nihil adducitum [illegible] omnia læta, & [illegible] montes eius [illegible] stillabunt dul[illegible] [illegible] suauitatis [illegible] candidissimum lac, & [illegible] Deum aquæ decur[illegible] [illegible] Domini [illegible] qui irrigabit [illegible] electorum [illegible] perse[illegible] fuerint illos, in nihilum redigentur, propterea quod sanguinem effu[illegible] innocentem [illegible] lerusalem in æterna pace conquiescet, [illegible] vindicato iam sanguine eorum, qui nondum fuerat vindi[illegible] [illegible] ea præside [illegible] in æternum.

tuos. Consurgant, & ascendant [illegible] vallem 12
Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes [illegible] in cir-
cuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis: 13
venite, & descendite, quia plenum est torcular, exuberant
torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. Populi 14
populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini
in valle concisionis. Sol & Luna obtenebrati sunt, 15
& stellæ retraxerunt splendorem suum. Et Dominus 16
de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: &
mouebuntur cæli, & terra: & Dominus spes [illegible] suæ, &
fortitudo filiorum Israel. Et scietis quia ego Domi- 17
nus Deus vester habitans in Sion monte sancto meo: & erit
Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam am-
plius. Et erit in die illa: Stillabunt montes dulce- 18
dinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibunt
aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit
torrentem spinarum. Ægyptus in desolationem 19
erit, & Idumæa in desertum perditionis: pro eo quod ini-
que egerint in filios Iuda, & effuderint sanguinem inno-
centem in terra sua. Et Iudæa in æternum habita- 20
bitur, & Ierusalem in generationem, & generationem. 21
Et mundabo sanguinem eorum, quem non munda-
ueram: & Dominus commorabitur in Sion.

ARGVMENTVM.

SVB allegoria iudicii exerciti a Domino in hostes plebis suæ Israeliticæ, in patriam restitutæ, & multis bonis affectæ, postquam eam grauissime afflixerant, & dispercerant, describit extremum Christi iudicium, in quo vlturus est iniurias illatas electis suis ab impiis, quos in libertatem assertos in supernam patriam reducet, illis omnino concisis, & in æternum detrusis carcerem.

COMMENTARIVS.

IN diebus illis.] Quos dies intelligat Propheta, vel de quo tẽpore prænunciet, dubitãt interpretes: quod adeo huius capitis difficilis sit intelligentia, vt Hieron. nullam afferat literalem ex propria sententia, ceteri maxime diuersam. Quidã Hebræorũ, vt refert Must. totum hoc caput explicant de admiranda victoria comparata diuinitus in valle Iosaphat, omnibus hostibus sese interimentibus, á rege Iuda Iosaphat, vt refertur 2. Par. 20. Verum hęc expositio inepta est; tũ quia Ioel futura prophetat, nõ commemorat historiam: tũ quia non erant captiui filii Iuda, vt eos liberatos dicamus: at Propheta loquitur de tẽpore, quo Deus liberaturus est é captiuitate plebẽ suam. Tum denique quia in illo bello hostes erant Ammonitę, Moãbitæ, & Idumæi, quorum [illegible] nulla fere mentio, nisi Tyri, & Sidonis, & Ægypti [illegible] solum meminit Idumæorum.

Secundo, ex [illegible] alii sermonẽ esse de Assyriorum cõcisione, quos Dominus adduxit in vallem iudicii, & penitus vastauit; plebe sua liberata mirabiliter. Sed siue loquãtur de percussione exercitus Sennacherib facta per Angelum: siue de quauis alia nusquam memorata, non conuenit tempore Prophetæ, qui futura prænunciat, & de tẽpore loquitur, quo plebem suam Deus est é captiuitate reducturus; cum tamen tẽpore Ezechiæ plebs Iudaica in patria ageret, non captiua.

Tertio, Cyrillus, & Theodoretus putant hæc [illegible] lenda prædici post reditum é Babylone, quo tempore congregaturus est Dominus gẽtes Scythicas cum Idumæis, & aliis vicinis, quę vna cum Babylonis diripuerunt bona Iudęorum; aut gentes, quæ, auctore Esdra, impediebant, vrbis templique instaurationem; iudicaturus eas in valle Iosaphat & populum suum vlturus. Sed hæc ita fuisse completa nec legimus, nec coniectamus, cum per tempus á captiuitate nullum eiusmodi bellum nouerimus, nec tantam fuisse populo felicitatem, quanta hic promittitur: quare Iudæi in futurum completionẽ expectant prædictorum.

Quarto igitur, nonnulli ex Hebræis, quos refert Hieronymus, hęc intelligunt de temporibus Vespasiani, & Titi, & maxime Hadriani; quando in delubro pacis omnia templi vasa dicata sunt, & Iudæi gentibus longe dissitis venditi, & eorum terra destructa per Romanos, & vicinas gentes. Vindictã aũt contra huiusmodi hostes suturam, & Iudęos é captiuitate eruendos, & temporalem Ierusalem restaurationem, q̃ á Ioele putant promitti, adhuc cæci præstolãtur in extrema tẽpora.

Quinto, aliis visum est hæc referre ad ultimum bellum persecutionem Tyrannorum, a quo liberabit Deus suos tempore nascẽtis Ecclesię & multis modis consolabitur. At multa hic dicuntur, quæ durę ei historiæ possunt accommodari: nam conuersio captiuitatis Iudæ nondum facta est, sed fini mundi reseruatur, vt ait Paulus ad Rom. 11. Deinde nunquam hactenus Deus congregauit omnes gẽtes, vt disceptaret cum illis ad vltionem de eis sumendam in gratiam iustorum: quod relinquitur in diem iudicii.

Qua-

Margin notes: [illegible] intelligentia [illegible] de [illegible] Iosaphat. — Refutatio. — Intelligentia [illegible] de vi[illegible] Assyriorum. — Refutatio. — Intelligentia 3. de re[illegible] ditu é Babylone. — Refutatio. — Intelligentia 4. de Tito, Vespasiano, & Hadriano. — Intelligentia [illegible] de [illegible]. — Refutatio.

A

Quapr[illegible], vt de extremo iudicio intelligamus [illegible] hoc caput, quo omnia cohæreant. [illegible] Hebræorum quos refert Hieronym[illegible] illa verba. *Verum quid vobis*, &c. & Galatin[illegible] 12. de arcanis Catholicæ veritatis cap. 14 [illegible] Tract. 3 in Matthæum, Hieronymi, R[illegible], Ruperti, Haymonis, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysii, Vatabli, Isidori, Montani, & Roberti; & hoc tempus significaus [illegible] dixit, *in diebus illis, & in tempore illo*; nempe de quo paulo ante locutus fuerat in fine capitis secundi; vt ex sententia Hieronymi notauimus eo loco. Hunc ergo sensum prosequemur tamquam veriorem.

In gen. Hieron.

2 *Iosaphat.* Hebraice יהושפט *iehosaphat*, quod Latine est *Dominus iudicium*. Dubium graue est,

B

Quæstio [illegible]

vtrum ex hoc loco deducatur Christum iudicaturum super vallem dictam *Iosaphat*; an locus, quem Dominus elegerit, quicumque is tandem sit, *Dominus iudicium* appelletur: Non pauci existi[mant] nomen *Iehosaphat* non esse nomẽ proprium [alic]uius loci, ac iudicium Domini definiti, sed esse appellatiuum, significans locum, quẽ Christus selecturus est ad iudiciũ, qui propterea dicetur, *Dominus iudicium*: nobis ignotum, nec alicubi ab Scriptura [illegible]. Et hanc intelligendi rationem [illegible] secutus Hieronymus hoc loco, & super 3 [Ez]echel prope finem, & in Epist. 142. ad Damasum, dum ex[plic]at gentes cogendas in vallem Domini iudicii, hoc est, in iudicium Domini profundum, quod verbum Græcum [illegible] significantius dicit, est enim *deor[s]um ductam*. & Chal[d]æus, qui exp[onit] *in vallem di[ui]si[o]nis iudicij* nec reprobat hanc sententiam Abulen. q. 331. super 25. cap. Matth[æi] [illegible] Haymo, & Albertus, &

C

probatur hæc [intel]ligentia vera: tum quia rationem nominis ex futuro iudicio deducit, cum ait, *[&] disceptabo cum eis ibi*: vel & iudicabor cum eis ibi. Tum qui[a] [illegible] eandem vocat vallem con[cis]ionis, propter gentes in ea concidendas; vbicumque tandem id futurum sit. Tum maxime, quia nomen hoc diuersis vallibus est impositum, quasi nomen commune sit locis, in quibus Dominus suum exercuit iudicium. si quidem vallis Iosaphat iuxta vrbem est Ierusalẽ, ad radices montis Oliueti. Illa autem vallis, quam putant Abraham Ilezi[illegible] filius, & Rupertus dictam quoque

D

vallem benedictionis, in qua filii Iuda cum rege Iosaphat benedixerunt Dominum ob victoriam partam diuinitus de Ammonitis, Moabitis, & Idumæis, 2. Paralipo. 20. longe est remotior ab Ierusalem, siquidem filii Iuda egressi sunt per desertum Thecuæ ad dimicandum contra eos, vt [illegible] eo vers. 20. quod adiacet vrbi Thecua [illegible] mare rubrum, Thec[ua] autem duodecim [mil]libus, vt ait [illegible] in principio c. 6. Ieremiæ, [illegible] ab Ierusalem, id est, [illegible] tribus, & illi ce[illegible] vicinitate torrentis, qui erat contra solitudinem [illegible], vt dicitur 2. Paral. 2[0]. 16.

Iosaphat nomen cō-mune co[rum]

Cum [illegible] Ioel di[ci]t [congre]gandas gentes in vallem Iosaphat, [illegible] in qua

E

Domin[illegible]; [no]bis ignotam, ac [illegible] nomen ge[nera]le e[st], non [illegible].

A[illegible] tur nomen hoc proprium esse [illegible] aturus est viuos, & [illegible], & Vulgatus, & re[illegible]

A

[illegible]

R[illegible]us [illegible]

p[illegible] & [illegible]

tum [illegible]

Montanus [illegible]

[illegible] n[illegible] on, q[illegible]

[illegible]

[illegible] no[illegible]

[illegible] *hanab*, & [illegible] capa[illegible]

ergo [illegible] est iudicium [illegible]

[illegible] poli[illegible] *Iosaphat*.

[illegible] qui p[illegible] vallem Ios[a]p[hat] [illegible]

[illegible] omnia [illegible] in ad iudicium Domini [illegible]

B

illam desertam, in qua conciderut Ammoni[illegible] & ciues montis Seir, 2. Pa[ralip. 20.] [illegible] Io*saphat*, [illegible] reg[illegible] dep[illegible], v[illegible] *dicabo cum eis* [illegible] vide [illegible] Aretas C[illegible] Episcopus [illegible] 6. in c. Apoc. his verbis. *Quod[a]m in terra futurum sit iudicium quidam sanctorum Prophetarum per vallem Iosaphat insinuauit[illegible] effu[de]runtque Deum ad iudicium [illegible] ibi bella contigerint, multique exercitus* [illegible] mus tamen supra, locum [illegible] victoriæ [illegible] partæ, longe dissitum esse ab Ier[usa]lem, ne[c] fuit auctor aliquis eo[r]um [illegible] d[illegible] al[lem] Iosaphat ad iudicium [illegible] an extra circuitũ Ierusalem. E[t] Aretas, [illegible] se loqui de valle illa pro[illegible] exercitu Am-

C

monitarum, Moabitarum, [illegible] in-telligi potest locutus de va[lle] p[r]ox[ima] [illegible] in qua multa bella contig[illegible], qui obsederunt vrbem san[ct]am, & tu[nc] exercitus Assyriorum, vt prophetauit Isaias cap. 30. 31.

Quarto tandem multis visum est vallem [Iosa]phat nominatam à Ioel, esse illam, quę iacet [inter] montem Oliueti, & [mu]rum orbis Ierusalem: quam ita describit Beda in libello de locis [sa]nctis c. 6. *Iuxta murum templi, vel Ierusalem Gehennon occurrit, quæ est vallis Iosaphat, à Septentrionali plaga in Austrum porrecta per quam torrens Cedron, si quando pluuiarum aquas recipit, occurrit. Hæc vall[is], & parua campi planities irrigua, & nemorosa, plenaque delitiis, locum in se quondam Baali sacrum habuit. In hac tur-*

D

ris regis Iosaphat sepulchrum eius continens. Salignacus historicus [illegible] cap. [illegible]. *Prope locum, vbi Christus orando sanguinem sudit, sepulchrum est Iosaphat R[eg]is Iuda, pulchra pyramide insignitum e regione templi Salomonis. & inde vallis sortita est nomen illud [illegible], vt dicatur in Scripturis, & historiis, vallis Iosaphat, in qua generale iudicium credunt e[sse] futurum.* Agnoscunt [illegible] hanc vallem Hebræi: ait enim D[auid] Kimhi. Hæc porro vallis erat regis Iosaphat: & forsasse ibi ædificarat, aut aliquod opus gesserat, & propterea nomen eius retinuerit: vicinaque [e]st vrbi Ierusalem. Q[uin] & Hieronymus in hoc cap. super illa verba, *consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat*, quæ a[d] Orientalem, inquit, partem [illegible] & in

E

31. Ieremiæ, super illa verba. *Ecce dies veniunt* [di]cit *a turre Anatoth, tribus ab Ierusalem millibus separata, vsque ad torrentem Cedron, qui [sc]ribitur in E[ua]ngelio, & est in valle Iosaphat, vbi hort[us] erat, in [qu]o & Iudas proditor tradidit Saluatorem.* [illegible] de hac valle ad radi[ces] [mo]n[tis] Oliueti sita, & I[os]aph[at] dicta, merito dub[itari] n[o]n [illegible]

n[illegible]

A [illegible] Regum [illegible] hac dicta est, propter [illegible] opus insigne [illegible] ea ab illo extructum. Communior opinio est propter sepulchrum Iosaphati ita vocatam. etiam tamen 3. Reg. 22. 51. & 2. Paralip. 21. 1. dicatur sepultus Iosaphat in ciuitate Dauid cum patribus suis, & à Iosepho lib. 9. Antiquit. cap. 1.

In hac ergo valle, ac circum eam, sistendas omnes gentes à Christo in aere super montem Oliueti considente, iudicandas asseruit Remigius, Lyra, Dionys. & Vatablus, quin & Albertus, & D. Thomas in 24. Matth. & in 4. d. 48. cum omnibus Scholasticis. sic enim ait Remigius. *Quidam pueriliter hoc intelligentes putant, quod Dominus veniens ad iudicium, descensurus sit in vallem Iosaphat: quæ vallis posita est in latere montis Oliueti, sed nihil est quod dicunt. Dicit B. Hieronym. alij que Doctores, quod non in terram descendet, sed in spacio istius aeris sedebit contra ipsum locum montis Oliueti, in quo ascendit in cælum. Et sicut Ioannes Chrysostomus dicit, Angeli deferent ante eum signum crucis: in valle autem Iosaphat congregabuntur omnes gentes, non solummodo Iudæi, qui in eum credere noluerunt, sed omnes impij, qui ab initio seculi fuerunt. Sancti autem, & iusti non descendent in vallem cum impiis, id est, ad iudicium damnationis: sed eleuabuntur obuiam venienti creatori suo, iuxta illud Apostoli: Deinde nos qui viuimus, qui residui sumus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera.* hactenus ille. Corroborat hanc intelligentiam Hilarius cano. 25. in Matthæum, ad finem. [*Vbicumque*, ait, *fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.*] *Sanctos de volatu spiritualis corporis aquilas nuncupauit. quorum, congregantibus Angelis, conuentum futurum in loco passionis ostendit: & digne illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nobis gloriam æternitatis passione corporeæ humilitatis operatus est.* Sic Hilarius. Vrbem Ierusalem seligendam à Christo ad iudicium intelligens, cum suis locis, in quibus Christus nostram redemptionem perfecit. Eiusdem sententiæ est Abulensis q. 297. & 321. in cap. 25. Matthæi. Et probatur certa hæc intelligentia; quia vere locus aliquis designatus est à Christo ad iudicandas omnes gentes: at nullus alius aptior videtur deligendus, quam in Iudæa, & in Ierusalem; vt vbi prædicauit hominibus, & eos redemit, & victor ascendit in cœlum, ibi iudicet eosdem homines, de sui muneris vtiliter, aut inutiliter obiti obseruatione. Maxime cum Actor. 1. 11. Angeli dixerint Apostolis, *hic Iesus, qui assumptus est a vobis in cælum sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum*, nempe veniet in hunc montem, vnde ascendit. Deinde communis expositio interpretum, & [illegible] in hoc capite describi ait iudicium Christi extremum, vt ex supra dictis patet: sed in hoc capite dicitur congregādas omnes gentes in valle Iosaphat, & in valle concisionis. & Christus dicit, *quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gētes in circuitu.* & mox. *Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam.* Ergo de valle Iosaphat loquitur, quæ subiacet Ierusalem; ex cuius edito throno in aere constituto Christus sententiam pronuntiabit contra impios damnationis, [illegible] vallem imani consistentes; & pro iustis absolutionis in aere refulgentibus. Atque hæc vt veriora sint dicta de valle Iosaphat, in qua sunt gentes ad iudicium congregandæ.

Et posuerunt.] Hebraice, *& dederunt puerū* בַּזּוֹנָה *baizonah in meretrice*, aut pro *meretrice*, aut *in prostibulo*: vt sit sensus, pueros prostituebant vt scortum, & puellas vendebant pro vino, vt faciunt lenones, iuxta illud Pauli ad Roman. 1. 25. *Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. nam feminæ eorum mutauerunt naturalem vsum in eum, qui est contra naturam: similiter, & masculi, relicto naturali vsu feminarum, exarserunt in desideriis suis.* Quem sensum amplectuntur Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Vatablus: & verba ipsa Hebræa efferunt, *& posuerunt puerum in meretricem*, vel in prostibulum, vt legit Hieronymus in commentario, hoc est, prostituerunt pueros, vti scorta, ad merendum, & puellas ad precium comparandum ad emendum vinum. Idque indicant Septuaginta interpretatione sua, quæ habetur in Hieronymo, & in Theodoreto; *& posuerunt puerum in prostibulo*, quomodo etiam legit Vulgatus. Hoc est, posuerunt puerum in domo meretricandi, vel pro prostibulo: vt fecit Iason 2. Machab. 4. 9. dum *super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, & ephebiam sibi constituere.* & vers. 12. *etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephebōrum in lupanaribus ponere.* Verum alter sensus, qui in verbis Hebræis, Græcis, & Latinis continetur germanior est, vt ita vili precio æstimati sint pueri, puellæque fideliuni, vt meretricibus, & lenonibus traditi sint pro precio meretricandi: nam puerum dederunt pro mercede meretricis; & puellas vendiderunt pro vino, vt biberent, hoc est, quod dicitur in Hebræo; *& dederunt puerum, in*, hoc est, *pro meretrice*; vt statim dicitur, *in vino*, hoc est, *pro vino*, nempe pro precio, aut mercede meretricis. & quod Septuaginta verterunt in Codicibus Vaticano, Complutensi, & Regio, & in Commentario Hieronymi, *& dederūt pueros meretricibus*, nempe, pro precio sui corporis prostituti. Hunc sensum habent Chaldæus, Lyra quoque, Tigurina, Pagninus, Vatab. Robert. Isidorus, & Montanus; dum vertunt, *& dederunt puerum pro scorto*, vel pro precio, aut mercede meretricis. *& puellam vendiderunt pro vino*, præponentes saluti puerorum, & puellarum libidinem. Notant autem bene Lyra, & Vat. hæc tantum crimina exprimi, non quod hæc sola sint in extremo iudicio punienda; sed quod contra humanitatem fiut; quemadmodum Christus Matth. 25. huiusmodi proponit. *Sitiui, inquit, & non dedistis mihi bibere*, &c. vt enim homines induceret ad benefaciendum fratribus hæc voluit exprimi, vt vel metu ad id permouerentur; & tacuit grauissima peccata contra Deum ipsum; maiori cura hominibus ipsis prospiciens, quam honori suo.

Tyrus.] Cum indignatione loquitur contra has gentes, quod sibi, Deo scilicet in suis fidelibus essent permolestæ; & obiicit Tyrus, Sidonus, & Palæstinis inhumanitatem in fideles suos, & comminatur vltionem, & in hoc seculo, & in extremo iudicio. Meminit autem Ioel harum trium gentium, gratia exempli, & per [illegible] necdochen: nam vti ciues illarum vrbium persecuti sunt fideles veteris testamenti, & ob id deducendi sunt ad iudicium; ita ceteræ omnes gentes, quæ quoquo tēpore in Deum peccarunt, & in fideles eius

Alter sensus verus.

Peccata hæc in proximos cur sola punienda.

Qui puerum ... metaphorice accipi.

A eius, deducentur similiter in vallem Iosaphat iudicandæ, vt recte Remigius; Sunt tamen alii expositores, vt Haymo, Albertus, Rupertus, Mont. Vatablus, & Robertus, qui putant hic non agi de Tyrus, Sidoniis, & Palæstinis, nisi metaphoricè, vt eo nomine accipiantur omnes impii, sicut nomine Iudæorum iusti omnes & electi Dei, etiam ex gentibus.

[Margin: Quæstio. Quando humanę ... erint gé... s in Iu... æos.]

Sed priorem sequentes intelligentiam, quærimus quando Tyrii, & Palæstini inhumanos se præstiterint Iudæis? Iudæi, quos refert Hieronymus, existimant sermonem esse de tempore excidii Ierusolymitani facti per Romanos, quo Tyrus, & Sidon, & cæteræ vrbes finitimæ Romanorum partes agentes, diripuerunt omnia bona Iudæorum, & vasa templi, & in suis delubris, vt Romæ in templo Pacis constituerant: insuper & Iudæos Græcis vili precio vendiderunt, qui ad eam negociationem venerant. Isidorus explicat de tempore persecutionis nascentis Ecclesię, quo illæ vrbes, Iudæorum suggestione, suam sæuitiem exercuerunt in Apostolos, & discipulos Christi, quos vocat thesauros preciosos, abductos, venditosque gentibus: in quorum vltionem comminatur, se traditurum Iudæos gentibus, Romanis, & Tito, per quem pugnabit Deus contra ipsos. Alii natiuam harum gentium sæuitiem, & veteres inimicitias in Iudęos intelligunt, nam nullam prætermittebant occasionem, in qua non sæuirent in eos, vel per seipsos, vel opem ferendo hostibus ipsorum: Vnde Dauid Psalm. 82. 4. inquit. *Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra. Tabernacula Idumæorum; alienigenæ* hoc est, Palæstini, *cum habitantibus Tyrum.* quod odium & ceteri Prophetæ crebro declarant.

[Margin: ...ensus 1. De tempore excidii Ierosolymitani.]

[Margin: ...ensus ... De tempore quouis.]

[Margin: Sensus 4. De tempore vastitatis Ierusalem per Chaldæos.]

Verius exponemus de vastitate Iudææ, & Ierusalem per Chaldæos facta; quo tempore suas inimicitias exercuerunt vicini omnes Palæstini, Tyrii & Sidonii in Iudæos; quorum thesauros diripuerunt, & in suos, suorumque idolorum vsus conuerterunt; & sacra vasa in templum Beli deportauerunt; quibus abusus est Balthasar: & Iudæos vendiderunt gentibus: quam calamitatem deplorant omnes Prophetæ. Probat autem hunc sensum verum, quod Ioel in primo capite comminatus est hanc vastitatem Iudæis; vt explicuimus: deinde Iudæorum hic tantum causam agit, de illis tantum facta mentione, *nam*, inquit, *filios Iuda, & filios Ierusalem vendidistis filiis Græcorum*, atque in eorum consolationem inuehitur in eas gentes, vt faciunt plerique Prophetæ.

Sic videtur Hieronymo, Theodoreto, Remigio, Lyræ, & aliis nonnullis. Vocat *Græcos*, seu *filios Græcorum*, Asianos, aliasque vicinas gentes, quæ Græco sermone, moribusque vtebantur; quibus Tyrii vendebant Iudæos, vt in alias regiones remotas, in quibus negociabantur, eos asportarent.

[Margin: De ... ore ... no.]

...ego.] Iudæi, vt cœpimus ex Hieronymo referre, ad extrema tempora referunt hanc vltionem sumendam de Romanis, per Iudæos in libertatem assertos. Theodoretus, Remi[illegible] & [illegible] de [illegible] Iudæorum [illegible] quando Cyr[illegible] cto vndiquaque [illegible] & in patria [illegible] ducti quo tem[illegible] enigmis vend[illegible] filios illorum [illegible] per manus Iuda[illegible] rum Sabæis . [illegible] quam lepam . [illegible] putat id factum te[illegible] Machabæorum quoniam 1. Machabæorum 15. 38. *Constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum pedum, & equitum dedit illi.* Maritimum vocat [illegible] Palæstinis, Tyriis, aut Sidoniis, qui m[illegible] a[illegible] cent. & cap. 16. 8. dicitur: *& exclamauerunt sacris tubis, & in fugam conuersus est Cendebæus, & castra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerati, reliqui autem in munitionem fugerunt.*

B At ex his non constat Tyrios, [illegible] & Palæstinos venditos: cum tamen [illegible] filios Iuda tunc temporis venditos [illegible] bus: nam Nicanor 2. Machabæorum [illegible] priusquam cominus veniret, ver[illegible] obrem cum nusquam inuenia[illegible] cidisse filiis Iuda, & Ierusalem; [illegible] tere ad sensum metaphoricum, & [illegible] Ruperto, Vatabolo, Isidoro, & Montano [illegible] ligere de vltione, quam sumpent [illegible] in die iudicii eos tradendo Sabæis [illegible] qui detrudant in locum inferni. [illegible] cedentia verba intelligamus etiam [illegible] C ce de persecutione fidelium, & Iud[illegible] ipsi tritualium ab impiis mot[illegible]: Vel [illegible] de [illegible] iutate, & venditione filiorum Iuda [illegible] Tyrios, & Sidonios, & Palæstinos, tempore captiuitatis Babylonicæ; iam nunc comminatur in illorum vltionem, se in veram libertatem fideles filios Iuda asserturum, qui [illegible] cent se de inimicis suis, vendendo eos d[illegible] nibus: nam de illis scriptum est Psalm. 1[illegible] 9. *exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in gutture eorum & gladii ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis; ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conscriptum gloria hæc est omnibus sanctis eius.* & confirmant hunc D sensum Septuaginta, qui nomen *Sabæim*, tamquam appellatiuum acceperunt, conuertentes, *& venundabunt vos in captiuitatem, in gentem, quæ procul.*

Sanctificate bellum.] Exponimus hæc dici fidelium, ac filiorum Dei persecutoribus, etiam Antichristo, vt omnem virtutem ostentent contra ipsos, si possint, indicant Hieronymus, Lyra, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Robertus. Putat Montanus de omnibus impiis dici: qui quasi bellico signo vocati bellum sponte capessent, & quodam veluti furore acti in eum concurrent locum, in quo exitiale eis iudicium, & carnificina parata est; dum ad bellum sibi ipsis exitiale properant in vallem Iosaphat. E Quidam, quos refert Hieronymus, Remigius, Rupertus, Albertus, & Hugo hæc putant dicta vel prædicatoribus, vt bellum indicant peccatoribus, prædicatione Euangelica; vel sanctis viris, vt se parent ad arma contra insensatos; & a[illegible] vltionem sumendam de hostibus suis. Sed huic repugnat primum, quod iubetur hoc gentibus

promul-

promulgari hostibus filiorum Iuda: & mox illis dicitur; *erumpite, & venite omnes de circuitu, & congregamini, ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos.* nempe, quos ad bellum parraueras, quod iustis minime potest conuenire, sed impiis, qui ideo congregantur, vt simul pereant.

7 *Ibi occumbere faciet.*] Verbum Hebræum הַנְחַת *hanhath* ex coniugatione hiphil, *infinitiuum* esse potest, & accipi pro secunda persona futuri: vel certe est imperatiuus, vt putant Dauid Kimhi, & R. Abraham in Commentario, & Vatab. & Robertus. *illuc descendere fac fortes tuos*, vel *heroas tuos ô Iehouah*, nempe Angelos tuos, qui opem ferant, & dimicent pro electis tuis. Vel, *illuc descendere facies ô Domine potentes tuos.* Est enim apostrophe Prophetæ ad Dominum. *illuc*, ait, id est, in agmina gentium ad prælium coactarum, tuos fortes Angelos demittes, vt opem ferant plebi tuæ. Vt dici possit illud Iudic. 5. 20 *de cælo dimicatum est contra eos.* Verum interpretes Chaldæus, Vulgatus, Tigurina, & Pagninus *infinitum* acceperunt pro tertia persona futuri, vt sit apostrophe Prophetæ ad hostem; *ibi prosternet*, vel; *descendere faciet*, aut *occumbere Dominus fortes tuos*, aut *robustos tuos*; quia omnes simul concidentur, & peribunt. Septuaginta videntur accepisse, vt nomen deductum à verbo ענה *hhanah*, vt sit *mansuetus*, *mitis*, *pauper*, vnde verterunt, *mansuetus sit pugnator.*

1. Sensus de Angelis.

Sensus alter.

8 *Consurgant.*] Verba sunt iudicis præcipientis, vt resumptis corporibus resurgant omnes, & veniant in vallem Iosaphat, vbi sessurus est Christus ad iudicandum: nam, vt dicitur Math. 25. 31. *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes.* Ita habet communis expositio Hieronymi, Haymonis, Remigii, Ruperti, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysii, Vatab. & Montani. Solus Theodoretus de tempore post captiuitatem Babylonicam declarat, quod non probat. Quod vero initio dixerit, *congregabo omnes gentes, & deducam eas*, Hebraice, *& descendere faciam eas in vallem Iosaphat*, hic autem dicat, *consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat*, rationem habet ex situ terræ desumptam quod conuocati ascendant in terram editam, qualis est vrbs Ierusalem, in cuius latere Orientali est vallis Iosaphat. at cum in vallem demittuntur iudicandi, dicuntur descendere in ipsam imam vallem. Potest & alia ratio adhiberi, quod gentes iubeantur descendere in vallem Iosaphat, quasi ad prælium, & certamen cum iudice ineundum; nam vt Latini dicunt, *descendere in certamen*, aut *in aciem*, sic Hebræi, quod in valle, & planitie plerumque committi soleat prælium, vt ait Kimhi. at verbum *ascendendi* solent vsurpare pro *inuadere*, aut *aggredi*. ita iubentur ascendere gentes in vallem Dominum in sua causa inuasuræ, absque ratione.

Verba Christi.

Formæ loquendi ratio.

Descendere.

9 *Mittite falces.*] Hieronymus, Remigius, & Albertus hæc dici putant sanctis, & electis, qui iudicaturi sunt cum Christo, & de suis hostibus vltionem sumpturi. Verum Haymo, Rupertus, Lyra, Vatablus, & Montanus ad Angelos iudicis ministros sermonem esse dicunt. Nam Christus ipse ita declarauit Matth. 13. 39. in parabola zizaniorum: *Messis*, inquit, *consummatio seculi est, Messores autem Angeli sunt: mittet filius hominis Angelos suos,*

Messores Angeli.

A *& colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.* ita idem in Ioele, quoniam ad maturitatem peruenerat messis, & torcularia exuberabant musto, hoc est, gentes peruenerant ad cumulum iniquitatis, vt iam nihil restaret, nisi mittere falces, & calcare vuas, & finem imponere messi, & vindemiæ: iubet messoribus, & vindemiatoribus Angelis, vt id muneris obeant, & consumant omnia.

Concisionis.] Vallem Iosaphat vocat *vallem concisionis*, quia in ea, tamquam in foro iudiciali quamplurima populorum multitudo concidenda est, & perdenda, vt Hieronymus intelligit, Rupertus Haymo, Albertus, & Montanus: vt Psalm. 88. 24. dixit Dauid. *& concidam a facie ipsius inimicos eius.* & B Psalm. 128. *Dominus iustus concidet ceruices peccatorum*, & huc videtur allusisse Paulus cum ad Philip. 3. 2. dixit, *Videte concisionem*, id est, homines concisioni subiectos, & destinatos. Deinde & nomen Hebræum חָרוּץ *charuts*, quod hic vertitur, *concisio*, significat *instrumentum, quo fruges triturantur, aut conciduntur, vt tribulam serratam.* sic Isa. 28. 27. dicitur, *non enim* בֶּחָרוּץ *bacharuts in serris, aut in tribulis triturabitur* gith. & c. 41. 15. *Posui te vt plaustrum triturans.* Atque ita *vallis triturationis*, aut *tribula* dici possit illa vallis, in qua triticum è folliculis, & paleis separabitur. ac propterea Chaldæus vocat eam *vallem diuisionis iudicii*, & alii *vallem intercisam*, quia in ea discernentur mali à bonis. Atque ita Remigius, Hugo, Lyra, & Dionysius C *vallem concisionis*, explicant *vallem separationis*, nempe piorum ab impiis. Sunt tertio alii, vt Kimhi, Vat. & Rob. qui *vallem concisionis* intelligant. *vallem iudicialis decreti, certi, & decisi, definitique iudicii*, nam ibi decidetur, & determinabitur cuiusque iudicium: siquidem verbum in hac significatione legimus 3. Reg. 20. 40. *hoc est, iudicium tuum, quod ipse decreuisti*, seu decidisti. Iob. 14. 5. *Breues dies hominis sunt.* Hebr. *fi decisi*, vel *definiti dies eius.* 10

Sensus 1. Vallis concisionis cur dicta.

Sensus 2.

Sensus 3.

Sol, & Luna.] Putant aliqui hic agi de prodigiis, & signis, quæ diem iudicii præcedent, de quibus cap. 2. 30. iam dictum est, cum tamen omnium consensu, hic sit sermo de tempore ipsius iudicii exercendi: illa enim prodigia euenient adhuc orbi integro, & hominibus consuetam vitam agenD tibus. Hæc vero, consummato mundo, & omnibus igne combustis, & hominibus extinctis, cum iam suscitari confluant in vallem Iosaphat, & Christus, signo crucis præeunte, veniat, & consideat in sede iudiciaria: tunc ait Solem, & Lunam tenebris inuoluendum, & stellas suum splendorem retracturas. Vel quia videbuntur miseris impiis, non valentibus lumen videre præ tristitia suorum malorum, & præ timore seueritatis iudicis, lumina cæli obscurata esse, & quasi retracta, vt volunt Hieronymus, Remigius, Rupertus, & Vatablus. Vel quia reuera ita accidet ad ostendendam auctoris summam indignationē, quasi sibi timeant, vt indicat Hieronymus, & assent Montanus. Vel quia Sol ipse Christus, & Luna E Deipara Maria, vel Ecclesia iustorum, & stellæ sancti, retrahent splendorem fauoris sui, his, qui cruciabuntur, vt intelligit Haymo. Vel quia Christi iudicis, Solis iustitiæ claritas, in sua maiestate venientis, adeo fulgebit, vt quemadmodum exoriente Sole, Lunæ, & syderum omnium splendor non apparet: ita & Solis ipsius, & cete- 11

In iudicio quid Solis, & Lunæ obscuritas.

rorum luminum fulgor tenebris obuoluatur: vt putant Remigius, Lyra, & Vatablus. Vel denique secundum Originem Tractatu 30. in Matthæum, quia sicut in dispensatione crucis, Sole deficiente, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram; sic & signo filii hominis apparente in cælo; deficiet Solis lumen, & Lunæ, adhuc & stellarum, quasi consumptum à multa virtute signi illius.

Origenes.

12 *De Sion rugiet.* Rugitum Domini, ac vocem, omnes sententiam intelligunt, quam terribilem adeo pronunciabit, vt dicat his, qui à dextris erunt, *venite benedicti patris mei, possidete regnum.* Matthæi 25. his autem, qui à sinistris. *Ite maledicti in ignem æternum*, de qua voce dixit Christus Ioan. 5.28. *Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.* Quod vero ait, *de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem*: ideo dicit, quia super Ierusalem in aere suum thronum constituet eo modo, quem supra declarauimus num. 2. vt volunt Lyra, & Vatablus; sed Haymo, & Rupertus exponunt, è medio sanctorum, & Angelorum, quorum vna societas recte dicitur, Sion, & Ierusalem. Albertus, & Montanus præpositionem *de* Sion, & *de* Ierusalem, vt causam accipiunt; vt sit idem, quod, *pro* Sion rugiet, & *pro* Ierusalem dabit vocem suam, hoc est, pro tuendis suis electis; non vt locum notet. Sed prima intelligentia vera.

Sententia iudicis.

Christus super Sion iudicabit.

13 *Et mouebuntur.* Præ pauore rugitus, tam cælestes, quam terreni ciues; & hi quidem quod adiudicantur æternis suppliciis, illi vero propter iudicis furorem; quem temperabit, sese illis ostendendo patronum, & fortem protectorem, in quem suam spem collocauerant: ita Haymo, Albertus, Remigius, Rupertus. Vel cæli mouebuntur ad receptionem electorum, & terra ad receptionem improborum, vt ait Lyra. Hieronymus indicat, & Montanus affirmat, pauorem futurum in vniuersa natura exequente Dei voluntatem contra impios; at electorum societas non pauebit, quia rugitus leonis, eius filius pauorem non incurrit, sed ceteris animantibus: sed in summa pace, & securitate cum rege suo degent, & regno cælorum potientur.

Pauor iudici rugientis.

Pauor quo iumbit.

14 *Et scietis.* Tunc, ait, electi agnoscetis me, ac videbitis me Dominum Deum vestrum, cui fidebatis: quod habitem tamquam rex in electa, & triumphante Ecclesia Sion, ex militante permutata, de qua ait Paulus ad Hebr. 12.22. *accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cælestem*: quæ iam deinceps sancta erit, gloriosa, sine macula, & sine ruga, & ab vsu omni profano longe remota; in quam nemo intrabit coinquinatus, vt late prædixit Ioannes in sua Apocalypsi à c.18. vsque ad 21. ita hunc locum explicant Haymo, Remigius, Rupertus, & Lyra cum aliis.

De cælesti Ierusalem

15 *Stillabunt.* Sub his metaphoris vbertatem, & suauitatem cælestis Ierusalem significari asseruot Haymo, Albertus, Remigius, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Vatab. nam ex montibus trium diuinarum personarum omne genus suauitatis per terram illam decurret, qua inebriabuntur omnes beati; & colles beatorum spirituum fluent candidissimum lac cognitionis, & per omnes riuos ceteros beatos homines fluent aquæ, quia omnes affluent Dei fruitione. Iudæi hanc felicitatem sperant futuram in secundo aduentu sui Messiæ in terrena Ierusalem; & Iudaizantes Millenarii, vt Papias quem refert Euseb. lib.3. historiæ Eccles. cap.3 . & Lactantius lib.7. cap.24 qui post iudicium in terra hæc putant futura. Hieronymus tamen, Haymo, Remigius, Hugo, & Montanus hæc cum sequentibus videntur quoque intelligere de vbertate spirituali, quæ secuta est in primitiua Ecclesia effusionem Spiritus sancti, de qua dictum est in cap. 2. redit enim ad illam, post finitam extremi iudicii interpositam tractationem. Vnde, vt notat Vatab. *montibus* significantur Apostoli; *collibus* discipuli, *riuis* Ecclesiæ particulares; *dulci vino*, & *lacte*, & *aquis* significatur doctrina Euangelica abundans vt aqua, quæ robustis est vinum, paruulis lac. Quæ licet ita de donis mirabilibus, & affluentia doctrinæ, & gratiæ nascentis Ecclesiæ possint explicari: at certe verba illa, *& erit in die illa*; idem tempus referunt de quo paulo ante dictum est, quo tamen erit Ierusalem sancta & illa quę sequuntur, *Iudæa in æternum habitabitur, & Ierusalem in generationem, & generationem*; non possunt de Ecclesia militante, bene autem de cælesti Ierusalem explicari.

Vbertas cælestis Ierusalem.

Millenariorum intelligentia. Papias. Euseb. Lactantius.

Vbertas Ecclesiæ primæuæ.

16 *Torrentem.* Sic habet hæc clausula ex Hebræo; *& fons e domo Domini egredietur, & irrigabit* [illegible] *nachal hasittim*, Est autem *nachal* vallis angusta, alueum habens, quo tempore pluuiæ raptim torrens defertur, vnde per synecdochem pro *torrente* sumitur. ideo Psalm. 103. 10. dictum est. *qui emittis fontes in nehalim conuallibus.* & ita vertit hoc loco Symmachus, *vallem spinarum*, & Chaldæus. & *torrens* pro valle sumitur, per quam solet decurrere, siquidem vallis irrigatur, non torrens; vt alii transtulerunt [illegible] *sittah*, vnde plurale *sittim.* Quidam ex interpretibus, vt est in Hebræo, *reliquerunt torrentem*, seu *vallem Setim*, vt Chaldæus, Lyra, Tigurina, & Vatablus. Septuaginta verterunt, *torrentem iunculorum.* Theodotio, & Symmachus, vt hoc loco, & super 41. Isaiæ ait Hieronymus, pro spina acceperunt ex similitudine: quos secutus Vulgatus, vertit, *torrentem spinarum.* Gregorius Nazian. Oratione 40. in sanctum baptisma, & Aretas cap.2. in cap.1. Apocal. legunt, *torrentem iunctorum.* Est autem auctore Hieronymo *sittha* arbor in eremo nascens spinæ albæ similis, sed magnitudine longe superans, cuius lignum imputribile, & omnium lignorum leuissimum est, robore, soliditate, nitore, & pulchritudine cetera facile superans. Vnde arca fœderis, & tabernaculum, & omnia eius lignea vasa fabrefacta sunt, vt constat Exod.25. & 26. Est ergo optima inter species Cedri: quę colore referat spinas albas.

Ratio versionis.

Gregor. Nazian. Aretas. Sittah quæ arbor.

Est autem *Torrens*, seu *vallis Sittim*, auctore Hieronymo, vallis, seu planities trans mare mortuum in campestribus Moab, sexto ab vrbe Liuiade distans miliario, in qua eiusmodi arbores nascebantur. fit eius vallis mentio Numer.25.1. & Michææ 6.5. Alii, vt Galatinus lib.1. c.2. dicunt significare Græciæ regionem cuius fit mentio lib.1. Machab. cap.1.1. vbi dicitur, *postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem*

Vallis Sittim quæ.

Sittim Græcia.

Persarum

Persarum, & *Medorum.* Saadias antiquus huius loci interpres Hebræus, quem affert Montanus, dicit, *Torrentem seu fluuium Sittim* esse partem quandam Iordanis, seu torrentem in Iordanem influentem, cui Settio oppidum adiacet. At certe si est aliquod similitudinis fundamentum, & fons dicitur egressurus de domo Domini, & vallem illam irrigaturus; non longe aberat ab

Scitum locus est proximus Ierosolymis.

Ierusalem. Nam & Nicetas super oratio. Nazianzeni, quantum ad historicum sensum, inquit, locus est, haud procul ab Ierosolymis dissitus. Non ab arbore illa, quæ aliunde exponebatur, sed vel ab oppido, vel alia ratione ita dictam, ne concedamus fontem illum transisse Iordanem, & vltra mare mortuum effusum esse; nisi quia hoc est impossibile, ad sensum metaphoricum recurrendum sit. Et quidem Hieronymus. Remigius, Hugo,

Gratia ex Ecclesia fluens 1.

Isidor. & Montanus, in Ecclesia militante explicant egressuram gratiam Spiritus sancti ex ipsa Ecclesia, quæ irriget spinas peccatorum, & naturam humanam spinas, & tribulos germinantem; vt postea dulces virtutum ferat fructus. At Gre-

Fons baptismatis.

gorius Naz. & Theodoretus, & Nicetas fontem baptismatis intelligunt ex Ecclesia manantis, quo anima irrigata pro iunco fert triticum, & pro spinis dulces fruct⁹, id est, actiones hominis natu-

De cælesti Ierusalem.

ræ conuenientes. Verum, vt cœpiam de beatitudine sequamur expositionem cum Alberto, Ruperto, Lyra, & aliis, fons è Dei & agni sede, vt dicitur Apoc. 22. egredietur, splendidus tanquam crystallum, & influet torrentem cedrorum, seu spinarum albarum, id est, animas, & corpora impurtibilia beatorum, perpetuo, & nunquam defecturo affluxu: *nam fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei*, vt dicitur Psal. 45. 5. instar eius, qui egrediebatur de loco voluptatis, Gen. 2. 6. ad irrigandum paradisum.

Iudæa cælestis.

17 *Et Iudæa.*] Per Iudæam, & Ierusalem, quæ in æternum habitabitur hostibus extinctis; Iudæi terrestrem intelligunt. Hieronymus, Haymo, & Montanus melius Ecclesiam Christi fidelium militantium; At verius Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Vatab. triumphantium exponunt, qui deletis hostibus perpetua pace in cælesti Ierusalem perfruuntur.

Sensus 1. Iudæorũ.

18 *Et mundabo.*] Hebraice legimus, *& mundabo sanguinem eorum, non mundaui*, præteritum pro futuro accipiendum, & Hebræi quidem Dauid Kimhi, & Abraham in Comment. de suis Iudæis ita exponunt; & mundabo Ægyptios, & Idumæos, & alias gentes, id est, euacuabo auro & argento, quod erit præda Iudæorum; at à sanguine, quem effuderunt non mundabo; sed absq; vlla redemptione punientur. Ceteri omnes supplent relatiuum, *& mundabo sanguinem eorum, quem non mundaui.* & Rupertus vult genitiuum, *eorum*, referre,

Sensus 2.

gentes, quibus annumerat Iudæos secundum carnem, & vlciscar, ait, suppliciis æternis sanguinem innocentem, quem effuderunt, Christi, & Apostolorum, quem non mundauerant pœnitentia. Sed genitiuus ille non refert, nisi fideles; quo-

Sensus 3.

rum peccata nomine sanguinis accepta, dicit Dominus, post suam passionem, & effusam diuini Spiritus gratiam; se emundaturum, quæ illucusque non mundauerat: vt exponunt Hieron. Vat. & Montanus. Aut ea peccata, quæ ob grauitatem sanguinolenta dicuntur, & non posse aboleri putabantur, iam per diuinam misericordiam expiabuntur, vt intelligit Isidorus. Vel iuxta alios, Haymonem, & Mont. peccata electorum meorum, quæ ipsi in hac vita commiserant, & propriis viribus non expiauerant, ego mea misericordia mundabo, vt constet, nihil coinquinatum posse intrare in illam ciuitatem cælestem. Lyra, Dion. & Vatab. hunc quoque sensum adiiciunt. Tunc declarabo electos meos omni vacuos culpa, qui in hoc mundo tanquam rei putabantur cruciari. Verũ omnium optimus est sensus prior

Verior sensus.

Hieronymi, Theodoreti, Remigii, Alberti, & Hugonis, & tunc ego vlciscar, ac vindicabo sanguinem innocentem, electorum meorum, quem effuderant hostes eorum; & ego nondum vltus fueram, vt ipsi postulabant Apocal. 6. cum dicebant; *vsquequo Domine, sanctus, & verus non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra*; æternis, ac meritis tradeodis cruciatibus?

Christus suorum vindex.

Probat hunc sensum verum, quod sanguinem, quem dixerat effusum in terra hostium, nunc dicit Dominus se mundaturum, id est, vindicaturum. & Septuaginta sua translatione sic intellexerunt, cum dicunt. *& requiram sanguinem eorum, multumque esse non patiar*, & Chaldæus, qui exposuit, Dominum vindicaturum sanguinem eorum. quo confecto, nempe vindicta sumpta de iniuria facta iustis, iam Christus perpetuo regnabit in illa cœlesti Sione Sponsa agni. Compluti Ianuarii 2. anni 1605.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS AMOS,

Liber Tertius.

ARGVMENTVM OPERIS.

A Eqvo iure gentes omnes populo suo finitimas comminatis suppliciis subicit, sed grauiori iure in suum populum Israeliticum præcipue inuehitur, quod neque Dei beneficiis allectus, neque suppliciis variis correptus, in animum induxerit, legis curam habere, ac fratrum egenorum; quare extremum captiuitatis exitium illi comminatur; sed tandem promittit tempus Christi felicissimum; quo consoletur.

AMOS PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

1 PROPHETIÆ Amos vnius è pastoribus Thecuensibus, [2] quas a Deo accepit [3] contra Israel, regnante [4] Ozia super Iuda, & Ieroboam filio Ioas super ipsum Israelem, [5] duobus annis ante notissimum terræmotum, sic habent. Dixit itaque Amos Dominus [6] cultus in Sion, inde quasi leo rugiet, & de Ierusalem tam terribili voce comminabitur per suos Prophetas communem vastitatem, vt vel ipsas speciosas herbas deserti [7] marcescere faciat, & virentem [8] Carmeli verticem videatur exiccare. Est autem Domini comminatio aduersus omnes gentes huiusmodi, ac primum contra Damascum. Quoniam [9] ad multa alia sua scelera, hoc ad cumulum illorum complendum addiderunt, [10] vt sub Hazaele rege suo filio Benadad, Ochozia rege Iuda, & Ioram rege Israel superatis, tum deinde Ioachaz, [11] rastris ferreis Galaaditas triturauerint Damasceni absque vlla commiseratione, idcirco non committam, vt ad statum pristinum incolumes redeant, [12] sed mittam contra eos Teglathphalasar regem Assyriorum, qui, veluti subiecto igni euertet [13] domum Hazaelis, & destruet pulcherrima palatia filii eius Benadad, & conteret [14] fortitudinem Damasci, & disperdet [15] idololatras incolas eius, & Rasim sceptrum tenentem in domo deliciosa, & rege eius interfecto transferet Syros in vrbem Mediæ [16] Cyrenen, vnde prius venerant: & fiet indubie, quia sic asserit Iehouah.

Similiter comminatur Dominus Philistæis: Quoniam ad multa alia sua scelera hoc accumularunt [19] Gazæi, quod populum meum ex terra sua, nec vni quidem parcentes, captiuum abduxerũt, & Idumæis inimicis durius tractandum tradiderunt, non patiar suæ felicitati restitui, sed hostem acerrimum adducam, qui, veluti, succenso igni, euertat Gazam cum muris, & ædibus eius, & disperdat ciues Azoti, & regem Ascalonis, vrbemque destruat Accaron, & deleat penitus reliquos Philistinorum.

CAP. I.

‖[1] *VErba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue:* 1
[2] quas vidit [3] super Israel, [4] in diebus Oziæ
regis Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel,
[5] ante duos annos terræmotus. ‖ *Et dixit: Dominus* 2
[6] de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam. &
[7] luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est [8] vertex
Carmeli. ‖ *Hæc dicit Dominus: [9] super tribus sceleri-* 3
bus Damasci, & super quatuor non conuertam eum [10] eo
quod triturauerint [11] in plaustris ferreis Galaad. ‖ *[12] Et* 4
mittam ignem [13] in domum Azael, & deuorabit do-
mos Benadad. ‖ *Et conteram [14] vectem Damasci:* 5
& disperdam habitatorem [15] de campo idoli, & tenen-
tem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur popu-
lus Syriæ [16] Cyrenem, dicit Dominus. ‖ *Hæc dicit* 6
Dominus: super tribus sceleribus [17] Gazæ, & super qua-
tuor non conuertam eum: eo quod transtulerint [18] ca-
ptiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa.
‖ *Et mittã ignẽ in murũ [19] Gazæ & deuorabit ædes eius.* 7
‖ *Et disperdã habitatorem de Azoto, & tenentẽ sceptrum* 8
de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron,
& peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus.
‖ *Hæc dicit Dominus: super tribus sceleribus [20] Tyri, &* 9
super quatuor non conuertam eum: eo quod concluserint
[21] captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recor-
dati [22] fœderis fratrum. ‖ *Et mittam [23] ignem in* 10
murum Tyri, & deuorabit ædes eius.
‖ *Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, &* 11
super quatuor non conuertam eum: eo quod [24] perse-
cutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericor-

diam tuis, & tenuerit vltra furorem suum, & indigna-
tionem suam seruauerit vsque in finem. ‖ [25] *Mittam* 12
ignem in Theman.& deuorabit ædes Bosra.
‖ *Hæc dicit Dominus. Super tribus sceleribus filiorum* 13
Ammon,& super quatuor non conuertam eum. eo quòd
[26] *dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum ter-*
minum suum. ‖ *Et succendam ignem in muro Rabba:* 14
& deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli,& in turbi-
ne in die commotionis. ‖ *Et ibit* [28] *Melchom in ca-* 15
ptiuitatem, ipse,& principes eius simul, dicit Dominus.

Hæc quoque comminatus est Dominus [20] Tyro. Quòd Tyrii sicut Philistæi, hoc scelus ingens cæteris suis sceleribus addiderint, vt populum meum ductum [21] captiuum, Idumæorum tradiderint seruati, illius arctissimi [22] fœderis obliti, quod, vti fratres secum inuicem inierunt rex illorum Hiram,& Salomon, idcirco non patiar suæ dignitati restitui, sed inducam aduersus eos [23] Nabuchodonosorem, qui velut ignis eos consumat, & muros, ædesque Tyri solo adæquet.

Rursus ita comminatur Dominus Idumæis. Quod Idumæi aliis suis multis sceleribus hoc crudelitatis genus adiecerunt, vt bello assiduo [24] insectati sint fratres suos Iacobæos, nullam misericordiæ fratribus debitæ habentes rationem, nullumque modum suo furori ponentes, sed pristinam suam indignationem ad finem vsque deducentes, idcirco non curabo eos seruari, sed puniam eos [25] per Nabuchodonosorem, qui euertet vrbem insignem Theman,& destruet ædificia egregia Bosræ.

Præterea sic comminatur Dominus Ammonitis; quod super alia sua scelera, in eo summopere excessere flagitio, quod bello adorti Galaaditas, prægnantes crudeliter [26] dissecuerunt, vt deleta illorum posteritate, in regionem eorum terminos terræ suæ dilatarent, nequaquam incolumitatem illorum curabo. Sed adducam in eos [27] Nabuchodonosorem, qui ignis instar, principem eorum vrbem Rabba muris denudet, & magnificas ædes eius destruat, non sine magno vlulatu, bello ingruente, non sine turbine cum oppugnetur, nec liberabuntur à Deo suo [28] Melchum, quia & ipse in captiuitatem ducetur cum sacerdotibus suis, ac principibus.

ARGVMENTVM.

INSCRIPTIONE operis præmissa, communis vastitatis minas intentat Propheta contra Damascum, Philistæos, Tyrios, Idumæos, & Ammonitas, quod supra alia flagitia populum Israeliticum fuerint persecuti.

COMMENTARIVS.

1 VERBA.] Titulus, seu inscriptio libri est, personas exprimens, Prophetæ loquentis: & contra quas loquitur: tempus, quo locutus est, & materiam: post quem incipit tractatus. Persona Prophetæ commendatur à nomine, & ab officii conditione. A nomine quidem, vt distinguamus ab aliis similis nomenclaturæ; nam pater Isaiæ dictus est אָמוֹץ *Amotz*, quod est *fortis*, seu *robustus*: at noster Propheta עָמוֹס *Hhamos anulsus*, vel *onustus*. Nec tamen pater eius, aut auus assignatur, quod nulla generis nobilitate claruerit: immo ex infima officii conditione deprimitur; vt quanto humiliori fortuna & côditione abiectiore profectus, tanto excellsior Dei potêtia cognoscatur, qui *deponit potentes de sede, & exaltat humiles*: qui *infirma mundi eligit, vt confundat fortia.*

Prophetæ commendatio.

Deus in humili clarus.

Arbitrantur autem quidam se obsequium præstare Deo, & Prophetæ gratificari, si eum insignem pastorem, & multis gregibus abundantem, ac dominum, esse comprobent; non indigum pastorem, suum, aut alienum sequentem gregem. Idque nititur Robertus persuadere ex significatu Hebræi nominis נֹקֵד *noked*, quod *gregum, armentorumve possidentem hominem*, significat. Vnde 4. Reg. 3. 4. dicitur. *Porro Mesa rex Moab erat Noked, dominus gregum*, aut *possessor armentorum*; quod Vulgatus transtulit, *nutriebat pecora multa*. Verum ipse Amos inferius pastorem se esse, & boum custodem asserit, non *Noked*. sic enim ait ipse Amasiæ cap. 7. 14. *Non sum Propheta, & non sum filius Prophetæ: sed armêtarius ego sum, vellicans sycomoros, & tulit me Dominus cum sequerer gregem.* Erat ergo humilis, ac rusticus pastor, vt vocat Hieronymus. Nec hoc loco se vocat *Noked*, sed fuisse in *Nokedim*, hoc est, inter pastores gregum dominos versatum, quasi conductitium, aut qui cum eorum gregibus, suum etiam ipse curabat. Addit & nomen patriæ *Thecua*, non ad splendorem; sed ad artis pastoritiæ conditionem ostendendam; nam propter vberrima pascua pastorum ferax erat. Sic Amos non genus, non patriam, non vitæ studium, non fortunas, aut diuitias ad sui præfert commendationem; sed è diuerso ad sui submissionem; vt Dei consilium, & auctoritatem extollat, & in homine humili Deus excelsus videatur, & eluceat. De *Thecua* diximus super Ieremiæ cap. 6. num. 3.

Amos pastor qualis.

Thecua

Quæ vidit.] Materiam libri notat, cum ait, *verba quæ vidit*, hoc est, Prophetiæ comminatoriæ, quas Deo reuelante accepit. Adeo enim illi certa erant, quæ ostendebantur, vt ea vidisse dicatur, ne Israelitæ dubitent, & nolint Prophetæ fidem habere. 2

Materia prophetiæ

Super Israel.] Ad Israelem, seu ad decem tribus legatus mittitur Amos: siquidem & cap. 7. cum tulit eum Dominus sequentem gregem, dixit ei: *Vade & propheta ad populum meum Israel*, quamquam, & de aliis gentibus, & de ipso Iuda mentionem faciat, obiter tamen; & per contentionem, vt est communis interpretum sententia. Vbi enim communis est culpa, quid mirum si communis infligatur pœna? 3

Decem tribubus prophetat.

In diebus Oziæ.] Tempus in vniuersum designat prophetiæ, sub Ozia rege Iuda, & sub Ieroboam rege Israel, oportet autem cognoscere quot annos simul hi reges regnauerint, vt tempus huius Prophetiæ definiamus Ieroboam rex Israel cœpit regnare anno 15. Amasiæ patris Oziæ, & regnauit 41. annos, vt legimus 3. Reg. 14. 23. & 4

Tempus prophetiæ.

Ieroboam regnum.

Amasias quidem, quia regnauit 29. annos, eos absoluit cum vita anno 15. Ieroboam: cui supererant regni anni 26.

Sunt nihilominus, quibus non fine ratione videatur alterum initium regnandi assignandum Ieroboamo ab anno 4. patris eius Ioas, ita vt duplex illi initium regni definiamus, vnum à morte Ioas patris anno 15. Amasiæ, à quo incipiunt numerari anni 41. regni eius, 4. Reg. 14. 17. & 23. alterum à 4. patris Ioas, quod respicit annus 27. Ieroboam, quo 4. Reg. 15. 1. dicitur Azariam regnasse sedecim annos natum 52. annos; vt idem sit 15. annus, & 27. Ieroboam, quo cœpit regnare Azarias.

De Oziæ initio regni decertant auctores; nam Iosephus lib. 9. Antiq. c. 11. Eusebius in Chronico, R. Salomon, Comestor, 4. Reg. vltimo, Lyra hic, Dionysius, Mercator, Genebrardus in Chronico, & hoc loco Montanus, & super 1. Hoseæ, affirmant statim patre mortuo cœpisse regnare anno ipsius 15. Ieroboam. Nam quindecim annos vixit Amasias post mortem Ioas patris Ieroboam, vt dicitur, 4. Regum 14. 17. & 2. Paralipom. 25. vers. 25. 26. Sed quia infans erat trium annorum, per alium respublica est administrata totos tredecim annos, per Zachariā forte videntem, 2. Paral. 26. 5. occiso iam patre Amasia in Lachis, vt constat ex locis dictis, non superstite adhuc, vt putarunt Comestor, Dionys. & Montanus. at à 27. Ieroboam, iam sedecim annorum proprio marte. & hoc est illud 4. Reg. 15. 1. *Anno vicesimo septimo Ieroboam Regis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ. Sedecim annorum erat cum regnare cœpisset, & quinquaginta duob. annis regnauit in Ierusalem*, nempe per seipsum. Atque hunc dicendi modum sequuntur Hebræi, & quotquot eis adhærent, dum affirmant terræmotum, de quo mox dicemus, anno 27. Oziæ accidisse, & anno 25. cœpisse Amos prophetare, sub ipso Ozia, & Ieroboam, sub cuius 27. anno si cœpisset Ozias, anno Ieroboam 41. & vltimo, suum 15. compleffet, non vicesimum quintum.

Sed aliis firmior ductus ratione videtur Ozias non statim post mortem patris Amasiæ cœpisse regnare anno 15. Ieroboam; sed transactis vndecim annis interregni, anno 27. Ieroboami; siquidem apertis verbis ita asserit Scriptura 4. Reg. 15. 1. *Anno*, inquiens, *vicesimo septimo Ieroboam regis Israel regnauit Ozias. Sedecim annorum erat cum regnare cœpisset, & 52. annis regnauit in Ierusalem*. Profectò si anno 27. erat sedecim annorum, & ab eo anno regnauit annos 52. anno 15. Ieroboam non potuit ipse regnare mortuo patre, cum natus esset tres tantum annos; & si ex eo anno cœpisset regnare, regnasset non 52. sed 67. annos. propriè ergo accipienda est Scriptura, quæ asserit cœpisse regnare 27. Ieroboam, & ex eo anno cœpisse illos 52. annos regni Oziæ. Vnde fit certum postremos quatuordecim annos Ieroboam esse primos quatuordecim Oziæ; atque ita intra hos quatuordecim cœpisse Amos prophetare, non post eos, vt rectè adnotauit Theodoretus.

Verum quia conceptis verbis Scriptura ipsa sacra affirmat Azariam successisse patri suo Amasiæ anno 15. Ieroboam, 4. Regum 14. 17. & subdit vers. 21. *Tulit autem vniuersus populus Iuda Azariam*

A *annos natum sedecim. & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia*. quod ipsum refertur 2. Paral. 25. vers. 25. 26. & c. 26. vers. 1. illud 4. Reg. 15. 1. *Anno 27. Ieroboam regnauit Azarias filius Amasiæ: sedecim annorum erat cum regnare cœpisset, & 52. annis regnauit in Ierusalem*; cogit nonnullos, ne duo tam diuersa initia admittantur regni Azariæ; asserere eundem annum esse 15. & 27. Ieroboam, sed res ecta diuersorum initiorum, vt supra notauimus: n: m 15. est regnantis Ieroboam à morte patris sui: & 27. ab anno 4. patris, cum quo regnauit 11 annos. Quod si prima illa verba non cogunt statuere initium regni Azariæ 52. annorum, nisi 27. anno Ieroboam, dicendum erit regnasse quidem Azariam, à populo assumptum, ne conturbaretur regnum prætB erea; sed illud tempus vsque ad 27. Ieroboam interregni fuisse, in quo per Zachariam regnabat; & proprio marte cœpisse anno 27. Ieroboam, annorum 52. complementum.

Ante duos] Tempus magis in particulari designat propheta Amos, *ante duos annos terræmotus*, qui contigit sub Ozia, de quo putatur dixisse Zacharias cap. 14. 5. *& fugietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda*. Rectè animaduertit Montanus non tantum designari hic tempus, quo inchoauit Amos: sed quo durauit Amos prophetandi; nempe toto biennio ante terræmotum: nam ita in Hebræo legimus, *Verba Amos, quæ vidit duobus annis ante terræmotum*, vel biennio ante terræmotum. & Chaldæus hic exponit; *duo*

C *bus annis antequam veniret terræmotus*. Hus ergo duos annos prophetauit Amos, & nec antea, nec postea fuit vlla prophetica visione instructus.

Sed quibus Oziæ annis hi duo sint annumerandi, merito quæritur? Ex ve eribus nonnulli, R. Salomon, Lyra, & ex recentioribus Montanus hic, existimarunt hunc terræmotum accidisse in morte Oziæ: nam is est, de quo loquitur Isaias c. 6 cum ait, *In anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud, & clamabant Sanctus, & commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantium, & domus repleta est fumo*. Verum difficile mihi est tunc factum terræmotum, & si factus est, non potuit biennio ante ipsum prophetasse Amos. Non fuisse

D tunc vllum factum terræmotum sic ostendo. Nam vel terræmotus accidit in pœnam à dacia Oziæ violentis vsurpare munia sacerdotum: & hoc non; quia Ozias post illud sacrilegium superuixit: vt habet Scriptura: at hoc loco, mortuo Ozia dicuntur commota superliminaria; vel ad reuerentiam Domini, cui Seraphim acclamabant, Sanctus. & hac de causa non est cur affirmamus tam exitialem factum terræmotum: qualem Iosephus describit: sed superliminaria dicta commota, ad gloriam Domini visi ostendendam, quæ & fumo significata est, vt solent commoueri ex rubæ sonitu, aut ex campanæ tinnitu, sic ex voce clamantium commoti sunt templi postes. Quod si fuisset

E factus terræmotus, quod is nihil conferret ad tempus nostri prophetæ, hac ratione monstratur. Nam vel terræmotus Isaiæ, si vllus fuit, accidit in ipsa morte Oziæ, velante, vel post? non in ipsa morte, nec ante, quia Isaias apertè dicit, *in anno, quo mortuus est rex Ozias*, hoc est, mortuo Ozia, & regnante filio eius Ioathan. At noster Propheta,

sicut

Ieroboam
duplex initium regni.

Oziæ regni initium.
Iosephus.
Eusebius.
Ozias cœpit regnare mortuo patre.

Ozias cœpit anno 27. à morte patris.

Azariæ regni initiū.

Amos duos tantum annos prophetauit.

Quæstio de tempore terræmotus.

1. Sententia ponitur in morte Oziæ.

Refutatur

sicut & Zacharias cap. 14. affirmant contigisse terræmotum in diebus Oziæ, hoc est, adhuc in vita superstite Ozia. Vel si velis Amos cœpisse quidem prophetare sub Ozia duobus annis ante hunc terræmotum; rectè & hoc falsum probat Theodoretus; quia si terræmotus fuisset factus anno 52. & vltimo Oziæ, ergo ab anno 50. cœpisset Amos: at eo anno iam non erat superstes Ieroboam, qui 26. vt minimum, annos ante decesserat; Amos autem dicit se prophetasse biennio ante terræmotum sub Ozia, & Ieroboam. non loquitur ergo hoc loco de huiusmodi terræmotu, si vllus fuit.

2. Sententia statuit in morte fuisse Oziæ.

Secundo, R. Salomon, Lyra, Isai. 7. & David Kimhi existimant tunc hunc terræmotum contigisse, cum mortuus est rex Ozias, non quidem morte naturali, sed ciuili, quia lepra percussus propter munus sacerdotale vsurpatum, è templo pulsus est, & regia administratio filio commissa: atque de hac morte locutum volunt Isaiam, vt exposuit etiam Chaldæus, dum dixit: *In anno, quo percussus est rex Ozias*: sed falso omnino; quia verba Isaiæ propriè debere accipi quis non videt. Deinde commotio superliminarium, & postium ex

Refutatio.

voce clamantium facta est, mortuo iam Ozia: ex viso ab Isaia Domino, & à Seraphim proclamato sancto, quem vidit iam mortuo Ozia: non ergo commota sunt superliminaria ex motu incusso ob sacrilegium Oziæ; quæ est communis interpretum intelligentia: alioqui facile possemus verborum Scripturæ sensum deludere, ad metaphoras recurrendo, absque necessitate.

3. Sententia terræmotum statuit in anno quo lepra est percussus Ozias. Iosephus. Hieron. Procopius.

Tertio, communis sententia est tunc accidisse terræmotum, quando Ozias ob vsurpatum munus sacerdotale lepra percussus est, vt refertur 4. Reg. 15. 4. & 2. Paral. 26. 21. Sic affirmat Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. Hieronymus ex Hebræis Isai. 7. & hic, Cyrillus, Procopius Gazeus ex Hebræis quoque Isai. 7. Albertus, Remigius, Hugo, Rupertus, Lyra, Dionysius, Isidorus, & Robertus. Sed quoto Oziæ anno? R. Salomon, Lyra, Isai. 7. & David Kimhi existimant terræmotum accidisse an. 27. Oziæ, vt narratur in Sederolam Rabba, hoc est, in Chronologia maiori Hebræorum, cap. 19. vnde toto 25. annos Ozias leprosus vixit in domo separata. & biennio ante, ipso anno 25. Oziæ cœpit Amos prophetare. At Remigius, & Glossa 2. Paralip. 26. ex Hebræorum quoque sententia docent terræmotum accidisse anno 25. Oziæ: decepti videntur testimonio Hieronymi, Isaiæ 7. qui locutus de anno, quo cœpit Amos, & de sacrilegio, & percussione Oziæ, & terræmotu, ante quem duobus annis prophetauit Amos, addit; volunt autem annum fuisse 25. Oziæ, quando hæc acciderunt. Quibus verbis non præcise refert Oziæ audaciam, & lepram cum terræmotu,

Anno 27. Ozias percussus.

quæ acciderunt anno 27. Oziæ: sed initium Prophetiæ Amos duobus annis ante, nempe anno 25. à quo computat sexaginta quinque annos Isaiæ, de quibus dicit: *Adhuc sexaginta quinque anni, & Ephraim desinet esse populus.* Itaque certa Hebræorum sententia est, terræmotum cum lepra Oziæ contigisse anno eius 27. & Amos cœpisse prophetare anno ante, 25. eiusdem Oziæ. Hæc autem sententia non videtur consona Scripturæ sacræ. Nam in primis, si vicesimum quintum, aut

Anno 25. Oziæ cœpit Amos. Refutatio.

vicesimum septimum hunc annum Oziæ enumerare incipias à morte patris Amasiæ, cum Ieroboam simul regnasset annos 26. terræmotus non accidisset sub Ieroboam, nec prophetasset Amos duos annos integros in diebus Ieroboam, sicut in diebus Oziæ. Deinde quia hæc sententia supponit Oziam cœpisse suum regnum statim ac mortuus est pater Amasias, anno decimoquinto Ieroboam; cum tamen Scriptura aperte dicat, vt notauit Theodoretus, anno 27. Ieroboam cœpisse. A quo anno si 25. aut 27. Oziæ enumeres, nec terræmotus, nec Prophetia Amos sub Ieroboam accidisset, qui vndecim, aut tredecim annos ante interierat. Ergo si sub Ieroboam Amos prophetauit, id præstitit sub prioribus quatuordecim annis Oziæ, qui iidem erant postremi Ieroboam. Tertio, si lepra Oziæ simul cum terræmotu contigit; cum lepra non potuerit nec initio regni Oziæ contingere; nec 27. eius anno; nec terræmotus contigisset, id quod de lepra diximus, probatur. Siquidem Scriptura ipsa, quæ refert Oziam lepra percussum, eadem dicit mansisse in domo separata vsque ad diem mortis suæ; & quod Ioathan filius eius gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ: sic habetur 4. Reg. 15. 5. 2. Paralip. 26. 21. Erat ergo tunc adolescens, qui posset regnum gubernare. At Ioathan, cum

Ioathan regni initium.

mortuo patre Ozia, cœpit regnare, erat sedecim annorum, nam 4. Reg. 15. 32. & 2. Paral. 27. 1. legimus, *anno 2. Phacee filij Romeliæ regis Israel, regnauit Ioathan filius Oziæ. viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annos regnauit in Ierusalem.* Ergo natus est anno ipso 27. Oziæ, quo dicunt prædicti auctores Oziam lepra percussum, & terram motam. non ergo potuit ex eo tempore iudicare populum terræ. Aut certe serius, prope finem vitæ lepra est percussus Ozias, vt tam adolescens Ioathan regnum posset administrare; quod indicat Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. inquiens, *& cum aliquandiu priuatus extra vrbem vixisset, filio Iothamo rempublicam administrante, mœrore tandem confectus obijt anno ætatis sexagesimo octauo, regni quinquagesimo secundo.*

Iosephus

4. Sententia vera.

Quarto igitur, vt hæc omnia rectè cohæreant, videtur dicendum intra primos quatuordecim annos regni Oziæ, qui erant postremi regni Ieroboam regis Israel, hunc terræmotum, ante quem, duobus annis prophetauit Amos, accidisse; vt asserit quoque Theodoretus. Nam si ante 27. annum Ieroboam non cœpit Ozias, vt supra ostendimus è mente Theodoreti: & ante finitum regnum Ieroboam biennio ante terræmotum, prophetauit Amos, vt initio huius capitis dicitur, sub Ozia nempe, & Ieroboam; si Ieroboam absoluit regnum suum anno 41. intra quatuordecim annos; ergo nec ante illos, nec post illos cœpit Amos, & terræmotus factus est. Quod si ab hoc anno enumeres 65. annos Isaiæ cap. 7. vt omnes enumerant ab initio Amos, non 65. sed 75. superessent vsque ad destructionem populi Israelitici. Deinde constat tempore huius terræmotus non fuisse percussum lepra Oziam, alioqui 37. annos mansisset leprosus in domo separata, & filius eius non posset populum gubernare, cum nō esset natus; nec regnum assumeret, mortuo Ozia, annorum sedecim. Ergo lepra percussus est Ozias prope finem vitæ absque vllo terræ-

motu,

motu, cuius certe ad culpam augendam meminisset Scriptura, si fuisset. Nihil ergo attinet ad locum Isaiæ explicandū vel inchoatio Amos, vel terræmotus, qui accidit sub Ozia simul, & Ieroboam; sed certe illam Prophetiam edidit Isaias an. 25. Oziæ, vnde enumerantur ab Hieronymo, Procopio, & Montano illi 65. anni vsque ad 6. Ezechiæ; vel 23. vt notamus super Isaiam. male autem à Vatablo & Forerio ab anno 17. Ieroboam vsque ad nonum Hoseæ regis vltimi Israel. Verum ne cuiusnam sententiæ desimus, quam multi, ac præclari scriptores sequuntur; dicendum videtur, terræmotum accidisse quidem anno 25. Azariæ regis Iuda, sumpto initio regni, à morte patris, & 15. Ieroboam, qui idem erat 39. Ieroboam, iuxta ea, quæ supra notata sunt; & Amos cœpisse prophetare duos annos ante, nempe 23. Azariæ, qui idem erat 37. Ieroboam, vt sic sub Azaria, seu Ozia, rege Iuda, & sub Ieroboam rege Israel prophetauerit: à quo anno vsq; ad 6. Ezechiæ, quo Samaria capta est, & regnum Israel dirutum, vt notauit Isaias, 65. anni transiere, non plures, eam enim supputandi regnum Oziæ si sequamur rationem, omnia cohærere videbuntur: vt in sacra Chronologia ostendemus.

Annorum 65. supputatio in Isaia.

Terræmotus quo anno factus.

Amos 23. cœpit Oziæ.

6 *De Sion.*] Hactenus inscriptio libri, siue ab ipso Amos, siue ab alio concinnata, iam incipit Prophetia, ac primum in exordio proponit Dei sententiam, eiusque grauitatem. *Dominus*, inquit, *de Sion*, vbi in templo colitur, & ex propitiatorio dat responsa, qui suum solium habet constitutum in Ierusalem, instar leonis rugientis, terribilem, & grauissimam edet sententiam contra omnes gentes finitimas. Itaque de Sion, & de Ierusalem, locum designant, vnde sit clamaturus: vt omnes intelligunt, non causam clamoris, & rugitus, vt vult Montanus, quasi pro tuenda Sion, & Ierusalem, aut cultu vero, qui deberet præstari in Sion, & Ierusalem, sit Dominus suam potentiam exerturus contra omnes gentes, ipsumque Israelem, & Iudam. Verum cum in singulis suppliciis singulis gentibus infligendis non hæc vna causa, sed diuersæ, & multiplices pro multiplici earum delicto, assignentur inferius, in his duobus capitibus: absque ratione, vna omnibus communis, hic fuisse proposita, definitur.

Ex Sion potentiam exerit Deus.

7 *Luxerunt.* Prolugebunt. Ostendit terroris incussi per vocem Domini effectum: tantus enim terror occupabit omnia ex leonis Domini audito rugitu, & sententia lata, vt pascua læta, & vberrima, vbi pastores solebant sua figere tentoria, à pastoribus præ metu leonis rugientis deserta, in tristi iaceant squallore: & Carmelus feracissimus herbarum exiccabitur. Hyperbolica videtur locutio ad significandum grauissimum terrorem incutiendum gentibus, & supplicium, extiumque eis futurum ex Dei sententia executioni mandanda: quemadmodum enim ex timore incusso per leonem rugientem, pastores omnes aufugiunt, & vberes campos deserunt, in quibus greges suos pascunt; ac proinde campi deserti dicuntur tristes esse, & steriles, quod non proficiant ad id, ad quod dati sunt: sic adeo terribilis est Dei sententia, vt habitatores regionum, contra quas fertur, profliget, & disperdat, & terra quantumuis fructifera tristis remaneat, & deserta. Volunt autem Hieronymus, Remigius, Hugo, Dionysius, & Vatablus significare, terram fertilem Israel, & eius vrbes, Regesque eorum, ac principes intelligi, qui sunt destruendi. Alii, Albertus, Hugo, & Robertus, existimant hic prædici siccitatem futuram, quæ causa est sterilitatis. At Theodoretus, & Montanus per *verticem Carmeli* intelligunt Ierosolymam, quæ caput est Iudææ, & Samariam caput Ephraim, vt dicitur Isai. 7. per speciosa palatia regum gentium, de quibus dicitur, *mittam ignem in domum Hazaelis, & in palatia Benadad*, aut subditos regum gentium finitimarum, qui pastores dicuntur. Itaque vastitatem gentium in vniuersum hic sub allegoria pastorum, & pascuorum describit, de quibus sic exponit Chaldæus. *Et desolabuntur habitacula regum; & desertum fiet præsidium arcium illorum.*

Hyperbole vastitatis futuræ per Dei sententiam.

Vertex Carmeli.] Nomen כרמל *Carmel*, quoniam proprie significat *spicam viridem, & plenam*, vt notat Montanus, hic; Theodoretus, Dauid Kimhi, Vatablus, & Montanus accipiunt pro præcipua terræ parte feraci, & vineis, agrisque cultissima; quæ si destruenda est, & ceteræ quoque destruentur. Hieronymus, & alii accipiunt nomen, vt proprium montis Carmeli; qui, quia duplex est, auctore Hieronymo hic, & Isai. 29 alter in Iudæa trans Bethlehem versus Austrum, in quo Nabal maritus Abigail pascebat pecora sua 1. Regum 25. Alter in confinio Palæstinæ, & Phœnicis, mari Mediterraneo imminens, ad quem vsque se extendebat sors tribus Aser, Iosue 19.26. iuxta Ptolomaidem, quæ prius Aco dicebatur, in quo Elias, & Elisæus habitarūt, 3. Reg. 18. dubitatur de vtro eorum loquatur Propheta? Nam Hieronymus, & ceteri, qui eum sequuntur, nihil definiunt. Sunt qui intelligant de Carmelo monte mari imminenti, qui pertinet ad decem tribus, quia Propheta loquitur contra Israelem. Videtur verius loqui Amos de monte, qui erat prope Thecuam patriam suam, & erat pascendis gregibus accommodatus. Sicut enim per *speciosa pastorum* intellexit Amos, pascua Thecuensia, in quibus ipse pascebat greges: ita & *per verticem Carmeli*, qui erat in solitudine Maon prope Thecuam: ab his enim quę coram habebat, iuxta artem suam, duxit similitudinem. 8

Carmel pro terra feraci.

Carmelus duplex.

De Carmelo prope Thecuam sermo est.

Super tribus. Sententiam Dei in omnes gentes finitimas pronunciat, initium sumens à Damascenis Syris, qui non multo ante populum Dei afflixerant. Sed verba Prophetæ super tribus, & super quatuor explicanda sunt. Sunt nonnulli, nempe Vatablus, Quinquarboreus in scholiis Chaldæi, Robertus, & Isidorus, qui in tribus, & quatuor, septenarium numerum intelligant: qui in Scriptura summum excessum, & multiplicem significat, vt Isai. 30. 26. *Lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum*, hoc est, summe lucebit. Prouerb. 24. 16. *Septies in die cadit iustus*, hoc est, sæpius. At ceteris, Hieronymo, Theodoreto, Remigio, Haymoni, Alberto, Hugoni, Lyræ, Dionysio, & Montano non videtur necessarium; nam ex Scriptura ipsa constat, quatuor addita supra tria quartum significare. Siquidem Prou. 30. 15. eisdem Hebræis vocabulis, quibus hic vtitur Amos, dicitur, *Tria sunt insaturabilia, &* ארבע *arbaäh quatuor*, pro *quartum, quod nunquam dicit: sufficit.* & vers. 18. *tria sunt difficilia mihi, & quatuor,* 9

Septenarium pro indefinito accipiunt quidam.

Quatuor pro quartum.

pro

[illegible] *quatuor, [illegible] quartum non potest* [illegible] c. l. 29. *Tria sunt, quæ bene gradiuntur, & [illegible] quartum, quod incedit feliciter.* Ita [illegible], tribus sceleribus harum gentium a[illegible] non vt faciat septem, sed tantum vt [illegible] quartum. Et quidem Haymo, Albertus, [Mon]tanus volunt numerum ternarium pro[prie] accipi pro tribus delictis, quæ commitie[bant] illæ gentes quæ Montanus putat esse, Ho[micidium], Incestum, & Homicidium, magis ad [illegible] Albertus rapinam, mulctam, & gladium, [quibus] populum Dei afflixerant: nam Salo[mon] [illegible], non per tropum accepit illum [illegible], siquidem statim enumerabat illa tria, & quartum, quod ea superabat. Verum licet Pro[pheta] ad tria certa delicta illarum gentium re[spexisset], dum ea non explicat, vt Salomon, viam [nobis] aperit [vt] tropice hunc numerum cum ce[teris] expositoribus accipiamus, vt solet accipi: nam numerus ternarius & Hebræis [illegible] pertami[liaris], & gentibus alijs, ad multitudinem signifi[candam]; quia vt Aristoteles dixit lib. 1. de Cœlo cap. 1. est principium multitudinis, eoque in ar[canis] vtebantur Magi, quasi sacratiore, quod [vehem]entior, atque efficacior ad omnia putare[tur], vt dicunt Plinius lib. 18. cap. 3. & Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 6. vnde illa forma loquendi, *terfelix. Trismegistum.* omnibus modis felix, & ma[ximum] significabant. & Plato lib. 10. de Republi[ca] *non sentiunt, aut, eos tertio gradu*, hoc est, multipli[citer] valde, aut procul, *abesse a vero*, ita in Scriptura [hic] quoque numerus frequenter vsurpatur, vt Matth. 13. 33. *Quem acceptum mulier abscondit in fari[na] satis tribus*, nam tria sata, ait Chrysostomus Ho[mi]l. 41. in Matth. pro multis posuit: consueuit e[nim] hoc numero pro multitudine abuti Scriptu[ra] [illegible] 40. 12. *Quis appendit tribus digitis molem terræ?* hoc est, multa, magnaque potentia, qualis est di[uina]. Cum autem huic ternario numero quartus accedit, supra modum, & consuetudinem ex[cessus] significatur, vt cum quis dicit, *ô terque qua[ter]que beati* hoc est, supra modum felices, & beati. sic cum dicitur Exod. 20. 5. *Deus puniturus vsque ad tertiam, & quartam generationem*; indicat omnes posteros puniturum. Ita ergo hoc loco significa[tur], supra multa alia sua scelera, hoc summum ad cetera [ad]didisse, pro quo mereantur extremo supplicio puniri. & eodem sensu videntur loqui [illegible], qui pro numero septenario accepe[runt] [illegible] posteriores, qui quartum supra tria intel[le]xerunt.

Sed vt integrum sensum huius comminatio[nis] [illegible] afferamus; videre oportet, in qua significatione sit [ac]cipiendum verbum, *non con[uertam eum*. Heb. אשׁיבנו *asibenu, conuertam eum*, ad me, per resipiscentiam [s]ed in sua obstinatione relinquam, vt exponunt Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius: quem [illegible] sensum videtur elige[re] Hieronymus, dum inquit de Gaza. *expectaui multo tempore, vt agerent pœnitentiam, & ideo nolui punire peccantes, vt aliquando conuersi reciperent sanita[tem]. Verum quia tertio, & quarto eadem faciunt, cogor mutare sententiam, & plagis corrigere delinquentes.* Ce[teri] ad pœnam referunt, nam Septuaginta transl[ulerunt], *non auersabor eum*, hoc est, vt exponit [Th]eodoretus, non amplius diuturna patientia [illegible] neque auertam faciem meam à peccatis [illegible], sed intuebor, quæ prius per longam pa[tien]tiam non videbar videre. dum enim Domi[nus] punit, ait. Firmabo faciem meam super vos, & respiciam ad iniquitates vestras, è contra vero David rogabat Psalmo 50. *auerte faciem tuam à peccatis meis*. Montanus pro [illegible] accipit, & *vicem rependam*, vt Nehem. 4. 4. *Et ignominiam eorum in caput eorum conuertet*. & Psalmo 7. 17. *Conuertetur dolor eius in caput eius* & Psalmo [illegible]. *Exaltare qui iudicas terram, redde retributionem superbis*. quibus in locis idem verbum ponitur, quod hic Vulga[tus] vertit. *Conuertam*, quasi per interrogationem dicat. ob tria Damasci scelera, & quartum in su[per] [illegible] eis, non conuertam ignominiam in caput eius, eique vices rependam. Vatablus & Robertus primum exponunt, non conuer[tam] eum ad clementiam, seu [illegible] indiam meam. vt etiam Remigius. quod clarius dixit Pagninus; *non parcam ei*; & Chaldæus, *non parcam, aut dimittam eis*. scilicet, quin puniam extremo supplicio. Quod enim hoc verbo pœnam in[f]ligendam comminetur, & ostendit sententia generatim in exordio lata; & speciatim mox promulgata, *& mittam ignem, &c.* Pronomen au[tem], *eum*, cum referat Damascum, & Gazam, & ceteras vrbes, fœmineum debebat esse, at pro populo Damasceno accipitur, vnde Septuagin[t]a *auersabor eos* dixere; & Chaldæus *non parcam eis*. Consueuit enim Scriptura mutare genera ad sensum respiciens, magis quam ad vocabula. non ergo refert *verticem Carmeli*, vt explicat Rupertus in his omnibus comminationibus. his itaque expositis.

Sensus huius Prophetiæ est hic; Ego hactenus longanimiter tuli iniquitates Damascenorum, sperans quod resipiscerent, at quia ad summum peccatorum peruenerunt, non est vt amplius eis ignuscam. quem sensum tradidit nobis Hieronymus supra relatus, & Theodoretus, cum inquit. Quando multa Damasci delicta diutissime passus sum, non amplius parcam, quominus in[fi]nitas eorum puniam iniquitates, præcipue cum tribulis ferreis, &c. Vel, cum semel, iterum, ac tertio pepercerim Damascenis, at quarto, quod ceteris suis sceleribus addiderunt, nequaquam parcam, sed puniam.

Eo quod. Summam Damascenorum crudeli- 10
tatem in populum Dei, hoc quasi cumulo auget, quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Veteres intercessere inimicitiæ inter Syros Damascenos, & Israelem: siquidem Iudic. 3. 8. Chusan Rasathaim rex Syriæ octo annos subiectos habuit filios Israel. & 2. Reg. 8. 5. à Dauide sunt deuicti. & 3. Reg. 11. 24. Razon rex Damasci fuit hostis populi Dei cunctis diebus Salomonis. & 3. Regum 15. 18. Benadad filius Tabremon vocatus ab Asa percussit omnem terram Nephtali. & cap. 20. 1. venit Benadad contra Achab. & vers. 26. rediit anno sequenti. deinde anno 3. libr. 3. Reg. 22. 1. venit idem ad propugnandam Ramoth Galaad, victique sunt Israelitæ, & Achab rex interfectus. Illud autem auget crudelitatem, nequaquam vlterius ferendam, quod triturauerint ciues Galaad, quam immanitatem cum lachrymis prædixit Elisæus Hazaeli filio

Non parcam.

Sensus verus.

Inimicitiæ Damascenorum cum Israelitis.

Benadad

Benadad 4.Reg.8.1 sic inquiens. *Scio quæ facturus sis filiis Israel mala, ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides.* Quæ impleta narrantur sub Iehu, 4 Reg.10.32. ubi dicitur. *In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel, percussitq; eos Hazael in vniuersis finibus Israel, a Iordane contra Orientalem plagam, omnem terram Galaad, & Gad, & Ruben, & Manasse, ab Aroer, quæ est super torrentem Arnon, & Basan.* & cap.13. vers.3.&7. sub Ioachaz *iratus est furor Domini contra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filii Hazael cunctis diebus, & attriuit eos rex Syriæ. interfecerat eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ.* Hoc tempore creditur à Damascenis trituratos Galaaditas

Quando triturauerint prægnantes Damasceni.

Ferreis plaustris. Hebraice הַחֲרֻצוֹת harutsoth. Est autem harutz instrumentum, quo fruges triturantur, aut conciduntur: *tribulam ferratam* vocant Pagninus, Vatablus, & Montanus; à terendo sic dictam. Est autem, vt describit Kimhi, tabula lignea, cui subtus infixi sunt tenues lapilli ad incidendum paleam, & educendum fruges e folliculo. Septuaginta, *in serris ferreis*; Symmachus, *in rotis ferreis*. & Vulgatus Isa.28.27. vertit. *non in serris triturabitur gith.* Vulgatus quoque transferre solet, *plaustrum, seu carpentum*, vt hoc loco, & Isa.41.15. *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum.* & 2. Reg.12.31. *circumegit super eos ferrata carpenta.* Est autem plaustrum, ait hic Hieron. & Isa.28. ad finem, genus plaustri, quod rotis subter ferreis, atque dentatis voluitur, vt excussis frumentis, stipulam in area conterat, & comminuat. 1.Paralip. 20.3. *trahas* quoque vertit Vulgatus.

Ratio tribuli.

Putat autem Isidorus non proprie hæc accipienda, sed per metaphoram, quod adeo sæuierunt Damasceni in Galaatidas, vt sæuire solent, qui tribulis ferreis dissecant homines, & videntur id insinuare Hieronymus, & Remigius. Sic enim ait Hieronymus. Primum aduersum Damascum, in qua regnabat Hazael, sermo Dei dirigitur; qui eo tempore, quo Amos Prophetabat, grauiter vrgebat Israel, in tantum, vt omnem regionem Galaad, quæ in hæreditatem cesserat dimidiæ tribui Manasse, instar tribulorum frumentum in areis triturantium, iugularet, atque contereret. Verum cæteri omnes, Theodoretus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. atque Montanus vere, & proprie accipiunt hanc stragem factam: tum quia Elisæus sic futurum prædixit, illis verbis, *& prægnantes diuides.* & Septuaginta ad illud respicientes, hic verterunt, *pro eo, quod secuerunt serris ferreis prægnantes in Galaad.* Tum quia hoc fuit consuetum victoribus: nam Dauid 2.Reg.12. *Circumegit super Ammonitas ferrata carpenta.* & 1.Paralip.20.3. *fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta transire, ita vt dissecarentur, & contererentur.* Tum denique quia propterea hoc scelus modum crudelitatis excedere dicitur, vt Damasceni, absque Dei pœnitentia, puniendi sint. Alioquin si pœnas per metaphoras ac tropos minuimus, ob Dei clementiam ostendendam, homines in suis peccatis perseuerarent: vt fecit Origenes in pœnis æternis inferni, quas aliquando finem docuit habituras

Trituratio pro sæuitie per metaphoram.

Trituratio proprie accipienda.

12 *Et mittam ignem.* Nomine ignis stragem extremam cædemque significat, per hostem indu-

Ignis pro strage.

ctam, [illegible] populi [illegible] 1.2. [illegible], *igni egressus* [illegible] *de* [illegible], *deuorauit Ar Moabitarum* [illegible] *cultores* [illegible] *excelsorum Arnon.* [illegible] Albertus, Remigius, Lyra, Dau[illegible] Vatablus, Montanus, & Ro[illegible] ipse Propheta vers.14. cum [illegible] *die belli* [illegible] explicat, verbi Theo[illegible] autem [illegible] glathphalassar regem Assyriorum [illegible] hanc prophetiam contra Dam[illegible] 4.Reg.16.5.& Isa.7.1. Cum enim Rasin rex Syriæ, & Phacee rex Israel conuenirent, & pugnarent contra Ierusalem, nec possent eam [illegible] Achaz in auxilium vocauit Teglathphalassar, qui ascendit in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem interfecit. quæ verba satis ostendunt [illegible] completam prophetiam Amos, qui [illegible] *& transferetur populus Syriæ Cyrenem.*

In domum [illegible], Iam [illegible], seu post [illegible] Hazaelis per domum intelligunt R[illegible] Albertus, Hugo, Lyra, & Montanus, quam deleuit rex Assyriorum: & domus Iacob [illegible] posteritas Iacob. Est autem aduertend[illegible] libr.7. Antiq.cap.5. quid [illegible] Damasceno lib.4 suarum historiarum, Adad quem Scriptura vocat Adarezer, primum [illegible] Syriæ tempore Dauid, à quo victus dicitur 2. Reg.8. deinde illo mortuo eius nepotes vsque ad decimam generationem regnauerunt, à patre vocati Adad, sicut Ægyptii vocabantur Ptolomæi. Tertius illi successit Benadad, qui reparare volens aui sui Adad stragem, vastauit Samariam regnante in ea Achab, 3.Reg.20.& 22. cui successit Hazael seruus, illo interfecto, vt ait Iosephus libr.9. Antiq. cap.4. & huic filius eius Benadad, nam 4.Reg.13.3. dicitur: *tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filii Hazael.* Igitur Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, & cæteri existimant hic loqui Prophetam contra Hazael, & Benadad filium eius; quia supplicium minatur contra eos, qui afflixerunt populum suum, vt fecerunt Hazael, & Benadad filius eius, 4.Reg.13. At Lyra, & Montanus explicant de primo Benadad patre Hazaelis, & auo alterius Benadad. nam de illis asserit Iosephus lib.9.Antiq.c.4. hos duos quasi Deos cultos, propter beneficia Damascenis præstita, & templa magnifica, quibus Damasc[illegible] ciuitatem exornarunt, quæ destruenda vaticinatur Propheta Amos, sicut & Ieremias cap.49.27. cum ait, *& deuorabit mœnia Benadad.* nam & Amos, *& deuorabit*, ait, *palatia Benadad*, ab eo scilicet magnifice constructa. Et autem Rasin e domo H[illegible] lis quinto[illegible] electus est, rex Syriæ Damasci. Hieronymus domum proprie accipit, [illegible] est, [illegible] Hazaelis, cui, cum Amos prophetabat, [illegible] Benadad, sub Ozia, & Ieroboam, [illegible] cum tamen ex 4.Reg.13.22. constet Hazael afflixisse Israel cunctis diebus Ioachaz: & Benadad [illegible] eius, regnante Ioa filio Ioachaz, regem [illegible] Syriæ Damasci.

11 omus [illegible] ipien[illegible]

14 *Vectem.*] Omne robur Damasci intelligunt omnes, quo se ab hostibus tuebantur [illegible] portis vectibus obfirm[illegible] ingrediantur; ita [illegible] m,

ac

[illegible] munitionum copia Damascem se tutos putabant. Nam ita vrbes muniebantur seris, ac vectibus, Deuteron. 3.5. *Vrbes erant munita portis, & vectibus.* Psalmo 106.16. *contriuit portas areas, & vectes ferreos confregit.* & Ierem. 49.31. *consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter: non ostia, nec vectes ei;* nihil est enim quod opponi possit oppugnanti Deo, nec est in homine clausum quid aut obsignatum, quod illi non sit peruium.

De campo idoli. Hebraice, בקעת און *Bikbhath auen*, quod nomen proprium loci putant quidam. Alij, vt Montanus, Damascenum, *vallem vanitatis* explicant, quod in amœnissima valle sita esset, & vana, vacuaque futura. Ceteri, Hieronymus, Theodoretus, Remigius cum alijs, [illegible] idoli, ipsam Damascum intelligunt idolis deditissimam; cuius habitatores; alio dicendi modo, disperdendos comminatur: quibus nullo modo iam vtilis erit. Eadem dicitur *Beth-edem, domus voluptatis*; in qua sceptrum tenens rex Rasin interfectus est, vt est communis expositio, & refertur 4. Reg. 16.

B

Cyrenes triplex.

Cyrenem. Tres vrbes insignes reperiuntur dictæ Hebraice קיר *Kir*, Latine *Cyrenes*. Vna est profanis auctoribus notissima in Africa, quæ denominat totam illam partem Lybiæ, quæ est versus Ægyptum, ad Orientem Africæ proprie dictæ, & vocatur regio Cyrenaica, seu Pentapolitana, auctore Hieronymo in lib. de locis Hebraicis, in Acta; a quinque vrbibus insignibus, Beronice, Arsinoe, Ptolomaide, Appolonia, & ipsa Cyrene; cuius meminere Herodotus in Melpomene, Diodorus Siculus lib. 4. Strabo lib. 17. Geogra. Solinus cap. 30. Polyhistoriæ, & Plinius lib. 5. cap. 5. & lib. 2. cap. 3. Condita fuit à Batto Tereo Lacædemone, anno post captam Troiam 586. Olymp. 45. rege Martio [illegible] Romanas tenente, vt ait Solinus anno V. C. 143. auctore Plinio lib. illo 21. Quamuis Eusebius in Chronico, anno Anci Martij 22. Olymp. 37. sub Iosia rege Iudæ conditam dicat: [illegible] prius dixerat conditam Olymp. 4. sub Ioathan, sed & tempore Iesu Naue. De hac dixit Lucas Actuum 2. *& partes Lybia, qua est circa Cyrenen.* Ex ea oriundus fuit Cyreneensis pater Alexandri, & Rufi, qui angariatus est vt crucē Domini portaret, auctore Augustino lib. de pastoribus 10 tomo. 9. prope finem. Altera Cyrenes fuit in regione Moabitica, de qua Isaias cap. 15. 1. *quia nocte vastata est Kir Moab*; Vulgatus dixit; *quia nocte vastatus est murus Moab.* & cap. 16. 7. *Super fundamenta Kir h[illegible]reseth loquemini.* & v. 11. *viscera mea ad Kir hares.* Tertia est in Assyria, seu in superiore Media, cuius meminit Ptolomæus lib. 6. cap. 2. *Curnam* fortasse vocans: nam & Chaldæus *Kirne* hoc loco Amosi [illegible] cauit. & Iosephus quoque ita asserit lib. 9. Antiquit. cap. 13. De hac videtur loqui Isaias cap. 22. 6. cum Elamitis in sagittis iaciendis excellentibus coniungit Kireos in scutorum genere præstantes, cum ait, *& Elam sumpsit pharetram, & Kir nudauit clypeum.* Iam hoc præmisso, de qua Cyrene dicat Amos, *transferetur populus Syriæ Cyrenem*; videndum est. Hieronymus, Remigius, [illegible]bertus, Hugo, & Dionysius existimant in Cyrenem Africanam dici transferendos Syros Damascenos. Verius tamen est de Cyrene Mediæ loqui tum Prophetam, Assyriis subiecta, & [illegible] historiam illam 4. Reg. 16. 9. *[illegible] Syriorum Damascum, & vastauit eam, & [illegible] habitatores eius Cyrenem*, seu in Kir; exponit [illegible] lib. [illegible] Antiq. cap. 13. de Teglathphalasar loq[illegible]. Damascenos autem in superiorem Mediam destinauit, & quosdam Assyriorum in ciuitate Damascena constituit; & sic Montano videtur. Nulla enim ratio cogit existimare Assyrium in Cyrenem longe dissitam, & alienæ ditioni subiectam, Syros captiuos transtulisse, sed in suam potius, à qua venerant, vt cap. 9. ostendemus.

Margin (left): Cyrene Africæ. Herodot. Diodor. Strabo. Solinus. Plinius. August. [illegible] Moabiti[illegible]. Cyrenes Mediæ. [P]tolomæ[us]. [I]osephus. [illegible] quo sit [illegible] Mediæ.

Margin (right): Iosephus.

C

D

E

Ignis affectio cur dicta.

Porro hæc supplicia ignem propterea vocat Propheta, quod ita efficacia fuerint, vt ad [illegible]em vsque deduxerint [illegible] Dei; quemadmodum ignis efficacissimum est [illegible] elementorum, omnia consumens & [illegible], [illegible] enim improbos absumit [illegible] regionem transfert, ac [illegible] [illegible]niam, & vitiis emundat [illegible] ac pellucidum Deo reddit [illegible].

Palæstina.

Gaz[illegible] Inue[illegible] ris Mediterran[illegible] incol[illegible]bant. Ce[illegible] autem Palæstin[illegible] L[illegible] dictum Palæstina, [illegible] 46. à qua mare illud Occidentale [illegible] 31. mare vocatur Palæstinorum. [illegible] Prouinciæ Herodotus lib. [illegible] pag. 189. Strabo lib. 16. Geographiæ, Plinius lib. 5. cap. 13. Mela lib. 1. cap. 11. Stephanus de vrbibus. Volaterranus lib. 11. Diuidebatur in quinque præcipuas ciuitates, quinque Regulis subiectas, vt constat Iosue 13. 3. 1. Regum 6. [illegible] eæque extendebantur per oram maris Mediterranei, à Ioppe seu Iaffa; quæ recta respicit Ierusalem 40. millibus ab ea distitam, versus Orientem. Prima G[illegible] à Ioppe distabat octo millibus, inde sequitur Accaron; ad octo deinde millia est Azotus: ad decem post eam millia sita erat Ascalon: demum ad decem alia millia supra ipsum mare versus Meridiem est Gaza, post dicta Gazera; octo millibus à Bersabea separata, alias dicta Gibelin.

Margin: Herodot. Strabo. Plinius. Mela. Stephan⁹. Quinque Palæstinæ.

Gaza.

Gaza prima se offert à Meridie, Hebraice dicta עזה *hazzah*, non cum g, sed cum *hain*, quæ solet facile conuerti in g, vt in *Gomorrha, Phegor*, vt notauit Hieronymus de locis Hebraicis. *Hazam* vocat Stephanus. Est autem vetustissima, siquidem Genes. 10. 19. Deuteron. 2. [illegible]. & in Iosue, frequens fit eius mentio. Quare merito reprehenditur a Masio super 10. Iosue Pomponius Mela. qui putat à Cambyse ædificatam in ærarium, quod Persæ *Gazam* vocant. [illegible] in Media est altera *Gaza* [illegible] Strabone sic vocata, [illegible] P[illegible] lib. 6. cap. [illegible] *Gazageth.* Tertia in Æthiopia Ptolomæo lib. 4. cap. [illegible] *Haza*, seu *Gaza*, de qua Amos, non *ara* [illegible] *fortitudinem* significat: estque [illegible] vt [illegible]. Distat ab Ierusalem [illegible] mansionibus, estque in via ad Iudæam Ægyptum [illegible]. Vnde Act. 8. Eunuchus rediens ab Ierusalem ibat per viam, quæ ducit Gazam.

Vetustas eius.

Gaza multiplex.

Ascalon.

Ascalon sequitur Gazam versus Septentrionem post decem millia. Hebraice dicta אשקלון *Askelon*; quam Volaterranus refert ex Xantho in Historia Lydorum, ab Ascalone Hymenei filio, Tantali fratre conditam. In ea Semiramis nata ex illicito concubitu, auctore Diodoro Siculo lib. 3. à matre in desertis locis derelicta, per an-

[illegible] de columba Syr[illegible] [illegible] in vexillis depicta. Ide[illegible] [illegible]

Alba P[illegible] sra columba Syro.

Azotus. Az[illegible] quitur deinde post d[illegible] cem millia[illegible]. H[illegible]b[illegible] אשדוד *Asdod*, nam Græ[illegible] [illegible] fort[illegible]ima, & n[illegible] stan[illegible] v[illegible]lenn[illegible]s Ægyptii expugnare; quam Psam[illegible]tich[illegible]s Ægyp[illegible] [illegible] annos [illegible] obs[illegible]d[illegible], d[illegible]issimam omnium v[illegible] tenens obsidionem, vt ait Her[illegible] lib. 2. portum Arab[illegible] celeb[illegible] putat Mela lib. 1. cap. [illegible].

Accaron. A[illegible]car[illegible] succ[illegible] post octo millia, Hebraice עקרון *hhekeron*, P[illegible] [illegible] quem vocant. H[illegible]des C[illegible] [illegible]. *Acam* [illegible] Str[illegible]bol[illegible] [illegible] & Plinius [illegible] post[illegible] *Acre* voc[illegible] est, vt notat A[illegible] super [illegible], vt de[illegible] S. Ioannis de *Acre*. a Cl[illegible] [illegible] Cela[illegible] di[illegible] *Ptolemais*, vt [illegible] Strabo. Ve[illegible]. Nam C[illegible] Palæstin[illegible] portu Ioppe [illegible] Septentrionem distat [illegible], [illegible] vocabatur *Pirgos*: de[illegible] ad [illegible] ab Ioppe vl[illegible] ra montem C[illegible] Ptolemais, mox Acron, seu A[illegible] At [illegible] vrbs Palæstinæ ante Iop[illegible]pe[illegible].

Geth. G[illegible] t[illegible] ab Ioppe mil[illegible]iaribus sita, patria fuit Goliath, cuius non meminit noster Propheta. [illegible] verbis, *& peribunt reliqui Philisthinorum*, qui [illegible] ex minoribus esse oppidis.

18 *Captiuitatem perfectam.*] Et absolutam, [illegible] ne v[illegible] quid[illegible] [illegible], quem non tul[illegible] captiuum, & tradiderint Idumæis du[illegible] [illegible]andum. [illegible] Hieronymus, Theodo[illegible]etus, Remigius, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus. At Vatablus & R[illegible]bertus [illegible] explicant hanc perfectam captiuitatem, quod cum in C[illegible]aldæam captiui ducerentur Iudæi, qu[illegible]dam clam se recipiebant apud v[illegible] Palæstinos, rati se ibi posse latere: verum [illegible] illos prodebant hostibus; vnde nullus remanebat non captiuus. Sed quid hæc ad Idumæos? Montanus ergo ita exponit: [illegible]um Israelitæ aliquand[illegible] caperentur in b[illegible], nul[illegible] ræ [illegible] tædio affecti, ad Palæstinos, qui inter Idumæam, & Iudæam sunt, confugiebant. I[illegible] vero crudeles, [illegible]entes ad se, tenebant, Idumæisque miseriori [illegible] opprimendos t[illegible]adebant. Verum communis expositio habet, Palæstin[illegible] in bellis, quæ cum Israelit[illegible] gerebant, eos captiu[illegible]s omnes d[illegible]xisse, ne vno quidem [illegible], quo[illegible] deinde vendebant Idumæis.

Iudæi venditi Idumæis.

Quæstio. Se[illegible] qua[illegible]do hoc acciderit, inquiritur. Vatablus, & R[illegible]bertus in d[illegible]structione domus secundæ, [illegible] Iudæorum, [illegible] per Nabuchodonoso[illegible]rem, ex [illegible] completum. Atque id insinuant Hieronymus, & Theodoret[illegible], dum Iudæorum captiuitatem expon[illegible]. Remigius Hugo, & Dionysius in obsidione Samariæ, & [illegible]gni decem tribuum [illegible]astatione [illegible] A[illegible], h[illegible] factum putant. [illegible] [illegible]gni, siue per At[illegible] [illegible]e per Cal[illegible] Al[illegible] videtur hoc scelus [illegible] tem[illegible] A[illegible], 2. Paralip. 28. qu[illegible] [illegible] [illegible] surrexerunt in Iud[illegible] R[illegible] S[illegible] *qui magnam prædam cepit de eius imperio*, [illegible] *in Damascum*: & [illegible] ex Israel Ph[illegible]

[illegible] sententiæ de tempore [illegible] Palæstinorum.

[illegible] [illegible] *infinitam prædam*, [illegible] *riam*: & [illegible] x A[illegible] T[illegible] *Iudam, & nullo resistente vastauit*. In[illegible] ge vl[illegible] [illegible] imp[illegible] fuerunt Phil[illegible] t[illegible]nc temp[illegible] per vrbes cam[illegible] perunt Bethsames, & Aialon, & G[illegible] [illegible] quoque & [illegible]hamnan & G[illegible]zo cum [illegible] & habitauerunt in [illegible]. Nempe traden[illegible] [illegible] earum vrbium [illegible]colas Idumæ[illegible] [illegible] venderant, & per[illegible] m[illegible] & cep[illegible] prædam magnam; in[illegible] [illegible] tulerunt captiuitatem. Verum cum A[illegible] [illegible] tiem iam re[illegible]exhibitam, & præteritam [illegible]ala[illegible]rum culpam ob[illegible] oculos ponat, in quam fue[illegible] relapsi, post sæp[illegible] exercitam in Israelem, [illegible] dam, crudelitatem, quæ cõstat e[illegible] libri Iudic[illegible] & Regum, vt propter eam puniendos e[illegible] nunciet: ac prædicta omnia acciderint postqua[illegible] prophetauit Amos plures quinquaginta annis [illegible] non videntur illa rei esse [illegible] om[illegible]. Q[illegible] obieris cum sæpe nouerimus ante Amos [illegible] les fuisse Palæstinos in Dei populum, at n[illegible]n con[illegible]stat nobis quando c[illegible]tiuum duxerint, & [illegible]rad[illegible]derint Idumæis: qu[illegible]mus [illegible] certo [illegible]mus. Ideo de hac re nihil est quod [illegible] pronunciemus.

Gaza. Euersionem harum ciuitatum Phil[illegible]norum, nomine ignis significat: quæ quando facta fuerit, non est constans sententia: & perpauci expositores de ea [illegible]clant, plurimi prætereunt, certe de eius complemento; quia *iota vnum, & vnus apex non præteribit, donec omnia fiant*. Mont[illegible] quidem hac depopulationem P[illegible] Æg[illegible]pti regi tribuit, quem putat esse illum, [illegible] in Scriptu[illegible] Pharao Necao. & Ierem. 47. [illegible] tur Gazam percussisse. *Factum est*, inquit, *verbum Domini contra Palæstinos, antequam percuteret Pharao Gazam*. & Herodotus lib. [illegible] refert Azotum 29. annos ab [illegible] obsessam, & expugnat[illegible] & c[illegible]dendam [illegible] cum alis ciuitatibus. S[illegible]mus [illegible], prius captam Azot[illegible] Tartan duce [illegible] ut paratet aditum [illegible] A[illegible] [illegible] ac mox ip[illegible] & obsedit [illegible] tempore [illegible] chiæ, vide [illegible]. Verius mihi videtur cum Lyra sermo[illegible] esse de [illegible], ac celebri destructione [illegible] per Nabuchodonosorem, ab omnibus aliis Prophetis prænunciata, & cantu lugubri decantata: sic enim ait Ieremias cap. 25. propin[illegible] calic[illegible] Domini. *Dabit [illegible] de illo bibere cunctis regibus [illegible] Philisthiim, & Ascalonem, & [illegible] zæ, & Accaron, & reliquiis Azoti*. & cap. 47 *vastabuntur omnes Philisthiim [illegible] quia, Gaza, & Ascalon, & reliquiæ vallo earum*. Sophonias quoque cap. 2. & Ezechiel cap. 25. [illegible] de eadem Phil[illegible] vastatione loquuntur; vt nos ei[illegible] in locis ostendimus. 9

Tyri. Iam ad Tyrum [illegible] nuerit Propheta, multis nom[illegible] sed Dei [illegible]. [illegible] Hebraice [illegible] ne auctor [illegible] *rodeSor*. Sido[illegible] [illegible] ne Hiero[illegible] [illegible]

Pal[illegible]

Galli[illegible]

n[illegible]

[illegible] [illegible] à nou. distans quæ [illegible] alto mari septuaginta passibus di- [illegible] Plinio lib. 5. cap. 19. ab Ioppe [illegible] distat 8 [illegible], à Sidone Vet- [illegible] stadiis, vt ait Strabo lib. [illegible] phiæ pag. 718. hoc est, 25. milliaribus. De antiquitate eius Sidone decertabat, & de [illegible] gnitudine; etsi illius fuerit colonia, cum Sidon multo ante condita fuerit à Sidone filio Chanaan filij Cham, vt auctor est Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 12. cum tamen Tyrus condita sit vno anno ante captam Troiam, vt ait Iustinus pag. 174. tempore iudicis Abdon, & annis 240. ante templum Salomonis, vt Iosephus refert lib. 8. Antiq. cap. 2. Sed constat Iosue 19. [illegible] iam ædificatam in [illegible], nam dicitur, *vsque ad Sidonem magnam, & vsque ad ciuitatem munitissimam Tyrum.* quo tempore ipsius [illegible], & Sidonem regnabant Phœnix; vnde Phœnices, & Cadmus, & Thebis profecti filij Agenoris [illegible], vt notat Eusebius in Chronico; vnde Virgilius [illegible] Æneidos.

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem.

Fuit olim partu clarissima vrbibus gentis, in quo se e [illegible] iactabat Sidone, vt narrant Strabo, & Plinius, in Iberia, & Lybia, vsque ad loca extra columnas, nempe Leptis Vtica, & illa Romani Imperij æmula, terrarum orbis auida, Carthagine: etiam Gadibus extra orbem conditis, & Thebis Bœotiarum. Q. Curtius lib. 4. de historia Alexandri. *Coloniæ Tyri*, inquit, *pene toto orbe diffusæ sunt, Carthago in Africa, in Bœotia Thebæ, Gades ad Oceanum.* Eius fortitudinem, & excellentiam Prophetæ sacri melius, quam prof[illegible] declararunt, Isaias cap. 23. Ezechiel cap. 27. Ieremias, & ceteri frequenter. Hæc igitur tanta vrbs, post multa commissa delicta in populum Dei, vnum, & extremum commisit, ob quod extremo subiectum exitio.

21 *Captiuitatem*.] Et hoc crudele crimen Tyriorum, commune illis erat cum Palæstinis, quod omnes, quos captiuos ferebant ex Dei populo, statim Idumæis [illegible], Iudæos traductos, ita Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Hugo, Lyra, Dionysius, Albertus tamen, Vatablus, & [illegible] putant scelus hoc patratum, quod [illegible] ad [illegible], tanquam ad profugium, capiebant, & vendebant Idumæis. Remigius vero, & Hugo, quod cum essent negotiatores, quoscumque poterant, ex Iudæis comprehendebant, & vendebant Idumæis. Montanus explicat magis hunc dicendi modum, quod cum Iudæi, & Israelitæ [illegible] & [illegible] onem ad negotiandum ingrederentur [illegible] capiebant, & spoliabant auro, & [illegible] vendebant proximis Idumæis, & Græcis, ne [illegible] Ioelæ cap. Idumæa omnibus. [illegible] *6. filios Iuda. & filios Ierusalem vendidistis filijs Græcorum, vt longe faceretis eos à finibus suis.* Sed hanc [illegible] quando euenerint, nescimus, de nullo enim bello ab eis contra Dei populum gesto fit mentio in libris Regum, & tamen certum debet esse ex hoc loco [illegible], & ex Psalmo 8. 8. Vbi agitur de bello [illegible] coacto in Iosaphat. *Aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & [illegible] Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon & [illegible] Philistim, cum habitantibus Tyrum.* & cap. 46. [illegible] de Samuele, quod

[illegible] fuerit principes Tyriorum, [illegible] Philistim.

Fœderis.] Fœdus hoc fœdus inter Hiram [illegible] Tyri, & Salomonem [illegible] enim [illegible] omnes [illegible]; Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra Dionysius, Montanus, & [illegible], vt [illegible] Reg. 5. & 9. & 2. Paralip. 2. & 8. Vbi dicitur, *percusserunt ambo fœdus; & erat pax inter Hiram & Salomonem* [illegible] dixit Hiram ad Salomonem; *hæ sunt ciuitates quas dedisti mihi frater mi?* Vatablus, & Robertus non de hoc fœdere, sed de eo, quod debuerat esse inter fratres Iudæos, & Idumæos ex duobus fratribus Iacob, & Esau ortos. [illegible] non erant [illegible] ad tradendi Idumæis, vt [illegible] amorem, grauissime [illegible] ac seditiones excitat inter fratres, & sanguine coniunctos, metiturque [illegible] scindatur.

Ignem.] Excidium [illegible] in Tyrum [illegible] ficat, quæ cum aliquoties fuerit [illegible] & obsessa; vt cum [illegible] Salmanasar qui [illegible] sed non effecit, Sidone [illegible], & antiqua Tyro [illegible] tibus, vt ex Menandro [illegible], &c. Archiuis Tyriorum refert Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 14. iterum men [illegible] est, & [illegible] per Nabuchodonosorem, vt prophetarunt Isaias cap. 23. Ieremias cap. 25. & 47. qui [illegible] cum Tyro, ait, *ego dedi terras istas omnes in manu Nabuchodonosoris regis Babylonis* [illegible] & Ezechiel cap. 26. *Ecce ego adducam ad* [illegible] *Nabuchodonosor regem Babylonis.* eadem enim [illegible] quam [illegible] cepit, obsedit Tyrum annis tribus [illegible] tibus, regnante in ea Ithobalo; vt [illegible] Philostratus, quem citerunt Iosephus lib. 10. Antiq. c. 13. & lib. 1. contra Appionem pag. [illegible] 3. & Clemens Alex. lib. 1. Stromatum pag. 32. [illegible] expugnata est ab Alexandro Magno, vt [illegible] Q. Curtius, [illegible] cong[illegible] Plinio [illegible], & Mel[illegible] cap. 12. & [illegible] Græci vocant [illegible] Hieronymus. T[illegible] Turcæ expugnarunt [illegible] & Christo [illegible] pro [illegible] euersione per Nabuchodonosorem facta loqui nostrum Prophetam omnium sensus, & expositorum, Hieronymi, Theodoreti, Remigij, Hugonis, Lyræ, Dionysij, & Montani; quamuis aliqui meminerint eius, quæ facta est per Alexandrum; qui non destruxit eam, sed cepit, ac subiecit integram manentem.

14 *Persecutus.*] Contra Idumæos loquitur, qui posteri erant Esau, seu [illegible] fratris Iacob: cuius grauissimum signat delictum, odium pertinax ad finem vsque absque miseratione deductum in filios Iacob. Constat enim primum ipsum Esau voluisse vlcisci se de Iacob, quod primogenita, & benedictionem præripuisset, Gen. 27. [illegible] deinde cum venissent filij Israel ex [illegible] prope ad fines Idumææ, non solum eis transitum negauerunt per terminos Idumææ, sed cum gladijs, & alijs bellicis instrumentis eos repulerunt, [illegible] sunt circumire per circuitum montis Seir [illegible] ad [illegible] Hor, vt [illegible] Num. cap. 2[illegible] & Deut. 2. vsq; adeo autem desæuiebant in Iudæos, vt quoties illos victos vidissent, aut audissent, lætarentur; vt

Iosephus.
Curtius.
Tyriorum crudelitas.
Fœdus inter Hiram & Salomonem.
Amor fratrum Iacob, & Esau in posteris.
Ignis oppugnatae.
Menander. Iosephus.
Tyrus ter expugnata.
Philostratus. Iosephus. Clemens Alex.
Curtius. Plinius. Strabo.
Amos loquitur de euersione Nabucho.
Odium Idumæorum in Iudæos.

... ex A... P... ...Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem, qui dicunt: exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Gratias autem huius odij ostenditur illo verbo, quod violauerit misericordiam eius. Hebraice רחמיו rachamau, misericordias suas, hoc est, quod abiecerit misericordiam, qua debebat eum prosequi, ex germanitate contracta, quod ex eadem vulua, denique e lateribus nati sunt. Vnde Symmachus vertit, quod violauerit viscera propria. at LXX. apud Hieronym. Theodoretum, & Complutensem editionem, quod violauerit ... vuluam in terra. in Vaticana autem, matrem legimus: quibus significatur amor fraternus, qui ... debebat, quod intra eundem ventrem ... conclusi, simul quo ... nati sunt ... nunquam ... Esau per ... Iacob ... persecutus est.

Odij fraterni exaggeratio.

Mittam ignem. Per Assyrios, exponit Remigius, & Hugo, ... Nabuchodonosor, vt ... Ieremias cap. ... c. 49. Ezech. cap. 25. & ... de his aut ... tribus seu regionibus Idumææ ... per Ieremiam.

Versio per Nabuchodonosorem.

26 Dissecuerit. Pro pregnantes, est in Hebræo הרות Haroth, quod deducitur a verbo הרר harar, montes significat ... aut munitas ciuitates, quæ instar sunt montium: vt 4. Reg. 3. & montes eorum diuides, & ita hoc loco accipiunt Paulus Burgensis in additione huius capitis, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus, vt sit Ammonitarum flagitium, quod ex summa cupiditate montes superint, seu munitas ciuitates disciderint Galaaditarum, quo regionem illorum sibi assumerent. Confirmant hunc sensum ratio addita, ad dilatandum terminos suos; & quod Ieremias de hoc ipso crimine accusabat Ammonitas cap. 49. Ad filios Ammon, inquit, hæc dicit Dominus. Numquid non filii sunt Israel; aut heres non est ei? cur igitur hereditate possedit rex eorum Gad, & populus eius in vrbibus eius habitauit? Verum cum Septuaginta verterunt pregnantes, aut grauidas, & Vulgatus eos secutus, Chaldæus, & Tigurina, & alii interpretes hanc etiam interpretationem admittant, ea præferenda est, qui deducunt a verbo הרה harah, quod est grandari. & ita 4. Reg. 8. 12. dixit Eliseus Hazaeli: tunc ne co-

Ratio formonis.

Sæuities dissecandi grauidas.

... gladio ... suos; & 4. Reg. 15. 16. interfecit ... pregnantes, & scidit eas. Hoseæ 14. 1. paruuli eorum ... tur, & fœta eius discindantur. Similiter & hoc loco; eo quod dissecerint grauidas Galaad, ne postea illis essent, vt sic ipsi Ammonitæ in hereditatem eorum ingrederentur, vt exponunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Putat autem Hieronymus, & eum secuti ceteri, hoc flagitium patratum, cum Naas princeps filiorum Ammon, 1. Reg. ... pugnauit aduersus Iabes Galaad, & oppressit, ac ... grauidas dissecuit. Sed de hoc nihil ibi ... certum tamen est ... quamuis ... non ... Accidit tamen non ... in Ecclesia Christi, vt ostendit Gregorius ... Pastoral. admonit. 25. cum improbi animas fid... verbo Dei grauidas peremunt ... opinionibus eas imbuant & fœtu enecant.

B

Succendam. Per Nabuchodonosorem, vt intelligunt Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius: nam ita, ... nominato, prædixit Ezechiel cap. 21. 20. & cap. 25. 5. & Ieremias cap. 49. 2. Audiuum, inquit, faciam super Rabba filiorum Ammon fremitum prælii, & erit in tumulum dissipata, filiæ eius in igne succendentur. Hoc est; quod hic dicit cum vociferatione, ... clangore, in tempore belli, & cum turbine in die tempestatis: nam, vt ingruente bello omnes vociferantur, & vlulant, & ... mota tempestate omnia turbantur; ita in euersione Rabba. 17

C

Melchom. Saturnus est idolum Ammonitarum, vt LXX. verterunt apud Theodoretum, & omnes Latini sic accipiunt; & per principes, intelligunt sacerdotes eius. At ... vt nomen appellatiuum acceperunt, est id. m ... quod ... ex eo ... & ita verterunt LXX. in Vaticano, in Hi..., & Complutensi Codice, & ibunt reges eorum in captiuitatem, principes eorum, & sacerdotes eorum simul & Albertus, Remigius, Hugo, Dionysius, ... & Robertus, hunc ... refert: Deus enim ... rex ... habebatur: de quo ait Ieremias ... Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius & principes eius simul, ex quo constat hoc loco principes ... proprie: sed de Melchom ... 28

Melchom Saturnus.

AMOS PROPHETÆ.

Paraphrasis.

HÆc dicit Dominus contra Moabitas: multa scelera commiserunt Moabitæ: ... illud grauissimum, & nulla dignum condonatione, quod ... ossa regis Idumææ, qui ... ad ... populo ... contra ... de sepulchro ... exstitatem ... ossa ... Nabuchodonosor ... Moab, & ... metropolim ... Carioth hoste ... & tuba persone... & in... ... Dominus contra Iudam ... scelera, ... & eius

Cap. II.

HÆc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eo quod incenderit ossa regis Idumææ, vsque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab; in clangore tubæ. Et disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quod abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit: ... errores ... sui, post quos abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Ierusalem. Hæc dicit Dominus 1 3 4 5 6

mandatis præceptis, in cultum idolorum impegerunt, quibus decepti sunt patres eorum in Ægypto, & in deserto. Idcirco ego, inquit Dominus, mittam in eos [1] Nabuchodonosorem, qui euertat regnum Iudæ, & vrbem Ierusalem igni consumat. Sed & Israeli similiter Dominus hunc modum comminatur. Quia supra omnia sua crimina, hoc maximum illis addiderunt, quod iustam litigantis causam obscurantes, aduersariis [4] pro argento obtorto adiudicabant, & [5] etiam pauperis pro vilissimo duorum calceorum precio prodebant. Ego certe eorum non ... bo incolumitatem. Nam ita [6] conculcant pauperes, ... quod habent in rem, de qua litigant, illis adimant, & in [7] aduersarios retorqueant. Deinde pater, & filius ad eandem ingrediebantur puellam, quo nomen meum blasphemii exponerent exterorum, ex... nanttium mihi hanc turpitudinem non displicere. Ad hæc super vestimentis [9] in pignus acceptis ... umbebant, dum luxuriose epulabantur apud singulas idolorum aras: & ex mulctis iniuste pauperibus impositis, in falsorum deorum domibus, [10] emptum vinum bibebant, obliti insignium beneficiorum, quæ illis contuli: siquidem ingredientibus illis terram hanc, [11] Amorrhæos deleui, qui ... cedris gentibus ceteris præstabant, & quercus fortitudine præeminebant: a... stulique omnem illorum posteritatem, filios nempe simul cum patribus, & egomet vos eduxi de Ægypto, & per quadraginta annos longo ad terram hanc feci per ... circuitu, vt possideretis terram Amorrhæi. Nec his contentus insuper de filiis vestris assumpsi mihi Prophetas, & de iuuenibus consecraui mihi Nazaræos. Numquid non est ita filij Israel? Nonne hæc tam ingentia beneficia vobis contuli? & tamen contra meum præceptum, vinum [12] propinabatis Nazaræis: & Prophetas silere compellebatis, ne vestra scelera arguerent. Idcirco ecce ego tot tantisque suppliciis per Assyrios [13] onerabo, vt ... geatis, gemati sque ... ulti ... in segetis graui onere prelium, dum trahitur, gemebundo concrepat stridore, adeo vt ne ... [14] velocissimus ex vobis se possit ... acripere velocitate, nec fortis sua virtute, nec suo robustus vitam robore liberare. & sagittarii, qui eminus pugnant, non expectabunt aduersarium: nec veloces pedibus eu... nec equites suorum equorum celeri cursu vitam poterunt seruare. Quod si quis magno vir animo, ceteris viri fortis ... præstiterit, præclare tunc secum actum esse reputabit, si proiecto clypeo, & ense, nudus, & inermis aufugiat, & se solum eripiat, dicit Dominus.

Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quod vendiderit [4] pro argento iustum, [5] & pauperem pro calceamentis. [6] Qui conterunt
7 *super puluerem terræ capita pauperum, [7] & viam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt [8] ad puellam,*
vt violarent nomen sanctum meum. Et super vestimen- 8
tis [9] pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum [10] damnatorum bibebãt in domo Dei sui. Ego au- 9
tem exterminaui [1] Amorrhæum a facie eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius sub-
ter. Ego sum, qui ascendere vos feci de terra Ægypti, & 10
duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. Et suscitaui de filiis vestris in Prophetas, 11
& de iuuenibus vestris Nazaræos: numquid non ita est,
filij Israel, dicit Dominus? [12] Et propinabitis Nazaræis 12
vinum: & Prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis. [13] Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plau- 13
strum onustum fœno. [14] Et peribit fuga a veloci, & for- 14
tis non obtinebit virtutem suam: & robustus non saluabit animam suam. Et tenens arcum non stabit, & velox 15
pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit
animam suam: & robustus corde inter fortes nudus fu- 16
giet in illa die, dicit Dominus.

ARGVMENTVM.

PROSEQVITVR minas in Moabitas, Iudam, & Israelem, quod post tam insignia illis à Deo collata beneficia, lege eius contempta, fratres suos in iudicio oppresserint.

COMMENTARIVS.

1 *Rex Edom quis nec ... sit.*

Ossa. Quis iste rex fuerit, aut quando à Moabitis sit in cinerem redactus, difficile inuenimus. Nam in primis Theodoretus in vniuersum refert, Regem Edom, cum subsidio aliquando Israelitis venisset, insidiis à Moabitis comprehensum, & iam captum suis idolis immolasse, tamdiuque illius pyram incendisse, dum ossa omnia deflagrata essent. R. Salumon de Rege Edom refert, qui cum pugnaret contra Moabitas, ab ipsis captus, concrematus est vsque ad cinerem. Recentiores Isidorus, Robertus, & Montanus secuti Dauidem Kimhi, existimant hic referri historiam, 4. Reg. 3. iuxta quam, quod rex Moab nolebat pendere tributum Ioram regi Israel, hic vocauit in auxilium Iosaphat regem Iuda, & regem Edom tunc Moabitis infensum: & percusserunt omnem regionem Moab: Mesa autem rex Muab fugit in suam ciuitatem; & circumdata est ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa. Quod cú vidisset rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladium, vt irrumperent ad regem Edom, qui ceteros ducebat, & non potuerunt. Arripiensq; filium eius primogenitum, qui

Historia ... deducta.

A regnaturus erat pro eo: quem in superiori congressu ceperat, obtulit holocaustum super murum, coram patris conspectu, vt iræ implacabilis, qua erat incensus aduersus regem Edom, specimen daret; & facta est indignatio magna Edom contra Israel, quod causa fuisset cædis filij sui. & reuersi sunt in terram suam: ita enim explicant hi auctores illa Vulgati verba. *Accipiensque filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum*: vt relatiuum, *suum*, vertant *eius*, vt referat *Edom*, non regem Moab, cum affixum ו *vau*, vtroque relatiuo exponatur. Quia igitur rex Moab illa filij Edom crudeli cæde, voluit ad antiquas inimicitias animum regis Edom cum Israele traducere, Deus modo hoc eius facinus increpat, & vltioni subiicit faciendæ. Verum B hæc intelligentia non consona est historiæ, quæ ex sententia veterum Hebræorum, Græcorum quoque, ac Latinorum de filio ipso regis Moab loquitur, quem more gentis obtulit in holocaustum, ita in primis sua translatione declarant Septuaginta, Chaldæus, Pagni, Tigurina, & Vatablus, qui cum Vulgato, *primogenitum suum*, legunt. ita quoq; asserunt R. Salomon, Lyra, Burgensis, Rupertus, Hieronymum secutus, & Vatablus, & priscus Philo Byblius in historia Phœnicum apud Eusebium lib. 4. de Præpar. Euange-

Regis Moab filius immolatus. Historiæ illius vera intelligentia.

Philo Byblius, Eusebius.

 lica,

lica, ex hoc facto colligit morem fuisse Phœnicibus in magnis calamitatibus principem dilectissimum ex filiis offerre dæmoni vlciscenti; nempe Saturno, quem illi *Melchom*, seu *Moloch* vocabant, vt ostendimus super Ieremiam. Ioseph. quoque, ita vt diximus, intellexit lib. 9. Antiquit. cap. 3. cum ait. *Reuersus rex in ciuitatem opus desperationis, & crudelis necessitatis sic impleuit; filium namque seniorem, qui erat ei successurus in regnum, eleuans super murum, ita vt à cunctis hostibus videretur, Deo immolauit holocaustum. Reges autem videntes hoc factum, habuerunt misericordiam, & humana passione oppressi, detentionem soluerunt, & singuli ad propria remearunt.* Non loquit ergo historia illa de cæde filij regis Edom, sed ipsius Moab. Nec dum quod etiamsi loqueretur de filio regis Edom, non esset de eo sermo nostri Prophetæ: siquidem ossa regis Idumeæ asserit combusta: ille autem non erat rex Idumææ, sed eius filius. Præstat igitur traditio veterum Hebræorum, quam sequitur Hieronymus, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, asserentium, ossa regis Idumææ iam sepulti, qui cum Ioram rege Israel, & Iosaphat rege Iuda ascenderat aduersus Moab, vt diximus ex 4. Reg. 3. in vltionem doloris, à Moabitis postea conuulsa, atque incensa. dum enim certam historiam non habemus, de qua loquatur noster Propheta; hanc sequi potius videtur, quam Hieronymus secutus est. Quod attinet ad verba, sic habent, *in eo quod combussit ossa regis Edom* לשׂיד *lasid in calcem.* vt Deuter. 27. 4. *& leuigabis eos calce.* hoc est, vsque ad calcem; nam instar calcis in puluerem redacta erant, vt Montanus; Vel potius, in calcem, quia cinerem ossium illorum fecit deseruire pro calce, quo domus suæ parietes obduxerit, in vindictam, & contemptum. Sic enim exposuit Chaldæus paraphrastes: eo quod incenderit ossa regis Edom, & obliniens eis pro calce domum suam. Ostendit se non esse Iudæorum Deum tantum, sed & gentium, siquidem Idumæos vltus est de Moabitis.

2 *Mittam ignem.* Nabuchodonosorem intelligit, iuxta Remigium, Dionysium, & alios, qui ex Ieremia id colligunt, cap. 27. v. 6. & cap. 48. vbi versu 21. dicitur, *iudicium venit ad terram campestrem, super Helon, super Carioth, & super Bosra, & super omnes ciuitates terra Moab.* Ex quo loco fit certum *Carioth* esse vrbem Moab, quamuis in numero plurali, vt Athenæ, Thebæ, Burgi, & vrbes significat. Quare Septuaginta verterunt: *fundamenta vrbium suarum disperdit:* & Chaldæus; *& consummat palatia arcis,* seu ciuitatis.

3 *Ignem.* Nabuchodonosorem significat, vt aiunt Remigius, Hugo, Dionysius, & alij, vt prophetauerant omnes Prophetæ, & videmus completum 4. Reg. 25. & Ierem. 52. hic enim euertit regnum Iuda, & destruxit ædes, seu palatia Ierusalem: nam diruit, & combussit. per *ades Ierusalem* non intelligit palatium Dei, seu templum, sed domos ciuitatis, vt aliis gentibus comminatum est. Vide autem imputari populo fideli, vt crimen maximum & singulare, quod legem Domini transgressus fuerit, & Deum verum pro falso commutarit, cum hoc commune fuerit gentibus; *quia notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius,* erat autem gentibus absconditus.

4 *Pro argento.* Summum Israelitarum scelus, propter quod mereantur penitus excindi, auaritia est, in oppressione innocentum in iudicio iniusta: nam iustam causam litigantium pro muneribus subuertebant, & pro argento oblato diuitibus adscribebant, ac pro duobus calceis, precio minimo, & vili, pauperi alteri prodebant. ita intelligunt hunc locum Albertus, Lyra, Dionys. Vatablus, Isidorus, & Montanus, iuxta illud Isa. 5. 23. *Va qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.* & confirmat hunc sensum quod sequitur, *qui conterunt super puluerem terra capita pauperum, & viam humilium declinant* hoc est causam seu iudicium pauperis, & humilis, qui à iudicibus fauore destituitur, declinant. & hoc est quod dicunt Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus quoque Hugo, & Dionysius, Israelitarum scelus esse, quod propter pecuniam hominem vendiderint, & hominem iustum, & pauperem pro vili precio, non enim volunt ipsa venditum iustum aliquem, tanquam mancipium, vel finitimis gentibus, vt putat Remigius, vel aliis Israelitis; nam vt hac ratione pecunias conquirerent, nihil intererat quod esset iustus, neq; pro tam vili precio duorum calceorum auarissimi homines, fratrem vendidissent. Sed iustum ideo additum est, quod iustā causam tuentem proderent; & causam iniuste litiganti pro quouis munere, etiam vilissimo deferrent. Atq; adeo loquitur Propheta de quouis iusto prodito in iudicio. Vnde Chaldæus in plurali dixit: *eo quod vendiderunt pro argento iustos* Quare Ruperti intelligētia de iusto Ioseph vendito à fratribus viginti argenteis, Genes. 37. 28. non est ad rem; quia hic loquitur Amos de oppressione Israelitis cōmuni in fratres: nam in mores improbos Israelis inuehitur; & Ioseph non ab Israele, sed à fratribus, Iuda etiam ipso, venditus est. Præterea expositio R. Samuelis in epistola ad Isaac Israelitam cap. 6 quæ habetur tomo 6. Bibliothecæ Sanctorum: quam tuentur Galatinus lib. 4. de arcanis Catholicæ veritatis, cap. 24. & Adrianus Finus in flagello Iudæorum, lib. 6. c. 4. intelligentium hunc locum de Christo vendito triginta argenteis, Matt. 26. 15. non consona est verbis Prophetæ. Enumerant hi quatuor crimina Israelis, hac ratione. R. Samuel primum ait fuisse venditionem Ioseph. Secundum vituli adorationem in Horeb: Exod. 32. Tertium occisionem Prophetarum, propter quā venit captiuitas Babylonica: Quartum fuit venditio iusti Messię, propter quam nulla est spes reliqua proficiendi. Galatinus vero sic distinguit; vt primū scelus fuerit iusti Ioseph venditio, propter quam fuere captiui in Ægypto. Secundum, cum promissionem de Messia sub persona Dauidis factam despexerunt, dicentes; *non est nob pars in Dauid;* & cum adorantes duos vitulos, dixerunt, *hi sunt dij tui Israel, qui eduxerūt te de terra Ægypti:* propter quod capti sunt à rege Assyriorum. Tertium fuit cum filios suos immolauerunt idolis, & Prophetas de hoc arguentes occiderunt; propter quod 70. annis captiui manserunt Babylone. Quartum fuit Christi venditio, propter quod à Romanis capti sunt [illegible] reducendi. Sunt qui primum illud [illegible] acbitrentur defectionem à domo Dauid, & rege Iuda, 3. Reg. 12. secundum defectionem ad cultum idolorum à cultu Dei, regis Ierobnam, 3. Reg. 12.

Margin notes (left): Iosephus. — obabr… sen… tua. — …egis Idu… ei ossa …mbusta. — …nio fer… …onis. — …buchodonosor …gellum …i. — …s trans… …dotes …um.

Margin notes (right): Ruper… intelli… …ta… …tur. — Alia intel… …gentia… …tur. — Christus vendi… — Populi … …a qua… …or.

Terrarum defectionem à lege Mosis, 4. Reg. 17.
Hæc tamen omnia voluntaria sunt, nec vlla cer-
ta ratione nituntur. Siquidem cõtra mores Israe-
lis est sermo Prophetæ, qui per regem Assyrium
omnino periit; nec vltra restitutus est, vt diximus
super Hoseam. Deinde Iudæi Christum vendide-
runt, non Israelitæ ratione dicta. Demum quia
de Israele sermo hic est idola colente, ac tempo-
re Christi nullus fuit Iudæis cultus idolorum.
non ergo de iusto illo eximio Christo, sed de
quolibet loquitur Propheta: vt agnoscit quoque
Tertull. Tertull. lib. 4. aduersus Marcio. c. 31.
5 *Et pauperem.*] Hoc est, rem pauperis pro pari
calceorum, precio vilissimo prodebant, & ad-
Sensus 1. verus. uersariis in iudicio adscribebant. Sic Galatinus,
Dionysius, Vatab. Montanus, Isidorus, & Rober-
Auaritia Israelis. tus. Est autem nomen hic Hebræum נעלים *nah-
halim* duale, quod *parem calceorum* significat, quo no-
tatur summa Israelis auaritia, quæ ius pauperis p-
debat aduersariis pro duobus calceis. Theodo-
Sensus 2. retus hũc sensum indicat, quod pauperes ita op-
primebant, vt cũ non haberẽt quod darent præ-
ter duos calceos, qui extremũ hominibus vsum
præbent, cũpellebant eos sibi dare, sordido lucro
asseruientes, cum gratis tamen causam pauperũ a-
Sensus 3. gere deberent. Ex Hebræis Isidorus adducit aliũ
sensum: loqui Prophetam de illa extractione cal-
ceorum, quam faciebat, qui ius suum emendi
agrum alteri tribuebant, vt Ruth. 4. nam cum di-
ues appetebat agrum, aut prædium, cogebat pau-
perem, cuius intererat, renunciare iuri suo, extra-
Sensus 4. cto calceo. R. Salomon, quem sequitur Lyra, pu-
tat nomen Hebræum significare clausuram; nam
radix eius significat claudere, & ita vertit, *& pau-
perem pro clausura*. Hoc est; cogebat pauperem di-
ues diruere maceriam, qua vtriusque diuideba-
tur possessio, vt vna fieret, & diuiti cederet. Verũ
cum L X X. Chaldæus, & omnes interpretes ve-
teres, & noui; *calceos*, hoc nomen vertant, aut *cal-
ceamenta*, non est, cur in alio significatu accipia-
mus. præstat autem primus sensus cæteris, nam
de causa pauperum in iudicio acta agitur.
6 *Qui conterunt.*] Hebr. *qui absorbent*, aut *deglu-
Sensus 1. tiunt super puluerem terræ in capite pauperum*. aut *spe-
ctant, seu dispuunt, vt sit puluis terræ in capite paupe-
rum*. Hoc est, qui ita deglutiunt, aut opprimunt
pauperes, vt nisi dent ex præscripto oris sui, deii-
ciant in terrã, & eos adeo conculcent, donec pul-
uis sit in capite eorum; ita de iudicibus intelligũt
Dauid Kimhi, Vatab. Isidor. Robertus, & Mun-
tanus, vt infra cap. 8. 4. *Audite hæc qui conteritis pau-
Sensus 2. perem*. Sunt qui explicent; qui de statu suo paupe-
re deiiciunt, ac deturbant, vt Lyra, & Chaldæus,
qui exponit, *qui contemnunt quasi puluerem terræ ca-
Sensus 3. put mendicorum*. Hieron. Remigius, Albertus, Hu-
go, & Dionysius sic intelligunt; *conterunt super
puluerem terræ caput pauperum*. & ad calumniam vi-
dentur referre, qua faciunt, vt causa cadant, &
oppressi cedant iuri, quod habent.
7 *Et viam.*] Hoc est, ius humilium declinant. Sic
Sensus 1. verus. Chaldæus exponens; *& ius seu causam obscuriorum
peruerterunt*; & Theodoretus, *contumeliose acceptorum
iustam causam non admiserunt*: sic etiam Vatablus,
Montanus, & Robertus, iuxta illud Iob. 24. 3. 4.
*abstulerunt pro pignore bouem viduæ: subuerterunt pau-
perum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ*.
Sensus 2. Hieron. tamen, Remigius, Albert. Hugo, & Dio-
nys. volunt hunc esse sensum: tãta est eorum ela-
tio; vt nolint cum humilibus ambulare, aut con-
uersari. Lyra addit, *pauperum viam declinant*, id est,
faciunt declinare; quia cum obuios habent in
via, cogunt recedere, vt diuitibus viam omnem
relinquant. Albertus intelligit; quod pauperes Sensus 3.
suis spoliatos compellunt à via recta recedere, &
in varia peccata dilabi, furta, ac periuria, quo sibi
necessaria conquirant. Primus sensus commo-
dior est, ac verior.
Ad puellam.] Eamdem, vt addiderunt L X X. & 8
Tigurina. Vel quod ad sponsam filii ingredieba- Scelus nefandum.
tur, & pater; vel filius ad vxorem patris, vt volunt
Hieron. Theodoretus, Remigius, Albertus, Hu-
go, Lyra, Dionys. & Montanus, iuxta illud Pauli
1. ad Corinth. 5. 1. *omnino auditur inter vos fornicatio,
& talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem
patris sui aliquis habeat*. Sunt qui intelligant patrẽ,
ac filium cum eadem puella aliena solitos rem
habere. Quia vero populus ille sanctus erat; qui Populus sanctus.
vocabatur populus Dei, quo obligabantur o-
mnes sancti esse, cum legem transgrediebantur,
polluebant hanc sanctitatis agnominationem
vt exponunt Vatab. & Robertus.
Pignoratus.] Et super vestimenta in pignus ac- 9
cepta accubuerunt, seu recubuerunt, iuxta omne Sensus 1.
altare. Hebræi, quos refert Hieronymus, Remi-
gius, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Montanus, de
recubitu epularum explicant: nam olim super lectis
recumbebant in conuiuiis. Israelitæ ergo in sacris Epulæ factæ idolis.
epulis, quæ frequenter celebrabant apud idola,
quæ colebant, lectulos, in quibus recumbebant,
componebant ornamentis, quæ accepta habe-
bant, aut vi extorserant à fratribus, in eorum for-
tasse despectum, quod nollent ipsi illarum epu-
larum fieri participes: quod grauissimum delictũ
est, præsertim si vi extorquebant illa pignora in
redemptionem vitæ, vt ait Remigius, ab iis, qui
nolebant ire in Dan, aut Bethel ad vitulos ado-
randos, vt diximus in Hosea.
Septuaginta interpretati sunt de accubitu li- Sensus 2.
bidinoso cum eadem puella coram idolis suis. Et
vestimenta sua, inquiunt, alligantes funibus, fa-
ciebant vmbracula, seu velamina iuxta altare. Vmbracula libidinis.
nempe, vt aiunt Hieronymus, Theodoretus, Ru-
pertus, Albertus & Hugo, quo intra illa velami-
na fornicantes à nullo aspicerentur. Isidorus hoc Sensus 3.
intelligit de recubitu super vestimẽtis impigno- Somnia captandi ratio
ratis ad captanda somnia, vt solebant gentes su-
per pelle arietis Deo mactati responsa inter som-
nia captare, vt referunt Pausanias lib. 1. & Hero- Pausanias.
dotus lib. 8. Verum ex adiecta clausula, *& vinum* Herodot.
damnatorum bibebant in domo Dei sui; intelligitur Verus sensus.
sermo esse de conuiuiis, comessationibus, &
compotationibus, quas celebrabant in delubris
idolorum ex impignoratis, aut diuenditis pigno-
ribus pauperum: nam ex eorum precio ipsi genio
indulgebant.
Damnatorum.] Comessationibus dabant ope- 10
ram ex pignoribus, & vinũ, quod emebant ex Sensus 1. verus.
pœnis, quas imponebant pauperibus innocen- Vinum damnatorum.
tibus; & ita ex calumniis, & rapina; vt intelligunt
Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, Lyra, Va-
tab. Montanus, & Robertus. *Nam qui offert sacrifi-
cium ex substantia pauperum*, Ecclesiast. 34. 24. *quasi
victimat filium in conspectu patris sui*. Remigius, Al- Sensus 2.
bertus, Hugo, Dionysius, & Isidor. intelligunt de

conuiuiis, & vino ademptis ex spoliis, quibus spoliabant euntes Ierosolymam ad adorandũ, vt reducerent in cultũ Dan, & Bethel, vt dictum est Hoseæ 3. Sed prior sensus planus, certusque est.

11 *Amorrhæum.*] Beneficiorum collatione grauiora reddit Israelis delicta. Fuit autem maximũ beneficium exscidisse septem potentissimas nationes, quæ terram illam possidebant: quas idcirco vno Amorrhæorum nomine hic accipit, sicut Genes. 15. 16. cum diceret: *generatione quarta reuertentur huc: nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum, vsque ad præsens tempus*; tum quod licet prius habitarent trans Iordanem à Moabitis diuisi torrente Arnon, Num. 21. at posterius aucti, per vniuersam Chananæam dispersi habitabant; nam & ad Antilibanum habitabant, Deuteron. 1. & iuxta Cades Barne, & Amalacitas. Gen. 14. & in montanis Iudææ, Num. 13. Tum quia impietate, & crudelitate præstabant cæteris, vt indicat cap. 16. 3. Ezechiel, cum ad exaggerandam impietatem Iudæorum dixit, *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa*. Tum demum quia proceritate, & robore corporis superabant cæteros, vt ostendit hic Amos: quamobrem eos expulisse magnum fuit Dei beneficiũ; siquidem illis deuictis, reliqui facile subiecti fuissent. Hos autẽ ita dicit Deus exterminasse, *vt contriuerit fructum eorum desuper, & radices subter*, hoc est, tam patres, q̃ filios, omnemq; posteritatem, vt intelligũt Theodoretus, Remigius, Albertus, & Mõtanus: perstat enim in similitudine cedrorum, & quercuum, quibus eam gentem comparauerat.

12 *Et propinabitis.*] Codex Vulgati correctus, per futurum hæc duo verba legit, *propinabitis, & mandabitis*, cum in omnibus Latinis exẽplaribus, quæ licuit videre, illa præterita sint, & in LXX. & Tertullian. lib. 5. aduersus Marcio. cap. 18. & lib. aduersus Psychicos cap. 9. & in Hebræo, prius illud sit futurum, sed cum *vau* versiuo in præteritum, posterius omnino est præteritum. amplificat peccati grauitatem, quod cum Deus ipse excitauerit ex filiis eorum Prophetas, & ex iunioribus Nazaræos, seruos Dei selectos; qui honori erant toti populo; ipsos nihilominus nõ curasse, vt obseruarent præscriptam illis regulam non bibendi vinum, & populo prophetandi, sed vinũ propinabant, q̃ erat illis prohibitum, Numer. 6. & prophetare prohibebant. Vel, hoc beneficio non pudefacti, ex praua ait vestra consuetudine, non dimittetis propinare vinũ Nazaræis, & Prophetas impedire, ne prophetent. propterea quod grauissimum minatur excidium. Quod si vere eos illos religiosos inducere ad perfringendos regulas Nazaræatus, bibendi vinum, tam grauiter Deus ferebat; quo animo feret eos, qui religiosam ducentes vitam ex Euangelio, in secularem transferunt, & in impudicam? quam grauius puniendos religiosos, hoc honore à Deo donatos, docet Chrysost. Homil. 3. in Epist. ad Titum p. 1611. & Homil. 43. ad populum, tom. 5. p. 313.

13 *Ecce ego stridebo.*] Lectioni Vulgati accommodus est sensus Hieronymi, quem sequuntur Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, sicut plaustrum stipulæ, vel fœni onere prægrauatum, stridore, & sonitu longe exululat: sic ego peccata vestra non sustinens, & quasi stipulam tradens incendio, eiulabo & dicam, *Peribit fuga à veloce*, &c. est ergo similitudo; sicut stridet plaustrum sub nimio fœni onere, ita stridebo ego sub pondere iniquitatum vestrarum. Qui enim prius, cum probus esset Israel, gestabat eos in sinu suo vt nutrix infantem, iam improbos laboriose portat, laborare factus sub peccatis eorum, & præ labore stridere, & comminari magnam tribulationem. Hebræum verbum עוק *hhauak*. quo hic vtitur Amos, transitiuum esse communior est sententia, pro *coarcto vos, angustiis afficio, vel comprimo vos*. aduerbium autem תחת *thachath*, quod Vulgatus vertit, *subter vos*: locum significat, vt Exod. 10. *nemo mouit se de subtus se*, pro, *de loco suo in quo erat*, 1. Reg. 14. 9. *& stabimus subtus nobis*, in loco nostro, & ita hoc loco intellexerunt Chaldæus, & Hebræi, vt refert Lyra, & recentiores interpretes. Vnde sic hunc locum interpretantur. Ecce ego coarcto, vel coarctare facio, aut angustiis afficio, vel comprimo vos in loco vestro, vt non possitis effugere, vti graues, & ponderosi, quemadmodum arctatur, angustatur, aut premitur plaustrũ plenum manipulis nẽpe fœni, aut spicarum, quia propter inflationem, & tumorem magis premit, atque in angustum cogit carrum, qui vehit manipulos, quam si vehat onus aliud, quod subsidat: tantaque premet vos afflictio, vt coangustiemini ne possitis fugere. Hunc sensum habet Chaldæus, cũ dicit. *Ecce ego adduco super vos angustiam, & angustiis afficiet vos in loco vestro, quemadmodum angustiis premitur plaustrum onustum manipulis*; & Dauid Kimhi, & Vatab. Septuaginta alium sensum efferunt: *Ecce ego voluo subter vos. sicut voluitur plaustrum plenum stipula; & peribit fuga à cursore*, hoc est: Tantis vos onerabo suppliciis, vt lugeatis, & gematis, sicut plaustrum graui onere pressum, interea dum trahitur, gemebundo stridore concrepat. ita Theodoretus, & Montanus. Sunt, qui ita vertunt: *concussionem, seu compressionem facio subter vos, sicut coarctaret vos plaustrum plenum segete*, ita vt comprimat vos tribulatio, sicut comprimit plaustrum plenum segete eum, super quem voluitur. ita Lyra ex Hebræis quibusdam. Verum similitudo nõ sumitur à compressione; magis enim compressurus esset plaustrum onustum lapidibus, q̃ manipulis: sed ab impedimento trahendi, vt dicit Haiotus: arctum, & impeditum reddam iter vestrum, vt non sitis magis apti ad fugiendum, quam plaustrum onustum manipulis. Primus sensus conuenit magis lectioni Vulgati, & habet eũ R. Abraham in Comment. de Deo, metaphorice dicens, *non est robur, vt feram vos, sed gemo sub onere*. & Tigurina dum vertit. *En ego onustus vestrum premor, strideoque sub robus, perinde ac plaustrum onustum manipulis premitur, ac gemit*. Conqueritur enim Deus de Israelitis, quod eum onerent peccatis, & sceleribus suis, vnde eos in illas angustias se ducturũ minatur, è quibus eluctari non possint, inquit Vatablus. Sic etiam Gregor. lib. 33. Moral. cap. 5.

Et peribit.] His verbis vel explicat gemitum, 14
quem edit Deus peccatorum onere Israelis pressus; adeo enim offensus erat illorum sceleribus, vt ea non sustinens, gemebundus cum iureiurando, *peribit fuga à veloce*, &c. Vel certe simpliciter per partes describit futuram tribulationem ad quam euadendã, nec vis corporis, aut animi, nec vllum bellicum instrumentum adiuuare possit. Hieron. quem sequuntur Remigius, Albertus, Hugo, &

Diony-

[illegible] Hoseam, [illegible] hæc [illegible] Ieroboam vsque ad Hoseam. Verum non est necesse ita intelligere, cum Propheta loquatur de extremo excidio regni Israelitarum, & postrema captiuitate facta per reges Assyriorum, præsertim per Salmanasarem, vt omnes con[illegible]dunt, & patet 4 Reg. [illegible] cap. 5. nam tunc ita soli [illegible] vi sua poss[illegible] se eripere: sed [illegible] oneri tribulationis. Extre[illegible] Amos locutus est contra Israelem, quorum [illegible] præcipue est sermo, quem in sequentibus prosequetur.

AMOS PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

AVDITE sententiam, quam fert Dominus contra vos [1] filii Israel: imo contra omnem cognationem, quam eduxit de terra Ægypti, ad hunc modum. Vos solos [2] elegi ex omnibus totius orbis gentibus, vt curam vestri tanquam pater agerem, & vos a me defecistis. Idcirco durus vindex effectus animaduertam in vobis omnes vestras iniquitates. Sed scire prius oportet vos, a me hanc omnem calamitatem, etsi non sine hominum ministerio, vobis obuenturam. Sicut enim duo simul [3] ambulare non possunt, nisi prius conuenerit inter eos, & sicut Leo [4] rugire in Sylua non solet, antequam præsentem habeat prædam: nec Leunculus de cubili suo vocem emittere, nisi quod deuoret in manibus habeat: & sicut auis non prius irretitur laqueo, quam laqueus in terra expansus sit, neque laqueus ab aucupe remouetur e terra, priusquam aliquid captum sit: & sicut populus expauescere non solet, nisi prius hoste subito irruente, tuba clangatur in ciuitate: ita impossibile est calamitatem aliquam alicui euenire ciuitati, nisi prius ego Dominus omnium, conuenero, ac mecum definiero illam infligere: neque executioni mandabo [5] malum, quod definiuero facere, nisi id prius meis Prophetis reuelauero, vt populum moneant. Deus rugit per Prophetas suos aduersus populum suum, vt leo, cum in manibus habet prædam deuorandam, quis ergo non timebit, ne sit ipse præda eius? Dominus locutus est, frendens quasi leunculus in populum suum iam iam deuorandum, quis ergo Prophetarum poterit continere se a prophetando, & vltrices minas eius denunciando, vt omnes caueant laqueum Assyriorum iam expansum; qui non efficietur, nisi capta ex Israelitis præda: Tum etiam, vt expauescant bellum imminens, tuba Prophetarum iam in vrbe personante? [6] Annunciate in ciuitatibus Palæstinorum, & Ægyptiorum, & conuocate eas, vt ascendant super montes [7] Samariæ, & videant [8] quam insano furore se inuicem deuorent Israelitæ, quantis se calumniis opprimant, adeo, vt rectum quidpiam facere nesciant: cum quæcunque rapiunt, thesaurizent, & quæ per fraudem deprædantur, in ædibus suis recondant, & libere dicant, an iuste puniam Israel. Propterea sic minatur Dominus: Tribulator Assy[illegible] & obsidebit per circuitum terram hanc, ne sit [illegible] effugium. Et extrahet [illegible] Samaria a te omnes o[illegible] male partas, quibus te fortem factum existimabas; & ædes tuas omnes subuertet. Etenim quemadmodum pastor de ore a[illegible] deuorata [9] seruare solet, aut duas crurum tibias aut extremum auriculæ, ab illo tauro dere[illegible] ad dominum [illegible] tanquam legitimum raptus indicium: ita ex toto Samariæ corpore vnus, aut alter ab hostis cæde [illegible], itque inutiles [illegible] equum [illegible], & infirmi bini [10] in grabatis decumbant lateribus, tam in Samaria, quam in Damasco. [11] Audite me [illegible], & testes estote filiis Israel, eorum quæ illaturus sum illis, malorum, dicit Dominus Deus exercituum. Nam quo die animaduersurus sum in Israelitarum præuaricationes, eodie animaduertam in a[illegible] Bethel, & singulorum altarium anguli excindentur, & in terram deiicientur, & subuertentur domus [12] hyemales cum æstiuis, & domus ex ebore confectæ: plurimæ quoque aliæ ædes dissipabuntur.

CAP. III.

AVDITE verbum, quod locutus est Dominus 1
super vos, [1] filii Israel super omnem cognatio-
nem, quam eduxi de terra Ægypti, dicens. Tantummo- 2
do vos [2] cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco
visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Numquid 3
[3] ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis. Numquid 4
[4] rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam: numquid da-
bit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid appre-
henderit? Numquid cadet auis in laqueum terræ abs- 5
que aucupe? numquid auferetur laqueus de terra ante-
quam quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate, & popu- 6
lus non expauescet? Si erit malum in ciuitate, quod Do-
minus non fecerit? Quia non facit Dominus Deus ver- 7
bum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Pro-
phetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus lo- 8
cutus est, quis non prophetabit? [6] Auditum facite in 9
ædibus Azoti, & in ædibus terræ Ægypti; & dicite: con-
gregamini super montes [7] Samariæ, & videte [8] insanias
multas in medio eius, & calumniam patientes in pene-
tralibus eius. Et nescierunt facere rectum, dicit Domi- 10
nus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus
suis. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tribulabitur, 11
& circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, &
diripientur ædes tuæ. Hæc dicit Dominus. Quomodo [9] si 12
eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum au-
riculæ: sic eruentur filii Israel, qui habitant in Samaria
[10] in plaga lectuli, & in Damasci grabato. [11] Audite, 13
& contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus ex-
ercituum: quia in die cum visitare cœpero præuarica- 14
tiones Israel, super eum visitabo, & super altaria Bethel.
& amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram.
Et percutiam domum [12] hyemalem cum domo æstiua: 15
& peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes mul-
tæ, dicit Dominus.

ARGVMENTVM.

SVPPLICIVM, quo Israel puniri merebatur, ostendit iuste infligendum, tum ratione, tum testimonio: deinde indicit diem, quo puniendus sit.

COMMENTARIVS.

1 FILII *Israel.* Hieronymus, & alii omnes, Remigius, Hugo, Lyra, & Dionysius, ingenue fatentur nomine filiorum Israel vniuersum populum hic intelligi, qui eductus est ex Ægypto, & non tantum decem tribus; quia ipse Propheta se explicat cum subdit; *super omnem cognationem, quam eduxi de terra Ægypti.* Verum placet magis intelligentia Theodoreti, Alberti, & Montani, filios Israel hic esse decem tribus, aduersus quas est sermo præsens: aduocari tamen duas tribus Iudæ, & Beniamin, ex abundantia ad veritatis beneficii accepti comprobationem, quasi dixisset. Audite sententiam contra vos latam filii Israel, imo contra omnes, quos eduxi de terra Ægypti: qui cum in eadem culpa sint, eandem certe merentur pœnam: iuxta illud Christi Marci 13.37. *quod vobis dico, omnibus dico.* Sic enim vocatum Iudam ad audiendam sententiam comminantem decem tribubus, admonet, vt & ipse caueat, ne eidē supplicio subiciatur. Quod vero cum decem tribubus sit sermo, constat, quia Samariæ comminatur, & Bethel.

Contra quos sit sermo.

Verus sensus.

2 *Cognoui.*] *Tantum*, id est, solos vos cognoui, vt legit Symmachus. *Cognoui* autem dicit quia negotia illius populi peculiari cura prospiciebat; semper ob oculos eos habens, tamquam suum populum, de quo sæpe dixit, *ipse populus eius, & ipse Deus cum eis, erit eorum Deus,* qui veluti legitimus rex, sicut peculiari lege gubernabat, & beneficiis singularibus cumulabat; ita & peccata eorum vlciscebatur, & puniebat, tamquam grauiora, & ingratiora. *Cognoui* ergo, idem est, quod, *vos elegi, & curaui inter omnes gentes.* quod dixit Chaldæus: *Tantum vos elegi de omnibus terræ cognationibus, & vos nihilominus defecistis à me; idcirco visitabo vos.* Quia *percutit Dominus quem diligit, & castigat omnē filium, quem recipit,* ad Hebr. 12. & omnia eius minima peccata obseruat, vt seuerius puniat. Quod si ita egit cum populo illo, cui terrena beneficia collata sunt; quid faciet cum populo Christiano, cui excellentiora, vtpote cœlestia, tot sunt dona impertita?

Deus Israelis curator.

Deus cuiam egit populi.

3 *Ambulabunt.*] Hieronymus cuiusdam refert sententiam, nec probat, qui has omnes similitudines ad idem probandum arbitratur adductas; nempe, sine Deo præcipiente nullum malum accidere ciuitati, sicut illa omnia non possunt, aut non solent fieri, nisi illa præcesserint, quibus existentibus fieri referuntur. Quæ intelligentia est Theodoreti, asserentis ostendi his similitudinibus quod Deo permittente hostium exercitus impetum faciat. Nam quemadmodum hæc non fiunt sine posita conditione, sic non fieri potest, [illegible] Deo, vt de quopiam [illegible] capiatur. Ita quoque Remigius, & probatur [illegible] sensus illa sententia, quæ [illegible], & explicat superiores omnes similit[illegible] *fierit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.*

Sensus 1.

Aliam expositionem afferunt Lyra, Hugo, Dion. Vatab. & Robertus, de concordia Dei cum Prophetis ad [illegible] communicandum quo doce[illegible] præ[illegible] Prophetarum, & [illegible] & cre-

Sensus 2.

[illegible]tur. Nam quer[illegible] proficiscentur simul [illegible] nondum, nisi prius de[illegible] Prophetæ mei per q[illegible] [illegible]bo, non acceden[illegible] nisi prius [illegible] conuenerit [illegible] hoc [illegible] [illegible]ean. Itaque doce[illegible] Prophetas [illegible]tare, nullum malum comminari, nisi De[illegible] loquentem habeant: vnde sequentibus [illegible] dinibus ostendit, Deum iam per suos Prophetas imminentem calamitatem denunci[illegible] git præsente præda: & auceps parat[illegible] pit autem: & laqueus ex[illegible] tit aliquid: & tuba canente expauc[illegible] & malum peruadens ciuitatem D[illegible] mittit. Probat hunc sensum [illegible] *Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas,* [illegible] git, clangit tuba, & malum denunc[illegible].

Tertiam expositionem sequuntur Albertus, Rupertus, & Isidorus, ad hunc modum [illegible] animo dissident, simul am[illegible] nec Deus cum populo Israel; a q[illegible] hucusque dissidebat, ambulauit [illegible] Deus [illegible] populo suo, & populus ipse cum De[illegible] voluntatem adimplen[illegible] postquam [illegible] cœpit cum aliis d[illegible] ambulare, [illegible] & traditus Assyriis. Quia ergo iam non ambulat cum Deo; nihil mirum, si Deus irruit in eum tamquam in prædam, & comminetur [illegible] nem per Assyrios execu[illegible] Iudam.

Addit & quartam intelligentiam Montanus de dissidio vtriusque populi Israel à Iuda: sicut fieri, inquit, non potest, vt duo pariter eandem insistant viam, neuterque alterum impediat, nisi eodem studio vterque teneatur: sic quamquam ab rege Iuda populus desciuerit Israel, & a [illegible] grauibusque simultatibus dissideat, vterq; tamen magno animorum consensu à diuina lege desciuit, & ad superstitionem appulit, vnde eodem quoque hostis consilio vtrumque populum perdet. Nam Senacherib, seu Salmanasar decem tribus, & Nabuchodonosor duas vastabit. In sequentibus autem simili[illegible] dinibus ostend[illegible] graue vtrique populo imminere [illegible] quia cum maximis, & fortissimis [illegible]bus, cœlitus etiam instructis res illi erat. Ex his sensus duo priores commodiores sunt contextui: & in his prior videtur amplificare [illegible] Prophetiæ, & fidem facere dicendorum; nam si Prophetæ id denunciant quod sine Deo non potest euenire & Prophetæ id non denunciant sine Deo; qua ratione certum est q[illegible] à Deo [illegible] tum est quod [illegible] Prophetæ, [illegible] dum executi[illegible] tum abiciant hi, quibus comminatio fit.

Ruget leo.] Leo non rugit nisi pressus [illegible] ad prædam inhiet; [illegible] Deus minas [illegible]atur per suos Prophetas, nisi iam iā puni[illegible]. [illegible] si præda vix leuari potest à leon[illegible] ente [illegible] en[illegible] det manum Dei ira[illegible] omn[illegible] intelligunt, nomine *leonis* [illegible] *de* populum, *rugiens* [illegible] tem Israelis per Sal[illegible] min[illegible]. Montanus [illegible] non posse [illegible] [illegible] aut [illegible] nosons [illegible] e præ[illegible] esse [illegible] denie[illegible]

4 ad

ad 2

nis ru-

... quod timeant Deo illae ... Deo rugienti. Cum autem ... leo ante raptam prædam, dum il- ... Psalmo 103. *Catuli leonum rugien- tes ut rapiant,& quærant à Deo escam sibi.* Ecclesia- stici 51. *Liberasti me à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam.* & iam rapta præda,cum eam in manibus habet. Vt Psalmo 21.14. *aperuerunt super me os suum,sicut leo rapiens,& rugiens.*& Isaiæ 31.4. *quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum à voce eorum non formidabit, & à multitudi- ne eorum non pauebit,*ab hac proprietate leonis du- cta est similitudo, quam agnoscunt etiam pro- fani scriptores rerum naturalium. Nam Aristo- teles lib. 8. de historia animalium cap. 5. & ex ipso Plinius lib. 8. cap. 16. & Solinus in Polyhistu. cap. 40 referunt, quod leo vescatur quidem carnibus ceterorum Syluestrium ferarum: sed cibo incontinenter admodum vtatur, mol- taque deuoret solida sine vllo dissectu: mox ni- hil triduo,aut certe biduo edat. ferre enim me- diam posse,vt qui iam ad satietatem repletus sit. Quod ad rem nostram, magis explicat Ælianus lib. 4. de historia animalium cap. 33. *Leo,*inquiens, *adeo auide cibos helluatur,vt solida membra rugiens ex- sorbere feratur,expletus vel triduo nihil sæpe edit.* Ita- que leo adeo auide prædam deuorat,& sanguini- bus discerpit, ac dentibus, vt frusta integra de- gluttat, interim rugiens instar canum carnes sol- laque deuorantium, & obmurmurantium, ne quis audeat sibi eripere, vt recte depinxit Isaias. Sic enim Deus inhiabat prædæ Israelis, vt nollet eam eripi è manibus.

5 *Verbum.* Hoc est,*rem.* Vt Isaiæ 39.2. *Non fuit verbum,quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua.* quod statim vertit 4. explicatur. *Non fuit res,quam non ostenderint eis in thesauro meo.* & quia verbum accipitur pro *re* dicta verbo, mox ostendit,quæ sit res illa dicta, cum ait: *secretum suum*; quod Septuaginta dixerunt, *eruditionem suam*, nempe correptionem, vt habet Hieronymus in Commen- tario, aut *consilium suum*, vt vertit Theodotio. quo nomine explicuit superius illud, *si erit ma- lum in ciuitate.* nam supplicium infligendum detegit suis Prophetis, ad correptionem,& eru- ditionem populi admoniti, quo doceat se infli- gere supplicia,sed adeo inuitum,vt prius quasi in consilium aduocet Prophetas, vt eum ab infli- gendo contineant, & homines admoneant; quod ex magnitudine oritur misericordiæ, vt non inferat pœnas, nisi ante prædixerit, & quod semper futura prænunciet per suos Pro- phetas, qui nostræ saluti prospiciunt, vt homines, cu- rant, ne cogatur inferre supplicia, vt recte Hierony- mus aduertit. Ita reuelauit Noe seruo suo quod esset inducturus diluuium, Genes. 6. re- uelauit Abrahæ,& Loth seruis suis, quod ad- futurus esset Sodomam, & Gomorrham cum ceteris ciuitatibus, Genes. 18. reuelauit Io- seph interpretationem somnii septem annorum famis in Ægypto, Genes. 41. & Ionæ subuersio- nem Niniue, Ionæ 3. vt qui audirent ventu- ra supplicia, aut agerent pœnitentiam, & tor- ta venirent: aut contemnentes iustius puni- rentur. Ita hic Deus per Amos, vt decem tribus, dum audirent imminens suppliciu, conuerterentur.

*Auditum facite. Promulgate,*aut denunciate,vt di- cunt Septuaginta,*in palatiis Palæstinorum,& Ægy- pti,* id est in ciuitate Palæstinorum *Azoto* nomina- tim, per Ægyptum vero,... vniuersam regionem com- prehendi,vt omnes intelligunt, Hieronym. Remi- gius, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyr. Isidorus, & Montanus. Summam adhibet testimonium Pa- læstinorum, & Ægyptiorum, qui oculis conspi- ciant ex editis montibus in vna metropoli Sa- maria grauissima Israelitarum scelera; vt com- probata culpa, mox & pœnam comprobent in- fligendam. Duas autem has gentes aduocat, non alias,quod hæ fuerint oculati testes ... suum,beneficiorum Israelitis collatorum: ... in exitu de Ægypto, tum in ingressu terræ pro- missæ; vt notat Montanus, & quod hæ gentes magis,quam aliæ de Israelitarum supplicio læterentur & exultarent,iuxta illud 2. Reg. 1. 20. Dauid: *Ne an- nuncietis in Geth,neque annuncietis in compitis Ascalo- nis,ne forte læ tentur filiæ Philisthinorum, ne exultent fi- liæ incircumcisorum*; vt lætatæ sunt de vastatione Ierusalem, Threnorum 2. 17. *Lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum.* At quia omni ex parte procurat Deus ad se reduce- re populum suum, antequam extremo puniat supplicio; admonet per Prophetas, inflictum tuū in puniendo comprobat testimonio ipso gen- tium; infamiam futuram proponit, quam sunt latum,dum illius delicta propalam fiant, vt no- tant Theodoretus, & Vatablus. | Monet vt ... ad se ... 7

Samariæ. שמרון *Someron* Hebraice, Græce *Sa- maria*,ciuitas fuit in duo ædificata ab Amri rege Israel, qui, vt habetur 3. Reg. 16. emit montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti, & æ- dificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis,quam extruxit nomine Somer domini montis Sama- riæ: quam postea Herodes vocauit *Sebasten*,vt hic ait Hieronymus,& Iosephus antecenus lib. 15. Antiq. cap. 11. hoc est, augustam in honorem Augusti Cæsaris, & ex ea tota prouincia Samaria est denominata. Est autem illa sita in montosis, vt constat ne potest ex Iosephi descriptione lib. 3. de bello Iudaico cap. 2. hoc vero loco nomine *Samariæ*, quamuis Hieronymus, Remigius, Ru- pertus, & alii intelligi posse putent vniuer- sam prouinciam; at certius videtur loqui A- mos de vrbe *Samariæ* metropoli, in cuius me- dio,& in cuius penetralibus tot, ac tanta flagitia patrabantur. | Iosephus.

8 *Insanias.* מהומת *mehumoth* significat *contritio- nes,& tumultus; Conturbationes ingentes* vocat Chal- dæus, & Hieronymus quidem tumultus expli- cat excitatum ... more exagitan- tium ad ... & ... immo- landos: & ... Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, ... Dionysius. At Theo- doretus indicat, & ... Isidorus, eo nomine significari seditiones, cædes, oppressiones, nam subdit, *& calumniam patientes.* Vt de Barabba dicit Marcus cap. 15. *Qui cum seditiosis erat vin- ctus,qui in seditione fecerat homicidium*, quos tumul- tus concitatos à seditiosis Vulgatus *insanias* vo- cauit,quia instar amentium insano furore grassa- bantur, & perturbabant omnia quæ *mirabilia* transtulerunt Septuaginta, vel per ironiam, vt ait Theodoretus, vel certe, quia talia e- rant,vt admirationi essent Ægyptiis,& Philisteis | Insanias 8. Infamiæ quę dicantur. Sensus 2.

vocatis

Margin notes (left column): Ælianus. ... leonis. ... ominens ... ciunt.

[illegible] ad [illegible] populum à [illegible] electum, & [illegible] intus [illegible] infolita patrare facinora. Non autem verum est quod Montanus interpretatur, vocari gentes ad ineundum exitum, tumultus videlicet hostium ingredientium Samariam, & oppressiones, quibus & ipsi Israelitæ fugientes se erunt oppressuri, & hostes Israelitas, nam de culpis inspiciendis loquitur Amos ex communi sententia, non de pœna ab Assyriis infligenda.

Sensus 1. verus.

9 *Si eruat pastor.* Huius similitudinis rationem explicant in primis, vt diximus in Paraphrasi, Theodoretus, Vatab. Isid[illegible]rus, Robertus, & Montanus: nam significat, paucos eruendos ex vastitate Samariæ, eosque debiles, & infimos, qui tanquam inutiles despiciantur & derelinquantur.

Sensus 2.

Hieronymus tamen, Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, & Dionysius, sic volunt hanc similitudinem intelligi, per Sarcasmon, seu irrisionem. Quemadmodum eruere solet quis vnum, aut alterum crus, aut extremum auriculæ de ore leonis deuorantis: sic scilicet eruent sese filii Israel de ore Assyriorum, confisi in fortitudine Samariæ, & in auxilio Damasci, seu regis Syriæ, in quo putant, vt fessus in lecto refocillatur, sic se tutos esse ab hostibus; cum nihil minus. Fidisse autem Israelem in rege Syriæ, ostendit Isaias cap. 7. dum refert Phaceæ filium Romeliæ regem Israel, inito fœdere cum Rasin rege Syriæ, contra Iudam simul venisse, frustra tamen.

Sensus 3.

Lyra affert alium sensum: paucos quidem eruendos ex ciuibus Samariæ, eos videlicet, qui profugissent ad regem Ezechiam, seruandi in plaga lectuli, nempe in Ierusalem, vbi erat templum, Dei lectulus, iuxta illud Cantic. 1. 15. *lectulus noster floridus*; & in Damasco, aut in regno Syriæ. hæc in vniuersum dicta sint: nam in reddenda ratione translationis est magna concertatio, de qua iam dicemus.

Ratio translationis.

10 *In plaga lectuli.*] Ex Hebræo ita habent hæc verba. *Sic eruentur filii Israel habitantes in Samaria in* פאת *peath* [illegible] *mitah & in* ערש דמשק *Demesek hharet.* Et in translatione quidem priorum nominum omnes fere interpretes conueniunt, cum vertant, *in angulo lecti, seu in plaga, aut latere lecti, aut in extremitate*, vt Exodi 2[illegible]. 9. *facies atrium tabernaculi, in cuius plaga, seu angulo Australi*, & Leuit. 19. 9. *cum messueris segetes terræ tuæ, non tondebis angulum*, aut *extremitatem agri tui.* & infra Amos 6. 4. dicitur, *qui dormitis in mittoth lectis eburneis.* Soli LXX. dixerunt, *contra tribum*; Iudam intelligit Theodoretus, quæ libera fuit a Sennacherib. Chaldæus exposuit, *in fortitudine potestatis*; vocans *angulum lecti*, per metaphoram, principatum, & robur, potens defendere. Deinde nomen ערש *hharès*, omnes transferunt, *lectum, stratum*, seu *grabatum*, vt etiam Aquila. Vnde infra cap. 6. 4. dicitur, *qui lasciuitis in stratis vestris.* LXX. *sacerdotes*, verterunt: quamuis Hieronymus putat illis impositum. Chaldæus vertit, *innitentes*, seu *confidentes*. Sola decertatio est de nomine, *Demesek*, nam quamplurimi cum puncto [illegible] cornu ש scribunt, vt sit nomen [illegible] דמשק *Damesek*, Damasci, vt [illegible] perunt S[illegible] [illegible] Vulgatus. Chaldæus, [illegible]ina, Montan. & [illegible] iuxta quam lectionem [illegible] Hieronymus, quem sequuntur Re[illegible] Hugo, & Dionysius, [illegible] Damascus erit [illegible] de-

D Damasco.

[illegible] sensu [illegible]

fessus re[illegible], propter[illegible] [illegible] Iudæus, [illegible] *tentes*, seu con[illegible] [illegible]tes. [illegible] sic vertit, *qui habitant in Samaria, in angulo* [illegible] *in Damasco in grabato* ita [illegible] S[illegible] gulum lecti, & D[illegible] lectum [illegible] maior pars Israe[illegible] habitant [illegible] in Samaria, quia tum [illegible] erepti sunt. constare [illegible] 2. [illegible] 4. [illegible] amplificasse terminos Sa[illegible] [illegible] lectum. Alii sic explicant; M[illegible] grabatis, etiam bi[illegible], qui in [illegible] cumbunt, [illegible] Samaria [illegible] Damasco. Verum Dauid Kimhi, P[illegible] Robertus, & Montanus ex[illegible] no[illegible] men vrbis, sed appellatiuum, nempe [illegible] cum adiectione syllabica ד di. & ill[illegible] tant deduci à verbo שקק *sakak excurrere* [illegible] autem significat *discursationem* hoc [illegible] procurationem. Volunt autem signi[illegible] sumere à שוק *Sukpes, totus a coxendice vsque* [illegible] *tibia, crus, coxa*, [illegible] in crure, vel coxa [illegible] est in pede, vel sponda lecti, aut grabati. Mo[illegible] deducit à משק *masak*, quod [illegible], *mouere, & agitari*; & putat esse lectum pensil[illegible] aut cunæ genus, vt ægrotus somnus excitetur motione principio dato: probat autem non esse nomen vrbis, quod in nomine vrbis est *scholet* in [illegible] *Sin*, nempe in sinistro cornu, at in [illegible] nomine est *scholet* in dextro. cum tamen vtroque modo scriptum reperiamus. Iuxta hanc lectio[illegible]

Sensus

ponit Vatablus, liberabuntur ex tanto [illegible] lectum destruxerint, quasi dicat: omnes p[illegible] nisi quis sese eriat delitescens in angulo, aut lectum. Vel soli illi liberabuntur, qui in lec[illegible] [illegible]ti decumbent, relicti tanquam ad labo[illegible] inutiles. Montanus ad eum fere modum [illegible]

Sensus 4.

quod liberabuntur, qui diuturnis morbis [illegible] aut longa valetudine debilitati in le[illegible] iam diu erant, & præ macie sese ab angulo lecti mouere, & reuoluere non poterant, nec ab altera sponda, in alteram conuertere. Sunt demum qui ita explicent: Leo, scilicet Salmanasar totum Israel de

Sensus

uorabit, & si quos reliquerit, ij erunt au[illegible]res, & infirmi, iacentes, non in lectis [illegible], quos milites diripient, sed [illegible] destructis lecti, qui pars lecti potius, quam lectus integer dicuntur.

Censura

Porro, cum hoc nomen singulare sit, nec eius etymon ab his auctoribus etiam difficile inueniatur, satius videtur antiquorum sequi interpretationem, & pro Damasco accipere, quod ij se liberos putabunt, qui confiderint in auxilio Damasci; cum e[illegible] lerit: nam qui d[illegible] Deo & po[illegible] brachium suum & spe[illegible] in multitudine diuitiarum suarum [illegible]

A mi[illegible]

enecabuntur & peribunt. Illi autem soli [illegible] ue in Samaria fuerint, siue in Damasco qui [illegible] mi, debiles, claudi, ac lecti fuerint, ab [illegible] habentes, cum fidant, hi certe Deo curæ sunt [illegible] quæ [illegible] berat, qui dixit M[illegible]th. 11. 28. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego re[illegible]* [illegible] Lucæ 21. *exi cito in plateas* [illegible] *pauperes, ac debiles cæcos*, [illegible] delicet mundu[illegible] flocci pendit, vt [illegible] *circumueniamus iustum* [illegible] *nobis* [illegible] *contrarius est operibus* [illegible].

Audi[illegible]

11 Sensus 1. *Audite.*] Putant Hieron. & Lyra, ad omnes fieri sermonem quibus iubetur, vt audiant, quæ dicit Deus exercituum de euersione Iacob, hoc est, decem tribuum, & testimonio suo comprobent, vt territi credant. Verius Remigius, Albertus, Hugo, Dionys. Vatab. & Montanus, Prophetas vocari affirmant, vt audiant exitium imminens Israeli, ex ore Domini exercituum, & suo testimonio probent ab eo sic asseueratum, & credant, ac resipiscant. Valde enim proficuus est concionator, qui dicit, quæ audiit ex ore Domini.

Sensus 2. verior.

12 Deliciæ in domibus. *Hyemalem.*] Habebant deliciosi homines domos diuersas, ad Aquilonem, & ad Austrum, vt pro varietate temporum, frigoris, & caloris, cælique temperie, prouiderent, ait Hieronymus, tum etiam domos dentis, ex elephantino dente A constructas, & affabre factas. de Ægla rege Moab Iudic. 3. legitur quod sederet in æstiuo cœnaculo solus. & Ierem. 36. 22. dicitur regem Ioakim fuisse in domo hyemali in mense nono. & Achab 3. Reg. 22. 39. domos eburneas sibi construxit. domum hyemalem vocarunt Septuaginta pinnatam, quod quibusdam alis vndiquaque circumdantibus muris huiusmodi domus habitatores calefacerent, vt notant Hieronymus, & Theodoretus: quamuis hyemalem transtulere etiam, vt Vulgatus, Aquila, Symmachus, & Theodotio. hi quidem posuerunt nomina sua in terris suis; non imitantes patres suos, qui habitauerant in casis, & tentoriis, quod futuram mansionem inquirerent, non hic pedem figerent.

AMOS PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

AVDITE sermonem hunc, quem habeo ad vos, opulenti Samariæ, qui luxui tantum vacatis, vti [1] vaccæ, [2] quæ in deliciosis pascuis Basan luxuriantur: vos inquam, qui iniquis iudiciis opprimitis egenos, & pauperes confringitis: qui dicitis vestris principibus, vos qui polletis potestate [3] condemnate, & spoliate, vt inde vobiscum epulemur, & luxuriemur. Iurauit Dominus [4] per sanctitatem suam: quod dies sit super vos adducturus, in quibus Assyrii de victoria gloriosi capita vestra leuabunt [5] in hastis, & corpora vestra dilacerata, & in frusta concisa in feruentes ollas inicient: & per murorum foramina ab hostibus facta, [6] quæ e regione prima sese vobis obtulerint, fugientes exibitis, & recipietis vos [7] in arcem, vt forte ibi seruemini; sed frustra, ait Dominus. [8] Ite ergo nunc ad vestrum Bethel, si placet, & ibi idola colite vsque ad satietatem: ite etiam in Galgala, & augete vestra delicta, vt libuerit: & afferte mane victimas vestras, [10] & tribus illis anni diebus Azimorum, hebdomadarum, & Tabernaculorum oblationes vestras, & in gratiarum actionem [11] panem offerte fermentatum, [12] & nuncupate spontanea vota, offerentes quæ libuerit, & annunciate omnibus, vt vestra deuotio palam fiat, quando sic vobis placet filii Israel; & ne queramini vestram salutem mihi curæ non fuisse, siquidem quo vos ad me reducerem, tantam ciborum penuriam immisi in omnes vrbes vestras, [13] vt dentes vestros mundos à fibris seruaretis; & tantam panis caritatem in locis quibusque, & ne sic quidem reuersi estis ad me, dicit Dominus. Insuper, cum adhuc soli tres menses vsque ad messem superessent, quando pluuia solet esse magis opportuna ad segetum maturitatem, [14] prohibui imbres, & ne putaretis id aliorum cursu accidisse, plui super vnam ciuitatem, & non super alteram illi vicinam, & in vna eiusdem parte plui, & in altera non plui, vt aresceret. Vnde tam grauis excitata est sitis, vt duæ, tresue ciuitates ad vnam illam, in qua plueram, confluerent, vt sitim extinguerent, & non poterant præ aquæ penuria, & ne sic quidem ad me rediistis, dicit Dominus. Percussit deinde [15] vredine, & ærugine sata vestra, hortos vestros multiplices; vineas, oliueta, ac ficeta vestra comedit eruca, & nec hoc supplicio reuersi estis ad me, dicit Dominus. Præterea cum fugeretis ab Assyriis ad Ægyptum, in ipso itinere, [16] peste ex vobis nonnullos occidi, & vestros iuuenes hostium gladio, equis, in quibus fugietis, captis, & ex cadauerum putredine fœtor exhalatus nares vestras offendebat, & nec hoc flagello ad me rediistis, dicit Dominus. [17] Subuerti vos tandem, vt olim Sodomam, & Gomorrham, per Assyrios, & vos pauium ciues Samariæ remansistis, tamquam torris de incendio erutus, & ne sic demum ad

CAP. IV.

AVDITE verbum hoc [1] vaccæ [2] pingues, quæ 1
estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis
egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis ve-
stris: [3] Afferte & bibemus. ‖ Iurauit Dominus Deus 2
[4] in Sancto suo: quia ecce dies venient super vos, & le-
uabunt vos [5] in contis, & reliquias vestras in ollis fer-
uentibus. ‖ Et per aperturas exibitis, altera [6] contra 3
alteram, & proiiciemini in [7] Armon, dicit Dominus.
‖ [8] Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & 4
multiplicate prævaricationem: & afferte [9] mane vi-
ctimas vestras, [10] tribus diebus decimas vestras. ‖ Et sa- 5
crificate [11] de fermentato laudem: [12] & vocate volun-
tarias oblationes, & annunciate: sic enim voluistis filii
Israel, dicit Dominus Deus. ‖ Vnde & ego dedi vobis 6
[13] stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indi-
gentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis
reuersi ad me, dicit Dominus. ‖ Ego quoque [14] prohi- 7
bui à vobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent
vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatem, & su-
per alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est;
& pars, super quam non plui aruit. ‖ Et venerunt duæ, 8
& tres ciuitates ad vnam ciuitatem, vt biberent aquam,
& non sunt satiatæ: & non rediistis ad me, dicit Domi-
nus. ‖ Percussi vos [15] in vento vrente, & in aurugi- 9
ne, multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum
vestrarum: oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eru-
ca: & non rediistis ad me, dicit Dominus. ‖ [16] Misi in 10
vos mortem in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes
vestros vsque ad captiuitatem equorum vestrorum: &
ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in na-
res vestras: & non rediistis ad me, dicit Dominus.
‖ [17] Subuerti vos sicut subuertit Deus Sodomam, & 11
Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incen-
dio: & non rediistis ad me, dicit Dominus. ‖ [18] Qua- 12
propter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc
fecero tibi, [19] præparare in occursum Dei tui Israel.
‖ Quia ecce formans montes, & [20] creans ventum, & 13
[21] annuncians homini eloquium suum; faciens [22] ma-
tutinam nebulam; & gradiens [23] super excelsa terræ:
Dominus Deus exercituum nomen eius.

me conuersi estis, dicit Dominus. [18] Quapropter, si quidem hæc mala omnia ô Israel, despectui habuisti, complebo in te quæcumque sum comminatus. Quando autem hæc facere me videris, [19] metire vires, copiasque expende, & vide an par mihi ad pugnam sustinendam esse possis. Quia ecce futura tibi res est cum eo, qui montes formauit, ne montes in quibus habitas, inexpugnabiles existimes: qui tantæ virtutis est, [20] vt creet hominis spiritum viridem, ac fortem, tantæ sapientiæ, vt antequam loquatur homo, [21] iudicet ei quid cogitauerit: qui lumen auroræ [22] conuertit in tenebras; qui terrena conculcat, & [23] inaccessa sunt illi peruia, cui nomen est Dominus Deus exercituum.

ARGVMENTVM.

IVRAT Dominus se vltimo supplicio puniturum Israel, siquidem omnem lapidem mouerit, omneque remedium adhibuerit, tam beneficiis alliciendo, quam suppliciis admonendo, vt ad se rediret, & noluit.

COMMENTARIVS.

1 Sensus 1. VAccæ.] *Vaccarum* nomine, Theodoretus, Lyra, Vatab. & Montanus vxores optimatum volunt intelligi, quod nihil aliud præ se ferentes quam luxum, & suis delitiis satisfacere, postulabant à viris suis, vt ex spoliis pauperum, ad suam luxuriam prouiderent.
Sensus 2. Rupertus sacerdotes intelligit, qui substratis vitulis, quos colebant, instar erant vaccarum, quique principibus dicebant: date nobis quæ comedamus, & bibamus, & vos vestraque delicta obtegemus, & iustos efficiemus coram populo.
Sensus 3. verus. Verius Chaldæus, & Hieronymus, quem sequuntur Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, Isidorus, & Robertus, opulentos, ac primates Samariæ accipiunt; qui non labori, sed vorationi, & lasciuiæ vacabant. Constat id in primis vsu Scripturæ quæ solet vaccæ, aut vitulæ comparare viros, vt Hoseæ 10.11. *Ephraim vitula docta diligere trituram*; & Ieremias cap. 46.20. Ægyptum vocat vitulam elegantem, & formosam. Deinde, quia mox quando pœnam comminatur, & dicit, *Ecce dies venient super vos, & leuabunt vos*, vtitur Propheta pronomine כם *chem* masculini generis, referens viros, contra quos loquitur. Demum quia quæcumque enunciat in sequentibus inflicta supplicia, & cætera, quæ adiicit, in vniuersum contra omnes profert; omnium ergo opulentorum hominum increpat flagitia, & non tantum delicias fœminarum.

2 Basan. *Pingues.*] In Hebræo legimus: *Paroth Bassan*: *Vaccæ Bassan*: qua ratione reliquerunt interpretes tum veteres, Septuaginta, Aquila, & Theodotio; tum noui, Pagninus, Tigurina, Vatab. Robertus, & Montanus. At Vulgatus Symmachum secutus ad significatum attendit, vertens, *vaccæ pingues*, sicut & Chaldæus dixit: *diuites substantiarum*: & Symmachus, *saginatæ*: quia regio Basan, quæ erat trans Iordanem, vt constat Iosue 17.5. & 4. Reg. 10.33. ob pastionum copiam, & vbertatem, armenta alebat pinguissima: ideo Deuteron. 32.14. dicitur: *Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan*; quam propterea sibi efflagitarunt Ruben, & Gad cum dimidia tribu Manasse, & à Mose concessa est, Iosue 13.12.
Metaphoræ explicatio. Opulentos ergo Samaritanos vocat per metaphoram vaccas Basan, pingues, & saginatas; quia vt vaccæ Basan ob pascuorum vbertatem pinguissimæ erant, & herbis è terra resecatis saginatæ: ita diuites Samariæ, ex substantia pauperum, & egenorum per calumniam erepta ditabantur, & pinguescebant: vt

A aptiores pararentur occisioni, & suauiores essent deuoratoribus hostibus.

3 Sensus *Afferte.*] Hieronymus, & qui eum sequuntur, Remigius, & reliqui, sic exponit. Regibus vestris dicitis, iubete tantum, & nos cuncta vastabimus, seu, vt ebrii absorbebimus.
Sensus Chaldæus autem vbi ait: *est potestas, vt diripiamus*, hoc est, committite nobis hoc officium magistratus, & deprædabimur populum.
Sensus 3. Aut certe, afferte nobis spolia, aut occasiones præbete, mittentes ad nos egenos, & pauperes impotentes, qui se tueri vel nesciunt, vel non possunt; vt eos suis pecuniis, vel per calumniam spoliemus, vt earum parte vobis, parte nobis arrepta; vtrique habeamus quibus inebriemur. quod facinus in magistratibus grauissimum est, & grauissima pœna
B dignum.

4 Iurandi forma. *In sancto tuo.*] Hebraice בקדשו *bekadso in sanctitate sua*: hoc est, *per sanctitatem suam*, vt vertunt Symmachus, Chaldæus, Pagninus, Vatab. Montanus, & Robertus: nam præposito, *in*, pro, *per*, capitur, vt Matth. 23.16. *quicumque iurauerit in Domino, in altari, in domo*, pro *per Dominum, per altare, per domum, quod est super illud.*
Sensus 1. At *per sanctitatem suam*, Hieronymus, Remigius, & Vatab. volunt intelligi templum.
Sensus 2. Idem Hieronymus, Remigius, Rupertus intelligunt filium, qui est sanctus Dei.
Sensus Tum etiam Hieronymus, Remigius, Hugo, & Dionysius volunt accipi quemlibet sanctum virum, aut Prophetam, qui est quoque sanctus Dei: nam L X X. verterunt. *Iurauit
C Dominus per sanctos suos.*
Sensus 4. verior. Verius Hieronymus, Remigius, Albertus, Lyra, & Robertus intelligunt, per semetipsum, qui sanctitas ipsa est, ab omni contactu creatarum rerum libera. Vnde Genes. 22.16. *per memetipsum iuraui, dicit Dominus*. Abrahæ enim, vti explicat ad Hebræos 6.13. Paulus, *promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iurauit per semetipsum.* Hoc autem idcirco Propheta addidit; vt certi fierent Samaritæ de subiuncto supplicio infligendo: & ne verba Prophetæ esse putarent aerem verberantis, & solum comminantis.

5 Ratio sermonis. *In contis.*] Hebræa sic habent: *& tollet vos in* צנות *tsinoth*, & אחריתכן *aharithchen, in* סירות *siroth* דוגה *dugah*.
D Oportet autem primum verba hæc explicare, deinde sensus.
Vocabuli significata. Nomen primum plurale *tsinoth*, cuius singulare est צנה *tsinah* à verbo deducitur, quod dicitur significare, *acuere*, seu *penetrare*, aut *perforare*, et conueniens quod quacumque ratione purget, vt hamus, pelta acuminata, frigus: hinc factum est, vt nomen *tsinoth* varie vertant interpretes: nam Theodotio, Vulgatus, & Tigurina vertunt, *& tollet vos inimicus in*

contis, ... s, aut lanceis. Septuaginta, & Symmachus, *maerum*. Dauid Kimhi, & R. Abraham, Pagninus, Vatab. & Robertus, *in spinis*, hoc est, in ... nis. Aquil., Chaldæus, R. Salomon, & Dauid Kimhi, *in clypeis*, seu scutis: vulgo *adargas*, vt ait Dauid Kimhi, quod sint acuminata: denique Montanus vertit, *in frigoribus*: atque quod eorum fere omnium significatuum habemus exempla in Vulgato. Numer. 33.56. *& lanceæ in lateribus eius*. Iosue 23.13. *& sudes in oculis vestris*, hoc est, palos præacutos, seu stimulos. Prouerb. 22. 5. *Arma, & gladii in via superbi*. Psal. 5.13. *Vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos*. Prouer. 25 14. *Sicut frigus niuis in die messis, sic legatus fidelis mittentibus illum*.

Vocabuli ... significata. Secundum vocabulum אַחֲרִית *aharith*, quod Vulgatus vertit, *reliquias*: significat *postremum*, aut *nouissimum vestrum*, hoc est, posteritatem, vt Daniel. 11. 4. *Sed non in posteros eius*, aut partem reliquam vestri.

Vocabuli ... significata. Tertium nomen est סִירוֹת *siroth*, quod in fœminea terminatione *ollas* significat, cum in masculina, *spinas*, Zachar. 14.20. *Et erunt lebetes, aut ollæ in domo Domini*. 2. Paralip. 35.13. *Coxerunt in lebetibus*, seu *ollis*. pro *spinis* ponitur Psal. 58.10. *Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum*: alii *ollæ vestræ*: ita hoc loco vertunt LXX. Vulgatus, Tigurina, & Montanus, *in ollis*. R. Abraham, & Dauid Kimhi, & Robertus, *in spinis*; hoc est, in hamis, vt explicant Pagninus, & Vatab. Chaldæus, Dauid Kimhi, & Robertus vertunt *in scaphis*, aut *nauiculis piscatoriis*, quæ sunt instar ollarum.

Vocabuli ... significata. Quartum nomen est דוּגָה *Dugah*, quod *piscem* significat, vt omnes interpretantur, nam Aquila dixit, *in lebetibus pisciculorum*: alii *in ollis piscium*. Iuxta alios, *in spinis*, seu *hamis piscatoriis*. Denique alii legunt, *in cymbis, scaphis*, vel *nauiculis piscatoriis*, quas tamen Elias in Tisbite magnas vocat naues: nos Galeras vocamus. Hieronymus cum Vulgato dixit, *in ollis feruentibus*, instar pisciculorum, aut præ multitudine; nam stagnum, aut flumen feruere piscibus dicimus, cum hinc inde ebulliunt, ac discurrunt per aquam. His circa significatum nominum præmissis, ad sensum explicandum accedamus.

Sensus 1. Diuersi diuersos adhibent sensus prædictæ sententiæ iuxta diuersitatem versionum. Montanus in primis sic explicat. Assyrius efferet vos vaccas delicatissimas, & molles in regiones frigidissimas, quas ferre non poteritis, & pro delicatis cibis, olla piscis erit laborum vestrorum leuam...: qui... ibus mancipiis olim parabātur. Numer. 11. 5. *recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto*: vulgo dici potest, *vuestro paradero en ollas de pescado*.

Sensus 2. Secund..., Dauid Kimhi. Pagnin. Vatab. Isidorus, & Robertus sic exponunt: sicut piscator extrahit hamis piscatoriis pisces ex aqua: ita hostis Assyrius extrahet vos ex locis, in quibus nunc ... seiniēs cum filiis vestris, vt in captiuitatem abducat.

Sensus 3. Tertio, iuxta Chaldæum, & Dauidem Kimhi; eleuabunt vos in clypeis, aut scutis, & filios vel... s in scaphis, aut nabiculis piscatoriis: hoc est ... mittent vos in na... igiis piscatorum, quæ instar ... vpeur... im sunt, pe... mare Mediterraneum in ... as lon... dissitas, ... à vestra patria remotas.

Sensus 4. ... tro Vulgatam editionem sic explicat Hi... nymus. ... mata metaphora vaccarum pin... ... nes ... stras ô vaccæ pingues, in contis, vel hastis portabunt Assyrii, & ... ... entissi... minuti pisces pariter inuolu... vos ab... ue vllo ordine, captiuitatis mise... ... Remigius vero, Rupert... & Hugo

Sensus 5. sic ... lent coqui in con... , a... hastis portare carnes ... catum, & reliquias minutiores in ollis: it... Assyrii iure victoriæ porta... bunt vos in captiuitatem catenis constrictos; & qui reliqui fuerint, confuse, absque vllo ordine, in ollam captiuitatis, vt ibi decoquantur.

Sensus 6. Aut vt exponunt Lyra, & Dionysius: portabunt vos Assyrii in captiuitatem, vt solent carnes portari in contis. & qui ex vobis effugerint, & in arces ... domosque munitiores se receperint, quasi pisces in ollis feruentibus, in ipsis domibus, vt in ollis comburentur.

Sensus 7. Aut certe vos, qui pinguiores estis ... dlent in hastis: reliquos autem de populo quasi minutos pisciculos in ollis: nam solent piscatores maiores seligere pisces, reliquos autem minutiores in vas ad id paratum simul, & absque vllo ordine inicere: qua ratione dæmones inicient quos libet improbos in ollas succensas igni inextinguibili inferni.

Contra alteram.] Hebr. *vna quæ contra se*, vel *è regione sui*.

Sensus 1. Hieronymus, quem videntur sequi Albertus, Hugo, Dionys. & Isidorus, *mutuo*, aut *vicissim* explicat, vna post alteram exibitis per irruptiones murorum; nam vos extrahent Assyrii, ita vt vos ipsas opprimatis exeundo. Hunc sensum videtur habere Chaldæus, cum dicit; *& confringent super vos muros, & educent vos quasi m... lieres, singulis ante se*.

Sensus 2. Sensum alium afferunt Vatab. Isi... ot. Robertus, & Montanus: *exibitis altera contra alteram*, hoc est, singulæ exibitis per singulas murorū aperturas, quę è regione vestri vobis occurrerint; nam singulis sua foramina patebunt, quo ostendat vim hostium vigentium cines, vt exeant: sic enim Iosue 6. 5. dicitur de Iericho. *muri funditus corruent, ingredienturque singuli per locum contra quem steterint*. & videtur sensus accommodus.

7 Ratio sermonis. *Armon.*] Hebraice *& proiicietis* הַהַרְמוֹנָה *habarmonah*. Veteres interpretes nomen Hebræum reliquerunt tamquam proprium: Symmachus & Chaldæus *Armeniam* sunt interpretati, quam intelligit Hieronym. & eum secuti Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, Dionysius, & Isidorus nomine *Armon*.

Armenia. Atque ita fere transtulere Aquila *montem Armona*, Theodorio *montem Mona*. LXX. *montem Remnan*, vt intelligunt Hieronymus, Complutensis, Regius, & Vaticanus Codex; quamuis apud Theodoretum sit *Armana*. quasi dicat; *& proiicietis vos in montem Armenia*, ita dictum ... vel fuga, vel Assyriorum vi ducti. nam ex אֲרָם *aram*, filio Sem dicta est *Aramea*, vel *Armenia*; vnde deductum est nomen, *harmonah*, ה, *he* posito pro א, *aleph*, vt notat Dauid Kimhi. Sed Dauid Kimhi, & R. Ioseph. Pagninus, Tigurina, Vatab. M. & Montanus *palatium* interpretantur, *he* accepto pro *aleph*, nam אַרְמוֹן *armon domum altam*, aut *palatium* significat, vt supra cap. 1. 4. *& consumet ædes*, seu *palatia Benadad*; & a... sæpe, vt olim, Quinta editio transtulit *excelsum montem*, ex radice רוּם *rum, eleuari*, quod palatium sit eleuatum, & excelsum.

Sensus 1. Verum hi quoque diuerso modo transferunt; nam cum in Hebræo tantum sit, *& proiicietis palatium*; Pagni. & M. vertunt *& deiicietis*, vel *proiicietis* ...*etis palatium* hoc, ad excū-

dis [illegible] templum ad sacratum epularum vsum: quarum fit mentio Deuteron. 14. 28. cum dicitur, *Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, & repones intra ianuas tuas. Venietque Leuites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & vidua, qui intra portas tuas sunt; & comedent, & saturabuntur*, &c. & cap. 16. 12. *Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur.* Atque hoc præceptum implere solitum Tobiam, in eius libro refertur cap. 1. 7. *ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem.* Hæc tamen intelligentia non videtur conuenire verbis Prophetæ, dicentis; *afferte tribus diebus decimas vestras*, nempe in Bethel, & Galgala, quas afferre solebatis in Ierusalem; at prædictæ tertio anno congregatæ non afferebantur in templum, sed domi distribuebantur epulantibus, hoc est, *intra portas tuas.*

Sensus verior. Cùm ergo verum comprobetur ter in anno afferri solitas decimas cum aliis oblationibus, in templum, in tribus festiuitatibus, vt diximus ex Ruperto, & Lyra; de his verius hic locus intelligitur: iubet enim Israelitis, vt ipsi quoque, ad æmulationem fidelium Iudæorum, deferant vitulis suas decimas, vt alia quæque sacrificia. Atque de his verum est quod dicitur.

11 *De fermento.* Hebr. *& adolete de fermento confessionem.* *Sensus 1.* nouam ironiam agnoscit hic Hieronymus, quem sequuntur Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Isidorus, quòd iubeat *Sacrificiũ cum fermento, vel absque.* offerre sacrificium laudis, & confessionis cum fermento, contra legem iubentem, sine fermento offerri Deo, Leuit. 2. 11. *omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti, ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.* & cap. 7. 12. *si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo.* Ait ergo; offerte panem fermentatum in gratiarum actionem, seu in Eucharistiam, vt vertit Aquila; panem nempe pollutum, vitulis vestris. *Sensus 2.* At Vatab. Montanus, & Robertus putant ironiam esse in offerendo sacrificium verum Dei veri, idolis: nam hostia laudis seu confessionis cum pane fermentato offerebatur Deo, quod Leuit. 7. 13. dicitur, *panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: ex quibus vnus pro primitiis offeretur Domino, & erit sacerdotis, qui fundet hostiæ sanguinem.* [illegible] pacificorum aut laudis, seu confessionis [illegible] & cum aliis, simila, aut panis offerebatur, [illegible] dicitur Numer. 29. 39. *Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris, præter vota, & oblationes spontaneas, in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.* Vnde, *adolete de fermento confessionem*, idem est ac adolete cum panibus fermentatis sacrificium confessionis, aut gratiarum actionis, vitulis vestris: vt gratias illis agatis pro vestrorum remissione peccatorum, panibus fermentatis significatorum. Chaldæus per *fermentum* vitium intelligit, vt Paulus vocauit *fermentum malitiæ*, ait enim; *& colligunt ex rapina sacrificium laudis.* *Gregor.* Nam vt ait Gregorius Homil. 22. in Euangelia, *de fermento laudem immolat, qui Deo de rapina sacrificium parat.* & Deo quidem nihil adoleri poterat fermentatum, sed purum ac mundum, [illegible] quod cedebat [illegible] quasi fuisset fermentatum, quia [illegible] hominibus autem quæ parent.

12 *Et vocate.* Secundum Hieronymum, Remig. *Sensus 1.* Albertum, Rupertum, Hugonem, & Dionysium, quod dicit, hoc est; Prætextas [illegible] ironice [illegible] vocate eas oblationes voluntarias, seu spontaneas, & ita omnibus gloriosi palam [illegible] te, cum nihil minus habe[illegible] de spontaneis oblationibus. *non enim est mihi voluntas in* [illegible] Malach. [illegible] *& munus non suscipiam de manu vestra.* Ex Hebræo recentiores interpretes aliam [illegible] sumere [illegible] *vocate, voluntaria proclamate, seu annunciate.* Vatablus explicat; *Indicite voluntaria sacrificia & promulgate.* [illegible] Robertus Pagninus [illegible] *vocate ad solemnitatem vol*[illegible] *congregare facite.* Montanus [illegible] *& pronunciate ore, vt sit chori* [illegible] Ego existimo his verbis [illegible] voluntarias oblationes, quæ [illegible] solebant omni populo [illegible] celebrati [illegible] Moysi dicens: *loquere filiis Israel, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui [illegible] sponte, aurum, argentum, & æs, hyacinthum*, [illegible] *Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino.* sic Numer. 7. 2. [illegible] *lerunt principes Israel, & capita familiarum, qui per singulas tribus præfectique eorum, qui numerarant, munera coram Domino, in dedicatione altaris die, qua consecratum est.* Ita Israelitis iubet Propheta, per cœptam ironiam, vt indicant voluntaria munera, & ea per præconem promulgent ad diem dedicationis idoli: vel quoduis aliud celebrandum. vt Aaron Exodi 32. 2. postulantibus Deos, qui præcederent, indixit, vt tollerent inaures aureas de vxorũ, filiorũ, & filiarum auribus. & afferent ad se; feceritque populus quod iusserat. Ait ergo, *Aegyptus a vitulus.* ne quid desit cultui idolorum vestrorum ex vero Dei cultu desumptum, hoc adiicite præfatis oblationib⁹, vocate cœtũ ad festa, vel epulas sacra quibus colatis vitulos vestros, & promulgate omnibus, vt voluntaria munera offerant, ac contribuant, ad hilarius celebrãda; & obsequia idolis præstanda. Magis spontanee, & maiori voluntate ex suis bonis offerebant [illegible] idolis seruiendũ, quam Deo: ita enim fit, et difficilius nos ad donemus Deo, eiusque templo; & pauperibus quam vitulis voluptatis, & honoris, in quorum [illegible] nihil est, quod animo volenti non expendimus.

13 *Stuporem.* Nomen Hebræum [illegible] proprie significat puritatem, seu mundities dentiũ, vt veteres, Aquila, Symmachus, Theodotio, Hieronym. & Theodoretus in Commentario interpretati sunt. Dauid Kimhi, Pagni. Vatab. Montan. & Robertus, vt [illegible] 25. 6. *Lauabo in mũditia, seu in innocentia manus meas.* & Prouer. 14. 4. *Famis circũlocutio.* *Vbi non sunt boues, præsepe mundum est*, hoc est, vacuum. Et quidem oes intelligunt [illegible] circumlocutione significari famem; nã mox [illegible] *penuriam panis in vniuersum.* Est autem [illegible] locutionis quia cibo dentes replentur [illegible] deficiente cibo dentes mundi sunt: sed quia nullæ aliæ [illegible] præter carnes, dentibus magis inhærere solent, tibi [illegible] carnibus illis dentium cauitate sufficientibus, iuxta illud Numer. 11. 33. *adhuc carnes*

erant in den[illegible] Vatab. & Montanus de pe[illegible] vocat munditiē dentium, interpre[illegible] locum, vt prius famē catinum, det[illegible] cæterorum ciborum, præferat. Septuaginta tamen, Chaldæus, & Vulgatus *stuporem dentium*, hoc est, hebetationem, seu obtusionem dentium explicuerunt, similem illi, ait Theodor. qui ex lab[illegible] uscis, aut acerbiori cibo prouenit, qui cibos conficere non sinit. Estque dolor obtusus in dentibus ex fame ortus cum quadam indignatione. de quo dicitur Ecclesiastici 30.10. *in nouissimo obstupescent dentes eorum.* & Ierem. 31.29. & Ezechiel 18. 2. *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Est autem eiusdem famis circumlocutio, *dedi vobis stuporem dentium*, hoc est, feci vt sicut stupidi dentibus non valent cibum conficere, propter illum obtusum dolorem, quem sentiunt; ita vos non comedatis, propter stuporem ex cibis copiosis & deliciis prius captis, in vobis relictum.

Dubium tamen est vtrum his verbis contineatur comminatio famis futuræ, an præteritæ relatio: Nam Vatab. & Isidorus ab hac periodo omnia explicant de futuro; quasi comminatio sit futurorum flagellorū, licet per præteritū ob certitudinem. Verum Chaldæus, Hieron. Theodoretus, & omnes alii, tamquā rem factā exponunt, cum verbis præteritis in Hebræo efferantur. Contigit autem fames non semel; sub Achab, & Elia, 3. Reg. 17. & 18. & sub Ioram rege Israel, 4. Reg. 6. 25. prophetante Elisæo. Montanus putat contigisse hostilibus excursionibus, quibus hostes vicinarū regionum agros populabantur, & armenta abigebant, iuxta illud Isaiæ 9. 12. *Aram ab Oriente & Palæstini à tergo: & comederunt Israel in toto ore & in omnibus his non est conuersus ad percutientem se.* Verum cum Isaias loquatur de Rasin rege Syriæ, qui expugnauit Achaz, & Propheta præterita narret, non futura prænunciet, verius est prius.

14 *Prohibui.*] De illa aquæ penuria loqui omnes affirmant, quæ accidit sub Achab, & Elia, 3. Reg. 17. Verum hæc tribus annis, & sex mensibus durauit: at ea, de qua loquitur Amos, tribus mensibus ante messem; & non omnino prohibita est pluuia. Quare sunt qui putent sermonem esse de pluuiæ defectu sub Elisæo, & Ioram Rege Israel, 4. Reg. 6. 25. Sed & illa magna fuit fames, & longa. Ego existimo nobis non constare de hac sterilitate, quam hic describit Propheta, quod occupauerit terram per tres menses ante messem: & quod compluerit in vna ciuitate, & non in alia, & intra eiusdem [illegible] tū in fundo vno, & non in alio. quæ omnia supra naturæ cursum diuinitus accidisse satis ostendunt, & propterea magis coarguunt peccatores. Quod in pluuia verbi Dei iaci[illegible]nda haud dubie quoq; seruatur, vt ostendit [illegible] Homil. [illegible] super Ezechielem. *Cum enim, inquit, sanctæ exhortationis verba alia mens suscipit, alia suscipere recusat, super vnam ciuitatem Dominus pluit, & super alteram nō pluit. cum vero & ipse, qui proximos audit, ab aliis se vitiis corrigit, atque ab aliis emendare contemnit, vna eadēmque ciuitas, & ex parte compluitur, & ex parte arida remanet, in qua à se prædicationis pluuiā repellit. Sunt etenim quidam, qui exhortationis verba omnino non audiunt, hi penitus suscipere pluuiam nolunt. Et sunt quidā qui audiunt, & tamen hanc medullitus non [illegible]quuntur, [illegible]uia alia in se vitia resecāt, sed in aliis grauiter perdurant. Sæpe enim quosdā videmus, quia per prædicationis verbum à semetipsis auaritiæ æstum repellunt & non solum iam aliena non rapiunt, sed propria indigentibus largiuntur: nec tamen iræ stimulus edomant. nec patientiæ moderamina per mentis tranquillitatem seruant, & sæpe alii exhortationis verbo in semetipsis tanto, carnis immunditiam vincunt, corpus in castitate custodi[illegible]t. nec tamen animum, sicut debent, proximis inclinant sed per rigorem superbiæ in cogitatione se eleuant in istis pars vna compluta est, quia fructum fecit. & pars, quæ compluta non est, aruit; quia exhortationis verbum non plene suscipiens, a bono opere sterilis remansit.* hucusque Gregorius.

In vento vrente.] Alio flagello punitum Israelem in segetibus, quo ad se, & ad Deum redirent, ostendit. nam tribus speciebus vitiorum, quibus lædi segetes solent, percussit eos Deus. Eruca, de qua dictum est super 1. caput Ioelis, num. 3. Vento vrente, & aurugine, de quibus modo dicendum. שדפון *sedaphon* vitium est segetum, quo spicæ intu[illegible]scentes vento Orientali calidissimo flante aduruntur, & arescunt; omnique succo priuantur, folliculis vacuis remanentibus. L X X. vocant ardorem seu combustionem, vt Vulgatus, *vredinem*, seu *ventum vrentem* hic, & Genes. 41. 6. 23. & 27. & Haggæi 2. Aquila, Symmachus, & Theodotio *corruptionem*, seu *aerem corruptū*. itemque Vulgatus 3. Reg. 8. 37. & Deuter. 28. 21. qui tamen 2. Paral. 6. 28. vertit *æruginem*. Pagninus, & Vatab. *ariditatem*: Montanus vero *vredinem*, vulgo dictam, *quema zon*. quamuis Plinius lib. 18. cap. 28. frigore tantum fieri dicat, contingitque tam in vitibus, & dicitur *carbunculus*, quam in segetibus, & vocatur *rubigo*, vulgo *el añublo del pan*, quod rubescant spicæ: per metaphoram dicitur *ærugo*, vt dixit de segetibus Theophrastus lib. 4. de causis plantarum. nam propriè *ærugo* de ære, aut argento dicitur, quando virescit, vulgo vocatur *moho*. Alterum nomen est, ירקון *ierakon*, vitium segetum, quod culmis [illegible]umentorum innascitur ex nimio humore, & reddit sp[illegible]s marcidas, & pallidas; contrarium vredini. L X X. *auruginem*, vertunt, vt Vulgatus hic, & Haggæi 2. qui *rubiginem* vertit, in Deuteronomio, *æruginem*, 3. Reg. 8. *pallorem* vocauit Theodotio; à Pagnino vocatur *rubigo*, à Montano *aurugo*, quod tales reddat spicas, qualis est facies hominis subito metu correpti: iuxta id Ierem. 30. ver[illegible]. *conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem.* Fortasse autem hæc sterilitas accidit sub Elia, tamquam initium longissimæ famis trium annorum, & sex mensium, de qua 3. Reg. 17. & 18.

Misi in vos.] Aliud flagellum inutile ad memoriam reuocat Israeli, vt pudore affectus resipiscat. Sed quando ita sint castigati Israelitæ dubitatur? Nam Isidorus hoc putat accidisse in dese[illegible], cum exierunt ex Ægypto, vbi multi interfe[illegible]: At hic cum Israele solo percusso, non cum omni populo sermo fit: nec lego cum equis eos a[illegible]ndisse, qui capi possent. Quare Vatab. Q[illegible]inqu[illegible] boreus, Montanus, & Robertus putant a[illegible] quando ob summam inopiam mi[illegible]ios ab Israelitis iuuenes cum cohorte [illegible]enta [illegible] pta portarent; qui parti[illegible]m [illegible] nibus latronum inter[illegible]tq; deo o[illegible] gam mora millos fuiss[illegible] qui oc[illegible]lo ũ[illegible] uera insepulta vido[illegible] fœtor [illegible] grauiter offensi

fenti. Atque ibi quidem nomen דבר *deber*, quod *mortem* transtulit Vulgatus cum L X X. transtulerunt *pestem*, & nomen מחנה *mahanah castrum* vel *castra* pro turmis accipiuot, vt Gen. 32. 8. *Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma saluabitur*: ne verearis concedere turmarum proficiscentium in Ægyptum ad triticum exportandum cadauera putruisse, & fœtorem in nares sequentium ascendisse. prohibebat enim Deus ne sibi prouiderent ex Ægypto, vt hac ratione punirentur. & quidem ad rem videtur confictio, si aliqua ratione, aut vera historia niteretur.

Sensus 3. Sunt tertio qui putent hic fieri mentionem de clade Ioachaz facta à rege Syriæ 4. Reg. 13. 7. ex qua non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ. Verum etsi forte posset hæc strages conuenire illis verbis, *percussi iuuenes vestros vsq; ad captiuitatem equorum*, &c. ac prioribus, *misi in vos pestem in via Ægypti*, nequaquam: quia illa clades accidit in Samaria, non in via Ægypti. Sed nec illis verbis conueniunt: quia quemadmodum sub aliis membris singula flagella inflicta refert, ita & hoc loco, sub vno supplicio vno tempore inflicto, enumerat, in iuuenes euntes in Ægyptum missam pestem, & gladium, & fœtorem effusum: vnde concludit, & nec hoc flagello redistis ad me. & omnes interpretes tanquam idem flagellum accipiunt.

Sensus 4. Quarto, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius intelligunt de Israelitis euntibus in Ægyptum ad implorandum auxilium cõtra Assyrios; qui eis obuiam prodibant, & percutiebant, Deo quoque ipso pestem immittente. At quæ sunt illa castra percussorum, quæ ille turmæ, tam ingentes, missæ ad regem Ægypti, opem imploraturæ? Numquid ad hoc munus obeundum exercitus mittuntur? nonne consueuere mitti duo, aut tres legati? nisi fingas magnum, splendidumque comitatum illis adhærentem. Nec flagellum hoc inflictum est, quod spem sitam haberent in baculo arundineo Ægypti; de quo modo nullum verbum; sed etiamsi sic ire trent, præclusa est illis via, vt peccata initio huius capitis enumerata, expiarent.

Sensus 5. Quinta explicatio non videtur aliena ab vsu Scripturæ, quam tradit Chaldæus: *Misi in vos pestilentiam sicut in via Ægypti*, &c. Solet enim non infrequenter suppleri nota similitudinis, vt in Psalmo 1. *transmigra in montem passer*, addita est, nota, *sicut passer*. ita hoc loco adiici debet ea nota, vt quemadmodum in via Ægypti, quando veniebat populus per solitudinem, peste, & gladio percussus est; ita Samaritæ percussi sunt in illo bello regis Syriæ, 4. Reg. 13. de quo supra: & probatur, quia horum suppliciorum narratio ostendit in ipsa terra Israel inflicta flagella: & illa verba: *ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras* cum ipsis Israelitis, qui erant in Samaria, fiunt; quorum nares fœtor ex præsentibus cadaueribus exhalatus inficiebat, non ex his, quæ longe aberant, in via Ægypti. & nec hoc flagello redierunt ad Dominum; vnde & ad excidium faciendum merito prouocatur.

Explicatur verior.

7 *Subuerti vos.*] Hoc flagellum per futurum explicant Albertus, & Rupertus; nam subuerso regno Israelis, Israelitæ qui remanserunt, Iudæis adiecti sunt, quasi torris erutus de incendio: imo Rupertus de vastitate Ierusalem hæc accipit, siue per Chaldæos, siue per Romanos, cum certe ad Samaritas loquatur Deus; & de flagello iam inflicto, vt alij omnes intelligunt: nam vult Deus ostendere enumeratione suppliciorum præteritorum, quam digni sint Israelitæ extremo exitio, siquidem præteritis flagellis admoniti, noluerunt conuerti. Montanus existimat hanc subuersionem factam per Assyrios, nam tempora Phacee Teglathphalasar, vt refertur 4. Reg. 15. 29. cepit Aion, & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali, & transtulit eos in Assyrios. deinde Salmanasar peruagatus omnem terram, obsedit Samariam, 4. Reg. 17. 5. nam destructis aliis Israelitarum ciuitatibus, sola Samaria reliqua fuit ex subuersione, tanquam torris erutus de incendio. & propterea dixit Propheta, *subuerti in vobis*, vt notarũt Isidorus, & Robertus; quod aliquæ vrbes subuersæ dicantur, vt concedunt etiam Remigius, Hugo, & Dionysius. Verum cum sermonem esse dixerimus de præterito flagello, non de futuro; & subuersio facta per Teglathphalasar contigerit post tempora nostri Prophetæ, de alia subuersione loqui est intelligendus. Alij intelligunt hunc locum de subuersione Ioachaz à rege Syriæ facta, 4. Reg. 13. 7. Verum quia hanc cladem præcedenti flagello accommodauimus; extremum hoc intelligamus de strage extrema Israelitarum, quam prædixit Ionas 4. Reg. 14. 25. instaurandam per Ieroboam. nam dicitur: *Vidit Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quod consumpti essent vsq; ad clausos carcere, & extremos, & non esset, qui auxiliaretur Israeli. Nec locutus est Dominus vt deleret nomen Israel de sub cælo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas; qui restituit terminos Israel ab introitu Emath vsq; ad mare solitudinis.* & hoc modo subuersis aliis ciuitatibus pauci sunt eruti, tanquam torris ex incendio, & nec hoc flagello correpti ad Deum redierunt.

Historicè non prophetia.

Sensus 1.

Sensus 2. verus.

Quapropter.] Rupertus, & quidam alij existimant flagella supradicta sub comminatione pronunciata, infligenda in futurum. & quia eis Prophetarum comminationibus nõ redierunt Israelitæ ad Deum, idcirco nunc vltimam proferi sententiam de omnium illorum executione; & ideo concludit; Quapropter quia noluistis hactenus resipiscere, hæc flagella faciam tibi infligi Israel; ne dubites. Sed Hieronymus, Albertus, Remigius, Hugo, Lyra, Dionysius, & Isidorus supplicia prædicta, iam in superiori tẽpore inflicta docent. & ex illis concludi à Deo: siquidem his flagellis hactenus vobis inflictis non estis conuerti, sed ea contemnitis, addam multo grauiora, nempe extremæ captiuitatis, hæc, inquit, faciam tibi Israel, quæ mente mea statui facere: sed taceo, vt incertus grauiora suspicens, & vel metu ipso conuertaris: quod si nolis; comminationes meas complebo in te. Hoc est, quod in Hebræo dicitur; quapropter כה *coh*, sic faciam tibi Israel, nempe vt cogitaui, & prædixi initio capitis: cum iurauit Dominus; quia *ecce dies venient super vos & leuabunt vos in contis & reliquias vestras in ollis feruentibus*, 18

Aduersus præteritis non correctos extremam pronunciatio.

& per a[illegible] exibit, & proiiciemini in Armon, dicit Dominus. Nam relatis omnibus inflictis flagellis, quibus volebat Deus inducere populum ad resipiscentiam, vt auerterent excidium vltimum; quia noluistis, inquit, faciam quod minatus sum, destruam regnum Israel, & Samariam euertam.

19 *Præparare.* Hebraice. *Pro eo quod hoc faciam tibi, præpara te ipsum in occursum Dei tui Israel.* Ac si dicat, Quandoquidem sic vt dixi, te sum in extremum exitium proiecturus, medio exercitu Assyriorum; præpara te, si placet, ad pugnandum, nam cum illo tibi res habenda est, qui est omnipotens, *formans montes, & creans ventum*, &c. Dominus quasi vir pugnator tibi sese opponet. Hunc seorsum afferunt Albertus, & Montanus: & fauet illi Aquilæ, & Symmachi translatio: & cum hæc fecero, præparare, vt aduerseris Deo tuo. Sed ceteri fere tanquã consolatoria verba hæc explicant. LXX. quidem, dum vertunt. *Verumtamen quia sic faciam, præparare, vt inuoces Deum tuum Israel;* ostendunt, exhortari Deum Israelem, ne penitus desperet, & pereat flagellis, & captiuitate, sed conuertat se ad Dominum Deum suum inuocandum, & per preces, & lacrymas ad ipsum redeat; qui nihil non potest. ita Hieronymus, Remigius, Hugo, Dionysius & Vatab. videotur explicare de Israel iam captiuo, & Theodoretus asserit, inuitari, vt imploret opem, vt liberet per Cyrum è captiuitate; cui adeo facile est liberare, vt creare montes, &c. Verum cum filij Israel captiui, nunquam fuerint è captiuitate liberi, de spirituali libertate, cum conuerterentur in fine mundi, exponit Lyra. Chaldæus vero de conuersione ad legis obseruantiam [illegible] inquit, *adorna te vt suscipias doctrinam legis Dei tui Israel.* Vel, *præparare in occursum Dei tui Israel venienti in assumpta humanitate, vt eum tota auiditate suscipias.* Sic quoq; exponunt Hieronymus, Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, & Dionysius: & ne venientem humilem despiciat, eius describit omnipotentiam. Inter hos sensus primus, rei, qua de agitur, magis videtur accommodus. nam in toto hoc capite conatus est ostendere Deus ingratum Israelis animum, & iustam [illegible] vltionem, & per omnia (quæ est eius summa clementia) inducere populum ad meliorem frugem. Vnde quinq; flagella retulit tanquam quinque summa beneficia illis collata: quibus nihilominus non mutati sunt. Tandem comminatus est extremam captiuitatem, vt his minis, vel resipiscerent. Sed nec sic aliquid effecit: quid facit? infert metum, ostendés secum rem agi, qui sciat, possitque, sicut omnia facere, & destruere. Confirmat hunc sensum particula עקב כי *hekeb chi*, quã Aquila interpretatus est, *postea*, Theodotio *nouissime*. LXX. *Verumtamen*, propriè autem est, *merces*, finis laboris, fructus, seu compensatio. vt Psal. 18. 1[illegible]. *in custodiendis illis* עקב *hekeb retributio*, aut *merces multa.* & Psal. 118. 112. *inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum hekeb mercede*, vel *propter mercedem*, aut *retributionem.* Prou. 22. 4. *Hekeb merces humilitatis timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita*, quod alij dicunt, *propter humilitatem*, vel *in mercedem, aut pro compensatione humilitatis.* Ita hoc loco *Merces quod hoc faciam tibi, præparare in occursum Dei tui;* quasi dicat; pro fructu, aut pro mercede aut recompensatione, quod hoc [illegible]um tibi facturus, n[illegible] amplius r[illegible], quam vt tu mihi te opponas, & adoce[illegible]. Et hoc est quod alij [illegible]unt propterea q[illegible] faciam, præp[illegible] [illegible]bet, vt mihi occurra[illegible] & ali[illegible] nisi bus con[illegible]et; vt pro mercede, aut compensatione perlati labo[illegible]s in Israele affligend[illegible] h[illegible] vnum Deus postulet, vt præparet [illegible] in oc[illegible]m Dei sui.

Creans ventum. Hebræum nomen רוח *ruach*, & *ventum*, & *spiritum* significat. *Ventum* [illegible] vertit Vulgatus, Pagn. [illegible]igu. Vatab. & [illegible] & [illegible]tis ad rem, quia [illegible] creatione, & [illegible]ctione solet Scriptur[illegible] nificare Dei [illegible] vt Ierem. c. 10. 12. *Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua; & prudentia [illegible] extendit cælos. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ, fulgura in pluuiam facit, [illegible] educit ventum de thesauris suis.* Verum LXX. Chaldæu[illegible] & Hieronymus [illegible] mentario, & Montanus volunt hic transf[illegible] *spiritum*, nempe hominis. ne loquatur de S[illegible] sancto creato, vt volebant Hæretici, quos Dydimus lib. 1. de Spiritu sancto, & Ambrosius lib. [illegible] de Spiritu sancto cap. [illegible] Hi[illegible]onymus hic, redarguunt: nam ex eo, quod coniungit cum montibus, & nebula, de inferiori creatura mundi loqui se ostendit Hieronymus, & qui eum sequuntur, Remigius, & Rupertus, accipit pro *spiritu*, [illegible] *anima* hominis, vt in Psal. [illegible] *auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.* & Lucæ 23. 46. *pater, in manus tuas commendo spiritum meum.* Montanus virtutem animi ad [illegible]andum declarat, vt Iudic. 11. 29. *Spiritus Domini super Iephthe.* Ierem. 51. 11. *excitauit Dominus spiritum Medorum in Chaldæos.* Commodius videtur, vt siue *ventus* transferatur, siue *spiritus*, de vento accip[illegible]r, vt Ezech. 37. 9. *à quatuor ventis veni spiritus [illegible] [illegible]fla super interfectos istos, & reuiuiscant*, & G[illegible]nes. 1. 2. *spiritus Domini ferebatur super aquas* quia ex [illegible]bus oculis obiectis, & sentibus, & admirabilibus vult ostendere Dei conditoris potentiam: vt [illegible] Tertullianus lib. aduersus Hermogenem cap. [illegible]. 10

Annuncians. Ex Hebræo sic transf[illegible]ur, [illegible] *annuncians, seu, & indicans homini* מה שיחו *mah sicho, quæ meditatio eius*, aut *cogitatio, occupatio seu negotium*, aut *opus eius* v[illegible] Chaldæo & Dauid Kimhi transferunt omnes rece[illegible]es, Veteres, Aquila, Symmachus, Theodotio, Quinta editio & Vulgatus vertunt; *eloquium eius*, nam verbum, vnde deducitur, significat, versari in re ampla mente, aut sermone secum, aut cum alte[illegible] ita de Isaac dictum est Genes. 24. 63. *& egressus est Isaac* לשוח *lesuach, ad meditandum*, aut *orandum*, aut *deambulandum in agro inter arbusta.* Iob 1[illegible]. 1. *dimittam aduersum me eloquium meum*, vel *querelam.* P[illegible] 101. 1. *cum in conspectu Domini effuderit* שיחו *precem suam*, vel *eloquium suum.* & 141. 3. *effundo in conspectu eius orationem meam.* Septuaginta decepti He[illegible]ræo nomine, vt notat Hieronymus, nam pr[illegible] מה שיחו *mah Sicho, quod eloquium eius*, l[illegible] משיחו *mesiho, & messiam eius*, transtulerunt [illegible] *annuncians in homines Christum suum*: quem [illegible] Theodoretus qui a[illegible] [illegible] bertatem. Chisli[illegible] Patres. Tertull. lib. ad[illegible] H[illegible] [illegible]2. & lib. 3. in M[illegible] Prax[illegible] cap. 28. Eusebius D[illegible] lib. 4. [illegible] p. [illegible]2.

Athana[illegible]

Sensus 1. comminatorius.
Sensus 2. consolatorius.
Sensus 3.
Sensus 4.
Sensus verus.
Sensus verus.
Tertull.
21
Ratio[illegible]
Tertull.
Eusebi[illegible]

Athanas. Didymus. Basil. Ambros. August. — Athanas. lib. de fide vnit. & Trinit. & lib. contra dicentes Spiritum sanctum creaturam. Dydimus lib. II. de Spiritu sancto Basil. lib. 4. contra Eunom. Ambros. lib. 2. de Spiritu sancto cap. 7. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 2. & Con. Sardicense, vt refert Socrates lib. 2. historiæ cap. 20. Sed redeamus ad veram lectionem ex Hebræo lectam. Ex qua duo sensus indicantur ex diuersitate pronominis ו vo, quod significat *eius*, aut *suum*, si legamus *eius*, sensus est Hieronymi, & Montani; qui annunciat homini eloquium eius; qui cogitationum secreta cognoscit; & quid latens animus tacito sermone tractet, intelligit, qui nihil ab homine præcogitari potest, aut moliri, quod non multo ante præuenerit, atque ipsi meditanti indicauerit. aut Vatabli, M. Roberti. Vos putatis me latere quæ facitis, cum tamen ego per meos Prophetas vobis annunciem omnia opera, etiam quæ in penetralibus facitis, & quæ in cordibus vestris inique cogitatis. Si vero pronomen legamus, *suum*, vt referat *Deum*, sensus est eiusdem Hieronymi, Remigij, Alberti, Ruperti, Hugonis, Lyræ, & Dionysij: qui annunciat homini secreta sua; iuxta illud Amos 3. 9. *Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum seruis suis Prophetis.* iis enim detegit sua consilia, & quid sit in terris facturus. Vel certe qui non dedignatur homini loqui, & docere eum salutaria. Vt Psalmo 14. 7. *qui annunciat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israel:* tam quid mente debeat meditari; quam ore loqui, quam opere exequi: nam id omne Hebræum nomen significat, vt diximus: quod præ omnibus fecit Christus, qui quæ essent in sinu patris nobis enarrauit.

Sensus 1.

Sensus 2.

Secreta homini detegit Deus.

22 *Matutinaui.* Hebraice, *faciens auroram caliginem.* Hoc est, qui potens est lucem auroræ tenebris obtegere, & lumen conuertit in tenebras. sic Remigius, & Robertus, & alij. At Septuaginta, & Pagninus, cum legunt, *faciens mane, & tenebras*, aut *qui facit auroram, & tenebras*, intelligunt Dei immensam potentiam in noctem, & diem, in prospera, & in aduersa. Isidorus non inepte; *qui facit auroram caliginem*, interpretatur, *qui facit ex caligine auroram*, hoc est, facit, vt tenebris succedat lux auroræ, nec mirum, cum ipse sit qui mortificat, & viuificat; pauperem facit, & ditat. Chaldæus ita exposuit: *qui praparat lumen iustis, quasi lumen matutinum; qui incedit, & praparat tenebras impiis.*

Potentia Dei in aurora creatione.

23 *Super excelsa.*] Hebr. *qui iter facit super celsitudines terra.* hoc est, conculcans terrena omnia quantumuis inaccessa; ea enim illi peruia sunt, quæ hominibus videntur inaccessa, vt montes. huc respexit Dauid Psal. 103. 3. [illegible] *ambulas super pennas ventorum.* Chaldæus, A[illegible]. Hugo, & Isidorus, impios exponũt, & superbos, quibus Deus resistit, etiamsi ab humilib. inaccessi videantur. ideo habet *nomen Dei exercituum*; quia tanquam fortissimus dux, & strenuissimus imperator omnipotẽti manu sua armat omnem creaturam aduersus impios insensatos; montes obiicit, ventos cõcitat, hominibus militibus suis indicat quid sint facturi; parat sibi diem ad pugnam, & tenebras, si vult, offundit; deniq; tanquam nihil intrepidus omnia conculcat, & sibi parere facit.

Deus excelsos subiicit.

AMOS PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

AVDI Israel [1] quibus verbis casum, ac sortem vestram deplorem. Cadet, cadet,[2] Israelitica respublica, quæ instar [3] virginis sub nullius gentis iugum venerat hucusque: & ita cadet,[4] vt nunquã amplius in pristinam suam dignitatem sit restituenda, humi prostratus iacebit Israel in terra a Deo derelictus, vt nemo sit, qui suam opem ferat, vt e terra in pristinum eum erigat statum: adeo enim pauci ex longa Assyriorum obsidione remanebunt Israelitæ, vt [5] in vrbe, ex qua prius prodibant mille ad bellum, non relinquantur nisi centum; & ex qua egrediebantur centum, non remaneant nisi decem. Quod si qua vestri miseratio [illegible] tenet, ait Dominus, [illegible], ac tanta mala e[illegible] da[illegible], & quærite, vt possitis viuere, & nolite quærere [illegible] idolum, quod est in Bethel: & ne ingrediamini in Galga[illegible] nec transeatis in [6] Bersabee. Nam [7] Galgala migrabit in captiuitatem, vt nomine præfert suo; & Bethel [illegible] iuribus exhausta redi[illegible] in nihilum. Quærite, inquam Dominum, vt viuat[illegible], [illegible] quin vt ignis disrumpit lapides, hostis disrumpet totum [8] Israelem; & deuorabit vrbem Bethel, & nemo erit, qui succensum ignem possit extinguere. Vos scilicet, qui iudicium, quo debetis ius suum vnicuique reddere, conuertitis [9] in amaritudinem, dum opprimitis innocentem, & iustitiam in terra pessundatis, quærite Dominum ad benefaciendũ, puniendumque omnipotentem, [10] qui facit [11] Arcturum & Orionem ad temporum varietatem, & noctis densissimas tenebras in lucem cõuertit matutinam; & diem ipsum in noctem: qui extrahit e mari vapores, & conuersos in imbrem refundit super faciẽ terræ. cui subsunt vt Domino omnia. Qui solet, quasi per [12] risum, extimulare debilem quemque in robustissimũ, vt eum deuastet: & prædatores in arces potentes, & munitissimas immittit. & cum propterea

CAP. V.

¶ AVdite verbum istud, [1] quod ego leuo super vos plan- 1
ctum. [2] Domus Israel cecidit, & non adiiciet vt
resurgat. ‖ [3] Virgo Israel proiecta est [4] in terram suam, 2
non est qui suscitet eam. Quia hæc dicit Dominus Deus: 3
[5] vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea
centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur
in ea decem in domo Israel. Quia hæc dicit Dominus do- 4
mui Israel: Quærite me, & viuetis. Et nolite quærere 5
Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & [6] in Bersabee
non transibitis: quia [7] Galgala captiua ducetur, & Be-
thel erit inutilis. Quærite Dominum, & viuite: ne forte 6
comburatur vt ignis [8] domus Ioseph, & deuorabit, & non
erit qui extinguat Bethel. ‖ [9] Qui conuertitis in absyn- 7
thium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis. ‖ [10] Fa- 8
cientem [11] Arcturum, & Orionem, & conuertentem in
mane tenebras, & diem in noctem mutantem; qui vocat
aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. Dominus
nomen est eius. ‖ Qui [12] subridet vastitatem super robu- 9
stum, & depopulationem super potentem affert. Odio 10
habuerunt corripientem [13] in porta: & loquentem per-
fecte abominati sunt. Idcirco, pro eo quod [14] diripieba- 11
tis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: domos
quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vi-
neas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum ea-
rum. ‖ Quia cognoui multa scelera vestra & fortia pec- 12
cata vestra: hostes iusti accipientes munus, & pauperes

[illegible] os d[illegible] quabant, hoc tamen [illegible] ad [illegible] dinceps plequi. [illegible] qui vos [illegible] quil [illegible] tenuis, cum multa [illegible] nota esset [illegible] Op primebatis eum [illegible], & pretii [illegible] extor quebatis ab [illegible] & ex [illegible] dolo tapti, ædes [illegible] quas ex lap[illegible] ædificastis, & [illegible] Verum [illegible] dieraccelerat [illegible] domos constru[illegible] habitare, nec [illegible] Siquidem [illegible] occulte peccatis, vt lateant Deum [illegible] quæ in proximos [illegible] communi [illegible] hostes [illegible] extremis [illegible] causam turbatur & [illegible] peruertistis iudicium in publico [illegible] Ideirco [illegible] prudentes, ac cordati cum [illegible] captiuitatis calamitate, mer[illegible] pœnam infligi, digito labia compescent, nec contra Deum [illegible] audebunt mussitare. Quæ si vos quoque [illegible] mo opetimo [illegible], quærite bonum, & fugite malum, [illegible] & sic Dominus Deus [illegible] manebit obiscum in terra vestra, iuxta desiderium [illegible] quo [illegible] sæpe expetiistis. Odio, inquam, habete malum, & diligite bonum, & iustum in porta erecte iudicium [illegible] Dominus Deus exercituum [illegible] dux et reliquiis Israelitarum, qui in sola Samaria cum vicinis [illegible] ex tanta clade remanent. Quod si neglexeritis, haud dubie puniemini [illegible] in omnibus plateis vestris communis planctus resonabit, & [illegible] in cunctis vicis væ væ. Sed & agricolæ ad commune lamentum vocabuntur, propter segetum vastationem & ad planctum hi, qui commouere funge[illegible], quin & in [illegible] vineis planget vinitores, quia Dominus pertransiturus est per terram vniuersam, deuastans [illegible]. Sed multi [illegible] vobis, minis Prophetarum despectis, [illegible] desiderare, dum dicitis, veniat iam [illegible]. Quorsum autem hunc diem desideratis, qui sane futurus est vobis tenebrosus [illegible] quæ immi[illegible] vlulation [illegible] Continget enim vobis, quod euenit [illegible] homini, qui dum [illegible] leonem, incidit in vrsum. & vt caueat vtrumque, ingrediatur domum aliquam; & innitens manu super parietem [illegible], & a coluber [illegible] excuntem [illegible] Sic [illegible] vno [illegible] libertati in aliud [illegible] An non vobis per[illegible] dens [illegible] absque vlla consolatione? Quod si [illegible] vestris sacrifici[illegible] quidem [illegible] abominor ego vestras solennitates. & non victimas acceptare, quas in cætibus [illegible] offertis, [illegible] quæ [illegible] mihi obtuleritis non suscipiam, & pacifica [illegible] quantumuis pinguia, [illegible] turbam illam [illegible] canentium varia genera carminum: cantica etiam ad [illegible] sunt. Ideirco constituet [illegible] in vos iudicium, [19] aquæ instar, obruet vos. & iuste supplic[illegible] Annon [illegible] totos 40 ann[illegible] ab exitu de Ægypto, piaculum vestrum [illegible] dum me despecto, illis [illegible] Portastis igitur [21] onus tabernaculi Moloch [illegible] & apparatum [22] imaginum idolorum vestrorum, quæ venera[illegible] ignominiam. Nam migrare vos faciam per hostes Assyrios in ter[illegible] trans Damascum, mo[illegible] Babylonem in Medos, & Persas.

de [illegible] in porta: Ideo [illegible] prudens [illegible] tempore i[illegible] ta- 14
cet: quia tempus malum est. Quærite bonum, & non
malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum
vobiscum, sicut dixistis. Odite malum, & diligite bo- 15
num, & constituite in porta iudicium: si forte mi[illegible]re-
tur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioseph. Propterea 16
hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator: in om
nibus plateis planctus. & in cunctis, quæ foris sunt,
dicetur væ væ. & vocabunt agricolam ad [illegible]
planctum eos, qui sciunt plangere. Et in omnibus [illegible] 17
erit planctus. quia pertransibo in medio tui, dicit Do-
minus. [18] Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eum
vobis. Dies Domini ista tenebræ, & non lux. Quomodo
si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingre-
diatur domum, & innitatur manu sua super parietem,
& mordeat eum coluber. Numquid non tenebræ dies
Domini, & non lux [illegible] caligo, & non splendor in ea?
Odi, & proieci festiuitates vestras. & non capiam odo-
rem cætuum vestrorum. Quod si obtuleritis mihi holo- 22
cautomata, & munera [illegible], non [illegible] & vota
pinguium vestrorum non respiciam. Aufer à me tumul- 23
tum carminum tuorum: cantica lyræ [illegible] non audiam.
[19] Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi 20
torrens fortis. Numquid hostias & sacrificium obtul- 5
istis mihi in deserto [illegible] quadraginta annis, domus Israel?
Et portastis [21] tabernaculum Moloch vestro, & ima- 6
ginem idolorum vestrorum, [illegible] quæ fecistis
vobis. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit 27
Dominus, Deus exercituum nomen eius.

ARGVMENTVM.

DEFLET vates præuisum à se excidium Samariæ, & vt peccata relinquant cohortatur, ne in tam grauia incidant mala; alioquin nullis tunc hostiis Deum placandum, declarat.

COMMENTARIVS.

Ratio fer monis.

QVod [illegible] Verba Hebræa, [*Audite verbum hoc, quod ego leuo, vel assumo aduersus vos, lamentum domus Israel*] ita posuimus contextu. *Audite verbum hoc, quod*, vel *quoniam leuo super vos lamentum*. Vel *quod leuo*, aut *sumo de vobis*; lugubre scilicet carmen, vt [illegible]igurina, & Vatablus; Vel *quod ego leuo super vos in planctum, aut in lamentum*: Vel *quo ego leuo super vos lamentum*, hoc est; Audite quo verbo, ac quibus [illegible] verbis [illegible], ac sortem vestram deplorem, [illegible] audi quo planctu, quo luctu tuam illam [illegible] miseriam, o domus Israel. Quamuis [illegible] possit intelligi à Propheta [illegible] tamen hoc compositum eorum nomine, qui conspectum suum miserum, ac dolendum casum regni Israel, & perpetuam captiuitatem: at

A verius ab ipso Propheta certissime illum præuidente præassumptum, & præcantatum, quasi de re facta, quo moneret ipsos Israelitas ad sui commiserationem, & vt acta pœnitentia lamentabilem ruinam auerterent. Hæc est summa Dei in homines charitas, vt in bonum illorum ipse, & & Prophetæ ipsius assumant personam captiuorum suam sortem, suæque patriæ casum lamentantium.

[illegible] ei sum ma-tas.

Domus. De punctuatione, distinctioneq; verborum præmonendus lector, ex Hebræis ita distingui. *Audite verbum istud, quod ego leuo super vos planctum domus Israel: Cecidit, & non adiciet [illegible] resurgat virgo Israel, proiecta est in terram suam.* Nam בית *beth domus*, cum sit masculini [illegible] potest esse suppositum verborum [illegible] quorum נפלה *naphlah, cecidit*, & reliquorum, q[illegible] sunt feminea, nisi nomen femineũ בתולה *bethulah virgo*: qua ratione

Ra[illegible] ctiou

legit

legit Chaldæus, & recentiores omnes interpretes; Albertus quoque, & Rupertus. At Septuaginta secundum omnem editioné, & apud Hieronymum, & Theodoretū; & Vulgatus in commentario Hieronymi, Remigij, Haymonis, Alberti, & Lyræ, legunt, *domus Israel cecidit*, &c. Verum nihil refert cuon de sensu constet; ita certo casurum regnum decem tribuum, vt vlterius non sit in pristinum statum reducendum: nempe ad eandem sub peculiari rege reipublicæ formam. & hoc voluit Hoseas cap. 1. v. 6. cum verbis Domini dixit. *Non addam vltra misereri domus Israel, sed obliuione obliuiscar eorum*; & Theodoretus; Quamuis autem Hieronymus, & cum eo Haymo, Remigius, Dionysius, Montanus, & Robertus asserunt significari decem tribus non redituras in patriam, sed permansuras in captiuitate; at cap. 50. Ieremiæ num. 4. ostendimus, qua ratione hoc sit accipiendum. idcirco ab hac longiori quæstione hic supersedemus.

Sensus verus.

3 *Virgo Israel.*] De huius nuncupationis ratione diuersa est auctorum sententia. Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Hugo, & Dionysius, idcirco Israelem vocatum Virginem existimant, non quia in virginitatis permanserit puritate; sed propter præteritam pietatem, quod instar Virginis sit Domino copulatus, eique seruierit in Patriarchis, & Prophetis. Verum cum decem tribus ab initio, quo sese abstraxerunt à duabus per Ieroboam, impietatem, & idolorum cultum secutæ sint, non est tempus, quo maiores earum pietatem sint amplexi, nisi de communibus parentibus duodecim tribuum velint intelligere. Verior ergo ratio est Ruffini, Vatabli, Montani, Isidori, & aliorum, ex Virgine metaphoram ductam: quatenus domi conclusa manet, suis ornamentis, ac delicijs perfruita, nondum viro coniugata, & domo exclusa: dum enim domi manet virgo, propter ętatem speciosior est, & amabilior, ob curam parentum ornatior, & magis sollicite seruata: ita ergo dum plebs Israelitica, etsi aliquoties sit impugnata, nunquam tamen e terra sua penitus proiecta in captiuitatem, sed adhuc manet speciosa, & ornata, ac diues, suam conseruans formam Reipublicæ, Virgo vocatur à suis regibus seruata; at per captiuitatem transit sub iugum alterius Domini; & tyranni dominio subiecta amittit suam puritatem. Hac ratione vocatur Virgo tribus Iuda, Ierem. 18. 13. *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel*, & Babylon? Isa. 47. 1. *Descende, sede in puluere Virgo filia Babylon.* & Ægyptus, Ierem. 46. 11. *Ascende in Galaad, & tolle resinam Virgo filia Ægypti.* & Sidon, Isa. 23. 12. *Non adijcies vltra vt glorieris, calumniam, seu oppressionem sustinēs Virgo filia Sidonis.* Quia igitur domus Israel hucusque integra permansit in suo regno, & Republica; nec vnquam omnino abducta erat sub hostis iugum, & dominium captiua, idcirco Virgo nominatur, quasi Virginis, & nomine, & dignitate mereretur insignari anima, quæ sub Dei patris cura, & custodia intacta perseuerat, nec vmquam per culpam mortalem sub iugum deuenit diaboli, cuiusque dominio subiecta est.

Israel cur Virgo dicta.

Ratio vera.

Virginis nomine qui digni.

4 *In terram suam.* Prostrata iacebit humi, derelicta sub terra sua à Deo irato, qui eam subleuare deberet, vt pater virginem; quam hostis ex statu suo in terram, puluere, sordibus luctuque obuolutam, deturbarit; quæ cum sese ob suam imbecillitatem non possit erigere; nec vllus hominum, aut rex Ægypti opem ferat, vt ait Theodoretus; prostrata semper iaceat, repeter illam sententiam, *cecidit, non adiiciet vt resurgat.*

Lapsus miser.

5 *Vrbs.* Hebraice, *Vrbs, quæ egredi faciebat mille, relinquet habebit centum*, &c. reddit rationem eius, quod dixerat, domum Israel ita casuram, vt nemo reliquus sit, qui possit eam erigere: quia, vt ait Remigius, Hugo, & Dionysius, ita sunt extenuati Israelitæ frequentibus Assyriorum captiuitatibus, & longa trium annorum obsidione Samariæ, vt patet 4. Reg. 18. 10. vt contra hostes non valerent consistere, præ paucitate militum propugnantium. Montanus ad diminutionem fame & peste factam refert, quia ita diminuti sunt Israelitæ, vt belli impetum non valerent sustinere, fames enim præterquam quod ipsa vires aufert ad expugnandum hostem; pestem inducit, quæ certam mortem infert. ita fit vt cum mens fame verbi Dei laboret; quibuslibet vescatur cibis, & inficiatur, ac peste intereat.

Israelitarum diminutionis causa.

6 *In Bersabee.*] Diximus de *Bethel* Hoseæ 4. num. 24. & de *Galgala* num. 23. nunc de *Bersabee* loquendum. *Bersabee* ciuitas vltima Iudææ, & totius Palæstinæ versus Austrum, vnde incipiebant termini Iudææ vsque Dan, quæ est Cæsarea Philippi versus Septentrionem, per spatium longitudinis 300. fere milliarum; hinc proloquium, *à Dan vsque Bersabee*, 1. Reg. 3. 2. Reg. 3. 13. 24. 3. Reg. 4. 1. Paralip. 21. & 27. Dicta est *Bersabee* ab inito ibi fœdere cum iuramento inter Abraham, & Abimelech, Genes. 21. 31. quod nomen vrbi imposuit Isaac, Genes. 26. 36. Erat autem in sorte tribus Iudæ, Iosue 15. 28. & 2. Reg. 24. 8. *Venerunt ad Meridiem Iuda in Bersabee.* & 3. Reg. 19. 3. *Venit Elias in Bersabee Iuda*; & quia hereditas filiorum Simeon fuit in medio filiorum Iuda, vt dicitur Iosue 19. 1. & notauit Hieronymus de locis Hebraicis: & hæc vrbs obtigit tribui Simeonis, idcirco aliquando ad tribum Iuda, aliquando ad tribum Simeonis dicitur pertinere. distat à Gaza octo millibus, ab Hebron autem itinere vnius diei: dicitur modo *Giblin* Hispolitis, Montanus ita hunc locum explicat: *nolite quærere Bethel, & ne intretis in Galgala* ad idola adoranda, *& Bersabee non transibitis*, hoc est, & terminos terræ vestræ non transibitis in captiuitatem, & in alienas abducti regiones. probat primum, quia non dicitur, *nolite quærere Bersabee*, aut *ne intretis in Bersabee*, sed, *& Bersabee non transibitis*, vt est in Hebræo. Deinde, quia vtrique loco Bethel, & Galgalæ instantem stragem comminatur: de Bersabee autem nihil adiecit. Demum, quia non est vnde colligatur in Bersabee fuisse fanum idololatriæ. Stat nihilominus intelligentia communis Hieronymi, Theodoreti, Remigij, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, & Isidori, asserentium, admoneri Israelitas ne transirent terminos regni sui, vt abirent in regionem Iuda ad adorandum idola in Bersabee: in tantum enim simulacrorum cultu furebat Israel, vt nequaquam contentus idolis suis, ad aliena transiret: & constat hic sensus, quia Hebræa habent, *& in Bersabee ne transeatis*, nempe ex vestra regione, quæ Chaldæus exposuit, *& in Bersabee ne ingrediemini.* Tum etiā quia si id, quod Montanus putat, volebat Propheta, verius dixisset,

Bersabee descriptio.

Expositio prior.

Expositio posterior vera.

& Dan

A *& Dan non transibitis*: quia per Bersabee non transierunt captiui, neque vltra Bersabee versus Meridiem in Ægyptum, sed in Assyriam versus Septentrionem, & Orientem.

Obiecta soluuntur.

Obiectis respondetur. Ad primum dicimus: præcedentem præpositionem præfigi quoque nomini Bersabee, vt faciunt Chaldæus, & alij interpretes: & transitus qui prohibetur non est vltra Bersabee, sed vltra terminos Israel. Ad alterum respondetur, Bethel, & Galgalæ comminatum excidium, quia erant in finibus Israelitarum, & cum decem tribubus simul vastatæ sunt: at Bersabee, quia longe aberat, in finibus Iuda versus austrum, non attigit illa strages; sed ea quæ Iudæis postea accidit. Ad tertium; Constat e in Bersabee culta idola, ex 4. Reg. 23. 8. Vbi de Iosia dicitur; *contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Bersabee.* quæ videtur esse illa via Bersabee, de qua 8. cap. v. 14. *viuit via Bersabee.* nam à Gabaa Beniamin, quæ erat quinque fere milliaribus ab Ierusalem versus Septentrionem, excurrebant omnia fana idolorum vsque ad Bersabee extremam vrbem versus Austrum. de hac ergo idololatria loquitur hoc loco Amos, quam in ea vrbe exercebant Iudæi, quod eum locum olim Abraham sacrum habuisset: nam Genes. 21. 33. *plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit nomen Domini Dei æterni.* & quem pater Deo vero consecrauerit, filij idolis dicauerunt, merito damnandi, quod cum se filios Abrahæ iactarent, nihil minus faciebant quam opera Abrahæ.

In Bersabee culta idola.

Bersabee locus Deo sacer.

Paranomasia elegans.

7 *Galgala.*] Iocunda est in his verbis paranomasia, *Galgal galo ygale, volubilitas voluendo voluetur*; aut *rota migrando migrabit. Et Bethel erit in Auen*; *domus fortis in nihilum, in inutile.* nam omnes, qui illuc confluebant, erant in captiuitatem migraturi; nec vlli tunc esset futura vtilitati domus Dei, aut fortis; cum sicut sibi opem ferre; sic nec posset aliis: imo grauissimum onus secum portarunt Israelitæ; dum à Deo derelicti suorum vitulorum pœnas luebant. Sic enim accidit, vt quæ in vita diliguntur, & coluntur contra Deum, in morte non iuuent, imo grauiter crucient.

Commutatio misera.

Ioseph significat decem tribus.

8 *Domus Ioseph.*] Totum Israelem, qui decem tribubus continetur, intelligit, secundum omnes: quod regia tribus Ephraim, ex qua fuit Ieroboam, qui separauit regnum Israel à regno Iuda, D fuit ducta ab Ephraim filio Ioseph minori, qui maiori prælatus est. Atque adeo nomine *Ioseph*, sicut nomine *Ephraim* totus Israel intelligitur, vt Isaiæ 7. 8. *caput Ephraim Samaria*; &, *Ephraim desinet esse populus*; & Apocal. 7. 8. cum dimidia tribus Manasse seorsim nominetur: at sub tribu Ioseph accipitur Ephraim. ratio autem cur nomine Ephraim intelligatur Israel, ea assignatur ab Hieronymo, Remigio, Alberto, Hugone, Dionysio, & aliis, quod Ieroboam fuerit ex illa tribu, qui initium dedit regno Israelitico. de qua re latius egimus super 7. Ieremiæ, numero 10. Quod si ex insigni facinore, ex diuisione scilicet facta inter fratres, tam honorificum nomen adepta est tribus E- E phraim, & Ioseph: cur non insignius, & honorificentius nomen esset illi tribuendum, qui fecerit *habitare fratres in vnum*; & omnino ablegauerit discissionem?

Ieroboam Ephraita.

Ratio verborum.

9 *Qui conuertitis.*] Hebraice, *qui conuertunt in absynthium iudicium, & iustitiam in terram proiiciunt.*

A Relatiuum, *qui*, refert vel domū Ioseph. & Israel, *qui conuertunt*, hoc est, ne puniantur Israelitæ propter hanc culpam, qua conuertunt iudicium in amaritudinem. Aut, vobis dico Israelitæ, quærite Dominum, & viuite, vos, qui conuertitis iudicium in absynthium, vt connectit Rupertus. Nomine *iudicij* potest accipi actus ipse iudicādi causas populi, quia frequenter reprehenduntur hic iudices, qui non iuste ius dicunt in portis. & ita accipiunt Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & & Dionysius. Eritq; sensus; conuertitis iudicium, quo vnicuiq; suum ius est seruandum, absoluendo innocentem, & condemnando nocentem, in amaritudinem; adeo vt non minus amarescat litigantibus vestra sententia, dum opprimitis in- B nocentem, & causam tribuitis nocenti, quam amarescere solet absynthium. Vel iudicium iustum conuertebāt in iniustum quod vocat amarum, quia iustis, & probis viris amarissimum erat, instar absynthij. & iuxta hunc sensum, iustitiam proiiciebant in terram, quia eam pessundabant, non reddentes vnicuique ius suum.

Iudicium quod accipiendum, Intelligentia 1.

Potest deinde accipi pro eoquod est, ex officio, aut secundum ius, & legem Dei operari, vt accipiunt Hieronymus, & Remigius. Sic accipitur Psalmo 36. 30. cum dicitur, *& lingua eius loquetur iudicium*; hoc est, docebit quid quisque facere debeat ex lege Dei. Isa. 5. 7. *expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas*; *& iustitiam*; *& ecce clamor.* ita conuertebant iudicium, hoc est, rectam viuendi rationem, quam secundum legem seruare C tenebantur, in amaritudinem; dum Deo amara, & insuauis erat nimis vita eorum; quę si recte duceretur, grata fuisset, & suauis, iuxta illud Hoseę 14. 1. *Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum*; nam quasi quis absynthio potet alium, ita Deo absynthij potum ex peccatis confectum propinant aut certe probam vitam commutant pro improba, & peccatis contaminata, quæ amaritudines solent appellari. vt Hoseæ 12. 14. *ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, hoc est in suis peccatis.*

Intelligentia 2.

Tertio, Montanus accipit iudicium pro lege, seu præcepto Dei, vt Psalmo 118. 112. *à iudiciis tuis non declinaui*; *quia tu legem posuisti mihi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo!* illi ergo Dei legem, & præcepta per se quidem suauia, ac dulcia super mel, & fauum, propter suam prauissimam naturam, & inueteratam peccandi consuetudinem, insuauia, & amara instar absynthij existimabant, ac vt talia exhorrebant, & ceteros ad eamdem mentem adducebant. Similiter iustitiam, æquitatem, & virtutem despiciebant, & in terra quasi lutum pessundabant, & iacere, vt stercus, relinquebant. Est autem absynthium herba amarissima, satis nota, quam pro quocumq; tristi effectu solet Scriptura vsurpare. Eius naturam explicant Dioscorides lib. 3. c. 24. & Plinius lib. 27. c. 7.

Intelligentia 3.

Absynthiū quid.

Facientem.] Hieron. Remigius, & Lyra coordinant hūc accusatiuum cum, *iustitiam*, quo nomi- 10
ne volunt intelligi Deū, qui natura sua iustus, ipsa iustitia est.; Vt sit sensus: & Deum, qui vera iustitia est, in terram pro idolis proiicitis; Deū nempe adeo potentē, qui facit Arcturum, &c. Remigius, & Albertus volunt hunc accusatiuum regi à verbo, *relinquitis*; & in terra iustitiā relinquitis;

Connexio verborum.

relinquitis quoque Deum facientem Arcturum. Chaldæus indicat hinc inchoari sententiam, cui aliquid supplendum sit, nam ait, *Desierunt timere à facie Domini, qui facit Arcturum, & Orionem.* Existimo veriorem esse connexionem Vatabli, & Montani, vt hæc sententia sequatur illam. *Quærite Dominum, & viuite, qui facit Arcturum, & Orionem*; ceteris parenthesi interclusis: nam ita quoque Septuaginta videntur connexuisse, cum vertunt. *Quærite Dominum, & viuite, &c. Qui facit in excelso iudicium, & iustitiam in terra posuit: qui facit omnia & transformat.* Vnde secundum Hieronymum, Remigium, Albertum, Lyram, & Vatablum, idcirco adiecta sunt hæc Dei opera, vt ostendat eum Deum esse quærendum Iudæis, qui horum omnium creator est: non idola, quæ nihil facere possunt. Theodoretus vult his verbis ingenerari populo confidentiam ex Dei omnipotentia, vt eum quærant, ad vitam, cui facile est facere, quod velit, & pericula in animi tranquillitatem, ac securitatem transferre, & omnia transformare. Placet his significari Dei omnipotentiam tum ad benefaciendum his, qui illum quæsierint; tum ad vltionem de illis capiendum, qui ab ipso desciuerint ad idola, vt alliciat spe veniæ Israelitas, & timore concutiat renuentes. Probat hanc intelligentiam, quod illis verbis, *Quærite Dominum*, ad hæc facienda omnipotentem, duo subiiciantur, *& viuetis*, nam potens est ad vos liberandum à captiuitate, alioqui *disperdetur domus Israel*, quasi igni succensa, quia Dominus potens quoque est, vt sese vlciscatur cum fecerit Arcturum, & Oriona.

Deus respiciendus.

Omnipotentia Dei respicienda.

11 *Arcturum.*] Nomen Hebræum כימה *chimah* asserunt Hebræi esse coniunctionem stellarum, quæ dicitur *Arcturus*, atque ita hoc loco transferunt Pagninus, Tigurina, Vatablus, & Montanus, & Septuaginta, Iob. 9. 9. Veteres Hebræi existimarunt eo nomine significari septem stellas in fine signi Arietis, quarum sex conspiciuntur. Hæ sunt *Pleiades*, seu *Vergiliæ*, quas tamen non in Ariete, sed in Tauro illi proximo, in eius dorso, collocat Macrobius libr. 1. in somnium Scipionis. cap. 18. Sic Iob. 38. 31. hoc nomen *Chimah*; *Pleiadas* verterunt Septuaginta, & Vulgatus, & hoc loco Symmachus, & Theodotion. Alii videtur significare *Hyadas*, Latine *succulas*, quæ sunt in facie seu capite Tauri, quamuis diuersum dicat Gellius libr. 13. cap. 9. qua ratione cum Vulgato Iob. 9. 9. Pagninus vertit *Hyadas*. Sunt qui *Cynosuram* esse putant, hoc est, vrsam minorem; quomodo hoc loco vertit Tigurina. Abenezra Iob. 38. 31. existimat esse stellam magnam, quæ vocatur oculus Tauri sinister, & est subrufa, hyadum lucidissima, quæ *Lampadias* Græcis, Latinis *Palaticium* dicitur. At hoc loco interpretatur *cor leonis*. Arcturus est stella quædam magna, & clara inter vtrumque genu Bootæ, bubulci Latine, Arctophylacis, hoc est, vrsæ custodis, quæ est constellatio quinta Borealis, seu Septentrionalis, constans 22. stellis, & informi Arcturo. Oritur Nonis Septembris, auctore Columella libr. 2. cap. 4. vndecim diebus ante æquinoctium autumni: occidit tertio Idus Maias, vt notat Plinius lib. 8. cap. 47. & lib. 18. c. 27. suo ortu per octo fere dies magnas tempestates ciet ferme, nunquam enim sine procellosa grandine emergit Arcturi sydus, ait Plinius lib. 2. c. 39. & lib. 18. cap. 28. Albertus putat Arcturum esse septem stellas micantes in minori vrsa, in axe cœli; quæ super nos semper voluuntur, & nunquam occidunt: sic etiam Rupertus.

Chimah quid significet. Arcturus quis.

Macrob.

Gellius.

Arcturi natura.

Columel.

Plinius.

Orion כסיל *chesil* signum est meridionale ante Tauri vestigia. sic etiam vertit Vulgatus Iob. 9. 9. & LXX. Iob. 38. Vbi Vulgatus vertit *Arcturum*. Abenezra putat esse *cor scorpij*. Symmachus *stellas* hic vocauit. Isai. 13. 10. Vulgatus nomen כסיליהם *chesilehem* vertit *splendor earum*. Vbi alii dicūt, *& Oriones earum*. nam plurale nomen videtur significare constellationem Orionis, quæ constat stellis 28. seu planetas, qui errones dicuntur, ab errando, seu ab inconstantia, quod inconstantes sint in micando; nam nomen Hebræum ab inconstantia dicitur. Verum Orion *chesil* inconstans dicitur, quod mare, terrasque turbet tempestatibus, & hyemem exordiatur, auctore Plinio lib. 18. cap. 28. nasciturque nono mense, qui propterea dicitur כסלו *chisleu*. Hinc Virgil. 4. Æneidos canit:

Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion.

sic etiam Rupertus.

Orionis natura.

Sed quæritur cur ex omnibus syderibus, duo hæc tantum, *Arcturum & Orionem*, facta à Deo obiecerit Amos? Respondent quidam, velle incutere timorem, Iudæis, ex eo, quod Deum derelinquant, qui in mari terraque tempestates concitet ex ortu Arcturi, & Orionis, per omne tempus: siquidem Arcturus hyeme, Orion æstate exoritur; Nam Plinius lib. 18. cap. 28. Orionem oriri dicit sexto Kal. Iunii. Ouidius vero lib. 6. Fastorum, decimo sexto Kal. Iulii. Cum autem, vt ait ibi Plinius, duo sint genera cœlestis iniuriæ; Vnum, quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellæ, ceteraque similia intelliguntur, hæc ab horridis syderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, & Hœdis.

Duo, Arcturum & Orionem cur præfert Amos.
Ratio 1.
Ortus Arcturi & Orionis.
Plinius.
Ouidius.

Montanus hæc duo putat adducta ad amorem conciliandum, quod ad illum Deum quærendum inuitentur Iudæi, qui sydera adeo molesta, ac dissimilia, nam vnum calore, alterum frigiditate abundat, ita temperet, vt vtriusque vi & fructus crescant, & maturescant.

Ratio 2.

Sunt tertio qui existiment hæc duo sydera iuuare ad exordium veris, & fructuum inceptionem, & ad maturationem; quod est beneficium summum, iure Deo acceptum referendum, qui facit *chimah, & chesil.* nam ita legimus Iob. 38. 31. *Numquid coniungere valebis micantes stellas* chimah *Pleiadas, aut gyrum* chesil *Arcturi poteris dissipare?* quę sic vertit Pagninus. *Numquid ligare poteris manibus tuis fructus delicatos Vergiliarum: vel serotinos fructus Orionis aperire facies?* & Vatab. *Num prohibebis delicias Pleiadum, aut contractiones Orionis aperies?* hoc est, nemo est præter Deum, qui prohibere possit ne flores veris tempore erumpant; aut qui possit efficere, vt tempore hyberno erumpant.

Ratio 3.

Quarto, Albertus, & Vatablus existimant his duobus syderibus intelligi vniuersam cœli militiam à polo Arctico vsque ad Antarcticum; nam ita Iob. 9. 9. accepisse videtur, cum dixit. *Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri.* Psalmo 146. 4. *qui facit multitudinem stellarum,*

Ratio 4.

& omnibus eis nomina vocat. in his ergo stellarum signis, ait Hieronymus super Iob, quæ sunt pene omnibus stellis notiora, totam militiam astrorum significat.

Ratio

Quinto, videtur posse his duobus præcipuis syderibus æstatis, & hyemis, significari quatuor anni tempora, nam ver æstati vulgo adiungitur, hyemi autumnus; quasi dicat, qui facit quatuor anni tempora; sicut mox adiicit; *qui facit diem, & noctem.* qui enim adeo facile tempora commutat exortu syderum; non minus facile è periculis eruet, & sortes infestas, in felices, faustasque commutabit, & captiuitatem auertet.

12 Ratio sermonis.

Subridet.] Hebræa sic habent ad verbum. *Qui roborat vastatorem super robustum, & depopulans super munitionem venit.* & quidem de significatu verbi הַמַּבְלִיג *hammablig* diuersa est interpretum sententia. Nam Lyra, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus, *qui roborat*, aut *fortificat*, vertunt cum Chaldæo, qui exponit, *qui fortificat debiles*, aut *vires auget*, aut *prævalere facit infirmos supra fortes* quod significatum insinuarunt Septuaginta vertentes, *qui diuidit contritionem super fortitudinem*. & Tigurina cum ait, *Qui contorquet vastatorem super fortem.* Vulgatus non semel accepit pro *dolore*, aut *dolore torqueri.* sic Iob. 9. 27. *commuto faciem meam, & dolore torquebor.* & cap. 10. 20. *dimitte me, & torquebor dolore*, seu *& plangam paululum dolorem meum.* Ierem. 8. 18. *doleo super dolorem*, vel *dolor meus super dolorem.* Tertio, significat *refrigerari*, seu *refocillari*, vt Septuaginta Psalmo 38. 14. *remitte mihi vt refrigerer*, hoc est, sine me, & refocillabor. Demum Vulgatus secutus Aquilam, qui vertit ὁ μειδιῶν dixit, *qui subridet.*

Subrisio quid.

Est autem subrisio, ait Hieronymus, cum quis irascitur, & apertis paululum labiis subridens simulat, & iræ ostendit magnitudinem. Est ergo excandescere præ ira, aut præ dolore, & ad vindictam se excitare: nam & nomen Hebræum, vt diximus Ierem. 8. rictum significat, hoc est, oris distensionem dolore contractu: ita verbum hoc loco, quoniam transitiuum est, significabit, extimulare vastatorem, seu prædatorem, aut incitare ore præ ira, & dolore distento, & simulato, in aliquem: quod vulgo dicitur de canibus *azomar*, aut *azozar.* nam qui ita extimulat non audentem, dat vires, roborat, & reficit, seu refocillat animum, & contorquet internus, donec aggrediatur. Erit igitur sensus.

Sensus 1.

Qui fortificat debiles aduersus fortissimos, & prædatores super vrbes, aut arces eorum munitissimas immittit: sic Chaldæus, Vatablus, & Montanus: qua periphrasi nihil aliud significat, quam, qui dat victoriam ei, cui vult. Theodoretus sic explanat translationem Septuaginta, qui facile infirmatos in pristinum robur reducit, & robustos in miseriam, & debilitatem deducit.

Sensus 2.

Secundum vero Hieronymum, Remigium, & Albertum sensus est. Qui subridendo infert pœnam vastitatis super eum, qui suo robore alios opprimit; aut qui comminatur vastationem robusto, & superbo, quasi ira dissimulata per risum; & depopulationem, hoc est, captiuitatem affert decem tribuum, & cuiuscumque potentis.

Sensus 3.

Vel secundum Lyram: Qui contemnit vastitatem à forti factam, & depopulationem, hoc est, extractionem populi è regno potenti facit. Ex quo loco patet quam facile sit infirmos à Deo roborari, & quasi per iocum extimulari ad reprimendum superbiam potentum; vt extimulauit ciniphes, culices, & muscas, & cetera infirma animalcula aduersus Ægyptos.

Dei summa potentia.

13 Consuetudo in portis ius dicendi.

In porta.] Mos fuit Iudæis causas agere, & lites dirimere in portis ciuitatum, vbi conuentus fiebant in plateis, quæ erant ante portas, ad quas omnes ad negotiandum confluebant. Vnde Iob. 29. 7. *quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi.* Deuteron. 21. 19. *ducent ad seniores ciuitatis, & ad portam iudicij*, & cap. 22. 16. *ad seniores vrbis, qui in porta sunt.* & 2. Paralip. 32. 6. *Ezechias conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum.* Rationem huius adducit Hieronymus, vt nec agricola ad causam veniens frequentia ciuitatis, & nimio terreretur aspectu, nec vrbis habitator longe ab vrbe properaret. His in locis, quod homines frequentius conuenirent, Vates publica peccata arguebant, & de his quæ ex Dei lege essent, concionabantur.

In portis concionabantur Prophetæ.

sic Dauid Psalmo 72. 19. *vt annunciem omnes prædicationes in portis filiæ Sion.* & Prouerb. 1. 20. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat: in foribus portarum vrbis profert verba sua.* Ieremiæ 17. 19. dixit Dominus. *sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem, & dic ad eos, custodite animas vestras.* Nehemiæ 8. 2. *Attulit Esdras sacerdos legem, & legit aperte in platea, quæ erat ante portam aquarum. stetit autem Esdras scriba super gradum, seu super suggestum ligneum, quem fecerat ad loquendum.*

In portis Christus concionatus.

In his locis non semel Christus concionatus, nam Lucæ 13. 26. ei dicitur: *Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.*

Israelis delictum abominari prædicatores.

Erat ergo hoc ingens Israelitarum delictum, vt Prophetas palam in eo loco publico corripientes, & increpantes odio prosequerentur: & tamen hoc est, perfecte, candide, simpliciter, & integre loquentem, aut integra loquentem sunt abominati, aut circumuenuiunt: significat enim nomen illud hominem rem candidissime, & simplicissime agentem; nam ita Iob. 1. *Vir simplex, & rectus* vocatus est. Sunt qui putent significari scelus illorum, qui cum a iudicibus in iudicio corriperentur, eos odio prosequebantur. Sed nihil minus quam iudices intelligit Amos, cum ipsos in primis sua comminatione constringat, qui iudicium petierunt. Verius Hieronymus Remigius, Theodoretus, & alii de Prophetis hunc locum accipiunt.

14 Vitium iudicum.

Diripiebatis.] Verbum בּוֹשַׁסְכֶם *bossechem* proprie est, *conculcatis, vt diripiatis.* Vnde Septuaginta dixerunt, *pugno percutiebatis pauperem.* & Tigurina *conculcastis*, alii *onerastis*, aut *deprimitis tenuem.* oppressionem, & vim significat, quam tenuibus inferebant, vt ab eis aliquid extorquerent. Vnde sequitur, *& prædam electam tollebatis ab eo.* Hebraice, & מַשְׂאַת בַּר *misath bar tulistis ab eo*, hoc est, *onus frumenti*, nam onus significat nomen *misath*, vt vertunt è mente Dauidis Kimhi, Pagninus, Tigurinus, Vatablus, Isidorus, Montanus & Robertus, *abstulistis*, aut *extorsistis ab eo onus frumenti*; quantum potuit portare. Alii, vt Pagninus, legunt; *cibum electum*, nam 2. Reg. 11. 8. ita vertit Vulgatus, *secutus est eum cibus regius*: & pro precioso munere accepit Hieronymus, Theodoretus, & alii, quia pulchrum, & electum munus à paupere

extor-

extorquebant iudices, ita quoque LXX. *& munera electa accipiebatis ab eis.*

15 *Prudens.*] Duplex est huius loci sensus. prior, idcirco pauper oppressus à iudice, dum rem suã aget, prudenter patietur se expoliari, non querens, neque clamans, sed conticescet, quia tempus illud adeo malum non patietur ferre, & audire tenues clamores, & querelas. Sic Hieronymus, Dionys. & Montanus. Vel certe Doctores, & Prophetæ, quorum interest peccata palam arguere, cum viderint tot malis Remp. oppressam, & tot flagitiis contaminatam, conticescent, & quidem prudenter, quia in tam calamitoso tempore, melius iudicabunt Deo relinquere remedium, quam loqui illis, qui sunt correptionem despecturi. Sic Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatabl. & Robert. Posterior sensus est de tempore captiuitatis. Propter vestra ingentia peccata, prudentes, ac cordati viri, qui expendunt quam veræ sint comminationes Dei; cum viderint in tempore illo captiuitatis calamitoso, pœnam meritam infligi per hostes, digito compescent labia, nec audebunt mussitare aduersus Deum, videntes quam iuste puniat suos Israelitas; sic Hieronymus, & Theoduretus, & est sensus magis consonus, quia loquitur de tempore illo futuro, in quo dixerat; non habitaturos in domibus affabre ædificatis, nec bibituros vinum vinearum, propter multa scelera præsentia, quia omnia erant per Assyrios destruenda. In præsenti vero tempore Amos vigebat iniustitia, & pauperes opprimebantur, non minus quam postea, & tamen ipse, cum reliquis Prophetis non tacebat, sed grauiter in omnes inuehebantur. quo tempore Prophetarum interest coarguere, saltem, vt iustam Dei causam agant, nec licite possunt tacere.

Sensus de tempore Prophetæ. Pauper prudens.

Prędicator prudens.

Sensus de tempore captiuitatis.

16 *Sicut dixistis.*] Sicut optatis, vel desideratis, vel quantum optare potestis; ita Lyra, Vatablus, & Isidorus: nihil enim aliud magis desiderabant, & postulabant quam vt Deus esset, ac perseueraret cum ipsis in terra sua, nam si recederet, merito sibi timebant recessum in alienas regiones; Alii, vt Hieronymus, Remigius, & Dionysius, & Robertus explicant: sicut iactatis aut vos iactare soletis, nequaquam Deum abiturum, & vos deserturum, quod sitis filii Patriarcharum. Tertio, Albertus, & Montanus referunt ad promissiones præteritas: sicut dixistis, aut promisistis olim in patribus, cum Exod. 24. 7. dixerunt, *omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes*, & Iosue 24. per totum fere. Quarto, sic explicat Theodoretus: verbis facta respondeant, & qui profitemini vos amare bona, & honesta, à vitiis abhorrere, & reipsa veritatem verborum ostendite: & quidem si hæc verba, *vt dixistis*, contexantur cum sequentibus, vt LXX. contexerunt, verus sensus est; vti sæpe dixistis, odite malum, & diligite bonum, vt sæpe promisistis vos vitam in melius commutaturos nostris increpationibus, ac minis conterriti; & Dominus parcet vobis; verbis facta respondeant; sin vero ad superiora referantur, vt referri videntur; primus sensus est verus, sicut optastis, & verbis sæpe vestrum votum ostendistis.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3

Sensus 4.

17 *Quæ foris sunt.*] Hebraice, *& in cunctis* חוצות *chutsoth vicis*, vt vertunt Tigurina, Vatablus, & Montanus, *in viis*. LXX. & Montanus etiam: significat enim in omnibus locis publicis, & frequentibus resonaturam vocem, *hu hu*, non tam lugentis quã gemitum interceptum exprimentis Hieron. Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, vias intelligunt, & villas extra vrbem; nam vbique luctus, gemitusque resonabit, & ad planctum vocabuntur, qui eo munere fungi nouerunt, de quibus Ierem. 9. num. 11.

18 *Væ desiderantibus.*] His verbis Hieronymus, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus existimant fieri sermonem cum Iudæis. Probat Hieronymus cum ceteris eius sectatoribus, vna Israelitis loqui Prophetam cum Iudæis, ex initio capitis sequentis. *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ.* Probat Montanus, secutus Albertum, ad solos Iudæos hæc verba dirigi, quia vsus legitimus sacrificandi, quem hic respuit Deus, non erat apud Israelitas, sed apud Iudæos, & Ierosolymis in templo. Hieronymus itaque cum ceteris sic explicat. Væ Iudæ, & Israeli, dicentibus; veniat dies prædictæ captiuitatis, & celerius quam prædicunt Prophetæ, nam sic similiter celerius consequetur restitutio, & libertas cum bonis, quę cum ea promittuntur. Sed frustra præstolantur quod post 70. annos captiuitatis futurum est, siquidem tunc in maiores incident calamitates; nam dum euaserint dominium Chaldæorum, occurrent Medi, & Persæ: & cum requieuerint in pariete Cyri, & Darii, obuium habebunt colubrum Gręcorum Alexandrum, aut Antiochum Epiphanem. Hæc mala etsi de Iudæis dici possint, qui liberandi erant è captiuitate; non tamen de Israelitis, qui nunquam redierunt, vt non semel dixit alias ipse Hieronymus.

Quos alloquitur Propheta.

Sensus 1.

Dies Domini.

Refutatio.

De solis ergo Iudæis sic intelligunt Albertus, & Montanus. Væ vobis Iudæis, qui odio Israelitarum exciti diem captiuitatis illis exoptatis: quoniam vestro commodo? Nam licet Israelitis sit dies ille tenebrosus futurus, non tamen vobis minus erit calamitosus, nam incidetis in regis Babylonis vngues, & cum eum euaseritis, in vrsum Medum, & Persam, à quo liberati in Græcorum colubrum perducemini. Verum cum Iudæis non esse sermonem, sed cum solis Israelitis, probat in primis, quod iussent odisse malum, & diligere bonum, vt sic misereretur Dominus reliquiis Ioseph. Deinde quia inuehitur in eos, qui sibi desiderant diem calamitosum captiuitatis, quam hactenus comminatus est; non in Iudæos, qui aliis eam desiderabant: nec est vnde colligatur cum Iudæis loqui Amos. Tertio, quia in fine capitis asserit Deus, se facturum, vt emigrent trans Damascum ii, quibuscum illucusque locutus est. At soli Israelitæ migrarunt trans Damascum, vt dicemus, non vero Iudæi: ergo cum solis illis loquitur. Nihil autem repugnat quod sequentis caput incipiat contra habitantes in Sion; dummodo hoc caput absoluatur contra Israelitas. Fuisse demum apud Israelitas altaria, & sacrificia Deo vero oblata, siue ex dispensatione, siue quauis alia ratione, negari non potest, cum Hoseas cap. 8. 13. dixerit; *hostias offerent, immolabunt carnes: & comedent, & Dominus non suscipiet eas.* & Elias 3. Regum 18. 36. obtulit holocaustum in monte Carmelo, & cap. 19. 10. lamentatur, quod altaria

Sensus 2. de Iudæis.

Refutatio.

Altaria apud Israelitas.

Dei destructa fuissent, cum Prophetis, ab Iezabel, & Achab. at de huiusmodi sacrificiis, eorumque despectu loquitur Amos. De Israelitis ergo solis verba prædicta cum reliquis intelligamus. Igitur Isidorus cum Montano hoc modo intelligit. *Væ iis, qui desiderant diem Domini,* hoc est, mortem ipsam, putantes sic se euasuros præsentia mala; cum nihil minus, sed grauiora sint passuri, nam accidet illis, quod homini fugienti leonem, & incidit in vrsum, & dum vrsum euadit, mordetur à colubro. At quis non videt per diem Domini intelligi non mortem hominis, sed diem captiuitatis totius populi, in qua ea mala, & pericula subeunda minatur? nisi de periculis intelligant, in quæ improbi post mortem incident, qui putarunt omnia mala cum morte finita. Verior ergo expositio est Theodoreti, Lyræ, Vatabli, & Roberti simpliciter intelligentium hunc locum de die captiuitatis Israelitarum, quam quidam non credebant futuram, & adeo despiciebant minas Prophetarum, vt non dubitarent audaces aduentum diei illius expostulare, quasi desiderarent eum per irrisionem, vt quidam, de quibus Isaias cap. 5. 18. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Qui dicitis: festinet, & cito veniat opus eius, vt videamus.* Atque ita sensus est: væ illis ex vobis, qui ita contemnunt has minas diei captiuitatis, vt irrideant; dicentes, veniat iam dies iste toties inculcatus, quo vestro commodo illum desideratis. Numquid putatis vel non futurum, vel non ita grauem futurum: qui rursus erit tenebrosus, & calamitosus, & plenus continuis periculis: nam vno periculo liberati, in aliud incidetis; hoc significatur similitudine leonis, vrsi, & colubri. Vel si mauis explicatius tradere, per leonem intelligi Teglathphalasar; & per vrsum Salmanasar, & per colubrum eundem Samariam destruentem. Quod ipsum accidit iis, qui despectui habent diem illum supplicii extremi, nec à peccando recedunt; quasi non sit futurus, vel non adeo calamitosus, qui sane videbunt diem tenebrosum, in quo plena erunt omnia periculis, ac malis, siquidem è potestate vnius dæmonis, in alius venient sæuitiem, & in truculentam feram inferni tandem incident.

Sensus 3. — Refutatio. — Sensus 4. verus. — Qui desiderent diē Domini in malum suum.

19 *Et reuelabitur.*] Communis expositio Hieronymi, Theodoreti, Remigii, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysii, & Isidori de futura captiuitate explanat; ad hunc modum; vestra omnia sacrificia mihi displicuerunt, iniocunda fuere vestra carmina ob vestram impietatem: quamobrem iudicium contra vos constitutum aquæ instar obruet vos, & supplicia iuste definita instar violentissimi torrentis vos inuoluent. Confirmant hunc sensum verba Hebræa, quæ per futurum efferuntur, & Septuaginta qui vertunt: *& voluetur sicut aqua iudicium, & iustitia sicut torrens inuium:* & Chaldæus, *& reuelabitur tanquam aqua iudicium, & iustitia sicut torrens inundans.* Quin & Kimhi sic exponit: *iudicium vltionis meæ quasi moles aquarum inundantium affluet, & reuoluetur ad vos.* At Vatablus, Montanus, Robertus, & Isidorus, optatiue seu subiunctiue in alium sensum legunt prædicta verba, hoc modo; *Sed deuoluat sese, aut profluat instar aquæ iudicium, & iustitia, seu torrens vehemens.* Hoc est, cole iudicium, & iustitiam, rem suam in iudicio ei reddens, cuius est, & grata mihi erunt tua carmina, & sacrificia. Aut, si coleretis iudicium, & abundaret quasi aqua iustitia in vobis, me haberetis propitium. Vel ne me tangeretis tumultu carminum vestrorum, & canticis lyræ, quæ nihil mihi placent, sine pietate: sed potius reueletur quasi aqua iudicium ad tuendos innocentes, & iustitia quasi torrens vehemens. bonus sensus, & quem litera profert, at prior verior; quia communior.

Sensus 1. verus. — Sensus 2.

Quadraginta annis,] Interrogatio affirmantem partem profert hoc loco; nam idem est. *Numquid hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel?* ac dicere: *nequaquam mihi obtulistis hostias, & oblationem quadraginta annis, quibus vagabamini per desertum. sed idolis vestris.* Et confirmat Stephanus hunc locum referens Actuum 7. 41. cum ait. *Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum. Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut scriptum est in libro Prophetarum. Numquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel:* Quæ verba diuersam habent sententiam ab ea, quam continent verba Ieremiæ cap. 7. 22. *Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum, & victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandaui vobis, vt bene sit vobis.* Nam Ieremias tantum dicit à Deo non fuisse datum præceptum de holocaustis, & sacrificiis, quod quomodo sit intelligendum eo loco explicuimus. At Amos ostendit filios Israel non obtulisse Deo hostias, sed vitulo. cui suffragatur Ieremias post prædicta verba, dicens, *& non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam sed abierunt in voluntatibus, & in prauitatem cordis sui mali: factique sunt retrorsum, & non in ante, à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti vsque ad diem hanc.*

20 Sacrificiū nullum in deserto. — Verba Ieremiæ discussa.

Est ergo explicandum qua ratione verum habeat quadraginta annos transactos in deserto absque sacrificio, & hostiis? Hieronymus, Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, & Dionysius hic. Chrysostomus Oecumenius & Beda Actuum 7. concedunt quidem ab eo tempore, quo vitulum adorauerunt 4. mense Iunio ab exitu de Ægypto, die illius mensis 24. nunquam oblatum sacrificium nisi vitulo: intelligunt sponte sua, absque metu pœnæ mortis concepto ex interfectione idololatrarum. Cum Deus non ea, quæ offeruntur suscipere dicendus sit, sed voluntatem offerentium. Concedunt igitur hi patres oblata fuisse non semel sacrificia; sed ea dicimus oblata, quia non sponte: atque adeo quia non placebant Deo, vt addit Isychius super 1. Leuitici. At difficile creditu est post vitulum adoratum non obtulisse filios Israel sacrificia Deo grata; nam 1. mense anni secundi ab exitu de Ægypto in dedicatione tabernaculi hostiæ mactatæ sunt, Exod. 40. Ex his, quæ obtulerunt principes, Numerorum 7. & sequentibus. & in consecratione Aaron, Leuit. 9. & 10. & die

Quæstio. Num sacrificium fuerit in deserto. — Refutatio.

2. Responsio. 14. illius mensis celebrauerunt phase, Numer. 9. Idcirco R. Salomon, & Montanus existimant ab hoc phase celebrato mense Martio anni 2. vsque ad phase celebratum die 14. anni 41. ab exitu de Ægypto, Iosue 5. nullum sacrificium fuisse celebratum per totos 40. annos. Sicut enim circumcisio ad illud vsque tempus dilata est, ita & Refutatio. sacrificia. Verum quis sibi persuadeat nullam Deo factam oblationem per totos 40. annos, ab illis, quibus adeo insita erat illa consuetudo? 3. Responsio. Quare tertio Lyræ, & Vatablo videtur oblata quidem fuisse aliqua sacrificia, sed non assiduo, & propterea, cum modicum pro nihilo reputetur, dixit Deus, per totos 40. annos sacrificia non oblata: sicut Psalm. 94. 10. dicit, *quadraginta annis infensus fui generationi huic*; cum tamen non sem- 4. Responsio. per fuerit infensus. Quarto, quoniam more Scripturæ 40. anni solitudinis numerantur ab ipso exitu de Ægypto; & quia credimus non omnino intermissa sacrificia, videtur, & Amos hoc loco, & Stephanus Actuum 7. voluisse significare propensionem Iudæis innatam idolis sacrificandi, vero despecto Deo, in quo sensu dixit Deus Psalm. 94. 10. *Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, semper hi errant corde, ipsi vero non cognouerunt vias meas.* Neque enim totos 40. annos offensus illis fuit; & illi errarunt corde; sed quia propensio erant animo ad prauitatem. Et Ieremias loco supra citato dixit, factos fuisse retrorsum, & non in ante à die exitus de Ægypto, vsque ad diem, quo loquebatur; quia propensi erant in prauitatem, & iuxta eam prauam propensionem praue frequenter operabantur.

21 Siccuth. *Tabernaculum.*] Nomen Hebræum סכות *siccuth* deducunt à verbo סכת *sacath*, quod est *auscultare*; plures dicunt esse nomen idoli, & ita hic vertunt, *& portastis* siccuth *regem vestrum*, relicto nomine Hebræo; Chaldæus, Vatablus, & Montanus. Ratio sermonis. At Pagninus, & iterum Vatablus, & Robertus transferunt *idolum regis vestri*. R. Ionah, & Montanus, & alii accipiunt, vt nomen appellatiuum, & vertunt, *& portastis*, seu *sustinuistis auscultationem regis vestri*. Theodotio vertit *visionem*. Sed qui deducunt a סכך *Sacak*, quod est *tegere*, seu *operire*, vertebant, *scenam*, *vmbraculum*, seu *tabernaculum*, hoc modo Septuaginta & Symmachus transtulerunt [illegible] *scenam*, seu *tabernaculum*, eosque sequuntur Vulgatus, Tigurina, & Montanus. Aquila similiter vertit [illegible] *vmbracula*. & lectionem Septuaginta secutus est Stephanus Actuum 7. iuxta hos ergo nomen Hebræum, non סכות *siccuth*, sed סכות *succoth* legi debet.

Nomen deinde מלככם *Malchechem*, quod est, *regis vestri*, vt verterunt Symmachus, & Theodotio, Tigurina, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus, non est aliud, quam simplex nomen מלך *rex*, quod legitur *Molech*, vel *Moloch*, vt Septuaginta & Lucas Actuum 7. & Vulgatus eos secuti acceperunt; cui nomini si affigatur affixum secundæ personæ pluralis, legetur *Malechechem*, *rex* Melchom. *vester*: si autem tertiæ personæ pluralis, legetur מלכם *Melchom*, vt transtulit hoc loco Aquila; & solent aliquando transferre Septuaginta & Vulgatus. sed quouis modo legatur, regem significat, & idolum Ammonitarum, seu Moabitarum, quod Saturnum esse ostendimus late super Ieremiam cap. 7.

A 1. Expositio. Quibus præmissis, iuxta communem sententiam Hieronymi, Theodoreti, Remigii, Alberti, Ruperti, & aliorum, obiicit Israelitis idololatriam, quam exercuerunt in deserto, nam dum Deus eos pascebat cibo cælico, & mirabiles faciebat gentibus; ipsi afferebant secum tabernaculum idoli Moloch, quod vti regem venerabantur, & auscultabant; ad æmulationem tabernaculi testimonii, in quo Deus Mosi loquebatur. Tempus huius cultus. Sed quando cœpit hoc idolum ita palam coli in deserto, aut vnde id probari potest? Omnes prædicti interpretes, dum asserunt per desertum adductum idolum in tabernaculo, ostendunt à tempore vituli adorati, institutum tabernaculum Moloch. cui caput vituli adfigebant, vt di- B ximus super 7. caput Ieremiæ: atque ita affirmat Oecumen. in 7. Actorum. Aliis videtur ab eo tempore, quo populus fuit in terra Moab, & fornicatus est cum filiabus Moab, Numerorum 25. quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua, & adorauerunt Deos earum, institutum tabernaculum Moloch. Refutatio. At difficile creditu est palam adductum in castris tabernaculum cum idolo Moloch, quod publice adorarent, & consulerent; Mose vidente, Deoque sciente, cum quoties in aliquod huiusmodi flagitium incidebant aliqui de populo, grauissime eos puniebat, vt ex ipsa historia constare potest. 2. Expositio de futuro. Quare expositio R. Salomonis, Lyræ, Dionysii, Vatabli, & Montani, videtur accommodatior præcedentibus, in quibus C dixit, diem captiuitatis futuram tenebrosam; & iudicium Domini in ea reuelandum, nec placandum sacrificiis, quæ in deserto non obtulerant: & sequentibus, *& migrare vos faciam trans Damascum*. nam præteritum illud, *& portastis*, ob certitudinem per futurum interpretantur, *& portabitis tabernaculum Moloch.* nam Assyrii cum vos ducent captiuos, cogent portare super humeros tabernaculum Moloch, cum ceteris idolis, ignominiæ causa. Aut certe, feretis supplicium sceleris, quod regum vestrorum studio admisistis: & lueris pœnas pro imaginibus, quas nutu regum vestrorum consecrastis. & hic sensus conuenit lectioni Vulgati satis apte: cum consuetudo Scripturæ sit præterito futurum significare, & è conuerso.

D 22 *Imaginem.*] Nomen Hebræum כיון *Chiun*, ita vt est in Hebræo reliquerunt Aquila, Symmachus, Chaldæus Paraphrastes, & M. At Theodotio transtulit [illegible] *obscuritatem*. Septuaginta [illegible] verterunt, vt ex eis refert Stephanus Actuum 7. cum in Codice Complutensi, & Rempha. Ratio sermonis. Regio legamus [illegible] & in Vaticano [illegible], forte in Hebr. legerunt *Keuan*. è mente Kimhi, Tigur. Pagninus & Vatablus transferunt *placentam*; nam Ieremiæ 7. 18. & 44. 19. plurale כונים *Cauanim* Vulgatus *placentas* est interpretatus: quasi diceret; & portabitis placentam, quam offertis imaginibus vestris. Vulgatus hoc loco, & Montanus transtulerunt, *& imaginem idolorum vestro-* E *rum*: quod secum portaturi fuissent, & adoraturi imaginem idolorum, & statuarum, nempe sydus, seu stellam; quam vti Deum colebat, quod sydus Kimhi, Pagninus, Vatablus, Montanus, Saturni stella. & Robertus, dicunt esse Saturni stellam, nam in lingua Ismaelitarum, & Persarum dicitur כיואן *chiuan*, vel כיואן *chiuan*. At Hieronymus, Remi-

gius, Albertus, & alii putant esse Luciferum, quem Sarraceni venerantur. stellam hanc reginam cœli vocauit Ieremias cap. 7. & rationem adduximus eo loco. Sunt qui hoc nomen transferant *apparatum*, quod verbum, vnde deducitur, apparare, seu concinnare significat; & conuenit cum Vulgato hæc versio, qui nomine *imaginum*, accipit copiam idolorum, vt sit sensus. sustinuistis, seu portastis auscultationem, seu oraculum, in quo dæmones per idolum Moloch dabant responsa, vel auscultationem regis vestri Ierobuam, dum habetis apud vos apparatum imaginum vestrarum, quas eius nutu fecistis, nempe stellæ Dei vestri: ita enim portabant onus idolorum, quæ ipsi honorabant. Quod vero Septuaginta de suo addiderunt *Remphan*, cum dixerunt, *sydus Dei vestri Remphan*, nomen idoli voluerunt exprimere, vt ait Theodoretus, quod Oecumenius in 7. Actorum, dicit esse lapidem pellucidum, & eximium in formam Luciferi in summa fronte Moloch sculptum; & Beda eo loci *Remphan* Veneris planetam putat, qui *Lucifer & Hesperus* dicitur. dicitur autem Ræpha. Græce ῥαιφὶ à ῥαιφάιστω, quod est, *pure, & caste viuo*, quod pure luceat. Si vero legamus ῥαφὰν, dicetur à ῥαφὴ, *sutura*, parte caluæ serrata, in qua erat illud sydus. Si ῥεμφὰν, deducetur à ῥάμφος *rostrum*, aut os, in quo lucebat stella: si ἰομφὰν, deriuatur à φορέω, quod est, *baiulo*, quod baiularetur idolum in tabernaculo, aut baiulandum esset in captiuitatem cultorum humeris.

25 *Trans Damascum.*]In regiones remotissimas Assyriorum, quæ sunt vltra Damascum: quod non essent migraturi in Syriam Damasci, vnde facile redire possent, sed in Assyriam remotiorem regionem; ad qoam iter est per Damascum versus Aquilonem; vnde reditus erat difficilior. sic de Israele hunc locum explicant Theodor. Remig. Alb. Hugo, Dion. Isidor. & Mont. Atque ita accidisse constat: nam Tobias in Niniue Assyriæ metropolim translatus est, Tob. 1. & 4. Reg. 17. 6. dicitur de Salmanasare, quod *transtulit Israel in Assyrios*, & v. 23. *translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios vsque in diem hanc.* Quod si obiicias Stephanum Actor. 7. referentem hoc testimonium, ac dicentem, *& transferam vos trans Babylonem*: quod longe diuersum est ab eo, quod hic dicitur; *& migrare vos faciam trans Damascum*: Albertus, & Rupertus putant sermonem esse de viris tribus Iuda, qui ducti sunt captiui trans Damascum, Babylonem. At contra est, quod Babylon non est trans Damascum, quæ Aquilonaris est Iudææ, & Galileæ; cum Babylon Orientalis sit, & ita ad dextram Damasci sita. Deinde quia Stephanus non dixit, *transferam Babylonem*, sed *trans Babylonem*. Dicimus ergo cum Hieronymo, & Beda Act. 7. & aliis, Stephanum magis ad intelligentiam, quam ad verbum respexisse. Nam eadem captiuitate, qua ducti sunt Israelitæ trans Damascum in Assyrios, collocati sunt trans Babylonem in ciuitatibus Mediæ, & Persiæ versus Aquilonem. Nam 4. Reg. 17. 6. dictum est, *& transtulit Israel in Assyrios, posuitq; eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozam in ciuitatibus Medorum.* & Tobias cum captiuos contribules inuiseret Tob. 1. *Venit in Rages Ciuitatem Medorum.* Quin & inde in Persidem, & alias remotiores regiones traducti sunt, vt ait Iosephus lib. 9. Antiq. c. vlt. & vltra Euphratem dispersi, infinita hominum millia, vt idem ait lib. 11. c. 5. quod cum factum animaduerteret Stephanus, dixit, *trans Babylonem.*

Margin notes: Sensus. — Ratio Græci nominis. — Captiuitas in Assyriã. — ostendit Stephanus cum Amos — Iosephus

AMOS PROPHETÆ.

Paraphrasis.

[1] VÆ vobis [2] opulentis, qui vitam in summo ocio degitis in Sion, & qui confiditis in forti situ vrbis Samariæ. Qui cum sitis [3] nominati populorum principes, vestras domos frequentari gaudetis, vt magno satellitio comitati cum fastu [4] progrediamini. [5] Transite, si placet, in ciuitatem [6] Chalane, & in vrbem [7] magnam Emath, & in Geth Palæstinorum abite: [8] & optima quæque regna perlustrate, & videte, an vestris meliora sint, & an latius terra eorum pateat quam vestra: & merito ingratos vos iudicabitis, cum nihilo iis dies meliores effecti, diuina sententia iam [9] addicti estis diei captiuitatis calamitoso, & [10] propius acceditis ad oppressiones: quibus hostes vos sunt oppressuri, vos, inquam, qui securi dormitis in lectis eburneis, & indecore, ac ambitiose vos [11] extenditis in stratis vestris. comeditis quicquid in gregibus, [12] vel armentis, tenerum, ac pingue reperitur: [13] modulationibus ad psalterium decantatis, & vocum inflexionibus aures mulcetis: & pro vestra luxuria varia musica instrumenta excogitatis, qualia Dauid inuenit ad cultum Dei: bibitis vinum in phialis, & vnguentis preciosis vos vngitis, neque miseret vos communis [14] populi exitii captiuitatis, quod vitæ mutatione facile possetis amouere. Idcirco vos, qui primi estis in iniquitate, primi ibitis in captiuitatem. & tunc [15] cessabit factio indecore se extendentium, & vno animo conflantium Sic enim se facturum iureiurando per semetipsum comminatur Deus Dominus exercituum: & addit, Detestor ego

Cap. VI.

‖ [1] VÆ qui [2] opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates [3] capita populorum, 1
[4] ingredientes pompatice domum Israel. ‖ [5] Transite 2
in [6] Chalane, & videte, & ite inde in [7] Emath magnam: & descendite in Geth Palestinorum, [8] & ad optima quæq; regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est. ‖ [9] Qui separati estis in diem malum: 3
[10] & appropinquatis solio iniquitatis. ‖ Qui dormitis 4
in lectis eburneis, & [11] lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio [12] armenti. ‖ [13] Qui canitis ad vocem psalterii: sicut Dauid 5
putauerunt se habere vasa cantici. ‖ Bibentes vinum in 6
phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur
super [14] contritione Ioseph. ‖ Quapropter nunc mi- 7
grabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio
lasciuientium. ‖ Iurauit Dominus Deus in anima sua, 8
dicit Dominus Deus exercituum. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam [16] ciuitatem cum
habitatoribus suis. ‖ Quod si reliqui fuerint decem viri 9
in domo vna, & ipsi morientur. ‖ Et tollet eum propin- 10
quus suus, [17] & comburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei, qui in penetralibus domus est: Numquid ad-

valde

valde fastum, superbiamque Iacobitarum, & domos eo-
rum omnes, quantumuis magnificas. Tradam itaque
16 Samariam cum omnibus eius incolis Assyriorum po-
testati, adeo vt si in aliqua domo decem viri viui reman-
serint, & ipsi peste, aut fame interibunt, & cuiusque illo-
rum cadauer propinquus accipiet, 17 vt combusti ossa
onda domo efferat. & [illegible] sedie sit sistens in ostio domus
dicet ei, qui interius fuerit, supersuntne cadauera, quæ
extraham aliqua? & respondebit, non iam finis est: & il-
le, noli dicere, lamentari, sed conticesce, nec enim Dei no-
mine 18 inuocato eius opem implorare licebit tunc,
cum iam hostibus præceperit, vt omnes domos subuer-
tant, maiores, quæ multis constant habitatoribus, figil-
latim 19 illos interimendo, minores autem, quæ minus
possunt resistere, simul confringendo. Annon difficile
factu est, vt equi 20 currant in petris & boues arent?
at vos difficiliora his edidistis monstra dum conuertitis iudicium innocentum in fel, contra ipsos sententiam ferentes; &
pacem, fructum virtutum suauem in absynthium. & nihilominus frustra in vestra virtute 21 confiditis, dicentes, non-
ne opera nostra, ac nostra virtute has vires peperimus nobis, hasque opes, quibus nos tueamur, & hostes nostros a nobis
propulsemus. Propterea ait Dominus, ego ô Israel concitabo contra vos 22 Assyrios, gentem remotam, qui subuertent
regionem vestram vniuersam, ab Emath termino eius ad plagam Septentrionalem, vsque ad mare solitudinis versus Me-
ridiem, quin & vlterius progredientur, vsque ad torrentem deserti, qui terminat terram ad Meridiem, Occidentem
versus.

huc est penes te? Et respondebit: finis est. Et dicet ei: 11
Tace, 18 & non recorderis nominis Domini. Quia 12
ecce Dominus mandabit & percutiet domum maiorem
19 ruinis, & domum minorem scissionibus. Numquid 13
20 currere queunt in petris equi: aut arari potest in bu-
balis, quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium,
& fructum iustitiæ in absynthium: Qui lætamini 14
21 in nihilo: qui dicitis: Numquid non in fortitudine
nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscita- 15
bo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exerci-
tuum, 22 gentem: & conteret vos ab introitu Emath,
vsque ad torrentem deserti.

ARGVMENTVM.

INVEHITVR in principes populi, qui cum in deliciis vitam traducerent, subditos opprimebant, nullo de eorum miseria tacti dolore; & supplicium captiuitatis illis comminatur.

COMMENTARIVS.

1 Quæstio, quibuscũ sermo sit. Seutẽtia 1 cum solo Iuda.

VÆ.] Dubitatur quibuscum loquatur Propheta in hoc capite, cum Israele solo, an etiam cũ Iuda Montanus existimat cum solo Iuda sermonem haberi. Quia vero subiicitur, *& qui confiditis in monte Samariæ*; quo ostenditur cum Israele quoque fieri verbum, ita ex Hebræo translata verba exponit; *Væ opulentis in Sion, & confidentibus in monte Samariæ*; putat autem coniunctionem, &, hic esse notam similitudinis, vt alias non infrequenter: vt Prou. 25.25. *Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius*, pro *sicut nuncius bonus de terra longinqua*. ita Pindarus Olim. Od. 1. *Optima quidem aqua, & aurum inter possessiones*; pro *sicut aurum*. ita ergo explicat verba Prophetę. *Væ opulentis in Sion, sicut væ est confidentibus in monte Samaria*. Theodoreto videtur, sermonem fieri cum solo Israele: nam in toto capite domum Israel compellat, Ioseph, & Iacob, quibus nomenclaturis Israel, aut decem tribus nominari solent. Illud autem, *væ opulentis in Sion*; Septuaginta transtulerunt; *væ despicientibus Sion*. Hoc est; væ principibus Israel, qui quod confidant in monte Samariæ, Deum despiciunt, qui colitur in Sion.

Sentẽtia 2. cum solo Israel.

Sentẽtia 3. cum vtroque.

Verum Hieronymo, quem sequuntur Remigius Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Vatab. visum est ad vtrumque populum sermonem haberi, quia dicit, *Væ opulentis in Sion, & confidentibus in monte Samariæ*. quæ sententia videtur placere Chaldæo, qui vt noster Vulgatus, exposuit prima hæc verba, & alia explicans inferius: percutiet regnum magnum Israel percussione forti, & regnum minus Iuda plaga remissiori. Profecto pręcipuum sermonem fieri ad Ierusalem; ad Iudam autem per transennam, & ex transuerso, vt ad-

Vera resolutio.

A moneretentur & ipsi, ne atti Sion fiderent, vt Israelitæ in monte Samariæ, ni velint Israeli in pœna comparari, cuius solius modo res agitur, ex toto capite constat.

2 Opulentia quid notet.

Opulenti.] Hebraice, השאננים *Hassaananim, væ tranquillis, quietis*, aut *pacatis in Sion*; hoc est, vitam degentibus in summo otio, & securitate. quod Iustinus dixit, *Væ qui deliciis affluitis in Sion*. Quoniam autem hæc viuendi ratio ex opulentia, ac diuitiarum abundantia proficiscitur, hinc Vulgatus fere semper vertit hoc nomen, *opulenti*, vt Chaldæus, qui dixit, *Væ qui opulenti sunt abundanter in Sion*; & Kimhi, *Væ diuitibus*, ait, *qui sunt quieti, qui fidunt quod nihil eis mali continget*. Et Tigurina.

B Quia vero qui huiusmodi sunt, insolentiores aliquando efficiuntur, sunt qui vertant: *Væ insolentibus in Sion*; & si, *in*, accipiatur pro, *contra*, de Israelitis loquetur, qui insolentiam suam ostendebant contra Sionem; & hac ratione videntur dixisse LXX. *Væ despicientibus Sion*. Ait ergo: væ iis, qui propter opulentiam insolentiores sunt iusto in Sion, confisi in monte Someron; in qua sita est Samaria Israelitarum metropolis.

3

Capita.] Ex Hebræo sic habēt hæc verba. *Nominatis principium gentium*. h. e. nominatis, ac celeberrimis, qui principium sunt gentium; quod dixit Vulgatus, *Væ vobis opulenti in Sion, & qui confiditis in monte Samaria, optimates, principium* pro *principes*, seu *caput gentium*, seu *populorum*. his annunciat væ, secundum Hieron. & omnes alios eius sequaces:

C sic etiam Tigurina; *celebratissimi primitiarum gentium*; & Montanus, *Notatissimi, primitiæ gentium*, quod omnium gẽtium opinione fortissimi, & felicissimi æstimarentur. Itaq; iuxta hanc lectionẽ sensus secundum Hieron. est, Vos qui estis principes populi, & nihil eius curam agitis: secundum

1. Sensus.

.Sensus:

vero Montanum; qui estis nominatissimi, & celeberrimi in opinione præcipuarum gẽtium. Sed alii interpretes olunt participium illud, *Nominatu*, contexere cum montibus Sion, & Samariæ; *Nominatu ab initio gentium*, vt legunt Pagninus, & alii; vel *a primitiis gentium*, vt Vatab.& Rob. quia fuerunt olim celebres hi montes ob priores incolas, qui erant præcipui gentium. Obiicit enim populo Dei, quam celebris, & nominata fuisset terra, in quam inductus est a Deo, expulsis gentibus illis præcipuis, quæ illam incolebant. At secundum Chaldæum, qui exponit; *imponentibus nomen filiorum suorum secundum nomen filiorum gentium*: quos vocat *primitias gentium*; vitio vertit quiete degentibus in Sion, & confidentibus in monte Samariæ, quod suis filiis nomina imponant, quæ gentes ipsæ suis quoq; filiis solent imponere; in gratiam ipsarum; quarum amicitia gaudebant. In quibus sensus licet primus sit præferendus; at secundus Hebrææ lectioni, ac iis, quę sequuntur, magis consentit, vt dicemus, dum sequentia verba exposuerimus.

.Scosus. Nomina gentium vitanda.

4 *Ingredientes.*] Hebraice, *& venerunt*, seu *ingressi sunt ad eos domus Israel*. Et est sensus Tigur. Pagnin. Vat.& Isidori: Væ quietis in Sion, & confidentibus in monte Someron, nominatis à principio gentium, vel ob primitias gentium illos montes incolentium, ad quos, incolis expulsis, ingressi sunt filii Israel, & ceperunt eos, Dei munere: & tamen ipsi ingrati extiterunt tanto benefactori. Quem sensum indicant Lxx. cum dicunt, vt legitur in Codice Vaticano, in Hieronymo, & Theodoreto: *Vindemiarunt primitias gentium, & ingressi sunt ipsi*, vel *sibi*. hoc est, acceperunt sibi terram illam, pulsis primis gentibus, incolis eius. Quod clarius dicunt in Cod. Complutensi, & Regio: *Vindemiant principes gentium, & ingressa est ad eos domus Israel.* Atque hic sensus collatæ à Deo terræ Israeli, consonat iis, quæ subiiciuntur; quibus mittuntur Israelitæ ad cetera regna, vt videant an latior terra illis obtigerit, quam ipsis. Montanus legit: *venerunt sibi domum Israel.* hoc est, cum Israelitæ essent omnium gentium æstimatione celebres, & ob fertilitatem terræ, & fortitudinem, nihilominus ipsæ gentes adierunt eos; & de suis locis munitissimis detractos, captiuos abduxerunt. Chaldæus autem, quia increparat Israelitas, quod suis filiis nomina imponerent, quæ gentes suis; addit; *quibus innititur domus Israel*; vel, *& putant quod iungatur ad eos domus Israel.* hoc est, & venerunt ad eos, vt amicitias cum eis inirent Israelitæ. Ex eo enim quod nomina gentium imponebant filii Israel filiis suis, ostenderunt amicitiam, qua iuncti erant gentibus. Vulgatus tamen cum Hieronymo vertit, *ingredientes pompatice domum Israel*: nam coniungit hæc verba cum illis. *Optimates, capita populorum*, vt integra sententia iuxta Hebræum sic habeat. *Væ degẽtibus in Sion, & qui confidunt in monte Samaria, nominari principes gentium, qui ingrediuntur ad seipsos, domum Israel.* Et quidem illud pronomen, *ad seipsos*, quod Lxx.& alii interpretati sunt, *sibi*, Vulgatus ad sensum respiciens, explicant aduerbio, *pompatice*, quod tanto cum fastu, ac pompa secummet graderentur inter Israelitas, vt usurpatum à gentibus ostentarent principatum. itaque principes illi populi, adeo celebres, nihil aliud magis quærebát, quam hominum satellitum, quo per mediam vrbem pompatice incederent, instar gẽtium principum, in quorum locum successerunt, vt explicat Iustinus M. cum hunc locum sic legit. *Væ qui delicus affluitis in Sion, & confiditis in monte Samaria. nominati in principibus Vindemiarunt primitias*, seu *principatus gentium, & ingressi sunt ipsi*, supple, *in eos*. Nam hi principes Israelitarum successerunt in locum principum terræ; ex qua Deus expulit gentes, vt filii Israel eam tribueret. & ita hi principes vituperantur, quod ingrederentur in Dei populum, vt principes gentium; de quibus dixit Christus discipulis suis Matth. 20. 25. *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Atque hic sensus lectioni Vulgati, cum Hebraica consentienti, magis est accommodus: nam per vituperium, vocat optimates, capita populorum seu principes gentium: quod eorum mores in principando, ad fastum & superbiam referrent: quam sensus Hieronymi, Remigii, Ruperti, Alberti, & aliorum. Væ ait, vobis optimates, qui estis capita populorum vestrorum, vt eis vestra prudentia consulatis: & in cætum populi Israel ingredimini lento gradu, imitantes fercula pomparum: vt tumorem animi corpus ostendat. alludit ad verba Ciceronis lib. 1. offic. dicentis. *Cauendum est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, vt pomparum ferculis similes esse videamur.*

Sensus. Sensus. omen micream osit. Sensus quus. Principum gentium pompa fugienda. 5. Sensus. Cicero.

5 *Transite.*] Mittit hos principes populi, quibus terra gentium olim data est ad habitandũ à Deo, vt considerent finitima regna, an feraciora sint, & ampliora, quam sua; vt ita vti ingratissimi coarguantur, quod obliti huius beneficii, idola colant, Deo benefactore despecto. Cumque hic sensus cõmunis sit Chaldæi, Hieronymi, Theodoreti, & ceterorum; solus Montanus putat captiuitatem his verbis denunciari: ac si dicat; Vos qui ita quieti, ac securi viuitis in Sion, & in Samaria, transibitis in Chalane Babyloniæ captiui, & in Antiochiam Syriæ; & in Geth Palæstinorum; & tunc experiemini quas delicias, quam feracem & amplam terrá reliqueritis; & quæ mala, quasve calamitates incurreritis. Sed quis non videt extortam intelligentiam? Cum Israel vltra Damascum, & vltra Babylonem; & Iuda vltra Syriam ducti sint captiui ab Assyriis; non in Syriam, aut Palæstinam: licet ibi aliqui latuerint. Solum ergo vult Deus, vt facta comparatione inter bona Israeli collata, & collata gentibus, referant Deo acceptum tantum beneficium: quæ est optima ratiocinii forma, vt Deo gratiores simus pro beneficiis nobis collatis.

1. Sensus vetus. 2. Sensus. Ratio optima.

6 *Chalane.*] Antiquissima vrbs, & inter primas primi orbis imperii celebrata, & à Nembroto primo Imperatore condita in Chaldæa. Nam Genes. 10. dicitur; *Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar.* nẽpe in regione Babyloniæ, vt aiunt Iosephus lib. 1. Antiq. cap. 5. & Hieronym. de locis Hebraicis. Est autem Chalane, quæ postea dicta est Ctesiphon, in Chalanitide regione, à Parthis condita, auctore Plinio lib. 6. cap. 26. nam Ctesiphontem dictam hoc loco ait Hieronymus & in traditionibus Hebraicis in Genesim: ... teque

Chalane vrbis antiquitas. Iosephus. Ctesiphon Plinius.

caput

Strabo. Ptolomæ. Seleucia.

caput regni Babylonici; vt aiunt Strabo lib. 16. Geographiæ;& Ptolom. lib.6. Geog.cap.1.Nam, vt eo loco ait Plinius;Seleucia, quæ cognominata est Babylonia, à Seleuco Nicanore condita est ad nonagesimum lapidem à Babylonia,ad ipsam exhauriendam. Cui proxima, ad tertium lapidem, ad Seleuciam exhauriendam, à Parthis est Ctesiphon ædificata in Chalanitide. Has tres ciuitates Traianus occupauit, vt refert Eusebius in Chronico anno Christi 106.

Eusebius.

7 *Emath.*] Hebraice חמת *hamath*, siue *Hemath, magna*,hoc loco dicta,& nusquam alias: quapropter factum est,vt occasio ex eo sumpta sit distinguendi eam ab altera minori *Emath*. Nam Hieronymus *Hemath magnam*, Antiochiam esse putat hoc loco, *magnam* dictam, ad distinctionem minoris *Emath*,quæ appellata est *Epiphania*,& *Emmas* ab incolis, corrupto vocabulo, in regione Rablatha, iuxta Edessam. Verum ex Scriptura vna tantum ciuitas Emath colligitur,quam condidit Amath, seu Amathæus filius postremus Chanaan,Genes.10.18. vt dicunt Iosephus lib.1. Antiquit.cap.7. & Hieronymus. in Syria Damasci,nam cum Damasco iungi solet; & ita Hieronymus de locis Hebraicis, *Emath*, inquit, *in Isaia Damasci ciuitas,quam oppugnauit rex Assyriorum : quæ nomen dedit regioni Emath, quæ post montem Libanum versus Euphratem extenditur*. Vnde *introitus Emath* dictus, quo per Libanum ibatur in Emath, prope Celesyriam, seu Aram Soba, quæ inter Libanum, & Antilibanum iacebat. Vnde 1. Paralip. 18.3.dicitur. *Eo tempore percussit Dauid etiam Adarezer regem Soba, regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium suum vsque ad Euphratem.* & vers. 9. *Quod cum audisset Thou rex Emath,misit filium suum ad Dauid, vt postularet ab eo pacem.* & 2. Paralip.8.3. *Abiit quoque Salomon in Emath Soba, & obtinuit eam, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Hemath.* & 4.Reg.14.28.de Ieroboam dicitur, quod *restituit Damascum, & Emath Iudææ in Israel.* Atque hæc est terminus terræ promissionis à parte Septentrionali,vt inferius dicemus. Hanc Hemath dictam postea Epiphaniam dixit Iosephus, & Hieronymus hic, & in Epist.119. ad Dardanum. & Quæstio.in Genesim. & lib.de locis Hebraicis; & cap. 4.in Ezech.& ita Aquila, auctore Procopio, vertit *Epiphaniam*. Sed & Hieronymus in Quæstio. super 10.Genesis affirmat; hanc quoque appellatam Antiochiam.& de locis Hebraicis, *Hemath Rabba*, hoc est, *Hemath magnam*, vt vocat Amos, dicit sibi visam vocatam Epiphaniam. Alias autem in ipsa regione Hemath sita erat Rebla, seu Reblatha,vt constat 4. Reg.25.6. & Ierem.39.5. quæ dicta est Antiochia, & Edidaphne, in qua Nabuchodonosor occidit filios Sedeciæ, eiusque oculos eruit. In ea primi vocati sunt Christiani, & Petri Cathedra primum collocata est. Atque hæc vna est Emath, modo magna dicta, ad amplificationem comparationis, non ad minoris distinctionem.Sed & Strabo libro 16.Geograph.pagina 711.Antiochiam facit Tetrapolim, ex quatuor ciuitatibus constitutam. primam Antigonus filius Philippi construxerat ; Alteram multitudo habitatorum: Tertiam Seleucus Callinichus : Quartam Antiochus Epiphanes, à quo Epiphania, sicut & Antiochia vocabatur. De Geth superius dictum est ; Getham vocat Plin.lib.5.c.19.Anthedonem alii, alii Aggripiam vocant.

Hemath vna eius descriptio. Terminus terræ promissæ. Epiphania & Antiochia dicta. Reblatha. Antiochia. Tetrapolis Antiochia.

Et ad optima.] Hebraica habent: *Num meliores præ regnis his si amplior terminus eorum termino vestro?* vt vertunt Pagni. Varab. & Robertus, vt sit sensus: Et diligenter considerate, num eiusmodi ciuitates meliores sint his,quæ sunt in regnis his,in quibus degitis? Montanus legit, *si meliora sunt regna horum,regnis vestris*; cœli temperie, solique felicitate, & natura, & ampliora, latioraque? At Vulgatus vertit, *& ad optima quæque regna horum*. quæ Septuaginta dixerunt; *Optimas, nempe ciuitates,ex omnibus regnis his*.quasi ex Hebr. transferas.*& ite ad optima præ regnis his*.id est, præter hæc, *lustrate optima alia quæque regna, meliora his, quæ attigimus.* Quocumque legas modo, vbertatem, felicitatem, & amplitudinem terræ à Deo populo illi datæ,præ aliis omnibus commendat;quo augeat populi in Deum ingratitudinem. Amplior autem erat terra illa comparata regnis modicis,quæ sub vna ciuitate claudebantur, vt erant rex Geth,& rex Emath, & similes.

Cõparatio auget terræ bonitatem

Qui separati estis.] Participium מנדים *menadim* 9
à verbo נדה *nadah*, quod est, *remouere, & auertere quippiam tamquam execrandum, & cum indignationis gestu a se amoliri*; actiue interpretantur Chaldæus cum ceteris Hebræis, Tigurina, Pagni. Varab. Isidorus,Montanus,& Robertus. Qui longe remouetis, vel reiicitis diem malum, & deprecationibus,& gestibus à vobis auertitis:& hoc modo vertit Vulgatus Isa. 66.5. *Dixerunt fratres vestri odientes vos,& abiicientes, seu elongantes, ac cum indignatione,& execratione auertentes propter nomẽ meum* Vt sit sensus : Qui remouetis à vobis diem malum captiuitatis,dicentes Prophetis, eos in tempora longinqua prophetare;nec venturum tempus vltionis, ne desistant peccare. At Vulgatus accepit passiue, *elongati, eiecti*, aut *separati in diem malum*;quia iam obnoxii erant,& addicti Dei iudicio, diei malo captiuitatis. Quem sensum etiam facit participium actiuum, *elongantes,reiicientes*, aut *separantes diei malo*, hoc est, qui vestris frequentibus iniquitatibus vosmetipsos elongatis, reiicitis, & separatis in diem malum captiuitatis. Quod dixerunt Septuaginta, *Venientes*,seu *qui venitis in diem malum*,quomodo intellexerunt Hieronymus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. impios illos propter suas iniquitates assiduas, quibus tamquam funibus sese implicabant, Dei iudicio damnatos iam fuisse diei calamitoso captiuitatis. Vt etiam intellexit August.4. de Doctrina Christiana cap.7.

Dies malus captiuitas. 1.Sensus. Sensus posterior. August.

Et appropinquatis.]Hanc clausulam cum præce- 10
denti legunt per antithesim Chaldæus, & priores illi recentiores interpretes hoc modo; *Remouetis à vobis malum diem captiuitatis,& propinquam facitis,seu admouetis sedem iniquitatis.* Auertitis à vobis deprecationibus,& indignationibus supplicium captiuitatis:cum tamen non disiiciatis sedem iudiciariam,in qua rapinis,& iniustitiæ studeris; cũ prius sint iniquitates amouendæ, deinde supplicium deprecandũ; quod illæ inducunt. Sunt qui ita explicent; *Separantes à vobis*, vel *separatis à vobis diem malum*; non captiuitatis, sed quemcumque laborem, vt illi Psalm. 72.5. *in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* & hoc

1. Sensus. 2.Sensus.

vt ob-

vt obtineant, quasi è sede iniquitatis omnes opprimunt,& spoliant, atque ita dormiunt in lectis eburneis,&c. bonus sensus,& sequentibus cohærens. Verum Hieronym. Augustinus, Remigius,
3 Sensus Albertus,Hugo,Lyra,& Dionysius,*solium iniquitatis* exponunt,solium Babylonici Imperii,in quo erant opprimendi.& nos addamus, solium Assyriorum,qui captiuos ducturi erant Israelitas; itaque iam damnati diei malo captiuitatis, propinquabant prope diem,oppressionibus,& iniuriis, quibus erant afficiendi ab hostibus; vt qui currunt in infernum, appropinquant solio iniquitatis Luciferi.

11 *Lasciuitis.*] Hebraice וסרוחים *vseruchim* à סרח *Sarach*,quod est extendere se, & luxuriari,seu superabundare ,quomodo Ezech.17.6. dicitur; *& germinauit,& fuit in vitem* סרחת *sorachath luxuriantem.*
1. Sensus. quod Vulgatus dixit, *creuit in vineam latiorem.* ita hic possumus transferre,*& superflui*, seu *redun-*
Lasciuia. *dantes*, aut *luxuriantes super stratu suo.* Et quidam quidem ad luxuriam corporis referunt, qua sese indecore extendebant in lectis: & ita vertunt ex mente D.Kimhi, Tigurina, Pagni. Vatab.& Rob. *indecore se distendētes*, vel *indecore distenti in stratis suis.* quo sensu dixit Chaldæus,*& summergunt se in stratis suis.* & Vulgatus; *& lasciuitis in stratis vestris*; & ante eos Septuaginta , *& affluitis deliciis in stratis vestris.* Hoc est, libidini indulgetis,& voluptatibus; vt exponunt Hieronymus, Augustinus, loco dicto, Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo,
2. Sensus. Lyra,& Dionysius. Ast idem Dauid Kimhi, Montanus, & Robertus intelligunt de superfluitate, & amplitudine ornamentorum, quod superflui essent super cubilibus suis; nam stragulis vestibus amplissimis, & vndequaque pendentibus, valde preciosis cubilia contegebant; quod ad luxuriam,& lasciuiam etiam spectat:nec enim hic sermo est de Venerea libidine in lectis exercita, sed de deliciis ambitiosis, quibus redundabant, usq; ex rapinis innocentum & pauperum, vi, doloque congestis,& tapetibus & stragulis vestibus coemptis: quo medio ad lasciuias, & luxuriam illam inducebantur. Itaque & hunc sensum Vulgatus voluit exprimere, qui magis consonat iniquitati, de qua illos principes increpat Amos; quod ex inique raptis illi lasciuirent, & luxuriarent. quibus multos similes, aut pares nunc inueniri, dolendum.

12 *Armenti.*] Hebraice מרבק *marbek*; est autem lo-
Saginariū. Varro. cus, vbi vituli saginantur, qui Latine dicitur *Saginarium*; ait enim Varro lib.3. de re rustica cap.10. pullos anserum includunt in saginario. in quo femina illa incantatrix 1.Reg.28.24. *habebat vitulum pascualem in domo.* Hebr. *vitulum saginary.* Tigurina dixit, ex *chorte*, Pagni. *de medio pascuæ pinguis.* quod Septuaginta dixerunt, *& vitulos lactentes de medio armentorum*; hoc est, selectos è grege agnos, & vi-
Carpitur luxus. tulos selectos ex armentis. recte illorum depingit luxuriem, & vetus nostri temporis intemperantiam in conuiuiis principum quotidianis.

13 *Qui canitis.*] Hebraicum, הפרטים *hapertim*; *Qui particularizant modos ad os Nebel.* signat. hoc est, qui variis modis inflectitis vocem cum nablum, aut chordam pulsans, quia scilicet minutis temporum sectionibus, & modulis crebrioribus auium garritus imitarentur, versiculos, rhythmosque canentes, qui res amatorias, iocosasque

A continerent. Ita exposuit Dauid Kimhi. Qui aperiunt, aut minute concidunt cantiones suas, hoc est, vocibus minutim concisis, & sono vibranti, atque frequentato, ad concentum Nebel accinunt. Vel qui obseruant singulos tonos in cantu — Cātus modulatus carpitur.
secundum musicam Nebel, ita vt non videatur similis vnus tonus alteri in modulatione. Aut qui — Nebel.
perite canunt suam cantici partem , ita vt vox vnius non sit similis voci alterius, *que llenan su voz enel choro.* Hoc est, canere ad vocem psalterii. Est autem Nebel, musicum instrumentum duodecim tonos, modulosque habens, & tractatus digitis, auctore Iosepho lib.7. Antiq. cap.12. inuentumque fuit à Iabul, *qui fuit pater canentium cithara & organo.* Taxat studium illorum in musicis — Iosephus.
B addiscendis, & concinendis, & adinueniendis instrumentis ad suas delicias; qualia Dauid adinuenit ad cultum Dei. quod Septuaginta nescio quamobrem dixerunt, *Quasi stantia putauerunt,& non quasi fugientia*, quia perpetua hæc existimabant; non considerantes fluxum eorum statum, & instabilem.

Contritione Ioseph.] Decem tribuum calamitatem non dolebant,& nec curabant auertere mutatione vitę primates illi calamitatem autem putant Hieronymus, Remig. Albertus, & Hugo, quam subditi patiebantur, ex oppressionibus,& iniuriis, sed in cruore suo perire sinebant, dummodo ad delicias suas nihil deesset. Verius videtur loqui Propheta de communi totius populi — 14 Prior sensus. — Sensus verior.
C calamitate, & regni exitio per hostes Assyrios propediem adducendo; quod principes illi facile possent amoliri, si deliciosam viuendi rationem mutassent, & pauperum compaterentur,& exemplo illis fuissent recte viuendi; vt videtur Theodoreto, Lyræ, Dionysio, Vatab.& Montano. Quapropter subiicitur; *nunc migrabunt in capite transmigrantium*; quia noluerunt cum tempore lasciuiæ valedicere.

Et auferetur.] Hebr. *& declinabit:* vel *recedet*, aut *& veniet*, aut *appropinquabit:* מרזח *Seruchim*: significat aūt nomen *Mirzach luctum*, vt ex Dauide Kimhi, Pagni. Vatab.& Robertus afferunt, vt sit sensus. Et appropinquabit, ac veniet luctus se extendentium in lectis, de quibus supra dictum est. At — 15 — 1. Sensus. — 2. Sensus.
D Chaldæus,& R.Salomon accipiunt pro cōuiuio: nempe pro conuiuio exequiali, aut cæna funebri vt vertit Vulgatus Ierem.16.5. cum dixit; *ne ingrediaris domum conuiuy, neque vadas ad plangendum*; & explicat Hieronymus in Commentario; imo Septuaginta ibi verterunt *thiasum.* qua ratione hoc loco vertit Tigurina, *nunc recedet conuiuium luxuriatorum*, seu *lasciuientium*; nam hic est illud participium *Seruchim*, de quo locuti sumus numero 11. & ita accipiendum vt diximus. Qui vero ad conuiuium conueniunt, & ex condicto iunguntur, & sub eodem symbolo, ac tessera conuiuunt, & consociantur, facto merito dicuntur, dissoluenda per hostes Assyrios qui in diuersas illos dispergent regiones. Septuaginta hanc sententiam — Lasciuientium factio dissoluenda.
E longe aliter verterunt. *& auferetur hinnitus equorum ex Ephraim.* sed sensum expresserunt, quod luxuria Israelitarum, & fortitudo Ephraitarum, quæ summa erat, instar equorum, erat per Assyrios auferenda,& edomanda.

Ciuitatem.] Hebraice, *ciuitatem, & plenitudinem eius*, hoc est,& omnes eius habitatores. Sicut no- — 16 Iacob decē tribus.

mine

mine *Iacob*, vt etiam *Ioseph*, & *Ephraim* intelligit decem tribus, vt indicat Theodoretus: ita nomine *ciuitatis* accipiunt Hieron. Remig. Hugo, & Dionys. Samariam metropolim decem tribuum, in qua erant constructa palatia, quæ Deus oderat propter lasciuiam, & superbiam optimatum in eis habitantium, contra quos hactenus locutus est. Verum iidem volunt nomine *Iacob* intelligi duodecim tribus, & *ciuitatē* accipiunt Ierusalem per Chaldęos, aut Romanos subuertendam; Aut certe vt Remig. & Lyra, singulare nomen ciuitatis accipit pro plurali: nam comminatur Deus se hostibus traditurum ciuitates cū habitātibus eas.

Ciuitas.
Samaria.

17 *Et comburet.*] Vniuersa hæc sententia sic habet ex Hebræo. *& erit, si remanserint decem viri in domu vna morientur, & tollet singulum eorum patruus suus,* ומסרפו *vmsarpho, vt educat ossa de domo, & dicet ei, qui erit in lateribus domus; Num mortui adhuc tecum sunt? & dicet, finis est.* Vbi nomen מְסָרֵף *Mesaraph*, *auunculum, matris fratrem* significare, asserunt Hebræi; quamuis nullum afferant exemplum Scripturæ, & ideo hic Tigur. Pagninus, Vat. & Rob. transferunt, *& auunculus suus*, quod videlicet frater patris & matris, pro ratione sanguinis, curent mutui consobrini, aut compatruelis sepulturam. Communior tamen ac verior intelligentia est, vt sit participium verbi שָׂרַף *Saraph comburens*, aut *incendens*; vt ס *Samech* sit positum pro שׂ *Sin*, & ita videtur omnibus fere magistris Hebræorum, & Chaldæo, qui dixit: *& tollet eum ab incendio propinquus eius ad efferendum*: in quo significatu accepit Vulgatus, cum vertit, *& comburet eum, vt efferat ossa de domo.* Atque ipsa necessitas efferendi ossa de domo cogit nos intelligere prius cadauera combusta ad fætorem vitandum.

Ratio sermonis.
Vera lectio & intelligentia.

18 *Et non recorderis.*] Hebraice, *& dicet, tace, quia non ad recordandum in nomine Domini.* Nempe propinquus, patruus, aut auunculus dicit ei, qui responderat neminem domi iam superesse, & idcirco amare flebat suam solitudinem conticesce, ne fleas quia non ad recordandum, vel commemorandum, vel commonefaciendum in nomine Iehouah. Quæ verba variis modis expositores interpretantur. Nam Hieronym. Remig. Albertus, Hugo, & Dionysius putāt esse propinqui excandescentis; qui subodorās velle alium iureiurando affirmare, nullum apud se esse reliquum, continet illum. Tace, inquiens, ne assumas nomen Dei in ore tuo nec recorderis eius: adeo enim obliuioni tradiderant nomen Domini, vt nec malorum, mortisque necessitate compulsi illud vellent audire. Secundo, quia solebant in lamentationibus nomen Domini commemorare. Tace, ait, & non Dei nomen cōmemores, quia idololatræ, quales nos sumus, non licet in ore habere Dei nomen. Et hunc sensum habet Hieron. cū inquit, *Tace, quia indigni Dei nomine iudicamur*, & Vatablus. Tertio, Isidorus hunc affert sensum: Tace, ne sciant hostes in quantis malis versamur, quod desiuimus esse memores numinis Domini. Quarto, Ruffinus exponit, tanto Dei illos concussos terrore fuisse, vt malorum magnitudine pressi vererentur Dei nominis recordari, ne vel ipsa nominatio motum aliquē excitaret. Quinto, Lyræ videtur verba esse hominis impatientis, qui indignatus nolit memoriam Dei fieri, qui ea mala intulisset, cum vere alias quicumque lamentantur, Deum nominent suarum auctorem calamitatum, vel conquerēdo, vel deprecando. Vnde subditur; *Quia ecce Dominus mandauit hæc.* Sexto, Chaldæus, & ex Hebræis Lyra, hæc dicta putant de ipsis mortuis, quos lamentari prohibet propinquus, quod ipsi suę mortis causa fuissent, dum in vita obliuiscerentur nominis Dei. Vnde sic ait Chaldæus. *Remoue, quandoquidem dum vita fruebatur, in nomine Domini non preces fundebat.* hoc est, ne cures de eorum mortuorum sepultura, vt ait Lyra, qui dum viuerent non recordabantur nominis Domini. Septimo, optimus sensus est, quem affert Montanus, vt hæc sint verba Dei, seu Prophetæ, quibus quasi Epiphonemate concludat, ex labore posito in sepeliendis mortuorum cadaueribus, & ex solitudine, & angore, quo tenendi essent, adeo cum trepidatione, & tumultu laborem augendum, atq; adeo, præ metu, & solicitudine eorum mentem impediendam, & opprimendam fore, vt vnicum, quod in miseris rebus solet esse perfugium diuini nominis inuocatio, id illis deliciosis, petere nō veniat in mentem. Quod iis frequenter accidit, qui pœnitentiam ad extremum vitæ halitum differunt: quando neque charissimorum, neq; Dei ipsius, quem à se dum viuerent, abālienauerant, recordari fortasse liceat. hoc est, quod dicit propinquus lamentanti: tace, ne fleueris, nam tunc certe, ait Propheta, nec tempus ad recordandum nominis Domini, vel ad postulandam veniam peccatorum, & à supplicio liberationem, suppetet; tanta omnes obruet calamitas, & afflictio. cui sensui Vulgati lectio potest sic accōmodari; & tunc nō vacabit, aut non licebit recordari nominis Domini. Quia Dominus adducet Assyrios, & percutient vos.

Expositio 1.
Expositio 2.
Dei nomen reuerenter assumendū.
Expositio 3.
Expositio 4.
Expositio 5.
Expositio 6.
Expositio 7.
Angor impœnitentium.

19 *Ruinis.*] Hunc locum omnes fere interpretes exponunt de duobus regnis, maiore Israelis, & minori Iudæ; sic Chaldæus, Hieron. Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus. & illud ait percutiendum ruinis, vt nequaquam possit reparari, quia omnino deletum est, at hoc tantum scissionibus, quæ possint resarciri; atq; adeo post 70. annos est instauratum & hoc significat distinctio ruinarū, & scissionum; quam explicuit Chaldæus, cum dixit, *& percutiet regnum magnum percussione forti, regnum vero minus plaga remissiori.* Verum si consideremus significatum duorum illorum nominum Hebręorum, inueniemus non illam distinctionem in eis indicatam. Nam nomen רסיסים *resisim, guttas, stillas*, aut *rimas, quæ illic fiunt distillationibus*, notat, quas alii *contritiones*, LXX. & Vulgatus *ruinas* vocarunt alii *fractiones*. vnde Can. 5. 2. dicitur, *caput meum plenum est rore, & cincinni mei resisim guttis noctium.* At nomen בקעים *bekihim scissiones*, seu *scissuras* significat, aut *discissiones impetu factas, & irruptiones*; quomodo mare dicitur scissum, & ciuitas, vt Isaiæ 22. 9. *& scissuras domus Dauid videbitis.* hoc est, rupturas murorum, & arcis Dauidis Sionis dissectiones machinis bellicis hostium factas: maiores autem esse, & grauiores discissiones, & diruptiones factas machinis bellicis, quam guttarum assidua distillatione quis non videat? Igitur Vatab. & Robertus de terreis domibus exponunt Samarię quæ terræ motu rimas agerent, ac discinderentur domus tam magnæ, quam paruæ. At certe videtur loqui de domibus Samariæ magna familia

1. Sensus communis.
Ratio verborum.
2. Sensus.

maioribus, & parua minoribus: quarum maiores singillatim essent euacuandæ habitatoribus, & ita familiæ conficiendæ, vt solent domus magnæ guttis sæpe cadentibus rimas agere, ac ruinas. At paruæ, quia paucos habent habitatores, vnum, aut alterum, & vno impetu hostium solent simul perire, dictæ sunt percuti scissionibus, & irruptionibus. Hunc sensum verba antecedentia nobis offerunt, quorum hic ratio redditur illa rationali coniunctione. *Quia ecce mandabit*, &c. Nam cum comminatus fuisset Deus se traditurum hostibus ciuitatem cum habitatoribus, cuius domos fuerat detestatus; adiunxit, omnes vnius domus habitatores, vel peste, vel fame, vel infirmitate ex labore, aut ictibus contracta paulatim perituros; & domum illam cessaturam. sic ait; contingет omnibus domibus; quia Dei iussu, quæcumque magna domus, quasi rimis paulatim factis, destruetur: & quæcumque parua domus discinderetur, & subuerteretur citius, paucis eius habitatoribus pereuntibus: ita enim solet Deus superbas domos, plenas delicijs, calamitate, aut infirmitate immissa, vacuas reddere.

20 *Currere.*] Ex Hebræo sic habet hæc sententia *An current in petra equi: si arabit in bobus? sup. arator.* Duo impossibilia proponit, seu difficilia, quæ in re rustica fieri nequeunt; vt inde exaggeret delictum Israelitarum, qui, quod vitæ ciuili, & Reipublicæ repugnet ipsi effecerunt. interrogatio autem, responsionem negantem postulat. Sicut impossibile est, & rationi repugnans, vt equus per petram currat: & vt boues in petra ipsa arent: ita repugnat rationi quod vos facitis, amaritudine replentes innocentes, iudicando iustam eorum causam tamquam iniustam: & iustitiæ fructum, quem reportare debebant ex vestris subsellijs, nempe res suas, illis eripitis, & idcirco eos amaricatis. Sic hunc locum exponunt Lyra, Vatab. & Robertus, & bene: nam illi præpostero ordine faciebant in iudicio, vt qui equis currunt, & bobus arant in petra.

1. Sensus.

Sed Hieronymus, & qui eum sequuntur, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, boum similitudinẽ in eo constituunt, quod sint indomiti, nam bobus, aut bubalis nemo dubitat arare, sed quod repugnat est, arare bobus, aut bubalis indomitis, cum tamen in Hebræo duo verba vno ablatiuo, *in petra*, regantur, quia sicut repugnat equum currere per petram, ita repugnat aratori arare per petram. Deinde intelligunt amarum factum dulce iudicium Dei, & fructum iustitiæ, quem exercet in homines; cum tamen sæpius viderimus intelligi hic Prophetam in Magistratus, & iudices iniuste suo munere fungentes.

2. Sensus

Montanus affert aliam intelligentiam difficilem. Putatis, ait, vestras vrbes adeo munitas esse, vt impossibile ducatis eas aucrti ab hostibus, non minus quam est impossibile equum super petram currere, & bouem arare. At certe illud non est ducendum impossibile, cum vos aliud impossibile præstiteritis, vestris sceleribus causam dando, cum conuertistis æquitatem iuris in fel; & pacem, quæ est opus iustitiæ, in absynthium. Verum non est necesse per tot anfractus sensum verborum eruere: primus sensus facilis, ac planus est, & verus.

3. Sensus.

21 *In nihilo.*] Hebraice, *in non* דבר *dauar, In non verbo*, quod dixerunt LXX. *in nullo verbo bono.* Alij, *in non re*, quod est in nihilo, & Symachus dixit ἀλόγως *frustra, & absque ratione*: nam lætabantur, hoc est, confidebant in re nihili, & vana. quod statim explicatur, cum dicitur; *qui dicitis, numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* Hoc est, nonne industria nostra peperimus nobis has vires, & has opes, quibus nos tueamur, & hostes nostros inuadamus? Cum tamen hæc omnia sine Deo nihil sint, in quo pugnandum, ac vincendum. Psalm. 43.6. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.*

Superbia punita.

22 *Gentem.*] Israelitarum inani confidentiæ sese opponit Deus, qui superbis resistit, vt humilibus det gratiam; & comminatur se confracturum vires, & confidentiam debilitaturum, misso exercitu, qui omnia deuastet. Sed dubium est quam gentem dicat se suscitaturum Deus? Communis expositio est comminari Deum vtrique regno decem tribuum, & duarum quas omnes comprehendit nomine *domus Israel*, atque in vtrasque excitaturum, primum Assyrios deinde Chaldæos; sic Hieronym. Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Montanus. idque fit certis terminis assignatis, ab Emath, vsque ad torrentem Ægypti, qui erant termini totius terræ promissæ; Emath à parte Septentrionali, & torrẽs Ægypti à parte meridiana versus Occidentem. Vnde 1. Paral. 13.5. dicitur. *congregauit Dauid cunctum Israel à Sihor Ægypti vsque dum ingrediaris Emath.* & 2. Paral. 7.8. *fecit Salomon solennitatem septem diebus, & omnis Israel cum eo, Ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad torrentem Ægypti.* Ergo contra duodecim tribus minas hic intentat Deus.

1. Expositio.

Theodoreto nihilominus, Vatab. & Roberto videtur verius loqui Prophetam tantum contra decem tribus, & comminari exercitum Assyriorum, qui vniuersam terram Israel deuastet, quantamcumque obtinebant ab Emath vsque ad riuum Ægypti: legimus enim 4. Reg. 14.25. de Ieroboam rege Israel, cuius tempore loquebatur Propheta. *Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsque ad mare solitudinis.* Hoc est, vsque ad mare salsissimum, quod mortuum dici solet, & lacus Asphaltitis: estque terminus meridianus terræ promissæ versus Orientem; sicut riuus Ægypti versus Occidentem. Videturque Propheta contra confidentiam Israel, quam conceperat ex fortitudine Ieroboam, hæc protulisse, nam de illo vlterius dicitur. *Saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas. Reliqua autem sermonum Ieroboam, & fortitudo eius, qua præliatus est: & quomodo restituit Damascum, & Emath Iuda in Israel; nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* Huic se opponit Deus per Prophetam. Ecce ego adducam Assyrios, qui deuastent omnem terram Israel ab Emath, vsque ad mare solitudinis, versus Meridiem; & vlterius progredietur vsq; ad riuum Ægypti; & tunc constabit infirmitas Israelitarum, cum videant se non posse resistere. De Emath diximus supra num. 7. & de Sihor, seu torrente Ægypti super cap. 2. Ieremiæ num. 20.

2. Expositio.

Confidentia Israelis reprimitur.

AMOS PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

Hoc ostendit mihi Dominus Deus in spiritu. Ecce eo tempore, quo serotina pluuia incipit terram influere, vt herbæ germinantes ad perfectam veniant maturitatem, cum, postquam semel detonsa esset herba luxurians ad alimentum equorum regiorum, decidentis pluuiæ vi repullularet, [1] vide Deum magnam locustarum copiam præparantem, quę simul aggressæ sunt consumere omnem illam herbam, quæ repullulauerat. Quam cum tam absumptam viderem, intelligens mihi a Domino significari, postquā Israelitarum res grauiter fuissent protritæ, & pene consumptæ per Benadab regem Syriæ, virtute Ieroboam fuisse instauratas, & Phul regem Assyriorum cum exercitu, locustarum instar, venturum contra Israelem, & illam felicitatem restitutam dissipaturum: compatiens populo Israeli, conuerti me ad preces, & aio. Domine Deus propitius esto obsecro populo tuo, nam si ad hanc [2] paruitatem reducendus est, qualem mihi ostendis, quis eum poterit erigere, & ad pristinum statum reducere? Dominus ergo meis precibus placatus, reuocans latam sententiam, dixit: non mandabitur executioni id quod vidisti. Nam licet rex ille veniat, contentus mille argenti talentis, quæ soluet illi Manahem, intacto Israele in terram suam redibit.

Rursus hoc mihi ostendit Dominus Deus. Ecce vidi Deum [3] vocantem Regem Assyriorum Teglathphalasarem, qui puniret Israelem igni furoris sui, & venit quidem vocatus, & absumpsit, & captiuum duxit multum populum Ruben, Gad & dimidiæ tribus Manasse, quæ in profundiore terra trans Iordanem morabantur, simul etiam partem illam populi, quæ erat citra Iordanem, Zabulon, Aser, & Nephthali. Sed tunc etiam ad orandum Deum me abieci, dicens; Domine Deus quiesce obsecro, ne vlterius progrediatur furor tuus. nam si vlterius hostis procedat, quis in pristinum statum restituet Israelem, qui paruus, & numero, & robore, ea tanta clade remanebit? Meis precibus ad misericordiam conuersus Dominus, dixit: & in hoc audiui te, hoc malum non vltra grassabitur, si voluerint resipiscere.

Hoc insuper ostendit mihi Dominus. Ecce Dominus sese mihi obtulit [4] stantem super murum calce illitum, & habentem in manu trullam, quasi volentem superlinire illum, instar cæmentarii. & ait ad me; quid tu vides Amos? & respondi: trullam. Et dixit Dominus ad me, explicans quid vellet significare. Ecce iam ferre non valens peccata Israel, ego deponam trullam protectionis meæ, qua protegere soleo omnem Israelem, sed eum deseram tandem, & in manus tradam Salmanasaris regis Assyriorum, qui penitus delebit regnum Israel, destruetque omnes [5] excelsos montes, in quibus idola colebat, & [6] delubra omnia vastabit; & contra [7] familiam Ieroboam gladio insurgam, cum filium eius Zachariam tecero interimi. Quæ omnia, vt audiuit Amasias princeps sacerdotum Bethel, misit nuncium ad Ieroboam regem Israel, qui ei diceret. Coniurauit contra te Amos in oculis totius populi: & in frequentissimo loco Bethel; & nisi tempestiue obstiteris ei, omnis populus dictis illius sermonibus concitatus, aduersus te, ac nos insurget: palam enim ait: gladio interibit Ieroboam, & Israel certissime abducetur captiuus de terra sua. Cum vero rex cunctaretur respondere, adortus beneuole Amos, quasi paci prospiciens, dixit ei Amasias. Propheta cede hinc, & redi in terram tuam Iudam ibique [8] vitam age rebus tuis contentus, & prophetabis, hic autem ne vltra prophetes in Bethel, ne irrites regem, cuius est hoc [9] sanctuarium, & domus regia. Sed Amos zelo Dei plenus, intrepide dixit Amasiæ. Ego ex instituto meo [10] Propheta non sum, nec a patre iure id accepi hæreditario, meum vero institutum est [11] armenta pascere [12], vellicando sycomoros. Inde tamen assumpsit me Deus ducentem gregem, ac dixit, vade, & vaticinare contra populum meum Israel. illi ergo obediendum est magis quam tibi. Idcirco tu qui mihi [13] prophetanti resistis, audi comminationem Domini. [14] Vxor tua in ciuitate scortabitur, ab hostibus coacta, filii tui, ac filiæ gladio interibunt; possessiones tuas hostes funiculo mensorio partientur, & tu in terra Assyriorum, idolorum cultu polluta morieris: & vniuersus Israel de terra sua captiuus migrabit.

CAP. VII.

Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce [1] fi- i
ctor locustæ in principio germinantium serotini
imbris, & ecce serotinus post tonsionem regis. ‖ Et fa- 2
ctum est: cum consummasset comedere herbam terræ, di-
xi: Domine Deus propitius esto, obsecro: quis suscitabit Ia-
cob, [2] quia paruulus est: ‖ Misertus est Dominus su- 3
per hoc: Non erit, dixit Dominus. ‖ Hæc ostendit mihi 4
Dominus Deus: & ecce [3] vocabat iudicium ad ignem
Dominus Deus: & deuorauit abyssum multam, & come-
dit simul partem. ‖ Et dixi: Domine Deus quiesce, obse- 5
cro: quis suscitabit Iacob: quia paruulus est? ‖ Misertus 6
est Dominus super hoc: sed & istud non erit, dixit, Domi-
nus Deus. ‖ Hæc ostendit mihi Dominus: & ecce Domi- 7
nus [4] stans super murum litum, & in manu eius trulla
cæmentarii. ‖ Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides 8
Amos? & dixi: trullam cæmentarii. Et dixit Dominus.
ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non
adiiciam vltra superinducere eum. ‖ Et demolientur 9
[5] excelsa idoli, & [6] sanctificationes Israel desolabun-
tur: & consurgam [7] super domum Ieroboam in gladio.
‖ Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem 10
Israel dicens; Rebellauit contra te Amos in medio domus
Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius.
‖ Hæc enim dicit Amos: in gladio morietur Ieroboam, & 11
Israel captiuus migrabit de terra sua. ‖ Et dixit Ama- 12
sias ad Amos. Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda:
[8] & comede ibi panem, & prophetabis ibi. ‖ Et in Be- 13
thel non adiicies vltra vt prophetes: quia [9] sanctifica-
tio regis est, & domus regni est. ‖ Respondítque A- 14
mos, & dixit ad Amasiam: [10] Non sum Propheta, &
non sum filius Prophetæ: sed [11] armentarius ego sum,
[12] vellicans sycomoros. ‖ Et tulit me Dominus cum se- 15
querer gregem; & dixit Dominus ad me: Vade, propheta
ad populum meum Israel. ‖ Et nunc audi verbum Do- 16
mini: Tu dicis, non prophetabis super Israel, & [13] non
stillabis super domum idoli. ‖ [14] Propter hoc hæc dicit 17
Dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filii tui, &
filiæ tuæ in gladio cadent; & humus tua funiculo metie-
tur: & tu in terra polluta morieris. & Israel captiuus mi-
grabit de terra sua.

ARGVMENTVM.

Tribus visionibus à Deo ostensis docet Propheta sibi significatum populum Israeliticum paulatim ab hostibus vastandum, quousque tandem penitus intereat, atque id denunciat sacerdoti Amasiæ sibi resistenti.

COMMENTARIVS.

1 **F**ictor.] Oportet primo in componendis textus interpretibus immorari; deinde significatum huius spectri trademus. In primis prima Hebræa dictio יוצר iotser, vel est participium præsentis temporis, *formans locustas*, vel *plastes*, aut *fictor locustarum*; qua ratione acceperunt Vulgatus, Pagninus, & Montanus. Potest etiam esse nomen significans formationem, seu creationem locustarum; & hoc vel actiue, quia videbat Amos quomodo formabat Dominus locustas. & ita accepit Chaldæus cum vertit, *& ecce creatio locustarum*. Vel passiue pro copia locustarũ formata; & hac ratione acceperunt Septuaginta cũ dixerunt, *ecce fœtus locustarũ*, & Tigurina cũ vertit, *ecce examen locustarum*. vel secundum alios, *collectio*, seu *congregatio locustarum*. quæ significata in idem recidunt: nam vidit Amos Deum formantẽ copiam locustarũ, & vidit ipsas locustas formatas. Nomẽ deinde גֹּבַי, quod est idem quod גּוֹבִים gobim, & omnes transferunt *locustarum*. Solus Montanus qui deducit à radice גָּבָה gauah *exaltare*, aut *debitũ exigere*, transfert, *fingẽs exactores*. Est & tertium nomen לֶקֶשׁ lekes, quod Dauid Kimhi, Tigur., Pagn. Vat. & Isidorus herbam serotinam dicunt significare, eam videlicet, quæ post primã graminis luxuriantis sectionẽ, in culmos, & spicas succreuit, nondũ tamen maturuit: quo tempore maximum damnum illis locustæ afferre poterant. Vel cordum fœnum, seu autumnale, quod Autumno secatur, ad differẽtiam fœni vernalis, quo equi gaudent; cum oues autumnali pascantur. Sed Vulg. Hieron. & Mont. acceperũt pro pluuia seu imbre serotino, qui extremo decidit Aprili, ad frugum maturitatem, vt grana turgescant, & maturescant cum iam in culmos, & spicas succreuerint. Et quidem ex Hebręo ad verbũ sic habet hæc visio. *Hoc videre fecit me Iehouah, & ecce formator locustarũ, in principio ascendere serotinũ, & ecce serotinum post tonsiones regis.*

Rario sermonis.

Formatio visionis.

Quæ verba Vulgatus, per serotinum accipiens imbrem, sic transtulit: *Ecce fictor locustæ, in principio germinantium serotini imbris, & ecce serotinus post tonsiones regis.* Hoc est. Vidi Dominum formantẽ copiam locustarũ eo tẽpore, quo herbæ, ac segetes luxuriantes ascendebant, succrescebant, aut germinabant, expectantes imbrem serotinum quo grana spicarum turgerent, & maturescerent: quæ herbæ cum detonsæ essent ad vsum equorum regis, ecce serotinus imber decidit, quo repullularunt, & spicas produxerunt, ac tunc locustæ illæ inuolarunt in eas, & depastæ sunt; & cum videret Amos herbam vniuersam locustas illas consummasse, cõuersus est ad preces. hic videtur germanus sensus huius visionis, quem voluit exprimere Vulg. Sed Hieron. tam in textu suo quam in commentario, alio modo vertit. *Et ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce post serotinũ tonsor regis.* ac sic intelligit. Vidit Amos Deum fingentẽ multam locustam, quæ venit in principio serotini, quando cuncta virent: hanc autem locustam, quæ primo vere volitabat post imbrem serotinũ, secutus est tonsor regis, bruchus innumerabilis, qui cuncta vastauit. Cumque bruchus consummasset herbã terrę, ad preces se conuertit Propheta. itaque constituit locustas depascentes herbas luxuriantes, in principio imbris serotini; deinde post imbrem serotinum, quo repullularunt; bruchum, qui omnem herbam consummauit. Sed qui sequuntur Hebræos per *serotinum* herbam accipientes, sic transferunt. *Et ecce fictor locustarum in principio, quo ascendebat herba serotina, & ecce herba serotina, ascẽdebat post tonsiones herbarum, quas fecit rex.* & Vat. quidem, ac Rob. per *herbam serotinã* accipiunt fœnum cordũ, seu autumnale, quod repullulat tunc, postquã semel detonsum est tẽpore vernali, ad alimentum equorum regiorum. ac in hanc herbam inuolauit locusta, quã finiuit comedere. Alii vero ius *serotinam herbam* intelligunt segetem, quæ post primam graminis luxuriantis sectionem, in culmos, & spicas succreuit, nondum tamen maturuit; nam tunc post detonsionem illius graminis luxuriantis, quæ regi ad alenda pecora cedebat, locustæ inuolarũt in fruges succrescentes. Hoc modo accepta visio nostri Prophetæ, eodem modo continetur in translatione Vulgari, quo in translatione recentiorum. Nam locustæ fictæ à Deo, & paratæ initio germinationis, post detonsas herbas equis regiis, dum imbre serotinu succreuissent iterũ: inuolarunt in eas, & omnino eas depastæ sunt. Restat nunc videre qd hac visione fuerit Prophetæ significatũ.

Visio iuxta Hieronymum.

Visio iuxta recẽtiores

In primis Lyra, Vat. Isidor. Robertus, & Mont. volunt hac visione significatam, Prophetæ sterilitatem, & famem futuram ex corrosione locustarum detondentium herbam, ac segetes, quæ succreuerant, & assurgere cæperant in culmum, & spem ingenerauerant felicis anni: quo Propheta magis doleret de malo futuro. Cum autem videret stragem, rogauit Dominum: qui misericordia motus reuocauit decretum suum, & non executioni mandauit visum, quod ostenderat. Verũ per locustas exercitũ significari, & per sectionem succrescentium herbarum, & consumptionem, populi stragem, & vastitatem, communis habet aliorũ interpretum, & grauissimorum doctorum consensus, Hieron. Theod Remigii, Haymonis, Alberti. Ruperti, Hugonis, & Dionysii. Idque cõstat, quod metu vastitatis populi contendebat Propheta illum ad pœnitentiam reuocare; non ea vastatione prædiorum regiorũ, quorum herbas detonsas, & pullulantes deuorarũt locustæ. Vnde de vniuerso populo subiecit Propheta, *propitius esto quæso, quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?* quia ceciderat.

Visionis 1. Expositio.

Refutatio.

Secundo igitur, Hieron. Theodor. Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. volunt significari illa visione duos reges, vnum Assyriorum Sennacherib, qui cum exercitu locustarũ deuastauit terram Iuda, vsque ad Ierusalem, & magna clade accepta per Angelum aufugit infelix in terram suam, vt legimus 4. Reg. 19. Alterum Chaldæorum regem Nabuchodonosorem; qui veluti bruchus venit in Iudæam, & cõsummauit omnia postquam sese populus refecerat, vti herba serotino imbre, à priori strage, facta per regem Sennacherib. Rupertus tamen, & alii vtrumque regem Assyrium exponunt Salmanasarem, qui venit cũ suo copioso exercitu, locustarum instar, quarto anno Ezechiæ, contra decem tribus, & penitus vastauit, & in terram suam transtulit, 4. Reg. 18. & hoc cum incipiebant se reficere, & augere, à cladibus per superiora secula perlatis. Post quam regis Salmanasaris tonsionem, & vastitatem, cum populus Iuda repullularet serotino imbre demis-

Expositio 2.

Sennacherib.

Nabuchodonosor.

so sub

so sub Ezechia; venit alter rex Assyrius Sennacherib, & cũ vniuersam Iudæam consumpsisset; relicta sola Ierusalem, precibus S. Prophetę misertus Dominus reliquiarum Israel nempe duarum tribuum, quę superérant; per Angelum suum maximam cladem intulit eius exercitui, 4. Reg. 19. & ipse timore perculsus in patriam refugit, & mãsit

Refutatio.

incolumis Iuda cũ Rege suo Ezechia. Hęc explicandi ratio, quatenus de Iudę vastatione, siue per regẽ Assyrium, siue per Babylonium facta, visionem exponit, non videtur conuenire menti Prophetæ, qui tantũ loquitur contra Israelem, & de eius extrema vastatione, vt ex toto capite cõstare potest. Primum; quia missus est à Domino ad prophetandũ in terra Israel, ad ipsum Israelẽ; vt quidem prophetabat, & in Bethel loco sanctificationis Ieroboam; vnde Amasias suadebat ne prophetaret in Israele, sed abiret in Iudam, vt ibi prophetaret. Deinde quia in tertia visione manifesto cõminatur exitium Israeli, & loco idololatriæ, & regi Ieroboam. Ergo in duabus prioribus de eodẽ loquitur Israele. Tertio, quia post duas visiones, orãte Propheta, misertus est Dominus Iacob, & dixit, nõ inflicturũ malum, quod minatus fuerit illis visionibus. At per reges supradictos, Salmanasarẽ, & Nabuchodon. omnino vastauit decẽ tribus Israel, & Iudam, & per Sennacherib magna ex parte; ergo Deus nõ adimpleuit promissionẽ suam, qua dixit: *nõ erit hoc.* nec valet responsio Hieron. quod in hoc exauditus est Propheta, ne cuncta vastentur; quia Nabuchodon. cũcta vastauit. Nec valet Alberti explicatio, quod Deus cõcessit, ne in diebus Prophetę id malũ executioni mãdaretur, sed postea; quia ille nõ est deprecatus pro se, sed pro Iacob; qui non esset suscitandus, si Deus illum perderet.

Expositio vera.

Tertio ergo videtur magis ad mentẽ Prophetæ, has tres visiones intelligere de tribus regibus Assyriorum, qui venerunt in terram Israel, & eam tandem vastauerunt. Et primam quidem de Phul primo rege, ex his, qui pugnarunt contra Israel. Nam quemadmodum vidit Amos herbam germinantẽ, ac luxuriantem quam totonderant ad vsum regis: deinde imbre serotino decidente, repullulauit, & creuit; & tunc locustæ à Deo formatæ inuolauerunt in eam, & penitus depastæ sunt; at rogante Deum Propheta, ne quod videbat, executioni mandaret. Deus promisit, destiturum ab incæpto, & nihil mali illaturum Israeli. Ita cum res

Israel per reges Syriæ excisus.

Israelitarum, quę decisę fuerant, ac detonsę, tunc cum videbãtur prospere succedere, per Benadad regem Syriæ. Vnde 4. Reg. 14. 25. dicitur de Ieroboam, sub quo prophetabat Amos. *Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis. Vidit enim Dominus afflictionẽ Israel amaram nimis, & quod consumpti essent vsque ad clausos carcere, & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israeli. Nec locutus est Dominus, vt deleret nomen Israel de sub cælo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas: cuius fortitudo, qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum, & Emath Iudæ in Israel, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel?* Itaque Deus excisas res Israelitarum per reges Syros, per Ieroboamum restituit, & repullulare fecit. At tunc paulo post, tempore Manahem, qui cæpit regnare anno trigesimo nono Oziæ regis Iuda; Phul seu Phiolaus

Phul Assyrius venit contra Israel.

rex Assyriorum venit cum magno exercitu locustarum, deleturus terram Israel. At rogatu Amos, indicto tributo argenti quinquaginta siclorum per singulos, non deleuit terram, sed reuersus est, & non est moratus in terra, ita legimus 4. Reg. 15. 19. 20. & apud Iosephum 9. Antiq. cap. 11. hoc impetrauit Amos, cum dixit, *Domine Deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? & misertus Dominus super hoc dixit, Non erit.*

2 Ratio deprecantis.

Quia paruulus est.] Ratio est, quã allegat Amos coram Deo, ne excisionem, quam ostendit, Israelis, ad effectum deducat, Si tu per Assyriorum locustas ita excindis, ac deles, quis erit qui valeat suscitare Iacob, quia paruulus est? non proponit

Paruitatem quam proponat.

paruitatẽ, quam tunc habebat Israel, cum orabat Amos, nam vel loquitur de eius paruitate, ad quã erat redactus ex crebra hostium incursione; vt putat Hieron. & hoc non; quia visio ipsa ostendit iam ad suum felicem statum restitutum per Ieroboam. Vel humilem Israelis conditionẽ proponit, animumque submissum, ex ipsa sua prædicatione conceptum, vt olim Iacob, Genes. 32. 10. dixit, *Katan*, vt hic, *paruulus*, vel *minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua, quam expleuisti seruo tuo.* & nec hoc; quia paruitas hæc reddit impossibilem eius erectionem, ad quam non conducit humilitas, nisi apud Deum. Sermo ergo est de paruitate, ad quam venturum videbat Israelem, si Deus per locustas Assyrii exercitus cunctũ eum deleret; atq; ita ait; si locustæ illæ penitus deuorent Israelem, vt mihi ostendis, adeo exiguus, ac nullus remanebit, vt nemo hominũ sit, qui eum possit instaurare, & ad pristinum statum restituere, quia nec ipse se, quia paruus numero, ac robore imbecillus: nec alius quiuis ipsum erigere poterit. Numquid Rempublicã Israeliticam ita delebis, aut dirues regnũ, vt nequeat restitui? nõ est miserationis tuæ euertere quæ consistunt, sed facere, vt consistant ea, quæ non sunt. & vero hæc ratio satis demonstrat visione significatam non herbarũ excisionẽ, sed Israelitarum, vt diximus.

3 Visio 2.

Vocabat Iudicium.] Hæc est secunda visio, quæ prius explicanda, deinde quid significet ostendendum. Ex Hebræo sic habet hæc visio, *& ecce vocans ad iudicium in igne Dominus Iehouah, & cõsumpsit voraginem magnam, & absumpsit partem.* Vbi tria nomina sunt notanda: in primis nomen רב *rib*,

Iudicium.

quod *iudicium* vertit Vulgatus cum Septuaginta, significat litem, & iurgium, & actum iudicandi,

Ratio sermonis.

seu condemnandi. & ita Tigur. Vatab. & Montanus vertũt, *en vocans ad litem*, seu *ad iurgium in igne.* nempe vocauit Dominus, vt iudicaret, & litem intẽtaret, ac damnaret in iudicio, in igne, vel igni consumendo terram. Alterum nomen est תהום

Abyssus.

thehom, quod significat *voraginem, abyssum*, hoc est aquarũ molem, & profunditatem. per metaphoram autem extenditur ad significandum quicquid adeo magnum, multũ, profundumque est, vt comprehendi nequeat. vt Psalm. 35. 7. *iudicia* Dei dicuntur *abyssus multa.* & Psalm. 71. 20. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ*, id est, de calamitatibus insuperabilibus, *iterum reduxisti me.* Tertium nomen est החלק *hachalak*, quod significat *partem*, seu *portionem*; Gen. 31. 14. *numquid est nobis pars, & hæreditas in domo patris nostri:* 4. Reg. 9. 10. *Iezabel comedent canes in parte, seu in agro Iezrahel.*

Visionis formatio.

Vidit ergo Amos Deum vocantem terram, non per Angelum, vt putat Montanus, quia sicut in

A prima, & tertia visione ipse Dominus rem transigit, ita, & hic; Deus itaque ipse vocabat terram ad iudicium, vbi ipse considens tamquam iudex erat illam in igne damnaturus, & combusturus, ac prius misit ignem in molē magnam aquarum, quam totam absumpsit, deinde in partem, seu portionē aliquam, seu in agrum, quem etiam absumpsit; absumpsissetque omnia, nisi Propheta occurreret suis precibus, obsecrans vt desisteret ab incœptis, nec vlterius progrederetur. Hoc posito, visionis intelligentiam explicemus.

Visionis 1 expositio.

Quidam putant Deum excitasse magnum incendium æstus, qui aquas maris Tyberiadis absumeret, & magnam fructuum partem. Montanus

B asserit Deum vocasse vnum Angelum e ministris suis ad iurgium in igne faciendum, nempe ad pestem inferendam, quę primum omnem remediorum spem præcidit, deinde partem gentis Israeliticæ inuasit, & absumpsit. Lyra, & Vatab. existimāt, Deum vocasse Angelos ministros suæ iustitiæ, qui magno incendio succenderent terram hominum damnatorum, & ita factum est; nam succendit multam regionem, & partem regiorum pratorū.

Refutatio.

Verum hæ, & similes intelligentiæ non adeo gentem Iacob assumptam exponunt, vt vere dicat Amos, *quiesce obsecro, quis suscitabit Iacob, quia paruulus est*; nec poterit se in pristinum statum restituere: quasi ex illa plaga imbellis, & numero paruus relictus sit. Necdum quod ceteri de excidio per hostes faciendo intelligunt.

C

Exposi- tio 2.

Quare deinde Hieronymus, cum sequacibus, Remigio, Alberto, Ruperto, Hugone, & Dionysio exponit de Nabuchodonosore, qui vocatus est à Deo ad iudicium in igne faciendum, concremando vniuersam Iudæam, & partem Domini, quæ est templum, quod autem obtinuit suis precibus Amos, non id est, vt ne absumeret sed vt post 70. annos restitueret.

Refutatio.

At hæc explicatio non videtur rei, qua de agitur, conuenire, non enim contra Iudam, sed contra Israelem sermo fit Prophetæ, vt iam diximus, & cum Propheta suis precibus Deū alloquitur, vt cesset à malo inferendo, postulat, non vt iam illatum amoueat, & restituat populum iam excisum, & succensum.

Exposi- tio 3.

D Verius igitur, & ad rem accommodatius intelligit Theodoretus de populo Israel, nam vocat Deus ad iustam sententiam ferendam, & executioni mandandam in igni, hoc est, hostium Assyriorum exercitu, qui infinitam gentium multitudinem, quasi abyssum, in seruitutem redactam, deuoret, & partem Domini, nempe Israelē, de quo Moses Deut. 32. 9. *pars autem Domini populus eius, Israel funiculus hereditatis eius*.

Refutatio.

Sed adhuc non omnia accommodat visioni, nam in eodem Israele oportet assignare abyssum, multitudinem gentium deuoratarum; & præterea partem quoque absumptam; non enim *abyssi* nomine intelligit gentes alias Assyriis subiectas, Israeli extraneas.

Expositio 4. vera. Teglathphalasar.

E Sit itaque vera intelligentia, quod Deus vocet secundum regem Assyriorum Teglathphalasarem, qui cum exercitu suo, quasi ignis furore succensus, veniat ad iudicandum, & plectendum Israelem; & venit quidem, & absumpsit ductam in captiuitatem magnam populi partem, quæ occupabat abyssum, seu profundiorem terram, & cetera sinu inferiorem, quæ est trans Iordanem, nempe tribus Ruben, Gad, & dimidiam tribum Ma-

Israelis captiuitas.

A nasse, vt a scribitur 1. Paral. 5. 6. & 26. & apud Iosephum 9. Antiq. c. 11. Sed & citra Iordanem cepit partē tribuū Zabulon, Aser, & Nephthali, & trāstulit eos in Assyrios, vt refertur 4. Reg 15. 29. & apud Iosephum eo loco. Sed quia Propheta rogauit Dominū, vt quiesceret, & cōpesceret Teglathphalasar, ne vlterius progrederetur, & omnino vastaret Israelem, exauditus est, atque idcirco non permisit, vt regnum Israelis omnino deleret.

4 *Stans super murum.*] Hæc est tertia visio ostensa Amos, quæ ex Hebræo ad verbum sic effertur. *Sic ostendit mihi, & ecce Dominus stans super murum perpendiculi, & in manu eius perpendiculum. Et dixit Dominus ad me. Quid tu vides Amos? & dixi perpendiculum. Et dixit Dominus. Ecce ego pono perpendiculum in

B medio populi mei Israel: non adiciam vltra vt pertranseam eum.* Vnum nomen hic est notandum אנך *Anac*, quod ex Hebræorum sententia *perpendiculum stanneum*, vel *plumbeum* significat, *amussim*, vel *regulam*; qua vtuntur latomi ad muros dirigendum in ædificando; nec reperitur in alio Scripturæ loco, præterquam in hoc. Sic Lyra, Dauid Kimhi, Pagninus, Tigurina, Vatabl. Isidorus, Montanus, & Robertus. Et quia nomen id stannum significat, vnde stabat Dominus super murum stanni, hoc est, stannei perpendiculi, Lxx. & Symmachus verterunt, *adamantem*. Theodotio τακόμενον *tabescentem*, Aquila vero *stagnantem*, seu *stagnationem*, qua murus stagnatur, siue linitur, seu *inunctionem*, aut *perunctionem*, seu *delitionem*, qua inungitur, ac delinitur murus. Hunc sequutus Vulgatus cum Hieronymo transtulit, *trullam cementarii*, qua inungitur, & superinducitur, ac linitur murus: atque ita vidit Amos Dominum super murū inunctionis, siue litionis, id est, super murum trulla litionis litum: & vidit eum habentem in manu trullam illam litionis, ac tandem eam deponentem.

Ratio sermonis.

Perpendiculum.

C

Visio iuxta Vulgatum.

Visio ergo iuxta translationem Vulgati sic habet; Dominum vidit Amos super murum trullæ litionis, hoc est, trulla litum; gerebat enim personam cæmentarii, murum, & ob pulchritudinem, & ob fortitudinem, linientis trulla; quam habebat in manu; tunc dixit Dominus. Hoc sc. volo fa-

D cere, trullam hanc stanneam, qua hactenus muros huius populi, quibus ab hostibus defendebatur, deliniebam, & calce superinducebam, de manu deponam; ac in medium populi proiiciam abiturus; nec vltra adiciam, vt pertranseam, eum deliniendo, aut superinducendo manu mea, vt solebam. Hoc autem est quod significat Deus, se hactenus continuisse, ac conseruasse populum Israeliticum intra muros legum, ac religionis, q̄ solent continere Respublicas; tum etiam sua protectione, & auxilio, quasi incrustando calce, & perliniendo: at iam pertæsus iniquitatib. eius, definire apud se deponere eius curam, & patrocinium, & deserere, vt omnino deleatur per Assyrios. ita explicant Hieronymus, Remigius, Hæymo, Albertus, Hu-

Visionis explicatio.

E go, Lyra, & Dionysius. Sed Isidorus per *trullam*, & *incrustationem*, pœnas intelligit, quibus vanis continebatur in officio Israel, quas deponit Deus, quia non iam pœnis vult affligere, sed totum omnino delere. Hoc est, quod Lxx. dixerunt iuxta Theodoretum, duram plagam, adamantis instar, proiecisse Dominum in medium populum, quia eum non amplius esset permissurus in

impie-

impietate permanere, sed omnem illum dissoluturus, & euersurus.

Visio iuxta Hebræum.

Si autem legamus iuxta Hebræos, *perpendiculum* significat æquissimum, iustum, ac seuerũ Dei iudicium, quo perpendit quasi amussi tumores murorum, hoc est, defectus, & iniquitates populi: nam hactenus Dominus illo dirrexerat eum, & vt recte procederet curauerat, quod cum non obtinuisset, decreuit iam vltimam iudicii seueritatem, non misericordiam, in populum exercere, eum exitio extremo tradendo, nec adiiciam, inquit, adhuc illum permansue, dissimulando eius peccata, aut commonendo, & parcendo, vt in duabus superioribus visionibus, ita explicant Vatabl. Montanus & Robertus iuxta Chaldæi expositionem. *Ecce Dominus stans super murum iudicii, & coram illo erat iudicium: & dixit Dominus, quid tu vides Amos, & respondi, iudicium dixit proinde Dominus, ad me. Ecce ego iudicium exercebo in medio populi mei Israel, non vltra addituru eu dimittere.* Sic Hieronym. c. 8. v. 12.

Visionis expositio.

Visionis significatum.

Vtraque autem expositio significat extremum exitium regni Israelis, & vltimam captiuitatem factam per tertium regem Assyriorum Salmanasarem, qui pœnitus deleuit Israelem, nunquam restituendum. Vt refertur 4. Reg. 17. 3. & c. 18. à versu 9. & Tobiæ 1. & a Iosepho lib. 9. Antiq c. 15. Vnde Amos subiicit, *& demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur.*

5 *Excelsa idoli.*] Hebraice, *excelsa* ישחק *isbak*; nomen est Isaac Patriarchæ, cum ש *sin* scriptum loco צ *tsade*; vt etiam ponitur Ierem. 33. 26. nam צ *tsade* nomen *Isaac* à sua prima institutione constat, & risum significat, sicut & derisionem; siue hoc, siue illo modo scribatur. & quidem Dauid Kimhi, Pagni. Tigurina, Vatabl. Isidorus, & Robertus nomen proprium Patriarchæ Isaac esse volunt, vt infra, vers. 16. cum dicitur, *super domum idoli.* & Vat. quidem, & Robert. *excelsa Isaac*, explicant, *excelsa Israelis*, vel *Iacob*, vt infra verrunt Lxx. qui descendit ab Isaac. Kimhi, & Isidorus *excelsa Isaac* dicta putant, quod ad similitudinem immolationis Isaac erexerint ea in quibus proprios filios comburebant ad illius memoriam. Verum Septuaginta, Vulgatus, Hieronymus, & Montanus tanquam nomen appellatiuum accepere; & illi quidem verterunt, *aras risus*, siue *excelsa derisionis*, quæ Vulgatus vocauit, *idoli*, quod in illis idola colerentur risu digna. Maxime cum Prophetæ populum Israeliticum, nec ad Abraham, nec ad Isaac referre soleant, sed ad Iacub, seu Israel; quod huius filii omnes ad promissiones pertinuerint; nõ item illorum; siquidem neq; Ismael, neq; Esau in populo Dei numeratur. Theodoretus *aras risus* videtur intelligere, apud quas sese exhilarabant, & festos dies agebant.

Isaac proprie.

Isaac appellatiue.

6 *Sanctificationes*] *Duos vitulos* exponunt Remigius. Hugo, & Dionysius. *Sacrificia* Lxx. verterunt, Chaldæus *sacra.* At nomen *sanctuaria* significat, hoc est delubra, & loca sacra, in quibus vituli colebantur, & sacra peragebantur ab Israele; sicut templum Dei seu tabernaculum, Exod. 15. 17. dicitur; *sanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ.* qua ratione infertus Amasias Bethel vocat *sanctuarium regis.* Atque hoc videtur Alberto, & Lyræ, tum etiam Vatablo, & Montano; quamuis non desint, qui statuas esse putent vnctas oleo in memoriam reuelationis ipsi Israel in Bethel factæ, quæ idcirco dicuntur *Sanctificationes.* Sed prius verum est, ac firmum. Atque hæc quidem in extremo Israelitarum, & Samariæ excidio euertendæ, & in solitudinem redigendæ comminatur Propheta, inter supplicia iudicio Dei infligenda.

Sanctificationum nomen.

Super domum.] De rege Ieroboamo loquitur filio Ioas nepotis Iehu, sub quo prophetabat Amos, & per *domum Ieroboam*, regnum Israeliticum, cuius tunc rex erat Ieroboam, intelligit Theodoretus, quod dissoluendum erat gladio, seu exercitu Salmanasaris regis Assyriorum, sub sexto à Ieroboamo rege Hosea. C[illegible] H[illegible]ronymus, Remig. Alb. Hug. Lyra, Dion. & Mont. per *domum*, familiam Ieroboami accipiunt, in qua à tempore Iehu, qui interemit familiam Achab, permanserat regnum; & in filio eius Zacharia finitum est, & translatum in Sellum, qui illum interfecit; atq; hoc modo consurrexit Dominus in gladio super domũ Ieroboam vt refertur 4. Reg. 15. 13. Verum hæc Prophetia non fuit de nouo denunciata ab Amos, sed repetita, quia multa ante Iehu ipsi hæc regni ex eius familia in aliam translatio prædicta fuit 4. Reg. 10. 30. & c. 15. 12. Hinc colligitur Amasiam sacerdotem infra v. 11. falsum imposuisse Amos, quod dixisset; *in gladio morietur Ieroboam*, cum non dixerit, nisi *consurgam in gladio super domum Ieroboam*: remotis enim verbis, aut paulo immutatis facile peruerterunt inuidi, ac maleuoli ad iram principes.

7

1 Sensus.

2. Sensus.

Amasias falsus.

Inuidia

8 *Et comede.*] Pontifex Bethel Amasias veritus ne populus comminationibus Amos perterritus falsum idolorum cultum desereret, & sibi quæstus occasio tolleretur, detulit ad regem Prophetam, illi calumniatus: sed cum vidisset nihil permoueri regẽ aduersus Prophetam; ipse conuertit sermonem ad eum, vt commetteret intrat in Iudam, dicens. *Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem*; hoc est, & viue ibi, quia præcipuus cibus ad vitam conseruandam est panis. Vel secundum Montanum. Tu prædicis magnam hic famem futuram, abi igitur in terram Iuda, vbi tibi non deerit panis, vt hic. Vel secundum Hieron Remig. Albertum, & Lyram; Redi in terram Iuda, vnde venisti, & ibi exerce artem tuam Vatis, qua cibos tibi quęras, viue ibi ex tua Prophetia, hoc est, vaticinare ibi, & viue ex Vaticinio tuo. Putabat ille nequam, Amos similem sibi esse in quærendo lucrum; atq; ideo ibi vaticinari, quod bona conquireret à populo admirante, ac territo, sibique impedimento fore.

9 *Sanctificatio regis.*] Hieronymus per adulationem dictum putat *regis*, cum dicendum esset, *quia sanctuarium est Dei nostri, & domus idoli.* Verum ideo *sanctuarium regis* esse dicit secundum Alb. Lyrã, & Mont. quia à rege Ieroboam erat extructum, dedicatum, & cultum: Ieroboã videlicet filio Nabat, de quo legimus 3. Reg. 12. 32. *& ascendens altare, similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat: constituitq; in Bethel sacerdotes excelsorũ, quæ fecerat.* Verius videtur de rege Ieroboã filio Ioas, cuius nomine vult terrere Amos; quasi dicat, & ne audeas prophetare in Bethel, h. e. cõtra Bethel: nã mox dicit Amos, tu dicis, non prophetabis sup Israel, & nõ stillabis super domũ idoli, quia sanctuarium regis est, in quo colit rex vitulum vna cũ populo. Et domus regni est, ad quam, tãquam ad fa-

Sensus 1.

Sensus 2.

cram ædem totum regnum confluebat ad precibus obtinendam conseruationem regni. Vel quia rex ibi haberet ædem regiam; quam olim reges habere solebant adhærentem templis, ac delubris, vnde Basilica dicta sic Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus.

19 *Non sum Propheta.*] Hebraice, *Non propheta ego, & non filius Prophetæ ego.* & Septuaginta quidem verterunt; *Non eram Propheta*; quam lectionem probant Chrysostomus Homil. 24. in poster. Epistol. ad Cor. & in 1. Isaiæ, Hieron. Pagni. & Tigurina, quo ostendat, neque ambitione, neque auaritia ductum se hoc munus suscepisse, relicta arte sua pecuaria, sed Dei iussu, cui obedire oportet magis, quam hominibus.

1. Sensus.

Quod si legamus, *non sum Propheta*, Lyra exponit, non sum falsus Propheta, quales sunt, qui turpis lucri causa prophetant: sed verus à Deo missus. At certe de vero Propheta se loqui Amos ostendit, cum id munus opponit muneri armenta pascendi.

Amos Propheta ne fuerit.

2. Sensus.

Quare Greg. lib. 2. Moral. cap. 41. exponit, ideo Amos dixisse, *non sum Propheta*, quod tunc non actu prophetaret, quod spiritus Prophetiæ non semper adsit Prophetis. Atque sic hunc locum intelligunt Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius. Verum cum Prophetam opponat armentario, & armentarium se esse dicat, & non Prophetam, qua ratione se armentarium dicit, eadem se negat Prophetam.

Sensus verus.

Erat autem armentarius arte, & instituto, ac officio, seu professione; nam à pueritia in ea arte fuerat à patre institutus, & in ea natus, in ea profecerat; At propheticum munus non fuerat professus ab ineunte ætate, vt Samuel; neq; à maioribus suis, aut à præceptore aliquo Vate acceperat, vt filii Prophetarum, qui instituebantur ad suadendam virtutem, & vitia increpanda, vt velut publici prædicatores id muneris exercerent. Sed ex tempore vocatus, aptus est ad increpandum Israelem, & exitium illi denunciandum ita exponere videntur verbum hoc Hieron. Albertus, Vatab. Mont. & Robertus, qui doceat Amasiam: scito me non mea sponte ad vos venisse reprehendendos, quia nullo studio, nullo modo propheticam disciplinam callueram: neq; aptus ad id vlla ratione videbar; at placuit Deo me ad tantum munus vocare, non possum illi non obedire.

Ratio Pauli.

Qua ratione vtitur Paulus frequenter, cum se mirabiliter vocatum ostendit persequentem Ecclesiam Dei, & omnium peccatorum maximum.

11 *Armentarius.*] Hebraice, בּוֹקֵר *boker pascens boues*, hoc est, armentarius, qui curat, & inquirit animalia, quæ ad arandum deseruiunt, qualia sunt boues, vaccæ, vituli, quæ idcirco armenta vocantur, auctore Varrone. Atque hoc modo *βουκόλος* hic transtulerũt Aquila, Symmachus, Theodotio, & Quinta editio: quos secuti sunt Pagninus, & Vat. & alii cum Vulgato, id est, *armentarius ego sum*, quem Tigurina, & Robertus, tum etiam Montanus *bubulcum* vocant.

Amos officium.

Soli Lxx. dixerunt *αἰπόλος*, quod proprie *pastorem caprarum*, seu *caprarium* significat, vt ait Hieronymus; atq; ita referunt Chrysostomus in dictis locis, & Ambros. in illud Lucæ 17. *si habueritis fidem, sicut granum sinapis*. Hieronymo videtur, potius vocandum *opilionem* ab ouibus, quia statim dicit ipse Amos versu 15 *cum sequerer gregem*, aut vt est in Hebræo, *tulit me Dominus de post* צֹּאן *hatson gregem*; quod tamen nomen genericum est, & minora animalia, oues, capras, hædos significat, vt probat Hieronymus ex 1. Leuitici; sicut *boker* maiora, quia deriuatur à nomine בָּקָר *bakar*, quod *boues, vaccas, & vitulos* notat. itaq; & *bubulcum*, seu *armentarium* se vocat Amos, & *pecuarium*, seu *opilionem*, quod, vt ait Montanus, vna cum bobus, seu armentis pecora, seu oues pascebat.

Infimos elegit Deus.

Nec mentitur artem, infimamque conditionem, quo extollat beneficium, & munus reddat admirabilius: nam qui de post fœtantes accepit Dauid; & de post gregem Prophetam, de post retia, & pisces suscepit Apostolos, & de post telonium Matthæum; infirma mundi eligit, vt confundat fortia.

12 Ratio sermonis.

Vellicans sycomoros.] Hebraice, בּוֹלֵס שִׁקְמִים *Boles sikemim*; ad quorum explicationes prius videamus quod genus arboris *Sycomorus*; deinde quid sit *vellicare*; *sikmah* in singulari feminco, cuius plurale *sikmoth* in Psal. 77. v. 47. *& moros eorum in pruina*, seu *sycomoros*. & masculeum *sikmim*, *sycomoros* significat; qua ratione hic transtulerunt Aquila, Symmachus, Vulgatus, Pagninus, & alii. Dicta *Sycomorus* à *sycos* ficus, & *moros* morus, quod vtriusque, ficus, morique naturam referat. ita Theophrastus *Ægyptiam moron* vocauit cum *omicron*, Celsus *morosycon*, Dioscorides, Galenus, & posteriores *sycomoron*, & Lucas cap. 17. *συκομορέαν*. At vt referunt Hieronymus, & Theodoretus hic Aquila, & Symmachus cum eo, dixerunt, *συκομώρους*, quasi *ficum fatuam*, dixeris, quia *μωρὸς*, *fatuus* Græcis est. & ex Dioscoride apparet lib. 1. c. 144. dum ait; vocatur autem & fructus huius arboris *συκόμορον*, propter saporis ignauitatẽ, quod ignaui, ac fatui saporis sit; vt bene liceat colligere arborem dici *συκόμορον*, fructum vero *συκόμωρα*.

Sycomori natura.

Est autem Sycomorus, vt Ioannes Ruellius lib. 1. de natura stirpium cap. 79. colligit ex Dioscoride Theophrasto, Athenæo, & aliis, arbor amplissima, foliis moro similis, fructu caprificis, quem non in ramis vt ficus, sed caudice ipso gerit, sine vllis granis: nec maturescit, nisi vnguibus ferreis scalpatur, aut à rusticis ferro vellicetur, vt asserunt Dioscor. Theophrast. & Athenæus. Tantæ est fœcunditatis vt vno anno septies fructum efficiat: & vnde pomum decerpseris, alterum sine mora protuberat: & si non scalpatur, subnascitur etiam fœtus quater æstate; prioremque expellit immaturum. In locis parum tritici feracibus nascitur, & populis in annonæ penuria, pro pane, frumentoque satisfacit. Magna huius copia in Caria, & Rhodo: quamuis Plinius in sola Ægypto nasci putat, ideoque dictam *Ægyptiam ficum*. Vlpianus tradit, grauiter in eum animaduerti, qui sycomorum exciderit, quod Nili aggeribus subseruiat. Verum in Palæstina harum arborum magnam fuisse copiam certum est atque ita asserit Theodoretus; siquidem adeo crebræ erant, & vulgares, vt dicatur 3. Reg. 10. 27. & 2. Paral. 1. 15. & c. 9. 27. tantam cedrorum copiam præbitam à Salomone, velut sycomororum, quæ gignuntur in campestribus in multitudine magna.

Mori arbor.

Συκάμινος Lucæ 17. 6. arbor eadem est, quam interpres *arborem morum* transtulit. & Psal. 77. 47. *moros eorum in pruina*. moream vocat Dioscorides lib. 1. c. 43. fructus videntur Lxx. vocasse *συκάμινα* Theodotio *συκαμίνους*; vnde colligitur nomen

Hebræum

Hebræum *fikem* seu *fikmim*, & arborem, & fructum eius significare. & quidem Hieronymo non videtur hoc loco *sycomorum* eo nomine significari, quæ agrestes affert ficus, & si non vellicetur, amarissimas cariculas facit. Et probat, quod solitudo, in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gigneret arborem. Sed videtur, ait, rubos dicere, qui afferunt mora, ac pastorum famem, & penuriam consulantur. Verum cum diuerso vocabulo Hebræi rubum nominent סנה *Seneh*, Exod. 3. 2. & sæpe alias, vt *ficum* תאנה *theenah*, *& morum* בכה *bacah*, ab eo, quo hic est vsus Amos, videtur *fikmim sycomoros* vere significare, vt verterunt omnes prædicti, & ipse Hieronymus non semel, Græco nomine ab Hebræo deducto. Hieronymus autem caprificos videtur negare in locis illis, in quibus moratus est Amos, quæ agrestes afferunt ficus, & si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur: non veras sycomoros.

Boles quid — Iam videamus quid sit בולס *boles*. Communior expositio est esse, *colligere, decerpere, aut euellere frondes sycomororum, vt illis armenta pascerentur, & greges*; vnde pastores dicuntur frondatores, & vulgo hoc genus officij, dicitur *ramonear*. sic Remigius, Albertus, Hugo, & Dionys. & hoc est quod Septuaginta, & Theodotio verterunt, *vellicans*, seu *colligens sycamina*, & Vulgatus, *vellicans sycomoros*. Alij accipiunt pro fructu, vt sit *colligens*, aut *euellens sycomora*, vt habent Pagninus, Tigurina, & Robertus, & sic etiam intelligendi antiqui interpretes supradicti; nam colligebat sycomora ad commedendum Amos. Alij existimant esse, *vellicare*, seu *scalpere sycomoros*, fructus illos scalpere ferreis vnguibus, vt maturescerent ad pastum boum. sic Vatablus & Robertus, aut breuem inclusionem admouere, vt ait Theodoretus, ex aliquorum sententia. Quo notat Amos suam humilem conditionem, & quod haberet vnde viueret, licet parce, & ita non egeret prophetia ad se aleodum, vt ait Lyra.

13 *Non stillabis*.] Pro, *ne stilles contra domum Isaac*, aut *ne effundas*; hoc est, ne loquaris, ne prædices contra domum risus. Est autem sumpta metaphora à pluuia: nam sicut guttarum assiduitas marmora etiam excedit, ita Dei verbum, seu comminatio paulatim intimata corda frangit. Quam metaphoræ rationem affert Hieronymus super 2. Micheæ: & constat ex illo Deut. 32. 2. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.* & Iob. 29. 22. *Super illos stillabat eloquium meum. Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant, quasi ad imbrem serotinum.* Aliam affert huius locutionis rationem hic Hieronymus, vt stillare dicantur Prophetæ, quod non totam Dei simul mittant iram, sed paruas stillas comminationes denuncient; post quas Deus tandem vehementem demittat imbrem, iuxta illud Iob. 26. 14. *Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Vt si dicamus, si dicentem, *ego sum*, non potuerunt eum milites sustinere, quin ceciderint in terra; quomodo sustinebunt eum iudicem clamantem, *ite maledicti?* &c. nam quæ in hac vita inferuntur supplicia, si cum æternis conferantur, stillæ sunt.

Sensus 1. Verbi Dei vis.

Sensus 2.

A comparatis ratio. 14 — *Propter hæc.*] Quia vetas me prophetiam, quam Deus iubet populo denunciare, ne tua lucra impediam; tu ipse in primis omnibus modis cruciaberis, scortationis, orbitatis filiorum, spoliationis bonorum, tui interitus in terra aliena, & totius populi captiuitate. Nam primum vxor tua ab hostibus palam constuprabitur, vt intelligunt Hieronym. Theodoret. Remig. Albert. Hugo, & Dionys. Montanus putat sponte se tradituram, & in ciuitate Bethel, ad ignominiæ magnitudinem; filij tui omnes interibunt gladio: & terra, quam possides, distribuetur, ab Assyrijs, Cutheis, cæterisque, quos mittet rex ad incolendam terram, vt habetur 4. Reg. 17. 24. & tu ductus captiuus, in terra aliena à terra hac sancta, interibis, quæ idcirco dicitur polluta idololatria, sicut Iudæi peccatores vocabant gentiles. Ita intelligunt omnes cum Hieronymo.

AMOS PROPHETÆ.

Paraphrasis.

Hæc rursus ostendit mihi Dominus. Ecce vidi [1] vncinum, quo rami arborum attrahuntur, ad earum fructus decerpendos. Et dixit mihi Dominus. Quid vides Amos? cui ego: Vncinum pomorum, respondi. Et Dominus ait, visio hæc notat. [2] instare tempus, quo Israelitæ auferentur è terra sua propter suas præuaricationes, sicut fructus maturi tolluntur ex arbore, non patiar vlterius pertransire dissimulando peccata eorum; tanta erit vastitas, vt [3] templi Bethel tunc cardines ex intus necatorum vlulatu perstrepant: adeo [4] multa iacebunt cadauera, vt mirum vbique conspiciatur silentium, nemine superstite, qui defleat. Vobis dicitur qui deuoratis opes egenorum, & nitimini de medio tollere pauperes terræ, dicendo iis, qui volunt emere; quando transibit [5] hic mensis, in quo vili emitur, venundabimus alimenta: & cum transierit hæc vel illa [6] hebdomada, aperiemus horrea nostra, & imminuemus [7] modium, & augebimus precium, [8] aucto siclo, quo appenditur, & stateras dolo-

Cap. VIII.

Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce [1] vn- 1
cinus pomorum. ‖ Et dixit: Quid tu vides A- 2
mos? & dixi: Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad
me: [2] venit finis super populum meum Israel: non ady-
ciam vltra vt pertranseam eum. ‖ Et stridebunt [3] car- 3
dines templi in die illa, dicit Dominus Deus: [4] multi
morientur: in omni loco proiicietur silentium. ‖ Audite 4
hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos ter-
ræ, ‖ dicentes: Quando transibit [5] mensis, & venun- 5
dabimus merces: [6] & sabbatum, & aperiemus frumen-
tum: vt imminuamus [7] mensuram, & augeamus [8]
siclum, & supponamus stateras dolosas, ‖ vt possideamus 6
in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quis-
quilias frumenti vendamus? ‖ Iurauit Dominus [9] in 7
superbiam Iacob: si oblitus fuero vsque ad finem omnia

sis proponemus. Ita miseros pauperes suo argento, quod non erit satis ad minoris precium soluendu, nobis coememus, & in seruos nostros, vili duorum calceorum precio redigemus; & quisquilias, ac purgamenta frumenti illis vendemus. Vobis, inquam, dicitur, audite. Iurauit Dominus contra [9] vestram hanc superbiam o Israel, se nunquam hæc tanta scelera vestra obliuioni daturum. Quid enim? Nonne merito vniuersa terra hæc commouebitur, lugebitque quicunque eam inhabitat? delabetur vniuersus Israel captiuus in Assyriam, vt fluuius ac proijcietur & inter eas gentes absorbebitur, vt [10] riuus Ægypti in mare prolapsus, eius aquis absorbetur, efficiam tunc ait Dominus, vt malorum grauitate perturbatis vobis, præ summa tristitia, [11] Sol ipse meridianus occidisse videatur. & in claro, ac luminoso die terram vestram reoebris offusam esse; & festa omnia vestra conuertam in luctum, & cantica in planctum, cogam vos sacco indui, & capillorum euulsionem pati. Terra replebitur tali luctu, qualis fieri solet cum interit filius matri suæ [12] vnigenitus, & summa amaritudo finem imponet calamitati, absque spe consolationis. In illo obsidionis tempore, tanta erit penuria verbi Dei, vt qui nunc Prophetas Dei contemnunt, oberrent vniuersam terram Israel a [13] mari Galilææ vsque ad mare Mediterraneum, & ab Aquilone vsque ad Orientem, perquirentes verbum Domini, ex ore alicuius Prophetæ, & nullum inuenient. Ad hæc, [14] virginibus, & adolescentibus præ siti pereuntibus, nulla posteritatis reliqua erit spes. Hæc omnia mala obruent Israelitas, qui iurare solent [15] per idola, quæ in ipsi fecerunt Samariæ ciues cum ceteris Israelitis. Videlicet, qui loco illius iurantes. Viuit Dominus, dicunt, Viuit Deus qui in te colitur ô Dan, & viuit idolum, ad quod adorandum, longa ac difficilis suscipitur [16] peregrinatio in Bersabee. Cadent hi omnes tandem, in captiuitatem proiecti, & ita cadent, vt nulla reliqua eis spes futura sit resurgendi, & Rempublicam deperditam ad pristinam formam instaurandi.

operatorum. ‖ *Nunquid super isto non commouebitur ter-* 8
ra, & lugebit omnis habitator eius, & ascendet quasi flu-
uius vniuersus, & eiicietur, & defluet [10] *quasi riuus Æ-*
gypti? ‖ *Et erit in die illa, dicit Dominus Deus: occidet Sol* 9
[11] *in meridie, & tenebrescere faciam terram in die lumi-*
nis. ‖ *Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & om-* 10
nia cantica vestra in planctum: & inducam super omne
dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium:
& ponam eam quasi luctum [12] *vnigeniti, & nouissima*
eius quasi diem amarum. ‖ *Ecce dies veniunt, dicit Domi-* 11
nus: & mittam famem in terram, non famem panis, ne-
que sitim aquæ sed audiendi verbum Domini. ‖ *Et com-* 12
mouebuntur [13] *a mari vsque ad mare, & ab Aquilone vs-*
que ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini,
& non inuenient. ‖ *In die illa* [14] *deficient virgines pul-* 13
chræ, & adolescentes in siti. ‖ *Qui iurant* [15] *in delicto Sa-* 14
mariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan: & [16] *viuit via*
Bersabee, & cadent, & non resurgent vltra.

ARGVMENTVM.

CELEREM, & expeditam populi Israelitici in Assyriam transmigrationem, similitudine vncini, ob multa iniustitiæ peccata, denunciat Propheta. ita Theodoretus, quamuis Hieronymus contra Iudam fieri sermonem putat; de quo mox numero 3. dicemus.

COMMENTARIVS.

1 VNcinum.] Hebraice, כְּלוּב קָיִץ *Chelub Kayis*. Est autem *Chelub* genus vasis angustiori superius, latiori inferius spatio constans, quacunque ex materia id, siue viminea, siue lignea, siue linea fiat, ad excipiendas res aptum, ac retinendas. Hinc Ier. 5. 27. *Sicut Chelub cauea plena auibus, sic domus eorũ plena dolo. Decipula*, vertit Vulgatus, Lax. hic, ἄ‍γ‍γος *vas aucupu, mulctra, fidelia*, aut *ferta*, verterunt, quod vas Hieronymus, ac Theodoretus visco infectum declarant, vel etiam retia. Chaldæus [illegible] *vas plenum extremu æstatis fructibus* exposuit. Dauid Kimhi, R. Abraham, & R. Salomon, & omnes recentiores interpretes *Canistrum plenum fructibus*, dicunt significare; atque ita illi transferunt. Vulgatus tamen cum Hieronymo *vncinum* vertit, baculum nempe oblongum, in ferream cuspidem recuruum desinentem, quo rami arborum attrahuntur ad poma capienda; nam sicut aucupes aues capiunt decipula, & laqueo venatores; sic vncino hortulani arborum poma. Alterum nomen [illegible] *Kayit*, quod *æstatem* significat, vt Psalmo 73. 17. *æstatem, & ver tu plasmasti ea*; & æstiuos fructus, quos tunc sol maturat, maxime ficus, 2. Reg. 16. 1. *centum massis Kaiit palatharum seu ficuum æstiuarum*. Ierem. 40. 10. *Vos autem colligite vinum, & Kaiit, æstiuum fructum*, Vulgatus exposuit, *vindemiam, & messem* vt versic. 12. *collegerunt vinum, & messem*, pro, fructum æstiuum multum nimis. Atque ita vidit Amos canistrum fructuum æstiuorum, aut ficuum non bonarum, hoc est, plenum fructibus æstiuis, vel ficubus: aut vidit vncinum colligentem ex arbore fructus æstiuos, seu ficus, aut poma. Sic habet visio, quam ostendit Deus Amoso: quid vero significet iam explicabimus.

Ratio sermonis.

Chelub quod genus vasis.

Kaiit.

A

Visionis ratio.

2 *Venit finis.*] Hebraice, *venit* קֵץ *Kets*; explicat visionem allusione iucunda nominum. Vidit *canistrum*, siue *vncinum Kaiit*, visio notat aduenire *Kets finem* populi Israelitici celerius, quam putarant.

Sensus iuxta Vulgatum.

B

Est autem similitudo secundum Hieronymum, quem sequuntur Remigius, Hugo, ac reliqui. Sicut vncino rami arborum detrahuntur ad poma carpenda; ita ego proximum captiuitatis tempus attraxi. Explicatius Lyra, & Albertus sic efferunt similitudinem. sicut vncino post excussionem arboris, modici fructus attrahuntur remanentes in summitatibus ramusculorum, ita post tot concussiones, & comminutiones populi factas per Teglathphalasar, vt supradiximus cap. 7. numer. 3. non restat nisi vt attrahantur reliqui, & de arbore naturali abrupti, in vasis ponantur hostium, & ad terram illorum transportentur. Isidorus vno verbo sic exponit; sicut fructus maturi tolluntur ex arbore; sic ad-

Captiuitas populi.

est iam

est iam tempus, quo Israelitæ propter præuaricationes auferentur è terra sua. Quem sensum efferunt Septuaginta iuxta Hieronymum, & Theodoretum. Nam visio celerem, & expeditam Israelis venationem designat. Quemadmodum enim aues visco, aut retibus, etiam si per aera volent, facile capiuntur: sic ab Assyriis populus liber, & Dei lege sublimis apprehendetur; & transferetur.

Sensus iuxta Hebræum.

Iuxta sectionem vero Hebræorum, *canistrum plenum æstiuis fructibus*. Sicut fructus æstiui ex arbore collecti in canistrum concluduntur, vt alio ferantur comedendi, aut vendendi; ita populus Israel, quasi in canistrum coniectus est, vt in captiuitatem abducatur. Lyra ex Hebræis legit. *Ecce calathus ficuum non bonarum*; nam vti calathus ficuum pessimarum proiicitur in sterquilinium; ita populus Israel proiicietur in captiuitatem. Chaldæus dixit; *Ecce vas plenum extremis æstatis frugibus*. & explicat: Vltio finalis aduenit, vt adoriatur populum meum Israel; quasi dicat: post messem collectam remanent extremæ fruges, quæ in vas concluduntur; ita post tot captiuitates, quibus Assyrii messuerunt populum Israel; adest iam extrema, qua metent eorum reliquias vltima captiuitate.

3 *Cardines templi.*] Hebraice, *& vlulabunt cantica palatij*. hoc est, in vlulatum vertentur, qui cardines, & laquearia perstrepere faciat, sicut prius canticis resonabant. pro, *cantica*, Septuaginta verterunt *laquearia templi*, sicut Vulgatus, *cardines templi*. quod vti cantica, omnes templi cardines, & laquearia implebant sonitu; ita postea muliebri eiulatu, aut vlulatu potius ea ipsa resonarent.

Basilica templum.

Pro, *templi*, est nomen היכל *becal*, quod *ædem, basilicam, palatiumque* significat, vbi rex aliquis dominatur, ac proinde sic templum vocatur, quod in eo, tamquam in aula suam Deus maiestatem exhiberet. Hic vero Chaldæus intelligit domos magnatum; dum ait, *& vlulabunt pro cantico in ædibus sui tunc temporis*. & Lyra, qui ex Hebræo vertit, *& stridebunt cardines palatij*, regis videlicet, & principum: & Vatablus, ac Robertus. nam in domibus magnatum, in quibus solebant cantiones audiri, vlulatus pro illis tristes audirentur.

De quo templo sermo sit.

Sed *templi* vertunt Septuaginta & Vulgatus, tum etiam Tigurina, & Pagnious, & commodius. Ac tunc quæstio est vtrum loquatur Amos de templo Ierosolymitano, an de templo Bethel? Hieronymus, Theodoretus, Remigius, & Rupertus, ac Dionysius intelligunt locutum Amos de templo Ierosolymitano, in quo tam graue malorum pondus incumbet, vt ipsi templi cardines sentiant vastitatem per vlulatum resonantium. Vel vlulatum vocat clamorem intus necatorum, vt ait Theodoretus, & crepitum lignorum deflagratorum. Putant enim hi partes contra duas quoque tribus inuehi in hoc capite Prophetam, ex hac templi nominatione.

De templo Bethel accipiunt.

Verum Ruffino, Lyræ, Dionysio quoque, Isidoro, Montano, & Roberto videtur verius loqui de templo Bethel; de quo dixerat cap. 7. quod *sanctuarium regis esset, & domus regni*; propterea merito destruendum, quod in eo vitulus coleretur. & patet quia loquitur contra decem tribus Israel, non contra duas, vt constat in primis, quia visionis intelligentia erat celerrimus finis regni Israelitici, nam ait, *venit finis super populum meum Israel*. Tardius autem accidit finis regni Iuda. Deinde, quia *iurauit Dominus in superbiam Iacob*, quod eum esset puniturus. nomine autem *Iacob*, sicut & *Israel* decem tribus intelliguntur. Demum quia non nisi de Israelitis dicitur in fine capitis, *qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, viuit Deus tuus Dan*.

Multi.] Hebraice ad verbum. *Multiplicatum est cadauer, in omni loco proiecit, tace*. præteritum ponitur pro futuro, *multiplicabitur cadauer, & in omni loco proiicietur, tace*. Hoc est, silentium; quia occisis habitatoribus, vbique erit solitudo, vbique silentium. 4

Sensus 1 verus.

ita exponunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius iuxta versionem Septuaginta *in omni loco iniiciam silentium*; & Vulgati, *in omni loco proiicietur silentium*, vt ibi altum maneat silentium.

Sensus 2.

Lyra, *in*, accipit pro *ab*, ad hunc modum. *ab omni loco proiicietur silentium*, cuius loco ingredietur clamor; nam vbique fletus pro occisis exaudietur.

Sensus 3.

Montanus nouam adhibet expositionem, vt loquatur Amos cum Amasia sacerdote Bethel supradicto. Omnia loca sunt cadaueribus complenda: at tu Amasia, quandoquidem apud te nihil valent verba mea, tace, & prædictionum mearum exitum expectato, & tunc credes inuitus licet.

Sensus 4.

Vatablus, Isidorus, & Robertus cum aliis, putant eundem esse huius loci sensum, quem cap. 6. ver. 15. tradiderant eiusdem verbi, *tace*; ac sic legunt. *Multiplicabitur cadauer in omni loco; qui proiiciet, dicet, tace*, hoc est, multa vbique erunt cadauera occisorum, qui proiecerit ea, vt sepeliantur; qui curam habuerit sepulturæ, dicet socio suo, tace, & noli conqueri de Deo, quia iuste hæc patimur propter idololatriam, & cetera nostra peccata.

Sensus 5.

Tigurina innuit alium sensum. Multa cadauera hostis prosternet in omni loco, idque silentio.

Silentium pro solitudine.

Verum primum sensum, quem proferunt Septuaginta & Vulgatus, Hebræa quoque verba satis perspicue ostendunt, quæ sic habent ex Pagnino. *Multiplex cadauer in quouis loco proiecit silentium*, pro, *proiiciet silentium*; quia nō erit, qui verbum faciat, cum omnes fuerint occisi. quod ingentem ostendit vastitatē.

5 *Mensis.*] Nomen חדש *chodes*, quasi *innouatio*, aliquando pro *mense* accipitur, vt Exod. 12. vers. 1. *mensis iste vobis principium mensium*; aliquando pro die primo mensis, in quo renouatur Luna, quem Græci *Kalendas*, seu *Neomeniam*, id est, nouilunium vocant, vt 1. Reg. 20. 5. *Ecce chodes Neomenia*. seu *Kalendæ cras*.

Sententia ex Hebræo sic habet. *Quando transibit ille mensis, & frangemus fractionem*; vel *distribuemus annonam*, aut *alimentum*, *quo famem frangimus*, *vendemus*.

Sensus 1.

Et Hieronymus quidem, Theodoretus, Ruffinus, Vatablus, ac Robertus, nomen, *chodes*, pro Neomenia seu Calendis, primo die mensis festo, accipiunt.

Auari damnantur.

nisi quod Hieronymus increpari putat illos auaros, quod expectabant Calendas ad negociandum, & Sabbata ad aperienda horrea; & sic Dei solennitates turpis lucri gratia in sua compendia vertebant. Cum certe illi festa optassent transire, vt post ipsa negociarentur, & venderent in damnum egenorum, non vt negociarentur in ipsis festis; quo nihil eis nocerent, si iusto precio emerent.

Sensus 2.

Quare aliorum sensus est verus. Adeo opes vestras augere studetis affectu auaritiæ; vt cum acciderit dies festus aliquis, vt

Calen-

Calendarum, & Sabbathi, in quibus non potestis negotiari, & lucrari, fastidiatis, quod vno saltem die vos à lucro contineatis, & desideretis transire, vt ad frumenta indigis carius vendenda redeatis. Atque in hoc festa Dei in sua compendia vertebant, quod in illis de crastino cogitarent, & ad lucra captanda inhiarent. & hoc videtur voluisse Hieronymus, sensum aliorum secutus.

Sensus 3.

At Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus, Pagni. Tigurinus, Varablus, & Montanus pro mense nomen *chodes* acceperunt, & quidem definito, quia in Hebræo dicitur, *ille mensis*, quem messis mensem intelligunt, in quo dum per copiam vilescit frumentum, illo transacto, carius venditur, nos mensem vocamus Augustum. Atq; ita aiunt auari, cum transierit mensis Augustus post reconditum frumentum, quando pauperes non inuenient quod emãt, tunc nos exponemus nostrum frumentum, vt cariori precio augeamus opes.

Sensus 4.

Hunc etiam sensum habent Remigius, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & Dionysius cum transacta messe, explicant, frumentum vendendum; nisi quod sunt decepti in eo, quod pro *mensis*, legunt, *messis*. Paulus Burgensis in additione huius capitis ad Lyram, ex quorundam Hebræorum sententia putat, mensem hunc esse embolismicum, seu intercalarem; qui tertio quoque anno addebatur, & fiebat annus tredecim mensium, in quo mutatis festis augebatur precium annonæ. Sed nescio vnde oriretur caritas, cum si ferax esset annus, non esset indigentia, etiamsi longior fuisset.

Sensus 5. verior.

Mihi placet sensus, quem insinuat sua versione Tigurina; *post mensem venum exponemus annonam.* Vt non loquatur de aliquo anni mense, aut die determinato; sed de mense ab auaris definito, in quo videntes vilius vendi frumentum, præstolantur eius finem, vt eo transacto, dum auctum viderint precium pro sua libidine, tunc vendant: sic enim apud nos consueuêre facere auari; nam si videant vili vendi merces, eas seruant, & tacent, dum crescit indigentia, & precium rerum, & interim dicunt, ô si transeat hic mensis, in quo vilis est valor, vt possimus auctiori precio vendere.

6 *Et sabbatum.*] Hebraice, *& Sabbath, & aperiemus frumentum.* Nomen שַׁבָּת *Sabbath, Sabbatum, requies, seu cessatio* tria in Scriptura significat.

Sabbati significata.

& diem septimum hebdomadæ, vt Exo. 16. 26. *sex diebus colligite; in die autẽ septimo sabbatum est Domini.* Deinde hebdomadam, vt Leuit. 23. 15. *Numerabitis vero ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum septem sabbata plena*; hoc est, quinquaginta dies, ita dictam quia in vnaquaque hebdomada est Sabbatum. Vnde Publicanus Luc. 18. 12. dicebat, *ieiuno bis in Sabbato.* Denique septimum annũ, qui dicitur Sabbatum annorum, vt Leuitic. 25. 8. *Numerabis quoque tibi septem Sabbata annorum*, id est, *septies septem, quæ faciunt annos quadraginta nouem*; in vnaquaque enim hebdomada annorum erat vnus annus requietionis, & cessationis.

Sensus 1.

Enim vero Hieron. Theodor. Ruffinus, Remig. Hugo, Lyra, & Dionys. accipiunt hic *Sabbatum* pro die septimo hebdomadæ: cum transierit festus dies Sabbati, in quo cessat venditio, aperiemus horrea nostra, vt vendamus carius: increpabant scilicet illi transeuntis otii tarditatem, quod festo prohiberentur vendere.

Sensus 2.

Sed Pagn. Tigur. Vat. & Rob. pro hebdomada acceperunt; quod hebdomada transacta aperturi essent illi nequaquam horrea sua, quæ interim, dum vile erat frumentum, recondita, obsignataque habebant.

Sensus 3.

Tertio, Chaldæus, Paulus Burgensis, Rupert. Alb. & Montan. accipiunt *Sabbatum* pro septimo anno remissionis, in quo terra non seminabatur, sed sabbatizabat, & vescebantur iis, quæ sponte proferebat. Atque ideo anno illo transacto plurimi frumentum vendebatur; auarique in illum recondebant, & conseruabant in horreis suis. Vnde & dicebant; quando transierit Sabbatum terræ, tunc aperiemus horrea nostra, & augebimus opes. Hic sensus non displicet Vatabl. & Roberto.

Sensus 4. verus.

Verum quia Propheta in oppressionem pauperum frequentiorem, quam dilatam in septimum annum, inuehitur, vt ostendit ille sermo; *qui conteritis pauperes, & deficere facitis egenos terræ*; ideo mihi placet, vt accipiatur pro hebdomada, in qua contingebat vilescere triticum ob abundantiam: nam dicebant, ô si transisset mensis ille, aut illa hebdomada, & cessaret frumentum, nam tunc nos aperiremus horrea nostra, & carius venderemus nostrum frumentum, & expilaremus inopum pecunias.

Mensuram.] Post illum mensem, & post illam hebdomadam, in quibus auari illi videbãt vilius esse triticum, exponebant suum frumentum vendendum, ac duplici ratione expilabant pauperum pecunias; & aucto precio tritici; & imminuto modio, quo mensurabant triticum illis vendendum. 7

Ephah mensura.

Est autem pro, *mensuram.* Hebræum nomen אֵיפָה *ephah*, quod genus mensuræ fuit Hebræis, nempe decima Cori pars, magnæ aridorum mensuræ. sic dicitur Ezech. 45. 11. *vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori Ephi.* Corus autem 30. modios capit. nam Leuit. 27. 16. dicitur. *Si coro hordei seritur terra*, pro quo Vulgatus dixit, *si triginta modiis hordei seritur terra*, Isa. 5. 10. quod Hebraice legimus, *semen cori faciet Ephah*, Vulgatus vertit, *triginta modii sementis facient modios tres.* Vt quia corus capit 30. modios, Ephah, quæ est decima pars cori, capiat modios tres. sic Ruth. 2. 17. *Inuenit hordei quasi Ephi mensuram*, id est, tres modios. & 1. Regum 1. 24. *in vitulis tribus, & Ephi tribus modiis farinæ.*

Obiectio.

Quod si obiicias aliis in locis nostrum interpretem pro Ephah, aut Ephi vnum modium transtulisse, vt Leuitic. 19. 36. *iustus Ephi modius, æquusque sextarius.* Deuteron. 25. vers. 14. 15. *nec erit in domo tua Ephah modius maior, & minor. modius æqualis, & verus erit tibi.* Iudic. 6. 19. *& de farina ephah modio azymos panes.* quod & fecerunt in hoc loco Amos Pagninus, Vatablus, & Robertus; ex quo fit vt Corus decem tantum modios contineat, non triginta.

Responsio. Modius multiplex.

Respondetur varias mensuras eodem nomine apud gentes diuersas solere nominari. Est enim modius Atticus, qui & medimnus est; & Siculus, & Italicus, & Hispanus. Atticus modius seu medimnus eiusdem mensuræ Iosepho erat cum *ephah*; nam erat pars decima cori, vti *aphah*, inquit enim lib. 10. Antiquitat. cap. 12. Corus capit decem medimnos Atticos. Modius Italicus capit sextarios sedecim, tertiam partem *Ephah*, quæ constat sextariis 48. modius Hispanus sextarios habet octo, nempe, dimidium Italicum, vnde fit vt *Ephah* contineat vnum modium Atticum, tres

Italicos,

Italicos, sex Hispanos: ac proinde cum Vulgatus *ephah*, vertit *vnum modicum*, Atticum intellexit: cum vero *tres modios*. Italicos accepit. Atque vt hoc addamus, pars tertia *ephah*, satum est, cori- que trigesima, vnum modium Italicum capiens, duos Hispanos. Vnde mulieres coctutæ tria sata farinæ solebant commiscere, vnum videlicet *ephah*, tres nempe modios Italicos, & sex Hispanos, quos *celemines* dicimus. Ita Abraham Genes. 18.6. Saræ dixit, *Accelera, tria sata simila commisce*. & mulier illa Matth. 13. 33. & Lucæ 13. 21. *fermentum abscondit in farina satu tribus*. & hoc verius: quamuis in eum locum Matth. visum est Hieronymo Iosephum secuto libr. 9. Antiq. cap. 4. satum modium cum dimidio continere *ephahque* sesquissem: vt mulier illa subegerit *tria sata farina*, hoc est, modios quatuor cum dimidio, ex nostris nouem.

Satum quæ mensura.

8 *Siclum*.] Augendum siclum dicit ad expilandas egenorum pecunias. Quod tripliciter potest intelligi, primo simpliciter; augeamus precium seu valorem tritici, ita vt dupliciter pauperes decipiamus; & vtendo minori mensuram in dando tritico; & in exigendo plus iusto precio, hoc est, augere siclum, seu siclos. ita exponunt Remigius, Albertus, & Lyra. Deinde, vt *augeamus siclum*, id est, maiora pondera habeamus parata ad merces nobis à pauperibus accipiendas: ita siclum pro pondere mercium accipiunt Hieronymus, Vatablus, & Robertus. Tertio augeri poterat siclus moneta, cum accipiebatur ab illis auaris appensa, vel quia statera, & lances quibus pecunia pendebatur, inæquales essent; vel quia libella; aut pondus, quo probatur argentum, auctius iusto foret; vt videtur Montanu, & Isidoru.

Sensus. 1. Sensus 2. Sensus 3.

Sed vt quæ ex tribus his, verior sit expositio ostendamus, de siclo pauca dicenda sunt. שקל *sekel* Hebraicum nomen, quod Latine *siclus* dicitur, species nummi erat, qui omnium ponderum regula erat, & libratio: & iuxta Græcorum ponderationem pendebat tetradrachmo; sic enim ait Iosephus lib. 3. Antiq. cap. 9. Siclus nummi genus est apud Hebræos, quales sunt tetradrachmi Attici. & Hieronymus in 17. Matth. in fine, eundem staterem vocat. & in 4. Ezechielis in illud, *& tu sume tibi frumentum*, & in illud 45. Ezechielis *statera iusta*. Vnde Ierem. 32. 9. *appendique ei septem stateres*. Hebraice, *septem siclos*. & Ezech. 4. 10. *cibus autem tuus, quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die*, id est, vicenos siclos, ait ibi Hieronymus: siclus, id est; stater, habet drachmas quatuor. Drachmæ autem octo Latinam vnciam faciunt. ita siclus semunciæ pondus erat. his adde siclum viginti obolis constituisse, Exodi 30. 13. *Hoc dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli iuxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet*. Leuit. 27. 25. *omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet*. idem dicitur Numerorum 3. 47. & c. 18. 16. & Ezechiel. 45. 12. Quod cum verum sit, drachma Hebraica quinque gheras, id est, obolos habebit, vno minus Attica, quæ ex communi, certaque sententia, sex obolos habet. Ac proinde siclus habebit 24. obolos Atticos, Hebraicos vero viginti: quorum singuli obolum Atticum continebant, & quintam eius partem præcise. Vnde drachma Attica in vniuersum eundem valorem habebit cum Hebræa; & quinque oboli Hebræi, quantum quinque Attici. Cum autem obolus Atticus, vt notat Couarr. lib. de Cullat. Veterum numismatum cap. 2. numer. 8. sex valeat quadrantes, seu marauedinos communes Hispanos, drachma continebit 36. marauedinos; & siclus, qui est tetradrachmus, continebit quatuor regales, & insuper octo marauedinos. Est igitur siclus eiusdem fere ponderis, vt notat Montanus libr. de mensuris, cuius sunt quatuor Iulii Romani, aut quatuor Carolei Gallici, aut Veneti Mocequini duo, aut Flandrici nummi, aut quatuor nummi regales Hispani.

Siclus didrachma. Iosephus. Siclus 20. obolos valet. Siclus 4 regales valet.

Est præterea sciendum; siclum fuisse commune pondus, quo ceteræ pecuniæ, cuiuscumque tandem materiæ fuissent, pendebantur, siue signato argento constarent, siue rudi, & incuso, dummodo suo pondere redderetur. nam minorum monetarum quadræ aliæ, rotundæ aliæ, nonnullæ excusę, rudes quędam fuerunt: ac semper ad sicli argentei pondus, vt dixi, pendebantur, qui nominato argento, vel auro, subintelligebatur. Vulgatus *siclum argenti*, argenteum solet vocare. Vt Genes. 23. 16. *Abraham appendit pecuniam Ephron, audientibus filiis Seth, quadringentos siclos argenti, probatæ monetæ publicæ*. Hoc est, mille, & sexcentos argenteos Hispanos regales. Genes. 37. vers. 28. *Vendiderunt Ioseph Ismaelitis viginti argenteis*, pro viginti argenti siclis. 3. Regum 10. 29. *Egrediebatur quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti*. Hoc ipsum 1. Paralipom. 1. 17. vertit idem Vulgatus, *quadrigam equorum sexcentis argenteis*. Huiusmodi fuerunt triginta argentei, quos Iudas accepit à Iudæis Christi proditionis precium, hoc est, centum ac viginti è nostris. Hunc siclum pondus fuisse omnium metallorum, & aliarum pecuniarum cuiuscumque fuissent materiæ, placet Montano, & verisimilius est, siquidem quoties appendi argentum, aut aurum scribitur, quadraginta siclos argenti, aut auri pendere dicitur. Vt si apud nos dicatur argentum, aut aurum alicuius appensum quatuor, aut quinque libras, & nihilominus siclus auri maioris erat valoris, quam siclus argenti, vt apud nos nummus argenteus simplex, & aureus coronatus simplex eiusdem est ponderis, & tamen hic in valore excedit illum, nam continet fere duodecim illius. Ita Genes. 24. 22. *protulit Rebecca vir inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem, pondo siclorum decem*. Iudicum 8. 26. *& fuit pondus postulatarum inaurium, mille septingenti auri sicli*. 1. Paralipom. 21. 25. *Dedit Dauid Ornan pro loco siclos auri iustissimi ponderis sexcentos*. De siclis argenti appensi iam supra sunt adducta exempla. De aliis metallis dicitur 1. Regum 17. 5. 6. de Goliath. *Porro pondus loricæ eius quinque millia siclorum æris erat, ipsum autem ferrum hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri*. Sed & aromata siclo pendebantur, Exod. 30. 23. *Sume tibi aromata, primæ myrrhæ, & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos: calami similiter ducentos quinquaginta: casiæ autem quingentos siclos, in pondere sanctuarij*. Demum quæcumque accipiebantur, aut permutabantur, argento permutabantur, ad pondus sicli, qui cum solus ponebatur, argenti pondus esse vulgo intelligebatur. ita Leuit. 5. 15. cum de ariete offerendo dicitur; *Qui emi potest duobus*

Siclus commune pondus. Valor sicli Christi precium. Siclus pondus omnium metallorum. Siclo pensa aromata. Siclus argenti.

A *siclus iuxta pondus sanctuarij*: intelligi debet; argento, quod appendit duos siclos, 1. Reg. 14. 26. cum scribitur, *Cæsaries Absalonis pendebat ducentis siclis pondere publico*: debes intelligere, argentum ducentorum siclorum. sic 2. Esdr. 5. 15. *Duces primi qui fuerant ante me grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia, quotidie siclos quadraginta*, hoc est, argentum pendens siclos 40. & 2. Esdræ 10. 32. *& statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli*, hoc est, argentum pendens tertiam partem sicli, *per annum, ad opus Dei nostri, ad panes propositionis, ad sacrificium, & holocaustum sempiternum in Calendis, in solennitatibus, &c.*

Siclus triplex.

Cum autem non habeamus ex Scriptura, ex qua materia constaret hic siclus, cuius pondere omnia pendebantur, etiam pecuniæ, num esset, vti nostra libra, æreus? at constat triplicem fuisse. B

Siclus sanctuarii.

Siclum sanctuarii, quo pendebatur quicquid ad templum, ac Dei cultum spectabat, de quo dicitur Leuit. 27. 25. *omnis æstimatio tua siclo sanctuarij ponderabitur*; de eo in Exodo, & Leuitico fit multa mentio, diciturque pondus sanctuarii.

Siclus publicus.

Siclum publicum, cuius erat vsus publicis mercatoribus, qui & regius dicebatur, de quo 2. Regum 14. 26. dicitur. *Absalonis Cæsarem pendebat ducentis siclis pondere publico*, Hebraice, *pondere regio*, quia rex illud constituebat obseruandum publicis mercatoribus: quale fuit id Genes. 23. 16. quod *appendit Abraham Ephron, quadringentos siclos argenti transeuntis per mercatores*, quod dixit Vulgatus, *probatæ monetæ publicæ*. quod ea esset optima, & iusta, quæ mercatoribus publicis probabatur. C

Siclus vulgaris facile mutandus.

Demum erat & siclus communis, & vulgaris, quem domi quilibet ciues seruabant ad appendendas pecunias argenti, auri, vel æris, quas pro diuenditis rebus accipiebant, quem tamen viri diuites pro sua cupiditate in difficillimis temporibus, vt pauperes spoliarent, augebant. Hunc probant duo illi sicli, Sanctuarii, & regius, qui ita dicti videntur, ad differentiam sicli priuatorum. Deinde, quia Scriptura hortatur ne domi habeantur diuersa pondera; sed vnum iustum. sic Deuteronom. 26. 13. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus: nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustum, & verum: & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram*. & Prouerb. 20. 10. *Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum*. & vers. 23. *abominatio est apud Dominum pondus, & pondus*: quibus in locis, pro, *pondus*, in Hebræo legimus, *lapis, & lapis*, quod ex lapidibus pondera fierent à priuatis, vt apud nostros agricolas videmus: si ergo hæc admonitio non comprehendit pondera Sanctuarii, nec pondera publica, ac regia, quæ difficile minui, augerive possent: comprehendit ergo priuatorum pondera, quæ quod sint multiplicia, & occulta, mutari haud difficile possunt: præsertim si ex lapidibus fiebant. D

Siclorum omnium idem pondus.

Quamuis autem nonnulli existimauerint diuerso pondere hos siclos constitisse; verius tamen est neutrum minus pependisse tetradrachmo; quia de siclo Sanctuarii dictum est 20. obolis stetisse. Atque idem de siclo publico, & communi dixisse Ezechielem non obscure videbitur legenti; ac priuatos omnes ad eumdem modum suos siclos expendere debuisse, ex locis paulo E

A ante adductis constat. Quo magis probatur illa nostri Prophetæ expositio, qua illud, *augeamus siclum*, exponitur, maiorem faciamus siclum, secundum quem appendi debet argentum, vel aurum, quo emenda sunt à pauperibus nostra alimenta, aut frumenta. Nam de vendendo suo frumento loquuntur auari illi, post mensem, & hebdomadam, in quo mensurando decipere poterant, & in ponderando precium acceptum; cum frumentum non ponderaretur. & hoc est, supponere stateras dolosas ad possidendum argentum egenorum, vel ad comparandos sibi pauperes in seruos pro argento, quo emunt frumenta, & pro vili precio duorum calceorum.

Sensus Prophetæ.

9. *In superbiam.*] Hoc est, contra superbiam Iacob, qua vult sibi subiicere omnes, & pauperes iniuste expilare: ita cum Septuaginta intelligunt Eusebius lib. 10. de Demonstratio. Euang. cap. 6. Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. B

Sensus.

Sensus.

Paginus tamen, Isidorus, & Robertus exponunt, *celsitudinem, magnificentiam, & maiestatem Iacob*; hoc est, per semetipsum, qui est gloria Iacob, de quo debet gloriari, & superbire; vel cuius celsitudo, & maiestas nota est Iacob.

Sensus.

Chaldæus autem magnitudinem, seu amplitudinem ipsius Iacob intelligit, in quam multis beneficiis cumulatus, euectus est, nam sic ait, *Iurauit Dominus, qui dedit magnitudinem Iacob*, & Tigurinus, *Iurauit Dominus per excellentiam ipsius Iacob*. Sic etiam Montanus, ea phrasi, qua dixit Isaias cap. 60. 15. *Ponam te in superbiam sæculorum*, id est, amplum te faciam. Vatablus intelligit templum de quo Israel gloriabatur. C

Sensus verus.

Sed magis ad rem facit, vt superbiam, & iniquitatem Iacob execretur, quam subiicit multis comminationibus. Nam & Dauid Kimhi exposuit, *Abominor maiestatem Iacob*, nempe, de qua superbiebat.

10 Sensus 1.

Quasi riuus.] Similitudine sumpta ex riuo Ægypti, seu torrente; qui totus delabitur in mare Mediterraneum, & vlterius non apparet, aquis eius absorptis; declarat omnes habitatores Palæstinæ abducendos ab exercitu Assyrio in Assyriam, adeo vt amplius non appareant. Sic Hieronymus, Remigius, Hugo, Albertus, & Dionysius: diximus de hoc riuo Ægypti supra cap. 6. numer. 22. D

Sensus 2.

Sed Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus Nilum Ægyptum inundantem intelligunt, ac sic explicat similitudinem Chaldæus: *Irruet in eam rex cum exercitu suo maximo, sicut aqua fluuij, & eluet eam omnem, expelletque habitatores eius, vt fluuius Ægypti*; hoc est, vt ait Montanus: sicut Ægypti regio Nili exundatione eluitur, atque expiatur; sic terra Israelitica sceleratissimis habitatoribus expurgabitur per maximum Assyriorum Imperatorem, cum exercitu suo.

Sensus iii.

Aut iuxta Vatablum & Robertum. Tanquam amnis ascendet tota ipsa terra, versa quasi in amnem, propter calamitatum inundantiam, & pellentur à sedibus suis in Assyrios, & absorbebitur; sicut Nilus quotannis intumescens alluit Ægyptum, ipsamque terram pellere videtur, & tandem quando subsidet, absorbetur. E Isidorus aliter. Sicut Nilus in planitiē euomit, quæ in eo natant: ita Israelitæ euomentur de terra sua. Alii demū legentes, *Intumescet quasi flumen tota ipsa, impelletur vero, & obruetur quasi fluuio Ægypti*. sic exponunt. Tam exundantes

erunt

erunt fluctus calamitatum, vt intumescat tota terra, quasi flumen inundans, & hoc illue eqietrahetur, & obruetur vt solet obrui Ægyptus fluuio suo Nilo. Solet enim magna terræ moles ex vno in alium locum inundatione mutari. Sed quia reuera similitudo est ducta à riuo Ægypti, non ab ipso Nilo, quo alluitur; clarius, & breuius iuxta lectionem Hebraicam, quæ sic habet: *Ascendetque tanquam fluuius tota, & eucietur, & absorbebitur veluti fluuius Ægypti*; & iuxta Vulgatum, qui totam terram explicuit, per *habitator vniuersus*, sensus erit. Vt totus fluuius defluit, ita omnes habitatores huius terræ captiui abibunt in Assyriam deinde explicat sequentibus. Omnes enim eiicientur in Assyriam, & ibi absorbebuntur inter tot gentes, vt aquæ fluuii Ægypti decurrentis in mare absorbentur ab aquis maris. extremam, & omnimodam captiuitatem comminatur.

Sensus verus.

11 *In meridie*] Chrysostomus Homil. 2. ad populum Antiochenum, Hier. Theodoretus, Isidorus, & Muntanus, magnitudinem calamitatum hac forma loquendi asserunt indicari, quæ adeo perturbabunt, ac mœrere facient Israelitas, vt nec ipsam lucem Solis è meridiano circulo refulgentis, videre, propter doloris caliginem sinantur. Solet enim tristitia, quasi nebula turbare oculos, & tenebras offundere, ne pure, & cum solita virtute, radiorum Solis lumen suscipiant. & hoc est, *tenebrescere faciam terram in die luminis*. hic est enim effectus maximæ afflictionis, & mœroris. Remigius tamen, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vat. & Rob. *Meridiem* accipiunt pro summa felicitate, prosperitate, & lætitia. Cum erunt in supremo gradu felicitatis, & lætitiæ, absque vlla ruinæ cogitatione, deuciam eos, & captiuos ducam, & omnia sua festa, quibus nunc gaudent, in luctum conuertam. prior sensus videtur verior. Sunt tamen ex patribus, Cyprianus libr. 2. aduersus Iudæos capit. 23. Eusebius libr. 10. de Demonstrat. Euangel. capit. 6 Hieronym. Ruffinus, & Rupertus, qui de Christi passione hunc locum interpretentur; in cuius morte tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Verum de clade Samariæ hic sermonem esse in sensu historico, non est cur dubitemus, quamuis in mystico ad Christi passionem possit extendi.

Sensus 1.

Sensus 2. Meridies pro felicitate.

De Christi passione.

12 *Vnigeniti.*] Hoc est, terram ita mœrore complebo, vt tota ipsa luctu resonet, non minore, quã qui fieri solent in morte primogeniti. Putant quidam allusionem fieri ad communem illum luctum Ægypti propter interitum primogenitorum ab Angelo occisorum: sed verius est sumi similitudinem ex communi matrum luctu, cum filium vnicum amittunt; nam multa suæ tristitiæ signa ostendunt cum sacco se induunt, caput tondent; vt Ierem. 6 26 *filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi; planctum amarum.*

13 *A mari.*] De quibus terminis terræ sit sermo, dignosci non potest, nisi cognoscamus de quo tempore loquatur Propheta, cum ait de futurum verbum Dei. Hieronymus, Remig. Hugo, Dionys. & Montanus hanc Prophetiam explicant de toto tempore captiuitatis, quæ durauit vsque ad tempus Christi, & nostro quoque durat tempore. Vnde terminos illos assignant, à mari Oceano Atlantico, vsque ad mare Occidentale Britannicum: & ab Aquilone vsque ad Orientem. Nam per omnem terram interiacentem discurrent Iudæi, vt modo vagantur, perquirentes verbum Dei ex oraculis, & Prophetis. Verum cum probauerimus sermonem hic non fieri de Iudæis, sed de Israelitis qui iurabant in delicto Samariæ: & Israelitæ ex quo ab Assyriis capti sunt, nunquam in suam fuerint asserti libertatem; captiui permanserant propter idololatriam, non ob piaculum in Christum commissum. Necdum quod Israelitæ non vitam agunt inter illa maria, cum in montibus Medorum, & inter Tartaros captiui degant. Alii ergo existimant sermonem fieri de Israelitis captiuis, qui versabantur inter Persas, & Medos, liberiore viuendi ratione, vt constat de Tobia. qui omnem illam terram circuibant à mari Caspio occiduo vsque ad Persicum Meridionale; & ab Oriente vsque ad Armeniam: quærentes Prophetam, & non inueniebant: quia Israelitæ in sua captiuitate nullos habuere Prophetas: sicut Iudæi in Chaldæa, qui habuere Ezechielem, Baruch, Danielem, Haggæum, & Zachariam. Ceteri hanc famem explicant futuram in terra ipsa Israel, cum captiui ducentur. Vnde Varabl. & Rob. intelligunt, à mari Australi rubro vsque ad Occidentale Mediterraneum, & ab Aquilone vsque ad Orientem oberrabunt, & non inuenient Prophetam. quod de Iudæis intelligi non potest, qui semper habuere Ieremiam, per quem suscipiebant verbum Dei, & apud quos illud inuenissent Israelitæ, si circumcursassent vsque ad mare rubrum. Quare verius videtur loqui Propheta de tempore obsidionis Samariæ, & extremæ captiuitatis decem tribuum per Assyrios factæ. quod probat maximam afflictionem, quam hucusque descripserat Israelitis futuram, in qua ait deliquium passuras virgines, ac iuuenes: atque hæc omnia mala ventura illis, qui iurabant in delicto Samariæ. Hanc intelligentiam insinuat Chaldæus, qui nomine. *Virginum*, exponit, *nullo tempore patietur deliquium cœtus Israel.* & Theodoretus. Sed & Albertus, & Lyra eam tradunt. Nam de quibus dixerat, quod peribunt fame verbi Dei, & siti; de eis subdit tandem Propheta, *cadent*, dum capientur, *& non resurgent vltra.* Loquitur ergo de Israelitis existentibus adhuc in patria sua. Vnde cum subdit, quod *oberrabunt à mari vsque ad mare*, vel intelligit à mari mortuo vsque ad mare Occiduum Mediterraneum, vt intelligit Albertus; vel potius, vt Lyra, à mari Galileæ vsque ad mare ipsum Mediterraneum; quod exponit Chaldæus; & à plaga Aquilonari terræ Israelitorum vsque ad plagam Orientalem; vt quærant à Domino verbum, & oraculum: & nullum inueniant; qui despexerunt Prophetas opportune ab eo missos; quod grauissimum eis erat, iuxta illud Psal. 73. 9. *Signa nostra non vidimus: iam non est Propheta. & nos non cognoscet amplius.* Lege Originem Homil. 16. in Genesim.

De tempore 1. Expositio.

Refutatio.

2. Expositio.

3. Expositio.

4. Expositio vera.

Prophetarum despectio punita.

Deficient.] Siti verbi Dei perituros quoque iuuenes, ac virgines comminatur, secundum Hieronym. Remig. Vat. & Montanum, dum erunt in captiuitate. Sed quid magni comminatur, cum hoc genus hominum nulla solicitudine teneatur audiendi verbum Dei, & hoc de toto populo dixerat, qui volebat inuenire Prophetam, per quem agnosceret quid sibi futurum mali per Assyrios, & 14

Sensus 1.

vtrum ab eis foret euendum? Quare de siti corporea intelligunt Chaldæus, Theodoretus, Albertus, Lyra, & Isidorus, qua pressi, vti & aliis malis, deficient virgines, & iuuenes, totaque posteritas, quæ per eos erat propaganda: quod grauissimum, & singulare malum est; propterea seorsim dicitur: *In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti*, non verbi Dei, de qua iam est dictum, sed ex aquæ penuria orta. Solet enim Scriptura inter mala, quæ recenset, hoc vnum enumerare, quod iuuenes, & virgines, per quos populus esset propagandus, intereant sic hunc locum intellexit Isidorus: & ita dixit Dauid Ps. 77. v. 63, *Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum nō sunt lamentatæ*; quod innuptæ periissent: nam in Hebræo legitur, *non sunt laudatæ*, nempe epithalamiis nuptialibus; aut *non sunt nuptui traditæ*: periere enim sine nuptiis, ac propterea sine filiis.

15 *In delicto.*] Sunt qui relatiuum, *qui iurant*, referant ad iuuenes, & virgines. Verius tamen est, absolute poni, nam in Hebræo est participium, *iurantes in delicto Samariæ*. loquitur de omni populo, de quo subiicit, *cadent, & non resurgent vltra*. & hoc ideo, quia iurant in delicto Samariæ. Vatab. Isidorus, & Robertus intelligunt vitulum Bethel, qui quod esset iuxta Samariam, erat offensioni crebræ Samaritanis, qui ad illum adorandum frequenter se conferebant. & ita iurabant, *Viuit Deus Bethel*, vt olim dicebant, *Viuit Dominus*. Communior expositio habet, *delictum Samariæ* vocari, quod omnis Israel deliquisset in vitulo collocato ab Ieroboam filio Nadab in Dan; & ita huius; *qui iurant in delicto Samariæ*, explicatio sit quod sequitur. *& dicunt*, pro, id est, *dicunt*, *Viuit Deus tuus Dan*. qui videlicet in te colitur opera, & iussu Ieroboam regis Samariæ; qui vt retraheret populum à cultu veri Dei, qui in templo Ierosolymitano colebatur, *excogitato consilio fecit duos vitulos aureos*, 3. Reg. 12. 28. & dixit. *Nolite vltra ascendere in Ierusalem. Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitque vnum in Bethel, & alterum in Dan. Et factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum vsque Dan, & fecit solemnitatem in Bethel, qualis fieri solebat Ierosolymis.* Aut illi dicuntur iurare in delicto Samariæ, qui offendunt in idolo quocunque, in quo Samaria colendo delinquit: qualis est vitulus Dan, & via quæ ducit Bersabee.

6 *Viuit via.*] Iurabant per longam, ac difficilem peregrinationem, quam suscipiebant gratia adorandi vitulum, qui erat in Bersabee & ita dicebant secundum Albertum, Lyram, & Robertum, Viuit Deus, cuius adorandi gratia tam longam ingredimur viam vsque Bersabee Vatab. & Montanus intelligunt viam, quæ omnem Palæstinam diuidebat ab extremo termino illius versus Austrum Bersabee, vsque ad Pomeadem, extremum alterum versus Septentrionem, qui est Dan. Suscipiebant enim hanc peregrinationem ... hinc inde incipientes, tanto studio religionis, quanto erant illi termini magis à se dissiti. Verum non puto de hac peregrinatione hic sermonem esse, sed de ea, quam quisque suscipiebat è patria sua in Bersabee; nam de ea dictum est supra cap. 5. 5. *& in Bersabee non transibitis*. Quod si hanc peregrinationem esse dicamus, quæ suscipiebatur à Gabaa in Bersabee, in qua via, multa, eaque frequentia erant excelsa, & altaria, quæ inuisebant? de qua dicitur 4. Reg. 23. 8. *Iosias contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes de Gabaa vsque Bersabee.* quam viam idcirco sacram habebant, quod pedibus Abrahæ fuisset calcata, qui per eam sæpe transierat. Quod si dicas Bersabee fuisse in extremis tribus Iudæ, atque ad hanc tribum pertinuisse; quomodo ergo ad eam peregrinationem suscipiebant, quibuscum Iudæi non computabantur Israelitæ, & Samaritani? Idcirco Lyra putat non vnam fuisse ciuitatem Bersabee, sed duas: vnam, quæ dicitur Bersabee Iuda, ita dicta, quod sit altera ad Iudam non spectans: atque de hac loqui Amus, quæ erat in terra Israel. Verum non est vnde probetur altera Bersabee, ab ea, quæ erat in tribu Iuda, ita dicta, quod reuera pertinuisset ad tribum Simeonis, quæ erat in medio tribus Iuda, vt refertur Iosue c. 19. & quod tam longe abesset ab Israelitis, quibus dicitur, *& in Bersabee non transibitis*, propterea iurabant per illam. Lege quæ diximus supra c. 5. n. 6.

AMOS PROPHETÆ

Paraphrasis.

[1] VIDI rursus Dominum stantem [2] super altare Bethel, & intentum vastationi Israel, [3] qui dixit Angelo ad id parato, [4] percute limen portæ templi, vt commoueantur [5] superliminaria, & totum ædificium ruat, & in frusta concidat capita omnium principum, qui [6] auaritiæ student. nam ceteros de plebe gladio Assyriorum interfici faciam, nec vllus effugiet. Quod si quis fugerit, non proderit ei fuga sua: nam si [7] infernum vsque penetrauerint, vt ibi se abscondant à conspectu meo, inde manus mea educet eos. Et si editissimos montes occupauerint, & in cœlum vsque ascenderint, inde detraham eos: & si latuerint in densissimis latebris verticis [8] Carmeli, inde scrutans, auferam eos: & si celare se ab oculis meis voluerint in profundo maris, ibi faciam, vt [9] serpens Leuiathan morsu eos interimat. Et si tandem aliqui eorum abducti in captiuitatem, putauerint iam mortem euasisse, ibi etiam efficiam, vt quauis ex causa [10] interficiantur: & , vt

Cap. IX.

1 ‖ [1] VIDI *Dominum stantem* [2] *super altare*, [3] *Et dixit:* [4] *percute cardinem, & commoueantur* [5] *superliminaria:* [6] *auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam; non erit fuga eis. Fugient, & non saluabitur ex eis, qui fugerit.*
2 ‖ *Si descenderint vsque* [7] *ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque ad cœlum, inde detraham eos.*
3 ‖ *Et si absconditi fuerint in vertice* [8] *Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo* [9] *serpenti, & mordebit eos.*
4 ‖ *Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo* [10] *gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos super eos, in malum, & non in bonum.*
5 ‖ *Et Dominus Deus exercituū,*

vno

vno verbo concludam, oculos meos ponam super eos, vt perdam, non vt seruem. Ne vero dubites de mea potentia ad hæc conficienda; ego sum ille Dominus Deus exercituum, qui si tangat terram, solo suo contactu, nutuque voluntatis illam faciet [11] diffluere, cum magno luctu eorum, qui eam inhabitant, & omnis ipsa, instar riui decurret, & instar fluuii Ægypti diffluet in mare Mediterraneum, & in eo summergetur; ille, qui collocauit in alta cœli arce gloriæ suæ [12] maiestatem, & [13] Ecclesiam hominum sibi charorum in terra fundauit; qui denique ad sola acta [14] euocat maris aquas in vaporem, Solis calore conuersas, & concretas in nubes, resoluit super faciem terræ: cui nomen est Iehouah. Annon ô filii Israel pares mihi estis conditione [15] cum Æthiopibus, quos bello aliquando delebo? Nonne si vos eduxi de dura seruitute Ægypti, ita eduxi Palæstinos [16] de Caphthor, & Syros de Cyrene, & feci nouas sedes occupare, incolis pulsis, propter eorum peccata: si ergo his gentibus ego non peperci, similiter à me affectis beneficio, nec vobis æquum est parcere: cum semper intentus sim regno cuiuis peccanti, vt illud deleam, Nihilominus ita me vobiscum geram, nam licet puniam, non delebo tamen familiam Iacob. Nam ego præcipiam Assyriis, vt captiuas ducant decem tribus Israel, & concutiant inter gentes, ad quas ducentur: & coagitabunt eos [18] vt triticum in cribro, & electi instar granorum seruabuntur, nec cadent super terram: at cæteri peccatores, qui peccando impunitatem sibi promittentes, dicant, non appropinquabit, neque eueniet hoc malum, quod comminantur nobis Prophetæ: gladio hostium interfecti, vt puluis è cribro diffluens, peribunt. Dixi non omnino delendam familiam Iacob: quia [19] in illo tempore aduentus Messiæ tam ab omnibus desiderato, ego renouabo regnum Dauidis collapsum, & rupturas in eo, vastita populi dissidiis factas, instaurabo, & quæ Tyrannide Ieroboam, & aliorum regum Israel, diruta erant, erigam, & ad eum [20] statum restituam, quem habebat sub Dauide, & Salomone, quando vnus erat populus sub vno rege: & duces Christi Apostoli ex Israelitis electi [21] occupabunt sua prædicatione [22] Idumæos, & cæteras omnes nationes, quæ [23] nomine Christi vocabuntur Christiani. nec dubitandum de effectu, quia ille, qui promittit est, qui implebit. [24] In diebus illis, ait Dominus, tanta erit bonorum spiritualium affluentia, vt quemadmodum in pingui, & felici solo messis durare solet vsque ad arationem, & seminatio continuo sequi post vindemiam: ita perpetuo durabit spiritualis copia tempore Christi. Nam Apostolorum montes [25] dulcem doctrinæ liquorem stillabunt, & omnes alii prædicatorum colles in suauitatem culti liquefient. [26] Asseram in libertatem Euangelicam ab infidelitatis seruitute populum meum Israel, & vrbes, quas desertas reliquerant, cum captiui transmigrarunt, in Ecclesias constituentes, variis conuersorum congregationibus complebunt, pacificeque in eis degent, omnibus Christi bonis perfruentes: vt vere in pace degunt, qui post longam captiuitatem liberi, plantant vineas, & vinum ex eis bibunt, & hortos conserunt, & fructibus eorum vescuntur. Et constituam eos [27] in Ecclesia, in qua summa potiantur tranquillitate, & interna pace, adeo perseuerante, vt ab ea nunquam amplius euellantur. Sic enim asserit Dominus Deus tuus, ô Israel, cuius certa promissio non potest non executioni mandari.

qui tangit terram, [11] & tabescet: & lugebunt omnes
habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis, & defluet
6 *sicut fluuius Ægypti. Qui ædificat in cœlo [12] ascensionem*
suam, & [13] fasciculum suum super terram fundauit: qui
[14] vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ,
7 *Dominus nomen eius. Nunquid non [15] vt filii Æthiopum*
vos estis mihi, filii Israel, ait Dominus? Nunquid non Israel
ascendere feci de terra Ægypti: & Palæstinos [16] de Cappa-
8 *docia, & Syros [17] de Cyrene? Ecce oculi Domini Dei su-*
per regnum peccans, & conteram illud à facie terræ. Ve-
rumtamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Do-
9 *minus. Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omni-*
bus gentibus domum Israel, [18] sicut concutitur triticum in
10 *cribro: & non cadet lapillus super terram. In gladio mo-*
rientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt: non ap-
11 *propinquabit, & non veniet super nos malum. [19] In die illa*
suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædifi-
cabo aperturas murorum eius, & ea, quæ corruerant, in-
staurabo: & reædificabo illud [20] sicut in diebus antiquis.
12 *[21] Vt possideant [22] reliquias Idumææ, & omnes natio-*
nes, eo quod [23] inuocatum sit nomen meum super eos, dicit
13 *Dominus faciens hæc. [24] Ecce dies veniunt, dicit Domi-*
nus: & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ
mittentem semen: & stillabunt montes [25] dulcedinem, &
omnes colles culti erunt. [26] Et conuertam captiuitatem
14 *populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & in-*
habitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum ea-
15 *rum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et*
plantabo eos [27] super humum suam: & non euellam eos
vltra de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus
tuus.

ARGVMENTVM.

VLTIMVM Israelitarum excidium, & ineuitabilem per orbem euagationem prædicit tandem Amos. Sed per Christum, eiusque discipulos ad fidem eius congregandos, & bonis spiritualibus cumulandos, sub temporalibus insinuatis, prænunciat, vt consoletur.

COMMENTARIVS.

1 Quæstio, in quos sermo sit.

QVÆSTIO est non leuis, in quos inuehatur Amos in toto hoc capite; In Israelitas, an in Iudæos? Communis intelligentia est Chaldæi, Hieronymi, Theodoreti, Remigii, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysii, Vatabli, Montani, & Roberti, loqui Prophetam contra duas tribus, non contra decem. Et probatur in primis, quia meminit templi, quod cum sine aliqua nota ponitur, Ierosolymitanum debet intelligi, vt pote omnibus notum,

Sententia 1.

A ac celebre. Deinde quia promittit instaurationem temporalem populi sui: at decem tribus non sunt instauratæ, sed tantum duæ; ergo de solis duabus loquitur Propheta, non de decem.

Verum quod loquatur de extrema vastitate decem tribuum verius videtur Ruffino, & Isidoro, & aliis, ac menti Prophetæ magis consonum, quod rationibus non leuibus roborari potest. In primis: Amos prophetabat in Samaria, aut in Bethel, tanquam qui à Deo missus fuerat, vt prophetaret contra Israel, vt constat ex cap. 7. & sub rege Ieroboam, vt diximus suo loco. Et ni-

Sententia 2. verior.

Rationes.

bil est

hil est quod insinuet prophetare contra Iudam, ergo adhuc prophetat contra Israel. Deinde, quia hic vtitur nominibus, quibus solent Prophetæ nominare decem tribus; nam vocat populum Israel, domum Israel, & domum Iacob: & eo tempore, quo regnum Israel perstabat seiunctum a regno Iuda. Tertio, quia illud idem vitium auaritiæ, & iniquitatis in egenos propter quod in cap. 8 comminatus est Israeli exitium extremum, & eadem vsus similitudine riui, & fluuii Ægypti in mare defluentis, nunc increpat, & proponit, vt causam vastitatis. Sed in capite octauo contra Israelitas locutus est; ergo & in hoc contra eosdem loquitur. Demum, quia domum Israel dicit concutiendam in omnibus gentibus, sed instaurandam: vel loquitur de duab tribubus, & instauratione temporali, & licet duæ tribus instauratæ sint post 70. annos, verum non sunt concussæ in omnibus gentibus, sed in Chaldæa tantum. At decem tribus dispersæ sunt per omnes gentes ex regione Medorum, & Persarum, præsertim circa tempora Christi. & licet non sint ad regnum temporale restitutæ; sunt tamen per Christum, & Apostolos conuersæ ad regnum Dauidis spirituale, de quo hic est sermo, vt diximus. Recte igitur Israelitis quadrant omnia, non vero Iudæis.

rationes oppositæ solutæ.

Ad oppositas rationes respondetur, magis notum ac celebre fuisse templum Bethel Samaritis, qui quotidie illud frequentabant, quam Ierosolymitanum, quod fortasse nunquam viderant: Amos autem de præsenti templo, absque vlla nota, loquebatur, & intelligebatur locutus. Ad alteram, promittit instaurationem populi Israelitici, non temporalem, quam nullam habuit, sed spiritualem per Christum. Hoc promisso, verba Prophetæ prædictæ intelligentiæ accommodemus.

1 *Vidi.* Imaginaria visione hoc spectrum vidisse certius est, præsertim omnibus interpretibus, qui in templo Ierosolymitano accidisse affirmat, à quo longe aberat Propheta, nempe Samariæ, aut in Bethel. Albertus putat assumpta forma corporali Angelum apparuisse, & executioni mandasse præceptum Domini; quod non abre est, si Propheta tunc ingressus erat templum Bethel, vbi agebat. Quin & Eusebius lib. 6. de Demonstrat. Euang. cap. 18. hunc terræmotum dicit esse illum, ante quem dixit Amos esse prophetasse, vt etiam ibi Montanus, ac proinde putarunt reipsa factum esse. Sed de hoc terræmotu eo loco diximus late.

Quæ ratio- [illegible] visum.

6

Eusebius.

Super altare.] Samariæ intelligunt nonnulli, verius altare Bethel, in qua vrbe erat constitutum Sanctuarium Israelis, vt dictum est cap. 7. v. 9. quod erat quoque *sanctificatio regis, & domus sacra regni*, vt ibidem dicitur vers. 13. ac propterea vocari potest altare Samariæ, in quo Samaritani adolebant vitulo. de eo legitur 3. Reg. 12. 33. quod Ieroboam filius Nabat ascendit super altare, quod extruxerat in Bethel, quinta decima die mensis octaui, & ascendit super altare, vt adoleret incensum, & cap. 13. vir Dei prophetauit contra illud altare. Super huiusmodi ergo altare Dominum vidit Amos consistentem, & quasi vrgentem inde totius delubri vastitatem, & per illam totius Israelis. Ceteri interpretes de templi Ierosolymitani altari intelligunt. *altare aureum* exponit Montanus; *altare holocaustorum* Lyr. Vatabl. & Robertus. Sed omnino ea altari Bethel comminatur idololatriæ destructionem vna cum regno Israel. Nam inde pœna infligitur, vbi culpa commissa.

a

Altare Bethel.

Et dixit.] Prophetæ ipsi, vt percuteret, & illa percussione significaret euersionem sui cultus, & regni Israelitici, vt videtur Hieronymo, Rupergio, Alberto, & aliis. Sed & potestatem nudit illi Angelo vlciscenti hoc præceptum datum, vt existimant, & Theodoretus, Lyra, & Montanus. Nam Amos vidit Dominum super altare, & Angelum, per quem erat executurus suam iustitiam os Domini contemplantem ad obaudiendum vocem, si qu diubeset.

Percute cardinem.] Hebr. *percute* כַּפְתּוֹר *Caphthor*, quod nomen, auctore Dauide Kimhi, *pomum* significat, *quod eius instar est vt sphærulas, globulos & flores, qui fiunt in sculpturis.* & Vulgatus Exod. 25. 32. & 35 & alias sæpe. *sphærulas* vertit, & qu a in superliminari, quod duobus postibus nititur, & ab architectis vocatur, *limen* Latine, vulgo *lintel*, solent insculpi eiusmodi poma, oua, flores, aut sphærulæ, idcirco, parte pro toto limine eis pomis ornato, sumpta; significat id nomen *superliminare*, vt hoc loco secuti Dauidem transferunt recentiores omnes, seu *florarium*, vt Montanus. At Vulgatus Sophon. a. 14. idem nomen plurale *caphthorim* vertit *limina*: cum ait, *onocratalus, & ericius in liminibus eius morabuntur*: hoc tamen loco vertit, *cardinem*, qui instar sphærulæ est, super qua porta vertitur, & inde extenditur ad significandum limen inferius, quod ingredientes calcant, & transeunt. Hoc ergo limen Deus iussu percuti.

Superliminaria.] סִפִּים *siphim* a סוּף *suph* quod est *finire*, aut *limitare limina* significant, quod limitent, nam limen à limitando Latinis dicitur. & Vulgatus Ezech. 40. 6. 7. *limen* vertit, quamuis Isa. 6. 4. *cardinem* transtulerit; vti Pagn. & 3. Reg. 14. dixit: *cumque illa ingrederetur limen portæ, puer mortuus est.* Hoc tamen loco recentiores omnes, *postes*, vertũt, secuti Dauidem Kimhi; qui sunt duo illi magni lapides ad perpendiculum constituti, tertiũ transuersum sustinentes, qui Latine *antæ*, vulgo *lambas* dici solent. & sane nomen *superliminaria*, quo hic Vulgatus illud nomen exposuit; antas postes & potest significare, quod super limen inferius collocati sunt. & nomen limen tam superius, quam inferius significat. iubet ergo Dominus limen inferius portæ templi Bethel concuti, vt ictu commoueantur postes, qui illi innituntur, ac simul tota domus corruat. quam visionem mox, licet obscure declarat. 5

Cardo liminis [illegible]

Auaritia.] Dictio Hebraica בְּצָעַם *Betsaham*, deriuatur à verbo בָּצַע *batsahh*, quod significat *concupiscere, opprimere, concidere*, aut *vulnerare*. & quidem plurimi verbum esse putant, & tertiam personam præteriti cum affixo pronomine (*eos*) *concide eos*, & quia habet ו, *vau* versiuum præteriti in futurum, legitur, *& concidet eos*, seu *vulnerabit*. ita Pagninus dixit in Thesauro, *& in frusta concidet eos in capite omnes ipsos*. & Vatablus, ac Robertus, *& in frusta concidet eos* [*qui sunt*] *in capite omnium*. & quia tertia persona solet pro prima vsurpari, Pagninus, & Robertus verterunt, *& in frusta concidam eos* Sunt alii qui existimant esse imperatiuum 6

Ratio nominis.

A

& vt concordet cum verbo, *percute*, ita legunt, vt LXX. *discinde*, seu *discinde in capita omnium*. & Tigurina; *& vniversorum capitibus vulnus infige*. Demum alii pro nomine acceperunt בצע *Batsahhn*. & Montanus quidem vult esse *concisionem*, & vertit, *& concisio eorum in capite omnium eorum*. nam & Vulgatus Ierem. 51. 13. *præcisionem* transtulit, cum dixit, *finis venit pedalis præcisionis tuæ*. Verum Vulgatus hoc loco, vt sæpe alias, *auaritiam* vertit, dicens. *Auaritia enim in capite omnium*, ita dicta, quod ea sordidi quæstus cupiditate non secus concidatur, vulneretur ve ac gladio homo.

Sensus 1. iuxta Vulgatum.

Iam his circa verba suppositis; sensum eorum explicemus, & ab interpretatione Vulgati initium sumamus. *Auaritia enim in capite omnium*, inquit;

B

ac si dicat secundum Hieronymum Remigium, Albertum, Hugonem, Lyram, & Dionysium. percute cardinem, & commoneantur postes, vt templo destructo, nouerit vnusquisque, quod auaritia, & oppressio pauperum omnes possideat; se non posse euadere, sed finem eius esse mortem.

Auaritia damnatur.

Hoc est, *auaritia est in capite omnium*, pro, omnes in capite, tanquam præcipuum studium habent opprimere alios, quo ditiores fiant. Vt Ier. 6. 13. *a minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student*. Isa. 56. 11. *vnusquisque ad auaritiam suam a summo vsque ad nouissimum*. Vel *auaritia est in capite omnium*, id est, in regibus, & principibus, vt exponit Lyra. Aut tandem, & auaritia, quam præcipue sectantur, veniat in caput eorum omnium, aut

C

pœnas debitas exigat de eis. iuxta illud Psalmi 7. 16. *Lacum aperuit, & effodit eum; & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet*.

Sensus alterius lectionis.

Eadem ratione explicanda illa lectio, *& concisio eorum in capite omnium eorum*, id est, & concisio, quam fecerunt discindentes se à regno Iuda; vel qua concidunt, & opprimunt pauperes, in caput eorum recidet; nam concidentur ab hostibus primi, & opprimentur. ita dixerunt Iudæi Matth. 27. 25. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros*, hoc est, nos luemus cædem hanc. ita illi luerunt concisioné, & vim, quam intulerant proximis suis; quod significabat percussio cardinis, & postium templi.

D

Si vero legamus, *& concidet eos*, aut *concidam*; expo-

Sensus 3. lectionis.

sitio visionis est, vt quemadmodum Angelus percusso limine, postes comminuit; ita Deus concisurus sit, & oppressurus in capite, id est, qui sunt in capite, & in dignitate constituti, sacerdotes videlicet, & magistratus, & ceteros de plebe, posteriores illis gladio interficiam. ita Vatab. & Robertus. Vel, & in frusta concidat vestibulum, aut superliminare dirutum cadés super omnes ipsos, caput eorum.

Sensus 4. lectionis.

Si autem legamus per imperatiuū, adhuc ad visionem pertinet; nam Dominus consistens super altare, præcipit Angelo vltori: percute cardinem tam forti impetu, vt postes moueantur; & frusta exilientia discide in capita omnium, eisque vulnus infige: ego reliquos eorum

E

gladio faciam ab hostibus interfici. quo significat omnium vastitatem, partim ruina domorum magnificarum, ac templi, partim gladio.

7 *At infernum.*] Ostendit hyperbolica exaggera-

Potentia Dei.

tione, quocunque effugerint, non posse Dei potentiam euadere, ac nusquam tutos esse ab ira Dei, siue in infernum sese abdere velint, siue in cœlo, siue in vertice Carmeli, siue in maris pro-

A

fundo: siue in captiuitatem se dediderint, quo mortem effugiant, ibi faciet Deus vt occidantur: iuxta illud Psal. 138. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es; si descendero in infernū, ades; si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, inde manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* hanc esse hyperbolicam locutionem omnes concedunt, Hieronym. Remig. Albertus, Hugo, & Dionysius. Sed notandum pro, *si descenderint*, in Hebræo legi; *si suffoderint in inferno*. quo significat id quod exponunt Lyra,

Deum nihil latet.

Vat. & Robertus, si cauernam, foueam, aut scrobem fecerint, vt illic lateant me, quasi in inferno, vt ait Chaldæus, inde tollent eos Assyrii inimici

B

sui: & si ascenderint in cœlum, hoc est, si in editissimos montes aufugerint, & densissime vestitos, qui cœlum attingere sua videantur altitudine, vt Chaldæus, Lyr. Vat. & Mont. declarant, inde detraham eos.

8

Carmelus duplex.

Carmeli] Cum duplex fuerit Carmelus, vnus in Iudæa, vbi Nabal maritus Abigail pascebat pecora sua; alter in confinio Phœnicis, Eliæ domicilium, vt diximus super 1. cap. huius Prophetæ, numero 8. de vtro illorum Propheta loquatur, non est vnde cognoscamus. Hieronymus, & Remigius vtriusque putant hic posse fieri mentionem, Theodoretus, & alii nihil definiunt. Albertus, cum dicat esse hunc Carmelum, in quo Dauid cū viris suis fuit absconditus, 1. Reg. 25. qui valde

C

condensam habebat syluam; ostendit esse Carmelum Iudææ; duodecim millibus distitū à Bethleē. Mihi videtur hic sermo esse de Carmelo qui imminebat mari Mediterraneo, qui habebat cauernas, & speluncas, vbi quicunque vellent, latebant, vt ex Hebræis refert Vatablus; patet hoc ex spelunca Eliæ, qui ibi moratus est, vti postea Elisæus cum filiis Prophetarum. Habebat etiam, & turres, quod mare prospectaret; at in hoc monte Carmelo, de quo Propheta, turres fuisse affirmant Chaldæus & Montanus, sic enim ille ait. *& si existimauerint abscōdi in cacumine turrium castellorum, inde mandabo scrutatoribus, vt scrutentur eos.* & probatur vlterius, quia Propheta loquebatur in terra Israel, cuius erat ille mons; & quia loqui videtur

D

de mari Mediterraneo, cum ait, si celauerint se in profundo maris. Ergo etiam de monte illi imminenti, quod latibulis multis constaret, dixit, *inde scrutans auferam eos*.

Serpenti.] Chaldæus, & Montanus sicut per 9

mare intelligunt insulas maris, ita per serpentem populos fortes, qui instar serpentis eos enecarent, qui apud eos Dei iram effugere niterentur. Sed Hieronymus, Theodoretus, Remig. Albert. Vat. & Robertus proprie accipiunt hyperbolem, si qui velint se celare ab oculis meis in profundo maris,

Leuiathan.

si posset fieri, ibi Dei iussu draco Leuiathan aut cetus, aut piscis quicunque magnus, morsu interimet suo: nam nec ibi tuti erunt à Dei ira. Putant Hieronym. Remig. & alii allusionem fieri ad bi-

E

storiam Ionæ, quem deglutiuit piscis fugientem Deum. At certe cum Ionas prophetauerit sub Ieroboam, vt constat 4. Reg. 14. 25. & Amos intra quatuordecim eius postremos annos, non potuit alludere ad historiam, quam fortasse non vidit expletam. Sed de hoc in Iona sermonem habebimus.

Gladio.] Si gladium hostium euaserint in obsi- 10

Sensus 1.

dione, at ducti in captiuitatem non euadent, quia leui quamuis de causa interficientur ab hostibus, inter quos morabuntur; ita Hier. Remig. Albertus, Lyra, Vatab. & Rob. quamuis de gladio Chaldæorum explicent.

Sensus 2.

Theodoretus de his intelligit qui ad castra Assyriorum profugerint liberandi; nam hi nec sic tuti manebunt à gladio. Vt illi de quibus Ieremias cap. 42. 15. *Si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis, vt ibi habitetis, gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos*: & ita accidit.

Sensus 3.

Montanus per gladium intelligit vitam durissimam, & calamitosam, quam transegerunt in perpetua seruitute, in eaque diem clauserunt. & videtur sensus verus, quia apud Assyrios viui perseuerarunt magna ex parte Israelitæ: sed vti serui, & abiecti, & facile neci dati: & Deus posuit oculos suos super eos in malum, vt affligeret, & perpetuæ seruituti subiiceret eos videlicet, qui superfuerint, vt ait Hieronymus.

11 Ratio verbi. Dei potentia.

Et tabescet.] Ne putent, quæ Deus comminatur, ita per hyperbolem dicta, vt nequeant impleri, docet Deum esse, qui comminatur, Dominum Angelorum, quibus vti exercitibus vtitur ad puniendum quos voluerit, qui solo tactu facit tabescere terram. Verbum מוג *mug*, tabescere, aut dissolui est. quamuis LXX. verterint, *qui tangit terram, & commouet eam*: & Chaldæus, *vt commoueatur*: & Hieronymus, & Remigius explicant, quod concutiantur fundamenta terræ: iuxta illud Psalmi 103. 32. *qui respicit terram, & facit eam tremere.* Montanus terram tabescere exponit sterilescere, iuxta illud Psalm. 106. 33. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea.* Pagni. Vat. & Rob. exponunt, liquefiet, aut fluet, vt aqua; quia si velit, siccam terram vertet in lutum, & inducet diluuium, quo perdat omnes habitatores terræ. Quod explicatur amplius sequenti similitudine riui, seu fluuii Ægypti totius defluentis in mare, & quæ aquis eius absorbetur: ita enim terra Israelitarum vacua remanebit, habitatoribus eius omnibus defluentibus, aut ductis in captiuitatem: cuius similitudinis cap. 8. numero 10. explicationem tradidimus.

12 Sensus 1.

Ascensionem suam.] Hebraice, *qui ædificat in cælis* מעלותיו *mahalothau, ascensiones suas, seu gradus suos*: Chaldæus, Theodoretus, Lyra, & Montanus intelligunt domum sublimem Dei, in qua eius maiestas potissimum relucet, ad quam per multas ascensiones ascenditur. *Qui collocauit*, inquit Chaldæus, *in præsidio excelso maiestatem gloriæ suæ.* ædificauit enim in cœlis solium, in quod ascendat, vt in eo ostendat suam magnificentiam, & gloriam.

Sensus 2.

Hieronymus tamen, Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius exponunt viros sanctos, qui habent in cœlis sedes designatas, ad quas duce Christo ascendunt, & suis ascensionibus eas adipiscuntur.

Sensus 3.

Tertio, quia nomen illud *gradus* significat, vt Exod. 20. 26. *& non ascendes per gradus*, seu *ascensus ad altare meum*; 3. Reg. 10. 19. *Qui thronus habebat sex gradus*; idcirco Vatab. Isidor. & Robertus volunt notari sapientiam, & potentiã Dei. *qui ædificauit in cælo gradus suos*, hoc est, varias sphæras, quæ suo ordine, quasi gradus quosdam faciunt, per quos ascenditur, qui sensus videtur magis verbis quadrare.

13 1. Sensus.

Fasciculum] Ecclesiam electorum Israelis intelligunt Chaldæus, Ruffinus, Hugo, Dionys. & Montanus. de qua Deuteronom. 32. 8. canitur. *Quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorũ iuxta numerum filiorũ Israel pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius*: quem fasciculum collocauit in terra Palæstinæ, tanquam peculium suum.

Fasciculus 2. Sensus.

Hieronymus tamen, Remig. & Albertus de fasciculo fidelium accipiunt à Christo electorum.

3. Sensus.

Sed Lyræ, Vatabl. Isidoro, & Roberto videtur significare tria elementa, ignem, aerem, & aquam, quæ ita sunt coagmentata, & secum inuicem colligata, & alterum alteri superimpositum, vt terræ globum, quasi terram circumdent, & super eam, quasi super basim sint fundata. nam & nomen *agudah colligationem*, seu *globum* significat, ita vt verti possit, *& globum suum super terram fundauit*; nisi velis significari totum orbem terrarum, qui circum terram voluitur, quasi super basim, & centrum. Et sane ex rerum mirabilium creatione vult ostendere Dei omnipotentiam, qui possit efficere quæ comminatus est, ex terræ consummatione, ex cælorum ædificatione, ex effusione aquarum super terram: quare per *fasciculum* rem aliquam à Deo creatam, & admirandam significat.

Creatum quid mirandum none.

14 Sensus 1.

Vocat aquas.] Vocat aquas maris Solis calore versas in vapores; quas in nubes concretas eliquat, & effundit super terram. ita omnes fere intelligunt, Hieron. Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vat. & Robertus.

Sensus 2.

Montanus de eluuione intelligit; nam aquarum maris, & fontium eruptionibus, è suis locis emergentibus, terram eluit, quod summam Dei potentiam ostendit.

Sensus 3.

Chaldæus solus allegorice accipit hæc verba; qui dicit se congregaturum exercitus quamplurimos, quasi aquas maris; atque dispersurum eos super faciem terræ, quasi comminetur sub allegoria aquarum, aduentum Assyriorum in terram Israel. Sed non est necesse ad tropum recurrere, vbi proprie accepta verba bonum sensum habent, rei, qua de agitur, satis accommodum; nam c. 5 v. 8. in eodem sensu hæc ipsa verba dicta sunt: *Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ.*

15 Sensus 1. Æthiopũ comparatio.

Vt filii Æthiopum.] His verbis Israelitarum ingratitudinem indicat, qui tot affecti beneficiis, nihilo meliores effecti, sed in pristina improbitate perseuerantes, similes sint Æthiopibus, merito proinde puniendi, docent Lyra, Pagninus, & Vatabl. sicut enim Æthiopes nunquam mutant colorem: ita vos filii Israel non mutatis pristinos mores, nec reuertimini ab operibus malis, & ab idolis colendis, iuxta illud Ierem. 13. 23. *Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum.* ideoque nemo vestrum iure queri potest, si mala, quæ huc vsque sum comminatus, vobis infligam.

Sensus 2.

Hieronymus tamen, Remigius, Rupertus, Hugo, & Dionysius volunt his verbis reprimi superbiam Israelitarum, qua ceteris gentibus se præferebant; ac proinde non vti illas se puniendos existimabant. docet Deus Israelitas pari cum ceteris natos condicione, pari sorte creatos, neque quicquam

esse, quo non æquales ostendantur. Siquidem vti ipsos Israelitas, Æthiopes, Palæstinos, & Syros, ceterasque nationes æque creauerit, & pro suo arbitrio, huc illucque transferat. quare æquali sententiæ subiciendi sunt, æquâ ratione eorum sunt regna subuertenda.

Sensus 3.

Tertio, Chrysostomo Homil. 11. in Matthæū, Alberto, & Isidoro, ac Roberto videtur hæc verba subiecta ad reprimendam confidentiam Israelitarum: quasi tacitæ obiectioni respondeatur: nam cum dictum fuisset, ipsos non mortem euasuros, nec captiuitatem; poterant obiicere, se patribus Deo charis progenitos, de religione bene meritis, Abraham, Isaac, & Iacob, quorum memoria confidebant, Deum non illaturum filiis comminatum malum, dicebant enim Matth. 3. 9. *patrem habemus Abraham.* Sed respondet. At vos ô filii Israel degeneres, qui conuersi estis ad idola, ne existimetis, vos à me in aliquo precio haberi, quamuis sitis patribus fidelibus progeniti; non enim pluris facio vos, quam Æthiopes: nam vestris motibus cogitis me patrum obliuisci, ac vos tractare ac si filii Æthiopum essetis; & nolite dicere intra vos, *patrem habemus Abraham*, cum Abrahæ opera non faciatis.

Sensus 4.

Quarto, Chaldæus, Theodoretus, & Montanus, videntur insinuare, hæc additi ad consolationem Israelitarum, quoniam cum Amos (vt consuescunt facere Prophetæ) hucusque malum illis fuerit comminatus, ex his verbis incipit consolari, bono spiritualis libertatis, in quam sunt asserendi per Christum, & eius Apostolos. Sed diuersa ratione hoc argumentum prosequuntur. Nam

Chaldæus.

Chaldæus ad laudem putat dictum: *Annon vt filii Æthiopum vos mihi ô filii Israel?* filii Æthiopum dixit per antiphrasim; *Annon vt filii Rebimim dilecti, vos reputati estis coram me, ô filii Israel?* Sic idem Chaldæus Numer. 12. 1. *Locutaque est Maria, & Aaron contra Mosem propter vxorem eius Æthiopissam.* ille exposuit, *propter vxorem pulchram*, quam acceperat, quoniam vxorem pulchram, quam accepit, repulit. Sic & Targum Ierosolymitanum. *Et ecce*, ait, *non fuit mulier Æthiopissa Sephorah vxor Mosis, Sed quemadmodum Æthiops variat cute sua ab omnibus aliis hominibus: ita etiam Sephorah vxor Mosis, forma, pulchritudine, & bonis operibus mirabiliter quodammodo superabat reliquas mulieres.* Idem asserit R. Salomon, & eadem ratione putant quidam, vt scribit Dauid Kimhi, in titulo Psalmi 7. *pro verbis Chusi filii Iemini*, Saul vocatum *Chus*, id est, Æthiopem, propter corporis formam, & proceritatem, qua erat præditus. Ergo cum vos mihi semper fueritis dilecti inter ceteras omnes nationes, quarum aliquas vti vos transtuli è suis sedibus in alias, quia ita postulabant peccata earum, transferam etiam & vos: sed non in æternum obliuiscar, sed vos aliquando in libertatem asseram.

Theodor.

Theodoretus ita tractat hoc argumentum. Cum eadem sitis natura qua Æthiopes, ceterique homines, maiori tamen studio præter omnes curati estis, nam licet alii item vt vos translati sint è patria sua in terras alias, sed diuersa, quam vos, conditione: nam & celebres facti estis, & domini terræ: licet ergo in captiuitatem dispergam, ego salute dignos seruabo, & ad Christum conuertam.

Montanus.

Montanus tandem sic hanc expositionem versat. Putat his verbis, *Annon vt filii Æthiopum vos mihi?* significati filios Israel iuri, ac ditioni Dei inter omnes nationes deberi, quod ab eo sint de dura seruitute liberati, vt filii Chus omnes seruituti sunt addicti illa Noe imprecatione, Genes. 9. 25 *Maledictus puer Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* idque probat hac ratiocinatione. Quicumque è durissima seruitute bello, & præliis commissis liberati, & ad victoris familiam traducti sunt, seruituris legibus victori tenentur. Ex tribus autem gentibus apud alias nationes captiuis, soli Israelitæ durissime omnium crudelibus dominis seruientes, valide Dei manu liberati, & educti sunt. Igitur Israelitas ex tribus eiusdem conditionis gentibus hoc beneficio affectos, præ reliquis hac lege teneri singulari consequitur. Ceteris ergo gentibus deletis, licet Israelem puniam, at non ad internecionem, sed illum instaurabo. Huiusmodi ergo adhibet consolationem Propheta.

5. Sensus verus.

Profecto si sensum sincere in his verbis contētum volumus eruere; nihil aliud voluisse videtur Propheta his historiis, quam ostendere Dei summam potestatem in gentibus transferendis, regnisque transmutandis ad hunc modum. Nunquid non similes mihi vos estis conditione, ac pares cum Æthiopibus, quos suis propriis expuli sedibus? Nonne sicut vos eduxi è terra Ægypti, & in hanc traduxi, propriis incolis expulsis, sic etiam adduxi olim in Palæstinam Caphthoræos, expulsis Heuæis, & Palæstinis, qui Palæstinorum nomine deinceps vocati sunt. Similiter quoque adduxi Kirios de Kir, seu Cyrene in Aram, & expulsis Arameis, manserunt ipsi suo nomine terram Kiriam, seu Syriam vocantes. & hæ omnes transmutationes factæ sunt propter nationum in eis regnantium peccata. pari ergo cum vos sitis, cum ceteris gentibus conditione nati, pari etiam pœna puniri debetis, vt sedes, quas modo pacifice incolitis, mutetis ducti captiui, Assyriis in eas trāsmutatis, qui à terra nomen sortiti, 4. Reg. 17. 24. dicti sunt Samaritani.

Dei est gentes transmutare.

Argumentum à pari

Argumento ergo à pari probat nihil minus habere Israelitas, quam ceteras gentes, quo sedes mutent suas. siquidem & ipsi peccauerunt, vt cæteræ gentes. Sed iam historias explicemus.

Historia Æthiopum.

Cum ait, *Nunquid non vt filii Æthiopum vos mihi ô filii Israel?* Veterem aliquam videtur historiam commemorare, qua Æthiopes bello fusi, & deleti sint: nam ita delendi sunt Israelitæ ab Assyriis. Et quibusdam videtur recenseri bellum Æthiopicum, quo, duce Mose, Ægyptii Æthiopes fuderunt, ac in regiam Meroen compulerunt: vt refert Iosephus lib. 2. Antiq. c. 5. alias 10. Aliis videtur indicari bellum Asa regis Iuda, qui duxit exercitum quingentorum, & octoginta millium; contra Zara Æthiopem, ducentem decies centum millia militum, quos percussit Asa vsque ad internecionem, Domino cædente, & cum multis spoliis rediit In Ierusalem. Vt refertur 2. Paral. 14. à v. 9. & à Iosepho lib 8. Antiq. c. 6.

Bellum Æthiopicum. Iosephus.

16 Historia Capthoræorum.

De Cappadocia.] Hebraice, de Capthor. Vetustam refert historiam temporis patriarcharum, antequam educeretur Israel de Ægypto, quæ refertur Deuteron. 2. 19. his verbis. *Accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium; non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi eam in possessionem.* Terra

Gigantum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt Gigantes, quos Ammonitæ vocant Zonzommim; quos deleuit Dominus à facie eorum, & fecit illos habitare pro eis. Sicut fecerat filiis Esau, qui habitant in Seir, delens Horrhæos, & terram eorum illis tradens, quam possident vsque in præsens. Heuæos quoque, qui habitabant in Haserim vsque Gazam Caphtorim expulerunt, qui egressi de Caphtor deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. & Ieremias cap. 47. 7. ait, *depopulatus est Dominus Palæstinos, reliquias insulæ Caphtor.* Hos Caphtoræos LXX. & Vulgatus *Cappadoces* vertunt, vt Chaldæus *Cathpsaas*, & Caphtor *Cappadociam*. Vtrum autem sint hi Cappadoces omnib. noti, an alii eiusdem nominis, super locum Ieremiæ latius explicuimus. Ostendit ergo Propheta Caphtoræos venisse ex Caphtor in Palæstinam, & expulisse Heuæos ex posteris Chanaan, & sedes eorum occupasse; qui propterea vocantur Palæstini, quod eorum terram incolerent; cum tamen vere posteri essent Caphtoræorum.

17 *De Cyrene.*] Vt intelligamus in primis de qua terra loquatur cum Syros venisse dicit; quoniam multiplex est Syria; Hebraice dicta ארם *Aram*, animaduertendum, terram illam dictam *Aram* ab Aram filio Sem, auctore Iosepho lib. 1. Antiq. cap. 14. vnde tota Syria dicitur *Aramenia*, seu *Armenia*. & habitatores *Armenii*. Existimatur dicta *Syria* à *Kiriis*, seu *Kireis*, qui in eam aduenerunt de *Kir*, vt hic ait Amos, K. mutata in S, & dicta *Kyria*, seu *Syria*; quamuis adhuc aliqua pars Armeniæ primæuum retinet nomen. Est autem longa & lata, & iuxta vrbes insigniores variis nominibus appellatur. Illa, in qua est Damascus, dicitur Aram, seu Syria Damasci, 2. Reg. 8. 5. In qua est Soba, quæ inter Libanum, & Antilibanum iacet, & corrupto vocabulo dicitur *Cana Syria*, Græcis *Calesyria*, ob demissam à decliuitate montium planitiem; id quod nomen *Saba* Hebræum sonat, dicitur *Aram Soba*, seu *Syria Soba*, 2. Reg. 8. sic dicitur *Aram*, seu *Syria duorum fluminum*, quam Græci *Mesopotamiam*, Latini, *Interamnem* vocant, quod inter Euphratem, & Tygrim sita sit. Est & *Aram*, seu *Syria Maacha*, forte ex filio Nachor ex Reuma vxore, qui ciuitatem suo nomine appellauit. Harum omnium gentium fit mentio 2. Reg. 8. & 10. appellanturque Arameni, seu Armenii. Atque ideo in fine cap. 10. dicitur; *timueruntque Aramei venire ad seruandum vltra filios Ammon.* Theodoretus igitur super 1. cap. Amos existimat, Syros Damasci esse illos, qui venerunt ex Kir, quam ipse falso putat Haran, seu Charram: in quam venit Thare cum filio Abraham, cum eduxit eum de Vr Chaldæorum, Genes. 11. 27. cum קיר *Kir*, & חרם *Haram* satis diuersa sint vocabula. Montanus hoc loco asserit hanc *Kiriorum* in *Syriam* translationem prænunciatam futuram, tunc cum ascendit rex Assyriorum Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius in Kir, 4. Reg. 16. 9. & Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 13. loquens de Teglathphalasar: Damascenos autem, ait in superiorem Mediam destinauit, & quosdam Assyriorum in ciuitate Damascena cõstituit. Quin & Salmanasar adduxit de Babylone, de Cutha, & de Auath, & de Emath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel, 4. Reg. 17. 24. Verum sit Syria Damasci in quam Kirij translati sunt de Kir: at noster Amos non rem futuram prædicit; sed historiam antiquam narrat, vt de Caphtoræis dictum est; si verum est à Kiriis transmigrantis Kiriam, id est Syriam dictam esse, quæ prius Aram, seu, Armenia dicebatur. Præterea quo linguæ vsu factum est, vt idem verbum, *ascendere fecit*, tribus historiis præfixum. Israel de Ægypto, Palæstinos de Caphtor, & Syros de Kir, duobus prioribus vere sit præteritum, & tertiæ, conuertatur in futurum? Sed de qua Kir, seu Cyrene venerint Syri, diximus super cap. 1. numer. 16. ex ea, in quã translati sunt per Teglathphalasar, nempe in Mediam, aut Assyriacam, non in Africanam, vt diximus super idem primum caput numero citato.

Aram seu Syriæ descriptio.

Syriæ partes.

De quibus loquatur Amos.

De Kir seu Cyrene.

Sicut concutitur.] Ne sibi populus blandiatur rectitudinem suæ iustitiæ ostendit Deus, in eo quod non parcat regno peccanti; & idololatriæ dedito, etiamsi sit populus Israel sibi deuinctus; quem ita se asserit seruaturum, vt etiamsi regnum pereat, non tamen omnes Israelitæ; nam omnes vagaturi erant, dum ducti sunt in Assyriam captiui; at probi manebunt incolumes; improbi tamẽ, qui nolebant Prophetis credere, omnes interibunt. Adducit similitudinem; vt agitatur frumentum in cribro, & lapillus, seu granum non cadit in terram, sed palea, & puluis; ita filij Israel vagaturi sunt, & agitandi inter gentes, ad quas ducentur captiui: & probi non cadent, sed seruabuntur, improbi autem, & peccatores peribunt. 18

Dubium tamen est vnde similitudo sit ducta? nam ex Hebræo tantum dicitur, *& vagari faciam in omnibus gentibus domum Israel, vt vagatur in cribro, nec cadit lapillus in terram.* Cum solum dicatur, *vagatur in cribro*, dubitatur, an similitudo sumatur à terra, an à tritico? Rupertus, & Montanus existimant similitudinem sumi à cribro, quo terra collapsi muri exagitatur, & puluis decidit, manentibus lapillis ad murum instaurandum aptis. Et probatur hæc expositio; quia cum purgatur triticum, lapillus non dicitur remanere, paleis pulueribusque collapsis sed granum: non ergo sermo est de tritico. At communis intelligentia Hieronymi, Theodoreti, Remigij, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, Vatab. & Roberti, de cribro, quo triticum agitatur, & excutitur, accipit. Nam sicut triticum in cribro, dum agitur, huc illucque trahitur, & paleis, pulueribusque per foramina decidentibus, granum ipsum manet purgatum: ita Israel per terram captiuitatis multis calamitatibus, & incommodis agitabitur, & improbis pereuntibus soli probi salui euadent. Lyra verbum illud, *& non cadet lapillus in terram*, exponit, & nullum meum verbum decidet, quin impleatur. Isidorus tamen, & nullus lapillus euadet quin affligatur. Sed verius est, quod communi consensu exponitur, nullum granum decidet in terram, aut peribit. Sed cur lapillum vocauit, annon lapilli, etiamsi in terram non decidant, eiiciuntur è cribro, vt noxii tritico? Respondetur, nomen Hebræum צרור *tserod* significare *ligamen, seu fasciculum, seu loculum, in quo aliquid constringitur*; & per synecdochen pro minuto lapillo, aut calculo capi qui in fasciculo potest ligari, vt Genes. 42. 35. *cum frumenta effunderent singuli, reppererunt in ore saccorum tserod ligamen argenti sui*, vel *ligatas pecunias*. Prouerb. 7. 20. *tserod sacculum pecuniæ secum tulit.* Cantic. 1. 13. *fasciculus myrrhæ dilectus*

Similitudinis explicatio.

1 Sensus.

Sensus 2. communis.

Obiectio.

Responsio.

meus

meum mihi. 2. Regum 17. 13. *& trahemus eam in torrentem, ut non reperiatur, ne tserod calculus quidem ex ea.* In hoc ergo loco, *tserod* significat *cumulum tritici excussione crebra constrictum, & quasi in fasciculum colligatum, atque expurgatum*; nempe cumulum proborum Israelitarum, qui concussi malis & exagitati afflictionibus, non decident è manu Dei, sed puri, & afflictionibus expurgati seruati remanebunt, vti oues electæ, quas nemo rapiet è manu Dei. Accipitur etiam & lapillus pro grano tritici expurgato, quod graue sit, ad differentiam paleæ, quæ vento rapitur; atque ita accipiunt multi ex interpretibus.

Electorum fasciculus.

19 *In die illa.*] De quo tempore loquatur Propheta, dum ait, *in illa die suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit*; concertatio est inter interpretes. Quare de tempore prius quæstionem definiemus; deinde rem ipsam exponemus. Quidam existimant tempus hoc esse Ezechiæ, quando regno Israelitico destructo, sexto anno Ezechiæ, & decem tribubus in captiuitatem adductis, qui fuga, aut alio modo sese eripuerunt, non pauci, se Ezechiæ adiunxerunt, & venerunt Ierosolymam ad verum Deum colendum, vt constat ex historia Ezechiæ 4. Reg. 18. & 19. & 2. Paralip. 29. & deinceps. Atque ita regnum Dauidis instauratum est à concisione facta, & diuisione per Ieroboam, siquidem iam vnum erat regnum totius populi, vt fuerat tempore Dauidis, & magna pace fruebantur. In qua historia, tanquam typo adumbrata fuit instauratio spiritualis regni Dauidis per Christum, summaque eius felicitas. Verum hæc intelligentia falsa est, quia instauratio regni Dauidis hic promittitur post concussam domum Israelis inter omnes gentes, inter quas captiui sunt exagitandi, vt triticum in cribro, non vero instauratum fuit ex paucis, qui fugerunt. Præterea, quia felicitas hic promissa, & possessio omnium nationum nulla ratione conuenit tempori Ezechiæ, in quo vexabantur Iudæi ab Assyriis.

Quæstio, quo tempore sit sermo.
1. Sententia de tempore Ezechiæ.
Tabernaculum Dauidis.
Refutatio.

Secundo Chrysostomus Homil. 33. in Acta Apostolorum, & Ruffinus hoc loco existimant hanc instaurationem regni Dauidis impletam fuisse in reditu è Babylone, cum duce Zorobabele Iudæi liberi redierunt, & nonnulli ex Israelitis; & omnes paruerunt vni capiti, vt tempore Dauidis. At neque tunc rediere Israelitæ, de quorum futura felicitate hic fit præcipua mentio; nec sub Zorobabele regnum Dauidis instauratum est vt prius, siquidem ille nec rex fuit, nec liber à seruitute gentium Persarum; nec omnino tanta potiti sunt felicitate Iudæi, quanta hic promittitur. Quare ceteri omnes interpretes ad tempus Christi hanc regni Dauidis instaurationem referunt, & cetera promissa tunc in bonis spiritualibus implenda: licet & hi dissentiant.

2. Sententia de reditu.
Refutatio.

Tertio igitur, inter eos qui tempore Christi, & per ipsum hæc promissa dicunt impleta, Chrysostom. rursus Homil. 10. in Ioannem, putat tabernaculum Dauidis instauratum, esse naturam humanam, quæ peccato primi parentis ceciderat, & à Filio Dei assumpta ac restituta mirabiliter est. Verum Propheta de regno Dauidis instaurando loquitur, in quod accessuri sunt Israelitæ captiui, & nationes gentium, vt super eas regnet, tam quam super regnum, Dauidis filius, & successor Christus.

3. Sententia sub Christo naturam humanam instauratam.

Quarto, Theodoretus, Ruffinus, ac Cyrillus lib. 4. in Ioan. c. 5. videntur insinuare tabernaculum, quod hic promittitur instaurandum, fuisse corpus Christi. Atque ita affirmant aliqui Iudæorum magistri, quos refert Galatinus lib. 8. de arcanis Catholicæ veritatis, cap. 22. de corpore Christi resurgente: *suscitabo*, inquiunt, *casulam Dauid deiectam*: id est, corpus Christi cruci affixum, & confossum, & rupturas, ac destructiones eius, nempe vulnera, ædificabo, & redintegrabo; & tunc Christus resurgens per suos Apostolos possidebit reliquias Idumææ, & omnium nationum, quas ad Christum ipsum regem conuertent. Verum iam dixi per tabernaculum Dauidis collapsum, non vnam personam intelligi, sed regnum Dauidis, quod cecidit dum Israelitæ in captiuitatem abierunt; tunc autem restaurandum est, cum Israelitæ cogent idem regnum, & ipsi possidebunt Idumæos cum ceteris nationibus.

4. Sententia de Christo suscitato.
Refutatio.

Quinto demum, ceteri omnes interpretes, Hier. Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Montanus, de Ecclesia ex Iudæis, & gentibus per Christum, & Apostolos colligenda, hunc locum intelligunt, ducti Iacobi auctoritate Actuum 15. 16. qui hanc Prophetiam adducit, ad probandum, gentes in Christi regnum admittendas. Vbi autem Apostolorum præcedit auctoritas, inquit Hieronymus maxime Petri, & Iacobi, quos columnas Ecclesiæ Vas electionis vocat, ibi omnis variæ explanationis tollenda suspicio est: & quod à sanctis viris exponitur, hoc sequendum. Atque de regno Messiæ hunc locum intelligi ab Hebræis probant Lyra, & Vatablus. Lyra igitur, & Vatablus per *tabernaculum Dauid*, intelligunt Ecclesiam Christi, qui solet dici Dauid, quasi Dauidides, vt Oseæ 3. 5. *& quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum.* quæ Ecclesia cœpit ab Abel, & cecidit per idololatriam à tempore diluuii, sæpe sæpius, & instaurata est à Christo, & Apostolis, expulsa ex orbe idololatria.

5. Sententia de Ecclesia.

Sed verius Hieronymus cum ceteris, & ipso Vatablo, tabernaculum Dauidis, regnum Dauidis, qui ex tribu Iuda regnauit super populum Israeliticum, intelligunt, quod collapsum est, & discissum, in primis per Ieroboamum filium Nadab: deinde per varias rupturas diuersorum regum Israel, qui se inuicem interficiebant; & per diuersas captiuitates, quibus Israelitæ captiui ducti sunt in varias gentes; quod deinde accidit Iudæis; & regno eorum, quod per tyrannidem ad alienigenam Herodem translatum est, vt verum fieret illud Iacobi Genes. 49. 10. *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus est.* Hoc ergo regnum toties discissum ac dirutum, Christus coniunxit, restituit, & instaurauit, ad suam Ecclesiam conuertens filios Israel, & in locum illorum, qui noluerint ingredi, vocatæ sunt gentes, & admissæ ad instaurandas rupturas factas in regno Dauidis propter idololatriam olim: cuius regni Christus successor Dauidis rex est, dicente Angelo Lucæ 1. 32. *& dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum.*

6. Sententia Regnum Dauidis instauratum.

Quod

Quod vero sit intelligendus Propheta de instauratione regni Dauidis temporalis sæpius diruti per regnum Christi spirituale, in quod admittendi essent in primis Israelitæ, deinde Gentiles, patet, quia hanc Prophetiam adiecit Propheta ad consolationem Israelitarum, qui post longam captiuitatem erant ab ea liberandi, & reducendi ad regnum Christi amplissimum, & felicissimum. Iuxta hanc intelligentiam ita verba Prophetæ accipienda. In illa die, seu tempore Christi, regnum Dauidis, quod dum ille administrauit, & Salomon filius eius, integrum perseuerauit cum vero Dei cultu, deinde per lapsum vetigulus, cœpit & ipsum collabi tempore Ieroboam, & deinceps; & multas aperturas pati, ac dirui, ab hostibus; ita vt adeo discissum sit, vt nusquam fere appareret: ego Christus suscitabo quod bene mortuum erat, conuertendo ad fidem meam Israelitas, & aperturas eius reædificabo, & diruta instaurabo, gentibus ad illud admissis; ita vt ad eum statum reductum videatur, in quo erat sub vno Dauide, & sub vna religione. & hoc modo possidebit regnum hoc omnes nationes, quæ vocatæ fuerunt nomine Christi Christianæ: ita enim dicit se facturum Christus Iehouah, qui hæc est executioni mandaturus. Hunc eumdem sensum Iacobus expressit, dum, paucis mutatis, ait Actuum 15. 14. *Simon narrauit, quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo. Et huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est. Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit: & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.* Post hæc, inquit, id est, postquam filii Israel concussi fuerint inter gentes, vt triticum in cribro, reuertar ad illos reducendos, & regnum Dauidis totics collapsum reædificabo, admittendo illos ad meum regnum; & ita diruta eius occludam, & erigam illud, vt tempore Dauidis; & sicut tunc Dauid sibi subiectam habebat Idumæam, & omnes finitimas nationes; ita ego possidebo omnes gentes, quæ præter filios Israel, requirent Dominum, & super quas inuocatum est nomen meum, quia dicentur Christianæ. secutus est Iacobus Lxx. interpretationem.

Sensus plenus.

20 *Sicut in diebus antiquis.*] Hebraice, *sicut in diebus seculi*; hoc est, vt olim. & Lyra quidem refert ad tempus ante diluuium, quando nondum cœperat idololatria: Vat ad tempus Patriarcharum. Montanus dicit significari seculum præteritum paradisi creati ad honestam voluptatem, & futurum, cum viuum omnibus commune regni filiis cœlum possidebimus. Isidorus putat Hebraismum esse, quo nihil amplius significatur, quam multo magnificentius, quam hactenus. Mihi probatur expositio Remigii, & Alberti, qui exponunt, sicut in diebus Dauidis, & Salomonis: quia enim vaticinatur de amplitudine, & felicitate regni Dauidici instaurandi per Christum spiritualiter, & ad eum statum reuocandi, quem habebat tempore ... initio, cum institutum est illud regnum, nempe sub Dauide & Salomone, sub quibus omnem suam adeptum est amplitudinem, & felicitatem, propterea non recte de alio tempore dixisse

...efcantur Dauides.

Prophetam, *sicut in diebus seculi*, existimandum est, quam de initio regni Dauidici; cui adæquauit initium regni Christi, licet in bonis eius, & administratione longe superet.

Vt possideant.] Hebraice, *vt possideant residuum Edom, & omnes nationes, quas inuocatum est nomen meum super illas.* Hoc est, super quas inuocatum est nomen meum. Quæ verba possunt multipliciter contexi. Primo, vt filii Israelitæ in regnum restituti, possideant illud cum reliquiis Idumææ, & cum ceteris nationibus, super quibus inuocatum est nomen meum: ita vt omnes cooptentur in illud Christi regnum. ita legit Montanus, & hunc sensum indicarunt Lxx. cum dixerunt. *Vt quærant me reliqui hominum, & omnes gentes, super quas inuocatum est nomen meum*; possidere enim regnum Christi, & eum requirere idem est. Secundo: *Vt possideant reliquias Edom, & omnes nationes, hi super quos inuocatum est nomen meum.* quem legendi modum habet Chaldæus, cum ait. *Vt possideant reliquias Idumæorum, & omnes populos domus Israel, super quos inuocatum est nomen meum.* & Dauid Kimhi, Vatabl. & Robert. nempe vt Apostoli, & discipuli, qui ex Israel conuersi sunt, & qui sunt discipuli Christi, filii, ac fratres, possideant Christo reliquias Edom, & omnes gentes. Tertio, sic legetur, vt communiter intelligunt expositores cum Vulgata. Regnum Dauidicum adeo instaurabitur, & amplificabitur, vt, sicut illud primum extendit ius suum in Idumæam, & reliquas finitimas nationes; sic hoc possideat Idumæos, & omnes nationes fideles, quæ Christi nomine vocantur. & hic videtur magis consonare lectioni Vulgati. Atque hunc sensum, magis quam verba expresserunt Lxx. & ex illis Iacobus Actuum 15. capite.

21 casus

Sensus

Sensus

Reliquias.] Dubitatur cur inter gentes Dauidico Christi regno subiiciendas, expresse it Idumæos, & hos quidem nomine *reliquiarum*? Respondetur ad prius, causam esse, vt analogia seruetur inter vtrumque regnum; aut potius inter initium vnius Dauidici regni temporalis, & initium regni spiritualis: quod vt illud eo amplitudinis, & felicitatis excreuit, vt infestissimos hostes Idumæos subiugauerit, ita regnum Christi eo auctum est, vt homines infestos, & cruentos hostes, qui alias cum populo Israelitico capitales exercebant inimicitias, subdiderit Christo, & filiis Israel Apostolis, & discipulis amore coniunxerit, & ad nouam, ac insolitam legis Euangelicæ mansuetudinem reuocauerit. Quod vero Dauid Idumæos subiecerit, constat ex historia 2. Reg. 8. 14. *Posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid.* & 3. Regum 11. 14. *Sex mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa.* & 1. Paralip. 18. 11. 12. 13. Vnde tanquam quid eximium decantabat Dauid Psalmo 59. 10. 11. & Psalmo 1... *In Idumæam extendam calceamentum meum, mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam, quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu Deus?* quam graui autem odio Idumæi deseuerint semper aduersus filios Iacob, super c. 1. dixit Propheta, & ... num. 24.

22 Dubium.

Analogia regni Christi, & Dauidis.

Idumæi subiugati a Dauide.

Ad posterius illud, quod quæsitum est, cur di-

x

xerit *reliquias Idumææ*? respondetur similiter, vt seruetur similitudo inter initium regni Dauidis, & initium regni Christi, quod quemadmodum Dauid, & Salomon Idumæos subiectos habuerunt, qui reliqui fuerant ex magna illa clade facta à Dauide, & Ioab, de qua legimus 3. Reg. 11. 15. *Cum esset Dauid in Idumæa, & ascendisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos, qui fuerunt interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa, fugit Adad, & viri Idumæi cum eo in Ægyptum.* ita reliquias Idumæorum sanguinariorum, qui aliis pereuntibus per infidelitatem, electi sunt, vt salutem per Euangelium consequerentur, Christus ad suum regnum admisit, vt notarint Hieronymus, & Remigius; & Scripturæ consuetudo id suadet, quæ reliquias Iacob, aut Israel dicit conuertendas, & seruandas, vt Isaiæ 10. 19. & Michææ 2. 12. & Paulus ex historia Eliæ 3. Regum 19. 18. ad Rom. 11. 4. collegit, *Sic ergo in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Reliquias* ergo *Idumææ* vocat eos, qui ex Idumæis secundum electionem gratiæ ad regnum Christi admissi sunt; quos ideo Apostoli ex Israel orti possederunt. Sed Septuaginta sensum attendentes cum intelligerent extra numerum filiorum Israel ad regnum Christi iam vocatorum, gentes quoque venturas, vt illis in eodem regno coniungerentur; transtulerunt Hebræa verba; *vt requirant me ceteri hominum:* quomodo legunt Hieronymus, & Theodoretus. & Iacobus dixit, *vt requirant ceteri hominum Dominum*, hoc est, ex ceteris hominibus.

Reliquiæ Idumæorum quæ.

Inuocatum.] Hic modus loquendi, *nomen Dei vocatum esse*, vel *inuocatum super aliquem*, secundum Montanum est dicere, aliquem vel aliquos profiteri, appellare diuinum nomen, ac sibi de tanta dignitate gratulari, iuxta illud Isaiæ 61. 9. *& vocabunt eos, populus sanctus, redemptos à Domino: & omnes qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.* Itaque nominis inuocatio significat totum hoc negotium, quod in gratiam vitro recepti fuerint, Deo acceptum referendum: quia ex Dei benedictione, qua nomen Domini inuocatur super aliquem, hoc vniuersum bonum promanat. Sunt qui existiment, *nomen Dei vocare super aliquem*, nihil esse aliud, quam inuocare, prædicare, publice profiteri, & glorificare Dei nomen, hoc est, admittere aliquem ad cultum nominis Dei; quod fit innocatione, gratiarum actione, prædicatione illius nominis, & confessione; iuxta illud Ioan. 17. 6. quod affert Hieronymus: *manifestaui nomen tuum hominibus, quos tradidisti mihi.* Nam homines admissi sunt ad nomen, quod Christus nunciauit, percolendum. Vnde quod Gen. 4. 26. dicitur de Enos. *Iste cœpit inuocare nomen Dei*; non est, cœpit orare, cum multi prius orauissent; sed cœpit prædicare, manifestare, & gloriosum reddere ideoq; primus fuit præco Dei, cui octauus successit Noe, 2. Petri 2. 5. *sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens.* Octauum, scilicet ab Enos, vt patet 1. Paral. 1. 1. *Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Enoch, Mathusale, Lamech, Noe.* Verum simplicior, ac verior huiusmodi loquendi sensus est, sortiri nomen, seu appellationem à Domino, vocari de nomine illius, ac eius esse. Vt Deuter. 28. 10. *Videbunt quod nomen Iehouah vocatum est super te*; nempe, quod populus Iehouæ voceris, ac sis: Isaiæ 63. 19. *Facti sumus sicut in principio, cum non dominaueris nostri, neque inuocatum esset nomen tuum super nos.* Hoc est, quando nec tu eras Deus noster, nec nos populus tuus. Ierem. 7. 10. *Stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum*, quia dicitur, domus Dei. Quod clarius fit ex Genes. 48. 16. vbi Iacob de duobus filiis Ioseph dixit; *inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum.* Hoc est, dicantur, ac sint mei filii; quod superius versic. 5. dixerat: *Duo filii tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt. Ephraim, & Manasses, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi.* & Isaiæ 4. 1. *apprehendent septem mulieres virum vnum, dicentes; tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.* Hoc est; tantum volumus tuæ vxores vocari, & esse; ne sine viro esse videamur. Ita igitur Apostoli possidebunt reliquias Idumææ, & ceteras gentes fideles, quæ vocabuntur nomine Dei; quia dicentur populus Dei, aut Ecclesia Christi, & Christiani, vt dixit Remigius.

Nomen inuocari super aliquem quid.

Expositio 1.

Expositio 2.

Expositio 3. verior.

24 *Ecce dies.*] Hunc locum Theodoretus, Remigius, & Dionysius volunt intelligere de tempore post reditum Iudæorum è captiuitate, quo omnia bona temporalia sunt illis affatim suppeditata, adeo vt non essent, sufficientes ad metendum, & portandum messem, & vuas calcandum, & omnem liquorem colligendum, quæ bona Leuitici 26. 3. promittuntur Dei præcepta seruantibus. Alii, quos Iudæus esse dicit hic Hieronymus, in vltimo tempore, scilicet, in aduentu suæ Messiæ carnaliter hæc expectant implenda. Verum nec tanta fuit bonorum temporalium affluentia in reditu è Babylone, vt de ea possint hæc promissa comprobari: nec sermo est de reditu è Babylone; sed Israelitarum libertate, quæ nulla fuit temporalis vsque ad Christum; ac de ea est sermo, de qua nunquam amplius remouendi sunt, vt dicitur in fine huius capitis: & Christus iam venit. Quare cū excellentius sit quod promittitur regni Christi ciuibus præstandum, quam vnquam temporaliter fuit præstitum, sequitur, vt de bonis spiritualibus hæc sint accipienda, per Christum præstandis: vt accipiunt Hieronymus, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, Vat. Isidorus, & Montanus. Nam tempore legis Euangelicæ tanta erit copia ministrorum, vt sibi inuicem succedant; vti qui aratro verbi Dei proscindit terram ad serendum illam, statim messoris officio fungi necesse est, propter celerem prouentum: & qui calcat vuam, & vinum legis Euangelicæ expromit, seminantis munus antequam absoluat, incipiet præstare; adeo fertilis, & vber ager erit, vt nullam agricolæ reddat quietis rationem.

Tempus Euangelicæ vbertatis promittitur.

25 *Dulcedinem.*] Ex Hebræo legimus; *stillabunt montes mustum, seu succum.* nam nomen עסיס *hhasis omnem succum* significat, *qui compressione exprimitur*, & Vulgatus. Cantic. 8. 2. vertit, *mustum malorum granatorum*: & Isa. 49. 26. *mustum* quoque transtulit: quamuis aliis in locis, *dulcedinem* dixerit, vt Ioelis 3. 23. & hic, *stillabunt montes dulcedinem*, pro [*succum dulcem*] *& omnes colles culti erunt.* Ex Hebræo alii transferunt, *& omnes colles liquescent, aut dissoluentur.* Nam idem verbum LXX. Psalmo 106. 26. vertunt tabescebat, *anima eorum in malis tabescebat.* & hoc ipso capite Vulgatus vers. 5. de Deo dixit, *qui tangit terram, & tabescet*,

Affluentia spiritualium bonorum.

tabescet, hoc est, liquefaciet se, aut dissoluet. Sed vt Septuaginta hoc loco verterunt, *& omnes colles consiti erunt*, & Chaldæus, *culti erunt*, Vulgatus ex effectu agnouit causam, & quia colles liquefieri, & in liquorem conuerti non possunt, nisi vineis, & oliuetis consiti, quæ vinum, & oleum ferant affluenter, ideo non absque ratione vertit, *& omnes colles culti erunt*: nam Bacchus amat colles. Omnes Ecclesias particulares, vel omnes status, aut hominum ordines, celsiores, & inferiores, doctrinam, & virtutum, ac actionum studiosarum ex Dei gratia copiam affluentes, & nullo negocio, seu paruo labore producturos, sub hac allegoria vates significat.

26 Conuersio Israelis promissa. *Et conuertam.*] Hoc est, asseram in libertatem Euangelicam populum meum Israelem captiuum. De populo Israelis, qui nunquam è captiuitate temporali est liberatus, hoc dicit Amos, vt eos consoletur. Promittit autem libertatem per Christum, & summam pacem, & securitatem: sicut enim qui liberi redeunt in patriam suam è longa captiuitate, magna cum exultatione dirutas ciuitates reædificant, & eas inhabitant, plantant vineas, & hortos, & vino, & fructibus potiuntur, & ipsa agricultura pacem, ac securitatem ostendunt: ita filii Israel ad Christum conuersi, vrbes, quas sua incredulitate diruerant, sua fidelitate reædificant, ac complent; plantantque vineas, & hortos; quia ex agris suorum cordium, quos conserunt, copiosum vini, & lætitiæ spiritualis, ac fructuum virtutum fetum proferunt.

Super humum suam.] Hier. Remig. Hugo. Dion. & Montan. exponunt, post multa parta merita, & fructus latos, collocandos fideles Israelitas in terra viuentium illis parata, à qua nunquam amplius euellentur: in quam tanquam in requiem, vt ait Paulus ad Hebr. 4. ingredientur. 7 Pax Ecclesiæ. S. d de Ecclesia videntur quoque intelligere Hier. & Albertus, & Vatab. quæ licet multis afflictionibus concutiatur, sed nunquam deficiet, *nec portæ inferi præualebunt aduersus eam*. Sic enim pollicetur Dominus Deus Israelis, qui promittit quod ipse faciet, ne dubitemus de impletione. Compluti 17. Februarii anni 1606.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAM ABDIÆ

Liber Quartus.

PRÆFATIO.

ABDIAS omnium primus eorum, qui suas prophetias literis mandauere, inuehitur in superbiam Idumæorum, qui situ regionis suæ freti, in filios Israelis fratres suos insurgebant, quoties sese occasio offerebat, ac multis incommodis afficiebant. Comminatur eis pœnam talionis per Nabuchodonosorem infligendam: & tandem per Apostolos genere Iudæos, ipsos cum ceteris impiis possidendos, ac subiiciendos iugo Christi prænunciat.

ABDIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] REVELATIO facta Abdiæ de rebus [3] Idumæorum, sic habet. [4] Audiuimus ego, & socii mei Prophetæ Dominum palam loquentem, [5] & legatum, quemdam suum Angelum mittentem ad gentes Chaldæorum, qui eas excitaret, dicens, [6] surgite, & consurgamus omnes, & inferamus Idumæis acre bellum. Præterea vidi Dominum hæc dicentem ad Edom. Ecce ô Edom cum minimus sis inter omnes nationes in circuitu, & ad comparationem gentium ceterarum [7] paruus in numero, & despicabilis, vltra vires [8] superbia erigeris; & quia habitas in speluncis, atque in fissuris petrarum, loco inexpugnabili, tantum cogitatione intumescis, vt dicas in corde tuo, quis detrahet me in terram? Audi ideirco pœnam, quam mereris, à Domino tibi infligendam, etiamsi posueris sedem tuam in editissimis rupibus in quibus aquilæ solent construere nidum suum, & domicilium tuum inter sydera collocaueris, inde te prosternã, & ad terram deiiciam. [9] Si fures ad te ingrederentur vel prædones, qui de nocte solent domos suffodere defecisses ne ideirco? minime quidem istuc, nam furati tantum fuissent quæ sibi sufficerent, non omnibus te spoliarent. Similiter si vindemiatores in vineam tuam introissent ad botros colligendos, racemos aliquot vitibus, foliisque celatos, inter palmites reliquissent. At hostes tui Chaldæi ô Esau, quomodo peruestigabunt omnes tuas diuitias quantumcunque reconditas, & detectas eripient, nihilo tibi relicto? [9] Gloriaris de prudentia in te militari, & nõ consideras quam fueris deceptus ab Ammonitis, & Moabitis: initio enim cum illis, fœdere de bello mouendo contra Iudam & regem eius Iosaphat, sub insidiis terra tua extraxerunt te [10] vsque ad terminos terræ Iuda, illuseruntque tibi. Nam qui tecum pace contracta tanquam amici comedebant, paratis insidiis, insurrexerunt in te, vt omnino delerent: neque fuit in te prudentia, qua illum dolum cauere posses, qui tibi prudentissimus videbare. Nunquid non verius hoc accidet cum venient aduersus te Chaldæi? [11] Ego ego, qui tunc abstuli tibi prudentiam, auferam omnem Idumææ sapientiam, & prudentiam, vt bonis consiliis destitutus ab hostibus facile superteris. Nam fortissimi tui Themanitæ concussi & ipsi pauore, nullam ceteris opem fe-

ABDIAS PROPHETA.

‖ [1] VISIO *Abdiæ.* [2] *Hæc dicit Dominus Deus* [3] *ad E-* 1
dom: [4] *Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gentes misit:* [6] *surgite & consurgamus aduersus*
eum in prælium. ‖ *Ecce paruulum* [7] *dedi te in gentibus:* 2
contemptibilis tu es valde. ‖ *Superbia cordis tui* [8] *extulit* 3
te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium
tuum: qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram?
‖ *Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris* 4
nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. ‖ [9] *Si fu-* 5
res introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi? ‖ *Quomodo scrutati sunt Esau, inuestiga-* 6
uerunt abscondita eius? ‖ [10] *Vsque ad terminum emise-* 7
runt te: omnes viri fœderis tui illuserunt tibi: inualuerunt
aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent
insidias subter te: non est prudentia in eo ‖ *Nunquid non* 8
[11] *in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa,*
& prudentiam de monte Esau? ‖ *Et timebunt fortes tui à* 9
Meridie, vt intereat vir de monte Esau ‖ [12] *Propter inter-* 10
fectionem, & [13] *propter iniquitatem in fratrem tuum Ia-*
cob, [14] *operiet te confusio, & peribis in æternum* ‖ *In die cũ* 11
stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum e-
ius, & extranei ingrediebantur portas eius & super Ierusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis.
‖ [15] *Et non* [16] *despicies in die fratris tui, in die peregrina-* 12
tionis eius: & non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ.
‖ *Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum:* 13
neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius;
& non emitteris aduersus exercitum eius in die vastitatis

rent, quo nec vnus reliquus sit in monte Idumæorũ. [12] Propter cædes, & [13] iniurias, quas in fratres tuos Iudęos exercuisti, quoties occasio sese tibi offerebat. [14] pudore afficieris, atque in longũ tempus peribis: præsertim, quod Chaldæis capientib. eorum exercitũ, tu stabis ex parte hostium aduersus eos. Et cæteris portas eius ingredientibus, & super spolijs capitæ vrbis Ierusalem sortẽ mittentibus, tu quoque, qui fratri operam ferre debebas, eras quasi vnus ex illis. Idcirco ô Edom tantis opprimeris calamitatibus, qua die à Chaldæis punietis & tu, [15] vt non iam liceat [16] despicere cum voluptate fratres tuos, vt feceras in eorum calamitate, quando captiui ducti sunt Babylonẽ, neq; iam lætati licebit de perditione filiorum Iuda: neq; gloriabundum superbe de eis loqui in die angustiæ eorũ, quasi de victis, neq; licebit ingredi portas populi mei in die expugnationis eius. Neq; tectẽ, ac spectatorem vastantibus te præbere, vt in die vastitatis eius fecisti. Non iã vim inferes in die prælij, vt celerius pereant. neque fuga sibi consulentib. aditus præcludes, exitusque, vt illos interficias: neq; eos, qui in ciuitate remanserint, miseros, mollis modis concludes, vt fugere non possint. Nã [17] prope est dies, in qua vlciscar me de omnib. gentibus, q̃ affixerunt populum meũ, ait Dominus: & tunc ô Idumæa, sicut tu feceris ei, fiet tib, & retributio, quã retribueris populo meo, recidet in caput tuũ.

illum. ‖ *Neq; stabis in exitib. vt interficias eos, qui fugerint,* 14
& non concludes reliquos eius in die tribulationis. ‖ *Quoniã* 15
[17] *iuxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti,*
fiet tibi. retributionẽ tuã conuertet in caput tuũ ‖ *Quomo-* 16
do. n. [19] *bibisti super montem sanctum meũ, bibent omnes*
gentes iugiter: & bibent, & absorbebũt, & erunt quasi nõ
sint. ‖ [19] *Et in mõte Sion erit saluatio, & erit sanctum:* [20] *&* 17
possidebit domus Iacob eos, qui se possederãt. ‖ [21] *Et erit do-* 18
mus Iacob ignis & domus Ioseph flãma, & domus Esau sti-
pula. & succendentur in eis, & deuorabunt eos [22] *& non*
erũt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est. ‖ [23] *Et* 19
hereditabunt hi qui ad Austrũ sunt, montẽ Esau, & qui in
campestrib. Philistijm: & possidebũt regionẽ Ephraim, &
regionẽ Samariæ & Beniamin possidebit Galaad. ‖ [24] *Et* 20
transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia loca
Chananæorũ vsq; ad Sareptam: & transmigratio Ierusa-
lem, quæ [25] *in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri.* ‖ *Et* 21
ascendent [26] *saluatores in montem Sion iudicare montem*
Esau & erit Domino regnum.

Nam quomodo [18] biberit populus meus super vrbẽ mihi sacratã calicẽ iræ meæ, ita bibent omnes istæ gentes, nulla excepta; bibent quidẽ, & absorbebũt vsq; ad fæces, & vinosis vino temulentæ ita manebũt excisæ, vt non esse videantur. Verũ ex omnib. his calamitatib. euadet populus meus [19] in monte Sion, quia præstab. e sanctitate ob cultũ renouatũ, & Spiritus sancti in eũ aduentũ. Vnde egressi filii Israel, vt ignis stipulã, [20] excandent Idumæos, & ad suã religionẽ conuertent, & velut ignis [21] succendent, ac deuorabunt eos, ita vt nemo eorũ [22] supersit, non subiectus veræ religioni Nam. Dominus definiuit. Atq; illi quidẽ Israelitæ Apostoli, vtriq; Apostolici distribuent sibi oẽm terræ regionem. q̃ Euangelico bello. Christo subiiciant. & qui ad Meridiẽ exierint, [23] perlustrabunt Idumæã, qui ad occidentẽ. terram oem Philisthæorũ, qui ad Septentrionem. Galilæã, & Samariã at qui ad ortũ, possidebunt Christo Galaaditas, & Arabes. Quinimo [24] quicunq. ex Israelitis Apostolis longius transmigrauerint. ea omnia loca sua luce perfundẽt, in q̃ Chananæi dispersi sunt, vsq; ad Gallias & qui ex Ierosolymis transmigrauerint ad Hispaniã [25] Bosphorum Herculeũ circumiacentẽ; subiicient Christo oẽm plagam Australẽ Ac tunc demũ victores redibunt, vt [26] saluatores gentium, in montẽ Sion, vnde exierant, ad subiugandum præcipue montem Esau: & sic regnum Dauidicum instaurabitur Domino.

COMMENTARIVS.

1 VISIO *Abdiæ.*] Inscriptio est huius libri, in qua fidẽ facit Propheta dicẽdorum, tũ nomine *visionis*, quo notat se longe ante prospexisse, quæ Idumæis essent futura. Hoc. n. nomen Hebræum חזון *chazon* significat, quo hic vtitur Propheta; etsi nihil videtur aliqua expressum imagine; tũ indicato suo nomine: erat. n. Abdias Israelitis sui tẽporis satis not⁹ Propheta; ac ꝓpterea dignus, cui fides in his q̃ denunciat, haberetur; ꝗ ea ex Deo acceperit. Fuit aũt occasio librũ hunc scribendi, ꝗ Idumæi, concitatis multis aliis gentibus, q̃ numerantur Ps. 82. bellum mouerint aduersus Iosaphat Regẽ Iuda, vt scribitur 2. Par. 20. cuius tempore Abdias prophetabat, vt diximus in sacra Chronologia. Rex cũ ad preces se conuertisset, Iahazielis Zachariæ filii Prophetæ hortatu, bellũ aggressus est, nã victoriam illi promittebant Prophetæ: inter quos Abdias hanc edidit Prophetiã contra Idumæos. Idcirco rex populo dicebat, *credite Prophetis eius, & cuncta euenient prospera.* inter quos ibi Obadias, seu Abdias numeratur.

Fidem conciliat.

Abdias.

Occasio Prophetiæ.

2 *Hæc dicit.*] Auctoritatẽ conciliat suæ Prophetiæ, ꝗ Dei sint sermones, quos loquitur; & attentũ reddit auditorẽ; qui Dei sermones, cõsiderato, & reuerenti animo debet audire. Est aũt ad ordinem historiæ notandũ, hæc verba [*hæc dicit Dominus ad Edom*] cum illis esse contexenda. *Ecce paruulum dedi te in gentibus*, &c. Nam hæc sunt verba, q̃ loquitur Dominus ad Edom per Abdiam. Illa aũt intermedia. *Auditũ audiuimus*, vsque, *in prælium*, statim post verba, *Visio Abdiæ*, subiicienda; nã id bellũ parari contra Idumæos vidit Propheta, Deo p suũ legatũ gentes concitante. Atq; pdicta ratione hæc verba coordinanda viderunt Vat. Mont. & alii, idq; merito, vt in paraphrasi nos collocauimus.

3 *Ad Edom.*] לאדום *leedom, ipsi Edom*, vel *de Edom*. O stendit ad quos hęc Prophetia pertineat: sed interpretes diuerso modo accipiunt *Edom*. Nam cum dupliciter accipiatur *Edom*, & proprie, & figurate. Figurate per *Edom* Romanos intelligunt Hebræi, tũ veteres, quorum meminit Hieron. hoc loco, & in 21. Isaiæ in illa verba, *onus Dumæ*. & 34. & in 3. Ioelis, & in 1. Mal. tum recentiores R. Salomon hic, & in 4. c. Thren. Dauid Kimhi in hunc Prophetã, & in 34. Isaiæ. Vnde auctoritate Iosephi in libr. Hebraico, refert Mont. Æneam Idumæũ fuisse, qui ex Idumæa in Ægyptũ, ex Ægypto in Lybiã. & Carthaginem; inde in Italiã venerit: imo posteros Esau traditur ab Hebræis in magnã orbis partẽ fuisse dissemina tos. Cognatione igitur Idumæos Romanos esse volũt, & imitatione, ꝗ capitali odio Iudæos ꝑsequantur. Cum aũt Romanorũ nomine fideles oẽs intelligant, qui Romanã obseruant Ecclesiam: vt animaduertũt Burgensis in Additione ad hunc Prophetã, & in 34. Isaiæ, & 7. Danielis, & Galatinus lib. 4. de arcanis Catholicæ veritatis c. 18. libertatẽ, & regnũ, quod post Israelis captiuitatẽ, sibi promittunt per aduentum sui Messię in extremo tempore, cum Romanorũ, h. c. Christianorum, ruina, & destructione, sibi promittũt, & hac sola ratione, si nulla esset alia, hæc sententia refellenda est. Quare Burgensis hoc loco, & Rupertus, ipsos Iudæos implacabiles hostes Christianorũ, spirituales, seu figuratos Idumæos existimant; contra quos loquatur Abdias, vt & alii Prophetæ. Sed. Eusebius lib. 5. Demonst. Euang. c. 24. & Mont. hic qui vniuersam Abdiæ Prophetiã ad negotiũ Euãgelicũ referunt, sicut nomine *Iacob* fideles, ac pios intelligunt, ita nomen *Idumæorum* ad omnes infideles, & impios extendũt, siue Iudæi sint siue Gentiles Atq; hi sunt duo populi duob. filiis, Iacob, & Esau in ventre Rebeccæ sese collidẽtib. significati.

Ad quos sit sermo.

Edom figurate Romani.

Æneas Idumæus.

Romanorum nomine fideles.

Refutatio. Edom Iudæi.

Eusebius.

Edom impii ex Iudæis, & Gentibus.

Verum, cum hæc non placeant aliis, quod existiment sine necessitate non licere à ꝓpria significatio-

Edom proprie.

catio-

catione ad signatā sermonē trāsferre; hi iidemq; gr… Hier. Theod. & multi, qui eos sequun-tur… totam hanc Prophetā in Idumæos pro-prie accipiunt, hostes Iudæorum; qui post captiui-tatē illos sibi subiecerūt. At alii, iique plures, quos suo loco referemus cū priorem partē, tanq̃ inue-ctiuam in veros, proprieque acceptos Idumæos intelligant, posteriorem de Christi triumpho de Idumæis, cæterisq; gentib. reportato, per spiritua-les Israelitas Apostolos; & de regno eius erecto & aucto, recte exponunt. Qui sint autem Idumæi di-ximus super Ieremiam.

Edom alii ab veris Israelitis.

4 *Auditum.* *Auditum*, seu *auditionem* pro re audita, aut sermone, qui ad aures perfertur, accipit more Hebraico. Vt Isa. 53. 1. *Domine, quis credidit auditui nostro*, i e. quis habebit fidem verbis nostris? Haba-cuc 3. 1. *Domine audiui auditionem tuā*, i. e. verba tua, *& timui*. ita modo, *auditū*, h. e. *nuncium*, vt exponit Chaldæus, rumorem, aut famam a Domino exor-tam, & ad nostras aures perlatam excepimus. Vel audiuimus palam loquentem Dominum, & lega-tum mittentem ad gentes.

Auditus pro re audita.

Audiuimus aūt, dixit, numero multitudinis, quo ostēdat Abdias non à se vno fuisse hunc sermonē auditum, sed à multis, qui hanc Idumæorū cladem prædixerunt. Hi aūt nouē enumerantur, Balaam, Nu. 24. Dauid in Ps. 59. & 107. Abdias, quē modo explanamus, Isaias c. 54. Ioel c. 3. Amos 1. & 2. Ier. in c. 49 Ezech. in 25. 31. & 35. & Malachias in c. 1. ita intelligunt Hier. Remig. Haym. Alb. Hug. Ly-ra, Dion. Isid. Mont. & Robertus. Sed nō puto eo numero oēs veteres comprehendi; sed eos tm̃, qui Abdiæ tēpore ꝓphetabant, & illi pſertim, qui hoc munere fungebantur sub rege Iosaphat qui de eis dixit populo, 2. Par. 20. 20. *Credite Prophetis eius, & cūcta euenient prospera.* Erant aūt hi Abdias, seu Oba-dias, q ab ipso Iosaphat paulo ante, 2. Par. 17. 7. cū Benhail, Zacharia, Nathanaele, & Michæa, missus fuerat ad pdicāndū: erat aūt hoc munus Prophe-tarū; de his igitur dicit, *auditum audiuimus.* Sūt qui putent hanc vocē populorū esse, qui accincti iā in ꝓliū sese cohortabātur verbis Domini, q̃ audierāt. Euseb. lib. 5. Demonst. Euang. c. 24. vult esse verba filii Dei, q̃ audiuit à patre hæc verba de vocatio-ne gētium. Verū his repugnat Ieremias, qui c. 49. vbi fere omnia Abdiæ verba vsurpat, eiusmodi de se locutus est. *Auditum audiui à Domino, & legatus ad gentes missus est.* Quo ductu. Robertus existimat forte plurale accipi hoc loco pro singulari; idq; ex Ieremia notat Hugo. Nam & LXX. verterunt hic, *Auditum audiui a Domino.*

De Idumæis qui locuti.

Socii Abdiæ.

Eusebius.

Ieremias Abdiæ verba vsurpat singulare sub plurali.

5 *Et legatum.* Quis fuerit hic legatus diuersimo-de explicatur. Hier. Remig. Haym. Hug. & Dion. cum Ruperto hunc legatū Christum esse volunt, qui ad gentes excitandas ad verū Dei cultum mis-sus sit; sed in sensu mystico: Mont. putat misso hoc legato significari ipsas gentes vltro, citroq; legatis missis inuicē conspirasse contra Idumæos. Lyra le-gatū ait fuisse motionem ipsam, & impulsum Dei, quo gentes interius incitabantur ad bellum. Alb. legatum intelligit Nabuchodonosorē, qui gentes sibi subiectas concitauit aduersus Idumæos. Verū cum legatus à Deo missus dicatur ad gentes, per quas hæc clades Idumæis est infligenda, hique sint Chaldæi, & Imperator eorū Nabuchodonosor, ve-rius dicemus, & rei accōmodatius, vnū quempiā Angelū, vt videtur Hugoni, & Dionysio, siue bo-

Legatus hic quis.

Angelus legatus.

nū, siue malū, fuisse legatū missum, qui Chaldæos concitaret in perniciē Idumæorū. siquidem eiusmo-di solet vti Deus, ad vltionē suam perficiendam, vt scribitur Ps. 77. 49. *& immissiones per Angelos malos.*

6 *Surgite.*] Horum verborum triplex potest esse contextus. Aut ita, vt vtrumq; dicatur ex persona gētium per legatum excitarum, se mutuo ad bel-lum cohortantium, *surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium.* quib. apparatum bellicum innuūt. qua ratione accipiunt Vatab. Mont. & Robertus. Vel ita vt legatus dixerit gētibus, *surgite*; & illæ re-sponderint, *& consurgamus aduersus eum in prælium.* quod non videtur recte ex verbis deduci; quia cō-iunctio, *&*, modusq; loquendi ad eādem personā vtrumq; verbū pertinere demūstrant. Vel ita de-mum, vt legatus à Deo missus dicat vtrumq; Dei nomine, quo ostendat, quod ipse sit, qui tanquam quispiā belli Imperator bellō coegit, vires præbet, robur auget, & mala Idumæis infert, coacto exer-citu Chaldæorum. sic accipiunt Hier. Theod. Re-mig. Lyra, & alii. atq; hunc sensum verum ostendit Ieremias, qui c. 49. 14. hęc verba vsurpans ita con-texit. *Auditū audiui a Domino, & legatus ad gentes mis-sus est*, dicens nempe, *congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium.* Quod vero tot, ac tanta moliatur prius aduersus Edom, nā legatum misit, gentes concitauit ad bellicū apparatum: gē-tes ipsæ hic inde motæ, in exercitum coactæ sunt, & huiusmodi alia, cum nōdum vltionem sumptā videamus, ostendit certe Deus se cunctum puni-re, & his velle dare significationē vt fugiant à facie arcus; & vel sola fama belli inferendi, ad ipsum conuertantur Idumæi. Ita fecit per centum annos ante diluuium in constructione arcæ: ita egit pau-latim cum Abrahamo de exitio Sodomorum, vt motam punitionis faciendæ se quærere videretur.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3. verus.

Deus præmonet strepitu bellico vt conuertatur Edom.

Moratur Deus punire.

7 *Dedi te.*] Verba Dei sunt per Prophetam loquē-tis ad Edom: nā præmissum fuerat: *Hæc dicit Domi-nus Deus ad Edom.* Putant aūt Lyra, Hugo, Dionys. Vat. & Robertus præteritum *dedi*, pro futuro *dabo*, accipiendum, quo futurorum malorum denun-ciatione Idumęos perterrefaciat. Efficiam, inquit, vt exercitu hostium in te irruente, deturberis ab eo honoris gradu, in quo es, & ad statum īnfimū, miserumq; redigaris, ꝓpter innatam cordis tui su-perbiā. Verum Hier. Theod. Remig. Haym. Alb. Hugo quoque, Dion. & Mont. proprie accipiunt præteritum, ad declarandā & exaggerandam Idu-mæorum insolentiam; quod cum exigui essent numero, & fere semper omnibus expugnantibus eos subiecti essent, nihilominus vsque eo super-birent, vt se à nullo superari posse putarent. Erat quidem paruus Edom, quia, vt ait Hieronymus, Idumæi cum vicinis eis gentibus collati inferio-res erant, & numero hominum, & regionis, quam incolebant, magnitudine, & vrbium frequentia. Nam tota illorum regio montibus Seir contine-batur, finibus perangustis vt scribitur Deut. 2. & Malach. 1. hinc fiebat. vt ab omnibus contemne-rentur, cunctorumque direptioni paterent; vt re-gum Iudæorum, Chaldæorum, & demum Ma-chabæorum, à quibus subiugati, & excisi penitus sæpe sunt.

Præteritum pro futuro.

Paruus Edom.

8 *Extuli te.*] חאשיך *hisick* Hebraice, cuius ex di-uersa punctuatione diuersum fit significatum: nam si legamus נשא *nasa*, puncto in sinistro cor-nu literæ ש *Sin*, significat *leuare*, seu *exaltare*, vt hoc

Lectionis ratio.

loco transtulere Septuaginta & Vulgatus: si autem נשא nasca, puncto in dextro cornu, est, *decipere*, qua ratione Vulgatus eadem Abdiæ verba transtulit in Ieremia cap. 49. 16. *Arrogantia tua decepit te.* & in hoc cap. v. 7. *Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi.* & hic Chaldæus, & recentiores nonnulli ita vertunt præter Pagninum, qui legit, *Extulit.* Ostendit profecto Deus, neque imbecillitate virium cognita, neque Dei minis sæpius auditis, neque admissi sceleris in fratres conscientia, superari potuisse, ac deprimi cordis Idumæorum arrogantiam, quin decepti sua elatione, sibi persuaderent neminem existere, qui ipsos delere posset.

Edom superbia.

Quæ autem causa fuerit, vt prædictis, quæ deprimerent, non obstantibus, minas Dei contemneret Edom, vna erat, loci situs inexpugnabilis in quo fidebat, quem illis verbis declarat, *habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum.* Ex Hebræo, *ô tu qui habitas in* חגוי *Hagheui*, ab חגה *hagah in fissuris petræ*, aut *rupis*, vt legit hic Vulgatus, & Ierem. 49. 16. Hoc est, in loco munitissimo, in arce, in excelso, in arce inexpugnabili. Alii, vt David Kimhi ab חוג *chug* deducentes, vertunt, *in gyro*; *in circuitionibus*; *in rupis circumferentia*, quia in cacumine, & fastigio rupis: sed verius est, *in foraminibus rupis*, quæ circularem habent rotunditatem, & ita *in rupis scissuris*, vel *fissuris*, quia in cauernis montium, & fissuris inaccessis habebant domos constructas; & in præruptis, quo nemo accedere videretur. Pro *exaltantem solium tuum*, in Hebræo est, *celsitudine habitationis eius*; quod suam habitationem collocassent in altissimo cacumine rupis, ita vt nemo posset, inuito Idumæo, ad eam ascendere, vnde superbe dicit, quis ergo me deturbet, è locis editis, & munitis, quæ habito?

Ex loci situ

Lectionis variatio.

9 *Si fures.*] Hebræa sic habent; *Si fures ingressi sunt ad te, si prædones nocturni, quomodo* נדמיתה *nidmethah? nonne furabuntur sufficientiam suam? Si vindemiatores ingressi sunt ad te, nonne relinquent racemos:* & verbum quidem *nidmethah* à radice דמה *damah, assimilare* significat; & ita vertit Montanus, *quomodo assimilatus esses*, hoc est, qualis relinquereris: vel cui homini spoliato, & nudo similis maneres? vel *excidere*, aut *succidere*, sic Tigurina, Pagn. Vatabl. & Robertus dixerunt; *quomodo succisus es?* Septuaginta, *vbi proiectus es?* Vel *tacere*, sic Vulgatus qui R. Salomon consentit dixit *quomodo conticuisses?* quod Chaldæus exposuit, *quomodo sic soporatus es?* quasi notet, præ sopore non seruasse sua, aut potius non ausum fuisse vociferari. Sed quacunque ratione sumatur, idem est quod, defecisses, seu extinctus esses, quasi dixisset, in odium calamitatis declarans duabus similitudinibus: Si fures ad te ingrederentur [illegible] & nocturni prædones, vt domos tuas expilarent, num conticuisses, hoc est, defecisses [illegible] exci[illegible]us penitus, & ext[illegible]ctus esses? minime quidem illuc: nam furati tan[illegible] ellent, quæ sibi [illegible], non omnibus e[illegible]. [illegible] vindemiatores in vineam [illegible] ad b[illegible] colligendos, pr[illegible] & [illegible] racemos aliquos reliquissent. At [illegible], quomodo te scrutati sunt, quomodo [illegible] abscondita tua? Latibula, & penetralia [illegible] recessus, in quibus thesauros, diuitias que recondebas? non plane co[illegible] es. [illegible], ac vindemiatores,

Lectionis variatio.

Expositio vera.

sed diuerso [illegible] quia n[illegible] quent. Hæc est com[illegible], licet in paucis d[illegible] Montanus, & Robertus ita ex[illegible] introibunt ad te imparatum, [illegible] tal[illegible] tantem? non certe. Num hostes [illegible] ant aduersus te imparatum, vt fures? nequaquam [illegible] contra te hostes, ad quos Deus misit legato[illegible] ro Marte, te resciente eorum aduen[illegible] men te poteris præparare, ô [illegible] nunc quomodo e[illegible] deris! Montanus putat per fures, & vind[illegible] res significari omnes Idumæorum adu[illegible] qui illuc vsque diuersis excursionibus [illegible] non tamen penitus exciderunt. [illegible] similitudines esse putant; quasi dicat breuiter: Si vti fures ingrediantur hostes ad te, si vt [illegible] nocturni, conticuisses certe, cum [illegible] d[illegible] fuisses excisus; quia sic tantum [illegible] bi necessaria [illegible] at cum proprio [illegible], omnia quantumuis recondita [illegible] ac diripient, donec penitus excidantur [illegible] cias.

Vsque ad terminum.] Ostendit quam f[illegible] prudens Edom, siquidem cauere ne[illegible] rum insidias, ac dolos, qui eum pr[illegible]. Sunt qui, vt notat Hieronymus, hæc verba [illegible] nectant cum superioribus; *inuestigauerunt abscondita eius vsque ad terminum*, nempe ea latibula, in quibus seruandi causa, diuitias suas incolæ intra terminos regionis, vt solet fieri belli tempore, quo res chariores obsessi defodiunt, ne in hostium manus veniant; quæ si inueniantur [illegible] hostibus, ductoribus confœderatis, illi [illegible] per sua cadent. Verum Hieronymo, & omnibus aliis melius videtur, vt cum posterioribus contexantur; *Vsque ad terminum emiserunt te.* Hoc est in captiuitatem abeuntem dissimulato odio, & ficto officio, vsque ad hostium terminos te prosecuti sunt cum lacrymis; vel potius vsque ad regionis Idumææ terminos: vnde incipiebat exilium, extra proprios fines emiserunt. Sic Theodoretus, Remig. Alb. Hugo, Dionys. Isidor. Vat. Montan. & Robertus & nos faciemus, qui Edom tunc erant fœdere: quique pacem contraxerant cum eo; & ex Hebræo, *pacem tuum ponent languorem*, seu *vulnus tibi*, id est, comedentes panem tuum infligent vulnus primum, insidias parabunt.

Sensus [illegible]

Dubium est de quo tempore, vel de quibus hostibus loquatur suo his verbis Propheta, qui simulata amicitia Idumæis offendiculo fuerunt? Sunt qui existiment recenti exemplo velle Deum Idumæorum imprudentiam ostendere, qui sibi prudentissimi videbantur: ex his videlicet q[illegible] his acciderant in bello, quod mouerunt filii Ammon, & Moab, & mons Seir aduersus Iosaphat regem Iuda. 2. Paralip. 20 & apud Iosephum [illegible] 9. Antiq. capit. 1. Nam Ammonitæ, & Moabitæ inito fœdere, & conciliata amicitia cum Idumæis, eos extraxerunt a terminis suis, vt pugnarent contra Iudam, & dum essent in [illegible] Benedictionis, vt dicitur eo capite versu 22. *V[illegible] Dominus insidias eorum in semetipsos [illegible] orum [illegible] et Ammon, & Moab, & mont[illegible] Seir [illegible]. Namque filii Ammon, & Moab consurrex[illegible] habitatores montis Seir [illegible] vt interficerent & delerent eos: cumque [illegible] perpetrassent, etiam in [illegible] ipsos versi mutuis [illegible] vulneribus.* [illegible]

[illegible] Historia [illegible]

vere Propheta rideat prudentiam Idumæorum. Nam si cauere nescierunt Ammonitarũ, & Moabitarum insidias cõfæderatorum suorum, & amicorum, qui eos extra terminos terræ suæ euocauerunt, eisque illuserunt, vt inuoluerunt in eos, & vulneribus confoderunt, quia Deus pugnabat pro Iuda: qua sua prudentia poterunt auertere extremã hostium stragem? Hoc argumento videtur vti Propheta, qui tempore huius belli viuebat. & quidem satis è reipsa.

Argumentum à maiori.

Sed Hieronymus, Remigius, Albertus, Hugo, Dionys. Vatabl. Isidorus, & Robertus de bello Babylonico intelligũt, quando vrbe sancta cõflagrata Nabuchodonosor Idumæos expugnet, qui nulla bellica prudentia muniti insidias amicorum suorum, nempe Ammonitarum, & Moabitarum, vt vult Albertus, vel ipsorum Chaldæorum, quibus inseruierant aduersus Iudam, auertere nescierunt, etiamsi prudentissimi sibi esse videbantur, probat hunc sensum in primis, quod de eisdem illis ad eandem cladem spectantibus dicitur, *Quomodo scrutati sunt Esau? &c. & vsque ad terminos emiserunt te omnes viri fœderis tui*; sed illa verba loquuntur de Chaldæis: ergo hæc ad Chaldæorum eandem pertinent cladem. deinde quia prudentiam, quam concludit hac periodo non esse in Idumæis, in sequenti minatur Deus se perditurum, videlicet per Chaldæos. Vnde omnia præterita Hebræa in futura vertenda sunt, vt expositores faciunt. Demum quia Ieremias hanc ipsam cladem Idumæis futuram prænunciat per Chaldæos; ergo similiter facit Abdias. At certe aliud est externam cladem prænunciare, quæ vtrum futura sit per Chaldæos, an per Machabæos, vel Romanos, statim definiemus. aliud ea facto præsenti ostendere nullam fuisse bellicam prudentiam in Idumæis, ne quemadmodum confisi in situ, & fortitudine habitationis suæ, despiciebant comminationes Prophetarum; ita confisi in arte sua bellica easdem contemnant, persuasi, se posse propugnare, & vim quamcunq; hostium auertere, & retundere; cui rei probandæ non inepte deseruit exemplum illud ductum ex insidiis Ammonitarum, & Moabitarum. Nec verba illa vel antecedentia, vel consequentia, adeo sunt annexa, vt necessario omnia de Chaldæis sint intelligenda; quin eo modo, quo supra ea contexuimus, recte cohæreant.

Chaldæorum contra Idumæos bellum.

Ratio sensus.

Prior expositio probatur.

11 *In die illa.*] Omnem aufert fiduciam Idumæis, qui se perituros non crederent, quod consilio, & sapientia valerent, cum Deo perfacile sit tenebras offundere, & mentem, consiliumque eripere, quo neque mala venientia præuideant, neque instantia valeant effugere. Eodem modo Ieremias cap. 49. 7. prædixit: *Nunquid non vltra est Sapientia in Theman? periit consilium à filiis, inutilis facta est Sapientia eorum.* Lyra hanc Idumæorum sapientiam putat esse artes diuinatorias, quibus futura se posse præcauere putabant. Sed non est necesse ita explicare, cum constet ex ipsa Scriptura eam gentem calliditate & humana prudentia plurimum valuisse: quemadmodum enim Esau homo erat industrius, & corporis viribus præstans, ita Idumæi eius posteri consilio, virtuteque præstabant: quæ duo in bello gerendo valent plurimum; acidcirco hæc duo illis eripienda minatur Deus, cum ait; *Perire faciam sapientes de Edom, & prudentiam de monte Esau & frangentur animo fortes tui à Theman.* ita habent Hebræa, & Lxx. quamuis Vulgatus Latine dicant, *Meridie*, vt alias, *Austrum*, quod Idumæa sit Australis Iudææ; dicta *Theman*, qui fuit filius Eliphaz primogeniti Esau, vt habetur Genes. 36. de quo iam diximus. quod si fortes confringendi sunt, quid fiet ceteris? interibit vnusquisq; de monte Esau.

Sapientia Idumæorum qualis.

Solum restat explicare de quo die, vel de quo tempore loquatur Propheta cum dicit, *in die illa perdam sapientes de Idumæa* Qua in re?

Quæstio, quando Idumæi perdendi.

Prima sententia est hanc cladem Idumæis interminatam eam existimauimus, quam supra memorauimus rege Iosaphat Deum intulisse Idumæis in valle Benedictionis, 2. Paralip. 20. propterea quod auxilio fuere Sesac regi Ægyptio, qui, vt legimus 3. Reg. 14. 25. in quinto anno Roboam ascendit in Ierusalem, & tulit thesauros domus Domini, & thesauros regios, & cuncta diripuit. At hæc intelligentia falsa omnino est: tum quia tam improbitatem Idumæorum in fratres suos; quam supplicium illis infligendum, prædicit Abdias; non præteritum recenset, vt constat ex tota prophetia: tum quia interitus Idumæorum, sicut & Ammon, & Moab, non fuit, quod Sesac regem Ægypti ante 60. annos iuuissent contra Ierusalem; quod ex nulla historia constat: sed quod conuenerint ad expugnandam Ierusalem, & delendum regem Iosaphat: quod nequaquam obtinuerunt. Tum tertio, quia Abdias delendum prædicit Edom, ob interfectionem, & lætitiam, qua lætabatur de fratrum interitu, captiuitate, & vrbis vastitate; at Sesac contentus præda, regem Roboam incolumem reliquit, & vrbem integrã, nec vllum duxit captiuum.

1. Sententia de tem. ore Iosaphat.

Repudiatio.

Secunda sententia est asserentium hic prædici punitum iri Idumæos ab ipsis Iudæis, propter mala illis illata in bello, quod gesserunt cum rege Syriæ, 4. Reg. 16. 5. & rege Israel, aduersum Ierusalem. Nam *Idumæi venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc.* & vt dicitur 2. Par. 28. 17. *Venerunt Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam; Philisthiim quoque diffusi sunt per vrbes campestres, &c.* At cum Teglathphalasar euocatus ab Achaz afflixit regem Syriæ, & nullo resistente vastauit, quis dubitet, & Philisthæos, ac Idumæos simul afflixisse, ac vastasse? Sed huic aduersatur, quod in Abdia prædicitur Ierusalem obsidenda, simul & capienda ab Idumæis; cum tamen Syrus non potuerit illam expugnare, ac propterea nec mala alia ei inferre, quæ recenset Propheta. Deinde nec Idumæi leguntur ab Assyriis tunc puniti, ac destructi, siquidem manserunt in Ailam vsq; in præsentem diem, vt dicitur in lib. 4. Regum.

2. Sententia de bello contra Ierusalem.

Repudiatio.

Tertia sententia est communior, vt mox dicemus, affirmantium hanc cladem infligendam Idumæis, quod simul cum Chaldæis anno vndecimo Sedeciæ Ierololymam euerterunt, & Iudæos captiuos multis sannis, & maledictis prosecuti sunt, eo modo, quẽ refert Abdias. Ac propterea à Chaldæis ipsis paulo post vastati sunt. Verum hæc intelligentia multipliciter impugnatur: nam vt demus à Chaldæis subiugatos, post Iudæorum rempublicã euersam, Idumæos, at non ita deletos, vt nulla ipsis amplius Reipublicæ forma super-

3. Sententia de tempore Sedeciæ.

Repudiatio.

 esset,

esset. *& sit quasi non sit.* & patet in primis, nam ipse Propheta prænunciat filios Israel redeuntes è captiuitate possessuros ciuitates Idumæorum; quasi eorum regionem vi sint occupaturi; ex quo patet adhuc post deletam Ierosolymam perdurasse Idumæam integram. Vnde Darius Hystaspis filius, qui templi ædificandi potestatem fecit Iudæis redeuntibus, auctore Iosepho lib. 11. Antiq. capit. 4. mandauit Idumæis, & Samaritis, atque Syriæ cauæ habitatoribus, vt agros, qui aliquando Iudæorum iuris fuissent, antiquis possessoribus redderent. & Daniel capit. 11. 41. quasi de gente suo tempore permanente, vaticinatur, Antiochum Epiphanem introiturum in terram gloriosam, & multas gentes corruituras. *Hæ autem sola, ait saluabuntur de manu eius. Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon.* Quin ex libris Machabæorum, & ex Iosepho constat integros fuisse Idumæos eo tempore, & deinceps vsque ad Christum; imo ipsis Romanis vrbem, templumque euertentibus auxilio venerunt Zelotis. Nunquam ergo deleti sic sunt à Chaldæis, vt solum vertere coegerint; neque eorum rempublicam deleuerint. Deinde Abdias non à Chaldæis, sed ab ipsis Iudæis Idumæos prænunciat delendos, sic enim ait. *Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula, & succendetur in eis, & deuorabit eos, & non erunt reliquiæ domus Esau.* At per Iudæos quando fuerint penitus Idumæi extincti non constat: cum ad Titi vsque tempora perseuerasse ex historiis nouerimus.

Idumæa stabat post deletam Ierusalem Iosephus.

Idumæi vsque ad Titum perseuerarunt.

4. Sententia certum tempus non signat.

Quarta sententia est eorum, qui, quod videant non rectè conuenire supradicta, existimant hanc prædictionem non vno, aut altero prælio, in quo male ab Idumæis pugnatum esset, circumscribi debere, neque fore vt ab vna aliqua nominatim natione essent superandi, sed ipsam spectare ad vniuersa illa, quæ feliciter contra ipsos eorum hostes gesserunt, quousque eos funditus exciderunt. Nam hoc quidem tempore ita extincti, atq; deleti vniuersi sunt, vt ipsum gentis nullum vestigium appareat; nullaque forma reipublicæ perseueret; sicut nec Iudæorum. At profectò Abdias certum supplicium Idumæis infligendum ab iis gentibus, quibuscum ipsi fratres Iudæos affligerant, haud dubie prædicit. nam sigillatim multis notis ostendit se loqui de vastitate Ierusalem per gentes Chaldæas, & per easdem ipsos delendos Idumæos.

Repudiatio.

Quamobrem cum ipsis interpretibus consentientibus, Hieronymum dico, Theodoretum, Remigium, Albertum, Hugonem, Dionysium, Isidorum, Vatablum, & Robertum, cladem hanc magnam, sannis plenam, maledictis, & iniuria, qualem describit Abdias, inflixerint Idumæi Iudæis, tum cum Chaldæi euerterunt Ierusalem, & templum, & captiuos duxerunt Iudæos Babylonem, ea eorumdem sententia per easdem gentes Chaldæas vniuersa Idumæa in pœnam odii, & stragis factæ in Iudæos fratres suos, vastata est: id quod ex ipsa Scriptura manifeste colligitur. Dauid in Psalm. 136. 7. *Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem. qui dicunt, exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Filia Babylonis misera, beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.* Ier. clarius c. 25. 9. *Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & adducam eos super terram istam, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt, & interficiam eos & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas &* vers. 17. *& accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus; Ierusalem, & Iuda, Pharaoni regi Ægypti, cunctis regibus Ausitidis, Philisthiim, & Idumææ, & Moab, & filiis Ammon,* & capit. 49. 7. *Ad Idumæam*; quasi recensens verba Abdiæ, & ea explanans versic. 19. vaticinatur per Nabuchodonosorem vastandam; cum ait: *Ecce quasi leo ascendet,* &c. Ezechiel præterea cap. 35. prophetat aduersum montem Seir, cui dicit, *in solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur.* Vt vero constet id implendum per Nabuchodonosorem capit. 32. anno 12. transmigrationis Ioachin, id est, Ierosolymis iam destructis, sic ait regi Ægypti versicul. 11. *gladius regis Babylonis veniet tibi,* & vers. 29. *ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cum exercitu suo,* &c. Vnde Thren. 4. 21. *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.* Nam ipsi Idumæi incenderunt templum, vt scribitur 3. Esdræ 4. 45. *& tu, ait, vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa a Chaldæis.* Ita ex his constat Idumæos primos fuisse in vastatione vrbis, & templi: & ipsos etiam vastatos à Chaldæis, quibus auxiliatores venerant contra Iudæos. Atque adeo Abdias, qui cladem ab Idumæis inflictam prædicit Iudæis, vna cum Chaldæis, per eosdem prædicit & ipsos vastandos. Ea vero, quæ huic intelligentiæ aduersa videntur, in singulorum expositione consona esse monstrabuntur. Cum ergo dicit Abdias, *Nunquid non in die illa dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa?* de eo tempore loquitur, quo, non obstante Idumæorum sapientia, neque virtute, a Chaldæis cum ceteris gentibus subiugati sunt, & vastati. Nempe, vt ait Iosephus lib. 10. Antiq. c. 11. quinto anno post excidium Ierosolymitanum, qui fuit ipsius Nabuchodonosoris vicesimus tertius.

5. Sententia vera de tempore Chaldæorum.

Abdias prædicit Idumæos à Chaldæis vastandos.

Iosephus. Anno 5. post vastatam Ierusalem, vastata Idumæa.

Propter interfectionem] In Hebræis codicibus, & in Chaldæo, hoc verbum coniungitur præcedentibus; *Vt intereat vir de monte Esau præ strage,* aut *cæde*; itaque legunt recentiores interpretes, Pagni. Tigur. Vatabl. Montan. & Robertus. Vt sit sensus, ea erit strages, ea cædes, vt omnes ad vnum Idumæi interituri sint. Verum LXX. vt eos intelligunt Hieronymus, & Theodoretus; cum sequentibus connectunt, vt facit Vulgata, & ex Hebræo ablatis punctis ita legitur, *vt intereat vir de monte Esau propter interfectionem. propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob*; adiungit causam, ob quam destruendus sit Edom, ob cædes fratrum, & iniurias illis illatas in euersione Ierusalem, quando dicebat Psalmo 136. 7. *Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Nam licet multa alia delicta habuisset Edom, etiam idololatriæ, multa alia flagitia, at ob solum, vt dixit Amos 1. quod persecutus fuerit gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam suam, vastandus prædicitur. Sic enim Christus Matth. 25. 42. ceteris prætermissis in die iudicii immisericordiam in fratres dicit improbis obiecturum;

12

Immisericordia in fratres quã punita.

Esurivi,

A *Esuriui, inquiet, & non dedisti mihi manducare*, in fratribus meis, videlicet.

13 *Propter iniquitatem.*] Pro iniquitate, seu iniuria, commissa in fratrem tuum Iacob. Hanc vero iniuriam, & inhumanitatem explanat per partes, quæ illi hemistichio coniungendæ, sunt, cum dicit, *in die cum stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortes, tu quoque eras vnus ex eis.* Itaq; quod vno verbo dixerat; *propter iniquitatem*, amplificat plurib. verbis, notatis diuersis iniuriis. Nam statim posterior pars pœnã definiens suis partibus construetur. Hoc autem tunc accidisse quidam putant, quando Idumæi recesserunt à Ioram rege Iudæ, & constituerunt sibi regem: B *& suscitauit Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui ascenderunt terram Iuda, & vastauerunt eam, diripueruntque cunctam substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores*, vt refertur 4.Reg.8.: c.& 2. Paral.21.8. Et apud Iosephum lib.9. Antiq.cap.5. Hoc ergo tempore stabant ex aduerso gaudentes Idumæi, ac si essent vnus ex hostibus. Rupertus de ea expeditione explicat, quam diximus factam sub Iosaphat rege Iuda, 2.Paral.20. Alii intelligunt de excidio, quod fecerunt Idumæi sub Achaz, 2.Paral.28.17. Haymo, Hugo, & Dionysius, atque Lyra ad id tempus hæc putant pertinere, quo Nabuchodonosor anno 8. Regni sui transmigrare fecit regem Ioachim cum matre, vxoribus, & seruis, 4.Reg.24.10. C Quidam hæc intelligunt de strage Antiochi facta in Ierusalem & Iuda, 1.Mach.10.1.à. ver.21. quod in sequentibus videatur loqui Abdias de Machabæis. Verum ea signa, quæ notat Propheta ab aliis Prophetis indicata, satis ostendunt de extremo excidio Ierusalem anno 11. Sedeciæ fieri hic sermonem, vt recte visum est B. Hieronymo, Remigio, Alberto, Vatab. & Roberto: & nos paulo ante indicauimus.

Quanta iniquitas Idumæorum in Iudæos.

De tempore quo sit sermo.

Iosephus.

Rupertus.

De vastitate Ierusalem est sermo.

14 *Operiet te confusio.*] Postquam Idumæorum culpam vituerim, & per partes, omni dignam supplicio, proposuit, nunc pœnam adiungit, vniuersim quidem his verbis. *Operiet te confusio, & peribis in æternum.* in particulari autem illis prædictis subiungendis. D *& non despicies in die fratris tui*, vsque, *& non concludes reliquos eius in die tribulationis.* Confusio, seu erubescentia est, cum quis exitu ipso magis, quam ratione cogitur consilium, sententiam, opus, aut spem conceptam damnare, ac deponere. Vel quod vana, frustraque tentata à se vel quod stulte cogitata, & spectata cum tempore deprehenderit. Sic Psalmo 54.4. *Confundantur, & reuereantur qui quærunt animam meam. Auertantur, retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala.* Hoc est, si tu Domine sumpseris arma, & scutum, quibus me protegas, euadent inimici mei inanes, nihil efficient ex his, quæ aduersus me conantur. Psalm.70.13. *Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur confusione, & pudore, qui quærunt mala mihi*; E hoc est, qui malum meum desiderabant, & conabantur, non solum suis optatis non satisfacias, sed eorum conatus reprimas; imo quæ conantur, in eorum capita recidant. Psalmo 108.19. *Induantur qui detrahunt mihi pudore. & operiantur sicut diploide, confusione.* Hoc est, ita opprimantur malis, quæ mihi pre-

Pœna Idumæis infligenda.

Confusio quid.

A cantur, & optant. & ita pudore, ex eo quod videant se illis opertos, contegantur, sicut vestimentis cooperitur vestitus. Quod ergo dicit, *Operiet te confusio*, hoc est, omne malum, quod tu ex summo odio optas fratri tuo Iacob, & vt in eo perseueret precatis, te quoque superiore, & intacto perseuerante; te te aggredietur, te occupabit, & dum ad te quoque videris peruenire, diuerso modo quam sperabas, spe tua deiectus, pudor, seu confusio te cooperiet *& peribis in æternum*, seu *excidern in seculum*. His verbis volunt probare aliqui Abdiam non loqui de Idumæis proprie acceptis: qui rempublicam suam instaurarunt, & montem suum habitarunt paulo post reditum Iudæorum è captiuitate & tempore B Machabæorum integri erant; ac proinde non perierunt in æternum, sed de impiis, & infidelibus, qui eo nomine vocantur. Verum forma hæc loquendi nõ cogit nos Idumæos proprie relinquere, & Abdiam explicare de improprie Idumæis cu Ieremias c.25. nominato Nabuchodonosore prophetet Idumæos, cu ceteris gentibus, ab illo perpetuo destruendos. *Ponam eos*, inquit, *in stuporem, & sibilum, & in solitudines sempiternas.* & Ezech. c.35. de monte Seir dicat; *in solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur.* Cum ergo constet aliquando habitatas, vt tempore Machabæorum; dicendum illam formam loquendi hyperbolicam esse, & ea significari per longuinum tempus Idumæam non incolendam.

Confusio operuit Idumæos

Æternum pro longum tempus.

C *Et non despicies.*] Iam in particulari ostendit ita 15
puniendos, vastandosque Idumæos, vt sua miseria sorte pressi, non iam exultent, vt exultauerant in vastitate Ierusalem cum victoribus. Est autem totius huius sententiæ sensus in primis explicandus; deinde singula verba. Chaldæus omnia hæc futura, *non despicies, non lætaberis*, &c. in præterita conuertit, addita causali particula, sic enim ait. *Et quia vidisti diem fratris tui, diem confractionis eius: & quia lætatus es super filios Iuda die interitus eorum: & quia multa magnifice locutus es in die tribulationis. Atque ingressus es in portas populi mei, die interitus eius.* & ita in sequentibus: qua ratione videtur reducere causam cur dixisset, *operiet te confusio, & peribis in æternum*; nimirum quia vidisti in die fratris tui, & D quia lætatus es de ruina eius. Secundo, Cyrillus, & alii accipiunt hæc omnia futura pro imperatiuis; *ne aspicias, ne læteris, ne magnificeris*, quod quoque consuetum est in Scriptura, vt in præceptis decalogi Exod.20. dicitur, *non occides, non mœchaberis non furtum facies*, pro, *ne occidas, ne mœcheris, ne furtum feceris.* Ita legunt Tigurina, Vatab. & Robertus. Sic si accipiantur hæc verba illis sunt connectenda. *Quasi mittebant super Ierusalem sortem, tu eras quasi vnus ex eis*; cum tamen Dominus tibi præcepisset; ne aspicias, neue læteris in die ruinæ fratris tui. Tertio, Pagninus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus eadem futura per modum exponunt potentialem, vt vocant, qui significat quid deceat, fieriue possit. Vt in illo Gen. E 20.9. quod Hebraice dictum est, *quæ non fient, fecisti nobis.* Vulgatus vertit: *quæ non debuisti facere, fecisti nobis.* & Psalmo 134.16. *os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt.* Idem est, quod non poterunt neque loqui, neque videre; quamuis os habeant, atque oculos. Sic verbis his obiurgat Edom, & scelus Idumæorum omnibus suis par-

Sensus 1.

Sensus 2. Cyrillus. Futurum pro imperatiuo

Sensus 3.

Futurum pro debito.

A tibus amplificat, ac si tradidisset. Tu eras vnus ex illis; & tamen æquum erat, ne fratris calamitatem lætis oculis aspiceres; quod si hoc ferebat odium; at non debuisses os tuum in illum magnificare; aut saltem non deberes vrbem ingredi, cum diripiebatur ab hoste; nec haurire oculis illud tam crudele spectaculum, & quod postremum est immanitatis genus, non debuisses intercepisse fugientes, latitantes trucidasse. Verum hæ explanationes non videntur consentaneæ menti, ac sermoni Prophetæ: primum, quia in his explanationibus futura verba accipiuntur pro præteritis, quod tamen rarissime accidit, nisi quando Hebræi, pro sua grammaticæ ratione, particulam, *Vau*, verbis adiungunt, cum tamen his verbis non adiungatur. Deinde quia ex his, quæ dicemus, constabit prophetare Abdiam; non historiam, aut rem gestam attexere.

Refelluntur.

B Quarto ergo, Hieronym. Theodoretus, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & consentiunt Vatabl. & Robertus, hæc verba vt vere futura exponunt, consequentia ad illa, *& operiet te confusio, & peribis in æternum, & non despicies in die fratris tui.* quasi dicat. Quando tu captiua duceris ô Idumæa tuo malo confusa, nō despicies fratres tuos Iudæos, vt feceras cum à Nabuchodonosore vndecimo anno Sedeciæ ducebantur captiui. Aut, vt exponit Hieronymus. Cum interierit vir de monte Esau, & operuerit eum æterna confusio, nequaquam faciet quod fecit ante contra germanum: non enim despiciet videns fratrem suum ire captiuum, nec lætabitur super filios Iuda, & ideo illa non faciet, quia similia patietur.

Sensus 4. verior.

C At vt hæc intelligentia roboretur magis, dubitatur quando acciderit quod hic futurum prædicitur, Idumæos non iam futuros molestos Iudæis, nec de eorum calamitatibus gaudium capturos, quod ipsis suis malis impliciti, nequaquam vacassent, res vt aliorum curarent? Nam constat à tempore vastatæ vrbis à Chaldæis vsque ad eiusdem euersionem à Romanis factam, Idumæorum rempublicam viguisse, Iudæorum multis attritam calamitatibus. Ad hanc dubitationem quidam respondent, nullum certum definiri tempus, quo rependatur Idumæis, quod fecerunt malum in die captiuitatis filiorum Iuda; sed id tantum dici; suum delictum non latuisse Deum, nec in posterum impunitum abiturum. Albertus ita intelligit, Iudæos libertati restituendos è captiuitate Babylonica, nunquam vero Idumæos: ac proinde, in captiuitate postrema Iudæorum per Romanos facta non despecturos illos, neq; gauisuros de eorum malis, vt fecerant in illa priori. Ignorat scilicet Albertus Idumæos integros permansisse vsque ad Romanos, quibus sese adiunxerunt, auctore Iosepho lib. 7. de bello Iudaico capit. 15. in Romana illa captiuitate. Alii volunt, quod videant hæc Idumæis veris non conuenire, ea intelligere de Idumæis figurate, de impiis, & infidelibus, quos ita Deus puniet, vt nunquam amplius, illis liceat pios fideles despicere, & subsannare, & de eorum calamitatibus gaudere. Sed profecto in re per se clara hi expositores hallucinantur, & luci tenebras offundunt. Nam cum certum sit Hieronymo, Theodoreto, Remigio, Hugoni, Lyræ, & Dionysio, quod ex Scriptura supra deduximus

Quæstio, quando Idumæi nō fuerunt molesti Iudæis.

Sententia 1.

D Sententia 2.

Iosephus. Sententia 3.

E Intelligentia vera.

A numero 11. in postrema sententia, post Ierosolymam à Chaldæis destructam, Idumæos cum ceteris gentibus anno quinto vastatos iuxta prophetias Ieremiæ, & Ezechielis; & Abdias simpliciter dicat Idumæos ita perituros, vt proprio supplicio debilitatis non liceat malefacere fratri Iacob: vti paulo ante fecerant in euersione Ierosolymæ, & captiuitate Iudæ, vt tam nec aspiciant læti interitum eius, nec magnificent in eum os suum, nec ingrediantur portas eius, nec fugientes occidant, & latitantes comprehendant; sed suis malis oppressi conticescant, pro certo habendum est, de hac Idumæorum vastitate loqui Abdiam, & non de aliis. & probatur manifestius, quia sequentibus verbis reddit Propheta rationem, cur hæc non reperient Idumæi: *quia iuxta est dies Domini super omnes*

B *gentes sicut fecisti, fiet tibi.* Est autem hæc dies, quando Nabuchodonosor vastauit omnes gentes, vt dicemus, quando hæc verba explicabimus. Hac vera intelligentia supposita, iam ad singula Abdiæ verba explananda accedamus.

Despicies.] Congerit omnia, quæ victores vrbe capta faciunt: & in primis ait, *non despicies.* Idem verbum תראה *there* est hic, & versu sequenti, *nec despicies tu in malis eius.* & quamuis Hieronymus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. pro *contemnere* accipiant; at Hebræum verbū *videre, & intueri* significat *pro voto, & libenter optatum exitum aspicere: & in bonum quidem satiare oculos, & animum bono*, vt Psalm. 105. 5. *ad videndum in bonitate electorum tuorum*, hoc est, ad fruendum bonis; & in ma- 16

Despicere in bonum, & in malum.

C lum ex odio, & vindicta, Psalm. 36. 34. *Cum perierint peccatores videbis.* & Ps. 9. 8. *Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis*, cum lætitia. quod magis explicuit ipse Dauid Psalmo 57. 11. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Id enim est, *& non despicies*; hoc est, non licebit tunc cum voluptate videre calamitatem fratris tui, in die alienationis suæ: qua alienatus fuerit à patria, ab opibus, à requie; quod magis explicat addendo, *& non lætaberis super filios Iuda.* Addit, *& non magnificabis os tuum in die angustiæ.* Hoc est, non loqueris verba magnifica, plena superbiæ, & arrogantiæ. qui insultant aliis, inflato ore, labiisque diductis, dicuntur magna loqui in alium: vt illi Matt. 27. 40. *Vah, qui destruis templum Dei.* & Psal. 34. 21. *qui dilatauerunt super me os suum dicentes, euge, euge.* Ita Idumæi

Magnifice loqui.

D insolenter loquebantur in fratres suos, vt Ps. 136. *exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Threno. 2. 16 *deuorabimus: en iste est dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus.*

Et non emitteres.] Hoc est, quando terga verterent Iudæi, non mitteres à Chaldæis, vt eos comprehendas: vt solent mitti leuis armaturæ equites. quem sensum habent Lxx. Tigurina, & Montanus. Sed Hebraice habent, *nec immitteres*, aut *extenderes te in copias eius.* sup. *manum tuam*; hoc est, in facultates eius. Sic habent Chaldæus; *nec extendisses manum tuam ad eas facultates in die excidii eius*; & Pagn. Vat. & Rub. Sed vers. 20. idem nomen vertitur, *exercitum*, qui habet militum copias.

E *Neque stabis in exitibus.*] Nomen Hebræum פרק *Perek fractionem*, seu *abruptionem* significat, quæ si est viæ, dicitur *biuium*, aut *compitum*, quo modo hic accipiunt Lxx. Chaldæus, Vulgatus, & recentiores omnes, qui vertunt, *in exitibus*, seu *in*

biuio

bitis. Sunt qui putent hic significare, fractiones petrarum, & cauernas aptas ad latendum, quas obsidebant Idumæi, vt ibi absconsos trucidarent. Vel norat historiam 4. Reg. 25. 4. de fuga Sedeciæ per viam portæ, quæ est inter duplicem murum, & exercitus Chaldæorum persecutus eum comprehendit: quorum magna pars Idumæorum erat.

17 *Iuxta est dies Domini.*] De aduentu Nabuchodonosoris aduersus omnes gentes, quæ circum Iudæos erant loquitur plane Abdias, vt recte intelligunt Hieronym. Theodor. Cyrillus, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Robertus; & constat ex Ieremia c. 25. v. 15. de gladio Chaldæorum loquente: *Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te: & bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladii.* & c. 27. 2. *fac tibi vincula, & catenas, & mittes eas ad regem Edom, &c.* & v. 6. *& nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor, & seruient ei omnes gentes* & c. 51. 7. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram. de vino eius biberunt gentes, & ideo commota sunt.* Quæ verba referens hic Hieronymus sic ait. *Vniuersas quippe nationes vsque ad Propontidem, Scythicumque mare, & Ionium, vel Ægeum Assyrii Babyloniique tenuerunt; legamus Herodotum, & Græcas, barbarasque historias, & videbimus quo modo sub Babyloniis, & Assyriis impletum sit hoc, quod dicitur, Iuxta est dies Domini super omnes gentes, quæ videlicet animo læto, verbo turgido, & ope, auxilio fuerunt Nabuchodonosori aduersum populum Dei: inter quas primas partes tenuerunt Idumæi, ideo ad eos loquitur Abdias dicens, sicut fecisti, fiet tibi, quia qui gladio percussit, gladio peribit.*

Nabuchodonosoris imperium.

Retributionem tuam conuertet in caput tuum] Hebraice, *retributio tua in caput tuum retorquebitur*, vel *reddetur*, vt habent L x x. Chaldæus, & omnes; hoc est, pœnam, quam pro tuis malefactis meretis, subibis: Vel potius malum, quod inflixisti Iudæis, quo Deus voluit punire eorum peccata, infligetur tibi, tanquam pœna debita tuis maledictis, vt dixit Dauid in Psalmo 136. 8. *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.* Conuerti autem in caput, quod supremum locum obtinet in corpore, & omnibus conspicuum est, significat magnum, & omnibus conspicuum supplicium summa cum ignominia, & maximorum bonorum amissione coniunctum vt Psalm. 7. 17. *Conuertetur dolor eius in caput eius; & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* & Ierem. 36. 23. *in capite impiorum conquiescet.*

In caput conuerti quid.

18 *Bibisti.* *Bibere* duplex solet habere significatum in sacris literis; nam lætari est, festos dies agere, lautaque conuiuia pro parta victoria, vt Isa. 65. 13. *Serui mei bibent, & vos sitietis.* Est & sustinere malum grauissimum, vt Ps. 74. 9. *Calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in hoc, verumtamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.* Ergo inter expositores quidam verbum *bibendi* positum bis in hac oratione, accipiunt pro sustinere supplicium, ad hunc modum. Sicut à vobis ô Idumæi pœnas exigam eorum, quæ in loca mihi dedicata attentastis; sic etiam gentes, quæ huius iniquitatis vobiscum participes, & affines fuerunt, iustum supplicium dabunt: sic Theodoretus. Vel, sicut vos ô Iudæi qui estis in monte sancto meo, pœnarum acerbum calicem bibistis à Chaldæis propinatum: sic omnes gentes perferent acerbissimum supplicium, bibent & absorbebunt, & vino temulentæ erunt quasi non sint. Hunc sensum profert Tigurina, sua versione dicens, *Quoniam sicut vos, qui estis in monte sancto meo, bibistis, sic quoque bibent omnes gentes, idque iugiter, bibent inquam, & deglutient, eruntque ac si nunquam fuissent.* Sic quoque Rupertus, & Montanus, licet pius, & impius hæc applicent.

Bibere duo significat.

Expositio 1.

Alii verbum illud non eodem modo vtrobique accipiunt, sed prius pro *lætari*, posterius pro *cruciari*, atque *mœrere*, hoc modo. Sicut gaudio exultastis super montem sanctum meum, quando eum ferro, igniq; [illegible], sic vos quicumq; fueritis, pœnas dabitis; ita [illegible] *Quoniam quemadmodum lætitiam cepistis de [illegible] montis sanctitatis meæ. sic bibent omnes populi [illegible] vltionis suæ iugiter, bibent [illegible] absorbebuntur, & erunt ac si non fuissent.* V[illegible] non cohærent iis, quæ dicta sunt. Nam cum Idumæis est sermo, non cum Iudæis; & cum Idumæis, vt reddat rationem eius, quod dixerat *Iuxta est Dominus*, qui vltionem sumat de omnibus gentibus, & ita de vobis ô Idumæi quia sicut fecistis, fiet vobis, retributio tua conuertetur in caput tuum.

Expositio 2.

Refutatio.

Hoc quomodo futurum sit, statim explicat, reddita ratione præcedentis comminationis: quia quomodo vos ô Idumæi hilarem diem transegistis super exciso monte mihi sacro, sic omnes gentes, quas afferet secum Nabuchodonosor, hilarem diem agent super patria vestra, bibent lætæ, & absorbebunt vos, vestram substantiam deuorabunt; & *erunt*, pro *eritis quasi non fueritis.* nam ex consuetudine transit à secunda persona ad tertiam, vt supra, v. 7. *Ponent insidias subter te, non est prudentia in eo.* Sic interpretantur Hieronym. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Robertus.

Expositio 3.

Vel quia dixerat, *iuxta est dies Domini super omnes gentes*, inter quas erant Idumæi, de eisdem gentibus explicat, *bibent*, vt sit sensus: Quemadmodum vos ô Idumæi quasi hausto vino exultastis super monte mihi sacrato euerso, & ciuibus Ierusalem calice vini potatis; ad eundem modum omnes gentes, quibus & vos annumeramini, bibent calicem vltionis Domini propinatum à Nabuchudonosore, bibent, & absorbebunt se inuicem: nam Chaldæi euerterunt Idumæos, Chaldæos Medi, & Persæ: sic etiam explicant Hieron. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & Robertus; & ita erunt quasi non fuerint. Et huic sensui videtur magis cohærere quod sequitur. *Et in Sion erit saluatio.*

Expositio 4.

Vel certe de eisdem gentibus, super quas venturum dixit diem Domini, vt Haymo accipit, dicat. Quomodo populus meus, de cuius malo Idumæi cum aliis gentibus lætati sunt, *bibisti*, pro bibit calicem iræ Domini super montem sanctum meum; sic bibent eundem calicem omnes illæ gentes iugiter, hoc est, continuo, vna post aliam, & non tantum bibent, sed absorbebunt eum vsque ad fæces: & ita manebunt temulenti, excisique supplicio, vt licet maneant, ita tamen concisi, vt qui non sint.

Expositio 5.

Et in monte Sion. Locus est difficilis explicatu, quem prius enodare oportet, & de quo tempore, quaue de re loquatur ostendere, vt mox 19

Difficultas q[illegible]

verba

monte ipsa erit salutio.

Sententia de reditu e Babylone.

verba ipsa explanemus, & rei, qua de agitur, accommodemus. Igitur Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Remigius, Hugo de Sancto Victore in Annotationibus huius Prophetæ, Haymo, Albertus, Hugo & Dionysius explicant hunc locum de reditu Iudæorum e Babylone: nam per id tempus quod [illegible] dit vsque ad aduentum Christi, putant hæc quæ Abdias vsque ad finem capitis vaticinatur, adimpleta, licet id certo definire non possimus. Et quidam per Zorobabel, quidam per Machabæus probant ad veritatem deducta; eo modo, quo in sequentibus dicemus. Hunc autem esse verum sensum probat illa communis, ac certa regula; quod ille sensus literalis, & historicus censeri debet, quem verba proprie accepta reddunt, nisi a veritate quoque modo abhorreat. Sed verba Abdiæ, quæ præ manibus habemus, proprie accepta significant felicitatem Iudæorum temporalem post reditum è Babylone, & euersionem [illegible], persecutionis, locisque varius expressam; & veritate ipsa historica non male comprobatur: ergo is erit verus sensus literalis.

2. Sententia Iudaica de felicitate Christi temporana.

Secunda sententia est veterum, recentiorumque Hebræorum hæc omnia intelligentium de suo Christo, quem in postrema tempora expectant, & de eius temporaria felicitate, & vastatione Edom, id est, Imperii Romanorum. Sic intelligunt Chaldæi, & veteres Hebræi, quos refert Hieronymus, & Commentatores Hebræi, R. Salomon, & David Kimhi, qui dum de felicitate sua futura explicant sub suo Christo, confirmant tertiam, quam subiicimus sententiam, verba Abdiæ non proprie, sed figurate accipienda. At dum explanant de temporaria felicitate, & illa quidem efficta, & falsa, sicut effictum expectant Christum, primam intelligentiam veram faciunt.

3. Sententia de negocio Euangelico. August.

Tertia sententia est Augustini lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 31. Ruperti, Lyræ, Burgensis in Additione huius loci, Vatab. Hiuuti, & Muntani, qui hæc omnia de negocio Euangelico declarant: atque hunc sensum, vt potiorem eligunt Albertus, & Dionysius. Et probatur ea ipsa ratione, qua prima ex nulla historia constat hanc temporariam felicitatem à reditu è Babylone vsque ad aduentum Christi, Iudæis contigisse: vnde Hieronymus, *hoc verum factum sit Deus viderit*. Ergo de temporaria felicitate non possunt Abdiæ verba explicari. Assumpta illa propositio probatur; nunquam tam superiores fuere Iudæi, vt Idumæos de medio sustulerint, cum etsi aliquoties attriti, sicut & ipsi Iudæi, nunquam tamen deleti: at Abdias prophetat non remansuras reliquias Idumæorum: qui tamen integri superfuerunt, Iudæis per Romanos euersis. Ergo de alia vastatione spirituali videlicet, loquitur. Deinde solenne est Prophetis suas vaticinationes, rerum per Christum gerendarum lætissima terminare commemoratione, qua & consolentur afflictos, & Petri sententia vera comprobetur, 1. sua Epistola cap. 1. 10. *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.* Sed Abdias vnus est ex his Prophetis. ergo & is de Christo, de eiusque rebus prophetauit.

Omnes prophetæ de [illegible] consolo- cuti.

4. Sententia vera de tem[illegible]

Quarta sententia est, hanc Prophetiam cœptam impleri post reditum è Babylone, sed felici-

A tatem Iudæorum completam, & per [illegible] cum Christo duce Apostoli ex monte [illegible] per omnes mundi plagas excurrerunt: & [illegible] dæas, & impias subiugarunt, quoadusque [illegible] est Domino regnum. Itaque asserit hæc [illegible] tio; Abdiam coniecisse oculos ad omne tempus post reditum è Babylone, & aspexisse felicitatem temporalem, & spiritualem Iudæorum, vt [illegible] que partas ex bello spectabili, & spirituali, atque in huc prætulisse Iudæos, qui euaserant in monte Sion, ceteris omnibus gentibus, atque hanc plenam Iudæorum felicitatem prænunciasse in sensu literali sub verbis gentium, & locorum, quæ profert. Hanc sententiam colligo ex Hieronymo; qui cum omnem hanc Prophetiam de [illegible] Iudæorum de Idumæis partis exponat: post [illegible] Iudæorum intelligentiam, adiecit. *Quod nos [illegible] mus, aut iuxta historiam sub Zorobabel [illegible], aut certe iuxta Prophetiam, & mysticos intellectus quotidie in Ecclesia fieri.* & inferius. *Hoc verum factum sit, Deus viderit: potest enim ex parte per annos quingentos vsque ad aduentum Christi esse completum. Quod autem certissime scio, quotidie completur in nobis, & in regno Ecclesiæ confirmatur.* Quia ergo [illegible] proprie, seu historice completa sit hæc Prophetia, recurrit Hieronymus ad sensum literalem figuratum, quem mysticum vocat. Similiter facit Sophoniæ 2. vbi similis est Prophetia. *Nunc, inquit, ad Septuaginta interpretes reuertamur,*

C *cogamusque Iudæos, qui tantum sequuntur historiam, exponere nobis, quando Moab & filii Amon, facti sunt quasi Sodoma, & Gomorrha, & quasi acerui salis, & deserti vsque in æternum? Quando eos diripuerunt Iudæi: quando residuæ gentes Israeliticæ possederunt eos?* & infra. *Sicubi enim arctati fuerint in historia, vt doceant completum esse quod dictum est, statim transiliunt ad futura Christi tempora, & omnia, quæ non possunt exponere, post multa secula repromittunt, & dicunt; & Moab, & filios Amon & Ægyptum, & Philisthæum, & Idumæam, quæ nunc insultant Iudæis, eo tempore puniendas. Interrogemus eos, quare has potissimum gentes Deus puniat, & non totum orbem, in quo Iudæi longe, lateque dispersi sunt? Si enim meretur Moab corripi Iudæos insultans, & filii Amon, & reliquæ gen-*

D. *tes in circuitu, quare Gallia non corripitur, quare Britannias in comminatione non ponit? Cur Hispania ab ea pœna aliena sunt? quam ob causam de Italia nihil dicitur? de Africa cur taceatur? & vt semel dicam, cum totus orbis Iudæos captiuos teneat, quid solæ gentes tantum commisere flagitii, quæ in circuitu eius sunt, vt solæ potissimum nominentur?* Hucusque Hieronymus. Quibus nos docet promissa Abdiæ, sicut & Sophoniæ, vix, aut nullatenus impleta per temporalem felicitatem; esseque impleta per Christum, & Apostolos in Ecclesia; licet aliquo modo cœpta fuerint impleri sub Zorobabele, & Machabæis. In eadem sententia est Theodoretus, qui cum singula verba temporariæ felicitati accommodet, nihilominus super illa verba. *In monte Sion erit saluatio*, sic ait. *Reducam eos ex captiuitate, & sanctum templum reædificabo. Prænunciat saluationem omnibus exortam in Sion, & sanctificationem inde in orbem terrarum profusam per crucem Saluatoris.* Haymo quoque eodem modo prorsus loquitur quo Hieronymus. Nec non & Albertus, & [illegible], inter quos Robertus sic ait. *Vera salus in Sion erit, quæ vera esse non potest, nisi sit æterna. Id ad literam complere cœptum est, quando*

Con[illegible] [illegible] nicorum

Theodor.

E

secun-

secundum templum, & vrbem instaurarunt; in quod introitus verus Saluator, & Redemptor Israel Christus Iesus. Malachiæ 3. 2. *Propheta enim altius quiddam hoc loco, more omnium Prophetarum, prænunciat, nempe veram, & æternam liberationē in Christo.* Quod si dicas, hoc esse recurrere ad sensus mysticos, non autem literalem tradere; impossibile enim est sub eisdem verbis primo contineri sensum historicum, & spiritualem. Respondetur, si quoad historiam completa fuisset Abdiæ Prophetia, quoad omnes eius partes, recte negotium Christi, & Ecclesiæ tanquā sensus mysticus gestis illis significaretur. At cum quoad historiam ante aduentum Christi nouerimus nequaquam impletam omnino, sed cœptā impleri, & in Christi Ecclesia completam non initum si sub eisdem verbis primo sit significata hæc summa Iudæorum felicitas. Nec obstat partem huius felicitatis esse temporariam, & partem spiritualem, & per illius expectationem inductos Iudæos ad huius perceptionem. Nam nomine beatitudinis, & felicitatis æternæ promittitur iustis animorum, corporumq; gloriosa immortalitas, & beatitudo, eo nomine primo significata, tanquam sensus literalis. Et Haggæus c. 2. v. 10. promittit magnam futuram gloriam templi secundi, plusquam primi; & loquitur de gloria, quæ illi aduentura erat ex corporali splendore Christi, & ex spirituali: & non pauca sunt in scriptura sacra verba, quæ bona promittunt adeo excellentia, vt nisi temporariis accedant spiritualia, nō compleatur, quod primo sub illis significatur; quare vniuersum illud bonum tam excellens ex temporali, & spirituali debet compleri. Et hæc sint dicta ad multa alia loca eiusmodi similiter explananda. Secundum igitur hanc intelligentiam exponemus vniuersam hanc Prophetiam.

Obiectio. — *Responsio.* — *Beatitudo corporis & animi simul promissa.* — *Nota.*

Iam ergo prima illa verba explanemus; *& in monte Sion erit saluatio.* Hebraice, פליטה *peletah euasio à captiuitate, & periculis.* Hoc est, post 70. annos captiuitatis redibunt Iudæi liberi in Sion, seu Ierusalem. Sic Hieronymus, Remigius, Haymo cum ceteris; qui explicant de felicitate temporali sub Zorobabele, & Esdra. At ex his, qui de negocio Euangelico intelligunt, Vatab. Montan. & Rubertus cum Alberto, accipiunt Ecclesiam Christi, in qua euadunt infideles, & impii liberi à morte culpæ. & pœnæ. Sunt qui intelligant Ecclesiam triumphantem, in qua iusti salutem plenam consequentur, & sanctitatem. Theod. & Lyra ipsum montem Sion accipiunt, in quo exorta est saluatio, siquidem ibi Christus prædicauit, & multis salutem communicauit & corporis, & animæ: & inde peruasit vniuersum orbem. Vel certe prænunciat Abdias euasionem malorum tam corporalium, quam spiritualium, quæ cœpit post 70. annos in monte Sion, & perfecta est, atque completa per Christum; quando ibi salutem communicauit multis, & Apostolos elegit, ac instituit, qui vt duces, inde excurrerent, & expugnarent terram vniuersam.

De quo mōte Sion sit sermo. — *Montem Sion verum intelligit.*

19 *Et erit sanctus.*] קדש *Kodes. sanctum.* Vatabl. & Robertus intelligunt Christum auctorem sanctitatis, qui erit in monte Sion. Chaldæus. & Montan. exponunt, quod quicunque in eo monte futuri sunt, erunt sancti; & ideo singulare efferunt per plurale; quod verius est in Ecclesia triūphante. Lyra, quia ibi Spiritus sanctus effusus est. Hieronymus, Remigius, & ceteri sectatores explicant, & erit ibi Sanctus Deus, quia reuerteretur ad templum ibi ædificatum, quod sanctum quoque vocatur. Verius puto, quod Haymoni videtur; de ipso monte dici, *& erit sanctitas*, seu, *& erit mons sanctitatis*, vt solet sæpe vocari mons Sion. Ps. 3. 5. *& exaudiuit me de monte sancto suo.* Psalm. 2. 6. *Super Sion montem sanctitatis suæ.* ita in monte Sion erit euasio, quia erit mons sanctitatis, vt olim, id est, mons sanctus, & sacratus Deo; propter templum, & cultum in eo præstitū post captiuitatem; & per Christi præsentiam, & aduentum Spiritus sancti in illum montem, vnde cœpit, & propagata est sanctitas per orbem vniuersum, vt inquit Theodoretus.

Verior expositio.

Et possidebit.] Hebraice, *& hæreditabit domus Iacob* מורשיהם *moreschem hæreditates eorum*, vel *suas.* sic vertunt Pagninus, Vatab. & Robertus. sic vertitur Isa. 14. 23. illud nomen, *in possessionem ericii* & est sensus præcedentis sententiæ explicatio; & duæ tribus, quæ redibunt in Ierusalem ex captiuitate, resument suas possessiones, quas habuerant antequam ducerentur captiuæ. Verum LXX. Chaldæus, & Vulgatus, & alij, qui pronomen intellexerunt, *eorum*, cum legissent, *& possidebit domus Iacob hæreditates, seu possessiones eorum*, hoc idem esse putarunt, quod, *& possidebit domus Iacob eos, qui se possederant*: & Chaldæus, *& possidebunt progenies domus Iacob substantiam populorum, qui eos possidebant*, vt sit sensus Hieronymi, Remigij, & ceterorum; in reditu è Babylone conuenisse duas tribus cum his, qui de Israel ad ipsos fugerant, & possedisse sub Zorobabele, Esdra, & Neemia Idumæos, & eorum hæreditates, *qui se possederant*, id est, qui hæreditates eorum sibi occupauerant, quando magnifice locuti sunt super terminos eorū. Theodor. non tantum Idumæos, sed finitimas gētes intelligit; nam tantum virium Deus suppeditauit iis, qui redierunt Babylone, vt & suam, & alienarum terram sub suum iugum subiicerent. Idem Theodor. Sophon. 2. & alij recentiores, hoc factū putant per Machabæos. Haymo solus, *per eos qui se possederant*, intelligit Medos, & Persas, apud quos captiui detinebantur; ex quibus multi redierunt cum Iudæis reuertentibus è captiuitate, & conuersos ad suam religionem, pulsi derunt in eandem societatem. Sed longe abest à sensu Prophetæ. Ceterum, Lyra, Vat. Montan. & Robertus intelligunt Ecclesiam fidelium Christo lucrifacturam infideles, qui sunt Christi sanguine redempti, & qui dominabantur ipsis fidelibus. Verius, & clarius; domus Iacob reuersa è captiuitate Babylonica occupabit possessiones suas, quas gentes sibi assumpserant, & gentium ipsarum proprias, ex parte sub Machabæis. Et tunc demum Apostoli, & discipuli posteri Iacob, egressi è monte Sion de quo scriptum erat, quod *ex Sion exibit lex, & verbū Domini de Ierusalem*, subiicient sibi, & Christo gentes omnes finitimas, & longe positas, circum Ierusalem, quæ illi fuerant dominatæ aliquando, quales fuerunt Persæ, Medi, Græci, & Romani, ac similes.

20 *Sensus 1.* — *Sensus 2.* — *Sensus 3.* — *Sensus verior.* — *Christi victoria.*

Et erit domus.] Ac postquam liberi redierint è Babylone tam domus Iacob, hoc est, duæ tribus, quam domus Ioseph, qui confugerant ex decem tribub. ad duas, tanta vi sibi subiicient Idumæos, quanta vi ignis comburit stipulam. Hoc statim 21

post

post reditum impletum putant Hier. Theodor. Remig. Haymo, Albertus, & sequaces, licet tempus non designent. At Theodoret. Sopho. 2. existimat per Machabæos impletum, idque probari videtur ex 1. Machab. 5. 3. *Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos, qui erant in Acrabathane; & percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via. Et conclusi sunt ab eo in turribus; & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus, qui in eis erant.* Hi autem Idumæi erant, vt docet Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 11. & vers. 65. *Exiuit Iudas, & fratres eius, & expugnabat filios Esau in terra, quæ ad Austrum est.* Et 2. Machab. 10. 16. *Hi qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum, multaque vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes simul, non minus viginti millibus trucidauerunt.* Demum Iosephus libr. 13. Antiq. cap. 17. de Hircano ita narrat. *Hircanus vero etiam Idumææ vrbes cepit, Adora, & Marissam, subiugatisque omnibus Idumæis edixit, vt circumciderentur, nisi mallent è propriis pelli sedibus. At illi, amore patriæ admiserunt & circumcisionem, & reliqua, iuxta Iudaicos ritus, viuendi formulam.* Atque ex eo primum tempore inter Iudæos censeri cœpti sunt, & Ierosolymam, vt metropolim coluerunt, vsque ad extremam captiuitatem; siquidem ad eam propugnandam viginti millia accurrerunt, eodem Iosepho teste lib. 4. de bello Iudaico cap. 6. Qua ratione Idumæi vere dicuntur expugnati, & subiugati à Iudæis.

Iudæi Idumæos subiecerunt sub Machabæis.

Bean Idumæi.

Iosephus.

Iosephus.

Idumæi Iudæis annumerari quidam cœpti.

Iosephus.

Ceteri exponunt Apostolos, ceterosque discipulos, qui ex Iudæis erant, & efficacitate verbi Dei omnes Idumæos, hoc est, impios, & infideles Christo subiecerunt: nam igni comparatur verbum Dei Ierem. 23. 29. *Nunquid non verba mea sunt ignis, & quasi malleus conterens petras?* quo occisæ dicuntur quoad impietatem: nam Petro Actuum 10. 13. dictum est, *Petre surge, occide, & manduca.* Verum cum dispersi sunt discipuli, & Apostoli, credendum est, Idumæam aliquos ingressos, & Christo adiecisse ex eis aliquos, sicut ex ceteris Iudæis.

Sensus de Idumæis figuratis.

De veris Idumæis.

22 *Et non erunt.*] Hebraice, *& non erit* שריד *sarid domus Esau: non erit superstes domus Esau.* Seu *reliquum*, aut *residuum*, vt verterunt Aquila, Theodotio, & Quinta editio. Vel *effugiens* iuxta Symmachum. Septuaginta verterunt, *& non erit* πυροφόρος, hoc est, *frumentarius*, vt vertit Hieronymus, hoc est frugifer; quæ interpretatio, quia huic loco non conuenit, existimant nonnulli, quorum Hieronymus meminit, à LXX. πυρφόρος dictum esse à πῦρ ignis, vt sit *ignifer*; sed nihil refert, dixerint πυροφόρος, an πυρφόρος; cum idem sit vtriusque etymon, & significatum, in quo accepit Theodoretus: nam cum dictum fuisset, Iacob, & Ioseph igni, & flamma in Esau, quasi stipulam combusturos, ostendit in familia Esau neminem futurum, qui ignem ferat, id est, qui vim habeat ad resistendum. Vel id est, *non erit ignifer*, non erit vlla militaris ars, non robur. nam πυροφόρος in re militari olim dicebatur, qui aciebus ad congrediendum paratis anteibat, altera manu lauri ramos, altera lampada præferens, vt notat Alex. Genial. dierum libr. 5. cap. 3. Sed ad Hebræum nomen, & ad communem interpretationem magis accedit, vt ignifer sit superstes, qui Esau vitæ, generisque lampada tradat: siquidem filii, qui in demortuorum patrum locum succedunt, lucernæ appellari solent in sacris literis, quod in eis maiorum suorum luceat memoria, vt 3. Reg. 11. 36. *Vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem*; & 4. Regum 8. 19. *noluit disperdere dominum Iuda propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret ei lucernam, & filiis eius cunctis diebus*; & sæpe alias. Hoc est ergo quod dicit; *& non erit ignifer*, non remanebit lucerna ipsi Esau; nulla memoria, quia ita dixit Dominus, & non mentietur.

Interpretationis ratio.

Ignifer quis.

Pyrophori munus.

Alexander.

Lucernæ patrum filii.

Nulla memoria Esau.

Hoc posito: graue dubium est, quomodo verum comprobetur, ita deletos Idumæos, vt nullus fuerit superstes? Ac dubium tam mouetur de proprie Idumæis, quam de figurate acceptis. De Idumæis proprie acceptis Hier. Remig. & Haym. absque restrictione vlla affirmant ne vnum quidem remansurum, qui posset aliis suæ gentis vastitatem nunciare. Sunt qui respondeant, non ita præcise nomine reliquiarum, intelligi ita omnes delẽdos, vt ne vnus quidem remaneat; nam licet pauci reliqui sint, & imbelles, verum habet dictum ex vsu Scripturæ. Verum forma loquendi Scripturæ, nec paucos relinqui permittit; id constat ex Iosue 10. 28. *Eadem*, inquit, *die Maceda quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladii, regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius non dimisit in ea, saltem paruas reliquias; sicut fecit regi Iericho, sic fecit Iosue & aliis ciuitatibus.* Et ratio id verum esse probat; nam reliquiæ sunt pauci è multis remanentes: vnde Isa. 10. 22. dicitur, quod Paulus ad Rom. 9 retulit; *si numerus filiorum Israel fuerit sicut arena, quæ est in littore maris, reliquiæ saluæ fient.* Ergo Scriptura, quæ dicit, nullas reliquias superesse; ea ne paucos superesse affirmat. Secundo, respondent alii, verum esse nullas Idumæorum reliquias remansisse, siquidem post captam Ierosolymam, licet quando id acciderit definite nesciamus, omnes deleti sunt; nulla enim illorum modo memoria est. Verum Abdias per Iudæos delendos Idumæos prænunciat, qui tamen cum prius deleti fuerint, non potuerunt ipsi delere Idumæos. Quare si aliqua ratione potest hoc dictum probari verum, ea est; vt non intelligamus vere delendos, extinguendosque Idumæos; sed tantum ab Abdia prædici subiugandos fore à Iudæis, quod ostendit illud, *& possidebit domus Iacob eos, qui se possederant.* & illud, *ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau*, ita vt Idumæa & Iudæa faciant vnum regnum: quando videlicet sub Hyrcano tandem ita sunt subiugati, vt circumcisionem, & cultum Iudaicum amplexati fuerint omnes, & eisdem legibus deinceps vixerint, ne vno excepto, vt supra retulimus ex Iosepho, numero 21.

Quæstio. num superstes mansit ex Idumæis?

Nullus ex figuratis.

Nullus non præcise.

Forma loquendi Scripturæ.

Responsio alterum.

Refutatur.

Responsio verius.

Idumæi subiugati à Iudæis sub Machabæis.

Quod attinet ad Idumæos figurate, non minus dubium est quando acciderit, vt nullus ex eis remanserit, qui non fuerit per Euangelicos prædicatores conuersus? Duobus modis id factum putat Robertus, aut gratia Domini, qua impii ita ad pietatem conuersi sunt, vt nihil impietatis in eis remanserit, iuxta illud Prou. 12. 7. *Verte impios, & non erunt*, scilicet amplius impii: sic respondent Lyra, & alii. cum sane de ipsis Idumæis dicatur, quod nullus superstes sit futurus, non de singulis, ne quicquam in eis impietatis sit remansurum.

De Idumæis figurate.

Idumæi impii.

Alii

Dei gratia extincta impietas.

Alij putant significari Dei gratia adeo extinctam idololatriam, ac proinde deletos idololatras, vt pauci iam superlint. Sed nec hoc satisfacit dicto illi; nullum superstitem futurum.

Dei indignatione extincti Idumæi.

Altero ergo modo id alij factum putant, Dei indignatione, quod complebitur in extremo die, in quo nullus impius remanebit, qui non detrudatur in carcerem inferni: quia non se subiecerunt Christo, Malach. 4. 1. *Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem, & germen.* Hoc est, radicitùs eos disperdet, nihil reliqui faciet.

Idumæi per Apostolos destructi & in die iudicij.

Potest quoque vtroque modo Idumæos intelligi destructos, & quatenus per Apostolos, & viros Apostolicos igne verbi Dei subiugati sunt multi Christo; & quatenus, qui non sunt conuersi, omnes deleti sunt; & delebuntur in fine seculi. Veri autem Idumæi Deo agente subiecti sunt Iudæis, eorumque religionem sunt amplexati, vt diximus, & postea per Apostolos ad veram Christi, Apostolorumq; religionem, qui Iudæi erant, aggregati sunt: eum tamen qui restiterunt, hucusque deleti sint, & si qui remanent, omnino per Christum iudicem delebuntur.

23 *Et hæreditabunt.*] Theodoretus adnotat Abdiam distribuere terram è captiuitate redeuntibus in fine suæ prophetiæ; Vt Ezechiel postea finem imposuit prophetiæ distribuendo illis eandem.

Iudææ situs.

Erat autem Iudæa vndiquaque obsessa à finitimis inimicis. Nam ad Meridiem habebat Idumæam & planitiem protensam vsque ad mare rubrum. Ab Occidente habebat Philisthæos, & omnem plagam, quæ Actuum 9. 35. Saronas dicitur, vsque ad mare Mediterraneum. Ad Aquilonem Samariam, & vtramque Galilæam. Ab Ortu Galaad, Moab, & Ammon. Asserit ergo Abdias Iudæos è captiuitate redeuntes occupaturos omnem terram circum vicinam, quam prius se possederant duodecim tribus: & insuper hostium, eam videlicet, quæ sibi proprios obtigerat. Hoc reipsa factum existimant sub Zorobabele Hieron. Theodoret. Remigius, Haymo, Albertus, & alij quamuis, quia nihil de ea re scriptum inueniunt, credunt per illos quingentos annos vsque ad Christum contigisse.

Impletum per Machabæos.

Probant autem aliqui per Machabæos id adimpletum; nam 1. Machab. 5. v. 3. & 65. *Iudas debellauit filios Esau*; & v. 68 *declinauit in Azotum, in terram alienigenarum.* & v. 66. *perambulabat Samariam.* & v. 21. *abiit Simon in Galilæam, & contrita sunt gentes à facie eius.* & v. 24 *Iudas Machabæus, & Ionathas transierunt Iordanem, & abierunt in Galaaditidem.* & v. 54. concludit. *Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia, & gaudio.* & hoc est: *& erit Domino regnum.*

Refutatio.

Huic tamen obstat, quod ex his locis tantùm colligitur Machabæos vrbes aliquas debellasse, ac deleuisse; non autem terras his gentibus subiectas cum pace possedisse; ita vt in eis Iudæi tamquam in proprijs sedibus consedissent: nam si ita accidisset, propriè diceretur, ex eis omnibus gentibus, & regionibus comparatum esse Domino regnum: manebant enim inimici magna ex parte in proprijs sedibus, licet Machabæorum virtute contriti. Lyra tamen, Vatab. Montanus, Robertus, & cæteri, qui de dilatatione Euangelij hæc intelligunt, ita explicant Apostoli, viri que Apostolici è Iudæa egressi versus omnes

Apostolorum victoria.

quatuor mundi plagas Iudææ finitimas, conuertent omnes homines ad fidem Euangelicam, tam Idumæos ad Austrum, quàm Philisthæos ad Occidentem, & Samaritas, & Galilæos ad Septentrionem, & ad Ortum Galaad, Arabes, & qui eam plagam incolunt. Nam Actuum 1. 8 dixit Christus discipulis suis. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* & Actuum 8. 1. *Omnes dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ, præter Apostolos*; haud dubium, quin in alias finitimas regiones abierint & ipsi Apostoli paulo post. Ita has alias gentes ab Abdia nominatas primum debellarunt Apostoli, & discipuli; postea Euangelij nuncium in omnes orbis partes attulerunt.

24 *Et transmigratio.*] Hebraicè, *& transmigratio congregationis huius filiorum Israel. quæ Chananæorum vsque* צרפת *tsarphath.* Vbi nota relat. iuum אשר *aser* omni generi, ac personæ commune, quod Vulgatus transtulit, *quæ*, hoc est, quæ loca Chananæorum sunt, supple, possidebunt vsque ad *Sarphath*, Chaldæus vertit. *Quæ sunt in terra Chananæorum*, & Pagninus, Tigur. Vatab. & Rob. *qui sunt inter Chananæos.* Montanus accipit, pro *qui vt*, & transfert, *qui vt Chananæi vsque ad Tsarphath.*

Sensus 1.

Et est sensus communis; filij Israel, qui transmigrarunt Babylonem, cum liberi redierint, plura possidebunt, quàm antea, nam extendent terminos suos in vniuersam illam oram maritimam, quam olim incoluerant Chananæi vsque ad Sareptam Sidoniorum. ita Hieronym. Cyrillus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius.

Sensus 2.

At Dauid Kimhi, & eum secuti Montanus, & Robertus, & alij per Chananæos Alemanos intelligunt, qui olim Israelitarum aduentu eiecti, dispersi per Africam sunt, & Hispaniam, Illyricum, & loca Septentrionalia, & loca Germaniæ, sicut mox per regem Assyriorum, 4. Reg. 17. Israelitæ ex ea terra pulsi sunt, & dispersio propterea dicti. Deinde Dauid Kimhi, & R. Salomon, aliique Hebræi, quos sequuntur Lyra, Pagninus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus *Tsarphath* Franciã, seu Galliam dicunt significare, vel quod in eam Sareptam transmigrauerint; vt Galatæ, vel alia, quauis ratione. nam propterea *Sarphath* alteri adijcitur Sarepta *Sidoniorum*, 3. Reg. 7. propter Eliam celebri; quo distincta ab alia sit, quæ apud Gallias est.

Sarphath Galliæ.

Iam sensus erit; filij Israel fideles Apostoli, & discipuli, qui metu persecutionum infidelium Iudæorum dispersi sunt per varias orbis partes, vi sui Euangelij occupabunt omnia loca, in quibus morabantur Chananæi olim inde eiecti, tam Illyrici, quàm Africi, & Germaniæ, vsque ad Gallias, ad quas venere Maximinus, Lazarus cum sororibus, Martialis, & alij. Velle certè Apostoli, & Iudæi fideles, qui habitabant in locis olim Chananæorum, perfundent sua Euangelica luce paritè omnem Occiduam, vsque ad vltimum terminum Galliarum; missi a Christo, cum dixit Marci 16. 15. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.* & Isaiæ 66. 19 *Mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mari, in Africam, & Lydiam, & Græciam, & Italiam, & ad insulas longè, & annunciabunt gloriam meam gentibus:*

Apostoli terras subiecerunt vsque ad Gallias.

25 *In Bosphoro.*] Hebraicè. *Et transmigratio Ierusalẽ, quæ in* ספרד *Sepharad possidebunt vrbes Austri.* De significato nominis *Sepharad* est non leuis inter recepti

Sepharad quid sit.

toresconcertatio. Veteres interpretes, Aquila, Symmachus, & Theodotion, auctore Hieronymo, ipsum Hebræum nomen *Sepharad* reliquerunt. Tum etiam Septuaginta, si Hieronymo credimus: quamuis miretur Hieronymus cur illi dixerint *Ephrata*, vti est etiam apud Cyrillum, & Theodoretum: sed in aliis codicibus legimus *Euphrata*, & in aliis *Apharath*, in aliis *Ephrem*, quæ varietas ostendit eos *Sepharad* posuisse. Nomen autem, si etymon eius consideremus, compositum est ex סף *Seph*; quod est *finis*, & רד *rad extensio*, seu *extenuatio, instar laminæ*, seu *linguæ*; quasi finis extensionis terræ, cui consonat, quod dicit Hieronymus significare terminum, vt nomen גבול *Ghebul*. Et erit sensus. Ierosolymitani, qui transmigrarunt captiui in cunctos terminos, finesque regionum, redibunt, & possidebũt vrbes Austri, id est, tribus suæ. Vel qui transmigrarunt in Chaldæam, & in cunctis eius finibus collocati, in reditu possidebunt suas ciuitates ita Hieronym. Theodoretus, Cyrillus, Remig. Haymo, Albertus, & sequaces.

Pro fine. s. Sensus.

Si verò *Bosphorum* accipiamus pro regione, in quã Adrianus transtulit Iudæos: aut potius sit fretum Thracium, seu Byzantinum, aut Constantinopolitanum; nam Bosphorus Plinio lib. 6. cap. 1. angustum est mare à bubus meabili transitu, in cuius regionem finitimam à Chaldæis, siue Assyrijs Iudæi sunt translati, vt refert Hieronymus in illa verba cap. 10 Zachariæ. *Et transibunt in maris freto. Narrant* inquit, *Iudæi captiuum populorum Iudæorum, non solùm in Medos, & Persas, sed in Bosphorum quoque, & Septentrionalem plagam, ab Assyriis, atque Chaldæis esse translatum: & postea eos ex parte reuocatos, Dei eos ad se conuertente clementia; & hoc esse quod nunc dicitur; Transibunt in mari angusto Propontidis angustias, quæ Chalcedonem, & quondam Byzantium breui freto diuidunt.* Iuxta hæc sensus erit, quod ex illa regione Iudæi redibunt, & possidebunt regionem tribus ad Austrum sitam.

Pro Bosphoro Thracio.

Plinius.

Verùm communi Hebræorum consensu nomen *Sepharad*, Hispaniam significat. Sic Iosephus Gorionis filius lib. 3. suarum Historiarum cap. 15. & lib. 5. cap. 46. hoc nomine eam vocat, & Chaldæus Paraphrastes, *Hispaniam* transtulit hoc Abdiæ loco. Atque eam significari nomine *Sepharad* constanter affirmant omnes Hebræi in Sedertolã minori, in septima decuria; R. Salomon, Dauid Kimhi, Paulus Borgensis in Additione huius capitis, Lyra, Pagni. Vatab. Isidorus, Montanus, Robertus, & alij recentiores; atque ita cõmuniter nunc vocant Hebræi, vbicunque degunt. Signũque huius est quod insignes olim Græcorũ auctores ab hoc nomine, sub eisdem consonantibus, demptis vocalibus, seu punctis, *Sperida*, Hispaniam appellarunt. Et maximè id probat, quod nomen hoc suo significato nulli prouinciæ melius

s. Sensus. Pro Hispania.

Sperida

cõuenit, quàm Hispaniæ; nam cum nomen idem sit, quod finis extensionis, vt diximus, & Hispania, omnium cõsensu Geographorum, & Poëtarum, vltima sit Orbis, & finis terræ, iure optimo illa hoc nomen sortita est. Præterea cur nomine Bosphori non intelligemus terras circumiacentes freto Herculeo, quod angustum mare est inter Calpe, & Gades, Herculis columnas dictas? Igitur cum constet ex Iosepho, & alijs, quos in Chronologia retulimus, Nabuchodonosorem post vastatam Ierusalem venisse in Hispaniam; multosque Iudæorum in eam transtulisse; hinc est quod dicit; hos in reditu è Babylone, redituros ex Hispania in Iudæam & occupaturos ciuitates Austri. Vel potius: Iudæi conuersi in Hispania ad fidem, qui in eam transmigrauerant sub Tito, aut sub Adriano; vel qui illuc abierunt ad fidem denunciandam, possidebunt, id est, luce Euangelij illustrabunt ciuitates Austri. Africam intelligit Burgensis, Lyra ipsam Hispaniam quam Iacobus illustrauit. Alij meliùs Australem Hispaniæ plagam, quam Bœticam dicimus. Alij putant nouum orbem significari, qui Hispaniæ est Australis, aut sub Australi plaga constitutus; quem nostra ætate Hispani & suo imperio subiecerunt & Euangelij doctrina, idolorũ cultu euerso, Christo subdiderunt. Verius de primis prædicatoribus Iacobo, & socijs, qui Iudæi erant, intelligemus, qui dispersi in Hispaniam, eam occuparunt, vt etiam Apostolus Paulus, præcipuè plagam Australem.

Hispania finis terræ

Bosphorus Herculeus

Nabuchodonosor in Hispania venit.

De prædicatione Euangelij in Hispania.

De nouo orbe ab Hispanis subiugato. Iacobus illustrauit Hispaniam.

26. *Saluatores.*] Ita Symmachus, Vulgatus, & recẽtiores omnes interpretes. *saluatores*, verterunt; cũ LXX Aquila, & Theodotio, *qui salui fuerint*, non adeò aptè dixerint, quomodo legit Augustinus li. 18. de Ciuit. Dei cap. 31. cum Hebræum מושיעים *Mosihhim saluantes* significet; nam & Chaldæus, *saluatores* exposuit. Hoc est autem quod dicit, missurum Dominum saluatores in montem Sion, vt olim tempore Iudicum, qui Israëlem seruẽt ab hostibus, & condemnent Idumæos, & suæ ditioni subiectos habeant, iuxta supradicta: quales fuerũt Zorobabel, & Machabæi. Vel potius *saluatores* sunt Christus, & Apostoli, qui triumphos reportarunt in Ecclesiam, multis conuersis ad fidem ex iis, qui dispersi fuerant, vt dicunt Vatablus & Montan. Isido. & Rob. *erit Domino*, id est, instaurabitur Dauidicum regnum, cuius regni non erit finis, aut in die extremo iudicij, quo damnabuntur tandem Idumæi infideles, secũdum Lyram, & Rupertum. Sic ex omnibus ad fidem conuersis fiet Domino vnum regnum Ecclesiæ militantis, vel post diem iudicij, Ecclesiæ triumphantis: nam, vt ait Paulus 1. Cor. 15. 28. *Cum subiecta fuerint Christo omnia, tunc & ipse filius subiectus erit patri, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.* Cui sit laus, & honor per secula sempiterna. Cõpluti die Mart. 21. añi 1606.

Saluatores in Sion potales.

Saluatores spirituales.

Vnum regnũ Christi.

COM-

COMMENTARIORVM IN IONÆ PROPHETIAM

Liber Quintus.

PRÆFATIO.

IONAS à Deo missus Niniuen, vt ei exitium denunciaret, in mare diffugit abiturus in Tharsis; sed suborta tempestate in mare proiectus, à ceto deuoratus est, & die tertio in littus euomitus; Dei iussu Niniuen profectus; post 40. dies illam euertendam prænunciauit. Et vt rei exitum videret, è conspectu vrbis consedit, hederamque illi Deus parauit, vt ab æstu Solis protegeretur. Niniuitis pœnitentia conuersis pepercit Deus: quamobrem grauiter id Ionas tulit. Deus autem fecit, vt exaresceret hedera diluculo: & Solis ardore adustus Ionas ob hoc ipsum doluit vehementer, mortem sibi precatus: at Deus hederæ exemplo ostendit Ionæ merito pepercitum Niniuitis, plutis faciendis, quam hederæ.

IONÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] HVNC in modum locutus est Dominus [2] Ionæ Prophetæ filio Amathi. Surge, & proficiscere in [3] Niniuen ciuitatem illam magnam Assyriæ, & [4] prænuncia illi vltimum exitium, quod scelera ciuium eius adeo [5] excreuerint, vt vltrà ea ferre non queam: surrexit ille quidem, sed veritus falsus haberi Propheta, quod præuideret Dominum clementissimum ciuitati parciturum, [6] viam oppositam celeriter arripuit, vt [7] in Tharsis fugeret, [8] ne eo munere fungi adstringeretur à Domino. Peruenit ergo [9] Ioppen, vbi nauem reperit euntem in Tharsum, & data nautis solita mercede, ingressus est nauim, vt cum cæteris nauigantibus in Tharsum veheretur, ne prophetare à Domino cogeretur. Dominus autem ingentem ventum excitauit, & ingentem simul in mari tempestatem, adeò vt nauis conteri putaretur. Quin & nautæ ipsi, alias impauidi, conterriti valde, deos suos vnusquisque precibus fatigabant, & mercium iacturam fecerunt, vt periclitanti nauim alleuiatione succurrerent. At Ionas culpæ conscius, & idcirco maiore oppressus dedit se in interiora nauis, & [10] sopore graui occupatus, dormiebat. Quum videret autem eum nauis gubernator: Quid tu solus, ait, dormis? surge, inuoca Deum tuum, fortè ipse est offensus, huiusque mali causa, & placabitur nobis, & non peribimus. Cum verò grauius tempestas sæuiret, initur ab omnibus consilium, vt [11] sorte exquiratur is, cuius causa illud periculum euenisset. Sortibus iactis, sors cecidit super Ionam: qua re cognita, omnes ad eum conueniunt; atque ad hunc modum eum interrogant, sed ea nobis quid feceris, cuius causa hoc malum acciderit nobis? quam artem exerces, flagitiosamne aliquam? vnde venis? quæ est patria tua? aut ex qua gente es tu? Quibus ille, Hebræus ego sum, & Deum cœli colo, qui mare, & continentem fecit; simulq; fugam suam, & fugæ causam indicatur. Quo audito, vel-

CAP. I.

[1] ‖ ET factum est verbum Domini [2] ad Ionam fi- 1
lium Amathi, dicens: ‖ Surge & vade in [3] 2
Niniuen ciuitatem grandē, & [4] prædica in ea: quia [5] as-
cendit malitia eius coram me. ‖ Et surrexit Ionas, [6] vt
fugeret [7] in Tharsis [8] a facie Domini, & descendit 3
in [9] Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & de-
dit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in
Tharsis a facie Domini. ‖ Dominus autem misit ventum
magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, 4
& nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ,
& clamauerunt viri ad Deum suum: & miserunt vasa, 5
quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Io-
nas descendit ad interiora nauis, & dormiebat [10] sopore
graui. ‖ Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei,
Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si 6
fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. ‖ Et di-
xit vir ad collegam suum: Venite, & [11] mittamus sor- 7
tes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt
sortes: & cecidit sors super Ionam. ‖ Et dixerunt ad eum:
indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis: quod est 8
opus tuum? quæ terra tua, & quò vadis? vel ex quo popu-
lo es tu? ‖ Et dixit ad eos: Hebræus ego sum; & Domi- 9
num Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.
‖ [12] Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad 10
eum, Quid hoc fecisti? (cognouerunt enim viri quod à fa-
cie Domini fugeret, quia indicauerat eis) ‖ Et dixerunt ad 11

de sunt [13] perterriti omnes illi, dixeruntque ei. Cur tale ausus es facere? Quid autem faciemus tibi, vt mare nobis fiat tranquillum, quod siebat magis, magisque intumescebat. Dixit ille, arripite me, & proiicite in mare, & maris tempestas cessabit: certus enim sum propter me hanc ingentem tempestatem exortam in vos. Sed nec hic quidem cessant nautæ omnia experiri, vt quem seruum Dei nouerant, conseruarent: omnes enim remigando, ad continentem nauim appellere nitebantur: sed nihil profecerunt, mari contra eos magis, magisque fæuiente. Deprecati ergo Dominum ne sibi imputaret virilius vitam, quod illum innocentem in mare demergendum proiicerent, id quod vt tempestatis declarauerat Deus, arripuerunt Ionam, & in mare [15] proiecerunt, ac confestim constitit mare, tranquillum. que factum est. Viri autem illi omnes rei tam miræ edocti experimento, Deum sunt venerati, & cum in portum appulerunt, [14] immolauerunt hostias & vouerunt vota, quæ ainitam postea Ierosolymis adimplerent.

eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia
mare ibat, & intumescebat. ‖ *Et dixit ad eos: Tollite me,* 12
& mittite in mare, & cessabit mare à vobis. scio enim ego
quoniam propter me tempestas hæc grãdis venit super vos.
‖ *Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, &* 13
non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos.
‖ *Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt. Quæsumus* 14
Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des su-
per nos sanguinem innocentem, quia tu Domine sicut vo-
luisti, fecisti. ‖ *Et tulerunt Ionam, & [13] miserunt in* 15
mare: & stetit mare à feruore suo ‖ *Et timuerunt viri* 16
timore magno Dominum, & [14] immolauerunt hostias
Domino, & vouerunt vota.

ARGVMENTVM.

IONAS Niniuitis iussus prædicare, ne id faceret in mare diffugit, & in nauim conscendit euntem in Tharsis: sed exorta graui tempestate, sorte deprehenditur causa illius esse; cumque de ipsiusmet consilio proiiceretur in mare, tempestas sedata est.

COMMENTARIVS.

1 ET factum est.] Tractatum sine inscriptione illius exorditur. Non enim dicitur; *Verbum Domini, quod factum est ad Ionam:* aut *visio Ionæ Prophetæ*, vt in aliis Prophetis inuenimus: sed statim inchoat narrationem. Profecto quasi qui fugiat Deum, omnia perturbatus agit, & loquitur, nec curat exordium adhibere, neque officij sui mentionem facere, quasi Prophetæ munus auersaretur.

Ionas nihil præfatus loquitur.

2 *Ad Ionam.*] Ionas, hic est qui duas edidit Prophetias; vnam de vastatione Damasci, & Hamath, per Ieroboam regem Israel; de quo sic legimus 4. Reg. 14. 25. *Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi Prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Opher.* Alteram contra Niniuem, cuius meminit Tobias capite vltimo. Ex quibus constat primo eundem esse vtriusque auctorem filium Amathi; deinde fuisse oriundum ex Geth, quæ est Opher, & pertinet ad tribum Zabulon, vt dicitur Iosue 19. & ea Hieronymo est inter Sephorim, & Tiberiadem, iuxta Eleutheropolim, seu Diospolim. non ergo est Geth. Philisthiim, vt putarunt Epiphanius, Dorotheus, & Hieronymus ex Hebræorum sententia, tum etiam Rupertus; ac proinde non filius viduæ Sareptanæ; nec enim Gethæus erat Ionas; aut Philisthæus; sed Hebræus vt ipse confessus est, & Zabulonites ex Geth Opher. Demum constat vixisse sub Ieroboam rege Israel, & sub Amasia rege Iuda, vt aduertunt Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. Clemens Alex. lib. 1. Stromatum, Eusebius in Chronico, & libr. 10. de Præparat. Euangel. cap. 3. & Hieronymus in proœmio in Ionam.

Ionæ Prophetiæ duæ

Patria Ionæ Hieron. Epiphan. Dorotheus. Hieron. Rupertus.

Tempus Ionæ Iosephus. Clemens. Alex. Eusebius. Hieron.

3 *Niniuen.*] Vna fuit è duabus vrbibus Mesopotamiæ, auctore Plinio, lib. 6. cap. 26. (nam Ba- A bylon erat altera) ad quam missus est Ionas, quia Deus non tantum est Iudæorum, sed & gentium, ne putent Iudæi per legem iustitiam: quia enim eum non audierant Iudæi, quibus prius prædicauerat, conuersus est ad gentes, ad eius vocem conuersas, vt postea fecerunt Apostoli. Quis autem non miretur Barbaros tam celeriter mutatos, populum vero institutum in vera religione tam obstinate respuisse Prophetas? Fuit autem Ninus seu Nina, vrbs celeberrima, condita ad Tigrim fluuium ab Assur filio Sem filij Noë, vt dicitur Genes. 10. 11. *de terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen.* ita asserunt Iosephus lib. Antiq. cap. 14. B Hieronymus de locis Hebraicis, Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 3. & Zonaras lib. 1. Annalium. Nomen tamen vsurpauit à Nino Assuris nepote, qui eam amplificauit, vt legimus in Diodoro Siculo lib. 3. rerum antiquarum cap. 1. Strabone libr. 16. Geographiæ initio, Eusebio in Chronico, & Beda q. 69. in Genesim Magnitudo eius tanta fuit, auctoribus Strabone, & Ptolomæo, vt maior esset Babylone, nec vlla alia ante, aut post tanto ambitu condita. Erat amni Tigri imposita in concursu duorum brachiorum illius, figura quadrangulari, licet non æqua laterum dimensione, impediente fluuio. In circuitu habebat, vt ait Diodorus, 480. stadia; altitudo murorum erat pedum centum: latitudo, quæ tres currus simul iunctos caperet: turres in muris mille, & C quingentas habebat, centum altas pedibus. Cum autem stadia 480. efficiant milliaria sexaginta, si Leuca Hispanica tribus constat milliaribus, circuitu Niniues constitisset Leucis Hispanicis viginti, vt notauit Montanus c. 3. Quod si quatuor, vt placet doctioribus, quindecim Leucas habuisset circuitus.

Gentium Deus ... fler.

Ionas cur conuersus ad gentes.

Niniues conditor.

Iosephus. Hieron. August. ... Zonaras.

de... Diodorus. Strabo. Eusebius. Beda.

... gnitudo. Strabo. Ptolomæus.

Diodorus.

Stadij ratio. Leuca Hispanica.

Prædica in ea.] Putat Montanus Ionam sua prædicatione pœnitentiam exegisse Niniuitarum, cum contumacibus excidium denunciasset, sic enim 4

Putauit ... dictam Niniuitis ... respuisse.

prædice-

A prædicebat. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, nisi resipueritis. Probat, quia Christus Matth. 12. 41. dixit, *Viri Niniuitæ surgent in iudicio, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ*. Deinde ex communi Doctorum dicto, asserentium prophetiam Ionæ fuisse comminatoriam, id est, excidium denunciantem, nisi resipuissent: ac proinde magis requirebat Ionas, & Deus per eum, pœnitentiam, quam stragem vrbis. Verùm Hebræa lectio, quæ habet, *clama super eam*, & Chaldæus dum ait, *prophetiza in eam*, ostendunt, Ionam tantum iussum esse denunciare excidium, quamuis Niniuitæ timore perculsi, egerint pœnitentiam. Nam cap. 3. eadem est iussus denunciare, scilicet vrbis exitium. Præterea, quia Ionas nequaquam quereretur cap. vltimo de Domino, quod esset vrbi

Ionas excidium denunciat.

B placatus propter pœnitētiam, si ad eam inuitasset ciues Propheta. Ita licet Deus comminaretur Niniuitis, at Ionas reipsa excidium futurum prænunciabat; quamuis verebatur ne Deus placaretur pœnitentia. Et vide quàm vili ministro Iona legationem tam eximiam executus fuerit; in vrbē mittitur caput Imperij, omni flagitiorū genere refertam, Sodomam superantem luxuria, tituria, & iniquitate ceteras ciuitates; & tamen vnus homo alienigena auditur. In quo elucet Dei mittentis omnipotentia, vt in legatione Apostolorum per mundum vniuersum.

Dei potentia per viles ministros sua iussa exequentis.

5 *Quia ascendit.*] Hanc formam loquendi, *ascendit malitia eorum coram me*, ita explicant Hieronym. Augustinus, locutionibus in Genesim, Gregorius lib. 5. Moral. ca. 7. Albertus, Dionys. & Montanus, adeo excreuerunt, aut multiplicata sunt peccata eorum coram me, propter impudentiā, & libertatem, vt nequeam dissimulare. Remig. tamen Vatab. & Rob. idem esse putant; *Ascendit malitia eorum coram me*, quod malitia eorum mihi est manifesta, & nota, vt dissimulare non possim. Sed quia emphaticè dicit, nota mihi est, peculiari ratione, quod grauiora committerent peccata, & frequentiora; cum certè nullum Deum lateat delictum; idcirco priorem expositionem hæc posterior comprehendit.

Expositio prior. Hieron. August. Gregor.

C

Expositio posterior.

6 *Vt fugeret.*] Poterat modesta excusatione iniunctam legationē auertere, vt fecit Moses Exod. 3. 11. & Ieremias cap. 1. & alij, sed quia alia ductus causa ea honore profecta recusabat, fugit, fugæ causam diuersam adducunt auctores. Nazianzenus in Apologetico, Hieronym. Gregor. 6. Moral. ca. 13 Remig. & Hugo hanc fuisse Ionæ causam fugiendi existimant: sciebat Spiritu sancto suggerente, gentium conuersionem futuram suæ gentis ruinam, & idcirco ne suam gentem perderet, recusabat gentes ad Deum conuertere. Dauid Kimhi. Lyra, & Isidorus hanc reddunt rationem; grauissimum censuisse redarguere potentissimum Assyriorum regnum; & principibus cum rege coram resistere; fugit ergo extra terram Israel, existimans se ibi desertum iri ab spiritu prophetico. Sed quid hoc ad rem? nonne Niniue erat extra Israel? Veriorem igitur causam adducunt Theodoretus, Theophyl. Lyra, Dionys. & Montanus, quam ipse Propheta reddit cap. 4. nam videns Dominum pepercisse ciuitati propter pœnitentiam, afflicta est, & dixit: *Obsecro Domine: Numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis. Scio enim quia tu*

Causa fugæ prima. Nazianz. Hieron. Gregor.

D

Theodor. Theophyl.

E

A *Deus clemens, & misericors es, parcens, & multa miserationis & ignoscens super malitia.* Timebat ergo falsus haberi Propheta, & hanc ignominiam vt auerteret, fugiebat, quasi Deum posset latere, sed infeliciter fugit, cum fuisset illi conducibilius eam tulisse ignominiam, etiam cum interitu, quàm sic proiectum esse in mare, & in stomachum belluæ marinæ traiectum: eiusmodi sunt enim inobedientium exitus.

Timore contumeliæ fugit. Inobedientium supplicia.

In Tharsis.] Quoniam huius nominis significata fusè expendimus super decimum caput Ieremiæ, quod huic loco magis cōuenit, modò ostēdemus. Certum quippe est hic non accipi pro lapide pretioso, sed pro loco, in quem Ionas fugiebat. Deinde pro comperto habendum est non accipi pro mari, sed pro aliqua terræ prouincia, aut vrbe. Idque ostendit ille modus loquendi, *Surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis, & inuenit nauem euntem in Tharsis. Et descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis.* nam si nauis erat in mari, quid diceret, *euntem in mare*, & ingressum esse Ionam in nauem, vt iret cū eis in Tharsis, vel in mare? certè illi non ibant in mare, sed per mare ibant in locum continētia determinatum, in quem soluebatur è Ioppe, nempe vel in Africam, vel in Hispaniam, vel in Ciliciam; non in Indiam, ad quam non ibatur Ioppe. Id verius censemus, voluisse Ionam nauigare in Ciliciam, quæ olim Tharsis vocabatur, quod nomen mansit in Tarso vrbe: sic sentit Iosephus lib. 1. Antiq. c. 11. & lib. 11. cap. 11. Rheticius Episcopus Augustudunensis in Com. Canticorum, quem refert Hieronymus in Epistola 134. ad Marcellam, Abulensis super Chronicon Eusebij P. 2. cap. 27. & Lyra. Quod si dicas, dum nautæ interrogant, *quo vadis*? ostendunt incertam esse Ionæ viam, nempe mare: nam si nauis ibat in Ciliciam, in quā ingressus est vt iret in Ciliciam; cur interrogarent, *quo vadis*? Respondetur, vt nossent, in quam Ciliciæ vrbem iret: nec enim in incertum pergeret. Vel certè quærunt quo animo abeat; vel quam rem moliturus. 7

Tharsis quis locus.

B

Cilicia est Tharsis.

Iosephus. Rhetecius. Hieron.

C

Obiectio.

A facie Domini.] Fugere à facie Domini Ionam nihil aliud esse putant Chaldæus, Theodoretus, Theophyl. Remigius, Albertus, Hugo, Dionys. & Montan. quam impositum prophetandi munus effugere. Sic enim Chaldæus exposuit, *vt fugeret ad mare potiùs quam prophetaret in nomine Domini.* Causam huius adducit Theodoretus, & Dauid Kimhi, & Lyra, Ionam existimasse, Deum, etsi curam gerat rerum omnium, in sola tamen Iudæa sese ostendere consueuisse, *quia notus in Iudæa Deus*; & Prophetas ad vaticinandum incitare: & proinde futurum esse, si solum mutaret, vt ab onere illo Prophetandi liberaretur. Sed quis credat adeo fuisse ignorantem Ionam, vt putaret Deum non loqui extra Iudæam Prophetis; qui locutus est Patriarchis in Mesopotamia, & Moisi in Ægypto, & mox Ezechieli, & Danieli in Chaldæa, & Media? Est igitur fugere à facie Domini nihil aliud, quàm fugam arripere ne Domino præcipienti ire in Niniuen pareret: vnde & in oppositam plagam effugit, nam qui est coram Domino, aut ante faciem Domini, aliquid operatur cum Domino, qui & illi præstò est, aut inspirando, aut iubendo, aut aliquid iniungendo. qui fugit ergo à facie Domini, fugit ne Dei inspirationē, aut iussum exequeretur. Vatablus addit, fugere à facie Domini esse 8

Expositio 1.

D

Refutatio.

Expositio 2. vera. Fugere à Deo est nolle illi parere.

E

Expositio 3.

fugere è terra sancta; quæ erat in conspectu Domini, qui in templo colebatur, & inde terram illam conspiciebat, & administrabat. & extra illam terram non ea peculiari ratione aderat hominibus. Fugit autem inobediens timore ignominiæ correptus à Deo, à quo nemo fugit nisi ad Deum; quem qui non habet placatum, nequaquam euadet iratum, quære, vt rectè Aug. in Psalm. 70. *qui vult fugere iratum, fugiat ad placatum.*

9 *Ioppen.*] יָפוֹ *iapho* Hebraicè, vulgò nunc *Iaffa*, portus est Iudææ celeberrimus, in tribu Dan, maris Mediterranei, qui quadraginta sex passuum millibus distat à Bethlehē, vt Hieronymus Dardana scribit, hoc est, vndecim leucis cum dimidia. Est autem locus tam editus, inquit Plinius, vt ab eo Ierosolyma conspiciatur Iudæorum metropolis. Referunt autem Plinius, & Solinus infra citandi cap. 2. ante inundationem terrarum conditum, in quo ad saxum ligata fuit Andromeda filia Cephei, à Nymphis, vt à ceto deuoraretur, sed à Perseo liberata. Ad hunc portum Hiram rex Tyri ligna de Libano ratibus comportabat, vt dicitur 2. Paral. 2. & 1. Esdræ 3. inde autem deferebantur Ierosolymam. dicitur autem Ionas descendisse in Ioppen, quia vt ait Hieronymus, de arduis montibus veniebat. Vide autem quanta mala, vt vni satisfaceret voluntati, subiuit; patriæ priuationem, Dei, fidelium; maris pericula, mercedis abiectionem, & similia. Quid difficile non aggreditur homo, suum vt expleat, vel minimum appetitum!

Ioppe portus qualis. A Bethlehem quot leucis distet. Hieron. Plinius. Solinus. Ioppe vetusta. Andromedę fabula.

Mala quāta secuta fugam Ionæ.

10 *Sopore graui.*] Putat Dionysius ante subortam tempestatem secessisse in nauis intimam partem, quæ carina dicitur, ne communicaret cum illis Gentilibus, vel ex nimia fugæ defatigatione, & tristitia: nam ex mœrore, ac tristitia sopore correptum Ionam, vti Apostolos, Marci 26. & Lucæ 22. quos Christus dormientes inuenit præ tristitia; asserunt Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Remigius, Albertus, Hugo, & Montanus cum Chrysostomo Homil. de Iona: quam tristitiam peccati conscientia generabat, quia huiusmodi naturæ peccatum est, vt post partum dolores incutiat. Sed series narrationis nos docet suborta tempestate sensisse torsiones ob fugam, & timere cœpisse, ac mœrore confici, & ita sopori se dedisse Ionam: ne mali conscientia torqueretur, vt mos est impiis.

Sopor ex mœrore.

Chrysost. Hieron. Theod. Theophyl. Peccati partus mœror Sopor mœroris leuimen.

11 *Mittamus sortes.*] Diuinatorias, quæ non fiunt sine superstitionibus, vt in Isagoge de Vaticinio diximus. Causa autem huius capiendi consilij fuit, quod præter solitum naturæ ordinem; & non secundum naturam, orta videbatur illa tempestas; ac proinde moralem causam esse existimabant, nempe facinus alicuius, quod Deus vellet vlcisci; nec enim ad sortes venissent, si causas naturales esse cognouissent. Sic Hieronymus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra ex R. Salomone, & Dionys. maximè cum, vt ait Theodoretus, & Dionysius, nautæ viderent naues alias secundis ferri ventis, suam verò fluctibus obrui, conterique, & inter alias, vt inquit Montanus, ferè rumpi, quod significant illa verba: *& remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumescebat super eos*, nempe aliis tranquillè nauigantibus.

Sorte requirebant reū mulcta addecti

12 *Et timuerunt.*] Statim, ac dixit, *Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.* Timuerunt nautæ timore magno: non quidem timuerunt, quod diceret se *Hebræum*, hoc est, prætereuntem, aut prætergressorem; nam nomē *Hebræus*; traiectorem, aut transeuntem significat, vt alio in loco diximus, vt vult Montanus acutè, sed non verè: nec timuerūt, cum audierunt *Deum cæli*, quem colebat Ionas, quasi cognouissent eum esse, qui tempestatem excitauerat. Sed timuerunt, quia Ionas indicauerat illis suæ fugę causam, nempe, fugisse à facie Domini, ne prophetaret Niniuitis: Ideo verba illa, *cognouerunt enim quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis*; præpostero ordine dicta, & per recapitulationē, post dicta verba, *Hebræus ego sum*, &c debent collocari, vt videtur Hieronymo, Remigio, Alherto, Hugoni, & Dionysio, iuxta regulam Augustini lib. 3. de Doctrina Christiana cap. 36.

Timendi quæ causa nautis.

Recapitulatio.

Aug.

13 *Miserunt in mare.*] Extorta rei confessione multis interrogationibus, & animo renitente pœnā intulere, nō temerè, ad iudicum instructionem. Atque ita vno summerso ipsi omnes liberati; vt adumbraretur Christus, quo in crucem acto, omnibus salus contigit. Ex Eleazaro vetustu Scriptore notat Montanus, post priuatas deorum inuocationes, post iacturam factam, post sortes eductas, post deprecationem communiter susceptā, illud postremum sæpius tentatum à nautis, vt sublatum Ionam in mare vsque ad collum demitterent, rursusque ad sese in nauim reciperent, quoties autem demittebatur, mare conquiescebat, cum autem recipiebatur, rursus fremere, & intumescere sentiebatur, quousque in mare penitus demisere, & tunc stetit mare, veluti si quis persequatur fugitiuum, ait Hieronymus, & ex eo Remigius, cū reliquis; & concito pergat gradu, postquam fuerit persecutus, desistit currere, & stat, ac tenet quem apprehenderit.

Documentum iudicum.

Mira liberandi Ionā solicitudo

14 *Immolauerunt.*] Hostias spirituales obtulisse, de quibus dicitur in Psalmo 49. 14. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua*, quia ibi hostias non habebant, explicant Hieronymus, Remig. Albert. & Hugo. Nam miraculo ad Deū, quem colebat Ionas conuersi, vt Hugoni videtur, Lyræ, Dionys. Vatab. & Montano, Ierosolymis se sacrificare, & vota complere promisere, cū commodè possent: vnde Chaldæus dicit, *& dixerunt se sacrificia facturos Deo* Verùm etsi reuerità sint Deum Ionæ & eum colere decreuerint, historia docet; hostias post sedatam tempestatē immolasse nautas; nam cum viderent, statim ac demissus est Ionas in mare, conquieuisse, in portum appulerūt, & ibi hostias vero Domino immolauerunt, aliasque promisere, dum in patriam redirent, aut certè Ierosolymam. sic sentiunt Theophylactus, Hugo, & Dionysius, nec enim summerso Iona, iam tunc habuissent à quo de lege instituerentur, iubente, ne extra Ierosolymam sacrificarent.

Hostias quas immolarunt nautæ.

Veras hostias immolarunt.

IONÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

POrro Dominus subitò [1] ibi adesse fecit [2] piscem magnum, qui Ionam pene vndarum vorticibus absorptum in suum ventrem exciperet, vbi fuit tribus diebus cum tribus noctibus. Cum Ionas Dei præsentem opem sentiret, in spem erectus, [3] ad preces fundendas Domino Deo suo confugit, dicens. Cum tempestatibus affligerer in mari, clamaui ad te Dominum meum, & subuenisti mihi, clamaui etiam iam deuoratus à ceto, & in eius ventre, quasi in sepulchro, conclusus; & certam spem mihi præbuisti euasionis feliciter. Proiectus sum [4] in medium maris, in abstrusa eius penetralia, & æstus fluctus rapidissimi me circumdederunt, omnes pelagi gurgites, omnes exæstuantes vndæ me inuaserunt, & mecum ipse dicebam, abiectus sum, & omninò destitutus à Deo [5]: deinde in ventre huius belluæ viuum adhuc, & sanum tua misericordia me conspicio, spero rursus fore, vt videam [5] templum sanctum tuum; nec mirum, cum tot pericula euaserim, nisi à te custoditus, non poteram si ludicium belluæ hac iam conclusum [6] aquæ ad stomachum vsque penetrantes inuoluerunt me, vsque ad extremum ferè vitæ halitum, vsque ad maris pauimentum demisit me; [7] pelagi alga humi hærens texerunt caput meum, dum ipsa bellua euulsam deglutiret. Ad profundas montium speluncas, & recessus deueni me. Montibus, qui quasi [8] vectes sunt terræ, ne à mari inundentur, perpetuò me clausum existimabam. Sed tibi Domine Deus meus subleuandus relinquor ne peream. Cum animam fermè agerem, nunquam tui memoriam in me extinctam sensi, & ideò preces meas confido peruenturas ad coram sanctum tuum. Ita fiet, vt licet alij [9] vanè idola sectantes misericordiam consecuti, debitis laudibus eam non prosequantur; at ego à te mirificè seruatus, victimus enim gratiarum actione offeram, & quæcumque voui, vbi in patriam ea legatione rediero, persoluam tibi Domino beneficentissimo pro donata mihi salute. Peracto tandem cum Ionas ad sanctorem mentem conuersus preces suas finisset, Dominus pisci imperauit, vt Ionam euomeret, sic iussus euomuit illum [10] in aridam terram.

Cap. II.

¶ [1] ET præparauit Dominus [a] piscem grandem, vt 1
deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis
tribus diebus, & tribus noctibus. ¶ Et [b] orauit Ionas ad
Dominum Deum suum de ventre piscis. Et dixit: Clamaui
de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me:
de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. ¶ Et 3
proiecisti me in profundum, [c] in corde maris, & flumen
circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super
me transierunt. ¶ Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu 4
oculorum tuorum: verumtamen rursus videbo [d] templum
sanctum tuum. ¶ Circumdederunt me [e] aquæ vsque ad 5
animam. abyssus vallauit me, [f] pelagus operuit caput
meum ¶ Ad extrema montium descendi: [g] terræ ve- 6
ctes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corru-
ptione vitam meam, Domine Deus meus. ¶ Cùm an- 7
gustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum:
vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.
¶ Qui custodiunt [h] vanitates frustra, misericordiam 8
suam derelinquunt. ¶ Ego autem in voce laudis immo- 9
labo tibi: quæcumque voui, reddam pro salute Domino. 10
¶ Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam [i] in a- 11
ridam.

ARGVMENTVM.

IONAS deuoratus à magno pisce, pœnitentia ductus, & spem salutis concipiens, preces ad Deum fundit, & vota vouet, & tandem tertio die in littus euomitur.

COMMENTARIVS.

1 *Parare quid sit.* *Hieron.* *August.* *Sulpitius.* *Theodor.* *Theophyl* *Rupertus.*

A ET *præparauit.*] Subito, ait Hieronymus, ibi adesse fecit, vt præcipitem Ionam in suos reciperet sinus: sic etiam Augustin. epistola 49. in vltima quæstione, Sulpitius lib. 1. Sacræ historiæ prope finem, Theodoretus, Theophylactus, Rupertus, & Montanus, idque verbum Hebræum מנה *Iaman* significat, quod est, subitò parare rem, quæ præsto adsit visui hominum. Nec dubitandum, quin Ionas missus in mare, vt dicitur c. 1. aquarū vorticibus summergeretur, nisi Deus succurreret pisce illo, qui eum deuoraret, & simul liberaret, nec enim aperto ore, antequam aquas attingeret, cadentem excepit.

2 *Quod genus piscis.*

Piscem grandem.] Quæ species piscis fuerit nemo definit; nam in Hebræo piscis magnus dicitur, ex cetaceo genere, vt dixere Septuaginta; *præcepit Dominus ceto magno*. & Christus Matth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* Iosephus quoque libr. 9. cap. 11. siue balæna fuerit,

Iosephus.

siue orcas, siue pristis, siue lamia, siue thinnus, siue alius quiuis magnus piscis. Aristoteles certe lib. 1. de historia animalium cap. 5. eos pisces omnino ceti comprehendit, qui pariunt, vt delphinum, vitulum marinum, balænam; & hi ipsi eam ob rem mammas habent. vt idē ait lib. 3. c. 20. Verùm Galenus lib. 3. de facultate alimenti, & Sostratus apud Athenæum lib. 7. & Ælianus lib. 9 de animalibus c. 49 & lib. 16. cap. 12. & multi alij, prægrandē piscē, siue ex ouo concipiat, siue non, ceti nomine comprehendunt, quorum magnitudo tanta est, vt dicat Basilius Homil. 7 in Examerон; montibus æquari, & instar insularum apparere. & Ambros. lib. 5. Exameron cap. 10. æqualis montibus corpora habere & Augustinus epistola 49. quæst. 6. contra Paganos tomo 2. pro huius loci confirmatione; *publicè*, inquit, *in Africa visam belluam marinam, cuius os erat velut spelunca.* Ossa ceti attulit ex Ioppe Romam M. Scaurus, cuius costarum lōgitudo quadraginta pedes excedebat; excelsitas

Aristotel. *Ceti nomine qui pisces accipiantur.* *Galenus* *Sostratus.* *Athenæus.* *Ælianus.* *Basilius* *Ambros.* *August.* *Ceti vastitas ingens*

lephantes Indicos superabat; spinæ crassitudo sesquipedalis erat. ita asserunt Hieronymus hic, & de locis Hebraicis. Strabo lib. 17. pag. 720. Plinius lib. 5. cap. 13. & lib. 9. cap. 5. Solinus in Polyhistoria cap. 37. Plin. etiam lib. 32. capit. 1. *cetos ait, sexcentum pedum longitudinis, trecentorum sexaginta latitudinis, in flumen Arabiæ intrasse.* Strabo item lib. 15. pag. 689. eorum magnitudinem passuum refert viginti trium. & li. 16. p. 727. quinquaginta cubitorum. Diodorus etiam Siculus lib. 4. historiæ cap. 2. cete ait, esse magnitudine eximia, nō infesta homini, nisi quis incidat in eorum cristas; quia Sole aduerso splendor earum oculos obumbrat. & Plinius lib. 9. cap. 3. de balæna refert, nonnunquam esse quaternum iugerum, hoc est, ducentorum quadraginta pedum in longitudinem, & dimidium in latitudinem. Denique Ælianus lib. 16. cap. 12. *in mari Indico cete quadruplo,* ait, *maximis elephantis maiora nascuntur, vt & cetacea lateris costa in vicena cubita longitudine procedat; & testudinis tegmentum quindecim cubita longum, & septem latum sit.* Quæ ideo huc adducta sunt, ne difficile cuiquam creditu videatur hominē contineri potuisse in ventre belluæ: quamuis multa alia mirabilia in Iona conseruando contigerint; hoc autē non adeo mirabile, propter harum belluarū magnitudinem. Albertus Magnus lib. 24. de animalibus cap. 1. fol. 196. col. 2. videtur velle, cetum specialem quemdam piscem esse: sic enim ait. *Cetus piscis est maior quàm sit, cuius femina balæna est, & est multorum generum; alij hirsuti, & sunt maximi; alij plana pelle & sunt minores. Maiorum fouea oculi vnius capit quindecim homines, & aliquando viginti. Os habet magnum, per quod cum spirat, euomit multam aquam, vt nauiculam impleat & submergat: spirat autem per fistulam: caudam bifurcatam habet, cuius latitudo est plusquam viginti quatuor pedum; hunc piscem diuisum expertum est fuisse onus trecentorum curruum in carne, & ossibus. & qui frequenter capiuntur ducentorum, & ducentorum quinquaginta.* Hactenus ille Gulielmus Rondeletius libr. 13. de piscibus cap. 12. de lamia, lamiam putat fuisse piscem, qui Ionam in suo cōtinuit ventre; quia balæna, inquit, gulam, & ventriculos angustiores habet, quàm vt hominē possent capere. quod ex dissectione constat: quarum partium in lamia ea est vastitas, vt Ionam capere potuerint; quemadmodum cadauera tota in ea inuenta fuisse experientia compertum est. Massiliæ enim, & Niceæ aliquando captæ sunt lamiæ, in quarum ventriculo homo loricatus est inuentus. Vulgus autem balænæ nomine prægrandes pisces illi similes vocat, vt physiteres, orcas, & ceteros, vt notat idem auctor lib. 16. cap. 11. quare non mirū, si piscem illum, qui Ionam deuorauit, quicumque is fuerit, balænam nominarit.

Lamia de uorauit Ionam.

Piscis igno tus.

3 *Orauit Ionas*] Intelligamus eum postquam in ventre ceti incolumem esse se senserit, non desperasse de Domini misericordia, & totum ad obsecrationem esse conuersum, sic Hieronymus. Certè in singulis periculis inuocabat Dominum, vt sibi adesset, & statim aderat nouo beneficio illi succurrens. vnde certus de salute sua, & incolumitate est in periculis, & gratias agit pro liberatione. Nam primum cum è naui in mare deijceretur, & aquis penè absorberetur, exauditus est, cum piscis instar nauiculæ eum ex vndis eripuit, & liberauit; deinde iam clausus in ventre ceti clamauit, & rursus exauditus, certus factus est de salute. Hoc enim est, *verumtamē rursum videbo templum sanctum tuum, & subleuabis de corruptione vitam meam.* ideoque laudabat Dominum, & vota nuncupabat; quæ saluus compleret in templo.

Beneficia rece dei cū gratiarum actione.

4 *In corde maris.*] In medium maris, explicant Theophylactus & omnes, hoc est, in profundissimum mare, nam sicut medium animalis occupat cor, ita medium maris vocatur cor. Et cor terræ, nempe limbus, in quem Christus descendit, est terræ locus profundissimus. Flumen autem pro fluminibus posuit, vt legunt LXX. Flumina vocat fluctuum insultus rapidissimos concitati maris, cum cetus emergebat, aut se demergebat; nam copia concitatarum aquarum instar fluminum rapidorum, & resonantium vndique influebat, audiente Iona, vt intelligunt Theophylactus, Albertus, & Dionys. Putant quidam loqui de æstio fluminis ingredientis in mare feruore vehementi, & rapido, per cuius fluctus transierit cetus. Sed certè Ionas ipse se explicat, cum addit; *omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt*, instar fluminum vt David Psalm. 41. *omnia excelsa tua*, hoc est, gurgites concitati, & eleuati in altum, *& fluctus tui super me transierunt.*

Medium maris est cor.

Flumē pro aquis fluentibus & refluentibus.

5 *Templum.*] Ierosolymitanum templum intelligit hic, & inferius, vt Hieronym. Remig. Hugo, Dionys. Isidor. Montan. & Rob. accipiunt; quamuis & de cœlo velint Vatab. & Montan. intelligi, de quo dicitur Psalmo 10. 5. *Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius.* Semper quippe Iudæi ad templum dirigebant suas preces, & ad templi Dominum, qui ibi peculiare ratione aderat, & opem ferebat, vt constat ex oratione Salomonis 3 Reg. 8 & Daniel. 6.

Templum Ierosolymitanum respiciebat.

6 *Aquæ vsque ad animam.*] Chaldæus *vsque ad mortem*, quia aquæ, quas piscis bibebat, & euomebat, vt ait Montanus, in stomachum piscis intrantes, pene submergebant Ionam. Vel certè iuxta Dionys. & Robert. loquitur de aquis cooperientibus piscem, per metonymiam; nam sibi accidisse dicebat, quod pisci accidisset, vt etiam in sequentibus. quod notant Pagninus, Vatab. Montan. & Robert.

7 *Pelagus operuit me.*] סוף *suph iuncum, algam, calamum*, siue *carectum* significat, quod in profundo maris ad montium radices nasci solet, quo irretiri solent natantes, & ipsæ marinæ belluæ. Atque ita hic accipiunt David Kimhi, Pagnin. Vatab. Isidor. & Montanus. *Alga implicata est capiti meo*, hoc est, capiti belluæ; quod suum vocat, vt volunt hi auctores. Aut certè quia alga, aut tener calamus deuoratus à bellua, caput Ionæ implicabat; siquidem huiusmodi carecta deuorata solent in belluarum marinarū alueo reperiri, vt aduertit Rondeletius de balæna lib. 16. de piscibus ca. 11. Significat & nomen *suph* mare algosum, quod in suis ripis algam multam profert. Ideo Chaldæus hic dixit, *mare suph operuit caput meum*, & Vulgatus, *pelagus operuit me*, nam ea propter ita vocatur mare rubrum Exodi 10. 19 *& fixit eam in mari suph*, algoso & carectoso; quod dixit Vulgatus, *in mari rubro.* Vnde censuerūt quidam in rubro mari has preces fudisse Ionam, ludicula ratione.

Alga implicatus Ionas.

Suph. mare rubrum.

8 *Terra vectes*] Eadem vocauit extrema montiū, & terræ vectes, nempe profundas cauernas, sinus promōtoriorū in altissimis rupibus excauatos,

Vectes qui

quibus

quibus quasi columnis, & fornicibus continetur terra, vt intelligunt Theodoretus, Theophyl. & omnes. Quod autem dicit, *terra vectes concluserunt me in æternum*; id est, quæ eius naturæ erant, vt nemo ex illis posset exire, quod dixere LXX. *Intrauit caput meum in scissuras montium, descendi in terram, cuius vectes retinacula sempiterna.* David Kimhi, & Isidorus ita hæc verba explicant. Putabam à principio, cum à ceto deglutirer, perpetuò clausum teneri in profundo maris à vectibus terræ; sed cum sanus, & viuus, Dei munere, in ventre ceti seruor, firmissimè credo, quod Dominus educet de perditione vitam meam.

Fiducia Ionæ.

9 Sensus 1. *Vanitates.*] Idola intelligunt Chaldæus, Hieronym. Theodoretus, Theophyl. Rupertus, Vatab. & omnes: hi enim, qui idola colunt, misericordiam suam derelinquunt, id est, mortem sibi asciscunt; dum se Dei priuant misericordia: vel Deum, à quo sunt misericordiam consecuti, derelinquunt: vel laudibus debitis misericordiæ beneficium acceptum non prosequuntur: at ego in voce laudis immolabo. ita prædicti. Isidorus & Rob. cum Chaldæo, qui sic exponit. *non more gentium idola colentium. quæ quo ex loco conferatur illis beneficium, nesciunt; at ego in laudem confessionis offeram oblationem meam coram te.* David Kimhi ad eumdem sensum, ita explicat de nautis, qui Ionam proiecerunt in mare. Hi, inquit, *à periculo liberati pietatem suam, quia votum Deo cæli fecerunt, relinquent; & ad impietates suas reuertentur; ego autem à periculo præsenti liberatus sacrificabo tibi, & quod voui, reddam.* Theodor. verò sic. *Nautæ idololatræ, misericordia sua obliti, me in mare proiecerunt.* Robertus pro pietate gentium accipit, qua colunt idola sua, quam vocat abominationem, nam nomen חסד *Hesed* contraria significat, vt Latinis *sacer*, Leuit. 20. 17. *Qui acceperit sororem suam* חסד *hesed ipsa* Vulgatus, *nefariam rem operati sunt*, vel opprobriũ ptis est. Prou. 14. 34. חסד *& hesed opprobrium gentibus est peccatum.* Vulgatus; *Miseros autem facit populos peccatum.* Sic ergo de nautis exponit; nautæ vana idola colentes, cum vidissent miranda tua facta, ad te conuersi abominationem suam derelinquunt, vel abiecerunt.

Sensus 2.

Sensus 3. Montanus sic explicat de Niniuitis, dum legit, *Qui custodiunt funes vanitatis, pietatem suam sacrilegam derelinquent.* Hoc est, ita fiet, vt meo munere tectè apud Niniuitas obito, qui superstitiosas deorum leges custodiunt, quibus tamquã funibus obligatos se sentiunt, sacrilegam suam pietatem relinquant, auditis miraculis, quæ mihi in tua legatione contigerunt. Nam reuera omnia illis enarrasse videtur, quæ illi acciderant, quibus impulsi, ad pœnitentiam facilius traducti sunt. Dicit enim Lucæ 11. 30 Christus, *Sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti.* Solent autem conuersi peccatores ita succendi Dei

Ionas prædicans Niniuitas prædicatores fecit.

donis, vt alios ad Deum adducere procurent, vt Psalm. 50. David, *Docebo iniquos vias tuas.* Verùm particula illa aduersatiua, *autem*, in quam conuertunt Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus, & omnes transferunt Hebræam, *Vau*, ostendit priores sensus esse veriores, in quibus *Hesed* accipitur, pro misericordia, gratia beneficio. quasi dicat, qui idola colunt obliuioni tradent gratiam, seu beneficium à te acceptum. dum eos liberasti; at ego nõ obliuiscar; sed voce laudis, & confessionis immolabo tibi, dum Ierosolymam redeo.

Prior sensus verus.

In aridam.] Seuerus Sulpitius lib. 1. sacræ Historiæ de Iona loquens. *In profundum*, inquit, *proiectus est, exceptusque à ceto marino monstro ac deuoratus, post triduum ferè Niniuitarum littoribus eiectus iussa prædicat*; quasi Niniue littora mari imminentia haberet, cum lõgissimè absit à mari vndiquaque. 10

10 Sulpitius. Sententia 1.

Quidam ad Seleuciam ad sinum Issicum euomitum Ionam arbitrantur, à qua per Syriam, & Mesopotamiam patet iter centum triginta quinque leucarum ad Niniuen. Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. quem Isidorus sequitur, & Sigonius super Sulpitium, affirmat eiectum Ionam ad littus Ponti Euxini, in quo maximi pisces morantur. Atque adeò cum Ionam deglutisset iuxta littora Iudææ, deuexit illum per mare Issicum, aut Cilicium, Ægeum, Propontidem, & Bosphorum Thracium in Pontum Euxinum, in cuius portu, aut littore eiecto Ionæ, magnũ terræ spacium erat pertranseundum trecentarum leucarum vsque ad Niniuen; & plures dies insumendi per montes asperos maioris Armeniæ, & per Amanum montem, vnde oritur Tigris; cui insidet Niniue; à Palæstina autem sola Mesopotamia erat prætereunda ad Assyriam. Itaque à quocumque littore longissimum iter erat Ionæ conficiendum; licet breuius centũ triginta leucarum ab Issico sinu; quare si vrgebat necessitas, vel Dei charitas Niniuitas admonendi, & salutis eorum procurandæ, ab hoc littore videtur quibusdam probabilius cæpisse viã Ionam. sed ex c. 3. initio quæ sit sententia probatior, colligetur.

Sententia. Sententia 3. Iosephus. Sententia 4.

Hanc Ionæ historiam principem locum tenere inter figuras mortui, sepulti, ac suscitati Christi, & Christus ipse docuit, & sancti Patres fatentur; & inter alios eam optimè declarant Augustinus l. 4. de Symbolo ad Catechumenos, c. 6. Epist. ad Deo gratias q. 6 lib. 18. de Ciui. Dei c. 30. Hieron. in Epist. ad Paulum, & Ambros. in Psalmum 43 & Sermo. 48. Chrysost. Homil. 24. in priorẽ ad Cor. Iustinus in responsione quæst. 64. Orthodoxorũ. Si quis autem quærat quomodo Ionas potuerit in ceti stomacho calidissimo tres dies incolumis seruari, respondent Hieronymus, & latè Augustinus Epist. 49. qu. vltima, Theophylact. & omnes, id Dei potentia factum esse, qui ignis vim temperauit ne tres pueros in fornace contingeret.

August. Hieron. Ambros. Chrysost. Iustinus. Calorem Dei potentia temperatus.

IONÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

IONÆ incolumi ex ventre belluæ eiecto & sanus agenti, Dominus secundò [b] locutus est hunc in modum. Abi celeriter in Niniuen ciuitatem magnam; & denuncia eius ciuibus id quod prius tibi præceperam denunciare. Abiit Ionas incunctanter præcepto Dei obediens (Porro Niniue adeò magna ciuitas erat vt itinere trium

CAP. III.

1 ET factum est verbum Domini ad Ionam secundò, 1
dicens: 2 Surge, & vade in Niniuen ciuitatẽ ma- 2
gnam: & prædica in ea prædicationẽ, quam ego loquor ad
te 3 Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum 3
Domini: & Niniue erat [a] ciuitas magna itinere trium die-

monte Sion ... erit ... tio. ... sententia ... de reditu è Babylone.

verba ipsa explanemus, & rei, qua de agitur, accommodemus. Igitur Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Remigius, Hugo de Sancto Victore in Annotation. huius Prophetæ, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius explicant hunc locum de reditu Iudæorum è Babylone; nam per id tempus quod ... dit vsque ad aduentum Christi, putant hæc quæ Abdias vsque ad hunc ... apitis vaticinatur, adimpleta, licet id certo definire non possimus. Et quidam per Zorobabel, quidam per Machabæos probant ad veritatem deducta; eo modo, quo in sequentibus dicemus. Hunc autem esse verum sensum probat illa communis, ac certa regula, quod ille sensus literalis, & historicus censeri debet, quem verba proprie accepta reddunt, nisi à veritate quoquo modo abhorreat. Sed verba Abdiæ, quæ præ manibus habemus, proprie accepta significant felicitatem Iudæorum temporariam post reditum e Babylone, & euersionem ... m, personis, locisque variis expressam; & veritate ipsa historica non male comprobatur: ergo is erit verus sensus literalis.

2. Sententia Iudaica de felicitate Christi temporaria.

Secunda sententia est veterum, recentiorumque Hebræorum hæc omnia intelligentium de suo Christo, quem in postrema tempora expectant, & de eius temporaria felicitate, & vastatione Edom, id est, imperii Romanorum. Sic intelligunt Chaldæi, & veteres Hebræi, quos refert Hieronymus, & Commentatores Hebræi, R. Salomon, & Dauid Kimhi, qui dum de felicitate sua futura explicant sub suo Christo; confirmant tertiam, quam subiicimus sententiam, verba Abdiæ non proprie, sed figurate accipienda. At dum explanant de temporaria felicitate, & illa quidem efficta, & falsa, sicut effictum expectant Christum, primam intelligentiam veram faciunt.

3. Sententia de negocio Euangelico. August.

Tertia sententia est Augustini lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 31. Ruperti, Lyræ, Burgensis in Additione huius loci, Vatab. Isidori, & Montani, qui hæc omnia de negocio Euangelico declarant: atque hunc sensum, vt potiorem eligunt Albertus, & Dionysius. Et probatur ea ipsa ratione, qua prima ex nulla historia constat hanc temporariam felicitatem à reditu è Babylone vsque ad aduentum Christi, Iudæis contigisse: vnde Hieronymus, *hoc verum factum sit Deus viderit*. Ergo de temporaria felicitate non possunt Abdiæ verba explicari. Assumpta illa propositio probatur; nunquam tam superiores fuere Iudæi, vt Idumæos de medio sustulerint, cum etsi aliquoties attriti, sicut & ipsi Iudæi, nunquam tamen deleti, ut Abdias prophetat non remansuras reliquias Idumæorum: qui tamen integri superfuerunt, Iudæis per Romanos euersis. Ergo de alia vastatione spirituali videlicet, loquitur. Deinde solenne est Prophetis suas vaticinationes, rerum per Christum gerendarum lætissima terminare commemoratione, qua & consolentur afflictos, & Petri sententia vera comprobetur, 1. sua Epistola cap. 1. 10. *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.* Sed Abdias vnus est ex his Prophetis: ergo & is de Christo, deque eiusque rebus prophetauit.

Omnes prophetæ de Christo locuti.

4. Sententia vera de tem...

Quarta sententia est, hanc Prophetiam cœptam impleri post reditum e Babylone, sed felicitatem Iudæorum completam, & perfectam tunc, cum Christo duce Apostoli ex monte Sion per omnes mundi plagas excurrerunt; & gentes ... dæas, & impias subiugarunt, quoad usque factum est Domino regnum. Itaque asserit hæc expositio; Abdiam coniecisse oculos ad omne tempus post reditum è Babylone, & aspexisse felicitatem temporalem, & spiritualem Iudæorum, victoriasque partas ex bello spectabili, & spirituali, atque in hoc prætulisse Iudæos, qui euaserant in monte Sion, ceteris omnibus gentibus; atque hanc plenam Iudæorum felicitatem prænunciasse in sensu literali sub verbis gentium, & locorum, quæ profert. Hanc sententiam colligo ex Hieronymo; qui cum omnē hanc Prophetiam de ... Iudæorum de Idumæis partis exponat: post allatā Iudæorum intelligentiam, adiicit. *Quod nos dicimus, aut iuxta historiam sub Zorobabele esse factum, aut certe iuxta Prophetiam, & mysticos intellectus quotidie in Ecclesia fieri.* & inferius. *Hoc verum factum sit, Deus viderit: potest enim ex parte per annos quingentos vsque ad aduentum Christi esse completum. Quod sicut certissime scio, quotidie completur in nobis, & in regno Ecclesiæ confirmatur.* Quia ergo sub tali ... proprie, seu historice completa sit hæc Prophetia, recurrit Hieronymus ad sensum literalem figuratum, quem mysticum vocat. Similiter facit Sophoniæ 2. vbi similis est Prophetia. *Nunc*, inquit, *ad Septuaginta interpretes reuertamur, cogamusque Iudæos qui tantum sequuntur historiam, exponere nobis, quando Moab & filii Amon, facti sunt quasi Sodoma, & Gomorrha, & quasi aceruus salis, & deserti vsque in æternum? Quando eos diripuerunt Iudæi: quando residuæ gentes Israeliticæ possederunt eos?* & infra. *Sicubi enim arctati fuerint in historia, vt doceant completum esse quod dictum est, statim transiliunt ad futura Christi tempora, & omnia, quæ non possunt exponere, post multa secula repromittunt: & dicunt; & Moab, & filios Amon & Ægyptum, & Philisthiim, & Idumæam, quæ nunc insultant Iudæis, eo tempore puniendas. Interrogemus eos, quare has potissimum gentes Deus puniat, & non totum orbem, in quo Iudæi longe, lateque dispersi sunt? Si enim meretur Moab corripi Iudæis insultans, & filii Amon, & reliquæ gentes in circuitu, quare Gallia non corripitur? quare Britannias in comminatione non ponit? Cur Hispaniæ ab ea pœna alienæ sunt? quam ob causam de Italia nihil dicitur? de Africa cur taceatur? & vt semel dicam, cum totus orbis Iudæos captiuos teneat, quid solæ gentes tantum commisere flagitii, quæ in circuitu eius sunt, vt solæ potissimum nominentur?* Hucusque Hieronymus. Quibus nos docet promissa Abdiæ, sicut & Sophoniæ, vix, aut nullatenus impleta per temporalem felicitatem; esseq; impleta per Christum, & Apostolos in Ecclesia; licet aliquo modo cœpta fuerint impleri sub Zorobabele, & Machabæis. In eadem sententia est Theodoretus, qui cum singula verba temporariæ felicitati accommodet, nihilominus super illa verba. *In monte Sion erit saluatio*; sic ait. *Reducam eos ex captiuitate, & sanctum templum reædificabo. Prænunciat saluationem omnibus exortam in Sion, & sanctificationem inde in orbem terrarum profusam per crucem Saluatoris.* Haymo quoque eodem modo prorsus loquitur, quo Hieronymus. Necnon & Albertus, & multi alii, inter quos Robertus sic ait. *Vera salus in Sion erit, quæ vera esse non potest, nisi sit æterna. Id ... iter autem compleri cœptum est, quando*

Hiero.

Conglobatio ... Iudæorum.

Theodor.

secun-

secundum templum, & vrbem instaurarunt; in quod introiuit verus Saluator, & Redemptor Israel Christus Iesus. Malachiæ 3. 2. *Propheta enim altius quiddam hoc loco, more omnium Prophetarum, pronunciat, nempe veram, & æternam liberationẽ in Christo.* Quod si dicas, hoc esse recurrere ad sensus mysticos, non autem literalem tradere; impossibile enim est sub eisdem verbis primo contineri sensum historicum, & spiritualem.

Obiectio.

Responsio.

Respondetur, si quoad historiam completa fuisset Abdiæ Prophetia, quoad omnes eius partes, recte negotium Christi, & Ecclesiæ tanquã seorsus mysticus gestis illis significaretur. At cum quoad historiam ante aduentum Christi nouerimus nequaquam impletam omnino, sed cœptã impleri, & in Christi Ecclesia completam non inirum si sub eisdem verbis primo sit significata hæc summa Iudæorum felicitas. Nec obstat partem huius felicitatis esse temporariam, & partem spiritualem, & per illos expectationem inductos Iudæos ad huius perceptionem. Nam nomine beatitudinis, & felicitatis æternæ promittitur iustis animorum, corporumq; gloriosa immortalitas, & beatitudo, eo nomine primo significata, tanquam sensus literalis. Et Haggæus c. 2. v. 10. promittit magnam futuram gloriam templi secundi, plusquam primi; & loquitur de gloria, quæ illi aduentura erat ex corporali præsentia Christi, & ex spirituali: & non pauca sunt in scriptura sacra verba, quæ bona promittunt adeo excellentia, vt nisi temporariis accedant spiritualia, nõ compleatur, quod primo sub illis significatur; quare vniuersum illud bonum tam excellens ea temporali, & spirituali debet compleri. Et hæc sint dicta ad multa alia loca eiusmodi similiter explananda. Secundum igitur hanc intelligentiam exponemus vniuersam hanc Prophetiam.

Beatitudo corporis & animi simul promissa.

Nota.

Iam ergo prima illa verba explanemus; *& in monte Sion erit saluatio.* Hebraice, פליטה *Peletah euasio à captiuitate, & periculis.* Hoc est, post 70. annos captiuitatis redibunt Iudæi liberi in Sion, seu Ierusalem. Sic Hieronymus, Remigius, Haymo cum ceteris, qui explicant de felicitate temporali sub Zorobabele, & Esdra. At ea his, qui de negocio Euangelico intelligunt, Vatab. Montan. & Robertus cum Alberto, accipiunt Ecclesiam Christi, in qua euadunt infideles, & impii liberi à morte culpæ, & pœnæ. Sunt qui intelligant Ecclesiam triumphantem, in qua iusti salutem plenam consequentur, & sanctitatem. Theod. & Lyra ipsum montem Sion accipiunt, in quo exorta est saluatio, siquidem ibi Christus prædicauit, & multis salutem communicauit & corporis, & animæ: & inde peruasit vniuersum orbem. Vel certe prænunciat Abdias euasionem malorum iam corporalium, quam spiritualium, quæ cœpit post 70. annos in monte Sion, & perfecta est, atque completa per Christum; quando ibi salutem communicauit multis, & Apostolos elegit, ac instituit, qui veti duces, inde excurrerent, & expugnarent terram vniuersam.

De quo mõte Sion sit sermo.

Montem Sion verum intelligit.

19 *Et erit sanctus.*] קדש *Kodes, sanctitas.* Vatabl. & Robertus intelligunt Christum auctorem sanctitatis, qui erit in monte Sion. Chaldæus, & Montan. exponunt, quod quicunque in eo monte futuri sunt, erunt sancti; & ideo singulare effertur per plurale; quod verum est in Ecclesia triũphante. Lyra, quia ibi Spiritus sanctus effusus est. Hieronymus, Remigius, & ceteri sectatores explicant. & erit ibi Sanctus Deus, quia reuertetur ad templum ibi ædificatum, quod sanctum quoque vocatur. Verius puto, quod Haymoni videtur; de ipso monte dici, *& erit sanctitas,* seu, *& erit mons sanctitatis,* vt solet sæpe vocari mons Sion. Ps. 3. 5. *& exaudiuit me de monte sancto suo.* Psalm. 2. 6. *Super Sion montem sanctitatis suæ.* ita in monte Sion erit euasio, quia erit mons sanctitatis, vt olim, id est, mons sanctus, & sacratus Deo; propter templum, & cultum in eo præstitũ post captiuitatem; & per Christi præsentiam, & aduentum Spiritus sancti in illum montem, vnde cœpit, & profusa est sanctitas per orbem vniuersum, vt inquit Theodoretus.

Verior expositio.

20 *Et possidebit.*] Hebraice, *& hæreditabit domus Iacob* מורשיהם *moreschem hæreditates eorum,* vel *suas.* sic vertunt Pagninus, Vatab. & Robertus. sic vertitur Isa. 14. 23. illud nomen, *in possessionem ericii* & est sensus præcedentis sententiæ explicatio; & duæ tribus, quæ redibunt in Ierusalem ex captiuitate, resument suas possessiones, quas habuerant antequam ducerentur captiuæ. Verum LXX. Chaldæus, & Vulgatus, & alii, qui pronomen intellexerunt, *eorum,* eum legisse, *& possidebit domus Iacob hæreditates,* seu *possessiones eorum,* hoc idem esse putarunt, quod, *& possidebit domus Iacob eos, qui se possederant:* & Chaldæus, *& possidebunt pugnati domus Iacob substantiam populorum, qui eos possidebant,* vt sit sensus Hieronymi, Remigii, & ceterorum, in reditu è Babylon. conuenisse duas tribus cum his, qui de Israel ad ipsos fugerant, & possedisse sub Zorobabele, Esdra, & Neemia Idumæos, & eorum hæreditates, *qui se possederant,* id est, qui hæreditates eorum sibi occupauerant, quando magnifice locuti sunt super terminos eorũ. Theodor. non tantum Idumæos, sed finitimas gẽtes intelligit; nam tantum virium Deus suppeditauit iis, qui redierunt Babylone, vt & suam, & alienigenarum terram sub suum iugum subiicerent. Idem Theodor. Sophon. 2. & alii recentiores, hoc factũ putant per Machabæos. Haymo solus, *per eos qui se possederant;* intelligit Medos, & Persas, apud quos captiui detinebantur; ex quibus multi redierunt cum Iudæis reuertentibus è captiuitate, & conuersos ad suam religionem, possederunt in eandem societatem. Sed longe abest à sensu Prophetæ. Ceteri, Lyra, Vat. Montan. & Robertus intelligunt Ecclesiam fidelium Christo lucrifacturam infideles, qui sunt Christi sanguine redempti, & qui dominabantur ipsis fidelibus. Verius, & clarius; domus Iacob reuersa è captiuitate Babylonica occupabit possessiones suas, quas gentes sibi assumpserant, & gentium ipsarum proprias, ex parte sub Machabæis. Et tunc demum Apostoli, & discipuli posteri Iacob, egressi è monte Sion de quo scriptum erat, quod *ex Sion exibit lex, & verbũ Domini de Ierusalem,* subiicient sibi, & Christo gentes omnes finitimas, & longe positas, circum Ierusalem, quæ illi fuerant dominatæ aliquando, quales fuerunt Persæ, Medi, Græci, & Romani, ac similes.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3.

Sensus verior.

Christi victoria.

21 *Et erit domus.*] Ac postquam liberi redierint è Babylone tam domus Iacob, hoc est, duæ tribus, quam domus Ioseph, qui confugerant ex decem tribub. ad duas, tanta vi sibi subiicient Idumæos, quanta vi ignis comburit stipulam. Hoc statim

post

post reditum impletum putant Hier. Theodor. Remig. Haymo, Albertus, & sequaces, licet tempus non designent. At Theodoret. Sopho. 2. existimat per Machabæos impletum, idque probari videtur ex 1. Machab. 5. 3. *Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos, qui erant in Acrabathane, & percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via. Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus, qui in iis erant.* Hi autem Idumæi erant, vt docet Iosephus lib. 12. Antiq. cap. 11. & vers. 65. *Exiuit Iudas, & fratres eius, & expugnabat filios Esau in terra, quæ ad Austrum est.* & 2. Machab. 10. 16. *Hi qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum, multisque vi insistentes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes simul, non minus viginti millibus trucidauerunt.* Demum Iosephus libr. 13. Antiq. cap. 17. de Hircano ita narrat. *Hircanus vero etiam Idumææ vrbes cepit, Adora, & Marissam, subiugatisque omnibus Idumæis edixit, vt circumciderentur, nisi mallent è propriis pelli sedibus. At illi, amore patriæ admiserunt & circumcisionem, & reliquam, iuxta Iudaicos ritus, viuendi formulam.* Atque ex eo primum tempore inter Iudæos censeri cœperunt, & Ierosolymam, vt metropolim coluerunt, vsque ad extremam captiuitatem; siquidem ad eam propugnandam viginti millia accurrerunt, eodem Iosepho teste lib. 4. de bello Iudaico cap. 6. Qua ratione Idumæi vere dicuntur expugnati, & subiugati à Iudæis.

Iudæi Idumæos subiecerunt sub Machabæis. — *Bean Idumæi.* — *Iosephus.* — *Iosephus.* — *Idumæi Iudæis annumerari quidam cœpti.* — *Iosephus.*

Ceterum exponunt Apostolos, ceterosque discipulos, qui ex Iudæis erant, & efficacitate verbi Dei omnes Idumæos, hoc est, impios, & infideles Christo subiecerunt: nam igni comparatur verbum Dei Ierem. 23. 29. *Nunquid non verba mea sunt ignis, & quasi malleus conterens petras?* quo occisæ dicuntur quoad impietatem: nam Petro Actuum 10. 13. dictum est, *Petre surge, occide, & manduca.* Verum cum dispersi sunt discipuli, & Apostoli, credendum est, Idumæam aliquos ingressos, & Christo adiecisse ex eis aliquos, sicut ex ceteris Iudæis.

Sensus de Idumæis figuratis. — *De veris Idumæis.*

22 *Et non erunt.*] Hebraice, *& non erit* שריד *sarid domus Esau non erit superstes domus Esau.* seu *reliquum*, aut *residuum*, vt verterunt Aquila, Theodotio, & Quinta editio. Vel *effugiens* iuxta Symmachum. Septuaginta verterunt, *& non erit* πυρφόρος, hoc est, *frumentarius*, vt vertit Hieronymus, hoc est frugifer; quæ interpretatio, quia huic loco non conuenit, existimant nonnulli, quorum Hieronymus meminit, à LXX. πυρφόρος dictum esse à πῦρ *ignis*, vt sit *ignifer*; sed nihil refert, dixerint πυρφόρος, an πυρφόρας; cum idem sit vtriusque etymon, & significatum, in quo accepit Theodoretus: nam cum dictum fuisset, Iacob, & Ioseph igni, & flamma in Esau, quasi stipulam combusturos, ostendit in familia Esau neminem futurum, qui ignem ferat, id est, qui vim habeat ad resistendum. Vel id est, *non erit ignifer*, non erit vlla militaris ars, non robur. nam πυρφόρος in re militari olim dicebatur, qui aciebus ad congrediendum paratis antecibat, altera manu lauri ramos, altera lampada præferens, vt notat Alex. Genial. dierum libr. 5. cap. 3. Sed ad Hebræum nomen, & ad communem interpretationem magis accedit, vt ignifer sit superstes, qui Esau vitæ, generisque lampada tradat: siquidem filii, qui in demortuorum patrum locum succedunt, lucernæ appellari solent in sacris literis, quod in eis maiorum suorum luceat memoria, vt 3. Reg. 11. 36. *Vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem;* & 4. Regum 8. 19. *noluit disperdere domum Iuda propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret ei lucernam, & filiis eius cunctis diebus;* & sæpe alias. Hoc est ergo quod dicit; *& non erit ignifer*, non remanebit lucerna ipsi Esau; nulla memoria, quia ita dixit Dominus, & non mentietur.

Interpretationis ratio. — *Ignifer quis.* — *Pyrophori munus.* — *Alexander.* — *Lucernæ patrum filii.* — *Nulla memoria Esau.*

Hoc posito: graue dubium est, quomodo verum comprobetur, ita deletos Idumæos, vt nullus fuerit superstes? Ac dubium tam mouetur de proprie Idumæis, quam de figurate acceptis. De Idumæis proprie acceptis Hier. Remig. & Haym. absque restrictione vlla affirmant ne vnum quidem remansisse, qui posset aliis suæ gentis vastitatem nunciare. Sunt qui respondeant, non ita præcise nomine reliquiarum, intelligi ita omnes delendos; vt ne vnus quidem remaneat; nam licet pauci reliqui sint, & imbelles, verum habet dictum ex vsu Scripturæ. Verum forma loquendi Scripturæ, nec paucos relinqui permittit; id constat ex Iosue 10. 28. *Eadem, inquit, die Macedam quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladii, regemque illius interfecit, & omnes habitatores eius non dimisit in ea, saltem paruas reliquias; sicut fecit regi Iericho, sic fecit Iosue & aliis ciuitatibus.* Et ratio id verum esse probat; nam reliquiæ sunt pauci è multis remanentes: vnde Isa. 10. 22. dicitur, quod Paulus ad Rom. 9 retulit; *si numerus filiorum Israel fuerit sicut arena, quæ est in littore maris, reliquiæ saluæ fient.* Ergo Scriptura, quæ dicit, nullas reliquias superesse; ea ne paucos superesse affirmat. Secundo, respondent alii, verum esse nullas Idumæorum reliquias remansisse, siquidem post captam Ierosolymam, licet quando id acciderit definite nesciamus, omnes deleti sunt; nulla enim illorum modo memoria est. Verum Abdias per Iudæos delendos Idumæos prænunciat, qui tamen cum prius deleti fuerint, non potuerunt ipsi delere Idumæos. Quare si aliqua ratione potest hoc dictum probari verum, ea est; vt non intelligamus vere delendos, extinguendosque Idumæos, sed tantum ab Abdia prædici subiugandos fore à Iudæis, quod ostendit illud, *& possidebit domus Iacob eos, qui se possederant.* & illud, *ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau*, ita vt Idumæa & Iudæa faciant vnum regnum: quando videlicet sub Hyrcano tandem ita sunt subiugati, vt circumcisionem, & cultum Iudaicum amplexati fuerint omnes, & eisdem legibus deinceps viuerint, ne vno excepto, vt supra retulimus ex Iosepho, numero 11.

Quæstio. num superstes mansit ex Idumæis? Nullus ex figuratis. — *Nullus non præcise.* — *Forma loquendi Scripturæ.* — *Responsio aliorum.* — *Refutatur.* — *Responsio verius.* — *Idumæi subiugati à Iudæis sub Machabæis.*

Quod attinet ad Idumæos figurate, non minus dubium est quando acciderit, vt nullus ex eis remanserit, qui non fuerit per Euangelicos prædicatores conuersus? Duobus modis id factum putat Robertus, aut gratia Domini, qua impii ita ad pietatem conuersi sunt, vt nihil impietatis in eis remanserit, iuxta illud Prou. 12. 7. *Verte impios, & non erunt*, scilicet amplius impii: sic respondent Lyra, & alii. cum sane de ipsis Idumæis dicatur, quod nullus superstes sit futurus, non de singulis, ne quicquam in eis impietatis sit remansurum.

De Idumæis figurate. — *Idumæi impii.*

Alii

Dei gratia extincta impietas.

A Alij putant significari Dei gratia adeo extinctam idololatriam, ac proinde deletos idololatras, vt pauci iam supersint. Sed nec hoc satisfacit dicto illi; nullum superstitem futurum. Altero ergo modo id alij factum putant, Dei indignatione,

Dei indignatione extincti Idumæi.

quod complebitur in extremo die, in quo nullus impius remanebit, qui non detrudatur in carcerem inferni: quia non se subiecerunt Christo, Malach. 4.1. *Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem, & germen.* Hoc est, radicitùs eos disperdet, nihil reliqui faciet.

Idumæi per Apostolos destructi & in diuidendo.

Potest quoque vtroque modo Idumæos intelligi destructos, & quatenus per Apostolos, & viros Apostolicos igne verbi Dei subiugati sunt multi Christo; & quatenus, qui non sunt conuersi, omnes deleti sunt; & delebuntur in fine B seculi. Veri autem Idumæi Deo agente subiecti sunt Iudæis, eorumque religionem sunt amplexati, vt diximus, & postea per Apostolos ad veram Christi, Apostolorumq; religionem, qui Iudæi erant, aggregati sunt: cum tamen qui restiterunt, hucusque deleti sint, & si qui remanent, omnino per Christum iudicem delebuntur.

23 *Et hereditabunt.*] Theodoretus adnotat Abdiam distribuere terram è captiuitate redeuntibus in fine suæ prophetiæ; Vt Ezechiel postea finem imposuit prophetiæ distribuendo illis eandem.

Iudææ situs.

Erat autem Iudæa vndiquaque obsessa à finitimis inimicis. Nam ad Meridiem habebat Idumæam & planitiem protensam vsque ad mare rubrum. C Ab Occidente habebat Philisthæos, & omnem plagam, quæ Actuum 9. 35. Saronas dicitur, vsque ad mare Mediterraneum. Ad Aquilonem Samariam, & vtramque Galilæam. Ab Ortu Galaad, Moab, & Ammon. Asserit ergo Abdias Iudæos è captiuitate redeuntes occupaturos omnem terram circum vicinam, quam prius se è possederant duodecim tribus: & insuper hostium, eam videlicet, quæ sibi propriòs obrigerit. Hoc reipsa factum existimant sub Zorobabele Hieron. Theodoret. Remigius, Haymo, Albertus, & alij, quamuis, quia nihil de ea rescriptum inueniunt, credunt per illos quingentos annos vsque ad Christum contigisse.

Impletum per Machabæos.

Probant autem aliqui per Machabæos id adimpletum; nam 1. Machab. 5. v. 3. & D 65. *Iudas debellauit filios Esau*; & v. 68 *declinauit in Azotum, in terram alienigenarum.* & v. 66. *perambulabat Samariam.* & v. 21. *abijt Simon in Galilaam, & contritæ sunt gentes à facie eius.* & v. 24 *Iudas Machabæus, & Ionathas transierunt Iordanem, & abierunt in Galaaditidem.* & v. 54. concludit. *Redeuntes ascenderũt in montem Sion cum lætitia, & gaudio.* & hoc est: *& erit Domino regnum.*

Refutatio.

Huic tamen obstat, quod ex his locis tantùm colligitur Machabæos vrbes aliquas debellasse, ac deleuisse; non autem terras his gentibus subiectas cum pace possedisse; ita vt in eis Iudæi tamquam in propriis sedibus consedissent: nam si ita accidisset, propriè diceretur, ex eis omnibus gentibus, & regionibus comparatum esse Domino regnum: manebant enim inimici magna ex parte in propriis sedibus, licet Machabæorum virtute conterriti. Lyra tamen, Vatab. Montanus, Robertus, & ceteri, qui de dilatatione Euangelij hæc intelligunt, ita explicant Apostoli, viri-

Apostolorũ victoria

que Apostolici è Iudæa egressi versus omnes A quatuor mundi plagas Iudææ finitimas, conuertent omnes homines ad fidem Euangelicam, tam Idumæos ad Austrum, quàm Philisthæos ad Occidentem, & Samaritas, & Galilæos ad Septentrionem, & ad Ortum Galaad, Arabes, & qui eam plagam incolunt. Nam Actuum 1. 8. dicit Christus discipulis suis. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* & Actuum 8.1. *Omnes dispersi sunt per regiones Iudaa, & Samaria, præter Apostolos*; haud dubium, quin in alias finitimas regiones abierint & ipsi Apostoli paulo post. ita has alias gentes ab Abdia nominatas primum debellarunt Apostoli, & discipuli; postea Euangelij nuncium in omnes orbis partes attulerunt.

Et transmigratio.] Hebraicè, *& transmigratio* 24
B *congregationis huius filiorum Israel. quæ Chananæorum vsque* צרפת *tsarphath.* Vbi nomen relatiuum אשר *aser* omni generi, ac personæ commune, quod Vulgatus transtulit, *qua* hoc est, quæ loca Chananæorum sunt, supple, possidebunt vsque ad *Sarphath*, Chaldæus vertit, *Quæ sunt in terra Chananæorum*, & Pagninus, Tigur. Vatab. & Rob *qui sunt inter Chananæos.* Montanus accipit, pro *qui vt*, & transfert, *qui vt Chananæi vsque ad Tsarphath.* Et est sen- *Sensus 1.*
sus communis: filij Israel, qui transmigrarunt Babylonem, cum liberi redierint, plura possidebũt, quàm antea, nam extendent terminos suos in vniuersam illam oram maritimam, quam olim incoluerant Chananæi vsque ad Sareptam Sidoniorum. ita Hieronym. Cyrillus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius.
C At Dauid Kimhi, & eum secuti Montanus, & *Sensus 2.*
Robertus, & alii per Chananæos Alemanos intelligunt, qui olim Israelitarum aduentu eiecti, dispersi per Africam sunt, & Hispaniam, Illyricum, & loca Septentrionalia, & loca Germaniæ, sicut mox per regem Assyriorum, 4. Reg. 17. Israelitæ ex ea terra pulsi sunt, & dispersio propterea dicti. Deinde Dauid Kimhi, & R. Salomon, aliique Hebræi, quos sequuntur Lyra, Pagninus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus *Tsarphath* Franciã, seu Galliam dicunt significare, vel quod in eam Sareptam transmigrauerint; vt Galatæ, vel alia, *Sarphath Galliæ.*
quauis ratione. nam propterea *Sarphath* alteri adijcitur Sarepta *Sidoniorum*, 3. Reg. 17. propter Eliam
D celebri; quo distincta ab alia sit, quæ apud Gallias est. Iam sensus erit; filij Israel fideles Apostoli, & discipuli, qui metu persecutionum infidelium Iudæorum dispersi sunt per varias orbis partes, vi *Apostoli terras subiecerunt vsque ad Gallias.*
sui Euangelij occupabunt omnia loca, in quibus morabantur Chananæi olim inde eiecti, tam Illyrici, quàm Africi. & Germaniæ, vsque ad Gallias, ad quas venere Maximinus, Lazarus cum sororibus, Martialis, & alij. Vel certè Apostoli, & Iudæi fideles, qui habitabant in locis olim Chananæorum, perfundent sua Euangelica luce penè omnem Occiduam, vsque ad vltimum terminum Galliarum; missi a Christo, cum dixit Marci 16. 15. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.* & Isaiæ 66. 19 *Mittam ex eis, qui sal-*
E *uati fuerint ad gentes in mari, in Africam, & Lydiam, & Græciam, & Italiam, & ad insulas longè, & annunciabunt gloriam meam gentibus:*

25 *In Bosphoro.*] Hebraicè. *Et transmigratio Ierusalẽ, quam* ספרד *Sepharad possidebũt vrbes Austri.* De significato nominis *Sepharad* est non leuis inter expositores *Sepharad Iudææ.*

toriesconcertatio. Veteres interpretes, Aquila, Symmachus, & Theodotion, auctore Hieronymo, ipsum Hebræum nomen *Sepharad* reliquerunt. Tum etiam Septuaginta, si Haymoni credimus: quamuis miretur Hieronymus cur illi dixerint *Ephrata*, vt est etiam apud Cyrillum, & Theodoretum: sed in aliis codicibus legimus *Euphrata*, & in aliis *Apharath*, in aliis *Ephrem*, quæ varietas ostendit eos *Sepharad* posuisse. Nomen autem, si etymon eius consideremus, compositum est ex סף *Soph*; quod est *finis*, & רד *rad extensio*, *seu extenuatio*, *instar laminæ*, *seu linguæ*; quasi finis extensionis terræ, cui consonat, quod dicit Hieronymus significare terminum, vt nomen גבול *Ghebul*. Et erit sensus. Ierosolymitani, qui transmigrarunt captiui in cunctos terminos, finesque regionum, redibunt, & possidebũt vrbes Austri, id est, tribus suæ. Vel qui transmigrarunt in Chaldæam, & in cunctis eius finibus collocati, in reditu possidebunt suas ciuitates ita Hieronym. Theodoretus, Cyrillus, Remig. Haymo, Albertus, & sequaces.

Pro fine. 1. Sensus.

Pro Bosphoro Thracio.

Plinius.

Si verò *Bosphorum* accipiamus pro regione, in quã Adrianus transtulit Iudæos: aut potius sit fretum Thracium, seu Byzantinum, aut Constantinopolitanum; nam Bosphorus Plinio lib. 6. cap. 1. angustum est mare à bubus meabili transitu, in cuius regionem finitimam à Chaldæis, siue Assyrijs Iudæi sunt translati, vt refert Hieronymus in illa verba cap. 10 Zachariæ. *Et transibit in maris freto. Narrant* inquit, *Iudæi captiuum populorum Iudæorum, non solum in Medos, & Persas. sed in Bosphorum quoque, & Septentrionalem plagam, ab Assyriis, atque Chaldæis esse translatum: & postea eos ex parte reuocatos, Deo eos ad se conuertente clementia; & hoc esse quod nunc dicitur, Transibunt in mari angusto Proponticus angustias, qua Chalcedonem, & quondam Byzantium breui freto diuidunt.* Iuxta hæc sensus erit, quod ex illa regione Iudæi redibunt, & possidebunt regionem tribus ad Austrum sitam.

2. Sensus. Pro Hispania.

Verùm communi Hebræorum consensu nomen *Sepharad*, Hispaniam significat. Sic Iosephus Gorionis filius lib. 3. suarum Historiarum cap. 15. & lib. 5. cap. 46. hoc nomine eam vocat, & Chaldæus Paraphrastes, *Hispaniam* transtulit hoc Abdiæ loco. Atque eam significari nomine *Sepharad* constanter affirmant omnes Hebræi in Seder olã minori, in septima decuria; R. Salomon, Dauid Kimhi, Paulus Burgensis in Additione huius capitis, Lyra, Pagni. Vatab. Isidorus, Montanus, Robertus, & alij recentiores; atque ita cõmuniter nunc vocant Hebræi, vbicunque degunt. Signũque huius est quod insigne solum Græcorũ auctores ab hoc nomine, sub eisdem consonantibus, demptis vocalibus, seu punctis, *Sperida*, Hispaniam appellarunt. Et maximè id probat, quod nomen hoc suo significato nulli prouinciæ melius

Sperida.

cõuenit, quàm Hispaniæ; nam cum nomen idem sit, quod finis extensionis, vt diximus, & Hispania, omnium cõsensu Geographorum, & Poëtarum, vltima sit Orbis, & finis terræ, iure optimo illa hoc nomen sortita est. Præterea cur nomine Bosphori non intelligemus terras circumiacentes freto Herculeo, quod angustum mare est inter Calpe, & Gades, Herculis columnas dictas? Igitur cum constet ex Iosepho, & aliis, quos in Chronologia retulimus, Nabuchodonosorem post vastatam Ierusalem venisse in Hispaniam; multosque Iudæorum in eam transtulisse; hoc est quod dicit, hos in reditu è Babylone, redituros ex Hispania in Iudæam & occupaturos ciuitates Austri. Vel potius: Iudæi conuersi in Hispania ad fidem, qui in eam transmigrauerant sub Tito, aut sub Adriano; vel qui illuc abierunt ad fidem denunciandam, possidebunt, id est, luce Euangelij illustrabunt ciuitates Austri. Africam intelligit Burgensis, Lyra ipsam Hispaniam quam Iacobus illustrauit. Alij meliùs Australem Hispaniæ plagam, quam Bœticam dicimus. Alij putant nouum orbem significari, qui Hispaniæ est Australis, aut sub Australi plaga constitutus; quem nostra ætate Hispani & suo Imperio subiecerunt, & Euangelij doctrina, idolorũ cultu euerso, Christo subdiderunt. Verius de primis prædicatoribus Iacobo, & socijs, qui Iudæi erant, intelligemus, qui dispersi in Hispaniam, eam occuparunt, vt etiam Apostolus Paulus, præcipuè plagam Australem.

Hispania finis terræ.

Bosphorus Herculeus.

Nabuchodonosor in Hispaniam venit.

De prædicatione Euangelij in Hispania.

De nouo orbe ab Hispanis subiugato. Iacobus illustrauit Hispaniam.

Saluatores.] Ita Symmachus, Vulgatus, & recẽtiores omnes interpretes *saluatores*, verterunt; cũ LXX Aquila, & Theodotio, *qui salui fuerint*, non adeò aptè dixerint, quomodo legit Augustinus li. 18. de Ciuit. Dei cap. 31. cum Hebræum מושיעים *Moshihim saluantes* significet; nam & Chaldæus, *saluatores* exposuit. Hoc est autem quod dicit, missurum Dominum saluatores in montem Sion, vt olim tempore Iudicum, qui Israëlem seruẽt ab hostibus, & condemnent Idumæos, & suæ ditioni subiectos habeant, iuxta supradicta: quales fuerũt Zorobabel, & Machabæi. Vel potius *saluatores* sunt Christus, & Apostoli, qui triumphos reportarunt in Ecclesiam, multis conuersis ad fidem ex iis, qui dispersi fuerant, vt dicunt Vatablus & Montan. Isido. & Rob. *erit Domino*, id est, instaurabitur Dauidicum regnum, cuius regni non erit finis, aut in die extremo iudicij, quo damnabuntur tandem Idumæi infideles, secũdum Lyram, & Rupertum. Siceri omnibus ad fidem conuersis fiet Domino vnum regnum Ecclesiæ militantis, vel post diem iudicij, Ecclesiæ triumphantis: nam, vt ait Paulus 1. Cor. 15. 28. *Cum subiecta fuerint Christo omnia, tunc & ipse filius subiectus erit patri, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus.* Cui sit laus, & honor per secula sempiterna. Cõpluti die Mart. 21. añ. 1606.

26. Saluatores in Sion corporales.

Saluatores spirituales.

Vnum regnũ Christi.

COM-

COMMENTARIORVM IN IONÆ PROPHETIAM

Liber Quintus.

PRÆFATIO.

IONAS à Deo missus Niniuen, vt ei exitium denunciaret, in mare diffugit abiturus in Tharsis; sed suborta tempestate in mare proiectus, à ceto deuoratus est, & die tertio in littus euomitus; Dei iussu Niniuen profectus; post 40. dies illam euertendam prænunciauit. Et vt rei exitum videret, è conspectu vrbis consedit, hederamque illi Deus parauit, vt ab æstu Solis protegeretur. Niniuitis pœnitentia conuersis pepercit Deus: quamobrem grauiter id Ionas tulit. Deus autem fecit, vt exaresceret hedera diluculo: & Solis ardore adustus Ionas ob hoc ipsum doluit vehementer, mortem sibi precatus: at Deus hederæ exemplo ostendit Ionæ merito parcitum Niniuitis, pluris faciendis, quàm hederæ.

IONÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

1 HVNC in modum locutus est Dominus [2] Ionæ Prophetæ filio Amathi. Surge, & proficiscere in [3] Niniuen ciuitatem illam magnam Assyriæ, & [4] prænuncia illi vltimum exitium, quod scelera ciuium eius adeò [5] excreuerint, vt vltrà ea ferre non queam: surrexit ille quidem, sed veritus falsus haberi Propheta, quod præuiderat Dominum clementissimum ciuitati parciturum, [6] viam oppositam celeriter arripuit, vt [7] in Tharsis fugeret, [8] ne eo munere fungi adstringeretur à Domino. Peruenit ergo [9] Ioppen, vbi nauem reperit euntem in Tharsum, & data nautis solita mercede, ingressus est nauim, vt cum ceteris nauigantibus in Tharsum veheretur, ne prophetare à Domino cogeretur. Dominus autem ingentem ventum excitauit, & ingentem simul in mari tempestatem, adeò vt nauis conteri putaretur. Quin & nautæ ipsi, alias impauidi, consternati valde, deos suos vnusquisque precibus fatigabant, & mercium iacturam fecerunt, vt periclitanti naui alleuiatione succurrerent. At Ionas culpæ conscius, & idcirco mœrore oppressus dedit se in interiora nauis, & [10] sopore graui occupatus, dormiebat. Quem videret autem eum nauis gubernator. Quid tu solus, ait, dormis? surge, inuoca Deum tuum, forte ipse est offensus, huiusque mali causa, & placabitur nobis, & non peribimus. Cum vero grauius tempestas æstuaret, initum ab omnibus consilium, vt [11] sorte exquiratur is, cuius causa illud periculum euenisset. Sortibus iactis, fors cecidit super Ionam: qua re cognita, omnes ad eum conueniunt; atque ad hunc modum eum interrogant, Iedica nobis quid feceris, cuius causa hoc malum acciderit nobis? quam artem exerces, flagitiosamne aliquam? vnde venis? quæ est patria tua? aut ex qua gente es tu? Quibus ille, Hebræus ego sum, & Deum cœli colo, qui mare, & continentem fecit, simulq; fugam suam, & fugæ causam indicauit. Quo audito, val-

CAP. I.

1 ¶ ET factum est verbum Domini [2] ad Ionam fi- 1
lium Amathi, dicens: ¶ Surge & vade in [3] 2
Niniuen ciuitatem grandē, & [4] prædica in ea: quia [5] ascendit malitia eius coram me. ¶ Et surrexit Ionas, [6] vt
fugeret [7] in Tharsis [8] à facie Domini, & descendit 3
in [9] Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in
Tharsis à facie Domini. ¶ Dominus autem misit ventum
magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, 4
& nauis periclitabatur conteri. ¶ Et timuerunt nautæ,
& clamauerunt viri ad Deum suum: & miserunt vasa, 5
quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat [10] sopore
graui. ¶ Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei,
Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si 6
fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. ¶ Et di-
xit vir ad collegam suum: Venite, & [11] mittamus sor- 7
tes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt
sortes: & cecidit sors super Ionam. ¶ Et dixerunt ad eum:
Indica nobis, cuius causa malum istud sit nobis: quod est 8
opus tuum? quæ terra tua, & quò vadis? vel ex quo populo es tu? ¶ Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Domi- 9
num Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.
¶ [12] Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad 10
eum, Quid hoc fecisti? (cognouerunt enim viri quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis) ¶ Et dixerunt ad 11

de sunt [1] perterriti omnes illi, & dixerunque ei. Cur tale ausus es facere? Quid autem faciemus tibi, vt mare nobis fiat tranquillum, quod sæuè magis, magisque intumescebat. Dixit ille, arripite me, & proijcite in mare, & maris tempestas cessabit: certus enim sum propter me hanc ingentem tempestatem exortam in vos. Sed nec hic quidem cessant: ante omnia experiri, vt quem seruum Dei nouerant, conseruarent: omnes enim remigando, ad continentem nauim appellere nitebantur: sed nihil profecerunt, mari contra eos magis, magisque sæuiente. Deprecati ergo Dominum ne sibi imputaret v [?] illius vitam, quod illam innocentem in mare demergendam proijcerent, id quod vi tempestatis declarauerat Deus, arripuerunt Ionam, & in mare [13] proiecerunt, ac confestim constitit mare, tranquillumque factum est. Viri autem illi omnes rei tam miræ edocti experimento, Deum sunt venerati, & cum in portum appulerunt, [14] immolauerunt hostias & vouerunt vota, quæ nimirum postea Ierosolymis adimpleret.

eum: *Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia*
mare ibat, & intumescebat. | *Et dixit ad eos: Tollite me,* 12
& mittite in mare, & cessabit mare à vobis. scio enim ego
quoniam propter me tempestas hæc grãdis venit super vos.
| *Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, &* 13
non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos.
| *Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt. Quæsumus* 14
Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu Domine sicut voluisti, fecisti. | *Et tulerunt Ionam, &* [15] *miserunt in* 15
mare: & stetit mare à feruore suo | *Et timuerunt viri* 16
timore magno Dominum, & [14] *immolauerunt hostias*
Domino, & vouerunt vota.

ARGVMENTVM.

IONAS Niniuitis iussus prædicare, ne id faceret in mare diffugit, & in nauim conscendit euntem in Tharsis: sed exorta graui tempestate, sorte deprehenditur causa illius esse; cumque de ipsiusmet consilio proijceretur in mare, tempestas sedata est.

COMMENTARIVS.

1 ET *factum est.*] Tractatum sine inscriptione illius exorditur. Non enim dicitur; *Verbum Domini, quod factum est ad Ionam:* aut *visio Ionæ Prophetæ*, vt in alijs Prophetis inuenimus: sed statim inchoat narrationem. Profectò quasi qui fugiat Deum, omnia perturbatus agit, & loquitur, nec curat exordium adhibere, neque officij sui mentionem facere, quasi Prophetæ munus auersaretur.

Ionas nihil præfatus loquitur.

2 *Ad Ionam.*] Ionas, hic est qui duas edidit Prophetias; vnam de vastatione Damasci, & Hamath, per Ieroboam regem Israel; de quo sic legimus 4. Reg. 14. 25. *Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath vsque ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi Prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Opher.* Alteram contra Niniuem, cuius meminit Tobias capite vltimo. Ex quibus constat primo eundem esse vtriusque auctorem filium Amathi; deinde fuisse oriundum ex Geth, quæ est Opher, & pertinet ad tribum Zabulon, vt dicitur Iosue 19. & ex Hieronymo est inter Sephorim, & Tiberiadem, iuxta Eleutheropolim, seu Diospolim. non ergo est Geth. Philisthiim, vt putarunt Epiphanius, Dorotheus, & Hieronymus ex Hebræorum sententia, tum etiam Rupertus; ac proinde non filius viduæ Sareptanæ; nec enim Gethæus erat Ionas; aut Philisthæus; sed Hebræus vt ipse confessus est, & Zabulonites ex Geth Opher. Demum constat vixisse sub Ieroboam rege Israel, & sub Amasia rege Iuda, vt aduertunt Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. Clemens Alex. lib. 1. Stromatum, Eusebius in Chronico, & libr. 10. de Præparat. Euangel. cap. 3. & Hieronymus in proœmio in Ionam.

Ionæ Prophetiæ duæ. Patria Ionæ. Hieron. Epiphan. Dorotheus. Hieron. Rupertus. Tempus Ionæ. Iosephus. Clemens. Alex. Eusebius. Hieron.

3 *Niniuen.*] Vna fuit è duabus vrbibus Mesopotamiæ. auctore Plinio, lib. 6. cap. 26. (nam Babylon erat altera) ad quam missus est Ionas, quia Deus non tantum est Iudæorum, sed & gentium, ne putent Iudæi per legem iustitiam: quia enim eum non audierant Iudæi, quibus prius prædicauerat, conuersus est ad gentes, ad eius vocem conuersas, vt postea fecerunt Apostoli. Quis autem non miretur Barbaros tam celeriter mutatos, populum vero institutum in vera religione tam obstinate respuisse Prophetas? Fuit autem Ninus seu Nina, vrbs celeberrima, condita ad Tigrim fluuium ab Assur filio Sem filij Noë, vt dicitur Genes. 10. 11. *de terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen.* ita asserunt Iosephus lib. Antiq. cap. 14. Hieronymus de locis Hebraicis, Augustinus lib. 16. de Ciuit. Dei cap. 3. & Zonaras lib. 1. Annalium. Nomen tamen vsurpauit à Nino Assuris nepote, qui eam amplificauit, vt legimus in Diodoro Siculo lib. 3. rerum antiquarum cap. 1. Strabone libr. 16. Geographiæ initio, Eusebio in Chronico, & Beda q. 69. in Genesim Magnitudo eius tanta fuit, auctoribus Strabone, & Ptolomæo, vt maior esset Babylone, nec vlla alia ante, aut post tanto ambitu condita. Erat amni Tigri imposita in concursu duorum brachiorum illius, figura quadrangulari, licet non æqua laterum dimensione, impediẽte fluuio. In circuitu habebat, vt ait Diodorus, 480. stadia; altitudo murorum erat pedum centum: latitudo, quæ tres currus simul iunctos caperet: turres in muris mille, & quingentas habebat, centum altas pedibus. Cum autem stadia 480. efficiant milliaria sexaginta, si Leuca Hispanica tribus constat millibus, circuitus Niniues constitisset Leucis Hispanicis viginti, vt notauit Montanus c. 3. Quod si quatuor, vt placet doctioribus, quindecim Leucas habuisset circuitus.

Gentium Deus ... est. Ionas ... conuersus ad g... Niniues conditor. Iosephus. Hieron. August. Zonaras. ... Diodorus. ... Eusebius. Beda. Niniues magnitudo. Strabo. Ptolomæus. Diodorus. Stadij ratio. Leuca Hispanica.

Prædica in ea.] Putat Montanus Ionam sua prędicatione pœnitentiam exegisse Niniuitarũ, cum contumacibus excidium denunciasset, sic enim prædice-

4 Putat in... ... Niniuitas resipuisse.

A prædicebat. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*, nisi resipueritis. Probat, quia Christus Matth. 12. 41. dicit, *Viri Niniuitæ surgent in iudicio, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ.* Deinde ex communi Doctorum dicto, asserentium prophetiam Ionæ fuisse comminatoriam, id est, excidium denunciantem, nisi resipuissent: ac proinde magis requirebat Ionas, & Deus per eum, pœnitentiam, quam stragem vrbis. Verùm Hebræa lectio, quæ habet, *clama super eam*, & Chaldæus dum ait, *prophetiza in eam*, ostendunt, Ionam tantum iussum esse denunciare excidium, quamuis Niniuitæ timore perculsi, egerint pœnitentiam. Nam cap. 3. eadem est iussus denunciare, scilicet vrbis

Ionas excidium denunciat.

B exitium. Præterea, quia Ionas nequaquam quereretur cap. vltimo, de Domino, quod esset vrbi placatus propter pœnitētiam, si ad eam inuitasset ciues Propheta. Ita licet Deus comminaretur Niniuitis, at Ionas ipsa excidium futurum prænunciabat; quamuis verebatur ne Deus placaretur pœnitentia. Et vide quàm vili ministro Ionæ legationem tam eximiam executus fuerit; in vrbē mirabilem caput Imperij, omni flagitiorū genere refertam, Sodomam superantem luxuria, iniuria, & iniquitate ceteras ciuitates; & tamen vnus homo alienigena auditur. In quo elucet Dei mittentis omnipotentia, vti in legatione Apostolorum per mundum vniuersum.

Dei potentia per viles ministros sua iussa exequentis.

5 *Quia ascendit.*] Hanc formam loquendi, *ascendit malitia eorum coram me*, ita explicant Hieronym. Augustinus, locutionibus in Genesim, Gregorius lib. 5. Moral. ca. 7. Albertus, Dionys. & Montanus, adeo excreuerunt, aut multiplicata sunt peccata eorum coram me, propter impudentiā, & libertatem, vt nequeam dissimulare. Remig. tamen Vatab. & Rob. idem esse putant; *Ascendit malitia eorum coram me*, quod malitia eorum mihi est manifesta, & nota, vt dissimulare non possim. Sed quia emphaticè dicit, nota mihi est, peculiari ratione, quod grauiora committerent peccata, & frequentiora: cum certè nullum Deum lateat delictum; idcirco priorem expositionem hæc posterior comprehendit.

Expositio prior. Hieron. August. Gregor.

Expositio posterior.

C

6 *Vt fugeret.*] Poterat modesta excusatione iniunctam legationē auertere, vt fecit Moses Exod. 3. 11. & Ieremias cap. 1. & alij, sed quia alia ductus

D causa ea honore profecta recusabat, fugit, fugæ causam diuersam adsubent auctores. Nazianzenus in Apologetico, Hieronym. Gregor. 6. Moral. ca. 13 Remig. & Hugo hanc fuisse Ionæ causam fugiendi existimant: sciebat Spiritu sancto suggerente, gentium conuersionem futuram suæ gentis ruinam, & idcirco ne suam gentem perderet, recusabat gentes ad Deum conuertere. Dauid Kimhi, Lyra, & Isidorus hanc reddunt rationem; grauissimum censuisse redarguere potentissimum Assyriorum regnum; & principibus cum rege coram resistere; fugit ergo extra terram Israel, existimans se ibi desertum iri ab spiritu prophetico. Sed quid hoc ad rem? nonne Niniue erat extra Israel?

Causa fugæ prima. Nazianz. Hieron. Gregor.

E Veriorem igitur causam adducunt Theodoretus, Theophyl. Lyra, Dionys. & Montanus, quam ipse Propheta reddit cap. 4. nam videns Dominum pepercisse ciuitati propter pœnitentiam, afflictus est, & dixit: *Obsecro Domine: Numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui; vt fugerem in Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, parcens, & multæ miserationis & ignoscens super malitia.* Timebat ergo falsus haberi Propheta, & hanc ignominiam vt auerteret, fugiebat, quasi Deum posset latere, sed infeliciter fugit, cum fuisset illi conducibilius eam tulisse ignominiam, etiam cum interitu, quàm sic proiectum esse in mare, & in stomachum belluæ marinæ traiectum: eiusmodi sunt enim inobedientium exitus.

Theodor. Theophyl.

Timore contumeliæ fugit. Inobedientium supplicia.

7 *In Tharsis.*] Quoniam huius nominis significata fusè expendimus super decimum caput Ieremiæ, quod huic loco magis cōuenit, modò ostēdemus. Certum quippe est hic non accipi pro lapide pretioso, sed pro loco, in quem Ionas fugiebat. Deinde pro comperto habendum est non accipi pro mari, sed pro aliqua terræ prouincia, aut vrbe. Idque ostendit ille modus loquendi, *Surrexit Ionas vt fugeret in Tharsis, & inuenit nauem euntem in Tharsis, Et descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis.* nam si nauis erat in mari, quid diceret, *euntem in mare*, & ingressum esse Ionam in nauem, vt iret cū eis in Tharsis, vel in mare? certè illi non ibant in mare, sed per mare ibant in locum continētis determinatum, in quem soluebatur è Ioppe, nempe vel in Africam, vel in Hispaniam, vel in Ciliciam; non in Indiam, ad quam non ibatur Ioppe. Id verius censemus, voluisse Ionam nauigare in Ciliciam, quæ olim Tharsis vocabatur, quod nomen mansit in Tarso vrbe: sic sentit Iosephus lib. 1. Antiq. c. 11. & lib. 11. cap. 11. Rheticius Episcopus Augustudunensis in Com. Canticorum, quem refert Hieronymus in Epistola 134. ad Marcellam, Abulensis super Chronicon Eusebij P. 2. cap. 27. & Lyra. Quod si dicas, dum nautæ interrogant, *quo vadis?* ostendunt incertam esse Ionæ viam, nempe mare: nam si nauis ibat in Ciliciam, in quā ingressus est vt iret in Ciliciam; cur interrogarent, *quo vadis*? Respondetur, vt nossent, in quam Ciliciæ vrbem iret: nec enim in incertum pergeret. Vel certè quærunt quo animo abeat, vel quam rem moliturus.

Tharsis quis locus.

Cilicia est Tharsis.

Iosephus. Rheticius. Hieron.

Obiectio.

8 *A facie Domini.*] Fugere à facie Domini Ionam nihil aliud esse putant Chaldæus, Theodoretus, Theophyl. Remigius, Albertus, Hugo, Dionys. & Monta. quam impositum prophetandi munus effugere. Sic enim Chaldæus exposuit, *vt fugeret ad mare potiùs quam prophetaret in nomine Domini.* Causam huius adducit Theodoretus, & Dauid Kimhi, & Lyra, Ionam existimasse, Deum, etsi curam gerat rerum omnium, in sola tamen Iudæa sese ostendere consueuisse, *quia notus in Iudæa Deus*; & Prophetas ad vaticinandum incitare: & proinde futurum esse, si solum mutaret, vt ab onere illo Prophetandi liberaretur. Sed quis credat adeo fuisse ignorantem Ionam, vt putaret Deum non loqui extra Iudæam Prophetis; qui locutus est Patriarchis in Mesopotamia, & Moisi in Ægypto, & mox Ezechieli, & Danieli in Chaldæa, & Media? Est igitur fugere à facie Domini nihil aliud, quàm fugam arripere ne Domino præcipienti ire in Niniuen pareret: vnde & in oppositam plagam effugit, nam qui est coram Domino, aut ante faciem Domini, aliquid operatur cum Domino, qui & illi præstò est, aut inspirando, aut iubendo, aut aliquid iniungendo. qui fugit ergo à facie Domini, fugit ne Dei inspirationē, aut iussum exequeretur. Vatablus addit, fugere à facie Domini esse

Expositio 1

Refutatio.

Expositio 2. vera. Fugere à Deo est nolle illi parere.

Expositio 3.

fugere è terra sancta; quæ erat in conspectu Domini, qui in templo colebatur, & inde terram illam conspiciebat, & administrabat. & extra illam terram non ea peculiari ratione aderat hominibus. Fugit autem inobediens timore ignominiæ correptus à Deo, à quo nemo fugit nisi ad Deum; quem qui non habet placatum, nequaquam euadet iratum. quare, vt rectè Aug. in Psalm. 70. *qui vult fugere iratum, fugiat ad placatum.*

9 *Ioppen.*] יפו *iapho* Hebraicè, vulgò nunc *Iaffa*, portus est Iudææ celeberrimus, in tribu Dan, maris Mediterranei, qui quadraginta sex passuum millibus distat à Bethlehē, vt Hieronymus Dardana scribit, hoc est, vndecim leucis cum dimidia. Est autem locus tam editus, inquit Plinius, vt ab eo Ierosolyma conspiciatur Iudæorum metropolis. Referunt autem Plinius, & Solinus infra citandi cap. 2. ante inundationem terrarum conditum, in quo ad saxum ligata fuit Andromeda filia Cephei, à Nymphis, vt à ceto deuoraretur, sed à Perseo liberata. Ad hunc portum Hiram rex Tyri ligna de Libano ratibus comportabat, vt dicitur 2. Paral. 2. & 1. Esdræ 3. inde autem deferebantur Ierosolymam. dicitur autem Ionas descendisse in Ioppen, quia vt ait Hieronymus, de arduis montibus veniebat. Vide autem quanta mala, vt vni satisfaceret voluntati, subiuit; patriæ priuationem, Dei, fidelium; maris pericula, mercedis abiectionem, & similia. Quid difficile non aggreditur homo, suum vt expleat, vel minimum appetitum!

Ioppe portus qualis. A Bethlehem quot leucis distet. Hieron. Plinius. Solinus. Ioppe vetusta. Andromedæ fabula.

Mala quāta secuta fugam Ionæ.

10 *Sopore graui.*] Putat Dionysius ante subortam tempestatem secessisse in nauis intimam partem, quæ carina dicitur, ne communicaret cum illis Gentilibus, vel ex nimia fugæ defatigatione, & tristitia: nam ex mœrore, ac tristitia sopore correptum Ionam, vti Apostolos, Marci 26. & Lucæ 22. quos Christus dormientes inuenit præ tristitia; asserunt Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, Remigius, Albertus, Hugo, & Montanus cum Chrysostomo Homil. de Iona: quam tristitiam peccati conscientia generabat, quia huiusmodi naturæ peccatum est, vt post partum dolores incutiat. Sed series narrationis nos docet suborta tempestate sensisse torsiones ob fugam, & timere cœpisse, ac mœrore confici, & ita sopori se dedisse Ionam: ne mali conscientia torqueretur, vt mos est impiis.

Sopor ex mœrore.

Chrysost. Hieron. Theod. Theophyl. Peccati partus mœror. Sopor mœroris leuamen.

11 *Mittamus sortes.*] Diuinatorias, quæ non fiunt sine superstitionibus, vt in Isagoge de Vaticinio diximus. Causa autem huius capiendi consilij fuit, quod præter solitum naturæ ordinem; & non secundum naturam, orta videbatur illa tempestas; ac proinde moralem causam esse existimabant, nempe facinus alicuius, quod Deus vellet vlcisci; nec enim ad sortes venissent, si causas naturales esse cognouissent. Sic Hieronymus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra ex R. Salomone, & Dionys. maximè cum, vt ait Theodoretus, & Dionysius, nautæ viderent naues alias secundis ferri ventis, suam verò fluctibus obrui, conterique, & inter alias, vt inquit Montanus, ferè rumpi, quod significant illa verba: *&* *remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumescebat super eos,* nempe aliis tranquillè nauigantibus.

Sorte requirebant ferō multus adducti

12 *Et timuerunt.*] Statim, ac dixit, *Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.* Timuerunt nautæ timore magno: nō quidem timuerunt, quod dixerit se *Hebræum*, hoc est, prætereuntem, aut prætergressorem; nam nomē *Hebræus*; traiectorem, aut transeuntem significat, vt alio in loco diximus, vt vult Montanus acutè, sed non verè: nec timuerūt, cum audierunt *Deum cæli*, quem colebat Ionas, quasi cognouissent eum esse, qui tempestatem excitauerat. Sed timuerunt, quia Ionas indicauerat illis suæ fugæ causam, nempe, fugisse à facie Domini, ne prophetaret Niniuitis: Ideo verba illa, *cognouerunt enim quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis*; præpostero ordine dicta, & per recapitulationē, post dicta verba, *Hebræus ego sum*, &c debent collocari, vt videtur Hieronymo, Remigio, Alberto, Hugoni, & Dionysio, iuxta regulam Augustini lib 3. de Doctrina Christiana cap. 36.

Timendi quæ causa nautis.

Recapitulatio.

August.

13 *Miserunt in mare.*] Extorta rei confessione multis interrogationibus, & animo renitente pœnā intulere, nō temerè, ad iudicum instructionem. Atque ita vno summerso ipsi omnes liberati; vt adumbraretur Christus, quo in crucem acto, omnibus salus contigit. Ex Eleazaro vetusto Scriptore notat Montanus, post priuatas deorum inuocationes, post iacturam factam, post sortes eductas, post deprecationem communiter susceptā, illud postremum sæpius tentatum à nautis, vt sublatum Ionam in mare vsque ad collum demitterent, rursusque ad sese in nauim reciperent, quoties autem demittebatur, mare conquiescebat, cum autem recipiebatur, rursus fremere, & intumescere sentiebatur, quousque in mare penitus demisere, & tunc stetit mare, véluti si quis persequatur fugitiuum, ait Hieronymus, & ex eo Remigius, cū reliquis; & concito pergat gradu, postquam fuerit persecutus, desistit currere, & stat, ac tenet quem apprehenderit.

Documentum iudicum.

Mira liberandi Ionā solicitudo.

14 *Immolauerunt.*] Hostias spirituales obtulisse, de quibus dicitur in Psalmo 49. 14. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua*; quia ibi hostias non habebant, explicant Hieronymus, Remig. Albert. & Hugo. Nam miraculo ad Deū, quem colebat Ionas conuersi, vt Hugoni videtur, Lyræ, Dionys. Vatab. & Montano, Ierosolymis se sacrificare, & vota complere promisere, cū commodè possent: vnde Chaldæus dicit, *& dixerunt se sacrificia facturos Deo* Verùm etsi reuersi sint Deum Ionæ & eum colere decreuerint, historia docet; hostias post sedatam tempestatē immolasse nautas; nam cum viderent, statim ac demissus est Ionas in mare, conquieuisse, in portum appulerūt, & ibi hostias vero Domino immolauerunt, aliasque promisere, dum in patriam redirent, aut certè Ierosolymam. sic sentiunt Theophylactus, Hugo, & Dionysius, nec enim summerso Iona, iam tunc habuissent à quo de lege instituerentur, iubente, ne extra Ierosolymam sacrificarent.

Hostias quas immolarunt nautæ.

Veras hostias immolarunt.

IONÆ

IONÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

PORRO Dominus subitò [a] ibi adesse fecit [a] piscem magnum, qui Ionam pene vndarum vorticibus absorptum in suum ventrem exciperet, vbi fuit tribus diebus cum tribus noctibus. Cum Ionas Dei præsentem opem sentiret, in spem erectus, [b] ad preces fundendas Domino Deo suo confugit, dicens. Cum tempestatibus affligerer in mari, clamaui ad te Dominum meum, & subuenisti mihi, clamaui etiam iam deuoratus à ceto, & in eius ventre, quasi in sepulchro, conclusus; & certam spem mihi præbuisti euasionis felicis. Proiectus sum [4] in medium maris, in abstrusa eius penetralia, & æstus fluctuum rapidissimi me circumdederunt, omnes pelagi gurgites, omnes exæstuantes vndæ me inuaserunt, & mecum ipse dicebam, abiectus sum, & omninò destitutus à Deo [5]. Scd cum in ventre huius belluæ viuum adhuc, & sanum tua misericordia me conspicio, spe certus sum fore, vt videam [5] templum sanctum tuum; nec mirum, cum tot pericula euaderem, nisi à te custoditus, non potuerim si quidem in bellua hac iam conclusum [6] aquæ ad stomachum vsque penetrantes inuoluerunt me, vsque ad extremum fere vitæ halitum, vsque ad maris pauimentum demisit me; [7] pelagi alga humi hærens irretiuit caput meum, dum ipsa bellua euiscam deglutiret. Ad profundas montium speluncas, & recessus deueni me. Montibus, qui quasi [8] vectes sunt terræ, ac à mari inundentur, perpetuò me clausum existimabam. Sed tibi Domine Deus meus subleuandus relinquor ne peream. Cum animam fermè agerem, numquam tui memoriam in me extinctam sensi, & ideò preces meas confido peruenturas ad templum tuum sanctum tuum. Ita fiet, vt licet alij [9] vanè idola sectantes misericordiam consecuti, debitis laudibus eam non prosequantur; at ego à te mirificè seruatus, victimas eum gratiarum actione offeram, & quæcumque voui, vbi in patriam ex legatione rediero, persoluam tibi Domino beneficentissimo pro donata mihi salute. Peracto triduo, cum Ionas ad sanorem mentem conuersus preces suas finiisset, Dominus pisci imperauit, vt Ionam euomeret; sic iussus euomuit illum [10] in aridam terram.

Cap. II.

[1] ET præparauit Dominus [a] piscem grandem, vt 1
deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis
tribus diebus, & tribus noctibus. Et [2] orauit Ionas ad
Dominum Deum suum de ventre piscis. Et dixit: Cla-
maui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me:
de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Et 3
proiecisti me in profundum, [4] in corde maris, & flumen
circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super
me transierunt. Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu 4
oculorum tuorum: verumtamen rursus videbo [5] templum
sanctum tuum. Circumdederunt me [6] aquæ vsque ad 5
animam. abyssus vallauit me, [7] pelagus operuit caput
meum Ad extrema montium descendi: [8] terræ ve- 6
ctes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corru-
ptione vitam meam, Domine Deus meus. Cùm an- 7
gustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum:
vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.
Qui custodiunt [9] vanitates frustra, misericordiam 8
suam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immo- 9
labo tibi: quæcumque voui, reddam pro salute Domino. 10
Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam [10] in a- 11
ridam.

ARGVMENTVM.

IONAS deuoratus à magno pisce, pœnitentia ductus, & spem salutis concipiens, preces ad Deum fundit, & vota vouet, & tandem tertio die in littus euomitur.

COMMENTARIVS.

1 ET præparauit.] Subito, ait Hieronymus, ibi adesse fecit, vt præcipitem Ionam in suos reciperet sinus: sic etiam Augustin. epistola 49. in vltima quæstione, Sulpitius lib. 1. Sacræ historiæ prope finem, Theodoretus, Theophylactus, Rupertus, & Montanus, idque verbum Hebræum [illegible]. *iamau* significat, quod est, subito parare rem, quæ præsto adsit vsui hominis. Nec dubitandum, quin Ionas missus in mare, vt dicitur c. 1. aquarũ vorticibus summergeretur, nisi Deus succurreret pisce illo, qui eum deuoraret, & simul liberaret, nec enim aperto ore, antequam aquas attingeret, cadentem excepit.

Parare quid sit. Hieron. August. Sulpitius. Theodor. Theophyl. Rupertus

2 *Piscem grandem.*] Quæ species piscis fuerit nemo definit; nam in Hebræo piscis magnus dicitur, ex cetaceo genere, vt dixere Septuaginta; *præcepit Dominus ceto magno.* & Christus Matth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* Iosephus quoque lib. 9. cap. 11. siue balæna fuerit,

Quod genus piscis. Iosephus.

A siue orcas, siue pristis, siue lamia, siue thinnus, siue alius quiuis magnus piscis. Aristoteles certe lib. 1. de historia animalium cap. 5. eos pisces nomine ceti comprehendit, qui pariunt, vt delphinum, vitulum marinum, balęnam; & hi ipsi cam ob rem mammas habent, vt idẽ ait lib. 3. c. 20. Verùm Galenus lib. 3. de facultate alimenti, & Sostratus apud Athenæum lib. 7. & Ælianus li. 9 de animalibus c. 49 & lib. 16. cap. 12. & multi alij, prægrandẽ piscẽ, siue ex ouo concipiat, siue non, ceti nomine comprehendunt. quorum magnitudo tanta est, vt dicat Basilius Homil. 7 in Examcron; montibus æquari, & instar insularum apparere. & Ambros. lib. 5. Exameron cap. 10. æqualia montibus corpora habere & Augustinus epistola 49. quæst. 6. contra Paganos tomo 2. pro huius loci confirmatione; *publicè, inquit, in Africa visam belluam marinam, cuius os erat velut spelunca.* Ossa ceti attulit ex Ioppe Romam M. Scaurus, cuius costarum lõgitudo quadraginta pedes excedebat; crassitas

Aristotel. Ceti nomine qui pisces accipiantur. Galenus Sostratus. Athenæus. Ælianus. Basilius. Ambros. August. Ceti vastitas ingens.

quibus quasi columnis, & fornicibus continetur terra, vt intelligunt Theodoretus, Theophyl. & omnes. Quod autem dicit, *terra vectes concluserunt me in æternum*; id est, quæ eius naturæ erant, vt nemo ex illis possit exire; quod dixere LXX. *Intrauit caput meum in scissuras montium, descendi in terras, cuius vectes retinacula sempiterna.* David Kimhi, & Isidorus ita hæc verba explicant. Putabam à principio, cum à ceto deglutirer, perpetuò clausum teneri in profundo maris à vectibus terræ; sed cum sanus, & viuus, Dei munere, in ventre ceti seruor, firmissimè credo, quod Dominus educet de perditione vitam meam.

Fiducia Ionæ.

9 Sensus 1. *Vanitates.*] Idola intelligunt Chaldæus, Hieronym. Theodoretus, Theophyl. Rupertus, Vatab. & omnes: hi enim, qui idola colunt, misericordiam suam derelinquunt, id est, mortem sibi asciscunt; dum se Dei priuant misericordia: vel Deum, à quo sunt misericordiam consecuti, derelinquunt: vel laudibus debitis misericordiæ beneficium acceptum non prosequuntur: at ego in voce laudis immolabo. ita prædicti, Isidorus & Rob. cum Chaldæo, qui sic exponit. *non more gentium idola colentium, quæ quo ex loco conferatur illis beneficium, nesciunt; at ego in laudem confessionis offeram oblationem meam coram te.* David Kimhi ad eumdem sensum, ita explicat de nautis, qui Ionam proiecerunt in mare. *Hi*, inquit, *à periculo liberati pietatem suam, qua votum Deo cæli fecerunt, relinquent; & ad impietates suas reuertentur; ego autem à periculo præsenti liberatus sacrificabo tibi, & quod voui, reddam.* Theodor. verò sic. *Nautæ idololatræ, misericordia sua obliti, me in mare proiecerunt.* Robertus pro pietate gentium accipit, qua colunt idola sua, quam vocat abominationem, nam nomen חסד *Hesed* contraria significat, vt Latinis *sacer*, Leuit. 20. 17. *Qui acceperit sororem suam* חסד *hesed ipsis* Vulgatus, *nefariam rem operati sunt*, vel opprobriū ipsis est. Prou. 14. 34. חסד *& hesed opprobrium gentibus est peccatum.*

Sensus 2. Vulgatus; *Miseros autem facit populos peccatum.* Sic ergo de nautis exponit; nautæ vana idola colentes, cum vidissent miranda tua facta, ad te conuersi abominationem suam derelinquunt, vel abiecerunt.

Sensus 3. Montanus sic explicat de Niniuitis, dum legit, *Qui custodiunt fumos vanitatis, pietatem suam sacrilegam derelinquent.* Hoc est, ita fiet, vt meo munere rectè apud Niniuitas obito, qui superstitiosas deorum leges custodiunt, quibus tamquā funibus obligatos se sentiunt, sacrilegam suam pietatem relinquant, auditis miraculis, quæ mihi in tua legatione contigerunt. Nam reuera omnia illa enarrasse videtur, quæ illi acciderant, quibus impulsi, ad pœnitētiam facilius traducti sunt. Dicit enim Lucæ 11. 30 Christus, *Sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti.* Solent autem conuersi peccatores ita succendi Dei donis, vt alios ad Deum adducere procurent, vt Psalm. 50. David, *Docebo iniquos vias tuas.* Verùm particula illa aduersatiua, *autem*, in quam conuertunt Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus, & omnes transferunt Hebræam, *Vau*, ostendit priores sensus esse veriores, in quibus *Hesed* accipitur, pro misericordia, gratia, beneficio. quasi dicat, qui idola colunt obliuioni tradent gratiam, seu beneficium à te acceptum, dum eos liberasti; at ego nō obliuiscar; sed voce laudis, & confessionis immolabo tibi, dum Ierosolymam redero.

Ionas prędicans Niniuitas prædicatores fecit.

Prior sensus verior.

10 Sulpitius Sententia. *In aridam.*] Seuerus Sulpitius lib. 1. sacræ Historiæ de Iona loquens. *In profundum*, inquit, *proiectus est, exceptusque à ceto marino monstro ac deuoratus, post triduum ferè Niniuitarum littoribus eiectus iussa prædicat*; quasi Niniue littora mari immotentia haberet, cum lōgissimè absit à mari vndiquaque.

Sententia. Quidam ad Seleuciam ad sinum Issicum euomitum Ionam arbitrantur, à qua per Syriam, & Mesopotamiam patet iter centum triginta quinque leucarum ad Niniuen.

Sententia Iosephi. Iosephus lib. 9. Antiq. cap. 11. quem Isidorus sequitur, & Sigonius super Sulpitium, affirmat eiectum Ionam ad littus Ponti Euxini, in quo maximi hi pisces morantur. Atque adeò cum Ionam deglutisset iuxta littora Iudææ, deuexit illum per mare Issicum, aut Cilicinum, Ægeum, Propontidem, & Bosphorum Thracium in Pontum Euxinum, in cuius portu, aut littore eiecto Ionæ, magnū terræ spacium erat pertranseundum trecentarum leucarum vsque ad Niniuen; & plures dies insumendi per montes asperos maioris Armeniæ, & per Amanum montem, vnde oritur Tigris; cui insidet Niniue; à Palæstina autem sola Mesopotamia erat prætereunda ad Assyriam.

Sententia. Itaque à quocumque littore longissimum iter erat Ionæ conficiendum; licet breuius centū triginta leucarum ab Issico sinu; quare si vrgebat necessitas, vel Dei charitas Niniuitas admonendi, & salutis eorum procurandæ, ab hoc littore videtur quibusdam probabilius cœpisse viā Ionam. sed ex c. 3. initio quæ sit sententia probatior, colligetur.

August. Hanc Ionæ historiam principem locum tenere inter figuras mortui, sepulti, ac suscitati Christi, & Christus ipse docuit, & sancti Patres fatentur; & inter alios eam optimè declarant Augustinus l. 4. de Symbolo ad Catechumenos, c. 6. Epist. ad Deogratias q. 6 lib. 18. de Ciuit. Dei c. 30.

Hieron. Ambros. Chrysost. Iustinus. Hieron. in Epist. ad Paulum, & Ambros. in Psalmum 43 & Sermo. 48. Chrysost. Homil. 24. in priorē ad Cor. Iustinus in responsione quæst. 64. Orthodoxorū.

Calor bu... Dei potentia temperatus. Si quis autem quærat quomodo Ionas potuerit in ceti stomacho calidissimo tres dies incolumis seruari, respondent Hieronymus, & latè Augustinus Epist. 49. qu. vltima, Theophylact. & omnes, id Dei potentia factum esse, qui ignis vim temperauit ne tres pueros in furnace contingeret.

IONÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

IONÆ incolumi ex ventre beluæ eiecto & sanitati agenti, Dominus secundò [1] locutus est hunc in modum. Abi celeriter in Niniuen ciuitatem magnam; & denuncia eius ciuibus id quod prius tibi præcepteram denunciate. Abiit Ionas incunctanter præcepto Dei obediens (Porro Niniue adeò & magna ciuitas erat vt itinere trium

CAP. III.

1 ET factum est verbum Domini ad Ionam secundò, 1
dicens: 2 Surge, & vade in Niniuen ciuitatē ma- 2
gnam: & prædica in ea prædicationē, quam ego loquor ad
te. 3 Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum 3
Domini: & Niniue erat [a] ciuitas magna itinere trium die-

diuturno persuadi oporteret. Cum ergo partem vrbis itinere [3] vnius die perlustrasset, grauissimis, & formidolosis vocibus euersionem vrbi, & ciuibus exitium publice denunciare cœpit, iam propinquum, vt diceret, elapsis [4] quadraginta diebus [5] Niniuen subuertendam. Permoti omnes iam forma dolorosoclamore, ad audiendum Ionam vndique confluebant: quibus ille exponebat suæ causam legationis, ac prodigioso facto quod sibi acciderat, eam respuenti, manifesto, confirmabat. [6] Crediderunt ergo cælitus permoti Prophetæ a Deo misso, & ad sua peccata pœnitentiæ remedia capianda confugerunt, & Ionas obita fideliter legatione, egressus de ciuitate, ad Orientalem eius parté consedit procul, vbi facto tuguriolo, sub vmbra illius moratus est, tercuentum vt expectaret. Niniuitæ, qui audierant Ionam, timore perterriti, vestem mutauerunt, & ieiunio Deum placare decreuerunt. Cumque tantus esset gemitus subortus, tantaque comploratio omnium ordinum, & omnium ætatum, vt vrbs iam subrui videretur; res ad regem delata est: qui solio abiecto, & regio vestimento deposito, saccum induit, & in cinere sedit, & regio suo, ac magnatum decreto, publicè per præcones hæc in vniuersa vrbe [8] indici præcepit. Nullus hominum, nullum iumentorum, armentorum, aut gregum quicquam gustent; non pascantur, non bibant; quin saccis operiantur tam homines, quàm iumenta, & clamitent voce contenta ad Deum: simulque deserat vnusquisque suam pessimam pristinam viuendi rationem, ac iniustitiam, quam in conciues perpetrauerit: [9] placabitur fortasse Deus pœnitentia nostra, & non immittet malum, quod nobis per Ionam est comminatus, nec peribimus. Vidit Deus opera Niniuitarum & quomodo [10] conuersi fuerint à via sua mala, & eorum [11] misertus, vt pater clementissimus, sententiam mutauit, ac malum, quod illis infixerat per Ionam denunciari, inferri permitteret.

rum. Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere [3] diei 4
vnius. & clamauit, & dixit: Adhuc [4] quadraginta dies,
& [5] Niniue subuertetur. [6] Et crediderunt viri Niniui- 5
tæ in Deum: [7] & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt
saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum 6
ad regem Niniue: & surrexit de solio suo. & abiecit vesti-
mentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.
Et clamauit, [8] & dixit in Niniue ex ore regis, & prin- 7
cipum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pe-
cora non gustent quicquam; nec pascantur, & aquam non 8
bibant. Et operiantur saccis homines, & iumenta, &
clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à
via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum.
[9] Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuer- 9
tatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus 10
opera eorum, quia [10] conuersi sunt de via sua mala: & [11]
misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt
faceret eis, & non fecit.

ARGVMENTVM.

IONAS iterum iubetur Niniuen ire ad prædicandum eius subuersionem. Niniuitæ vocibus Ionæ permoti, ieiunijs, & saccis se castigant; atque humili pœnitentia, placato Deo, vrbis suæ subuersionem deprecantur.

COMMENTARIVS.

Ionas in littus Palæstinæ eiectus.

ET *factum est.*] Ex modo præcipiendi Ionæ, vt iret Niniuen, priori persimili, non obscurè colligitur, eiectum Ionã ex vtero ceti in aridam, in littoribus Palæstinæ, abiisse Ierosolymam, ad templum Domini, vt ibi immolaret, & vota solueret pro sua incolumitate, vt in capite secundo promiserat; & dum tranquille ageret eodé prorsus modo, quo prius, factum est verbum Domini ad Ionam secundò, dicens. Surge, quia non in via versus Niniuen es, sed Ierosolymis, aut in patria, vt prius, consides; & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea. Putabat Ionas se iam sua functum legatione, non vlterius mittendum: vt Petrus suo peccato pollutus, potius reten oc iam à Christo dimitteretur. Sed suscitatus illi prudentior, & feruentior commendat oues suas, dicens, *pasce oues meas*; ita Ionæ suscitato commendat conuersionem Niniuitarum: sic enim Christus suscitatus gentium conuersionem procurauit, missis Apostolis suis, singulis in amplissimas prouincias; vt Ionas solus missus est in magnam ciuitatem. Itaq; secundò iussus est ire, vnde prius reuertebatur; nec vlla cogit ratio affirmare lõgissimum iter pertransisse, cum ad rem, & mysterium nihil esset necesse.

Ionas mittitur secũdò ex patria.

Ionas non deseritur à Deo.

Ciuitas magna] In Hebræo legimus; *& Niniue erat ciuitas magna lelohim Deo.* & LXX. quidem in dandi casu transferunt, *ciuitas magna Deo.* & Chaldæus, *magna coram Domino*; hoc est, erat ciuitas reuera magna quam Deus, qui falli non potest, magnam habebat, & non solum homines, qui facilè decipiuntur; & ita plurimi Deus eius salutem faciebat; vt explicant Theodoretus, & Theophylactus. Nam hoc est quod dixit Deus cap. 4. Ionæ. *Tu doles super hederam in qua non laborasti, & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam cẽtum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram, & sinistram suam?* Atque hic videtur huius locutionis verus sensus. Sed Hieronymus, & recentiores omnes vertunt per genitiuum, *ciuitas magna Dei*, ea forma loquendi, qua solet Scriptura dicere Psalmo 36. *Montes Dei.* & 79. *cedros Dei*, hoc est, altissimas, & 1. Paral. 12. *exercitum Dei.* & 1. Reg. 25. *Conuiuium regis*, lautissimum: & rationem reddunt Vatab. & Montanus, quia quod Deo ad vsum, cultum, & laudem tribuitur, est optimum quodque: vnde *ingenium diuinum* dicimus, & vulgò *tierra de Dios*; & vlterior ratio est; quia sicut Deus dicitur, cui nihil deest, ita quicquid absolutum est, diuinum dicitur. Socrates in Memnone Platonis ait, hanc Laconum fuisse consuetudinem, vt absolutos viros, *diuinos* nominarent; & Cicero 2. lib. de oratore ait. *Quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper Deus videri soles*; id est, inter omnes excellere. Erat ergo Niniue ciuitas magna Dei, quia omnibus constabat, quæ absolutæ ciuitati necessaria erant. Descripsimus in 2. cap. eius magnitudinem. Præmonet autem Deus Iudam & parat ne metu deterreatur vt parauit Apostolos mittens inter lupos, Matth. 10. & Ioan. 14. & Ieremiam cap. 1 & Ezech. cap. 2. nam licet esset magna ciuitas, & ipse solus; at cum Deo mittente poterat vniuersam gentem impiam sibi subiugare.

Magna ciuitas.

Forma loquendi.

Socrates.

Cicero.

Deus misso à se opẽ præstat.

Diei vnius.] Hoc est, perlustrauit partem vrbis, quæ

Sensus verus

Sensus verus. quæ vno die transiri potuit, nempe tertiam: vt Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Monta. Idque satis verba Prophetæ ostendunt, quia propterea notauerat eius magnitudinem *Itineris verbi ratio.* tantam fuisse, vt itinere trium dierum egeret, vt peruaderetur; & Ionas vnam tantùm partem, quę vno die potuit pertransiri, peruasit, non quidem recta via, sed per vicos obuios, qui ob viarum, & compitorum anfractus, tardiori perlustratione deberent peragrari; vt videntur accepisse Theodoretus, & Montanus. & hæc intelligentia addit pondus rationi Christi Matth. 12. Siquidem cum *Christi sententia.* non totam peragrasset ciuitatē, Gentiles egerunt pœnitentiam; & cum toties Dominus in vicis Ierusalem prædicasset, nulli, aut pauci conuersi inueniuntur. Hieron. & Rupertus Remig. Albertus, *Sensus alter.* Hugo, & Dionys. eum secuti, eam interpretationem etiam sequuntur, quod tā festinus ambulauerit, memor naufragij, vt vno die triū dierū viā pertrāsierit. Sed prior sensus simplicior, ac verius.

4 *Athanasius Dei patientia.* *Adhuc quadraginta dies.*] Auctore Athanasio in li. de passione Domini, in aduerbio *adhuc* notatur Dei patientia, vt Isaiæ 5. *Quid adhuc fa ero debui vineæ meæ.* & Ieremiæ 2. *adhuc iudicio contendam vobiscum.* nam si Deus vellet excindere Niniuitas, inopinatos euerteret; ex quo autem eos monere voluit, ad pœnitentiam contendit prouocare. Lege Tertul. & Cyprianum de bono patientiæ. *Quadraginta*; in Hebræo codice absque dubitatione hic numerus habetur, & ita transtulerunt Chaldæus, Syrus, Aquila, Symmachus, Theodotio, & Vulgatus cum soli LXX. *adhuc tres dies verterint*, in omnibus codicibus, quos & Græci Patres sequuntur, etsi Origenes non solùm Homil. 16. in Numeros, sed 1. in Ieremiam, cum disiunctione legit, *adhuc tres*, vel, *quadraginta dies.* cuius erroris eos damnat Hieron. cum ex Hebræis vocabulis nulla illis fuerit occasio errandi. Iustinus Philosophus, & Martyr in lib. contra Tryphonē, respondet, LXX. scripsisse, *adhuc quadraginta tres dies*, coniungentes tres *Iustinus quid sentiat.* dies legationis, in quorum primo solo Ionas prædicauit; at librarij relicto numero maiori posuerunt minorem, & hic remansit in omnibus codicibus. quæ lectio si in aliquo inueniretur codice, *Solutio 2.* probaremus Iustini solutionem. Montanus aeutā aliam solutionem adinuenit: Ionam dixisse, amphibologicè, *adhuc quadraginta dies*, & Niniue versa, in bonum scilicet, si pœnitentiam egissent, & in malum si nō egissent, quia destrueretur; & quia *Septuag.* LXX. viderunt versam in bonum tribus diebus, ideò eam conuersionem expresserunt dicentes, *adhuc tres dies, & Niniue mutabitur.* quæ expositio verisimilis esset, si LXX. ita mutationē expressissent, & non destructionē, cum dixere, *& Niniue subuertetur*, vt habet Hebræa lectio. Veriùs ergo Theo- *Solutio vera.* dor. quem sequitur Theophylact. soluit quæstionē his verbis. *Hoc Aquila, Symmachus, Theodotio quadraginta dixerunt; consentiunt autē hos etiam Syrus, & Hebræus. Credibile autem est etiam LXX. concordem aliis posuisse numerū, sed qui ab initio scripserunt errasse in hoc, ac deinceps in omnia exemplaria permanasse editionem.* Atque ita ex Græcis vetusti Patres qui LXX. sequuntur, lectionem Hebræam præferunt. Sunt *Recentiorum solutio.* quibus videatur Ionam non vno, aut altero die comminatum euersionem Niniues; & sicut initio dixit, *adhuc 40 dies*, in sequentibus diebus minuisse numerum, ac identidem minatum, adhuc 30 vel adhuc 10 & demum tertio ante completionē dierum, dixisse, adhuc tres dies, quem numerum ex traditione scripsere Septuaginta.

Niniue subuertetur] Vna cum vrbis subuersione denunciatam esse ruinam Assyriorum imperij, 5 *Ionas & vrbi & imperio comminatur Assyriorū. Iosephus. Tobias.* asserit Iosephus lib. 9. Antiq. c. 11. cum ait, *& stans Ionas in media ciuitate prædicauit, quia post breuissimum tempus Asia perderent principatum*; quod & Tobias insinuauit cum c. 14. 6. dicit. *Prope erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini: & fratres nostri, qui dispersi sunt à terra Israel. reuertentur ad eam.* quæ sic legunt LXX *Abi tu Mediam fili; quia credidi quæcumque locutus est Ionas de Niniue, quia subuertetur*; & infrà. *Audiuit priusquam moreretur perditionem Niniue, quam captiuauit Nabuchodonosor, & Assuerus.* At hi imperium Assyrium subuerterunt: sed de hoc in Chronologia sacra fusiùs diximus.

Et crediderunt.] Deo per Prophetam loquenti, 6 *Quæ ratio credendi Niniuitis.* aut fide certa in Deum verum crediderunt; quia videlicet, vt notat Montanus, simul exposuit illis quicquid ei acciderat in mari, quod retpuisset legationem. Vnde enim Ethnici tam facilè peregrino homini, & nullius auctoritatis crederent, nisi signum adeo mirabile, diuina gratia operante, illis exposuisset, quod ad vitam mutandam permouisset? Nā vt diximus ex Lucæ 11 30. *sicut fuit Ionas signū Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti*; & Apostoli signis præminentes conuertebant gentes.

Et prædicauerunt.] Hoc tempore, & hoc loco, si 7 *Recapitulatio.* seruemus rectū historiæ ordinē, obita legatione, egressum Ionam de ciuitate, vt spectaret rei exitū, vt refertur per recapitulationēm cap. 4. illis verbis [*Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientē ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati.*] asseruit Theodoretus, Lyra, & Dionys. Expectauit ergo quadragesimum diem; quo peracto videns incolumem ciuitatem, cæpit conqueri cū Deo: intra illos vero dies Niniuitæ placauerunt Deum. Nihilominus Vat. & Monta. nullam hic agnoscunt ordinis inuersionē; sed vidisse Ionam aiunt pœnitentiam Niniuitarum, & spiritu prophetico cognouisse Deum illis parciturum: atque ideo querelas capitis quarti excitasse. Sed quia adhuc sperabat aliqua pœna, licet non integra, plectendos Niniuitas, egressus est, vt expectaret euētū 40. dierū, & postea præparauit ibi Deus hederā, vt argumento ex illa sumpto Ionam conuinceret.

Et dixit.] Per magistratum, & vrbis primarios, 8 *Niniuitarum pœnitentia.* quales erant Romanis Triumuiri; volebat autem & iumenta, equos, & camelos ieiunare, & depolitis preciosis ornamentis, & tapetibus, quibus tegi solent, indui saccis. Quis autem fuerit rex Niniues, qui hoc decretum indixit, in nostra Chronologia sacra ostendimus fuisse Sardanapalum: id *Sardanapalus.* quod Hieronymus indicat in 1. Hoseæ, & Amos.

Quis scit.] De hac loquēdi forma diximus aliàs. 9 *Sensus singularis.* Tamen Montanus sic vertit hunc locum. *Quis scit conuertatur, & placabitur Elohim, & reuertetur à furore iræ suæ, & non peribimus*: quasi rex de spe certus, dixisset. Qui sibi conscius culpæ est, ad bonā frugem se recipiat, & orbis rectorem Deum, qui pro induciis, 40. dierum spacium nobis assignauit placatum reddet. Cōfirmat ea Chaldæo, qui sic exponit. *Quis scit quod in manibus suis culpa sint, conuertatur ab eis, & misertum erit super eum à facie Domini.* Verùm LXX & Vulgatus cum ceteris in

interpretibus, cum interrogatione legunt, vt sæpe alias in Scriptura contingit.

Conuersi sunt.] Veram fuisse Niniuitarum conuersionem, & hic innuitur non obscurè, & asserunt Chrysostomus Homil. 10. de pœnitentia, Ambros. in cap. 11. Lucæ, & sermo. 40. de ieiunio Niniuitarum, & sermo. 85. de barbaris non timendis; & Augustinus Epistola 99. & Homil. 50. quin & Christus Matth. 12. & Lucæ 11. id tradit. Quare quod quidam hic dicit Niniuitas de pessimis suis moribus egisse pœnitentiam, non de idololatria, non sanè probandum est, cum & ipse tandem veram eorum conuersionem, cum ceteris expositoribus, commendet.

Misertus est.] Origenes Homil. 16. in Numeros, quærit quomodo Dominus dixerit Niniuen subuertendam, cum non esset futurum? & respondet, non protulisse definitam, & irreuocabilem sententiam, sed comminatoriam, vt corrigerentur: vt Ierem. 18. *Si egerint pœnitentiam, agam, & ego pœnitentiam de malo, quod cogitaui, vt facerem eis.* Eadem est responsio Chrysostom. Homil. 15. ad populũ Antiochenum, Hieronymi hic, Concilij Toletanic. 2. Gregorij 19. Moral. c. 18. & S. Thomæ 1. P. q. 19. ar. 7. & à nobis dictum est Isagoge lib. 3.

Sententia Dei eus ad impieta.

Chrysost. Hieron. Gregor.

Sed sicut posita pœnitentia non est subuersa Niniue, ita postea dum ad sua scelera redierunt, ad exitum deducta est hæc prophetia; vt prædixit Tobias supra adductus, Iona etiam nominato, secundum Septuaginta & Hieronymum hic in procemio; de cuius tẽpore subuersionis in Chronologia nostra sacra diximus.

Niniue subuersa tandem.

IONÆ PROPHETÆ.

Paraphrastis.

VBI transacto 40. dierum spacio vidit parcitum esse ciuitati, [1] afflictus est Ionas [2] vehementer ac dolore ad impatientiam motus, vitæ suæ odium, tædiumque concepit, & precibus ad Dominum conuersus dixit. Annon quæso Domine, hoc est, quod dixi, cùm eram in terra mea, & ob id præoccupaui, vt fugerem in Tharsis, quia hunc rei exitum pertimescebam? Noui enim multis argumentis te Deum clementem esse, misericordem, & patientem, & [illegible] cordissimum denique, & eum, qui faciè sententiam mutes de infligendo malum quod sis comminatus. Nunc ergo, siquidem ita se Niniuitarum res habet, nam eis pepercisti, tolle Domine à me animam meam, quia satius mihi mori est, quàm viuere. Et dixit Dominus Ionæ, an existimas iustè te tam vehementer indignari, quod Niniuitis pepercerim? Vt verò facili aliquo exemplo ostenderet Dominus iniustè Ionam indignari, fecit ibi subitò suboriri [3] hederam, quæ adeò creuit, vt capiti Ionæ superaret, efficeretque illi vmbram; quia nimio æstu, atque animi mœrore laborabat. Lætatus est autem Ionas vehementer pro hederæ beneficio. Sed Deus postero die, aurora illucescente, [4] vermem ibi adesse fecit, qui corrosit hederam, & exaruit. Cumque ortus fuisset Sol, ventum Deus calidissimum, ac vehementem flare fecit, & Sol adeò feriebat Ionæ caput, vt pene exanimatus mortem sibi præstò esse concupisceret, diceretque; melius mihi est mori quàm viuere. Tunc Dominus dixit Ionæ Num iustè tibi irasci videris propter hederam? & ille iustè sanè, & vtinam mors mihi sit. Et dixit Dominus ei: Tu homo cùm sis, doles, & ægrè fers quod aruerit hedera, cui colendæ nullum laborem impenderas, neque vt cresceret, feceras; quæ vna orta nocte, eadem ipsa periit; & ego, quem tu dicis clementissimum, vt sum verè, non parcerem Niniuæ antiquissimæ, clarissimæ, & amplissimæ vrbi, in qua sunt plures quàm centum viginti millia puerorum, vt ceteros omittam, qui non pollent adhuc iudicio, quo vel etiam notissimas discernant, eiusmodi est discernere quæ sit [5] manus dextera, quæ sinistra: & multa præterea iumentorum copia, quibus prosp cere me clementissimum Deum meritò oportuit.

Cap. IV.

[1] 1 ET afflictus est Ionas [a] afflictione magna, & ira-
tus est. | Et orauit ad Dominum, & dixit. Ob- 2
secro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cùm
adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fuge-
rem in Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens, & mise-
ricors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens su-
per malitia. | Et nunc Domine tolle quæso animam meã 3
à me: quia melior est mihi mors quàm vita. | Et dixit 4
Dominus: Putasne benè irasceris tu? | Et egressus est Ionas 5
de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis: & fecit si-
bimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra,
donec videret quid accideret ciuitati. | Et præparauit 6
Dominus Deus [3] hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt
esset vmbra super caput eius, & protegeret eum: (labora-
uerat enim,) & lætatus est Ionas super hedera lætitia ma-
gna. | Et parauit Deus [4] vermem ascensu diluculi in cra- 7
stinum, & percussit hederam, & exaruit. | Et cùm ortus 8
fuisset Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti: &
percussit Sol super caput Ionæ, & æstuabat; & petiuit ani-
mæ suæ vt moreretur, & dixit: melius est mihi mori, quàm
viuere. | Et dixit Dominus ad Ionam: Putasne benè ira- 9
sceris tu super hedera? Et dixit: bene irascor ego vsque ad
mortem. | Et dixit Dominus: Tu doles super hederam, 10
in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret: quæ sub vna
nocte nata est, & sub vna nocte periit. | Et ego non par- 11
cam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centũ
viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit [5] inter dex-
teram, & sinistram suam, & iumenta multa?

ARGVMENTVM.

ÆGRE fert Ionas Deum placatum Niniuitis, ac de eo queritur, ac mori precatur, sed argumento ex hedera sumpto, qua protegebatur ab æstu, subito exarescente, ostendit Niniuitis iure fuisse parcendum.

COMMENTARIVS.

1 ET afflictus est.] Qui a post 40. dierum finem nihil mali vrbem subiuere vidisset, cum anxietate Deum precatus est, ait Theodoretus iuxta seriem propositam cap. 3 n. 7.

2 *Afflictione magna.*] Huius afflictionis causam eandem esse, ac fugæ, qua fugit in Tharsis, ipse Ionas satis hic declarat, vt supra ca. 1. n. 6. cæpimus ostendere: fugiebat enim vt hunc dolorem euitaret, & ignominiam propulsaret falsi mendacis Prophetæ, in opprobrium prophetiæ, & Dei ipsius Israelis; qui à Gentibus vituperaretur; vt intellexere Theodoretus, Theophylactus, Albertus, Dionys. Isidorus. Ceteri putant dolorem exortum ex amore populi sui, quod videret, vt aiunt Hieronymus, Remig. & Hugo, gentium multitudine irritante, penitere Israël, vt Deuter. 32. prædictum erat: *Ego irritabo eos super gente, qua non est.* Vel dolebat secundum Vat. & Montanum, quod tam facilè pœniteret gentes in condemnationem populi Israel, in quo tot Prophetæ frustra laborassent, atq; ita laborabat zelo indiscreto. Vel quod esset opinio solos Iudæos saluandos, Gentiles verò iræ diuinæ obnoxios esse. Vel demum iuxta Montanum dolebat, quod parceret Deus Assyriis in ignominiam, & excidium suæ gentis, quam puniendam, illis ministris præuidebat. Itaque Ionas idcirco fugiebat in Tharsis, ne falsus Propheta haberetur in malum, & probrum suæ gentis; non tamen dolens de salute Niniuitarum, vt lanius eo loco diximus.

3 *Hederam.*] Nomen קִיקָיוֹן *kikaion* speciem arboris significare omnes affirmant; sed quæ illa sit nemo certo definit. Montanus, & Mercerus ex Dauide Kimhi, & aliis Hebræis, probant eam arborem esse, quam Latini *ricinum* vocant & Græci *κίκι*, vulgo *biguera del infierno*: frutex est latis foliis, & vmbræ parandæ commodissimus. Verum quis non videat quàm iniocundus aspectu, & minimè opacus hic frutex sit, vt tantopere eo sit Ionas lætatus; nec credendum est inter tam multa aptiora protegendo Ionæ arbusculā ricinū à Deo selectam ad id muneris. Cum autem nullum sit nomen, quod Latinis, Græcisque respondeat, multi interpretes Hebræum reliquerunt *Kikaion*, vt Chaldæus. Est enim, ait Hieronymus, genus arbusculæ lata habens folia in modum pampini, & vmbram densissimam, suo trunco se sustinens; quæ in Palæstina creberrime nascitur, & maxime in arenosis locis; mirumque in modum, si sementem in terram ieceris, cito confota consurgit in arborem, & intra paucos dies, quam herbam videras, arbusculam suspicis. E Syro, & Punico vocabulo, seu Arabico *ceroa* dicta ait ibi Hieronym. & R. Samuel, & Officinæ vocant *Kikerua*, u, consonante. Sed magna *Kolokyntidam*, seu *cucurbitam* transtulerunt: quorum interpretatio vsu totius Ecclesiæ recepta est. Aquila vero, Symmachus, & Theodotio *κισσόν*, hoc est, hederam verterunt; quos secutus est Vulgatus, cuius lectio quamuis olim displicuerit multis, qui propterea magnas turbas excitarunt, vt Augustinus refert Epistol. 10. ad Hieronymum, tamen præualuit Hieronymi translatio, reddita illustratione, hoc loco & in Epistola 11. ad ipsum Augustinum. Vbi à Syris ait eam arborem *Ciceiam* appellari vocabulo pro Hebræo. Dicit ergo in ea Epistola Hieronymus, in Hebræo neque hederam esse, neque cucurbitā; sed *hederam* se vertere maluisse, vt Aquilæ & ceteris interpretibus consentiret, qui sic interpretati sunt. Alias autem cucurbita agrestis propriè dicitur in Hebræo פקעת *Pakuhha* 4. Reg. 4. 39.

4 *Vermem.*] Theophylactus erucam putat, sed non probatur, quia cum ea tam tenera esset, ... breui radicem erodere non valeret; cum solum caulis depascatur. Nomen Hebræum *Tholaha* à rodendo dictum, terebella, seu teredinem significat, vulgo *la carcoma*, ait Montanus. Nec tantum huius animalculi corrosione periit, sed etiam venti Orientalis, vt transferunt Pagninus, & Vatab. Subsolanum vocat Montanus Orientalibus regionibus valde noxium, & adeo vehementem, vt aures colloquentium surdas faciat; & id Hebræo vocabulo significatur, nam iuxta Kimhi idem est, quod ventus surde faciens. Ideo ergo hedera vna nocte orta eadem nocte periit: & vt in Hebræo dicitur, *filia noctis fuit, & filia noctis periit.*

5 *Inter dexteram.*] Dei pueris innocentibus omnes interpretantur, qui nesciunt discernere inter manum suam dexteram, & sinistram. sic Chaldæus vertit, *qui nesciunt inter dexteram, & sinistram discernere quasi pueri*, Theodoretus, Theophylactus, & alii, inter eos autem rudes, & inertes numerat Dionysius. Hac periphrasi arguit Ionam Deus, etiamsi Niniuitæ non egissent pœnitentiam, qua ratione pateret vrbem adeo magnam subuerteret, in qua essent centum viginti myriades innocentium, qui non meruerant puniri, & iumenta multa? Qui ex re quantum eluceat diuina clementia omnibus, constat. Si enim salutē ab homine quæreremus, non consentiret, vt Ionas fecit. At Deo clementissimo gratiæ, qui non secundum peccata nostra facit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis: siquidem & iumentis parcit, & propter illa merentibus pœnam hominibus. vt certi reddamur, melius esse incidere in manus Domini, quam in manus hominum, cui nomen, & Imperium in secula seculorum. Amen.

Matriti die 14. Februarii
anni 1586.

Fuga Ionæ causa

Kikaion arbor. Sententia.

Augustinus.

Hedera.

Terebella vermis.

Argumentum à miseratione

Dei clementia quanta.

COMMENTARIORVM IN MICHÆAM PROPHETAM

Liber Sextus.

PRÆFATIO.

MICHÆAS Israelitici, ac Iudaici populi concionator, & Propheta in vtriusque populi inuehitur idololatriam, & in multiplicia mala ex ea profecta: quæ tam principes laici, reges, & magistratus; quam Ecclesiastici sacerdotes, & pseudoprophetæ in tenuiores committebant: ob quæ primò Samariæ cum Israele, quòd prima fuerit in scelere; deinde Ierusalem, & templo cum vniuerso Iuda, extremum excidium per Assyrios, & Chaldæos inferendum comminatur. Simul tamen consolatur, promittens & felicem è Babylone reditum in patriam; & feliciorem, nato Christo Bethlehemi, liberationem, & reditum fidelium in montem Sion, vnde Ecclesia Christi ducet originem.

MICHÆÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] HÆc sunt verba, quæ fecit Dominus ad Michæam ciuem [2] Morasthi vrbis Iuda, regnantibus Ioathan, Achaz, & Ezechia regibus Iuda: [3] de his quæ illi sunt in visu ostensa contra Samariam, & contra Ierusalem.

Audite me vniuersæ tribus Israel, & Iuda; audiant me omnes huius terræ incolæ. Ad vos enim meus hic sermo dirigitur. Dominus ipse Deus, qui [4] in cælis habitat, vnde prospectat omnia, ipse inquam est, qui vobis per me [5] testificatur, ac prædicit omnia, quæ parat in vos mala. Ecce enim Dominus propediem [6] exeret potentiam suam, & medio hoste conculcabit reges, & principes terræ huius; nemoque erit in vobis, excelsus licet sit, & potens, qui ei resistere valeat, quinimo vt montes complanati dissoluemini, & plebei vt valles in hiatus dirumpemini, & fluetis liquefacti coram eo, vt cera a facie ignis, neque poteritis subsistere, sicut aquæ è loco decliui defluunt præcipites. Euenient autem hæc mala propter idololatriam [7] tam Israel quàm Iuda. Et si quæratis, quisnam tàm horrendum scelus inuexerit in Israel? [8] Certè Samaria, cuius reges aureos vitulos erexerunt. Quis extruxerit altaria excelsa idolis in Iuda? Certè Ierusalem, cuius reges, vt Salomon, aras constituerunt in omni loco excelso, & subter omnem arborem frondosam. Idcirco [9] efficiam vt Assyrii Samariam deuastent, & redigant in aceruum lapidum, qualis cogi solet in agro a serentibus vineam: & vt lapides murorum eius, & domuum in subiectam vallem proiiciant, solis fundamentorum nudorum vestigijs remanentibus. Omnia idola in ipsa reperta Samaria concident, vt materia, ex qua sunt confecta portantur; & dona illis oblata, quasi pro mercede idololatriæ, igni tradentur: denique nihil d[illegible] [illegible] eorum remanebit. Quia verò putat Samaria [illegible] sua [10] o[illegible] accessisse, vt mercedes idol[illegible],

CAP. I.

[1] VErbum Domini, quod factum est ad Michæam [2] Morasthiten, in diebus Ioathan, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: [3] quod vidit super Samariam, & Ierusalem. ‖ Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis [4] in testem: Dominus [5] de templo sancto suo. ‖ Quia ecce Dominus [6] egredietur de loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ. ‖ Et consumentur montes subtus eum; & valles scindentur sicut cera à facie ignis, & sicut aquæ quæ decurrunt in præceps ‖ In scelere [7] Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob? [8] Nonne Samaria? & quæ excelsa Iuda? Nonne Ierusalem. ‖ Et [9] ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. ‖ Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem quia [10] de mercedibus meretricis congregata sunt & vsque ad mercedem meretricis reuertentur. ‖ Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus, & nudus: faciam planctum [11] velut draconum, & luctum quasi strutionum. ‖ Quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei [12] vsque ad Ierusalem. ‖ [13] In Geth nolite annuntiare; lacrymis ne ploretis; [14] in domo pulueris puluere vos conspergite

quod se idolis po[...]net gentium, cum quibus negotiabantur, pro certo nouerit eas in manus ventu[ras] Assyriorum idololatrarum, qui tri[bu]t[a] idololatriæ mer[ced]es [in] vsus di[uinos] acceptas referant, & ci[rcumf]ecerent. Ob tam ingentem [cladem] totius Israelis impendentem quid mihi faciendum est, [8] nisi plangere, & vlulare, spoliatum ac nudum discurrere hinc illincque præ dolore, ingentesque edere gemitus, quales edere solent [12] dracones cum ab elephantis obruti intereunt, vlulatus quoque emittere, quales [14] struthiones cum ad oua sua à venatoribus redire prohibentur. Nam eodem prorsus modo spem omnem ego abieci de curanda plaga diræ calamitatis in populum Israeliticum iam iam infligendæ, quæ adeo ingens erit, vt ea ipsa Samaria, quæ prius est atterenda, serpat per vniuersum Iudæ regnum, quousque veniat [14] ad Ierusalem. Nemo vestrum mala hæc nunciet [15] in Geth vrbe Palæsthinorum, ne vos audiant plorantes, ne exultent vestro malo. Ciues [16] Aphra vrbis Beniamin

transite vobis habitatio [7] Pulchra, confusa ignominia:
[11] non est egressa quæ habitat in exitu: planctum domus
vicina accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet. [12] Quia in- 12
firmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus:
quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem.
Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: 13
principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta
sunt scelera Israel. Propterea dabit [21] emissarios su- 14
per hæreditatem Geth: [22] domus mendacii in deceptio-
nem regibus Israel. [24] Adhuc hæredem adducam tibi 15
quæ habitas in Maresa: [4] vsque ad Odollam veniet glo-
ria Israel. [3] Decaluare, & tondere super filios deli- 16
ciarum tuarum: dilata caluitium tuum [6] sicut aqui-
la: quoniam captiui ducti sunt ex te.

puluere vos voluate, propter vestræ ciuitatis vastitatē, & vos habitatores [1] Saphir, qui de vestræ ciuitatis elegantia gloriabamini, captiui ducemini magno cum dedecore. [16] Habitator quoque Sanaau (hoc est egressionis) præ anxietate egredi non audebit ad consolandum vicinos suos ciues vrbis Bethhaetsel. Sed & ipsa diripietur ab hoste, qui ex bonis eius ex[ige]t sibi mercedem debitam, ob longam moram, quam fecit in illius resistentis obsidione. [19] Certe grauiter dolebit ob amissam felicitatem habitator Maroth. Denique expugnata vniuersa regione Iudææ, hostis a Domino immissus veniet vsque ad portam Ierusalem, eam vt tandem expugnet. [2] Vos vero ciues Lachis tumultuarie, & celerrimè parate quadrigam, vt fuga vobis consulatis, si forte possitis euadere, quia vos primi fuistis qui intulistis idololatriam in ciues Ierusalem, cuius multiplices eius acceperatis ab Israelitis. Congemitui profecto mittere [21] munera ad Gethæos, & ad vrbes illis subiectas, vt vobis aduersus hostem ferant auxilium, [22] ad domus inquam Palæsthinorum deceptrices, quæ, sicut prius deceperunt reges Israel eos ad idola colenda inducendo, ita mod[o] fa[l]ient, nullam opem ferendo. [23] Vos vero ciues Maresæ, qui iuxta nomen vrbis vestræ vnos vos hæreditarios putatis, hostem habebitis hæredem, terræque vestræ possessorem. Quinimo hæc gloria, vel potius ignominia, qua afficietur vniuersus Iuda [24] vsque ad Odollam perueniet omnium ciuitatum Iudæorum extremam. [25] Decaluate, & tondete cæsariem in signum mœroris, quo afficietis ob calamitatem filiis tuis delicatis, & charissimis tuis: fac tibi amplum caluitium, [26] vt aquila, dum implumem se constituit, quo renouetur; quia in captiuitatem ducendi sunt.

ARGVMENTVM.

OB scelus idololatriæ denuntiat excidium Samariæ cum regno Israelitico, quæ prius fuit eo scelere contaminata; deinde eandem cladem comminatur Iudæ cum vrbibus eius, quas hic enumerat.

COMMENTARIVS.

1 Auctoritas conciliatur. VErbum.] Titulus est, aut superscriptio Prophetiæ sanctissimi Vatis Michææ, cuius diuina auctoritas conciliatur, & ostenditur ex persona auctoris, & eorum contra quos loquitur; & ex tempore, & ex causa, aut negotio, quod agitur. A persona Prophetæ. Ex persona auctoris certitudo, & auctoritas ostēditur Prophetiæ; tum quod à Domino acceperit eam, qui verax est, & decipere non potest; tum quod nomine, & patria notus esset omnibus, & ab aliis eiusdem nominis diuersus. Nam a Domino accepit verbum, quod erat denunciaturus primariis ciuitatibus vtriusque regni Israel, & Iuda, & regibus earum, ipse Michæas nomine ipso notus. S[icut] idem Ierem. 26. 17. *Surrexerunt viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes. Michæas de Morasthi fuit Propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda*, &c. & distinctius ostenditur ab aliis eiusdem nominis ad[dit]a patria Morasthi. [...] Nam fuit quoq; Michæas [filiu]s Iemla Propheta sub Iosaphat, & Achab, [3] Reg. 22. 8. Causa autem quam tractat, grauissima est, [n]empe extrema clades totius populi Israel, & Iudæ: [q]uam per verbum accepit, & quid sibi dictum e[st] intellexit, ac vidit. Personæ, contra quas loquitur sunt reges, ciuesque Samariæ, & Ierusalem; q[u]ibus vastitatem comminatur, prius Samariæ, deinde Ierusalem. [...] [T]empus, quo prophetauit, fuit quo regnarūt reges [Iuda] Ozias, Ioathan, Achaz, & Ezechias: annis fere [qui]nquaginta vt notat Montanus.

[...] prop[hetiæ] auctor.

Morasthiten.] Patria Michææ quæ fuerit decertant interpretes: Chaldæus paraphrastes *Maresam* esse ait, cum hunc locum exponit. *Verbum Prophetiæ quod factum est cum Michæa de Maresa*; eumque sequuntur Dauid Kimhi, Vatab. Isidorus, Masius super Iosue, Montan. & Rob. Erat autem *Maresa*, vna è nouem ciuitatibus, quæ agris communicabant in tribu Iuda, de quibus dicitur Iosue 15. 42. *Labana, & Ether, & Asan, Iephtha & Esna, & Nesib, & Ceila, & Achzib, & Maresa, ciuitates nouem, & villæ earum.* Est autem *Maresa*, vt ex libro Eusebii, seu Hieronymi de locis Hebraicis colligit Masius, in tribu Iuda, in secundo lapide Eleutheropoleos. Ab hoc autem nomine fit *Moresa*, hinc *Moresth*, & inde nomen patronimicum *Morasthi*. Epiphanius in libro de vita, & obitu Prophetarum; & Dorotheus in synopsi asserunt vrbem esse pertinentem ad tribum Ephraim; & Dorotheus vocat *Marathas*. Verum cum Hieronym. in libro illo Eusebii meminerit, & *Maresa, & Morasthi*, tamquam diuersarum vrbiū in tribu Iuda prope Eleutheropolim, & diuersum nomen inueniamus esse in Hebræo, nobis cum illo dicendum est, patriam Michææ esse *Morasthi*, non *Maresam*. postquam enim de *Maresa* dixerat, sitam eam in tribu Iuda in secundo lapide Eleutheropoleos; mox subiungit, *Morasthi, vnde fuit Michæas Propheta, est vicus contra Orientem Eleutheropoleos.* & in procemio huius Prophetæ ait. *Ad Michæam de Morasthi, qui vsque hodie iuxta Eleutheropolim Palæstinæ haud grandis est viculus.* Hieronymum sequuntur Remigius, Hay[mo], A[lber]tus, Rupertus, Hu-

2 Michææ patria Maresa.

Epiphan. Dorotheus

Hieronymus Morasthi patria Michææ à Maresa diuersa

go, Lyr[illegible], & [illegible] cum [illegible] go ex [illegible] Iuda, vt ex patria eo[illegible] pheta n[illegible] at, [illegible] in hoc capi[illegible] quit, *Venit v[illegible] ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem.* Ad *Maresam* autem [illegible] ad alienam ciuitatem ait [illegible] 15. *Adhuc haeredem adducam tibi, quae habitas in Maresa.*

3 *Quod vidit.* D[illegible] ex[illegible] at, *Verbum Domini quod factum est ad Michaeam.* & [illegible], *quod vidit super Samariam, & Ierusalem.* cum autem relatiuum, *quod*, referat, *verbum*, quod auditur, & non videtur, m[illegible] quaeritur, cur adiectum fuerit; *quod vidit*, Chaldaeus, quem sequuntur Vatab. & Robertus [illegible] tiuum illud, quod omni generi conuenit in Hebraeo exposuit, vt referat non *verbum*, sed *Michaeam*, a[illegible] hunc modum. *Verbum Prophetiae à facie Domini, quod factum est cum Michaea de Maresa, qui prophetauit contra Samariam, & Ierusalem.* Albertus etiam, si relatiuum referat *verbum*, affirmat *verbum* accipi pro re verbo ostensa, atque ita re[illegible] dictum fuisse, *quod vidit*, hoc est, quam rem verbo significatam vidit contra Samariam, & Ierusalem. & hunc sensum indicant S[illegible] cum hoc l[illegible] ve[illegible] tint; *Verbum, quod factum est ad Michaeam, de quibus vidit de Samaria, & Ierusale[illegible]*; q[illegible] dixissent: Verbum, quod factum est ad Michaeam, de rebus, quas vidit contra Samariam, & I[illegible], continetur in hoc libro. Si H[illegible] verbum [illegible] חזה *haz[illegible]h* significata considerem[illegible]s, c[illegible] cum v[illegible]ho p[illegible] conuenire, si dicamus, *quod verbum apprehendit in spiritu*; aut *habuit per reuelationem*; & hoc modo respectus fit ad Deum reuelantem; quod si respiciamus ad populum, cui denunciabant, verti posset; *quod praedixit*, v[illegible] *prophetauit contra Samariam, & Ierusalem.* Certissima e[illegible] go [illegible] Prophetia, quam diuina reuelatione habitam contra vtrumque populum denunciauit.

4 *In testem.* Titulo huius libri absoluto, incipit tractatum, captando attentionem; sui mu[illegible] tis rite obt[illegible] stem a[illegible] ducens Deum, ne vllā [illegible] tae[illegible] bere[illegible] or[illegible] excusationem, quod praemoniti non fuerint. Hoc est enim quod in Hebraeo legimus. [illegible] *Dominus Iehouah in vobis*, vel *in vos in testem*, id est attendite his, quae vobis denuncio, ne p[illegible] caueminí [illegible] e monitorem non habuisse: [illegible] in habeo Dominum Iehouah testē contra vos, q[illegible] p[illegible] pectat me monentem, & vos praemonitos. Hunc sensum indicat Chaldaeus, cum ait, *Sitque verbum Domini Dei contra vos in testem.* Estque in vsu Scripturae, vt Matth. [illegible]. 4. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod praecepit Moses in testimonium illis*, hoc est, vt ipsi [illegible] et sacerdotes, qui mihi [illegible] tantum, quasi legis violatori, sint testes legis à me obseruatae. & [illegible] ap. 1[illegible]. 18 *& ad praesides, [illegible] ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.* H[illegible] est, vt sit testimonium contra illos de veritate eis annunciata, ne vllam habeant in die iudi[illegible]. Sed Hieronymus, [illegible] dore[illegible], R[illegible], Albertus, Haymo, Hugo Ly[illegible], Di[illegible] & Montanus volunt De[illegible] m in teste[illegible] add[illegible] veri[illegible], quam Michaeas praedi[illegible] ca[illegible] is fidem faciet me veram [illegible] op[illegible] tiam, nec a me de[illegible] vo[illegible] id[illegible] m eueniet, quod per me [illegible] us putat a Pro[illegible] ta con[illegible] ge[illegible] ad a[illegible] diendum iudicium Do-

Verbum [illegible] ut visu[illegible]

Certitudo Prophetiae quod à Deo reuelata.

Testem Deū prouocat [illegible] is inteobi-

Sensus 1.

Sensus 2. [illegible] eum testem [illegible] fert eis sermonis

3. Sensus.

A [illegible] & D[illegible] um a[illegible] ca[illegible] q[illegible] erit [illegible] ul[illegible] pam futurae [illegible] nda[illegible]. V[illegible] auctā [illegible] [illegible] dam sententi[illegible] tam c[illegible] n, v[illegible] Deus add[illegible] tus st[illegible] teste [illegible] d[illegible] tatis, ne q[illegible] eratur quod [illegible] de vet[illegible] in Pr[illegible] m [illegible] st non [illegible] at cur [illegible] mo[illegible] *[illegible] Dominum fuit, & non [illegible] vatus labit mu[illegible]*: quam[illegible] exc[illegible] haberet, [illegible] ur.

B *De temp[illegible].* Hae[illegible] *[illegible] Dominus [illegible] suo*, Alber[illegible] s & M[illegible] quent[illegible] qu[illegible] D[illegible] plo, in q[illegible] tot annis per [illegible] cu[illegible] m ge[illegible]. At cert[illegible] o n[illegible] omni[illegible] igitur [illegible] qu[illegible] futurus Proph[illegible] contra p[illegible] templo sa[illegible] o omn[illegible] d[illegible] Dionys. Vatab. & R[illegible] *tem[illegible]* ne coel[illegible] &[illegible] Prop[illegible] m[illegible] Albertus, Hugo, & Montanus, [illegible] rosolymitanum, vbi De[illegible] us p[illegible] bat, q[illegible]

C uenit se [illegible] his verbis. [illegible] *dietur de loco suo*, nempe de [illegible] illi quasi domus.

Egredietur. Hieronymus R[illegible] Albertus, Hugo, Lyra, & Diony[illegible] de loco s[illegible] o, exponunt, D[illegible] um exu[illegible] tam misri[illegible] o dem, & [illegible] se ostendere a [illegible] pun endum. S[illegible] greditur de loco [illegible] vos deuaster, & perdat eo[illegible] inde Rupertus, Isidorus, & M[illegible] unt; E[illegible] D[illegible] minus [illegible] locum [illegible] fui, in quo [illegible] vobis [illegible] debat, des[illegible] et; breu[illegible] que cede[illegible] in manu h[illegible] um. V[illegible]

D [illegible] c[illegible] ssu[illegible] D[illegible] suam quae [illegible] batur [illegible] super [illegible] m[illegible] endo [illegible] Dominus [illegible] b[illegible] omnibus [illegible] qu[illegible] vocat H[illegible] I[illegible] Di[illegible] D[illegible] Vatab. & R[illegible] Isaiae 26. 21. *[illegible] egredietur de [illegible] vt visitet iniqui[illegible] ru terrae [illegible]* Mi[illegible] 4 [illegible]

E [illegible] in hostes nostr[illegible] a[illegible] nos n[illegible] c[illegible] 6 [illegible] *& d[illegible] sipentur inimici tui [illegible] a facie eius. Sicut [illegible] a facie ignis, si pereant [illegible] Deus [illegible] terrae [illegible] terra [illegible]*

plo qua i [illegible] ctorem exercitus Assyriorum, & è loco [illegible] edito descensurum velut scendo sede populo suo; & nemo erit qui eius potentiæ resistere possit, cuiuscumque ordinis, status, aut conditionis sit, siue excelsæ, siue infimæ: ita intelligunt omnes nomina excelsorum montium, & vallium, quæ coram Deo ita sunt, ac cera coram igne, & aqua in loco decliui.

7 *Iacob.*] Supplicio in vniuersum toti populo infligendo proposito, iam culpam, propter quam illud foret infligendum, declarat esse defectionē à Deo Iacob, & peccata *Israel*. Vtrum autem nomine *Iacob* & *Israel* decem tribus intelligat, an duas, an duodecim; difficilè explicatur. Sunt ex interpretibus, qui vtroque nomine intelligant decem tribus, quæ, & *Iacob* & *Israel* consueuere nominari. Sic Remigius Haymo, Lyra, Vatabl. & Robert. Quia enim contra decem tribus prius loquitur, prius detegit culpam earum per repetitionem. Alii, vt Albertus. & Montanus, accipiunt duodecim tribus nomine *Iacob*, & nomine *Israel* decem, quasi dixisset; Defectio totius populi, qui duodecim tribubus continetur, est caussa, ob qua tantum malum eueniet: sed potissimum idololatria decem tribuum. Propius ad veritatem exponit Theodoretus, & videtur indicare Rupertus, quod nomine *Iacob* decem tribus sint accipiendę, nomine vero *Israelis* duæ, apud quas erat Dei cultus. Idque constat ex subiuncta interrogatione, quæ duo superiora *Iacob*, & *Israel*, explicat, repetēs *Iacob*, & *Iuda*. Sic quoque vocantur Isa. 8. 14. *In lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel.* & infra cap. 3. 1. & 9. *iudices domus Israel*; vocat principes Iudæ.

8 *Nonne Samaria?*] In Hebræo מי *mi* ponitur masculini generis, & personam interrogans pronomen. *Quis scelus Iacob? annon Someron? & quis excelsa Iudæ? annon Ierusalem?* hoc est, quis inuexit scelus tam ingens in regnum Iacob, seu decem tribuum? Certè Samariæ principes, & reges, qui primi construxerunt vitulos, & eos adorare compulerunt, vt fecit primus Ieroboam, 3. Reg. 12. & quis inuexit tot fana in regnum Iudæ? certè Ierusalem & principes, & sacerdotes, qui cum in cultu Dei non se gererent, vt par erat, quisque sibi excelsa construebat. Hoc modo exponunt hunc locum Dauid Kimhi, & Pagninus, Vatab. Montanus, Isidor. & Robertus, cum vertunt. *Quæ fuit caussa præuaricationis Iacob? Nonne Samaria? & quis fuit caussa excelsorum Iudæ? Nonne Ierusalem?* hoc est, vnde nam ortum est scelus in toto regno Iacob? Nonne ex Samaria? & vnde orta tot fana, & excelsa, quot constructa, & erecta sunt in regno Iudæ? Nonne ex Ierusalem? sequitur & hunc sensum Lyra. Chaldæus tamen, Hieronymus, Theodoretus, Remig. Albert. & Rupertus grauitatem huius sceleris in eo collocant, quod in regni principe ciuitate, & metropoli omnes regni habitatores offenderint; & quod non in angulis, & in locis abditis solum; sed in ipsis capitibus, palàm Deo spreto, idola colerentur: quod maximè hoc scelus auget. Sic ergo habet Chaldæus. *Vbinam scelus commiserunt domus Iacob? annon in Samaria? & quo loco peccauerunt domus Iuda? nonne in Ierusalem?* quasi dicat, vnde in totum regnum emanare deberet, tamquam ex capite & fonte pietas, & religio, multas ob caussas; inde emanauit impietas & idololatria. Siquidem ibi schola idololatriæ patebat omnibus, & gymnasium omnis generis vitiorum. Atque ita scelus regni Iacob merito dicitur Samaria, & peccata Iudæ, Ierusalem: hoc est, caussa malorum omnium regni, ex regia ciuitate prodibat tamquam ex caussa: nam ceteræ eius exemplum imitabantur. Quod verum comprobatur in aliis regnis, in quorum principibus ciuitatibus omne scelus exercetur, vnde in ceteras minores ciuitates dimanat.

Iacob decē tribus Israel duæ.

1. Sensus.

2. Sensus.

Principes ciuitates [illegible] nominant.

Ponam Samariam. A Samaria incipit supplicium, quia prior in culpa fuit, per Assyrios infligendum, vt omnes intelligunt, & re ipsa accidit. Ex Hebræo dicitur; *& ponam Samariam in aceruum agri ad plantationes vineæ; & dispergam in valle lapides eius.* Et est sensus: efficiam subuertat Samariam per Assyrios, adeo vt ex tanta vrbe non maneat nisi aceruus lapidum, qualis congeri solet cum plantatur vinea, in vnum cumulum: quos lapides proiiciam in vallem; ne quid in ea remaneat non vastatum. Sic Hieronymus, Remig. Albert. Rupert. Hugo, Lyra, & Dionys. Alterum sensum habent Dauid Kimhi, quem sequuntur Vatab. Montan. & Robertus; *Ponam Samariam vti agrum desertum, ex quo lapides colliguntur, ad plantandam vineam.* Comminatur enim omnimo iam Samariæ vastitatē. Quem sensum habent verba Hebræa, & Chaldæus, cum ait. *Ponam Samariam in aceruos agrorum, domum desolatam in plantationes vineæ,* & LXX *Ponam Samariam in pomorum custodiam in agro, & in plantationem vineæ:* quæ verba sic explicat Theodoretus Tantæ vastitati solitudinem tradetur, vt eius lapides funditus deleantur: itque in foro, & viciorum, & domorum locum vineta succedant. In quem sensum sunt explicanda verba Vulgati: *Ponam Samariam vti aceruum lapidum ad plantandam vineam in agro.* Emundabo enim illam omni lapide, & in agrum redigam, in quo plantari possit vinea: quo significatur extrema solitudo Samariæ, & magis explicatur vastitas futura Samariæ. Ideò autem dicit; *& detraham in vallem lapides eius*, quia erat Samaria, quæ postea dicta est *Sebaste*, in loco edito, vt omnes cum Hieronymo notant.

9

Samaria prius punitur, quę prius deliquit.

1. Sensus.

2. Sensus.

Solitudo Samariæ.

Samaria in edito loco sita

De mercedibus.] *Mercedes meretricis* vocat donaria quæcumque; idolis oblata ab idololatris, ex quibus idola ipsa solebant confici secundum Theodoretum, Vatab. Isidor. Montan. & Rob. Itaque dona omnia, siue argenti, siue auri, siue ornamētorum, quæ idolis offerebantur ad ea conficienda, & ornanda, mercedes sunt oblatæ idolis tamquā meretricibus, in quæstum meretricii, nempe idololatriæ; & hæc omnia ab Assyriis comburentur, & si quæ seruauerint, offerent diis suis. Hieronymus tamen. Remig. Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & Dionys. *mercedes meretricias* exponunt opes multas, quas conquisierant ex negociatione cum idololatris, & idolis acceptas referebant, vti mercedes suæ fornicationis, & idololatriæ, qui sensus ex consuetudine Scripturæ verior probatur: quæ idola vocat *amatores*: & idololatras *meretrices*, ab illis amatos, idololatriam vero *scortationē*, seu *fornicationem*. ob quam dicuntur idola tribuere optima quæque gentibus idololatris. sic Hoseæ 2. v. 4. 5. dixit plebs adultera. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* & v. 12.

10 Mercedes meretriciæ quæ.

1. Sensus.

2. Sensus.

Opes ab idolis datæ idololatris sunt mercedes meretricis.

go, Lyra, & D[illegible] ex [illegible] bu Iuda, vt ex patria c[illegible], & [illegible] Prophe- [illegible] at, [illegible] m in h[illegible] c capit. versi[illegible] inquit, *Venit v[illegible] ad Iudam, [illegible] portam populi mei v[illegible]que ad Ierusalem.* Ad *Maresam* autem [illegible] ad alte- rum [illegible] ait ver. 15. *Adhuc heredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa.*

Quod vidit. Dix[illegible]at, *Verbum Domini quod fa- ctum est ad Michæam.* & [illegible] addit, *quod vidit super Samariam, & Ierusalem.* cum autem relatiuum, *quod,* referat, *verbum,* quod auditur, & non vi- detur, [illegible] quæritur, cur adiectum fuerit; *quod vidit,* Chaldæus, quem sequuntur Vatab. & Robertus [illegible] illud, quod omni gene- ri conuenit in Hebræo exposuit, vt referat non *verbum,* sed *Michæam,* ad hunc modum. *Verbum Prophetiæ à facie Domini, quod factum est cum Mi- chæa de Maresa qui prophetauit contra Samariam, & Ierusalem.* Albertus etiam, si relatiuum refe- rat *verbum,* affirmat *verbum* accipi pro re verbo ostensa, atque ita [illegible] dictum fuisse, *quod vidit,* hoc est quam rem verbo significatam vidit con- tra Samariam, & Ierusalem. & hunc sensum in- dicant Septuaginta, cum hoc [illegible] vertunt: *Ver- bum, quod factum est ad Michæam de quibus vidit de Sa- maria, & Ierusalem* [illegible] dixissent. Verbum, quod factum est ad Michæam, de rebus, quas vidit con- tra Samariam, & Ierusalem, continetur in hoc li- bro. Si Hebræum [Hebrew] significata con- sideremus, rectè cum verbo posset conuenire, si dicamus, *quod verbum apprehendit in spiritu,* aut *habuit per reuelationem* & hoc modo respectus fit ad Deum reuelantem; quòd si respiciamus ad po- pulum, cui denunciabant, verti posset; *quod præ- dixit, vel prophetauit contra Samariam, & Ierusalem.* Certissima ergo est Prophetia, quam diuina re- uelatione habitam contra vtrumque populum denunciauit.

4 *In testem.* Titulo huius libri absoluto, inci- pit tractatum [illegible] tando attentionem; [illegible] a[illegible] Deum, ne vllá [illegible] excusationem, quod præmoniti non [illegible]. H[illegible] est enim quod in Hebræo legi- mus. [illegible] *Dominus* [illegible] *vobis,* vel *in vos in te- stem,* [illegible] a tend[illegible] his, quæ vobis denuncio, ne p[illegible] a cau[illegible] monitorem non habuisse. [illegible] hab[illegible] testé contra vos, q[illegible] me monentem, & vos præ- monitos. Hunc sensum indicat Chaldæus, cum ait. *Sitque verbum Domini Dei contra vos in testem.* Est- que i[illegible] vsu Scripturæ, vt Matth. 8. 4. *Vade, ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moses in te- stimonium illis,* hoc est, vt ipsimet sacerdotes, qui nihil [illegible] legis violatores sint te- stes legis a me obseruatæ. & cap. 10. 18 *& ad præsi- des, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.* Hoc est, vt sit testimonium contra il- los de veritate eis annunciata, ne vllam habeant [illegible] iudi[illegible] ex[illegible] neip. Sed Hieronymus, [illegible], R[illegible], Albertus, Haymo, Hu- go, Lyra, D[illegible] & Montanus volunt De[illegible] [illegible] veritatis, quam Michæas prædi [illegible] ait D[illegible] Deus fidem faciet me ve- ram [illegible] vobis præd[illegible] Prophetiam, nec à me decipi vos [illegible] cuenier, quod per me [illegible]. Robertus putat a Propheta [illegible] es [illegible] dum iudi[illegible] Do-

Verbum [illegible] vifum

Certitudo Prophetiæ quod à Deo reue lata.

Testem Deú pro- [illegible] [illegible] Sensus 1.

Sensus 2. Deum te- stem [illegible] [illegible] sermonis

3. Sensus.

[illegible] populum; & Deum [illegible] quod [illegible] pacto [illegible] populo [illegible] lum ab eo d[illegible] & [illegible] populum [illegible]ndam. Ve[illegible] Michæas inuocauerit [illegible] tendam sententi[illegible] Deus ad [illegible] tatis, ne quærat[illegible] quod non [illegible] de [illegible] m[illegible] est non [illegible] cur h[illegible] *num fueris* [illegible] *Domini* [illegible] *vatu labii* [illegible] haberet, [illegible] tur

De temp[illegible]. [illegible] *Dominus de t*[illegible] *suo,* Alber[illegible], & M[illegible] quentib[illegible], q[illegible] D[illegible] plo, in quo tot annis per[illegible] cuam gereus. At cete[illegible] [illegible] sententia coniungunt, quia [illegible] futurus Prophetæ contra p[illegible] templo sancto [illegible] omn[illegible] & [illegible] dem, Dion[illegible], Vatab. & R[illegible] *tem*[illegible] ne cœlum [illegible] gunt, vb[illegible] [illegible] & [illegible] pro[illegible] The[illegible] men. Albertus, Hugo, & [illegible] rol[illegible] vb[illegible] De[illegible] bet[illegible] g[illegible] [illegible] uenit sequentibus verbis *Quia* [illegible] *dietur de loco suo,* [illegible] illi quasi de[illegible].

Egredietur. Hieronymus R[illegible] 6 Albertus, Hugo, Lyra, & D[illegible] de loco suo, exponunt, D[illegible] tam miseri[illegible] dem, & clemen[illegible] se ostenderet a[illegible] greditur de loco innnen[illegible] vos deuaste[illegible], & perdat co[illegible] inde Ruper[illegible], Isidorus, & M[illegible] unt; E[illegible] Dominus vest[illegible] locum tem[illegible] in quo se v[illegible] debat, des[illegible] breuique [illegible], & vo[illegible] in manu h[illegible] V[illegible] S[illegible] pturæ c[illegible] egress[illegible] D[illegible] quod [illegible] potent[illegible] f[illegible] atur, p[illegible] supplic[illegible] do [illegible] Dominus c[illegible]cœlo, [illegible] bis omnibus tam [illegible] quos ex [illegible] terræ, & [illegible] vocat H[illegible] Mose Æ[illegible] 1. Directoris Dubiorum [illegible] Vatab. & R[illegible] Isaiæ 26. 21. [illegible] *nus egredietur de loco suo, vt visitet iniquit*[illegible] *terræ contra eum.* Sic Psalmo 43. 26. [illegible] *obdormis Domine* [illegible], *& ne rep*[illegible] *f*[illegible] *tuam auertis?* [illegible] est, [illegible] tiam in hostes nostros, q[illegible] cis, quasi nos non c[illegible] *& dissipentur inimici eius* [illegible] *qui* [illegible] *a facie eius. Sicut de*[illegible] *fumus d*[illegible] *a facie ignis, sic pereant* [illegible] *Deus cum egredereris* [illegible] *sines in des*[illegible] *batur* [illegible]

Sens[illegible]

p[illegible] [illegible]orem exercitus Assyriorum, & e lo[illegible] descensurum vlc[illegible] endo se de populo suo, & nemo erit qui eius potentiæ resistere possit, cuiuscumque ordinis, status, aut conditionis sit, siue excelsæ, siue infimæ: ita intelligit et omnes nomina excelsorum montium, & vallium, quæ coram Deo ita sunt, sic cera coram igne, & aqua in loco decliui.

7 *Iacob.*] Supplicio in vniuersum toti populo infligendo proposito, iam culpam, propter quam illud foret infligendum, declarat esse defectionē à Deo Iacob, & peccata Israel. Verum autem nomine *Iacob & Israel* decem tribus intelligat, an duas, an duodecim, difficile explicatur. Sunt ex interpretibus, qui vtroque nomine intelligant decem tribus, quæ, & *Iacob & Israel* consueuere nominari. Sic Remigius Haymo, Lyra, Vatabl. & Robert. Quia enim contra decem tribus prius loquitur, prius detegit culpam earum per repetitionem. Alii, vt Albertus, & Montanus, accipiunt duodecim tribus nomine *Iacob*, & nomine *Israel* decem; quasi dixisset; Defectio totius populi, qui duodecim tribubus continetur, est causa, ob quā tantum malum eueniet: sed potissimum idololatria decem tribuum. Propius ad veritatem exponit Theodoretus, & videtur indicare Rupertus, quod nomine *Iacob* decem tribus sint accipiendę, nomine vero *Israelis* duæ, apud quas erat Dei cultus. Idque constat ex subiuncta interrogatione, quæ duo supertota *Iacob*, & *Israel*, explicat, repetēs *Iacob*, & *Iuda*. Sic quoque vocantur Isa. 8. 14. *In lapidem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel* & infra cap. 3. 1. & 9. *iudices domus Israel*; vocat principes Iudæ.

Iacob decē tribus Israel duæ.

8 *Nonne Samaria.* In Hebræo מי *mi* ponitur masculini generis, & personam interrogans pronomen. *Quis scelus Iacob? annon Samaria? & quis excelsa Iudæ? annon Ierusalem?* hoc est, quis inuexit scelus tam ingens in regnum Iacob, seu decem tribuum? Certè Samariæ principes, & reges, qui primi conflauerunt vitulos, & eos adorare compulerunt, vt fecit primus Ieroboam, 3. Reg. 12. & quis inuexit tot fana in regnum Iudæ? certè Ierusalem & principes, & sacerdotes, qui cum in cultu Dei non se gererent, vt par erat, quisque sibi excelsa construebat. Hoc modo exponunt hunc locum Dauid Kimhi, & Pagninus, Vatab. Montanus, Isidor. & Robertus, cum vertunt. *Quæ fuit causa præuaricationis Iacob? Nonne Samaria? & quis fuit causa excelsorum Iuda? Nonne Ierusalem?* hoc est, vnde na[illegible]tum est scelus in toto regno Iacob? Nonne ex Samaria? & vnde orta tot fana, & excelsa, quot constructa, & erecta sunt in regno Iudæ? Nonne ex Ierusalem? sequitur & hunc sensum Lyra. Chaldæus tamen, Hieronymus, Theodoretus, Remig. Albert. & Rupertus grauitatem huius sceleris in eo collocant, quod in regni principe ciuitate, & metropoli omnes regni habitatores offenderint; & quod non in angulis, & in locis abditis solum; sed in ipsis capitibus, palàm Deo spreto, idola colerentur: quod maxime hoc [illegible] auget. Sic ergo habet Chaldæus. *Vbinam scelus commiserunt domus Iacob? annon in Samaria? & quo loco peccauerunt domus Iuda? nonne in Ierusalem?* quasi dicat, vnde in totum regnum emanare deberet tamquam ex capite & fonte pietas, & rel[illegible], multas ob causas; inde emanauit impietas & idololatria. Siquidem ibi schola idololatriæ patebat omnibus, & gymnasium omnis generis vitiorum. Atque ita scelus regni Iacob merito dicitur Samaria, & peccata Iudæ, Ierusalem: hoc est, causa malorum omnium regni, ex regia ciuitate prodibat tamquam ex causa: nam ceteræ eius exemplum imitabantur. Quod verum comprobatur in aliis regnis, in quorum principibus ciuitatibus omne scelus exercetur, vnde in ceteras minores ciuitates dimanat.

1. Sensus.

2. Sensus.

Principes ciuitates ceteras contaminant.

Ponam Samariam.] A Samaria incipit supplicium, quia prior in culpa fuit, per Assyrios infligendum, vt omnes intelligunt, & reipsa accidit. Ex Hebræo dicitur; *& ponam Samariam in aceruum agri ad plantationes vineæ; & dispergam in valle lapides eius.* Et est sensus: efficiam subuerti Samariam per Assyrios, adeo vt ex tanta vrbe non maneat nisi aceruus lapidum, qualis congeri solet cum plantatur vinea, in vnum cumulum: quos lapides proiiciam in vallem; ne quid in ea remaneat non vastatum. Sic Hieronymus, Remig. Albert. Rupert. Hugo, Lyra, & Dionys. Alterum sensum habent Dauid Kimhi, quem sequuntur Vatab. Montan. & Robertus; *Ponam Samariam vti agrum desertum, ex quo lapides colliguntur, ad plantandam vineam.* Comminatur enim omnimo iam Samariæ vastitatē. Quem sensum habent verba Hebræa, & Chaldæus, cum ait. *Ponam Samariam in aceruos agrorum, domum desolatam in plantationes vineæ*, & LXX *Ponam Samariam in pomorum custodiam in agro, & in plantationem vineæ*: quæ verba sic explicat Theodoretus Tantæ vastitati solitudinum tradetur vt eius lapides funditus deleantur: itque in foro, & vicorum & domorum locum vineta succedant. In quem sensum sunt explicanda verba Vulgati: *Ponam Samariam vti aceruum lapidum ad plantandam vineam in agro.* Emundabo enim illam omni lapide, & in agrum redigam, in quo plantari possit vinea: quo significatur extrema solitudo Samariæ, & magis explicatur vastitas futura Samariæ. Ideò autem dicit; *& detraham in vallem lapides eius*, quia erat Samaria, quæ postea dicta est *Sebaste*, in loco edition, vt omnes cum Hieronymo notant. 9

Samaria prius punitur, quæ prius deliquit.

1. Sensus.

2. Sensus.

Solitudo Samariæ.

Samaria in editiori loco sita.

De mercedibus.] *Mercedes meretricis* vocat donaria quæcumq; idolis oblata ab idololatris, ex quibus idola ipsa fiebant e[illegible] secundum Theodoretum, Vatab. Isidor. Muntan. & Rob. Itaque dona omnia, siue argenti, siue auri, siue ornamētorum, quæ idolis offerebantur ad ea conficienda, & ornanda, mercedes sunt oblatæ idolis tamquā meretricibus, in quæstum meretricium, nempe idololatriæ; & hæc omnia ab Assyriis comburentur, & si quæ seruauerint, offerent diis suis. Hieronymus tamen, Remig. Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & Dionys. *mercedes meretricias* exponunt opes multas, quas conquisierant ex negociatione cum idololatris, & idolis acceptas referebant, vti mercedes suæ fornicationis, & idololatriæ, qui sensus ex consuetudine Scripturæ verior probatur: quæ idola vocat *amatores*: & idololatras *meretrices*, ab illis amatos, idololatriam vero *scortationē*, seu *fornicationem*, ob quam dicuntur idola tribuere optima quæque gentibus idololatris. sic Hoseæ 2. v. 4. 5. dixit plebs adultera. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.* & v. 12. 10

Mercedes meretriciæ quæ. 1 Sensus.

2. Sensus.

Opes ab idolis datæ idololatris sunt mercedes meretricis.

Et corrumpam vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit: Mercedes hæ mea sunt, quas dederunt mihi amatores mei. Hæc igitur omnia bona, quæ data sunt Samariæ meretrici in præmium sui meretricij, transuchentur ab Assyriis ad Niniuen meretricem idololatram, quæ illa suis idolis referet accepta. Ineptè ergo, & contra Scripturæ morem idola meretricibus comparantur.

11 *Super hoc.*] Septuaginta, quos sequitur Theodoretus, & Chaldæus paraphrastes Hebraicam literam per tertiam personam exponunt; planctũ & vlulatum, non ipsi Prophetæ, sed vel Samariæ, vel Israelitis tribuentes. Sic enim legunt LXX. *Propter hoc planget & lamentabitur, ibit discalceata, & nuda: faciet planctum quasi draconum, & luctum quasi filiarum Syrenarum.* Depingit enim lugubrem habitum Samariæ, & decem tribuum, cum ab Assyriis captiuæ ducentur in Assyriam. Sic quoque Ionathas Chaldæus. *Ob id plangent, & vlulabunt, ibunt nudi in captiuitatem. planctum edent more draconum, & luctum velut filiæ struthionum.* Quin Albert. Rupert. & Montanus, & alij Prophetam dicunt suo lugubri habitu significare habitum populi in captiuitatem ducendi, quemadmodum Isaias cap. 20. nudus, & discalceatus incedens significauit miseram captiuitatem Ægypti, & Æthiopiæ. Verum Vulgatus transtulit ex Hebræo, quod sic habet, *Propterea incedam spoliatus, & nudus.* Hoc est, quasi homo, cui omnes facultates, & opes, vestesque preciosiores detractæ sunt, & incedit huc illucq; nudus; aut vilioribus, & laceris vestibus indutus. Ita igitur Propheta ipse, vt internum dolorem ostendat, plenum commiseratione de clade imminente decem tribuum, incessurum se dicit nudum, vt vestibus spoliatum, & editurum planctum, & vlulatum grauissimum. Quem sensum habent omnes alij. Hieron. Remig. Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. Montanus, & Robet. quamuis Hieronym. in persona Dei hanc formam dicat sumere Prophetam. Sunt tamẽ qui Hebræum nomen שולל *Solal* spoliatum exponãt mente, qui ea mentis inopia huc illucque vagetur sine vestibus, aut seminudus. vt Iob. 12. 17. *adducit consiliarios in stultum finem*; aut ambulare facit consiliarios vt insanos. Psal. 75. 6. *turbati sunt omnes insipientes corde.* Sic enim dolore superatus Michæas propter calamitatem Israëlis, quasi mente captus, discurrebat plangendo, & vlulando.

Tertia persona Propheta explicatur.

Michæas de se loquitur.

Michææ affectus præ dolore

12 *Velut draconum.*] De significatu nominis Hebræi תנים *thanim*, & de draconum diuersitate dictum à nobis est super 4. cap. Threnorum nu. 3. hic addẽdum ad rem, qua de agitur, necessarium: dracones ingentes belluas graues cum Elephantis gerere inimicitias, quo id assequantur, vt eorum sanguinem, qui frigidissimus est, vt æstum suum temperent, ebibant; vt ea historiis naturalibus asserunt Hieronym. Remig. Haymo, Albertus, & Rupertus: quæ inueniuntur in Aristotele lib. 2. de Historia Animalium c. 1. in fine ex Ctesia, Plinio li. 8. c. 11. & 12. Æliano lib. 6. c. 0 & Solino c. 18. Polyhistoriæ; in qua pugna dum irruit in Elephantem, & ebibit eius sanguinem, ab ipso corruente obruitur, ingentes edens eiulatus, & lugubres; quibus, vt ait Albert. lib. 26. de Animal. adeo homines terret, vt interimat. Huiusmodi planctum, & eiulatum dicit Propheta se editurum.

Draconũ cum Elephãtis inimicitiæ.

Aristot. Ctesias. Plinius. Ælianus. Solinus

13 *Struthionum.*] Ex Hebræo legimus, *& luctum velut filiarum* יענה *iabbanah struthionum*, de qua diximus vbi supra nu. 4. Quamuis autem Hier[...] Remig. Haymo, Albertus, Rupertus, & al[...] has aues lugentes cãtus edere putent, cum [...] in sabulo excludunt, & relinquunt con[...] an[...], & quia grauissimæ sunt, non possun[...] is se[...] dis præsto esse; iuxta conditionem illius auis, describit Iob 39. & refert Albertus lib. [...] Animalibus: tamen quia longè diuersa e[...] de qua Michæas, & illa, de qua Iob: siquidem hæc [...] tur *Iabbanah*, illa vero Iob *Renanim*, id[...] huius auis luctus ratio quærenda est, ma[...] de struthione referant Plinius lib. [...] Æ[...] lib. 14. de Animal. ca. 6. esse auium [...] incubet ouis suis, eaque excludat, contra ac [...] Iob de sua aue; & in maximis desertis habi[...] mium agrestis, vt constat Isa. 13. 31 *habitabunt [...] filiæ struthionis.* Ierem. [...] 39. Iob 30. 29 *Socius [...] struthionum.* Tunc ergo maxime gemere[...] struthiones feminæ, cum siti premuntur, vt pu[...] tanus: vel certè, vt auctor est eo loco Ælianu[...] à venatoribus volentibus oua è nido eripere, [...] culis ferreis vndiquaque affixis, imped[...]ntur nidum penetrare; tunc ipsæ, etiam transfixæ, in ni[...] dũ sese iniiciunt, etiã enecatæ, & magnos edun[t] gemitus, & lamẽtabiles, quales Mich[æ]as editurus [...]

Vsque ad Ierusalem.] Acerbæ hæ plagæ, quæ [e]x Samaria vsque ad portam Ierusalem peruenturæ prædicuntur, non sunt peccata idololatriæ, quæ exemplu Samariæ, innecta erat in Iudam, & I[eru]salem, vt putauit Albertus: sed bellum, fam[e]s p[e]stea, & vastitas per hostes facta propter [...] triam. Quamuis autem Remig. H[aym]o, [...] tanus affirment has plagas esse omnimodam regni decem tribuum subuersionem per Assyrios, & regni duarum tribuum per Chaldæos: verius tamen putamus quod visum est Hieronymo, [T]heodoreto, Ruperto, & aliis, de plaga decem t[ri]bubus ab Assyriis inflicta, hoc esse accipiendum [...] quidem illa ipsa plaga terminis decem tribuum non contenta ad Iudæam ipsam peruenit; & tetigit portam Ierusalem, dum obs[ess]a est, non ca[...] Nam subuersa Samaria cum regno decem tr[ibuum] sexto anno Ezechiæ, qui erat nonus Huseæ re[gis] Israel per Salmanasarem, mox [a]nno decimoqu[ar]to Ezechiæ venit Sennacherib, & cepit vniu[ersas] ciuitates Iuda munitas, & ex [e]a his misit Ra[bsa]cem, vt obsideret Ierusalem; sed Angelus Do[mini] occidit vna nocte totum exercitum Sennac[herib] & ipse aufugit, & incolumis remansit Ierus[alem] v. latè refertur 4. Reg. 18. & 19 & Isa. 36. & [...] de Propheta, dum sub Ioathan exorsus prophetiam, prædixit excidium regni Is[raël], [il]la per Iudam serpentia vsque ad Ierusale[m] [...] reipsa exhibita vidit sub Ezechia.

In Geth. Geth vna è quinq; vrbibus Palæstinorum, patria Goliath, & prima à portu Ioppe [...] serens, octo ab ea millibus distans, ve[...] M[...] ac proinde proximior Ierusalẽ, à qua vult [...] di hoc tantũ malũ, ne illi daretur occasio [...] di de malo populi Dei. Ideo dixit Dau[id] de [...] Saul, 2. Reg. 1. 20 *Nolite annunciare in Geth, ne[que an]nuncietis in compitis Ascalonis, ne forte l[æ]tentur [fi]lisstheum, ne exultent filiæ in[...]*

In domo pulueris [...] Hebraicè legi[tur] [...] בית לעפרה *lebhaphrah puluere voluta te.* Beth, [...] accipitur. & *domum* pro *domibus* [...] X[...]

A

tellexerunt, propter domos ad Aphra pertinétes. Est hoc nomen Iosue 18.23. עפרה hhaphrah, vel, hhophrah, quę puluerem significat. Nã multis videtur Michæas per pulchras allusiones ex vocabulis vrbium quarumdã desomptas significasse subuersiones, & captiuitates ciuium earũ. Nec est cur hũc loquendi modũ repellamus: siquidẽ videmus nomina hic propria vrbium aliquarũ certa collocari: etsi eorum significata posuerit tantùm interpres, sicut Hoseæ 1. nomina filiorum Hoseæ, *Ami, Loami, Ruhhamah, & Loruhhamah*, &c. Vulgatus est interpretatus, *populus meus*, *non populus meus*, *misericordiã consecuta*, vt nomen *Adeodatus* translatum vernacule dicimus *Dado de Dios*. Sic ergo nõ est cur abhorteamus hęc nomina vt propria, quamuis ab interprete sint in Latinum conuersa.

Allusionibus vtitur Michæas.

B

De re ergo ipsa inquirendum est, vtrùm nomen *Hhaphrah*, aut *Hhophrah* sit hic vt proprium vrbis accipiendum, an vt appellatiuum? Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, Hiero. Theodor. Remig. Haymo, Albert. Hugo, Lyra, Dionys. & nonnulli alii, nomen *Hhophrah*, vt appellatiuum pro *puluere* acceperunt, ad hũc sensum. Ne o Iudæi foras exsiccatis, ne Gethæi vos cõspiciant lamentantes, & de vestro malo gaudeant; sed puluere domorum vestrarum corruentiũ iam vos conspergite. Vel, ne palam ploretis vestrã calamitatem, ne audiant Gethæi; sed continete vos in domibus pulueris, & ibi signa tristitiæ edite, puluere vos cõspergentes, & capita cinere volutate: sic ferè illi auctores.

Nomen appellatiuum hic accipi.

C

Verùm Pagn. Vatab. Isidor. Mont. & Rob. putant *Hhophrah* hic nomen esse vrbis proprium, sitæ in sorte tribus Beniamin, quod *puluerem* significat: atq; ad eã allusisse Prophetã, & dixisse. Ne mæsti, & lacrymabundi in Gethęorum hostium conspectum exeatis. Est vobis in regione vestra *Hhaphrah* vrbs, vbi luctu, & pulueris cõspersione, vt eius nomẽ fert, poteritis vestrũ dolorem ostentare; sic Mont. Ceteri vti Prophetiã volũt exponi, ob domos *Aphrah* ab hostib. vastãdas, puluere vos cõspergite; vel cõspergens vos puluere domorũ dirutarũ vrbis *Aphrah* pulueria dictæ. meminit aũt huiꝰ ob allusionẽ nominis eius, q̃ aliæ vrbes nõ habeãt nomẽ ad id accõmodũ. Similiter homo ab humo dictus, & Adã ab Adamah terra rubra, puluis meritò dicitur, & in puluerẽ conuertendus.

Hhophrah proprium vrbis.

D

17 *Pulchra.*] Hebr. *Trãsi vobis habitatrix* שפיר *Saphir, nuda pudendis*. Nomẽ *Saphir*, Hieron. in Hebraico, Syroq; sermone pulchram significat; ac de Samaria ipse, & cũ eo reliqui omnes interpretes exponunt. O Samaria in pulcherrimo loco sita, & quæ de tua pulchritudine gloriaris, trãsibis in captiuitatẽ, summa cũ ignominia, & dedecore. Solus Mõtan. de Iudæa explicat, quæ licet de pulchritudine sua glorietur, tamẽ instar mulieris captiuæ in captiuitatẽ ducẽda est cũ omni dedecore.

Saphir Samaria.

E

Tigurina, Pagn. Vatab. Isidor. & Rob. existimant esse nomẽ vrbis, quãuis eius nullibi mẽtio fiat, dictæ *Saphir*; idq; ostẽdit quod addit, *habitatio*, seu *habitatrix Saphir*, vt, n. alia nomina singularibus vrbibus imposita inferius refert, earũ vastitatẽ ex interpretatione declatãs, cur & hic nõ id effecit? ô Saphir quæ pulchra nomine diceris, captiua abduceris magno cũ dedecore; & ciues tui, qui de elegantia tua se iactant, turpiter transibunt in captiuitatem. Quid nã id em contingat iis, qui de sua gloriosi pulchritudine, Deum deserunt? nonne turpiter peribũt?

Saphir vt nomen proprium.

18 *Non est egressa.*] Hebraicè; *Non est egressa habitatrix* צאנן *Tsaanan ad luctum Bethhaetsel, accipit à vobis standum*; & Latinè; *Non exiit habitatrix exitum ad planctũ domus propinquæ, accipiet à vobis stabilitatẽ*, vel *subsistentiam suam*, vel *eius*, sup. hostis. Si hæc nomina vt appellatiua sunt accipienda, sensus Hieronymi, Remigii, Haymonis, Alberti, Roperti, Hugonis, Lyræ, & Dionysii est. Samaria, quæ pulchritudine præstat, & prior hostibus occurrit, quàm Iudæa, priorq; ab eis ducẽda est captiua, nõ spõte sua, sed vi hostili, planctũ excitabit propinquę suæ Iudæę, quæ adhuc integra persistit.

De Samaria.

Albert. etiam Rupert. & Montan. interpretantur de Iudæa, aut Ierusalẽ. Transi Samaria, inquit Rupert. nam Ierusalẽ, quæ habitat in exitu, id est, cuius transmigratio iam est in procinctu & adhuc stat, planctũ accipiet ex vobis, hoc est, post vos, dum captiua ducetur. Mont. sic exponit; Iudæa, quæ ita perseuerabit in fruitione voluptatum, vt neq; ad proximam sibi domum mærentem, & lugentem transiret, nec vllam iocunditatis horã interrumperet; eã tranquillitatis perpetuæ constantiam hoste abducente amittet.

De Iudæa.

Verùm de Iudæa cùm loquatur Propheta, & de quibusdã eius vrbibus vastandis, vsus nominũ iocunda allusione, magis cum mente eius cõuenit, hæc vt propria nomina vsurpare, siquidẽ habemus huius rei testes certos LXX. qui vt nomen proprium *Senaam* transtulerunt, Chaldæus quoq; *Tsaanan* dixit, & agnouit Theodor. vnam esse ex vicinis vrbibus. Atq; ita asserunt Pagn. Tigurina, Vat. Isid. & Rob. Videtur autem hæc esse vrbs tribus Iuda, Ios. 15.37. צנן *Tsenan*, prima è 16. ciuitatibus, q̃ Vulg. vertit *Sanan*, quãuis à Michęa vocetur צאנן *Tsaanã*.

Nomina propria.

Tsenan vel Tsaanã vrbs Iudææ.

Deinde quæ sequitur בית האצל *Beth haetsel* vrbs superiori proxima videtur prædictis auctoribus cũ Montano; nec abnuunt Remig. Haymo, & Albert. qui eam vocat *domum Asel*, & sic cõtex tur litera. *Non est egressa habitatrix Saanan ad planctum domus Haasel temperandum* Hoc est, in hac tanta, quæ futura est, vastitate, ciues Senaan præ timore non audebunt egredi ad plangendũ ciues Bethasel, cũ in captiuitatem ducentur, vicinos suos. Et quod sequitur in Hebræo; *Accipiet à vobis subsistentiã suam*; hi auctores explicant, supplẽdo, *hostis*, aut *inimicus* accipiet ab vobis ciues Senaã, stationem suã. Hoc est mercedem moræ, quam produxerunt in obsidione vestræ vrbis: vel ex eo quod steterit sibimet resistens, & non se dedens obsidentibus, vestra vrbs. Et si Vulgati literam explicemus, erit hic sensus. Non egredientur captiui ciues Senaan; aut nõ egredientur ciues Senaan, sua se in ciuitate continentes, ad consolãdum ciues Beth-haetsel; dum iuxta illã ducentur captiui. Verum cõmutata sorte Beth haetsel planctum accipiet ex vobis vastatis ô ciues Seenan, quæ restitit hosti, & voluit stare in seipsa: quamobrẽ grauioribus, & miserabilioribus ærumnis subiecta erit, & rependet mercedem tam longæ obsidionis. Vel, non concedetur ciuibus Senaan egredi ob longã hostia obsidionẽ ad consolandũ vicinos suos ciues Bethaesel, qui planctũ accipient ex dura illa obsidione qua videbunt obsideri Senaã, dũ steterit in seipsa absq; deditione. Ostẽdit Propheta varias, & graues calamitates vrbiũ Iuda ex Assyriorum aduentu, quem prædicit.

Grauis calamitas describitur.

19 *Quia.*] Hebraicè; *Etenim doluit habitatrix* מרות *Maroth, ob bonum; quia vidit malum à Domino ad portam Ierusalem*. Loquitur de alia vrbe, quã vocat *Maroth* etiam Hieronymus; & fortasse est illa,

Maroth vrbs.

quæ in tribu Iuda recensetur, Iosue 15.59. *Maroth*, nisi quod in Hebræo legitur מַעֲרָת *Mahharath*. & est sensus: Etenim habitatores Maroth dolore afficientur ob bonum, quo priuabuntur ab hostibus, & quia videbunt malum serpere vsq; ad portas Ierusalem, tunc certè cum exercitus Sennacherib obsessam tenebat Ierusalem, 4 Reg. 18. & Isa. 36. Hunc sensum etiam prufert Hieronymus cum reliquis de vniuersa Iudæa, quæ in amaritudine posita dolebat suam felicitatem amittere, quod Deus malum produceret vsque ad portas Ierusalem. Esse autem *Maroth* nomen vrbis, & Hieronymus insinuat, & recentiores omnes affirmant, & ille modus loquendi, habitas in amaritudinibus, satis ostendit; sicut paulo post dicitur, *habitanti Lachis, & quæ habitas in Maresa*: quo significatur habitator illius vrbis *Maroth*.

20 *Tumultus.*] Hebraicè, *Iunge currum dromadibus habitatrix Lachis: principium peccati ipsa filia Sion, quia in te inuentæ sunt præuaricationes Israel.* Est autem in Hebræo verbum imperantis רְתֹם *rethom*, quod recentiores omnes, *iunge*, seu *liga*, transferunt, cum Septuaginta, & Vulgatus vt nomen, *tumultus*, aut *sonitus* fuerint interpretati, ad hunc sensum Hieronymi, & ceterorum, qui eum sequuntur. In te irruent ô Lachis, quadrigæ Assyriorū tumultuantès, & velocitate sua stuporem incutientes, quia fuisti prima, quæ inuexisti idololatriā in populum Iuda, imitata omnes præuaricationes decem tribuum. Erat autem *Lachis* è sedecim vrbibus vna, quæ sorte obtigit tribui Iuda, Iosue 15. 39 quam cum aliis ciuitatibus munitis cepit Sennacherib; vt colligitur ex 4. Reg. 18. 13. 14. 2. Paral. 32. 9. & Isa. 36. 1. 2. & vnde misit Rabsacem contra Ierusalem; & postea cepit eam Nabuchodonosor, Ierem. 34. 7. de ea ait Hieronymus lib. de locis Hebraicis, villam esse in septimo milliario sub Eleutheropoli euntibus Daromam. Sed si Hebræa verba sequamur, videtur Michæas sermone suo voluisse ad nomen *Lachis* allusisse, vt in nominibus aliarum vrbium ferè lusit, obiiciens illi tarditatem; ô Lachis, quæ nomine præfers, deambulans, aut ambulatio, ne putes leni deambulatione, & seria tibi fore consulendum cum veniet hostis; para quadrigas equorum velocissimorum, & fuge, si valeas, at minimè poteris, sed capieris & abduceris captiua, quia prima fuisti in suscipienda idololatria decem tribuum; & prima eam inuexisti in Iudam. Sic Chaldæus, Pagnin. Tigur. Vat. Isidor. Montanus, & Robertus. Potest hunc eundem sensum facere translatio Vulgati. Sit tibi ô Lachis, parata quadriga tumultuans, & velocissimorum equorum, vt effugias impetū hostium; non enim tibi concedetur ambulare iuxta nomē tuum; sed currere compelleris; at non effugies; sed prior capieris. Sic qui lenti perstant in peccatis, cogentur præcipites abire in supplicium.

21 *Emissarios.*] Hebraicè, *Propterea dabis* שִׁלּוּחִים *seluhim super* מוֹרֶשֶׁת *Moreseth. Geth.* & nomen illud *seluhim* Chaldæo cum aliis Hebræis, & recentioribus interpretibus, munera significat, vt 3. Reg. 9. 16 *Pharao rex Ægypti cepit Gazer, & dedit eam seluhim munera*, vel *in munera*, aut *dotem filiæ suæ vxori Salomonis*. ita dicta, quod mittantur, vt Latinè missus ferculorum immissio dicitur. Septuaginta tamen, & Vulgatus *emissarios* transtulerunt, hoc est, exploratores, vel præmissos ad bellum lacessendū; [illegible] negotiis. [illegible] præsto sunt vt m[illegible] men alt[illegible] *Moreseth*, Dauid Kimhi, Pag[illegible] g[illegible] & Rob. volunt esse nomen vrbis in regione Gethæorum, quamuis eius nusquam mentio facta reperiatur. Alij omnes pro nomine appe[illegible] uo accipiunt, quod est *hæreditas*, seu *possessio*. & Theodoretus quidem, & nonnulli al[illegible] a[illegible] hostes, vel de hoste dictum putant. Propterea hostis c[illegible]pi[illegible] ex te ô Lachis, captiuos, quos mitt[illegible] ad [illegible]g[illegible]nē Ge[illegible]h vrbis Phili[illegible]inorum. Vel secundum Hebræos & ceteros; Assy[illegible]us mittet viros [illegible] eius agros depopulentur. Vel tert[illegible] Chaldæum & recentiores, de ip[illegible] ad[illegible] cum q[illegible]a fit sermo; ô Lachis adeo affl[illegible]g[illegible]is, vt [illegible]g[illegible] neia mittere ad Moreseth vrbē Geth, [illegible] regionem Gethæorum, quæ olim [illegible] dæz, vt tibi opem ferat, quod est mi[illegible] um [illegible] est, mittere emissarios, seu legatos, q[illegible] don[illegible] Gethæis. Quod vero d[illegible]ctū est, *super hæreditat[illegible]th* perinde est ac, *in*, vel *ad hæreditatem Geth*, v[illegible] 2.11. *Abiit Elcana in Ramatha super*, pro, *in* [illegible]

Domus mendacii.] Hebraicè, *Domus* אַכְזִיב *a*[illegible] אַכְזָב *achzab regibus Israel* *Domus deceptionis ad deceptionem regibus Israel.* Chaldæus, Tigur. Pa[illegible]nus, Vatablus, Montanus, & Robertus, *Ach[illegible]b* nomen proprium vrbis esse dicunt, quæ ex nouem tribui Iudæ obtingentibus vna est *Achzib*, Iosue 15. 44. & videtur per allusionē locutus Propheta ad hunc modum; ædes vrbis *Achzib*, quæ instar sunt aranearum, non respondebunt spei, qu[illegible] de ipsa habent reges Iuda; quia nun[illegible] resi[illegible] hosti se dedent: ita Vatabl. Robertu[illegible] & Montan. at Chaldæus sic exponit. *Domus Ac[illegible]zib tradentur populo propter peccata, quibus venerati sunt idola reges Israel.* Planior est prior sensus etiam secundum Vulgatum. Ædes mendacii, nempe Achz[illegible]b, quæ mendacem nomine præfert, fall[illegible]es c[illegible]t reg[illegible]bus Iuda, qui & Israel dicuntur, siquidem se tradent Assyriis, non valentes illis resistere, contra ac ipsi existimarāt. Hieronymus cum [illegible]li[illegible]s prosequitur sensum de *Geth*; mittet ad Geth, quæ habet domos fallaces, in quibus decepit reges Israel, [illegible] ducens ad idololatriam: putat enim cum LX[illegible] esse nomen appellatiuum. Sed clarior, ac sim[illegible]cior sensus est prior.

Adhuc.] All[illegible]sionem quoque seruat, sermonem faciens de *Maresa* vrbe tribus Iuda munita, quæ hæredem sign[illegible]at, vt notant omnes, Hierony[illegible] cum reliquis; & Chaldæus cum recentioribus. Ci[illegible]nes Maresæ hæreditatis, heredes, & possessores v[illegible]stræ vrbis adducam Assyrios. Maresa vna cu[illegible] Achzib obtigit tribui Iuda, Iosue 15. 44. & 2. Paral. 11. 8. Ex quo constat & in superioribus allusi[illegible]nem nominum seruatam.

Vsque ad Odollam.] Vrbs quoque est Iudæ munitissima, ex quatuordecim in campestribus [illegible]tis, Iosue 15. 25. de qua Hieronymus in l[illegible] d[illegible] locis Hebraicis, עֲדֻלָּם *hhdullam*, seu *hhod[illegible]llam* tribu Iuda, & vsque hodie vicus no[illegible] ad Orientem Eleutheropoleos in decimo [illegible]li[illegible]io. Aug[illegible]t calamitatem, quod malum v[illegible], ad O[illegible]lam vrbem nobilissimā, & in ext[illegible]mis [illegible] dæ positam sit peruenturum; & est sens[illegible] g[illegible] ria per antiphrasim pro igno[illegible]inia [illegible] vult Hieronymus [illegible] & om[illegible] ma ignominia vrbem e[illegible] [illegible]ollam o[illegible]

[illegible], Pa[illegible] Vata. & R[illegible]be[illegible]us sub[illegible] *[illegible] reg gloria [illegible] veniet usque ad Odollam*, q[illegible] p[illegible] illi [illegible] stionnes [illegible] & opes earum, quæ gloria [illegible] unt Israel. Quē [illegible] vi[illegible]eturtu di[illegible] asse S[illegible] h[illegible] *hæredem adducam, & [illegible] habitatio Maresa, que [illegible] llam veniet gloria Israel*. [illegible] Al[illegible] nt. *v[illegible] que ad Odollam, [illegible] gloria Israel veniet [illegible]*. Sun[illegible] q[illegible] pliten[illegible] כבד *Cabed*, quod v[illegible] tur *gloria*, sign[illegible] ficare *grauitatem*. N[illegible]n & [illegible]rbum *graue, certe* est, & nomen *Cabed* est *grauis*. & [illegible] *vsque ad [illegible]ollam veniet hæc grauitas, seu grauis calamitas Israel*. probant hunc sensum Lyra, & Montanus.

25 *Decaluare*. Qui [illegible] quatur iam Propheta videt[illegible] interpretes non conueni[illegible]nt. Vatab. ad M[illegible] diei fieri sermonem. Sed cum non potius ad Odollam, quæ paulo ante præ[illegible] Theodoretus [illegible] Ierusalem putat [illegible] ationem text. A[illegible] hic cum non agatur de eius e[illegible] Chaldæos f[illegible]cta, per quos Iudæi ducti sunt [illegible]; sed de [illegible] Assyriorū, nempe Sennacherib, qui [illegible] vrbes Iudæ muni[illegible]tas, & [illegible] Ierusalem, & non cepit, neque eius ciues duxit ca[illegible]; non ver[illegible] ea diceretur, *quoniam captiui ducti sunt ex te*. Hieronymus, Vatab. & Montan. volunt Prophetam al[illegible] vniuersam congregationem duodecim tribuum; quamuis Montanus verba distribuat, & priora illa, *Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum*, ad decem tribus referat: posteriora, *Dilata caluitium tuum* &c. ad Iudam. V[illegible] non videtur hæc intellige[illegible] epistr[illegible] orum [illegible] idio; sed de ob[illegible] Sennacherib Q[illegible] s videtur, quod placuit qu[illegible] Hieronymo, Remigio, Haymoni, R[illegible], & aliis, cum Samaria, aut cū plebe [illegible] sermonem habeat: quasi cum matre filiorum in captiuitatem ducendorum; & idcirco [illegible]mineo imperatiuo Hebraico vtitur [illegible]: *Decaluare, [illegible] tondere*, &c. & probatur ex ipso textu: nam cum Michæas amplificaret exlam[illegible] atem vastitatis Samariæ, & regionis Israëlis, [illegible] quam prius [illegible] tur, quod etiam peruasura erat Iudam vsque ad Ierusalem & ad hoc enunciat aliquas Iudæ [illegible] quæ hoc malum [illegible] debuerunt: deinde redit [illegible] ad [illegible] ctitam Samariæ, vel terræ Israel, & [illegible] incolarum eius captiuitatem. Quod vero a[illegible] Samariæ, & sing[illegible] is prædictis ciuitati[illegible] s I[illegible] uarum insigne [illegible] ex nomine Michæas notauit & [illegible] percutiendæ: ita certe [illegible] aduentu Christi ad Iudæum, [illegible] hominibus, [illegible] do, neque amœnitas, ne[illegible] tudo, neque quiduis aliud insigne potenter [illegible] tudrei, quin condemnet.

Decalu[illegible], & tond[illegible] ubet Samariæ, hoc est, euelli crinem capitis, a[illegible] tondeti; & hoc quidem vel iubet, vt statim [illegible] ertse, vel tondeat; vel h[illegible] prædicit [illegible] hi [illegible] genti va[illegible] tu, *Decaluaberis & tond[illegible] Samaria* quia ad præsens fieri [illegible] tem p[illegible], & [illegible] ad significandum Israel [illegible] è terra [illegible], & velut de[illegible] en[illegible] os, & pro[illegible] m [illegible] como[illegible] d[illegible], quod [illegible] Isaias [illegible].20 *[illegible] radet Dominus in [illegible] illa con[illegible] his, [illegible] in rege [illegible] ar im. [illegible] & pilos pedum & barbam vniuer[illegible]sam*. & [illegible] *tu [illegible] Dominus sume tibi gladium acutum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam*. Ita Albertus existimat per caluitium Samariæ significari Israelitas euellendos è terra sua, & in captiuitatem ducendos, alios autem tondendos, ac decur[illegible] tandos. Theodoretus aliter intelligit, iubens Samariæ omnem ornatum abducere, ornorem capillorum auferre, & [illegible] compositionem; in signum omnimodæ à Deo rerelictionis, qua, Dei cura spoliata, [illegible] obtruncienda est, vt ab incolis va[illegible] etiam ethi[illegible] nt. Tertiò, aliis videtur hoc cal[illegible] & tonsionem nihil aliud præ se ferre, q[illegible] ignominiam, & turpitudinem, qu[illegible] duceret a[illegible] captiua[illegible] cum filiis suis per Assyrios, ac si dicat, Decaluaberis, & tondeberis ô Samaria cum filiis [illegible], quos h[illegible] ctenus in deliciis nutruisti, expilabit, & [illegible] ducentur in captiuitatem, vt [illegible] Erat enim consuetum seruis tondere caput in signum [illegible] ctionis. Sic apud Aristophanem legitur, *seruus cum fiscomam nutrit*. & P[illegible] Lætus [illegible] pho Dio[illegible] *Consuetudinem*, inquit, *fuisse [illegible] beatos captiuitate currum triumphantis sequi abrasos [illegible], in argumentum præcedentis conditionis*. V[illegible] expositio Hieronymi, Remigij, Haymonis, Ruperti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, Vatabli, Montani, & Roberti, [illegible] signo significari [illegible] summum mœrorem, quo inhabitura erat regio Israelis, summamque tristitiam, quam ipsi Israelitæ laturi erant, cum ipsi ducerentur ab Assyriis aptiui. nam [illegible] expilatio [illegible] n. & [illegible] mum dolorem de[illegible] bat. Sic Iob 1. *[illegible] suum, & totondit caput*. ex dolore filiorum [illegible] quam consuetudinem Iudæis cum [illegible] munem sup[illegible] 7. Ierem. n. 20 adnotauimus [illegible] sensum ostendit ratio quam adducit Propheta [illegible] put expilandi, nempe ad dolendum filios charissimos in deliciis enutritos; quod demigrarent in captiuitatem; quæ matri erat summa doloris, fletusque causa.

26 *Sicut aquila*.] Ex qua aquilæ proprietate h[illegible] ducatur similitudo vt sen[illegible] tum e[illegible]. Communis [illegible] telligentia est, sumptam esse similitudinem ex conditione aquilæ exuentis plumas, & easdem [illegible] singulis decenniis. Constat enim esse aquilam [illegible] ex Psal. 102.5 *& renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*. & Isa. 40.31. de [illegible] his dicitur; *assument pennas vt aquilæ*. & confirmant Patres, Ambr. serm. 54. Hi[illegible], & Ilar[illegible] Aug[illegible] in Ps. 66. & 10[illegible] Greg. l[illegible] in Ezech. F[illegible] etiam Albert. Magnus libr[illegible] de Anim[illegible] l. & quidem Hebræorum magistri R. Saadias sup[illegible] 40 Isaiæ, quem ref[illegible] G[illegible] n b[illegible] in Ps. [illegible] & alia [illegible] Hispanos [illegible] M[illegible] quem refert Montanus. Hi enim [illegible] rationem [illegible] runt aquilæ renouationem. Aqui[illegible] singulis decennis, in altum [illegible] supra fontem limpidissimum, & suo motu aut [illegible] tari incal[illegible], & inni[illegible] & inde nidum redit; vbi deceden[illegible] bus plumis, [illegible] renascuntur, manet in plumis [illegible] nuetur, recreatur, & sustentatur. Hæc Albertus [illegible] dias & Isaac, & Epistola 20. d[illegible] Cerco[illegible] 9. tom[illegible] Hier[illegible] Ab h[illegible] denu[illegible] pluma[illegible] sum, tā dic[illegible] auctore [illegible] Michæ & Theodoret. Caluitiu[illegible] aut G[illegible] gorius [illegible] capi[illegible], caluitiu[illegible] aquilæ in toto corpore. C[illegible] la[illegible]ta [illegible] aquila, quæ plumas pe[illegible] qui [illegible]

Ambros.

Greg.

Simile aquilæ cuiu[s] Aristotel. Plinius.

...um anni... Batah. & Roboam... aquilæ caluitio duci similitudinem, non... omniū plumarum denudatione, quam nec Aristot. libr. 9. de Histor. animal. ca. 32. nec Plinius lib. 10. cap. 3. nec vllus aliu[s] historiæ naturalis indagator agnouit, ...quia in Michæa: Dilata caluitium tuum, sicut aquila fit calua, cum senio conf[e]cta omnes capitis plumas ... lam solere se pilis ... est super ... vt contingit gallinis ... ita monet P... Samariam, vt instar aquilæ, quæ super pullos cubans se denudat, ... ipsa dilatet caluitium ... filios suos, qui ... sunt in captiuitatem.

MICHÆÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

VÆ iis, qui noctes insomnes ducunt in lectis suis cogitantes quomodo [1] ... res suos opprimant; ac mox vt aurora illuxerit, surgunt vt exequantur quod pessimè excogitarant, nempe cum [2] ad id facultate polleant. Vbi insederit cordi eorum, agrorum, domorumque fratrum suorum cupiditas, statim vi eos inuolant, sibique eri... ac itaque calumniis opprimunt vnumquemque, quousque vel domum eius, vel hæreditatem possideant. Ideirco sic Dominus, Ecce ego adducam super vos eiusmodi afflictionem, de qua non possitis colla vestra subducere, neque licet vos insolentes incedere: quia tempus illud accesserit, sta... b... & extrem... captiuitatis: Quando non deerunt qui de vobis vastatis [3] conser[i]bant lamentationes, dicentes [4] Vastati penitus sumus. pars maxima populi ducta est in captiuitatem per Salmanasarem, nulla sanè spes reliqua est, quod recedat à nobis Assyrius, nam quomodo diceret scilicet, cum videamus in terras nostras duci ab Assyrio, qui nostras regiones sibi distribuant, ad perpetuò eas inc...dum? Ideirco nunc præmoneo vos, vt caueatis, antequam hæc strages succedat, quando nullus ex vobis supererit, qui habeat sortem in terra Israel. Vos verò Prophetæ, quorum est istos libertatis præmonere, [5] ne desistatis, stillando illis quippiam vole, quia nolunt credere quod eos sit comprehensura ignominia captiuitatis, quam eis pronunciatis. Quid autem est hoc dictum, quod fertur de vobis [6] domus Iacob, quod dicta Prophetarum despicitis? Numquid, etiam si iis Prophetis non credatis, de eis Deo spiritus pr... eticus, qué aliis infundat, quos ad vos mittat? Annon hoc est Dei opus vobis ineuitabile? Num nō verba Prophetarum prodesunt ..., qui rectè gradiuntur, vt resipiscant: vt obsunt persistentibus in suis delictis, quales sunt illi ex populo meo. [7] qui hosti animo consurrexerunt in fratres suos, & pallium super tunicam positum abstulerunt, & eos qui confidenter ... vias publicas transibāt absque ... metu, ita ... ctabant, ac si tempus esset belli. Nec hisce ..., pauperum [8] vxores è domibus eiecistis, in quibus vitam egerant tranquillam cum viris suis, quin & earum ... paruulos genere cōgestis, bonis parentum spoliatos, quæ me, si illa haberent, perpetuò laudarent. Surgite ergo, & abite in captiuitatem, non enim hæc vobis terra sedes erit quam tan... flagitiis contaminastis: quæ ideirco vos non patitur, quin vos à se omnino expellat hostibus diruendos. Se... me vobis non probari, quod dura hæc prænunciem [10] Sed si ro venturus loquerer, & falsa denunciarem, & nequaquam Dei spiritu ducerer, ... vobis placentia prædicerem, nempe ... vinum spectant, siceram, & voluptuosa al... quidem pater... ita à me admonent Audite igitur, & ecce peregrinatori. Certò ad Christum ... ex toto I... cob rel... [1]... ouit e, & caulas Ecclesiæ fidelium, copiosam valde multitudinem, & ... rumpent murum & ... aperient, & transibunt per portam, & ingredientur, & spaciabuntur per Ecclesiam, ... Christum præducentem, & vt caput, & Dominum, eos gubernantem.

CAP. II.

VÆ qui cogitatis [1] inutile, & operamini ... in cubilibus vestris, in luce matutina ... illud, quoniam [2] contra Deum est manus eorum. ... Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum, & domum eius, virum, & hæreditatem eius. Ideirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa 4
sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium. [4] Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, cum reuertatur qui regiones nostras diuidat. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini. Ne loquamini loquentes. Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. [6] Dicit Domus Iacob: Numquid abbreviatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui rectè graditur? Et è contrario populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunica pallium sustulistis: & eos qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. [8] Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: [9] à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. [10] Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer. stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. [11] Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israël, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim [14] pandens iter ante eos: diuiserunt, & transibunt portam, & ingredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

ARGVMENTVM.

RECENSET omnem iniuriarum rationē ab Israelitis in proximos suos perpetratam; ob quam eos, dubio procul, ostendit in captiuitatem migraturos: & tandem conuersione multorum ad Christum eos consolatur. Ex interpretibus autem nonnulli Prophetam inuehi putant in duas tribus, vt Theodoretus, idque insinuant Hieronymus Remigius & Haymo. Alij, vt Montanus, existimant sermonem texi aduersus duodecim tribus. Verius tamen credo, quod videtur Ruperto, & Vatablo, contra Israelem, nempe contra decem tribus loqui Prophetam, eorum scelera recensendo, pœnamque captiuitatis, prope diem timendam proponendo.

In quos inuehatur.

COMMENTARIVS.

1 Inuehitur in iniustitiam.

INutiles.] Hebraicè און *auen iniquitatem*, seu *vanitatem*, hoc est, *rapinam*, vt exposuit Chaldæus; inuehitur enim in scelus Israel in fratres commissum: nam noctu in lectis meditabantur, & excogitabant quomodo miseros opprimerent; deinde cum è lecto surgebant executioni mandabant. Vulgatus hoc grauissimum scelus, *inutile*, vocauit per Miosim, pro, maximè noxium: gaudet enim Scriptura sub verbis humilibus, & simplicibus, grandia tegere, ac significare, vt Reg. 12. 21. *Nolite ambulare post vana, quæ non proderunt vobis*, imo quæ maximè nocebunt.

Miosis.

2 Lectionis ratio.

Contra Deum.] Hæc ratio sic legitur in Hebræo. *Quoniam est* לאל *leel manus eorum*. Et nomen quidem Dei אל *el*, quod à fortitudine fortem eum denominat, præposito ל *lamed*, & sequente nomine יד *iad*; *manum*, fortitudinem, potentiam, seu facultatem in abstracto significat. & ita legendum; *quoniam ad fortitudinem*, aut *facultatem*, aut *fortitudini*, seu *facultati manus eorum*; phrasi Hebraica, pro, *quoniam fortitudo*, aut *facultas in manu eorum*; vel *manus eorum*. Ad hunc modum legimus Gen. 31. 29. *est* לאל *leel*, *fortitudo manus mea*. quod dixit Vulgatus, *valet manum mea reddere tibi malum*. Deuteron. 28. 32. *& nō fortitudo manui tua*, vel *in manu tua*; & Nehemiæ 5. 5. quod Vulgatus vertit. *Nec habemus vnde possint redimi*. Hebraicè est; *& non est* לאל *leel fortitudo manibus nostris*. & Prou. 3. 27. quod legimus; *si vales, & ipse benefac*; est in Hebræo; *si est* לאל *leel facultas manui tua*. Atque ita hoc loco transtulere Chaldæus, & omnes recentiores, Pagnin. Tigur. Vatab. Isidor. Montan. & Robertus: *quia potestas*, seu *facultas est manui eorum*; vel *quia in potestate vel facultate est manus eorum*. significat enim potentiam nimiam, & facultatem ad nocendum. Vulgatus hoc loco nomen pro Deo accepit, & præpositionem pro, *in*, dicens: *quoniam in Deum*, vel *contra Deum est manus eorū*. Hoc est, Deo sunt resistētes, aut repugnātes. Nam si dixisset, *quoniam est Deo manus eorum*, vel *est Deus Fortis manui eorum*, eundem illum sensum redderet; quoniam valent viribus, aut fortitudine, Deo simili, seu forti cuiuis; cui nomen fortis, seu Dei solet accommodari. Septuaginta eadem verba; *quia in Deum est manus eorum*, longè diuerso sensu reddiderunt, *quia non leuauerunt ad Deum, manus suas*. quasi idcirco in tantā rabiem opprimendi res deciderint, quod non precibus supplicauerint Deo; qui facultatem, quam dat, alio referret; nempe ad benefaciendum proximis, non ad opprimendum.

Phrasis Hebraica.

Vulgatæ lectionis sensus.

3 *Sumetur.*] In Hebræo legimus; *In die illa sumet super vos parabolam, & lamentabitur lamentum lamenti; dicetque*. Hoc est, carmen valde lugubre, & planctum grauissimum edet. Vocat autem hanc elegiam, seu lugubre carmen parabolam, quod in lamentationibus soleant misceri sermones figurati ænigmatum, & similitudinum, quæ sunt aliis exemplo futuræ. Sed quis est is, qui sumpturus dicitur hoc lamentum? Montanus arbitratur; pauperes oppressos à ditioribus, qui agros, domosque diripuerant. nam consolantes se ex supplicio citissimo diuinæ iustitiæ, cum suauitate canent, id est, cum solamine. Verùm de communis exitij lamento certius est carmen edendum, de quo in verbis paulo ante positis fuerat locutus; nō de pauperum expilatione. Albertus, & Lyra, & videntur assentire Remig. & Haymo, putant, suppositum illius verbi *sumet*, esse, hostis, aut aduersarius. illi enim læti de malo Israel carmen composuere de eius calamitate, iuxta illud Threno. 1. 21. *omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti*. Confirmat hunc sensum illud. *Cantabitur canticum cum suauitate*, nec enim alius, quàm inimicus eiusmodi carmen suaue foret. Theodoretus tamen, & Rupertus volunt ab ipsis Israelitis afflictis hoc lamentum sumendum, vel vt volunt Pagnin. Vat. & Rober. lamentator quispiam ex Iudæis, qui suo munere fungens stragem sui populi lamentetur; aut certè lamentatores, nam singulare accipit pro plurali, dolorem communem lugubri planctu prosecuturi erant: quo ostendit grauissimum futurū malum, quod esset lamento grauissimo lamentandum esse autem verba ipsorum Israelitarum, ipsa satis ostendunt. Quod verò dicit; *Cantabitur canticum*, nempe lugubre, aut lamentabitur lamentum, *cum suauitate*, aut *in cantico*, vt dicunt Septuaginta, quod videtur mœrori contradicere, si lamentum fiat cū suauitate, sciendum est in Hebræo esse nomen נהיה *nihiah*, quod deriuatur ab eodem verbo נהה *nahah*, quod est *canere lugubre carmen*, aut *lamentari*, vt sit idem quod *lamentum*, seu *lamentatio*. & ita Pagnin. Tigur. Rob. & alij legunt. *Lamentabitur lamentum lamenti*, seu *lugubre*; pro, maxime dolendum: alij, vt Chaldæus, videntur nomen deducere ab הוה *hauah esse*, aut *conterere*, vt sit *afflictio*, aut *contritio*. & ita vertunt, *lamentabitur lamentum in*

Carmen vocat parabolam.

Lamentātur pauperes.

Hostis.

Israelitæ ipsi lamētatores erant.

Afflicti lamentando se consolantur.

[illegible] iniquitatis, [illegible] gentes [illegible] tando [illegible] con[illegible] lentur, & mœrore [illegible] quod alijs, quam ipsis, qui [illegible] conuenit [illegible] quidem cum ducen[illegible] lamentum eiusmodi, & lugubre car[illegible] ne[illegible].

4 *De populatione.* Hebraicè legimus; *Vastando vastati sumus partem populi mei mutauit quomodo auferat mihi? ad restituendum agros nostros diuident* quasi dicat; penitus vastati sumus, iam pars decem tribuum ducta est in captiuitatem. ô quomodo hostis mihi auferet agros; nequaquam distribuent ibi agros nostros, ad restituendum eos nobis, id ad retinendum eos sibi. Sed quia inducit lamentantes suam stragem iam factam, non futuram, vt patet ex præteritis illis. *Vastati sumus, & mutauit.* ideo futura recentiores omnes in præterita, vel eum Chaldæo in præsentia conuertunt, ad hunc modum. Actum est de nobis, nam penitus vastati sumus, si quidem iam hostis partem populi adduxit è terra; vel abducit in terram suam. Sed heu quomodo, vel quorsum eam aufert? aut quorsum agros nostros partitur inter se? numquid ad eos nobis [illegible] uendum? nihil minus. Vulgatus hunc sensum facit. Penitus vastati sumus; nam pars populi mei commutata est pro Assyriis. Heu quam recedet à me pars illa abducta in alienam regionem; numquid redibit? cum hostis ad nos reuertetur, qui agros nostros sibi distribuat? nequaquam. Quacumque ergo ratione legatur, Montanus explicat tanquam lamentum pauperum à ditioribus expilatorum. Vastati, inquiunt, sumus. Quid quæso induit illum diuitem [illegible] mihi pauperi prædia mea sibi abstulerit, cum breui hostis venturus esset, qui illius agros [illegible] anoon latius esset [illegible] suis fuisse contentum? propterea ô raptor diues, vt tibi sum deprecatus, nullus tibi legitimus hæres supererit. At iam diximus hoc lamentum de pœna esse compositum, qua vniuersus populus puniendus erat ob culpam illam oppressionis pauperum. Hieronymus propterea, Remigius, Haymo, & alij de Iudæis à Sennacherib vastatis exponunt. Vastati, inquiunt, sumus; o quomodo pars præcipua populi mei, templum scilicet toto orbe celeberrimum deturbandum est. Cumque diceretur populo ad eius consulationem: ecce recedet ab obsidione Ierusalem, vt occurrat Tharacæ, vel potius Sethoni Regi Æ[illegible]; populus respondebit, quid proderit recessisse, cum statim reuersurus est, & regiones nostras, agrosque diuisurus? idcirco nullus erit in te ô familia Israel, cui sorte contingat aliquid in hac terra Domini. Hic sen[illegible] ud [illegible] ctus est iux[illegible] h[illegible]storiam 4. Regum 19 S[illegible] us ad mentem P[illegible] upl[illegible] æ [illegible] xponunt Al[illegible] b[illegible], Ly[illegible], & nonnulli al[illegible] de historia relata 4. R[illegible] vbi ref[illegible] ur, Salmanasarem regem Assyriorum cepi[illegible] Sa[illegible] m & [illegible] anstul[illegible] Israel in Assyrios, p[illegible] in [illegible] & in Habor iuxta [illegible] taubus Medorum, [illegible] addux[illegible] & de Cutha, & de A[illegible] & [illegible] h, & de [illegible] m, & col'ocasse [illegible] n [illegible] S[illegible] ro [illegible] Israel, qui po[illegible] derunt [illegible] iam, & [illegible] abitauerunt in vrbi[illegible] e[illegible] est e[illegible] toris locuntum. P[illegible] n [illegible] te; iam parti[illegible]

A popu[illegible] p[illegible] decem nempe tri[illegible] aitè ter[illegible], & mutauit in alienam, ex [illegible] qua duxit, qui terram Israelis in[illegible] colerent. iam q[illegible] spes superest reditus, ac restitutio[illegible] is popu[illegible] aut recessus Assyriorum è terra hac, cum[illegible] ienn de[illegible] statione, ducan[illegible] r in eam, q[illegible] nes nostras & [illegible] g[illegible] s [illegible] distribuant [illegible] petui inc[illegible] læ eius futuri? Idcirco p[illegible] vt caueatis peccata: nam proce[illegible] ve[illegible] ne [illegible] vobis ô Isra[illegible] hæ[illegible] remans[illegible] rum [illegible] tem mittat in terra hac vestra; nam tota ea A[illegible] est distribuenda.

5 *Ne loquamini.* Verba H[illegible] b[illegible] *stillabitis, stillabunt, non stillabunt ist[illegible], non appre[illegible] ignominias.* Quæ hunc sensum [illegible] quasi Propheta aliquis conue[illegible] tat [illegible] a[illegible] M[illegible] & similes Prophetas, & dicat. N[illegible] d[illegible] iusmodi comminationes still[illegible] te h[illegible] p[illegible] qui soletis st[illegible] llare; [illegible] ut quid [illegible] un[illegible] stillare; non enim vestræ Proph[illegible] æ [illegible] bunt quicquam salutiferum, n[illegible] quia hic populus non vult h[illegible] mo[illegible] co[illegible] ones, & ignominias admittere, aut p[illegible] a[illegible] noo indu[illegible] t in animum, neque sibi persu[illegible] quod huiusmodi ignominias apprehensuri [illegible] aut pe[illegible] passurus confusiones. Sic vid[illegible] tur Ch[illegible] dæus intellexisse, cum ait, *Ne prophetetis Prophet[illegible] am, neque doceatis populum istum: nam non admittit [illegible] confusionem.* Stilla[illegible] est lo[illegible] ui, & prophetare, vt I[illegible] 29 22 *Super illos stillabat eloquium meum.* Fu[illegible] autem, *stillabunt*, pro participio positum [illegible] Symmachus accepit cum verti[illegible] *stillantes* [illegible] garus, *loquentes*, aut pro præs[illegible]n[illegible] c[illegible] m[illegible] ue[illegible] dine, *stillant*, aut *stillare solent.* Na[illegible] & recentiores interpretes [illegible] ut ant popu[illegible] m auer[illegible] Prophetas, ne sibi prophetent. quasi d[illegible] t, scilicet populus [illegible] ac dicere audebi[illegible] h[illegible] ne stilletis nobis huiusmodi commi[illegible] es, & idcirco ipsi Prophetæ non st[illegible] bun[illegible] renuentibus; nec [illegible] ficient ut eorum g[illegible] Sed prior sensus verbis conf[illegible] rmio[illegible] e[illegible] lectio Vulgati, dicens; ô vos Pr[illegible] phetæ [illegible] phetatis huic populo, ne cur[illegible] pr[illegible] phet[illegible] quia ve[illegible] tæ comminationis [illegible] fus, quia nolunt audire [illegible] neque [illegible] prænunciat s, eos [illegible] omprehendet, ci[illegible] in[illegible] dem vobis habere, ac proinde no[illegible] deferent peccata sua. Hieronymus, H[illegible] o, migius, & ceteri br[illegible] uiter sic [illegible] x[illegible] onunt [illegible] o d[illegible] n[illegible] s Iacob nolite vos decipere [illegible] p[illegible] æs[illegible] mentes n[illegible] de misericordia Dei, & nolite dicere, quod a[illegible] multi dicunt, Deus bonus est, & misericors [illegible] veniet super nos malum captiuitatis, q[illegible] m[illegible] mus.

Dicit Inuectio est in populum m[illegible] e[illegible] in Prophetas Dei, & n[illegible] lentem e[illegible] credere[illegible] ue[illegible] habet [illegible] x H[illegible] b[illegible] æo. *Qu[illegible]d hoc d[illegible] domus [illegible] numquid abbreuiatus est spiritus Iehouah [illegible] An[illegible] sunt opera eius? Annon verba mea [illegible] sunt ambulanti?* & est sensus. Quid h[illegible] c d[illegible] [illegible] ud [illegible] obis ô domus Iacob, [illegible] o t[illegible] P[illegible] as Dei, eorumque verba [illegible] ettamsi [illegible] Prophetis silen[illegible] no[illegible] eis credere; [illegible] pheticus, quem alis[illegible] mittat? Num[illegible] uid hoc [illegible] d os euitare non [illegible] h[illegible]

... re; sicut noxia erunt persistentibus in suis delictis: ita sane: cur ergo tam impudenter Deo repugnatis? Vel hoc modo. Quid est quod dicis domus Iacob cōtra Prophetas meos. Nunne ego potens sum mittere alios Prophetas plures, ac nocuos istis? An hæc, quæ comminantur mala vobis futura, a Deo proficiscuntur, aut ab ipsis Prophetis, & non vos ea inducitis vestris peccatis: meum est tantum per meos Prophetas ea prædicere. Ego certe soleo prædicere bona iis, qui obseruant mandata mea, sicut ceteris mala. Hieronymus, Haymo, & Remig. & ceteri putant adhuc esse verba Dei bonitatem obtendentium ne credant minis Prophetarum. Numquid larga Domini misericordia, eiusque Spiritus clemens, nobis solis abbreuiabitur, aut angustrabitur, & seuerus erit? aut tales sunt eius cogitationes quales in hominibus videmus, qui ad vindictam subito concitantur? respondet Dominus: bonus quidem sum; sed rectis: at vos pessime agitis. Hic sensus à priori in eo differt, quod verba exponit quasi ipsius Iacob; cū alij ad ipsum Iacob fieri dicant: propter participium præteriti cum He præfixa האמור beamur, quam hic volunt esse vocantis particulam. & ita vertunt, ò dicta domus Iacob, vt Numer. 15.15. הקהל bekkehal ò congregatio, vnum præceptum erit, &c. Deut. 32.1. Audite השמים hasamaim ò cœli quæ loquor. Ezech. 37.9. à quatuor ventis veni הרוח haruach ò spiritus. sic hoc loco recentiores, Pagn. Vatab. Rob. & alij legunt; ò dicta domus Iacob, vel quæ diceris, aut gloriari soles de hoc nomine, domus Iacob. spiritus Domini est abbreuiatus? Vulgatus tamen actiue vertit; dicit domus Iacob. sicut & Chaldæus, & LXX. dixerunt, quæ dicit domus Iacob. vt particula ה sit interrogantis. quod dictum domus Iacob, aut quid dicit domus Iacob? Nam Tigur. vertit, annon dictum est a domo Iacob? vel ò dictum domus Iacob: quasi dicat, non recte locuta est domus Iacob, cum Deus multos Prophetas possit mittere.

Sensus 2.

Lectionis ratio.

7 *Et è contrario.* Hebraice ואתמול Veethmul populus meus in hostem stabit. dictio illa Et Ethmul, vna dictio esse putatur à R. Abraham, & Dauide Kimhi in libro radicum; & in huius loci commentario, idem significans quod heri, hesternus dies, aut tempus paulo ante præteritum. quam rationem secuti Septuaginta verterūt, & antea populus meus. & Symmachus, quem refert Hieronymus, Ante vnam diem populus meus, quasi inimicus resistit. & Vulgatus Isa. 30.33. dixit præparata est enim מאתמול meethmul ab heri Topheth. & ita recentiores omnes hic acceperunt, vertentes. equidem heri, vel non adeo pridem populus meus in hostem insurget, pro, insurgit, seu insurrexit & quod sequitur, sic habet. Ex aduerso tunica pallium exuetis, transeuntes simpliciter redeuntes e bello; pro exuistis, aut exuitis. Insequitur auaritiam iniustam populi: & est sensus: Equidem & populus hic meus, quod maxime est dolendum, in inimicum stabat, alter cōtra alterum: quasi hostis enim esset fratribus, spoliabat tunica, & pallio transeuntes confidenter, vt qui redeunt è bello, parta victoria, & pace composita. Sic intelligunt R. Abraham, Abenezra, David Kimhi, Pagn. Tigur. Vatab. Isidor. & Robert. nisi quod quidam participium illud, redeuntes e bello, coniungunt cum verbis illis, qui spoliabāt, adhunc modum. & spoliabant tunica, & pallio transeuntes simpliciter, vt hi, qui reuertuntur e bello sanguinarii, & raptores. & David Kimhi connectit hanc sententiam cum præcedenti, hoc modo; Nec mirum si hostis consurgat in vos, siquidem tam pridem hostes vos statuistis fratribus vestris, spoliantes eos veste, & pallio. Vatab. sic distinguit hanc periodum. Qui heri, siue antea erat populus meus, hodie quasi sit hostis insurgit contra vestem pauperū pulchram conspectam, pallium exuit a transeuntibus pacifice, vt hi, qui redeunt e bello. Montanus sic quoq; declarat; Qui non ita pridem populus meus erat, veramq; colebat pietatem, in hostem quemcumque consurrexit, & superior omnibus euadebat. Nunc vero postquam a iustitia, & obseruatione legis ad iniustitiam desciuere, Dei auxilio destituti, ignauissimi, ac timidissimi redditi sunt, adeo vt ... vestem baculo suspensam, vt e militare ... signum, ... spicientes, vano territi metu, deposito ad ... celeriorem pallio, turpiter fugiant; & viatori relinquant auferendum simpliciter trāseunti, non secus ac si victus, & spoliis onustus è bello rediret. Sed existimo simplicem verborum Hebræorum intelligentiam esse. Et heri qui populus meus erat, ac si sit hostis insurgit nunc contra vestem, pallio spoliat transeuntes confidenter, vt qui reuertuntur e prælio pace composita. Quam insectatur iniustos pauperum oppressores, qui suis factionibus adducent hostem Chaldæum.

Chieur ... ari ...

Sim ... ex ... um.

Verum Vulgatus dictionem Ethmul, quasi compositam accepit ab את eth, è ex, & מול mul contra; quemadmodum notauit R. Ionah & legendum. Et è contra populus meus in hostem consurrexit. E regione vestis pallium sustulistis. Est sensus Hieronymi, Haymonis, Remigij, Alberti, Hugonis, & aliorum; bene gradienti bonus ego sum vos vero è contra, contra me, vt aduersarij consurrexistis, præcepta mea perfringentes, siquidem fratres vestros pallio, quo super tunicam se induunt, spoliastis; quin imo eos, qui per vias vestras transibant innocue, & confidenter, conuertistis in bellum, sic cum eis agentes, ac si belli tempus esset, vexantes, & rapientes eorum bona. Hieronymus spiritualiter videtur intelligere de his, qui innocentes peruertunt, & spoliant Dei auxilio, ac virtute. Chaldæus paraphrastes, hanc, quam vti culpam præferunt verba Prophetæ, ipse vt pœnam exponit; dicens. Propter peccata iniuria traditi sunt, è regione eorum populi stantes possident eos, pecuniam eorum pretiosam ab eis tollunt, transeuntes per terram eorum confidenter, conuertuntur in eos, velut bello confractos.

S... xta ... ul-

Chaldæus.

8 *Mulieres.* Hoc est, per calumniam domos eiecistis mulieribus, quas incoluerant cum viris suis à tempore adolescentiæ, quod est tempus spōsis deliciarum coniugalium: postquam viros earum omnibus bonis spoliastis, detrusos carcere, vel vrbe fugatos. Vel secundum Alber. Vat. Isid. Vos in causa fuistis cur viri suspectas haberent vxores de adulterio, vel illas inducendo ad peccandum, vel calumniando, ac vt sic domo eiicerent, in qua summa cum dilectione maritali viuebant. Vel secundum Hieron. Haymonem, & Remig. fuistis in causa vestris delictis, vt mulieres, m... r... næque delicatæ in captiuitatem ducerentur desertis domibus, in quibus deliciose habitabant. Simpliciter sensus est, his non contenti, vi interfectis, aut ad summam redactis

Aua... dr... ... xoribus.

inopiam,

[illegible] o [illegible] d [illegible] ibus exp [illegible] qu [illegible] amore, & tranquillitate viue [illegible] erat sæuam [illegible] orum auaritiam. S [illegible] us. Robert. popu [illegible] autem [illegible] vt [illegible] Vatab. & Montanus pauperiorum ho- [illegible] erbam vocat, iuxta illud [illegible] lmi 9. 35. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.*

A paruulis. Vos, ait, hoc facto vestro filios g[illegible] mere [illegible] mpulistis, & blasphemare, qui me laudarent, sua bona mihi accepta referentes. Nam bonis suis parentibus spoliati, hi [illegible] inope [illegible] o[illegible] phaui que relicti, dolent suam sortem; & eos, qui cau[illegible] fuerunt, insectantur maledictis. Ita Alb. Lyra, & Mont. secundum Hebræos, Pag. Vat. Isid. & Rob. nomine *laudis, gloriæ*, vel *decoris* int[illegible] mu-tuam viri, & vxoris coniunctionem. [illegible]am hæc d[illegible] fecisti, quę gloria Dei erat perpetua, nempe in perpetuo amore legitimo per euerare, paruuli [illegible] nascebantur inglorij, aut spurij ex alijs viris. Vel nulli nascebantur ex illo matrimonio legitimi, quæ gloria ocillabat matrimonio. Vel qui iam erant nati, orbati parentibus, priuabantur gloria sua, & honore, & sustentatione, quæ illis ex mutua parentum coniunctione proueniebat. Atque ita quod dicitur: *a paruulis earū tulistis gloriā meam perpetuā.* sic debet per hysterologiā accipi, *paruulos earum abstulistis a gloria mea*, id est, ab illo matrimonio. Vel [illegible] oti[illegible], fuisti [illegible] causa paruulis, ne m[illegible] trimonium ini[illegible] nt, quo po[illegible] eritatem pr[illegible]agarent, [illegible] ę est g[illegible] oria mea: dum vel eos interfecistis, vel bonis priuastis, quibus id possent conficere. Hoc est illud Chaldæi. *Ab ipsis filios tollentes, translata est gloria eorum, quam dixerunt in æternum permansuram.* [illegible]uia vero cōtra auaritiam loquitur, videtur ma[illegible] rei, de qua agitur, primus sensus conuenire.

Vtinam. Hebraice sic legitur *Si vir ambulans* [illegible] *tu, & mendaciū mentitus est, stillabo tibi ad vinum, & ad siceram, erit stillator populo huic.* Hoc est, si quispiam veniret vento ductus, & loquens falsitatem, dicens: Ego vaticinabor vobis pro vino, & sicera, & pro alijs xeniolis, quæ placeant, hic habebitur Vates populo huic. sic intelligunt Paulus Burgensis in 2. additione [illegible] agn. Vatab. Isidor. & Robert. Vel, vt ait Montanus. Si quis popularem auram secutus, mendacia sibi ad gratiam confingeret [illegible] t de vino, ebrietate, & de delicijs conseruandis, hic vt [illegible] oneus stillator, & Propheta ab omnibus probaretur. Ita hi auctores, quia dictio לו lu significat, *si*, &, *vtinam*, vt Psal. 8[illegible] 14. *Si populus meus audisset me.* & ita legit Chaldæus. Et [illegible] uic sensui possu[illegible] t accommodari verba Vulgati hoc modo. Vt[illegible] am vir essem ductus vento, & non spiritu prophetico, & falsa potius loquerer [illegible] vaticinarer vobis gratissima, nempe ad [illegible] inum, & ebrietatem [illegible] onducentia: sic enim populus [illegible]te gauderet stillari, [illegible] b eiusmodi Vate [illegible] om[illegible] o- neit. at nunc e contra mihi contingit; nam quia sum verus Propheta, vaticinor vobi[illegible] stragem extremam. Sed Hieron. Ha[illegible] mo, Remi[illegible] Alb. Hugo, Lyra, & Dion[illegible] [illegible] iuxta Vulgati lectione[illegible] interpretātur. V[illegible] um habere in spiritum prophe[illegible] mm [illegible] tione falleter, ne [illegible] or per [illegible] o nuttar, vt [illegible] rus Propheta, ideo [illegible] m vinum [illegible] statis, & furorem, qu[illegible] eb[illegible] præura[illegible] me[illegible] lan[illegible] e, [illegible] no[illegible] deb [illegible] [illegible] nec [illegible] autem [illegible] ne [illegible] can [illegible] num

A [illegible] am [illegible] *Domin* [illegible] *in* [illegible] *bet* [illegible] *ne.* [illegible] T [illegible] R [illegible] a [illegible] qu [illegible] facta per Se[illegible] h [illegible] ex [illegible] exercitus ab An[illegible] tunc omnes Iudæi in vrb[illegible] ab h[illegible], vt oues in[illegible] caul[illegible] titudine tumultuabantur. Sed A[illegible] perator A[illegible] yriorum transiuit ante om[illegible] tiens ex[illegible] itum. quo [illegible] per tam vrbis, & egressi sunt [illegible] ea[illegible] R[illegible] um Ezechias ante eos & De[illegible] [illegible] perator in capite omnium. hoc se[illegible] quod verbum sic in Propheta [illegible] respondeat, nisi quod totus Iacob n[illegible] [illegible] nis conclu[illegible] is [illegible] quæ, [illegible] æ fugerant ex [illegible] vrbib[illegible] capti

Supra dicti auctores [illegible] hanc sententiam de excidi[illegible] Ierus[illegible] lem[illegible] Nam [illegible] unc omnes Iudæi intr[illegible] v[illegible] Ieru[illegible] [illegible] b hostibus conclusi f[illegible] ut [illegible] ue[illegible] intr[illegible] vbi præ multitudine tum[illegible] l[illegible] u[illegible] bantur [illegible] Se[illegible] cias ascendit per hort[illegible] m uun[illegible] & m[illegible] pro per foramen aufug[illegible] in so[illegible] [illegible] m p[illegible] us omnium, quem ceteri insecuti sunt. Et Dominu[illegible] erat in capite omnium, ad perden[illegible] um [illegible] qui fuerat ad custodiendum. constat hic sensus [illegible] storia 4. Reg. 25. Huic obstat q verba [illegible] consolation[illegible] m videntur præferr[illegible] verbu[illegible] potissimum ostendit: *& transiuit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.* [illegible] mq[illegible] [illegible] Iehouah ascendit p[illegible] imus omnium fugiens [illegible] haldæos, aut ductus in captiuitatem [illegible]

Propterea alijs visum est prophetiam esse consolatoriam [illegible] qua pollicetur Pr[illegible] phet[illegible] tum è captiuitate, quando totus I[illegible] gatus est in vnum populum, v[illegible] m v[illegible] ouile, & rediit p[illegible] æd[illegible] ente Zo[illegible] obabele [illegible] q[illegible] ducti sunt in v[illegible] bem Ierosolymam [illegible] po[illegible] tas, & rex coram eis, & Ieh[illegible] h[illegible] [illegible] nium, tanquam triumpha[illegible] or. At neq[illegible] cob tunc congregatu[illegible] est, sed Iud[illegible], & B[illegible] neque regem tunc h[illegible] uerunt præ[illegible] eum Zorobabel n[illegible] erat rex.

Quamobrem [illegible] m[illegible], E[illegible] lib. 2. D[illegible] monstr. Euang. cap. [illegible] H[illegible] ronym[illegible], H[illegible] Remigius, Ruperti[illegible] A[illegible] ra, nysius, Isidorus, & M[illegible] u[illegible] onsolatione per C[illegible] ad [illegible] cend[illegible] [illegible] quando [illegible] Iacob [illegible] rel[illegible] q[illegible] [illegible] ra[illegible] lis & Iudæ[illegible] ictum congregau[illegible] ouile qu[illegible] oues [illegible] le, [illegible] multitudine. E[illegible] quidem Deus ipse [illegible] den[illegible] lis iter, & [illegible] gredientibus pe[illegible] a[illegible] nic[illegible] torum, [illegible] in ciuitatem E[illegible] & [illegible] rum Christus transibit [illegible] s, & [illegible] capite omnium. Sed in modo [illegible] co[illegible] sol[illegible] ionem di[illegible] erunt h[illegible]

Eus[illegible] us vniuersos in [illegible] [illegible] ngre[illegible] and[illegible] pe[illegible] [illegible] Christo [illegible] præ q[illegible] [illegible] q[illegible] on [illegible] d[illegible]

C[illegible]

A Christi ad Limbum, vbi congregauit Deus totum Iacob, hoc est, ex toto Iacob electos, quasi gregem selectum in ouile; ante quem ascendit Christus pandens iter in cœlum. Et illi quidem diuisi ab iis, qui iacent in inferno, transibunt portam Limbi, & egredientur rege eorum Christo præducente, & Iehouah in capite omnium.

De electa Ecclesia ex Iudæis.

Hieronymus, Rupertus, Albertus, & Montanus de congregatione Iudæorum, in vnam cum gentibus Ecclesiam, per Christum in priore suo aduentu facta, exponunt. Nam tunc ex toto Iacob congregauit Dominus reliquias in ouile Ecclesię cum Gentilibus conuersis, in magna copia, laudantium Deum; & Christus transiuit ante eos perrumpens obstacula agentibus iter per viam Euangelij, qui portas Ecclesiæ aperuerunt, & per B eas ingressi sunt; & Christus Rex, & Dominus transiuit ante omnes.

Christus pandit iter in cruce.

Vel Christus ascendit in crucem pandens iter: qui dixit Ioan. 12. 32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*; & ipse est porta, quam fideles aperiunt, vt per eam ingrediantur, & est rex, & Dominus, qui verbo præeat, & exemplo, *nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius.*

De cogenda Ecclesia triũphante ex Iudæis.

Demum idem Hieronymus, Haymo, & Remigius de posteriori aduentu intelligunt congregandas ex Iacob reliquias, & cogendas vna cum fidelibus gentium electis in vnum gloriæ cœlestis ouile, vbi tumultu communi vociferabuntur, & laudabunt Deum; & Christus agnus Dei præcedet omnes pandens iter: electi autem C diuisi ab impiis ingredientur portas patriæ illius cœlestis; & rex eorum Christus transibit coram omnibus: & tunc Deus erit in capite omnium iustorum; quia caput Ecclesiæ Christus, & caput Christi Deus. Atque ita hi Patres hunc locum elucidant.

12 *Totum te.*] Expositioni Patrum obstare videtur hæc particula: siquidem nõ totus Iacob congregatus est in Ecclesiam: sed reliquiæ.

Obiectio.

Responsum.

Respondet Lyra, totum Iacob significare primores Iacob; quemadmodum tota ciuitas vocantur maiores ciuitatis.

Totum pro electis.

Vel totum Iacob electum, nam vt dixit Apostolus ad Rom. 9. 3. *Non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine.* Sicut quando Christus dixit Ioan. 12. *Et ego* D *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*; nempe electos, vel ex omnibus: ita ex toto Iacob cogam reliquias, vt statim explicuit.

13 *In ouili.*] Hebraice, בָּצְרָה *Botsrah*, Vnde recentiores omnes interpretantur; *quasi oues Botsrah*;

Botsra vrbs Idumææ.

quæ erat vrbs Idumææ ouibus abundans: quo A significat se congregaturum ex toto Iacob selectiores, quasi oues selectas *Botsræ*:

Sensus 1.

vel, vt ait Montanus; quia *Botsra*, *munitam*, aut *Valentiam* significat, qualis est Roma, quæ Latine est *Valentia*; congregaturum se promittat Iacob sub Imperium Ecclesiæ Romanæ.

Sensus 2.

Verum veteres quasi nomen cum præpositione esse intellexerunt, ב *Be* enim est, *in*. צָרָה *tsarah* autem est *angustia, oppressio, afflictio.* & ita LXX. verterunt, *sicut oues in tribulatione*, Vulgatus autem, & Chaldæus, *in ouili*, quod est septum angustum, in quo oues coarctantur, & concluduntur; & probat hanc lectionem, quod tanquam explicatio subiicitur, *tanquam gregem in medio caulæ suæ.* Est autem differentia, quod nomen hoc compositum legitur בַּצָּרָה *Baisarah*, vt B Psal. 9. 10. *adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.* at nomen proprium vrbis legitur בָּצְרָה *Botsrah*, vt hoc loco. itaque in punctis est differentia.

Pandens iter.] Hebraice est, *Ascendit* הַפֹּרֵץ *Haporets*, *ante eos* פָּרְצוּ *paretsu*, *& transierunt portam.* 14

Hoc est, ascendit effractor; aut perruptor ante eos, fregerunt, seu perruperunt portam, & egressi sunt per eam.

Christus perruptor.

Dicitur autem Christus perruptor, quod obuia quæque veluti perrumpat excrescens, & diruat murum, & portam patefaciat; quod ipsum eius ope, & exemplo, dicit facturos congregandos ab eo; nam & ipsi perrumpent obuia quæque. & transierunt portam, iuxta illud Matth. 16. 24. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*; qui

Christus pandens iter.

C ideirco dicitur *pandens iter*, nempe *aspera conuertens in vias planas, & praua in directa.* Quod vero Vulgatus verbum וַיֵּצְאוּ *Vaietsu* conuertit, *& ingredientur per eam*, recte quidem ad sensum Patrum supra adductum, interpretatus est, qui Prophetam locutum intellexerunt de reliquiis Iacob Ecclesiam Christi ingredientibus.

Verbi significatum.

At verbum illud proprie *egredi*, seu *exire* est, vt Septuaginta, & ceteri omnes interpretes hoc loco verterunt, dicentes, *& egressi sunt per eam*; quasi murum vrbis perruperint, & portam fecerint, per quam fuerint egressi ex vrbe, qua ratione non conuenit hic locus ingredientibus in Ecclesiam; sed Iudæis egressis ex vrbe Ierosolyma, iuxta primum sensum initio explicatum.

Obiectio.

Responsum. Ingressus & egressus Ecclesiæ.

Sed quid quod amplitu- D do Ecclesiæ, & angustia captiuitatis postulat, vt qui ad Ecclesiam inducuntur, non inepte dicantur perrumpere murum eius, & maceriam, & portam aperire, per quam ingrediantur, & egrediantur in amplissimam Ecclesię regionem, per quam Christo Rege spatientur?

MICHÆÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

AD vos meum conuerto sermonem, [1] ô principes, & magistratus Ierusalem, quorum est Rempublicam administrare. Annon vestra interest [2] ius vnicuique dicere, & causas populi tutari? quomodo contra facitis, [3] bonum destruentes, & malum conseruantes. ita enim miseros opprimitis, & suis bonis spoliatis, vti pastor, qui pecus excoriat, & vt carnem deuoret, carne ipsa denudat ossa: ita vos consumitis opes populi mei, & carnem deuo-

Cap. III.

1 | ET dixi: [1] *Audite principes Iacob, & duces domus*
2 *Israel:* | *Numquid non vestrum est scire* [2] *iudicium? qui odio habetis* [3] *bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum?* | *Qui comederunt carnem*
3 *populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt. & conciderunt sicut in lebete,*

tatis, cibum, quo vescitur, diripientes, & modicam substantiam, qua vt pelle tegitur, adeoque in meos pauperes desæuiistis, vt eos comminuatis, vt solent ossa confringi, in frustaq. comminui, vt apte coniiciantur in ollam coquenda. Ob hanc sæuitiem vestram, in illa afflictione, quam prænuncio, clamabitis ad Dominum, vt liberet vos, non exaudiet: quin imo & abscondet vultum, quasi qui nolit videre, vt misereatur, sicut nec vos exaudistis eos, qui vos rogabant, sed vultum à precantibus auertebatis.

Rursus sic dicit Dominus contra vos pseudoprophetas, qui seducitis populum hunc: nam dantibus vobis quod [4] mordeatis, & comedatis, prospera cuncta prædicitis, at iis, qui non dederint ad votum vestrum, metum incutitis, affirmantes certo parari bellum, contra ipsos. Idcirco tempore captiuitatis, vestra visio, qua prospera falso denunciabatis, in noctem calamitosam conuertetur, & diuinatio in tenebras, & summa, quæ vos comprehendet, tribulatio efficiet Solem prosperitatis, diesq; lætitiæ obtenebrescere coram populo, quæ vestræ Prophetiæ pepererant: & confundemini, & erubescetis, & præ iusto pudore vultum contegetis, cum videretis, animaduertisse populum falsitatem vestrarum promissionum, & quod nullum habuerint responsum Dei. Et vos quidem ita vos geritis; at ego non eius sum conditionis, qua vos: nec possum tacere scelera Israel, [5] quia vis diuini spiritus occupauit totum me, vt animose eius constanter, & absq; vllo metu pronunciem, & coarguam scelera, ac peccata populi huius. Quod vt experiamini, audite principes, iudices, & Sacerdotes Israeliticæ plebis, qui abominamini ius suum vnicuique seruare; imo omne quod æquum est peruertitis: qui domos magnificas ædificatis in vrbe Sion, & in Ierusalem, [6] ex pecuniis inique coactis; ex bonis, quibus sustentari debent pauperes; nam qui ex vobis iudicium exercent, pro muneribus causas agitis: & qui sacerdotes, pro pretio docetis: & qui Prophetæ, pro pecunia diuinatis, & [7] fiduciam habetis in Domino, dicentes, fieri non potest vt recedat a nobis Dominus, qui adeo tranquille habitat in templo, quod est in medio nostri, non est quod timeatis vllum malum futurum. Sed non proderit vobis hæc vestra vafrities; quin imo ob vestra scelera [8] mons Sion ita a Chaldæis diruetur, vt possit arari, & Ierusalem in aceruos lapidum redigetur; & mons Moria, in quo domus templi est constructa, ex celsitudine rupium ruinarum, in syluam excelsam conuertetur.

& quasi carnem, in medio ollæ. | *Tunc clamabunt ad Do-* 4
minum, & non exaudiet eas: & abscondet faciem suam
ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuen-
tionibus suis. | *Hæc dicit Dominus super Prophetas, qui* 5
seducunt populum meum: [4] *qui mordent dentibus suis,*
& prædicant pacem: & si quis non dederit in ore eorum
quippiam, sanctificant super eum prælium. | *Propterea* 6
nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatio-
ne: & occumbet Sol super Prophetas, & obtenebrabitur
super eos dies. | *Et confundentur qui vident visiones, &* 7
confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia
non est responsum Dei. [5] *Verumtamen ego repletus sum* 8
fortitudine spiritus Domini, iudicio, & virtute: vt an-
nunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum.
| *Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Is-* 9
rael; qui abominamini iudicium, & omnia recta per-
uertitis. | *Qui ædificatis Sion* [6] *in sanguinibus, & Ieru-* 10
salem in iniquitate. | *Principes eius in muneribus iudi-* 11
cabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & Pro-
phetæ eius in pecunia diuinabant: & [7] *super Dominum*
requiescebant, dicentes: Numquid non Dominus in me-
dio nostrum? non venient super nos mala. | *Propter hoc,* 12
causa vestri, [8] *Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem*
quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa
syluarum.

ARGVMENTVM.

INVEHITVR in rapacitatem principum, & magistratuum, cum etiam sacerdotum, qui ius peruertebant, & innocentes opprimebant: in pseudoprophetas quoque, qui grata prædicebant, falsa tamen ob quæstum. Omnibusque comminatur extremum exitium, & vrbis Ierusalem, templique vastitatem.

COMMENTARIVS.

1 AVdite.] Hebræa habent, *Audite quæso capita Iacob, & duces domus Israel.* Contra administratores Reipublicæ esse Prophetæ sermonem, & communior est interpretum sententia: & illa verba satis ostendunt. *Numquid non vestrum est scire iudicium.* Sed num loquatur Michæas ad magistratus duarum tribuum solum, an decem, an omnium, dubium est? Lyra, Albertus, & Hugo putant ad principes vniuersi populi, nempe duodecim tribuum, fieri sermonem. Dionysius ad decem tantum, quæ Iacob, & Israel solent nuncupari. Verius tamen Haymo, & Remigius, & Rupertus ad principes duarum tribuum putant fieri inuectiuam; quod in fine capitis ob culpam eorum dicat. *Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.* Idque certum fiet in fine huius capitis.

Inuectiua in principes Iudæ.

A

B

2 *Iudicium.*] Ius dicere vnicuiq; ex officio spectabat ad magistratus: quod nomine *iudicii* hic intelligit, vt intelligunt Theodoret. Alb. Lyra, Vat. Mont. & Rob. Nam inuectiua est in peruersum iudicium eorum, quorum interest non opprimere innocentes, & opprimentes plectere.

Contra iudices.

Bonum.] *Bonum*, & *malum* omnes fere interpretes in neutro genere accipiunt, quod peruersa sequerentur illi, & iniusta committerent. Atq; ita accipiunt Theodoretus, & Chaldæus cum ceteris. Verum Albertus masculine quoque posse accipi dicit, quod iustos, & innocentes odio prosequerentur; iniustos autem, & nocentes beneuole tractarent, & quidem in Hebræo masculine dicitur *bonum*, & *malum*, cum neutro genere careat lingua Hebræa. Et quod sequitur confirmat; *diripientes pellem eorum desuper ipsis, & carnem eorum desuper ossibus ipsorum*; nempe bonorum, aut cuiuslibet ex bonis, nisi velis hoc pronomen referre *Iacob*, & *Israel*. Verum nihil refert si neutro genere accipias, cum eadem sit principum damnatio, qui instar pastorum peruersorum, ouium pelles detrahunt, & carnes diuidunt, ossaque confringunt, & in lebetem, ollamque coquenda coniiciunt, vt suam famem satient. Hanc autem allegoriam in Scriptura quandoq; vsitatam explicat paraphrastes Chaldæus his verbis. *Diripientes substantias populi ab eis, & diuitias pretiosas eorũ auferentes. Qui expoliant facultates populi mei, & pecuniã pretiosam eorũ ab eis auferunt, & reliquias eorũ consumẽtes, & reddentes, & comminuentes, sicut cõminuuntur mẽbra intra ollam, & particula carniũ intra lebetem.* Notant 3

Malum & bonum masculine.

Pastorum iniquitas.

Vatablus,

Populus Dei pauperes.

Vat. & Montan. populum suum vocare Deum, A
populum miserum, afflictum, & à potentioribus
oppressum, nomine *olla*, aut *lebetis*, licet Hieron.
Haymo, Remig. Albertus, & Hugo, intelligant
Ierusalem, in qua pauperes sunt afflicti. Verius est

Similitudo a pastoribus.

similitudinem explicari, quod sicut pastores carnes
ouium, & ossa concidunt, vt mittant in ollam
coquenda, ita potentes bona pauperum dilapidant,
& concidunt, & in particulas confringunt,
inter se partientes.

4 *Qui mordent.*] Tres sunt huius loci expositiones.

Expositio 1.

Prima est Dauidis Kimhi, & M. qui frendebant
dentibus suis in veros Prophetas vltionem
diuinam conclamantes, cum ipsi pacem, & felicitatem
prædicent: sic & Lyra; detrahunt veris

Expositio 2.

B Prophetis. Secunda est Dauidis eiusdem, Vatab.
Isidori, & Roberti, quam prius adduxerat Theodoretus,
quod assentationis, & adulationis morsibus
noceant, amicitiam simulantes, & pacem
prædicantes, cum reuera sit bellum; mordent

Expositio 3.

ergo osculando. Tertia expositio est Alberti, Hugo.
& Dionysij. mordent dentibus, dura sæuaq;
comminantes non dantibus; cum dantibus dona,

Expositio verior.

& escas, prædicent prospera. sed melius ad
eundem sensum exponunt Chaldæus, Hieronymus,
Haymo, Remig. Vatab. Montan. & Robertus,
qui, quod, habeant, dentibus quod mordeant,
& ventri faciant satis, prædicant prospera.
Qui sensus ex antithesi constat verus esse, nam
ait. Et in eum, qui non dederit cibum, quem ore
C mordeant, vel iuxta os; aut votum ipsorum, &
petitionem, sanctificant, id est, indicunt, aut denunciant
bellum futurum. itaque quæstus gratia
diuinant ad nutum dantium. Ita idem interpretes
& Chaldæus sic hanc sententiam exposuit.

Contra quæstum Prophetarum.

Qui offert eis conuiuium carnis huic pacem vaticinantur; & qui nihil eis offert, contra hunc excitant bellum
qui illud, *sanctificant contra eum*, explicat, excitant
bellum, seu tragœdias mouent, vt volunt Vatab.
& Rob. nam & auarum condamant, ingratum,
& impium, qui Prophetæ prospera prænuncianti
nihil alimenti præbuerit.

5 *Veruntamen.*] Hebr. *Et quidem ego repletus sum*

Tria in Propheta requisita. Spiritus Prophetæ.

robore ab spiritu Domini, iudicio, & constantia. quibus
tribus significat tria Prophetæ necessaria: *robore*,
D id est spiritu prophetico, aut dono prophetiæ inuicto,
cui nulla vis resistere valeat: vt accipiunt
Chaldæus, & Vatablus vel instinctu spiritus ad
loquendum, vt intelligunt Theodoretus, Haymo,
& Remigius: qui propterea verus esse debet,
vt nulla ei falsitas subesse possit, secundum Albertum,
ad differentiam spiritus leuissimi pseudoprophetarum.
iudicio, hoc est, discretione veritatis,
qua discernat veritatem suæ prophetiæ à
falsitate aliarum, vt insinuant Chaldæus, Albertus,
& Vatablus. Vel *iudicio*, hoc est comminatione

Iudicio.

supplicij à Deo iudicati contra principes il-

Virtute.

los, vt insinuant Haymo, Remigius & alij. *Et virtute*,
nempe constantia contra timorem, vt intelligunt
Albertus, Vatablus, & Montanus. Hæc
E enim data sunt Prophetę ad annunciandum peccata

Propheta quibus ornatus prophetet.

Iacob, & scelera Israel. Ait ergo Michæas.
Vos quidem ita vos geritis; at ego non sum eius
conditionis, cuius vos: nec possum non annunciare
scelera Israel; quia vis spiritus diuini totum
me occupauit, vt comminationes eius constanter,
& absque vllo metu pronunciem: & sine cessatione,
voceque contenta *annunciem populo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum*, vt dictum
cap. 58. Isaiæ.

In sanguinibus.] Nomine *sanguinum*, intelligit 6

Sanguis substantia pauperum.

substantiam, qua sustentabantur miseri; iuxta illud
Ecclesiastici 34. 24. *Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem: quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.*
Sic Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus,
Vatablus, & Robertus. Secundo, nomine *sanguinum*,

Sanguis oppressio innocentium.

iniustas quasq; oppressiones accipit, quibus
opprimebant innocentes, vel pecuniis acceptis
B ab aduersariis, vt illos opprimerent, & de medio
tollerent; vel opibus miserorum ereptis per nefas.
ita quoque Hieronymus, Haymo, Remigius,
Lyra, Dionysius, Vatabl. Isidorus, Montanus, &
Robertus. Ex his ergo bonis iniuste direptis ma-

Iniquum ex bonis ereptis domos construere.

gnificas domos ædificabant, quas statim vocat
iniquitatem, quia contra omne ius, & æquum, bona
illa accumulabant, & ingentes domos ædificabant.

Super Dominum requiescebant.] Hebr. *& Iehoua* 7
innitebantur. Hoc est, & cum tot, tantisq; sceleribus
contaminati essent, spem habebant in Domino,
quod non essent destruendi, illa leuissima

Requiescit in Domino, qui ei innititur, aut fidit.

ratione ducti, quod in templo omnibus conspicuo
præsens adesset, vt illi qui Ierem. 7. 4. confi-
C dentes in verbis mendacij, dicebant; *templum Domini, templum Domini, templum Domini est.* Est
hoc loco verbum שען *Sahhan*, quod est *inniti*, aut
sustentari quasi baculo; spemq; habere, aut *fiduciam in aliquo*, seu *præsumere de aliquo*, vnde baculus ab hoc
verbo dicitur משען *mishhan*. sic Isa. 10. 20. dicitur.
Sed innitetur super Dominum; & cap. 50. 10. *speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.* 2. Par.
13. 18. *& vehementissime confortati sunt filii Iuda, eo quod innixi sunt Domino*; vel *sperassent in Domino Deo patrum suorum*, vt vertit Vulgatus. & 2. Par. 16. 7.
Quia innixus es regi Syriæ, & non innixus es Domino Deo tuo; quod Vulgatus dixit. *Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, idcirco euasit Syriæ regis exercitus de manu tua.* Quod ergo
D Septuaginta, & Vulgatus transtulerunt, *& super Dominum requiescebant*, Chaldæus, ceteriq; interpretes
verterunt, *innitebantur, recumbebant*, seu *fiduciam habebant*, qua phrasi videtur Paulus dixisse
ad Roma. 2. 17. *Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege*, pro *præsumis de lege, & gloriaris in*

Requiescere in lege.

Deo. Ita igitur illi Prophetæ Domino innitebantur,
tanquam tranquille, placideque, ac quiete
habitanti inter ipsos in tēplo; vnde sedem suam
non esset mutaturus, atque adeo non esset passurus
vrbem sibi sacratam, domumq; suam hostibus
tradi; quin opitularetur, & eriperet sua ope. Hūc

Sensus 1.

sensum tradere videntur Theodoretus, Albertus,
Lyra, Vatablus, Isidorus, & Montanus. Vi-

Sensus 2.

detur Chaldæus paraphrastes alterum sensum
E insinuare, cum dicit, *& super verbum Domini innitebantur*.
Hoc est, testimoniis adductis ex Scriptura
diuina, in quibus Deus pollicebatur, se habitaturum
in medio Iudæorum, certum faciebant
populum, Deum non recessurum è templo, sed
cum illis permansurum. Vel certe ipsi iactabant
se loqui verbum Dei, atque adeo sibi fidendum,

siqui-

siquidem Dominum habebant promissorem, qui eis loquebatur. Itaque Domini nomine, vt ait Lyra, promittebant requiem. Sed prior sensus verior, ac simplicior.

8 *Sion.*] Vastitatem extremam templi, ac ciuitatis Dauidis rum & ipsius Ierusalem comminatur, cum ait, *Sion quasi ager arabitur.* Hoc est, pars illa vrbis nobilissima, quæ dicta est domus Dauid, in qua dixerat ædificatas domos è pecuniis iniuste acceptis, ita solo æquabitur, vt aratro proscindenda sit, ad serendum. vt omnes intelligunt. Vel gentium consuetudine, qua victores dirutas vrbes aratro impresso, perpetuæ solitudini addicebant, iuxta illud Horat. lib. 1. Ode 16. *Imprimeretque muris hostile aratrum exercitus insolens.* vt volunt Hieron. Albertus, & Montanus. *Et Ierusalem quasi aceruus lapidum erit.* Nam dirutis domibus magnificis ex iniquitate constructis, nihil ex eis remanebit, nisi lapides in aceruos coacti. *Et mons domus in excelsa sylua.* Hoc est, mons Moria, in quo templum erat ædificatum, redigetur in syluam, vt nihil in eo sit nisi iuga, & cliui excelsi, & ruinæ magnæ, quæ ingentium rupium in syluis eminentium instar erunt; ita Chaldæus. Euseb. lib. 8. Demonstr. Euang. c. 3. Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, & Montanus. Quamuis Theodoretus, Lyra, Dionys. Vatab. & Rob. ad eum modum putant templum in syluam redigendum, vt in eo nascerentur excelsæ arbores, & aliæ plantæ, quales in syluis nasci solent. Sed fortasse sub hac hyperbole vastitas illa prædicta est significata.

Vastitas Ierusalem. Consuetudo vrbes aratro diruendi. Horatius. Templi destructio. Eusebius.

Dubitatur autem quando hæc prophetia impleta sit? Euseb. lib. 8. Demonstr. Euang. c. 8. existimauit nunquam impletam, quoadusque per Romanos euersa est Ierusalem, quod causam ei⁹ reddiderit, quod ædificauerint Sion in sanguinibus, nempe in sanguine Christi. Sed falsa est eius sententia; quia hic loquitur contra pseudoprophetas, qui sese Michææ opponebant; & contra opprimentes innocentes, & ex eorum pecuniis domos magnificas construentes: quorum neutrum accidit post Christi necem; quæ nihil profuit ad ædificationem domorum, sed potius ad destructionem. Hieron. Theodoretus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus putant impletam prophetiam per Chaldæos, cum deuastarunt Iudæam, & vrbem conflagrarunt, Sedecia rege; sed perfectius per Romanos. Videntur autem hi auctores vtrumque sensum historicum, & allegoricum per illum significatum, sua sententia comprehendisse. Nam reuera in sensu historico de vastitate loquitur Michæas facta per Chaldæos; vt asserit Lyra; & asseruerunt senes, qui Ierem. 26. 18. hæc verba Michææ retulerunt, quasi quibus locutus fuerit contra Iudam; sed Deus non compleuit; quod egissent pœnitentiam. Quod si obiicias ex hoc loco Ieremiæ colligi nunquam ad exitum deductam hanc prophetiam ob populi pœnitentiam. nam post recitata Michææ verba v. 19. dicitur. *Numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini? & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersum eos?* Respondet hic Rupertus, seniores illos falso putasse prophetiam non esse amplius implendam, quod suo tempore impleta non fuisset. Sed dicendum propter pœnitentiam non abstulisse, sed distulisse completionem vsque ad Sedeciam. Sicut vastitatem Niniues propter pœnitentiam distulit, non abstulit, iuxta Ionæ, Nahumque Prophetiam.

Quæstio de impletione huius prophetiæ. Eusebius. Impleta est per Romanos. Refutatio. Impleta per Chaldæos. Obiectio.

Dubitatur deinde, quando, & contra quos hanc prophetiam ediderit Michæas? Primum certum efficitur ex loco Ieremiæ hanc prophetiam editam sub Ezechia rege. Sic enim dixerunt *viri de senioribus terræ ad omnem cœtum populi loquentes. Michæas de Morasthi fuit Propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda; & ait ad omnem populum Iuda dicens: hæc dicit Dominus exercituum. Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelsa syluarum.* Vnde colligitur cum Michæas prophetauerit sub Ioathan, Achaz, & Ezechia regibus Iuda, vt in titulo eius libri habetur; duo priora capita locutum fuisse sub duobus prioribus regibus Ioathan, & Achaz: & ab hoc tertio cœpisse loqui sub Ezechia; atque adeo cum duabus tribubus; diruto iam regno decem tribuum per Assyrios. Deinde constat ex dictis Ieremiæ 26. hanc prophetiam dictam ad omnem populum Iuda, & nequaquam ad decem tribus, quæ iam deuastatæ erant: & potissimum ad principes, & magistratus, quos vocat capita, & duces, vt hic asserit Michæas, ob quorum peccata comminatur vastitatem futuram.

Quæstio, quando, & in quos hæc prophetia edita? Sub Ezechia loquutur Michæas. Contra Iudam.

MICHÆÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

[1] FVTVRVM hoc est [2] in postero tempore, [4] mons domus Domini Sion ita Christi religione [5] adornabitur, & stabilietur, vt omnes montes, & colles, in quibus alicuius Dei religio exercebitur, sua dignitate superaturus sit. Nam [6] confluent populi, gentesque propero studio accedent ad legem inde profectam, se inuicem adhortantes, ac dicent; venite, agite, ascendamus ad capessendam religionem fundatam in monte Sion, in domo videlicet Dei Iacob, vt doceat nos præcepta vitæ, & semitas Christi, per quas sit nobis incedendum. [7] Nam de Sion exitura est lex Euangelica, & verbũ Christi de Ierusalem est per Apostolos in orbe vniuerso promulgandum:

Cap. IV.

[1] ET *erit:* [2] *In nouissimo dierum* [3] *erit* [4] *mons domus* 1
Domini [5] *præparatus in vertice montium, & sub-*
limis super colles: [6] *& fluent ad eum populi.* ‖ *Et prope-* 2
rabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad
montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit
nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion
egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem. ‖ [8] *Et* 3
iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes
vsque in longinquum: [9] *& concident gladios suos in vo-*
meres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus

cuius ea erit vis, vt inter multas populorum opiniones, de pietate, ac vita bene instituenda [8] iudicium feras, falsas damnando, & veras à Christo traditas manifestando, & gentes copiosas, & moribus belluinis assuetas instituet ad lenes mores Euangelii, idque perpetuo, ex quo tanta pax occupabit studiosos Christianæ legis cultores, vt omnes suas actiones, & artes, quas in litibus, bellisque ostendebant, in suæ mentis culturam conuertant; ac ita secure viuent, quasi qui nihil habeant, quod rationi aduersetur, metuenue incurrat. Ita enim huius legislator Dominus eam seruanti promisit: adeo enim studiose sectabuntur fidem Christi Dei sui, vt licet cæteri omnes deos suos colant, ipsi animo proponant Christo suo adhærere per omne tempus. [10] In eo ipso tempore illucescentis legis Christi, ipsemet vocabit, congregabitque in suum regnum plebem Israeliticam infirmam, pressamq; calamitatibus, & in captiuitate longa aspere tractatam; & ex illa infirma, & ærumnis depressa reliquias fouebit, in futuræ sobolis fidelis spem, & quidem fœcundæ repositas, & eiectam illam in gentem robustam, nempe in Apostolos, virosque Apostolicos huius regni propagatores: & ipse Christus regnare incipiet in monte Sion super eos, & durabit regnum eius in æternum. Quin & [11] tu turris gregis Ophel Sionis propugnaculum, senties profecto hanc excellentiam; nam gaudebis illa prima potestate, qua tempore Dauidis omnes gentes confluebant ad Ierusalem, & primum illud regnum sub vno rege Christo potiens, quod vni Dauidi parebat. [12] Nunc igitur ô Iudæa tantis promissionibus animata cur ingemiscis, & eiulas; cur tanto dolore affligeris, instar parturientis, quod audieris te ducendam captiuam; putasne te non esse curæ Deo regi tuo; aut nolle tibi consulere, qui te liberet, & saluam reducat? [13] Dolebis quidem, & paululum ingemisces dolore parturientiũ afflicta, dum egressa de Ierusalem duceris in Chaldæam, & dispergeris per illam regionem, donec venias Babylonem. Sed non diu differetur libertas, nam statim liberaberis, & Dominus te redimet de potestate inimicorum: & reducet lætam in patriam. Sed interim para te, [14] nam multæ gentes Assyriæ congregatæ sunt aduersum te, cum aliis finitimis, in exercitum Sennacherib coactæ, quæ insultantes tibi, dicent, lapidibus obruatur hypocrita, & aspiciamus eius interitum, vt optamus. Nesciunt scilicet consilium Domini esse eas congregare, vt ab Angelo interfectas, vti fœnum, vos quasi tauri conculcetis, [15] & conteratis, & paleis cadauerum conectis, spolia, quæ ab eis detraheris consecrabitis Iehouæ, & opes earum, vti preciosa trophæa, Domino vniuersæ terræ; cui accepta debetur ea victoria.

gentem gladium: & non discent vltra belligerare. ‖ *Et* 4
sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, &
non erit qui deterreat: Quia os Domini exercituum locutum est. ‖ *quia omnes populi ambulabunt, vnusquisque* 5
in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine
Domini Dei nostri in æternum, & vltra. ‖ [10] *In die illa* 6
dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam, quam
eieceram colligam: & quam afflixeram. ‖ *Et ponam clau-* 7
dicantem in reliquias: & eam qua laborauerat, in gen-
tem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte
Sion, ex hoc nunc, & vsque in æternum. ‖ [11] *Et tu turris* 8
gregis nebulosa filia Sion, vsque ad te veniet: & veniet
potestas prima, regnum filiæ Ierusalem. ‖ [12] *Nunc quare* 9
mœrore contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consi-
liarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut par-
turientem? ‖ [13] *Dole, & satage filia Sion quasi partu-* 10
riens; quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in re-
gione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi
redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.
‖ [14] *Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ quæ* 11
dicunt: Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster. ‖ *Ipsi* 12
autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non in-
tellexerunt consilium eius. quia congregauit eos quasi fœ-
num areæ. ‖ [15] *Surge, & tritura filia Sion: quia cornu* 13
tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: &
comminues populos multos; & interficies Domino rapi-
nas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ
terræ.

ARGVMENTVM.

PRo monte Sion diruto ad suam plebem consolandam, pollicetur montem alium sublimiorem erigendum, nempe fidelium Christi Ecclesiam, in quam confluent & gentium conuersarum copia, & Iudæorum à Deo illucusque derelictorum. Deinde minas, quas denunciauerat, temperat; nam plebem Iudaicam inquit captiuam quidem ducendam Babylonem: sed Dei ope liberandam: hostibus suis Assyriis contritis prius, & spoliis Domino consecratis.

COMMENTARIVS.

1 ET *erit.*] Prophetiam hanc esse in futuro tempore adimplendam notat verbum Hebræum, *Et erit*, quod alii vertunt, *Futurum est*, quam eandem protulerat Isaias cap. 2. eisdem pene verbis, vt non immerito videri alicui possit Michæam ex illo in suum hunc librum visum hoc transtulisse; atque occasione accepta ex montis Sion destructione, de huius mystici montis erectione pro illo commutari, sermonem eundem pronunciasse. Constat enim Isaiam visum illud vidisse sub Ozia rege, sub quo cœpit prophetare, vt ipse dicit in titulo suæ Prophetiæ, atque sermonem produxisse per sex capita vsque ad mortem Oziæ, de qua dicit initio sexti cap. *Anno, quo mortuus est rex Ozias.* Michæam autem eandem retulisse Prophetiam sub pronepo-

Michæas sumpsit ex Isaia Prophetiam.

Isaias sub Ozia Prophetauit.

Michæas sub Ezechia.

A te illius Ezechiæ, & quidem regno Israelitico iam diruto: si verum est quod in calce præcedentis capitis definiuimus. Atque adeo post quadraginta annos, & plures. Falsum ergo est quod quidam existimarunt ideo non mutuatam ab Isaia sumpsisse suam Prophetiam Michæam, quod vterque simul sub eodem Ezechia prophetasset. Sed in quod tempus implenda hæc Prophetia differatur, videndum est.

2 *In nouissimo.*] Ex hoc nomine interpretes tempus colligunt, quo hæc Prophetia denunciatur implenda. Hebræi, quos referunt Lyra hic, & Isa. 2. Galatinus lib. 5. contra Iudæos, cap. 1. & Adrianus Finus lib. 7. flagelli contra Iudæos, cap. 5. putant sermonẽ esse de postremo tempore mun-
B di, quo suum Messiam expectant venturum. Idq; probant, quia tempus nouissimum, est omnium postremum, post quod non restat aliud. At post aduentum Christi Iesu multi iam sunt anni trans-

Prophetia hæc quando implenda.

Hebræi de extremo tempore intelligũt.

Catholici de tempore Euangelii.

A

actı: non ergo illud eius tempus fuit nouissimū; sed quod expectarut futurum. Catholici ferè oēs existimant *nouissimum* appellari tēpus legis Euangelicæ, quo putant adimpletam hanc Prophetiam. Sic sentiunt Basil. Chrysostom. Cyrillus, Hieronym. Procop. Isa.2. & hic Haymo, Remig. Albertus, Lyra, Hugo, Dionys. Vatab. Montanus. Isidorus, & Rob. Sed cur lex Euangelica dicatur nouissimum tempus, diuersæ rationes redduntur.

Ratio prima, quia est lex post quam nulla ferenda.

Hieronymus, & cæteri rationem esse affirmant, quod tempus legis Euangelicæ, quo Saluator venit, sit vndecima hora, qua conducuntur operarii in vineam, de qua dixit Ioannes 1. sua epistola cap.2. *Filii nouissima hora est*; sit postrema mundi ætas, ac status, post quem nullus alius speretur; aut sit postrema lex, post quam alia nun sit ferenda.

B

Iulianus.

Aliam rationem reddit Iulianus Archiepiscopus Toleta. lib.1. contra Iudæos, quod aduentu Christi defecerit regnum, & sacerdotium Iudæorum. Galatinus dicit tempus nouissimum appellari illud, quod intercessit à secundo templo ædificato vsque ad eius destructionem per Romanos factam. Rupertus demum tempus nouissimum ait esse, quo Sion quasi ager arata est; & Ierusalem in aceruum lapidum redacta est; & mons templi in excelsa syluarum.

Mōte Sion depresso mons Ecclesiæ eleuatus.

Quod quia factum putat per Romanos, nouissima populi illius, quæ fuere peiora prioribus, iuxta Matth.12. illa esse affirmat; tunc enim mons domus Domini eleuatus est, cum mons Sion fuit à Romanis depressus.

C

Theodoretus refert quosdam, & Iudæos, & Ecclesiasticos, qui hoc tempus nouissimum accipiunt pro tempore reditus è Babylone. Alii sunt qui intelligunt tempus Ezechiæ, quando cultus diuinus fuit restauratus.

Nouissimum tempus post secutum notat.

Verum si proprium Hebræi nominis, quod *nouissimum* vertitur, significatum consideremus, nullum tempus definite notat, sed in vniuersum illud, quod sequitur post tempus Prophetiæ, siue paulo post, siue longe post, aut in vltimis temporibus adimplenda. Itaque hoc nomen auditum, non statim ducit nos in hoc, aut illud tempus aduentus prioris, aut posterioris Christi, aut quodcumque aliud, sed Prophetia ipsa est consideranda, quod tempus designet ex re promissa: quæ cum tempus definierit, tunc nomen *nouissimum*, illud tempus significabit.

D

Exempla ex Scriptura.

Ex Genesi.

Exemplis comprobemus rem hanc. Genes.49.1. Eisdem prorsus verbis, quibus noster Michæas, dixit Iacob filiis suis. *Congregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis* בְּאַחֲרִית הַיָּמִים *Beacharith haiamim, in nouissimo dierum.* & quæ illis prædixit adimpleta sunt non vno tempore, sed partim in sortitione terræ Chanaan; partim tempore Iudicum, & Regum Iuda; partim tempore prioris aduentus Christi; partim posterioris, vt necesse sit accipere *in nouissimo dierum* pro, *in consequentibus temporibus*; aut *in futuris seculis*: aut *in posterioribus diebus*.

Ex Daniele.

Daniel quoque 2. 28. ita locutus est Nabuchodonosori. *Est Deus in cælo reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex quæ ventura sunt in nouissimo dierum*, nempe Persarum, Græcorum, & Romanorum, Christique Monarchias, quæ secutæ sunt post Monarchiam Chaldæorum, suo quæque ordine; vt idem sit quod, in posterioribus seculis, aut in consequentibus diebus post te; vnde versu sequenti explicans Daniel quid esset, *in nouissimo*, dixit, *Tu rex cogitare*

E

A

coepisti in strato tuo quid esset futurum post hæc.

Ex Paulo.

Est & alius locus in Paulo 1. ad Timotheum 4.1. vbi dicit: *Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis tēporibus discedent quidam à fide*, &c. & 2. ad Timoth. 3.1. *Hoc scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt homines seipsos amantes*, &c.

Ex Petro.

quod confirmat Petrus 2. sua epistola cap.3.3. dicens. *Hoc primum scientes, quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes.* quæ omnia suo tempore completa

Ex Iuda.

Beatus Iudas affirmat in sua epistola vers.17. dum ait. *Vos autem charissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus.*

B

Vbi nouissima tempora, non postrema omnium accipienda, sed ea, quæ subsecuta sunt paulo post ætatem Apostolorum. Satis ergo his, similibusque locis manet comprobatum, nouissimum tempus, quoduis post secutum significari: quod vero illud sit ex ipsa Prophetia est expendendum: vt modo expendemus; quo definiamus ad tempus Christi referri hoc quod dicit, *in nouissimo.*

Prophetia tempus posterum definit.

3

Quando impleta Prophetia.

1. Sententia in reditu è Babylone.

Erit.] Quando Propheria hæc adimplenda prænuncietur videndum est: quia diuersitas sententiarum diuersa tempora distinguit. Iudæi in primis, & Catholici quidam eos secuti, quos refert, ac reprehendit Theodoretus, putarunt hæc prædicta de reditu è Babylone, in quo non constat tantam fuisse Iudæis felicitatem, vt multæ

C

gentes confluxerint ad templum, vt inde leges discerent, & cultum Dei verum; ac in summa pace degerent, cum semper regibus externis subiecti vixerint.

2. Sententia in extremo tēpore.

Iudæi alii, quos refert Lyra, in extremo mundi tempore, quo suum Messiam expectant venturum, affirmant impleudam hanc Prophetiam, quod illud dicatur tempus nouissimum. Sed iam diximus leui niti fundamento, cum *nouissimum*, omne tempus post secutum significet, & ideo vana est spes illorum.

3. Sententia sub Ezechia.

Tertio, aliis videtur sub Rege Ezechia per omnia impletam hanc Prophetiam, cum omnia, quæ prædicit Propheta, tunc ad exitum deducta comprobentur ex historia illius regis, 4. Reg.18.

D

& 19. & 2. Paralip.29.30.31. & 32. Nam in nouissimo, seu postero tempore, post transmigrationem Israelis, regnumque eius destructum, Ezechias præparauit montem Sion, id est, renouauit, & amplificauit cultum Dei, 2. Paral.29. *Et misit nuncios in omnem Israel qui dicerent: Venite ad sanctuarium Domini, quod præparauit in æternum; & viri ex Aser, Manasse, & Zabulon acquiescentes consilio, venerunt Ierusalem: congregatique sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent solennitatem azymorum*, vt refertur 2. Paralip.30.1.8.13. Proselytorum quoque frequentia, vt legimus 2. Paralip.30.25. nam *de Ierusalem egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion*; vt ait Isaias cap.37.32. & 4. Reg.19.31. De pace autem, quam Michæas prædicit, scribitur 2. Paral.31.21. de Ezechia quod prosperatus

E

est, & cap.32.22. *Saluauit Dominus Ezechiam, & Ierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum.* Cum tamen omnes gentes, quæ confidebant in diis suis, vastatæ sint, auctore Rabsace. Quod

vero

A

vero dicitur, primum regnum venturum ad turrim gregis, id est, reuniendum illud regnũ, quod sub Roboam est diuisum; in Ezechia impletũ est, cui subiecerunt se omnes Israelitæ, vt dictum est, qui claudicauerant, & reliquiæ saluæ factæ sunt: quarum rex vnicus, & consiliarius fuit Ezechias. Quare, tanto rege, iubet non dolere, nisi ob captiuitatem Babylonicam; nam etsi congregatæ sunt gentes cum Sennacherib; perierunt, & conculcatæ sunt à filiis Israel, qui earum spolia abstulerunt. Sic illi explicant totam Michææ Prophetiam, de Ezechia quidem historice, mystice autẽ de tempore Christi.

Refutatio.

Verum, licet Ezechias sua pietate, & felicitate adumbrauerit quodammodo felicitatem temporis Christi, at longe maiora promittit bona Propheta, futuris temporibus præstanda, quam sint omnia, quæ Ezechiæ collata sunt, vt in eo minime possint videri adimpleta.

B

Ratio à tempore.

Sed potissimum reiicitur hæc intelligentia temporis ratione. Michæas, vt ostendimus in calce præcedentis capitis, prophetauit hanc Prophetiã sub Ezechia rege, & quidem, vt videtur, diruto iã regno Israel, quod accidit sexto eius anno. Propheta ergo locutus est de iis, quæ euenerunt in nouissimis diebus, nẽpe in iis, qui subsecuti sunt post regnum Israel destructum. At Ezechias 1. anno regni sui sanctificauit templum, & conuocauit filios Israel, vt venirent Ierusalem ad solennitatem Phase, vt constat 2. Paralip. 29. 3. & c. 30. 3. & ex Iosepho lib. 9. Antiq. cap. 13.

Iosephus.

C

Ex ignorata ergo serie temporum hi auctores iam gesta, quasi gerenda in nouissimis diebus à Michæa prænunciata intellexerunt.

4. Sententia de tempore Christi.

Quarta igitur, certaque sententia omnium Patrum est Græcorum, ac Latinorum, hanc Michææ Prophetiam, sicut & Isaiæ, de tẽpore legis Euangelicæ editam. Ita intelligunt Iustin. in Dialogo cum Tryphone, Irenæus lib. 4. aduersus hæreses, cap. 67. Tertul. lib. aduersus Iudæos, cap. 3. & lib. 3. aduersus Marcionẽ, cap. 21. & lib. 4. cap. 1. Origenes lib. 5. contra Celsum ad medium. Cyprianus lib. 1. Testimoniorum aduersus Iudæos, cap. 10. & lib 2. cap. 18. Eusebius Cæsariensis libr. 8. Demonstrat. Euangelicæ, cap. 3. Athanas. in Synopsi; Basilius in 2. Isaiæ, Chrysostom. in 2. Isaiæ, & in Demonstratione quod Christus sit Deus. Hieronym. hic, & Isaiæ 2. Augustinus libr. 18. de Ciuit. Dei, cap. 31. & in Orat. contra Iudæos, cap. 7. Cyril. Alex. in 2. Isaiæ & hic. Theodoretus hic, Procopius Gazeus in 2. Isaiæ. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 1. & super Ezechiel. Homil. 13. Illesonsus Tolet. lib. de Virginit. Mariæ cap. 4. Iulianus Toletan. lib. 1. Contra Iudæos. Haymo, Remigius, Rupertus hic, Bernard. sermon. super Psalmum 23. *Quis ascendet in montem Domini?* Hugo, Lyra, Dionys. Galatinus, Adrianus, Finus, Vatab. Isidor. Montan. Rob. & omnes demum recentiores, vt nulla ratione liceat de hac intelligentia in vniuersum dubitare, quamuis in particulari applicatione tot sint interpretationes pene, quot interpretes.

Iustin. Irenæus. Tertull. Origen. Cyprian. Eusebius. Athanas. Basilius. Chrysost. Hieron. August. Cyrillus. Procop. Gregor. Illefonsus. Iulianus.

D

E

4 *Mons domus.*] Quid *montis* nomine sit intelligendum decertant interpretes, hoc enim affert anceps, & dubium allegoriæ, vt nisi Spiritus ipse sanctus vno, aut altero verbo aditũ paret, in varias explicandi rationes distrahantur interpretes.

Allegorici sensus difficultas.

Primo igitur magistri quidam Hebræorum, quos

A

refert Galatinus, satis crasse intelligunt ipsum Montem Sion, ac vrbem Ierusalem, quam tempore Messię imponendã putant verticibus montium Thabòr, & Carmeli, & similium, qui miraculo adducendi erunt, vt super illos ad tres leucas extollatur Ierusalem. Falsitas huius intelligentiæ, aut potius negligentiæ, ipsa se prodit.

Mõ. Sion, quis sit accipiendus. Iudęorum crassa intelligentia.

Secundo, R. Salomon, Lyra, & Dionys. intelligunt ipsum montem Sion, & insinuant eamdem intelligentiam Vatab. Isidorus, & Montanus in 2. Isaiæ. quin & Chrysostomus eam tradit, dum explicat illa verba, *de Sion exibit lex*. Basilius quoque, Hieronym. Iustinus in Apolog. 2. pro Christianis, Euseb. lib. 1. Demonstrat. cap. 1. Tum & Theodoretus, & Augustinus tract. 6. in Ioan. & in Orat. aduersus Iudæos. Cyrillus, & Procopius.

De monte Sion a Christo exaltato.

B

Ratio enim subiunctæ, *quia de Sion exibit lex*, &c. probat montem, ad quem ascendunt, esse Sionem, qui tot miraculis in eo patratis, Christo pręsentato in templo, in eo docente, & mira operante in consecratione cœnæ, & in aduentu Spiritus sancti, dignior ac præcellentior factus est monte Sinai, Thabor, Carmelo, & similibus; ad quem montem dicuntur confluere omnes populi, non gressibus corporis, sed fide, & animi affectibus, dum doctrinam ex eo monte deriuatam amplectuntur; nam ex eo monte, mediis Apostolis, egressa est lex Euangelica, & verbum Domini de Ierusalem. Ita hi intelligunt hanc prophetiam, non allegorice, sed proprie verba accipientes.

C

nec video firmam rationem, quæ possit illam conuellere.

Mõs Sion ipse Christus.

Tertio, quamplurimis videtur mons domus Domini esse Dominus ipse Iesus Christus. Sic Iustinus ex Hebræorum quoque sententia. Tertullianus, Cyprianus, Basilius, Hieronymus, Augustinus, Procopius, Gregorius, Illesonsus, Haymo, Remigius, Rupertus, S. Thomas, Hugo, & Adamus Isa. 2. Est enim ipse Dominus mons, quia quemadmodum, inquit Basilius, mons est terra in sublime subleuata; ita caro Domini terra est iuxta communem naturam, & per vnionem ad Deum vsque profecta, in domo Dei, quæ est Ecclesia, in sublimi montium vertice collocata; & supra omnes colles sanctorum conspicua facta.

D

Atque ita visus est à Daniele cap. 2. 34. *abscissus lapis de monte sine manibus, qui postquam percussit statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram*: nam de Christo sermonem fieri à Daniele communis est Patrum intelligentia.

Christus lapis de monte abscissus.

Confirmatur autem hæc expositio; quia iuxta eam verba omnia recte explicantur: nam Christus mons est domus Domini Ecclesię suæ, fundatus in vertice omnium sanctorum, & ad eum confluunt populi sese cohortantes, vt doceantur de viis Domini; ipse enim est Doctor summus in Ecclesia sua: ex quo prodiit lex Euangelica. Et ipse iudex est, & corripit gentes: & pacem contulit vniuerso mundo.

E

Quarto, multis aliis videtur nomine *montis domus Domini* intelligendam esse Ecclesiam Christi. Hi sunt Origenes, Chrysostomus, Cyril. Theodoretus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus. & recentiores alii. is sensus constat certa hac ratione.

Mons Sion Ecclesia Christi.

Mons domus Domini est mons Sion, in cuius ea parte, quę dicta est mons Moria, ędificata est domus Domini, seu tẽplum: ac proinde *mõs*

Domus Domini in Moria montis Sion.

domus

domus Domini, idem est, ac domus ipsa Domini in monte illo constructa. Sic in fine præcedentis capitis, mons templi, seu mons domus in excelsa syluarum, est templum ipsum, seu domus Domini. Psal. 47.2. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius*, hoc est, in templo. Isa. 30.29. *Sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini*, id est, in templum, *ad fortem Israel*. At propter hanc rationem mons Sion vere significat Ecclesiam, in qua colitur Christus, sicut in monte Sion Deus dicebatur habitare, & coli, vt Psal. 67.17. *Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*. & 73.2. *Mons Sion, in quo habitasti in eo*. Ergo à Michæa nomine *montis domus Domini*, recte accipitur Ecclesia Christi, in qua est vera religio. Ecclesia autem dicitur fundata super montes sermonum propheticorum, & super colles, super omnem humanæ Sapientiæ sublimitatem; vt ait Origenes. Aut super templa, & sacras ædes in mediis vrbibus ita magnificentissime editas, ac constructas, vt ipsis montibus possint coæquari, vt ait Theodoretus, aut super omnes alias Synagogas, & congregationes; in quibus Deus aliquis colitur.

Mons ipse [Si]on origo [E]uangelii.

Secunda tamen intelligentia videtur verbis Prophetæ aptius conuenire proprie acceptis. Si autem verborum proprietas consentaneè rei, qua de agitur, seruari potest, debet, iuxta cõmunem canonem, seruari. Vt ergo læta succedant tristibus, & prospera aduersis, quia dixerat, *montem domus Domini* à Chaldæis vastandum, ac cultum ab eo abolendum, promittit modo fore, vt idem mons restauretur, & ad tantam dignitatẽ, excellentiamq; reuehatur, propter nouum cultum, qui in eo est stabiliendus, & inchoandus, & propter legem Euangelicam in eo ferendam, & in vniuersum orbem inde promulgãdam; vt nullus mons, aut collis, quãtumuis religione aliqua præstans, illi possit comparari, nedum coæquari. In primis hic sensus verus probatur: quia à promissionibus Ecclesiæ Christi factis non excluditur ea pars, quæ est fons, radix, & mater Ecclesiæ: at ab Ierusalẽ, & à Sion manauit vniuersa religio Christiana; Ergo Ierusalẽ, & ipse mons Sion includitur in hac prophetia. Profecto cum Isa. c. 51. 3. ait. *Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius; & ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini; gaudium & lætitia inuenientur in ea gratiarum actio, & vox laudis. Audite me popule meus, quia lex à me exibit, & iudicium meum in lucem populorum requiescet*. de ipso monte Sion loquitur, vbi cœpit vera per Christum instituta religio, & per Spiritum sanctum confirmata; *vnde exiuit lex, & verbum Domini de Ierusalem*; in 52. quoque capite cum ipsa Ierusalem, & cum Sione, tamquam cum metropoli Ecclesiæ sermo est. Vti & cap. 60. 61. & 62. & cum Zachar. 8. dicit Dominus; *Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Reuersus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem, & vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctificatus*. de ipsa Ierusalem, & Sione, quatenus inde exorta est veritas, & sanctitas Christiana, sermo est. Ita igitur ab hac dignitate, & excellentia Ecclesiæ, quæ præeminet omnibus mũdi congregationibus, & ad quam confluunt omnes gentes, non debet excludi mons Sion; in

[R]atio.

[R]atio al-[te]ra.

quo cœpit Ecclesia, & verus Dei cultus. Deinde probatur; quia ad eundem montem se exhortantur ascendere populi, qui erat præparatus in vertice montium, & de quo dicitur; *de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem*. Sed lex exibit de Sion proprie accepta, & verbum Domini de ipsa Ierusalem, per Apostolos, qui inde sunt distributi per omnes prouincias, & per orbem vniuersum. Nam & Christus dixit Ioan. 4. 22. Samaritanæ, *nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est*. Ergo de ipso monte Sione apte prophetia hæc intelligitur. Quod autem huic sensui consona sint quæ dicuntur, per singula elucidabimus.

Præparatus.] Ex Hebræo sic legitur hæc periodus. *Et erit; in nouissimo dierum erit mons domus Iehoua* נכון *Nacon in capite montium*, quod dixit Isaias cap. 2. *Et erit in nouissimo dierum Nacon; & erit mons domus Iehoua in capite montium*. Est autem *Nacon*, *ita esse paratum, vt firmatum sit, ratum, & stabilitum*. ita dixit Samson Iudic. 16. 26. *Dimitte me, vt tangam columnas, quibus vniuersa domus Nacon firmatur*, aut, *innititur*. *Erit*, ait, *mons domus Domini firmus*, seu, *stabilis in capite montium, & eleuatus præ collibus*. Septuaginta legerunt. *Et erit in nouissimis dierum conspicuus mons Domini, paratus super summitatem montium, eleuatus ipse super colles*. Summam dignitatem, & excellentiam montis Sion, in quo sita erat domus Domini, non ex domo Domini ab hominibus ædificata, sed ex domo Domini à Christo ibi fundata, & stabilita, vt in æternum permansura, notant hæc verba: non altitudinem lapideam, aut latentiam, qua eleuari deberet mons ille super alios montes. Quia vero dignitas huius domus Christi ex religione tota sumpta est, & cultu nouo à Christo in eo monte stabilito veri Dei, in spiritu, & veritate adorandi; & quoad hanc religionem omnes montes, & colles præcellere dicitur mons Sion; vt Propheta sese explicat cum subiecit, *& eleuatus ipse præ collibus*, hoc est, erit excelsior collibus. Nomine *montium*, aut *collium* non possumus intelligere, aut viros sanctos, aut Angelos, aut sermones propheticos, aut ædes sacras montibus altitudine comparandas, & huiusmodi; cum idem cultus ab his, & in his exerceatur, qui fundatus est in monte Sion, ac proinde eadem sit, parque omnium horum quoad hoc dignitas: sed debemus intelligere omnes modos religionis, & cultus, quibus gentes deos suos, diuersis pro diuersitate eorum, coluerunt; aut etiam quibus Deum verum, si qui fuere, vt Iudæi. Nam cultus, & religio Christiana omnes superat religiones: & adeo stabilis, ac firma permanebit, vt omnes alias ostendat contemnendas, & abiiciendas vti impias, & Deo inuisas. Nec hos suos conatus poterit vis vlla conuellere, *quia portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, vt dixit Matth. 16. 18. Christus eius fundator, sic intelligunt Origenes, Cyrillus, Theodoretus, Vatab. Montanus, & Forerius Isa. 2. & constat hic sensus ex illis verbis. *& docebit nos de viis suis: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem*. quo significat gentes ad hoc ad montem Sion confluxuras, vt doceantur veram religionem, & veram fidei legem, & cultum. Quia vero consuetudo fuit & Iudæis ipsis & gentibus, in editioribus locis, in montibus, & collibus templa, sacellaque construere, in

5 Mons Sion firmatus religione Christi.

Montes, & colles … vatn … tus.

Quam fi[r]ma … Ecclesiæ.

In excelsis delubra.

quibus

deos suos colerent, ad maiestatis, & diui ostentationem earum, qui rebus omnibus præeminerent: vel vt significarent ima hæc & terrena relinquenda iis, qui diuinis vacarent, mons Sion ratione Euangelicæ religionis comparatur montibus, & collibus, eisque excelsior dicitur, in quibus religio superstitiosa tradebatur, & exercebatur.

6 *Et fluent ad eum.* Septuaginta legunt; *festinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ.* Iustinus vero, *& flumen ponent in eo populi.* significat autem ex frequentia, & assiduitate studium amplectendi Christi fidem, & religionem. Cum autem nomine *populorum*, ex repetitione subiecta, gentes accipiantur: & gentes non videantur vnquam confluxisse ad montem Sion; videtur hæc clausula aduersari sensui, quem elegimus. Verum minime aduersatur; quia hic affluxus, festinatio, & properatio non est intelligenda facta gressibus corporis, sed spontaneo affectu, & studio: quemadmodum enim qui vbique terrarum conuertuntur, ad Ecclesiam Romanam accedere dicuntur; ita quicunque amplectuntur, vbicunque gentium sint, religionẽ, in monte Sion fundatam, & stabilitam, ad montem Sion ascendere sunt dicendi: quia doctrinam inde profectã suscipiunt, scientes inde prodiisse; *Quia de Sion exiuit lex; & verbum Domini de Ierusalem.* Est autẽ animaduersione dignum, quod dicit, instar fluminis impetu è mōte tuenius gentes confluxuras in montem, contra naturam aquarum. Ostendit enim nobis Spiritus sanctus quanta sit vis Christianæ veritatis; vt adeo ardua, cum sit, vt monti merito comparetur, tum quia mysteria supra naturam docet; tũ maxime, quæ crucem sequi iubeat, carne posthabita, tanto impetu, tanta contentione, & propensione ad eam infiniti populi confluant, & properent, vt fluuiis sponte in decliue fluentibus merito comparentur; nec tracti oraculis, miraculis, beneficiis, & minis, vt olim Iudæi, sed simplici verbo obedientes, & choros agentes præ lætitia, vt amplificat Chrysostomus. Confluebant autem, vt instruerentur à Domino de viis suis, vt traderet nobis præcepta vitæ ex virtute Christiana ducendæ, quibus ambulare possimus p semitas eius. Non enim in hoc monte tantum data est lex nuda, vt in monte Sinai; sed data quoque est gratia, qua legem, ambulando per viam virtutis, obseruemus. quo illius verbi, *docebit nos,* suppositum est, *Dominus*, cui mons Sion dicatus est.

7 *Quia de Sion.* Hæc verba continent rationem festinationis, & properationis gentium ad montem Sionem, nulla ratione habita montis Sinai, aut Horeb, vbi lata est lex; quia lex Euangelica lata est in monte Sion per aduentum Spiritus sancti super Apostolos; qui idcirco inde profecti sunt, & exierunt per vniuersum orbem, illam propagaturi. Et licet videatur aliquibus hæc esse verba gentium sese inuicem exhortantium ad properandum in montem Sion, subiuncta ratione, quia nulla est lex, quæ seruare nos possit, nisi illa, quæ exiuit de Sion, & de Ierusalem: verum certius videtur Lyræ, Dionysio, Montano, & Ruperto, esse verba Prophetæ reddentis rationes exhortationis mutuæ, & tanto studio gentium, vt insinuant Græci Patres; cum sub eadem ratione sequentia verba Propheta pronunciet; *& iudicabit gentes;* quia scilicet, lex quæ seruet, non alia est, quam ex Sion exitura est; & verbum saluiferum non nisi ex Ierusalem: quo simul prænunciat futurum, vt ex Sion, & ex Ierusalem proficiscantur præcones Euangelici Apostoli, instructi à Christo, & ab Spiritu sancto confirmati iuxta illud Isaiæ 49. 6. *dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* Ita enim intellexit Paulus Actor. 13. 47. cum dixit. *Ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem gentium,* &c. & Actor. 1. 4. *Conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris.* & infra: *sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ;* quæ facta referens Paulus ad Hebræos 2. 3. *quomodo nos,* ait, *effugiemus, si tantam neglexerimus salutem, quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus.* Vt habetur Marci 16. vnde *Apostoli profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.* De egressu Apostolorum ad legem Euangelicam per orbem prouehendam ex vrbe Ierosolyma iuxta dicta, non de lege veteri omnes Patres, & interpretes initio citati hunc locum intelligunt; quamuis nonnulli, vt Albertus, *Sionem,* & *Ierusalem* non proprie accipiant, sed pro Ecclesia. At de Ecclesia non egreditur lex Euangelica, sed intra ipsam docetur. de Sione autem & Ierusalem proprie egressa est in orbem vniuersum lex: vt dici recte possit, gentes illuc aduenientes ad Sionem accurrere, & ad Ierusalem confluere, vnde lex profecta est.

Et iudicabit.] Quod sit suppositum horum verborum varie sentiunt interpretes. montem Sion, Christum, aut Ecclesiam significantem, multi constituunt. Rupertus, & Montanus, verbum egressum ex Ierusalem, seu legem ex Sion exeuntem, vt Chrysostomus, & Lyra exponunt in 2. Isaiæ, quod mihi probatur magis: quia vt diximus hæc verba sunt Prophetæ reddentis rationẽ gentium studii, & affectus properandi ad montem Sion, vt doctrinæ lectionis participes fierent. *quia de Sion,* inquit *exitura est lex, & verbum Domini de Ierusalem;* eius sancta viuent, vt iudicet, & compleat. *Iudicabit populos multos,* id est verbum Euangelicum, per ministros illius, ius dicet, lites dirimet, controuersiasque cõponet, ob quas populi multi, & gentes bella gerebant: & cum opus fuerit alterutros increpabit, vt ad pacem redeant, & amicitiam colant. Itaque primum verbi Dei munus est charitatem, & pacem non solum priuatis quibusque, sed ipsis populis, & nationibus inueterato odio distinctis, suadere. Et ad hoc facit quod sequitur, de conterendis bellicis instrumentis. Montanus vim verbi diuini eam futuram dicit, vt opera Spiritus sancti eius præcones arguant mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio; & auferant, damnentque stultas eius de auaritia, ambitione, gloria de vitæ huius felicitate opiniones: nouasque, easque rectissimas de modestia, de paupertate, de concordia, de mutua charitate, & pace, hominum mentibus inserant. Vel secundum Rupertum, iudicabit verbũ Domini, quia in hoc quoque seculo sermo Dei verus iudex est. Vnde Apostolus ad Hebr. 4. 12. *Viuus est,* inquit, *sermo Dei, & efficax &*

cax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, &c. Sic enim iudicat, & discernit, vt inter domesticos ipsos ostendat qui sint improbi, qui probi, & ita nō pacem, sed gladium mittat, nec vllus maneat inexcusabilis, quod ignoret quid illum oporteat facere. Ex his nouimus vim horum verborum hanc esse, *verbum iudicare inter populos multos*, sit iudicium exercere inter multas opiniones, quas habent omnes populi de vita instituenda, beneq; ac beate ducenda, damnando, & reprobando falsas, quales sunt de ambitione, de vltione sui, &c. & veras eruendo, & probando, de modestia, humilitate, paupertate, & similibus: nam hæ sunt viæ, quas doceri procurabant, hę semitæ eius, per quas ambulare expetebant. At *corripere gentes fortes*, hoc est, copiosas, & ingentes, est ita verbis efficere, vt licet robore valeant, & multitudine, collum subiiciant verbo Dei, illudque obseruent. Nam virtutem verbi Dei vult Propheta explicare. Est & alia huius verbi Hebræi significatio verbi Dei muneri maxime congrua, nempe *parare, educare, instituere*, aut vt vulgo dicitur, *disciplinare*. Nam Gen. 24. 14. cum dicat seruus Abraham loquens cum Deo. *Igitur puella, cui dixero,* &c. *Ipsa est quam* הכחת *hochachtha præparasti seruo tuo Isaac.* illud verbum est idem, quod, *ipsam corripuisti, castigasti*, aut *erudisti, instituisti, & informasti, & vti pædagogus educasti seruo tuo Isaac.* & inferius versu 44. *Ipsa est mulier, quam præparauit Iehouah filio domini mei*, vel, *quam effinxit, instituit, informauit*, aut *educauit probe imbutam moribus filio domini mei.* Sic ergo verbum Dei corripiet, aut castigabit, instituet, & educabit multitudinem gentium, & in fide & moribus erudiet. Quod autem addit, *vsque in longinquum*, omnes interpretantur de loco, nam verbum Dei remotissima quæque loca peruasit Sinarum, & Tartarorum. Chaldæus tamen, Hugo, Isidorus, & Rob. ad tempus referunt; quod in æternum vis diuini verbi sit iudicatura, & correptura gentes. Sic enim ait Chaldæus. *Atque arguet reges fortes in perpetuum vsque.*

Verbū Dei educit in fide & moribus.

Longinquum tēpore, aut loco.

9 *Et concident.*] Hebræa sic habent; *& contundent gladios suos in ligones, & lanceas suas in falculas, non leuabit gens contra gentem gladium: nec discent vltra bellum.* Est autem אתים *ithim* ab אתה *athah* venit, instrumentum ferreum ad proscindendam terram, atque sulcandam, ab eundo, & redeundo dictum. Vulgatus vocat hic, & Isaiæ 2. *vomeres*. Ioelis 3. 10. *aratra*, sicut hic LXX. Alii transferunt *ligones*: sed מזמרות *mizmeroth falculas* significat, quarum est vsus in putandis vineis, & arboribus, à verbo זמר *zamar putare*; *falces* vocat Vulgatus. Isa. 2. & 18. 3. *præcidentur ramusculi eius falcibus.* hoc tamen loco transtulit *ligones*. Describit autem hac periphrasi Scripturæ vsitata, summam pacem, quam lex adducit Euangelica ab effectis per Metonymiam desumpta. Nam ferri & æris ab instrumentis bellicis ad rusticos agriculturæ vsus translatio, conuersis gladiis in ligones, & hastis in falces [illegible] ablata militari exercitatione, m[illegible] cuinnis remunito, dum quisque tuto [illegible] sub vite sua, & ficu sua: quid nisi pacis, & [illegible] effecta sunt. sicut belli, contraria m[illegible] instrumentorum rusticorum in militares, vt Ioelis 3. 10. dicitur *Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros*

Pacis Euāgelicæ periphrasis.

A [illegible] dixit [illegible] Æne[illegible] Virgil[illegible]

Vomeris huc & [illegible] huc omnes aratri

Cessit amor, recoquunt patrios fornacibus e[illegible]

Sed quam pacem Michæas cum [illegible] tropis pollicetur, non est [illegible] n[illegible] 5. de ar[illegible] anis [illegible] [illegible] inueniens quomodo pax [illegible] pr[illegible] eue[illegible] au[illegible] in lege Euange[illegible] a [illegible] religi[illegible] dam, quæ, tran[illegible] cos pe[illegible] et io[illegible] V[illegible] seruan[illegible] nes commun[illegible] exerc[illegible] se, & [illegible] stiant, & omnium con[illegible] int[illegible]

B Secundo, Euseb. lib. 8 Demonst[illegible] 9. c 17. Chrysostomus, Homil. [illegible] in 6 M[illegible] Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, H[illegible] Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, D[illegible] rab. explicant hunc locum de pace [illegible] in orbe terrarum iuxta Christi D[illegible] 41. anno Augusti, templo Iani clauso [illegible] bellum Ierosolymitanum; tempore [illegible] per Titum, & Vespasianum clau[illegible] Sed angusta pax illa fuit, & tempore modico definita, & [illegible] idcirco ex lege Euangelica nequaquam [illegible] quæ quod semper duret, pacem perpetuo [illegible] turam erat germinatura. Cum ergo Prophetæ loquantur de conuersione gentium & hortatium se ad fidei Euangelicæ susceptione[illegible] e qua illa prodit pax; & quotidie hæc [illegible] d
C Euangelium fiat; quotidie hæc pax ac[illegible] obuenit.

Tertio, Rupertus, licet ad omne tempus hanc pacem extendat, at non ad personas, nam licet, ait, inter laicos lites sint, & bella, at clericis legibus est prohibitum, vt nulla eis ratione liceat sanguinē fundere. Sed numquid lex Euangel[illegible] solis clericis lata est, & non fidelibus omnibus? numquid obseruata solis clericis pacem red[illegible] & non cęteris fidelibus? debēt ergo ha[illegible] pac[illegible] quicumque legem Euangelicam amplectu[illegible]

Quarto, Irenæus, Tertullian. Origenes, C[illegible] lus, & nonnulli alii ex Patribus supracit[illegible] ligunt hunc locum de pace, non ad tempora o[illegible]
D tus Christi restricta; neque ad personas particulares coarctata, sed omnibus fidelibus data, & [illegible] Ecclesia durat. Itaque pacem etiam extern[illegible] mittit, non omnibus gentibus, & populis; [illegible] lis, qui legem Euangelicam susceperint, at [illegible] luerint: inter has enim gentes antea bel[illegible] truces, & belluinis moribus inbut[illegible], lex Ch[illegible] tantam pacem effecit, vt bella dimiserint, [illegible] tiem mitigauerint, & mores probos, & mites [illegible] improbis, & immitibus commutau[illegible] quis non videt adhuc inter ipsos h[illegible] pes, assiduo bella mouere, litesque ac[illegible] & quidem non immerito aliquando, v[illegible] tem [illegible] ablatam iuste recipiant.

Quinto, Iustinus in Apolog. de pace ex[illegible] nit, quia Apostoli, & viri Ap[illegible]
E Euangelium, non bello, aut gladi[illegible] exp[illegible] nentes gentibus [illegible] & vti[illegible] res Christi [illegible] gas, quam [illegible] Christi [illegible] runt. quæ licet [illegible] em promittit [illegible]

5. Sententia de pace coniuncta cum lege Euangelica.

Sexto igitur placet eorum sententia, Foreri, Isidori, Montani, & aliorum, qui putant hic eam pacem promitti, quæ coniuncta est cum obseruantia legis Euangelicæ, ita, vt quantum ex Euangelio est, & prædicatores, & qui paruerint, pacis sint cultores, quippe qui didicerint etiam bona externa, ipsamq; vitam prodigere, quam charitatem. Nam Christi imperium Ierosolymis in monte domus Domini initio fundatum non ferro, & cæde, sed diuini Spiritus vi, summaq; in pace toto orbe dilatandum erat, ac tanta iustitia, & innocentia gerendũ, vt nullius rapinę, nullius iniuriæ, nullius deniq; violentiæ metu cõmunis & publica pax interturbari posset. Quẽadmodũ ergo illa promissio Isaiæ c. 11. 6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.* non in omnibus fidelibus impletur, sed in iis, qui sunt Euangelicæ vitæ cultores; ita pax consequitur non omnes alios; qui suum studium ostendunt, & voluntatem in eo, quod licet ceteri colant deos suos, ipsi animo proponant colere Dominum Deum suum in æternum, & vltra; hoc est, dum vita permanserit; & quod attinet ad votum, citra vllam temporis mensuram, vt Lyra accepit. non loquitur modo de cultu exhibendo in beatitudine; quia per antithesim opponit fidelium spontaneum cultum veri Dei, cultui præstito idolis ab aliis gentibus: qui post diem iudicii nullus extitet.

10 *In die illa.*] De quo tempore loquatur Michæas Dei nomine, & de qua gente, diuersa sentiunt expositores. Iustinus in Dialogo cum Tryphone, de posteriori Christi aduentu explicat, quando Christus fidelium plebem, anxiam, afflictam, & ab omnibus eiectam in regnum suum congregabit; vbi ipse Iehouah regnabit super illam. Sed ceteri de priori aduentu declarant, quando in monte Sion lata est Euangelica lex, adueniente super Ecclesiam Spiritu sancto. Nam idem tempus, quod dixerat *nouissimum*, vocat modo *illam diem*.

Iustinus. De posteriori Christi aduentu.

De Gentibus congregandis.

Theodoretus vult sermonem esse de Gentilitate ad fidem Christi euocanda, & congreganda per Apostolos: quia Iudæi non habent Dominum regnantem in monte Sion, cum à regno procul vagentur. Verum iam hactenus locutus videtur de gentibus, vt notant Hieronymus, & reliqui cum eo; & modo videtur blandiri plebi suæ, quam eiecerat, & afflixerat comminatione vastationis montis Sion, in quo regnat Christus super Iudæos, lege in eo lata, constitutus rex super Sion montem sanctum.

De abiectis in regnum cogendis.

Isidorus existimat his verbis tantum significari id, quod Paulus dixit 1. ad Cor. 1. 27. *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus: & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Nam ait, quod est claudum, abiectum, & elongatum, hoc excitabo in regnum magnificum, cui præerit Dominus. Ratio autem eius est, quia Hebræi fœmineo genere pro neutro, quo carent, vtũtur; & ita claudicantem, abiectam, & elongatam pro claudum, abiectum, & elongatum vsurpauit; quo prædicatur Christi bonitas, qui contemptos, & cæcos, & claudos admittat ad conuiuium suum; cum iussit Lucæ 14. 21. seruo, *exi cito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.* Verum ex contextu videtur consolari velle Dominus plebem suam profligatam, & vastatam, & propter quam hunc consolatorium sermonem Propheta vsurpauit.

De plebe Israelitica eiecta in regnum Christi congreganda.

Quarto igitur cum Hieronymo, Haymone, Remigio, Ruperto, Alberto, Hugone, Lyra, Dionysio, Vat. Mont. & Roberto, explicamus locum hunc de plebe Israelitica, seu Iudaica, quam vocat claudicantem, eiectã, & afflictam. de vtraq; enim plebe, quæ tempore Christi dispersa erat, loquitur. Vocat autem claudicantem Israelem, vt putat Montanus, allusione facta ad Iacobum, qui ex nerui contactu claudicabat. Alii; quia non recte incedebat ad cultum Dei, sed iam Deum, iam idola colebat, iuxta illud Eliæ, 3 Reg. 18. 21. *vsque quo claudicatis in duas partes: si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum.* Verius videtur his verbis significatam angustiam, afflictionem, & dolorem quo tenebatur plebs Iudaica in dispersione gentium, cum eam vocauit Christus: nam claudum, dolentem, & infirmum vocat in angustiis constitutum, & afflictum, idest, quem Deus aspere tractauerat, vt significat Hebræa dictio, cum in captiuitatem duci permisit. ita intellexit Chaldæus, cum exposuit: *eo tempore congregabo translatos, & dispersos: colligam & illos, quibus malefeci propter peccata populi mei.* Sic etiam Dauid Kimhi, Vatabl. & Rob. qua ratione loquendi vsus est Dauid in Psalmo 34. 15. vbi LXX. dixerunt: *& aduersum me lætati sunt, & conuenerunt.* In fonte legitur. *Sed in claudicatione mea lætati sunt, & congregauerunt se.* quod Hieronymus transtulit. *& in infirmitate mea lætabantur, & congregabantur.* Vt videas claudicantem vocari infirmum, ac dolentem, & afflictum summa calamitate captiuitatis, & dispersionis. Promittit ergo tempore illucescentis Euangelii se vocaturum ad suum regnum, & congregaturum plebem infirmam, calamitatibus pressam, & eiectam in captiuitatem, & aspere tractatam. & vlterius ait. *Ponam claudicantem illam in reliquias*, nempe Israelitas depotratos captiuos, seruabo in reliquias, nempe, vt quæ est ior ærumnis diuino munere collectæ fuerint, in futuræ sanctæ sobolem spei, & quidem fœcundam, repositæ foueantur, iuxta illud Isaiæ, quod retulit Apostolus ad Rom. 9. 27. *Si fuerit numerus filiorum Israel, quasi arena maris, reliquiæ saluæ erunt. & eiectam in gentem robustam* nempe in Apostolos, virosque Apostolicos, qui virtute præstiterunt, vt duces, & principes huius regni. Ex quo constat, illud, *in reliquias*, significare non diminutionem, sed augmentum in multam posteritatem, & in amplam sobolem, vt exponunt Vatablus, Montanus, & Robertus, super quam Dominus regnum in monte Sion pollicetur inchoaturum, & fundaturum.

Reliquiæ augmentum significant.

Et tu turris.] Hebraice, *Et tu turris gregis, arx filiæ Sion, vsque ad te veniet, & accedet dominium primum regnum filiæ Ierusalem.* Antequam sensum explicemus, vocabula intelligamus. Turris עדר *hheder* communiter transfertur *gregis*, potest & pro caula accipi, in quam greges includuntur, vt 2. Paralip. 32. 28. *præsepia omnium iumentorum*, ועדרים *Vahhadarim caulasque pecorum*. & Isa 17. 2. *Derelictæ* 11

Turris Eder pastorum.

Hieron. *Beda.*

in [illegible] *[illegible] gregibus*, vel *cauda erunt.* Hieronymus ergo [illegible] ibus in Genesim super cap. 35. in illa verba. *Iacob egressus inde, fixit tabernaculum trans turrim e[illegible] Heder.* & in [illegible] istola 27. in Epitaphio Pa[illegible]. Beda [illegible] b. de locis sanctis cap. 8. & in c. 2. Lucæ Haymo, & Remig. hic, volunt *turrim Heder*, seu *gregis*, de qua Michæas, esse illam eamdem [illegible] ob, quæ sita erat in monticulo, milliario vno versus Orientem a Bethlehem distita, trans quam Iacob suum fixit tabernaculum: & vbi pastores morabantur, cum Angelus eis nunciauit Christum natum. Hebræi tamen, quos retulit, ac refutauit Hieronymus in quæstionibus in Genesim, asserebant, *turrim Heder*, seu *gregis*, fuisse iuxta locum, vbi templum postea fuit ædificatum; trans quam Iacob suum fixit tabernaculum. & eorum sententiam sequitur Montanus, & de ea sermonem esse Michææ ex adiunctis satis aperte colligitur, cum vocet *filiam Sion*, & *filiam Ierusalem*. & maxime, quia vocat *Ophel* muri circum templum, ita dicti ab insigni turri in eo erecta. Nam 2. Paral. 27. 3. de rege Ioathan dicitur. *Ipse ædificauit portam domus Domini excelsam, & in muro Ophel multa construxit*, & 2. Paralip. 33. 14. dicitur de Manasse. *Post hæc ædificauit murum extra ciuitatem Dauid ad Occidentem Gihon in torualle, ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illam vehementer*. vel vt alii legunt, *& circumdedit muro Ophel*, seu *arcem*, *& exaltauit eam valde*; & 2. Esdræ 3. 26. 27. *Nathinæi autem habitabant in Ophel vsque contra portam aquarum ad Orientem, & turrim, quæ prominebat. Post eum ædificauerunt Thecueni mensuram secundam e regione, à turre magna, & eminente vsque ad murum Ophel*: *Templi*, vertit Vulgatus. Ex quibus colligitur, & ex ordine portarum ab Esdra illo capite constituto à porta Dauid, seu piscium, quæ ex latere montis Sion ad Occasum prima occurrebat venientibus è Ioppe, & mari: deinde sequebatur porta gregis versus circuitum Australem Ciuitatis Dauid circum templum, quæ ducebat in vallem Gihon: deinde sequebatur ad Austrum porta iudicialis, & porta equorum, & ad Orientem porta aquarum. Cum autem dictum sit 2. Esdræ 3. 26. *Nathinæi autem habitabant in Ophel vsque contra portam aquarum ad Orientem*. & versicul. 30. *Post eum ædificauit Melchias filius aurificis vsque ad domum Nathinæorum, & scruta vendentium, contra portam iudicialem*: sequitur turrim Ophel, vbi habitabant Nathinæi, sitam fuisse inter portam gregis, & portam iudicialem: ac propius accessisse ad portam gregis, atque ab ea tractum muri à porta gregis versus portam iudicialem dictum murum Ophel. de ea locutus videtur quibusdam Isaias cap. 32. 14. cum ait; *tenebræ, & palpatio facta sunt super speluncas, vsque in æternum.* Hebraice, *Ophel, & Bachan erit in speluncas in sæculum.* Vbi Hieronymus, *Hebræi duas*, inquit, *turres in Ierusalem esse arbitrantur, quæ his appellantur nominibus, quarum prior interpretatur tenebræ, siue nebulum, quod vsque ad nubes erigeret caput: altera, probamentum, & firmitas, siue vt Symmachus vertit, inquisitio, eo quod in contemplando culmine eius oculi fallerentur.* His ita præstitutis, ad sensum eruendum nostri Prophetæ accedamus.

[illegible] is E[illegible] in situ templi.

Turris in Ophel sita.

Turris [illegible] gis in [illegible] eo muri loco sita.

Ophel, & Baham duæ turres.

Hieronymus, qui intelligit prophetiã de priori [illegible] latu[illegible] Ader prope Bethlehem, ita exponitur ab [illegible] mone, & Remigio. Tu turris gregis, pa-[illegible]storum habitacul[illegible] [illegible] st[illegible], quæ in [illegible] [illegible] otestas p[illegible] [illegible] ita cœlestis le[illegible] [illegible] ius [illegible] dei obscur[illegible] æsti[illegible] [illegible]uque, [illegible] habitant pastores ad te [illegible] gaudium illud: nam vobis pastoribus [illegible] lis annunciabitur ab Ang[illegible]s [illegible] niun[illegible] quod fuit nato Ch[illegible] [illegible] Verum iam diximus, non de [illegible] [illegible] loqui Michæam, sed de turri [illegible] quæ [illegible] circum templum. Et [illegible] quidem pe[illegible] rim, vt Theodoretus, & A[illegible]bertu[illegible], in [illegible] bem Ierusalem. Alii, vt Hieronymu[illegible] go, & Dionysius, templum. Alii, vt V[illegible] Isidorus, Montanus, & Robertu[illegible] metap[illegible] Ecclesiam, aut Synagogam, Chaldæus [illegible] Christum.

Theodoretus quidem, quia LXX [illegible] le[illegible] *primum regnum de Babylone filiæ Ierusalem*: vt [illegible] ibe[illegible]tur in omnibus codicibus, sermonem ait hic [illegible] ad Ierusalem, ad hunc modum. Et tu turris templum, quod vti turris ædificatum es in vin[illegible] [illegible]rusalem obscura peccatis, primum regnum Nabuchodonosoris, cum primum regnare cœperit anno 3. Ioachin, ad te subuertendam veniet.

Hieronymus quoque intelligit de reditu [illegible] Babylone, quando regnum primum restau[illegible]dum esset per Zorobabelem. At cum h[illegible] consoletur Ierusalem, potius quam [illegible] omnes intelligunt auctores; de ne[illegible]ocio [illegible] potius loquitur. Illa vero verba [illegible] le, fatetur Hieronymus.

Ad Ie[illegible]em [illegible]

Tertio ergo cæteri, qui per *turrim gregis* intelligunt Synagogam, vel Ecclesiam, sic exp[illegible]nunt, O turris gregis fidelium, filia Sion, seu I[illegible]len[illegible] à qua originem sumpsisti ad te veniet pr[illegible]nu[illegible] illud regnum Dauidicum, nempe Christi qui regnabit in domo Iacob in æternum.

Quarto, Chaldæus exponit de ipso Christo ad hunc modum. *Tu autem Messiah Christe Israelis, qui absconditus es, propter peccata cætus Sion, tibi venturum est regnum sed & dominatio prisca adueniet regno cætus Ierusalem.*

Quinto, videtur il[illegible] verus huius loci [illegible]ens[illegible] quo conso[illegible]atur Iudæ[illegible] gloria regni in Sion [illegible] gendi per Christum. [illegible] [illegible] enim e[illegible] consolatu[illegible] fuerat de vastitate, qua[illegible] [illegible]uerat comminatus [illegible] cens, montem Sion[illegible] omnium montium il[illegible] [illegible]strissimum futurum, gentium cunctarum ad suscipiendam legem in e[illegible] latam ab Spiritu [illegible] confluxu: simili ratione consolatur ipsos Iud[illegible] dum pollicetur se eos congregaturum, & [illegible]ctu[illegible]tum gentem robustam; *& regnabit*, inquit, *Dominus super eos in monte Sion.* hoc ipsum per [illegible] dam prosopopœiam sermone conuers[illegible] ad [illegible] rim gregis aliusin[illegible] am, iterum promittit. Q[illegible] ait, d[illegible] Dominum regnaturum super [illegible] monte Sion: Tu quoque turris greg[illegible], quæ arx [illegible] munitio, aut propugnaculum Sionis [illegible] poti[illegible] lo regno, tu particeps eius regni Dauidi[illegible] [illegible] quo omnis Israel, vni parebat regi; nam C[illegible] in Sione, & in Ieru[illegible]le[illegible] regnum illud pri[illegible]um adibit, & regnabit in d[illegible] [illegible] b[illegible] æternu[illegible] Vbi omnes filii [illegible] [illegible] caput, & [illegible] de gloria tua [illegible] magnum in [illegible]m proferetur [illegible]

1 *Nunc quare.*] Hebraice, *Vt quid vociferaris vociferationem*, luctuosam videlicet, ac lugubrem. *Nunc*, collectionis nota est, non temporis, vt aduertit Montanus; quamuis & tẽpus, quo loquebatur Propheta, videatur significare, quando ob minas ab eo intentatas captiuitatis imminentis ingemiscebat Ierusalem. Hieronymus igitur, Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Montanus, hæc quoque explicant de negocio Euangelico.

Consolatur Ecclesiam Christi.

Lyra quidem, & Vatab. putant sermonem esse cum Ecclesia primitiua afflicta à Tyrannis: cõsolatur enim eam Propheta, petens ne despondeat animum, aut ingemiscat propter afflictiones: aut angatur eo dolore, quo parturientes abripiuntur. Siquidem tantũ regem habet Christũ, qui illam tutabitur, & tantum consiliarium Spiritum sanctum, qui bona consilia inseret.

Alii ipsam Synagogam exulem, & afflictam consolari putant, ob suam captiuitatem ingemiscentem, & instar parturientis dolentem, spe certa videlicet Christi regis optimi, & fidelissimi consiliarii venturi, qui eam in suam gratiam, & regnum esset suscepturus.

Consolatur Iudam de captiuitate Babylonica.

Verum Hieronymus, & Theodoretus, & alii quidem historice volunt consolari Michæam plebem Ierosolymitanam de afflictione imminentis captiuitatis, quam illi minabatur. *Cur*, ait Hieronymus, *mœrore contraheris*, aut *cur cognouisti mala?* hoc est, quid causæ est, cur his malis affligenda sis, quæ te compellant cognoscere tuas culpas, quando rex non erit tibi, & consiliarius tuus peribit? Nam rege caruit dum fuit in captiuitate; aut certe tuo vitio fecisti, vt nec regis, nec consiliarii beneficio potireris. Aut, vt Theodoretus. Cur in hæc mala lugubria, & in hoc fortunarum venisti discrimen? numquid defuit tibi rex, quem à Deo petisti? aut consiliarius? disce igitur quam minime tibi profuerint, teque tibi ipsi tuo vitio hæc mala captiuitatis accersisse. At hæc consolatoria non sunt, sed affligentia magis eam, quæ afflicta erat.

Consolatur in afflictione positam.

Quare videtur Propheta quasi demulcens alloqui plebem suam, Et nunc cur ingemiscis, cur eiulas, cur dolore affligeris instar parturientis, quod audieris te ducendam captiuam? putasne te non esse curæ Deo regi optimo, & fidelissimo consiliario, qui te eripiet, & liberam reducet? es certe. Confirmat hunc sensum quod sequitur; *Dole, & satage filia Sion*, nam licet nunc affligaris, at Deus redimet te: vt explicabimus.

13 *Dole.*] Hebraice; *Dole, & ingemisce*, aut *gemitum ede*; seu, *sat vt ingemiscas*, aut *satage edere gemitus*. Rupertus, Lyra, & Vatab. mystice potius, quam historice videntur hæc verba explicare, vel de vniuerso humano genere, vel de primitiua Ecclesia afflicta; quæ in Babel abducenda erat, nempe Romam, aut Babylonem Ægypti, aut in aliam vrbem longe remotam. Sed quid opus verba proprie accepta deludere, cum bonum habeant sensum?

Consolatione futura post captiuitatẽ.

Verius Hieron. Theodoretus, Haymo, Remigius, Rupertus ipse, Albertus, Hugo, Dionys. Isidorus, & Montanus de captiuitate Babylonica proprie accipiunt: ad hunc sensum; Permitto tibi dolere, & grauiter ingemiscere, vti solet parturiens, quia propediem egredieris captiua plebs

A Ierosolymitana, & vitam ages in agris, donec venias Babylonem. *Nam mulier dum parit tristitiam habet, dum autem peperit puerum, gaudet, quia natus est homo in mundo*; Ioan. 16. 21. ita tu eiulabis, dum perdurabit captiuitas, sed gaudebis cum liberabit te Dominus, & redimet de potestate, & iugo hostium Chaldæorum.

Dolor captiuitatis in lætitiam mutãdus.

Sunt qui putent non inepte illa verba, *dole, & satage*, accipienda pro futuro; *Dolebis, & ingemisces*, paululum egressa de Ierusalem, & deducta Babylonem. Sed non diu durabit afflictio, quia statim Deus te redimet de potestate inimicorum, & reducet lætam in patriam. Illud, *& habitabis in regione*, seu *in agro*, aut *campo*, Theodoretus partim intelligit de via, Hieronymus de campo Seaar B regionis Babylonis; Montanus, in suburbanis, & pagis, angusto & incommodo domicilio, super flumina Babylonis, vbi sedentes, patriam deflebant relictam; vt Romæ habitauerunt trans Tyberim, qui eo deuecti fuere captiui, iuxta illud Iuuenalis Sat. 4.

Iuuenalis.

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus fœnumque supellex.

Et nunc.] Verbum תחנף *Techenaph* futuri temporis, quod Vulgatus vertit, *lapidetur*, pro, *lapidabitur*; proprie est, *peccabit*, *impie aget*, *contaminabit se*, aut *hypocritam egit*, *& simulauit quod non est*. Ita terra dicitur Isa. 24. 5 *impie egisse propter habitatores eius*; hoc est, pœnas luisse, ac si peccasset ipsa. De terra ergo Iuda, & de Ierusalem dicentes inimicos in-C troducit cum irrisione; peccauit, & adhuc hypocrita fuit, simulans se sanctam, cum nihil minus; nunc luet pœnas, & lapidabitur vel re, vel verbis, & videbimus impletum quod optabamus, & cũ exultatione aspiciemus calamitatem Ierusalem; de qua loquendi forma diximus alias. Nunc huius sententiæ intelligentiam inquiramus. Hieronymus, Haymo, Remig. Rupertus, Albert. Hugo, Lyra, Vatab. Isidorus, & Montanus de Ecclesiæ afflictione exponunt, quæ à multis tyrannis, & inimicis conterenda est; verum tandem Christo duce omnes superatura, & spolia de illis relatura, quę Domino consecret; ita illi in vniuersum exponunt. Alii, vt Dionys. intelligunt de exercitu Babylonico ad Iudæam deuastandam, & Ierusa-D lem obsidendam ex multis gẽtibus coacto, quas demum contritura est plebs Iudaica è captiuitate eruta; saltem per Machabæos. Verum his expositionibus aduersatur; quod cum Propheta consolatus fuisset Ierosolymitas felici reditu è Babylone; nunc, inquit, hoc est, interim dum hęc tibi parantur, alia est tibi subeunda calamitas, quã tamen Dei ope feliciter superabis. De priore ergo afflictione perferenda loquitur: non ergo de multo post Ecclesiæ futura. Deinde eas ipsas gentes, quæ congregatæ sunt aduersus Sion; promittit ab ea esse conterendas. At Machabæi non contriuerunt Chaldæos, sed finitimas alias gentes: quare non omnino verum hoc comprobaretur, si de illis esset Prophetæ sermo.

Terra peccare dicitur pro luere pœnas.

Ecclesia superatura vim inimicorum.

Plebs Iudaica superatura hostes Chaldęos. Refutatio.

E Quare verius videtur loqui Prophetam de admiranda victoria, quam Dei ope, & Angeli ductu reportarunt Iudæi de exercitu Sennacherib, cum noctu Angelus interfecit centum octogintaquinq; millia Assyriorum, vt legimus 4. Reg. 19. & Isa. 37. & probatur auctoritate Hieronymi, quem sequuntur Haymo, & Remigius, qui licet

De victoria Sennacherib

[illegible] tamen de inimicis ante capti [illegible] salem expugnantibus, quos non alios quam prædictos Assyrios possumus intelligere. Ait n. ô Ierusalem [illegible] filia Sion, quæ venies vsq; in Babylonem, & ibi liberaberis, & redimet te Dominus de manibus inimicorum tuorum, nunc interim congregatæ sunt super te gentes multæ, &c. Constat autem Michæam hæc locutum statim, ac dirutum est regnum Israel, ac paulo post anno 14. Ezechiæ partam illam de Assyriis victoriam; quam ad exemplum præmittit, quasi præsentem ad certas reddendas completiones promissionum priorum in futurum adimplendarum. Ait ergo Propheta; nunc interim dum perfecta captiuitas veniet, a qua liberabit te Dominus: multæ gentes Assyriorum scilicet, & finitimæ illis adiunctæ, obsidebunt te, insultantes, & optantes tuum interitum: contra ac cogitauit Dominus, nempe eas congregare, vt simul concidant. Tu ergo, postquam eas gentes Angelus contriuerit, exurges, & triturabis eas instar fœni & spolia ex eis referes, quæ Domino consecres, & virtutem eorum deiectam acceptam referes Domino vniuersæ terræ. Hoc significauit Isaias cap. 37. 28. cum dixit, Domini nomine: *cognoui insaniam tuam contra me, cum fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti.* & addit Ioseph. 10. Antiq. c. 3. *Ezechias autem præter omnem opinionem liberatus periculo vota pro incolumitate Deo persoluit,* hoc est, *interficies Domino rapinas eorum.*

Surge.] Prædicti auctores de Ecclesia, vt diximus, hæc intelligunt; cui dedit Dominus virtutem conculcandi gentes, quando Apostoli eas Domino lucrifaciebant, & earum bona ad communem vtilitatem cōportabant, & Christo Domino consecrabant. Dionysius de Machabæis intelligit. Veteres explicabimus de Assyriorum interfectione prædicta, quos comparat fœno, Iudæos vero comparat tauris fœnum illud tritu-

Marginalia: Michæas [illegible] post regni [illegible] dirutum [illegible] hæc. — Triumph. de Assyr. — Iosephus. — Iudæi opimo [illegible] de Assyriis [illegible] mat.

A [illegible] ntum [illegible] prædam, [illegible] lia eorum [illegible] tulerunt Domino vniu[illegible] & hoc est: *interficies Domino rapinas eorum.* H[illegible] *sacrificabis*, vel cum LXX. *consecrabis* [illegible] *Domino multitudinem eorum.* Hebræ[illegible] בצע *betsang*: quod significat *concupiscentiam, auiditatem,* hoc [illegible] opes eorum [illegible] s, facultates [illegible] Chaldæus [illegible] *dona, seu munera.* Quint[illegible] *emolumentum,* Symmachus τὸ [illegible] *crum eorum. Rapinas,* transtulit Vulgatus [illegible]

B ipsi Assyrii aliis gentibus rapuerant, qui [illegible] sti veniebant; vel quia eis ipsi Iudæi rapuere [illegible] hæc enim spolia ut anathematizarunt, & [illegible] runt Iehouæ. *Et* חיל *Hel eorum, fortitudinem* [illegible] *bur eorum;* hoc est, *pretiosam eorum pecuniam* [illegible] ponit Chaldæus, aut substantiam, [illegible] tum: vt solet quoque transferri Num. 24. [illegible] *erit Idumæa possessio eius.* & Prou. [illegible] 29. *multi* [illegible] *congregauerunt diuitias,* quæ maxime com[illegible] hominem. Sicut ergo magni duces, & imperatores ex armis, spoliisque ab hostibus deuictis [illegible] portatis, Deo quisque suo clarioris trophæa statuebat, & consecrabat. cum huiusmodi [illegible] ptione, *Ioui seruatori, Marti vltori, Libero* [illegible] modo ex spolus detractis Assyriis [illegible]

C trophæa dedicanda Domino [illegible] quod in Hebræo a Deo ipso dicitur [illegible] *ipse Iehoua desiderium,* seu *rapinas eorum* [illegible] *eorum Domino vniuersæ terræ.* quo notat [illegible] hanc victoriam medio Angelo [illegible] & hæc spolia ipsum sibi consecrasse, sibique [illegible] ferri debere: & quicquid desideramus, & appetimus, [illegible] et debitum, mortificandum.

* *
*

MICHÆÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

NVNC breui dirupieris [illegible] Assyriis filia [illegible] Sennacherib, [illegible] exercitus obsidebit Ierusalem [illegible] du[illegible] ctor [illegible] Ezechiam regem [illegible] Beth lehem [illegible] quoad ambitum, & num[illegible] bes Iuda, ac propterea cum [illegible] castra, durepsi [illegible] filis illo [illegible] dn[illegible] [illegible] ille d[illegible] Israel, & ab [illegible] & Deus [illegible] nunciatur [illegible] hoc [illegible] permittet [illegible] a gen[illegible] quo edat [illegible] Christi, & [illegible] quando [illegible] Apostolis [illegible] nunc

CAP. V.

[1] NVNC *vastaberis filia latronis* [illegible] *posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel.* [2] *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio, a diebus æternitatis.* [3] *Propter hoc dabit eos vsque ad tempus in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel.* [4] *Et stabit & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: & conuertentur quia nunc [illegible] ad terminos terræ.* [5] [illegible] *Assyrius in terram nostram,* [illegible] *domibus nostris* [illegible] *pastores, & octo primates hominum.* [6] *Et* [illegible]

iam ipse dominator [11] consistet perpetuo cum sedibus suis, non iam sedem mutaturus, vt cum præerat Iudæis: & fortitudine, quam a Domino accipiet, pascet, tutumq. seruabit gregem suum, cum exaltatione potentiæ Domini Dei sui. Sed & interim, dum tempus illud accedit, ad seipsos conuersi considebunt in terra sua, nam decreuit Dominus sese gloriosum reddere [12] per orbem vniuersum, liberando nunc populum suum. Et hanc insignem pacem conciliauit nobis [13] iste summus dominator, tunc cum venerit Assyrius Sennacherib in terram nostram, eamque sibi subiugauerit, & cum venerit Chaldæus Nabuchodonusor in Iudæam, Ierusalemque vastauerit. Nã votis nostris annuens excitabit [14] Cyrum, & Darium Medos, multosque alios reges socios eorum, ac duces, qui liberabunt nos, & suo bellico apparatu subiicient sibi Assyriam, & Chaldæam. [15] Et qui euaserint ex his captiuitatibus, Apostoli, virique Apostolici, inter gentes, dominatoris Euangelium promulgabunt; suscipientibus quidem vtile gratumque, vt quod è cœlo deciderit, vti ros, & vt stillæ aquarum super herbam, quæ nullius hominis opera opus habet, cum Domini opus sit: at obnitentibus adeo terribiles erunt, vt instar leonum sint, cum cæteris animalibus comparati; & vti catuli leonum cum pecoribus, qui si loco se moueant, conculcabunt, & rapient, & nemo audebit eripere. Ita fiet [16] vt potestas eorum superior euadat hostium conatibus, nam omnes resistentes Euangelio succidentur. [17] Tunc temporis summa pace fruentur, ô Ecclesia Christi, filii tui Euangelio exculti: nec opus illis erit equis, aut quadrigis, neque muratis ciuitatibus, neque ullo quouis bellico apparatu, quæ omnia remouebo ab eis: tum maxime [18] maleficos, & diuinatores, cum omni alio idolorum cultu, quia iam [19] nullus erit in te: & vltionem sumam de gentibus, quæ noluerint suscipere legem illius dominatoris.

ram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius:
& liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram, &
cum calcauerit in finibus nostris. ‖ [15] *Et erunt reliquiæ* 7
Iacob in medio populorum multorum, quasi ros à Domi-
no, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum,
& non præstolatur filios hominum. ‖ *Et erunt reliquiæ* 8
Iacob in gentibus, in medio populorum multorum, quasi
leo in iumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gre-
gibus pecorum: qui cum transierit, & conculcauerit, &
ceperit non est, qui eruat. ‖ [16] *Exaltabitur manus tua* 9
super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. ‖ *Et* 10
erit [17] *in die illa, dicit Dominus: auferam equos tuos*
de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. ‖ *Et perdam* 11
ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas,
& auferam [18] *maleficia de manu tua, & diuinationes*
non erunt in te. ‖ *Et perire faciam sculptilia tua, & sta-* 12
tuas tuas de medio tui: & non adorabis vltra opera ma-
nuum tuarum. ‖ *Et euellam lucos tuos de medio tui: &* 13
conteram [19] *ciuitates tuas.* ‖ *Et faciam in furore, & in* 14
indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non au-
dierunt.

ARGVMENTVM.

PROMITTIT Christum Deum & hominem Bethlehemi nasciturum: prius tamen suum populum liberaturum ab hostibus, cumque interim variis afflictionibus exerciturum: at posterius in vnam Ecclesiam coacturum per Apostolos: promittit pacem summam suscipientibus eos, & vltionem obnitentibus.

COMMENTARIVS.

NVNC.] Hebraice legimus, תתגודדי *thithgodedi filia* גדוד *ghedud obsidionem posuit aduersum nos; in virga percutient genam iudicis Israel*; & quidem in verbo *gadad* est allusio grata eum nomine *ghedud*. Nam verbum significat *cogere exercitum*, aut *turmam*, aut *irrumpere turmatim ad depopulandum*, & *lacerare*, aut *concidere*. Vnde verti potest; *Nunc turmis cingeris filia turma*: aut *nunc congregabis te turmatim filia turmæ*: aut *iam congregaberis in exercitum filia exercitus*: aut *nunc irrumperis turmatim*, aut potius *concideris filia concisionis*; quod Vulgatus dixit; *nunc vastaberis filia latronis*, vastatoris. cui versioni consonant Aquila, Symmachus, Theodotio, & Quinta Editio, vt notat Hieronymus. Est autem oratio concisa, cui pronomen relatiuum, aut aliquid aliud addi debet: vt addit versio Tigurina. *Nunc cingeris turmis filia turma, quæ obsidionem posuit aduersum nos, & virga percussit genam iudicis Israel.* Aut, *nunc vastaberis filia vastatoris, qui obsidionem posuit super nos, & virga percussit maxillam iudicis Israel.* Hæc periodus pertinet ad caput præcedens, vt notant Albertus, Lyra, & Pagninus: & ita explicatio illius ex eo deducenda est.

Iocunda verborum allusio.

Versiones variæ.

Oratio concisa.

Primo igitur ex interpretibus plurimi hunc locum explicant de tempore insequenti passionem Christi. & Monta. quidem ad Gentilitatem hunc sermonem refert. ô Gentilitas, inquiens, filia

Expositio 1. de Gentilitate deuersa per Apostolos.

A cætus, aut turmæ, quæ multis cætibus constet idola colentium, opposita filiæ Sion, vastaberis per Apostolos, superstitione remota; quia posuisti obsidionem super nos, & persecuta es Apostolos, & Prophetas, & percussisti maxillam Christi iudicis summi Israel, & omnium per tuos ministros, & milites, qui percutiebant eum, dicentes; *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? & alapas impingebant.* Ac eadẽ prorsus ratione potest exponi de vrbe Roma; de qua dicit; Nunc ô Roma vastaberis filia turmæ, id est turmarum, & legionum militarium, quia per milites tuos aspere tractasti nos Apostolos, & percussisti in maxilla Christum iudicem Israel.

Secundo, Hieron. Haymo, Remig. Rupertus, Albert. Hugo, Lyra, Dionys. Isidor. Vatab. & Ro- B bert. contra Ierusalem putaut esse cõminationẽ. Nunc, inquit, vel breui, ô Ierusalẽ vastaberis, aut cingens turmis, vel exercitu Romanorũ, filia latronis, & deprædatoris diaboli; aut filia turmæ, quæ solebas multa millia in prælium educere; aut in qua potentiores turmatim irruunt in pauperes: quia obsidionẽ posuisti super nos Prophetas, dum occidebas Prophetas, & lapidabas eos, qui ad te mittebantur, & sic contumelia afficiebas Deũ Trinum; & Christum iudicem percussisti in maxilla. Aut potius cum Lyra, Vatab. & Rob. Vastaberis, & turma militum Romanorũ cingeris ô Ierusalẽ; nam obsidione cinget nos Iudæos Romanos Imperator, & percutiẽt in gena, hoc est, ignominiose tractabunt milites eius iudices, & magistratus, ac primores Israel, vt videri potest in Iose-

Exposit. 2. de Ierusalem vastata per Romanos.

Refutatio. pho de bello Iudaico [illegible] ma latum. Verum prædictæ expositiones non videntur côtentanee verbis, mentique Prophetę primo, quoniã aduerbiũ temporis, *Nunc*. celeriore euentũ significat, q̃ vt expectandus sit Romanus exercitus, tã longe post Christi legẽ in monte Sion fundatã, & inde propagatã, excitatus. Deinde, q̃a de ipso dicit, q̃ obsedit Iudæos, non de Iudæis, qui obsederint Apostolos; & quod percusserint primates Israel, non Christum. Tertio, Ierusalẽ non vere dicitur filia, hoc est, ciuitas exercitus, aut turmę, seu latronum; cum ex ipsa non prodierint exercitus ad subiugandas alias orbis prouincias: & demũ, quia hæ intelligentiæ non cohærent antecedentibus, quæ visa sunt probatiora, nec consequentibus: quorsum enim, post vastationem Ierusalem posterioré, de orto ducis [illegible] tex[illegible] sermo?

3. Expositio de Babylone [illegible] Iudæam. Tertio, sunt qui pertrahunt sermonem hunc ad Babylonem [illegible] modum. Nunc ô Babylon, filia [illegible], aut [illegible] Nabuchodonosoris, accingere & congrega [illegible] exercitum, vt obsideas n[illegible] percutias maxillam regis Sedeciæ iudicis Israel. Vtere tibi tradita potestate obsidendi nos, & percutiendi regem nostrum Sedeciam. Non longe abest hic sensus à veritate. Cum conueniat his, quæ paulo ante dicta sunt de profectione in Babylonem: & mox per antithesim opponatur duci Babylonio dux Christus in Bethleem nascituru[s]. Vel vastãda. Potest, & de Babylonis vastatione hic locus intelligi: Nunc propediem vastaberis Babylon, filia exercitus, qui cinxit nos obsidione, & percussit maxillam Sedeciæ regis nostri.

4. Expositio de Ierusalem vastanda à Chaldæis. Quarto, Albertus quoque, Dionys. & Isidor. & suffragantur eis Haymo, & Remigius, intelligunt has minas factas Ierusalem à Chaldæis obsidendæ, & capiendæ. Nunc, inquit, in præsenti, aut proximo tempore, ô Ierusalem, filia latronis, quæ latrocinijs, & direptionibus dedita es, & auaritiæ studio opprimis pauperes, cingeris, aut congregaberis, & vastaberis ab exercitu Chaldæorum, qui obsidebit nos ciues tuos, & ignominiose tractabit Sedeciam regem Israel, & cęteros primores ciuitatis; nam singulare posuit pro plurali, vt in cellexit Chaldæus, cum dixit: *percutiebant virga maxillas iudicum Israel*. Singulare pro plurali. Hunc sensum esse cohærentem probatur, quia vt cap. 4. 10. dictũ est, nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies in Babylonẽ, licet interim sis ab hostibus alijs conterenda, & honorifice liberanda; Sensus ratio. nunc redit ad illam comminationem, dicens; nunc, inquam vastaberis à Chaldæis, &c. & quidem propter oppressiones, & iniurias iudicum, propter quas in fine capitis tertij dixerat, Sionẽ vt agrum arandam, & Ierusalem deuastandam à Chaldæis. Deinde, quia recto ordine obijcitur Ierusalem obsidendæ, & iudici Israel afficiendo contumelijs propter sua scelera, Bethlehem ad summam dignitatem euchendam, & dominatorem Christum ex ea profecturum, ad cuius ortus vsque tempus dicit affligendos filios Israel.

5. Expositio [illegible] Quinto, si vera est expositio illorum verborũ extremorum præcedentis capitis; *& nunc congregata sunt gentes multæ*, &c. de exercitu Sennacherib contrito ab Angelo, & ab Iudæis conculcato, & spolijs exonerato, Deo consecrati; q̃ probamus, videtur [illegible] sensu magis cohærens hæc [illegible] de Assyria intelligatur, ad hunc modum. [illegible] interim [illegible] exercitum [illegible] filia exercitus [illegible] est, filia Sennacherib [illegible] tus, multas militum [illegible] populandas orbis p[illegible] ges contra Iudæam, [illegible] tum nos ciues Ierusalem, ipsamque [illegible] contumelijs afficient duces eius, [illegible] chiam iudicẽ Israel, dũ blasphemijs [illegible] tra Deum. Quod si cum Vulgato le[gas] *vastaberis*, aut *conscideris filia latronis*; de[illegible] tiorum copia in exercitum coacta [illegible] tur, ab Angelo deprimenda, & côterenda [illegible] lia Sion triturãda eo modo, quo expli[illegible] [illegible] continet côminationem in proxi[mo] [illegible] no 14. Ezechiæ adimplendam: deinde [illegible] nenit Assyrio exercitui, & non Ierusa[lem] [illegible] Ierusalem, cum Propheta com[illegible] solet vocare *filium Sion, filiam Ierusalem*, [illegible] quam nomine exoso; *filia latronis*. quod [illegible] uenire nequaquam potest. Nam filia turmæ seu militum latronum, aut direptionis, [illegible] pulatoris, proprie dicitur de eo, qui [illegible] muneris habet, vt expugnet vniuersum [illegible] ac depopuletur, sibique subijciat, vt Assyrij [illegible] tunt, & postea Chaldæi, Persæ, Græci, [illegible] R[omani]; at Ierusalem nunquam tale numen [illegible] pauit, nec potuit, dominandi orbi. Atque adeo de Assyria, aut Niniue in præsenti est [illegible] dũ, quæ reuera obsedit Ierusalem & [illegible] cem Israel, dum Rabsaces prouocab[at] populum, & contumelijs afficiebat regem, Deumq; [illegible] impotentem blasphemabat. Sed illa [illegible] milliarium legionum, protrita est ab Angelo, & deuastata. Haud dubium quin tunc Sennach[erib] [illegible] bes, & villas Ierusalem finitimas cœp[it] [illegible] & [illegible] ctas Bethlehem, sex tantum millibus dist[antem] [illegible] Ierusalem: ad quam respiciens Michæas d[ixit] tu Bethlehem licet paruula, & non potens A[ssy]rio resistere, produces ex te don[illegible] Christum. Atque hic habeatur huius loci sensus non contemnendus.

Et tu Bethlehem. Celebrem hanc de C[hristo] prophetiam vt eluci[demus] [illegible] us, recensendæ in[illegible] sunt diuersæ aliæ sententiæ, quo veriorem [illegible] ciamus. Qui[illegible] est, vt notat L[illegible] hunc loc[um] [illegible] Ezechiam [illegible] intelli[illegible] cuius natiuitas [illegible] Christi [illegible] ordina[illegible] prædicta est. Michæas [illegible] loc[illegible], & ab I[illegible] & quia Dauid pater Ezechiæ natus est Be[thlehe]m, & inde ille egressus, atque ex illo per [in]termedios reges egressus est Ezechias, ideo [dici]tur, *& egressiones eius à diebus seculi*, & [illegible] C[hri]stus quoque de[illegible] natus ibi [illegible] æterno quoties parentes eius re[illegible] sunt in Dauide ex Bethlehem. Si[cut] cum [illegible] *agnus occisus ab origine mundi*. [illegible] mel occisus sit, intelligitur ab [ini]tio mundi in [ty]pis occisus: & sicut hic Hieron[y]mus a[illegible] tantum egressus Christus est [illegible] sed ab initio mun[di] [illegible] est [illegible] per Prophetas: [illegible] Be[th]lehem tunc cum natus [illegible] p[r]æsertim à [illegible] id per [illegible] & [illegible] quos [illegible] qui e[illegible]

Refellitur.

Quem quis non videt quam longe petita, dura, & forte quae sit haec interpretatio, & quam verius quadret Zorobabeli duci Iudaeorum? Praeterea decepti sunt huius expositionis assertores, tanquam Prophetiam de futuro ortu Ezechiae accipientes nondum nati, cum iam grandior esset aetate, & rex Iuda, cum eam Michaeas protulit. Monstrauimus enim supra in calce cap.3. num. 8. ab eo loco Michaeam sermonem habuisse sub Rege Ezechia.

Intelligentia de [illegible] Zorobabele.

Secundo, Iudaei, qui Chrysostomi aetate viuebant, hunc locum de Zorobabele duce redeuntium è Babylone explicabant; vt referunt in 2. Matth. Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius, & hoc loco Theodoretus. Verum quam falso, & quam impie, ipsa Prophetae verba satis ostendunt: neque enim ille Bethlehemi natus est, sed Babylone; vnde nomen duxit Zorobabel; semel Babel. Neque egressus eius fuerunt à diebus aeternitatis; nisi Iudaice velis explicari à Dauide, vel in Dauide fuisse egressum per posteros omnes reges, e quibus profectus est. Sed quorsum tam insigni encomio ciuitas paruola commendaretur ex Zorobabele post tot annos dominaturo?

Refellitur. Zorobabel etymon.

3. Intelligentia vera de Christo.

Tertia igitur & vera huius loci intelligentia de Christo Domino Bethlehemi nato, est communis Catholicorum omnium Patrum, & interpretum; quam & Iudaei legisperiti, quos Herodes consultos curauit, ita vt certam tradiderunt Matth.2.6. cum dixerunt, *Scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda; ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.* & Ioan. 7.42. quidam e plebe dicebant: *Nonne Scriptura dicit: quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?* Chaldaeus quoque paraphrastes ad eundem sensum exposuit, dicens. *Et tu Bethlehem Ephrata, quae minima fuisti, adeo vt computareris inter millia domus Iuda, ex te coram me prodibit Christus, vt sit dominium exercens in Israel, cuius nomen dictum est ab aeternitate, a diebus seculi.* Eiusdem sententiae esse Salomonem asserit Lyra; & ceteros Hebraeorum magistros probat Galatinus lib.4. de arcanis Catholicae veritatis cap.13.

Sententia communis Patrum, & Hebraeorum.

Occasio [illegible]

Quae res fortasse, antequam ad singula verba expendenda veniamus; quorsum ad agendum de loco natali Christi tam subito accesserit. Rupertus, qui praecedentia verba de Ierusalem percutiente Prophetas, & iudicem illorum Christum, exponit; hoc additum putat ad facinoris grauitatem declarandam, quod iudicem illum percusseru, qui non tantum homo, sed vere Deus sit; cuius nati egressus sint à diebus aeternitatis. Vatablus existimat opponi Bethlehem Ierosolymis ad hunc modum. Tu ô Ierusalem celeberrima propter tua peccata puniteris; cum in Bethlehem vico obscuro sit Christus nasciturus. Albertus, & Lyra putant, quoniam dictum erat de vastitate Ierusalem, & ciuium captiuitate; nunc subuici cõsolationem ex liberatore Christo sumptam. Theodoretus de eadem obsidione, de qua dixerat congregatas esse gentes aduersum Ierusalem, intelligit repetitum; *nunc vastaberis filia obstructionis*, nempe ab eisdem gentibus congregatis. Et quia dixerat liberandam à Deo, & contriturum illas gentes, ac victoriam reportaturam; modo subiicit, cuius gratia sit eranda, non propter studium Ierusalem ipsius, & beneuolentiam in Deum, sed propter eum regem, qui ex ea secundum carnem nasciturus est. Nempe quod Bethlehem viculus esset Ierusalem. Haec hi auctores. Placet quidem mod* connectendi Theodoreti; si, vt supra diximus, de eodem exercitu Assyriorum, qui obsedit Ierusalem, ex gentibus congregato, de quo est initium huius, & finis praecedentis capitis, intelligatur. Congregatus est, inquit, exercitus gentium Assyriarum contra te ô Ierusalem; ignorans consilium Domini qui vult eas conterere; & te similiter castigare, & longa inter gentes dispersione affligere, donec tempus aduenerit, quo in regnum congreget suum; quando aduenerit ille dominator, qui *regnabit in domo Iacob in aeternum*; qui nasciturus est in ciuitate Dauid Bethlehem: nam licet paruula illa sit, eius ortu illustris erit. Vel si mauis Michaeam prospexisse obsessam Ierusalem ab Assyrio, & viculos e finitimos captos, & desolatos; oculos mentis coniecisse in Bethlehem, ac vidisse eam, quae forte tunc capta, & subuersa erat; futuram patriam, matremq; illius dominatoris, qui Iudaeos e suis afflictionib. erat liberaturus; & e manu hostium redempturus, ac dixisse, *& tu Bethlehem*, &c.

O casionatio coniunctior.

Ratio verior.

Ephrata.] In conciliando Matthaeo cum Michaea, quoniam lis est non leuis, immorandū paululum est, & per partes expendendae contradictiones. Duas esse vrbes in diuersis regionibus, aut tribubus sitas, dictas *Bethlehem*, ex Scriptura constat. Vna erat in tribu Zabulon, cui tertia sors accidit, Iosue 19.10. quae versu 15. sic nominatur. *Sunq; egressus eius vallis Iephtahel, & Catech, & Naalol, & Semeron, & Ierala, & Bethlehem, ciuitates duodecim, & villae earum.* Altera erat in tribu Iuda sex milliaris ab Ierusalem dissita, illa celebrior, & quae ab illa distinguitur adiectione sortis, aut tribus, nam dici solet *Bethlehem Iuda*, vt Iudicum 17. 7. & 19.1. & Ruth 1.2. & saepe alias. Deinde & alio nomine, quod sortita est ab *Ephrata* vxore Caleb, antequam vocaretur *Bethlehem*; nam ex Paralip. 1. cap. 2. constat Iudam filium Israelis de Thamar genuisse Phares, Phares vero Hesron, Hesron autem genuisse Ram, seu Aram, per quem deducitur genealogia Christi, vt constat ibi versu 8. & 9. & Chelubai, qui mox versu 18. & 19. dicitur Caleb, qui accepit vxorem Ephrath, quae postea vers. 24. & 50. vocatur *Ephratha*. & Caleb ex vxore *Ephratha* habuit Hur; qui, vt constat versu 5. genuit filium Caleb, aui nomine vocatum, & Caleb hic genuit Salma, qui vt dicitur vers.51. & 54. fuit pater Bethlehem quamuis 1. Paralip. 4. 4. hic Bethlehem proauo Hur filius adscribatur. Ab Ephrata ergo vxore Caleb hanc vrbem dictam prius *Ephratha*, imo viri nomine, etiam Caleb, perspicuum est ex eodem 1. Paral. 2. 24. vbi Hebraea verba sic habent. *Et post mortem Hesron in Caleb Ephratha*, nempe mortuus est in vrbe nomine filij sui Caleb, & vxoris eius, *Ephratha* tunc vocata; quae tandem à filio Salma dicta est *Bethlehem*, & ab ortu Dauidis, Ciuitas Dauid. Vnde quando Genes. 35. 19. & cap. 48. 7. dicitur de Rachele; *mortuam, sepultam fuisse in via, quae ducit Ephratham, haec est Bethlehem* scriptor nomine post indito, vrbem illam vocauit quamuis nescio qua ratione Hesron nepos Iudae,

Bethlehem duplex. Bethlehem Zabulon.

Bethlehem Iuda.

Ephratha

Ciuitas Dauid.

qui ingressus est cum patre Phares, auo Iuda, & proauo Iacob, in Ægyptum, vt dicitur Gen. 46. 12. nec videtur peruenisse ad ingressum in terram promissam, in quam ingressus est Salmon filius Nahasson, & nepos Hesron; sicut nec Caleb alter eius fili⁹, potuerit mori in terra Iuda in Bethlehem; & Moses meminerit *Ephratha*, & *Bethlehem*, nondum iis nominibus nominatæ, quando ipse mortuus est ante ingressum terræ promissæ? Quicquid de hoc sit, fortasse ab initio nomen adepta erat vrbs illa Chanaan ab vbertate: & dicta *Ephrata*, hoc est, *fructifera*, & *Bethlehem*, *domus panis*. Quid quod nomen *Ephratha* pagi vberis nomen esse indicat, in quo ædificata fuit vrbs Bethlehem; vt dicatur *Bethlehem Ephratha*, fundata in terra fructifera dicta *Ephratha*? Nam propterea Ruth 1. 2. duo filij Noemi, Mahalon, & Chelion dicuntur Ephrathæi de Bethlehem Iuda; & 1. Reg. 17. 12. Dauid dicitur filius viri Ephrathæi de Bethlehem Iuda: quasi diceret de Bethlehem regionis Ephratha, ex qua dicti sunt Ephrathei. Atque adeo Michæas dixit, *& tu Bethlehem Ephratha*, ad distinctionem Bethlehem Zabulonitis. Sed cur rursus additur, *Bethlehem Iuda*, etiam, cum dicta sit *Ephratha*? forte ad distinctionem tribus Ephraim, cuius regio dicta videtur Ephratha, vnde qui erant ex illa tribu, aut regione vocabantur Ephrathæi, vt constat Iudic. 12. 5. 1. Reg. 1. 2. 3. Reg. 11. 26. Igitur cum sacerdotes, & scribæ responderunt Herodi Matth. 2. v. 5. & 6. Christum in Bethlehem Iudæ in lucem edendum, & citarunt Prophetam dicentem, *& tu Bethlehem terra Iuda*: nequaquam contradixerunt Michææ dicenti: *& tu Bethlehem Ephrata*, sed explicuerunt potius adiectione consueta Scripturæ: nam & Propheta cum addit, *Ephratha*, voluit significare se loqui de ea Bethlehem, quæ erat in terra Iuda, non in terra Zabulon; quam eius mentem illi manifestarunt.

Ephratha regionis nomen.

Concordia Michææ cum Matthæo in nomine loci.

4 *Paruulus es.*] Sub his verbis altera detegitur controuersia inter Michæam, & Sacerdotes apud Matthæum illum citantes. Nam Michæas dicit; *paruulus es in millibus Iuda*. In Matthæo autem. *Nequaquam minima es in principibus Iuda*. hæc enim, *paruulus es*, &, *nequaquam minima es*, contradictoria sunt. Sed nulla esse contradictio ostendetur, si verba Prophetæ exposuerimus ea in Hebræo sic habent. *Et tu Bethlehem Ephratha* צעיר להיות *Tsahhir lihioth*: & nomen quidem *Tsahhir* masculini generis, paruulum ætate, minorem, aut iuniorem significat, seu adolescentulum, vt Gen. 25. 23. *& maior seruiet Tsahhir minori*. Psal. 67. 28. *ibi Beniamin Tsahhir adolescentulus in mentis excessu*. & 118. v. 141. *Tsahhir iunior sum*. Isa. 60. 22. *& paruulus in gentem fortissimam*. *Lihioth* autem gerundium est, quod ad verbum, si liceat, transfertur, *ad essendum*; & alij recte vertunt, *vt sis*. Et cum nomen *Bethlehem* feminei generis sit; *Tsahhir* autem masculini, licet iuxta Hebræum debeat subintelligi *vicus*, aut quid simile, vt concordet; *& tu Bethlehem Ephratha viculus paruulus es*, aut *minor es quam vt sis*. tamen recte Latine transfertur, *paruula es*; vt concordet cum vrbe Bethlehem, alioquin *paruulus*, aut *paruula* comparatiue capitur, *iunior*, aut *minor es, quam vt sis*. Iam varios interpretandi modos adiiciamus; vt qua ratione conueniant Michæas, & Matthæus, intelligamus.

In quo sita contradictio.

Legendi ratio.

Primum, Septuaginta transtulerunt, vt Sacerdotes, & Scribæ retulerunt apud Matthæum. *Et tu Bethlehem domus Ephratha non minima es vt sis in millibus Iuda.* & ita referunt hunc l[illegible] cum iu[illegible] L X X. Origenes lib. [illegible] contra C[illegible]. C[illegible] lib. Testimoniorum aduersus Iudæos, cap. 12. *non exigua es vt constituaris.* Eusebius lib. 6. Demonstr. Euang. cap. 1[illegible]. Ambros. lib. 5. Epistol[illegible] Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, c. [illegible] Quod autem hi Patres referant iuxta translatio[illegible] consi[illegible], cum dicant; *& tu Bethlehem domus E[illegible] ta non minima*, aut, *non exigua es, vt sis*, vel [illegible] *in millibus Iuda.* & in textu Hier[illegible] Theodoreti Septuaginta: *nequaquam min[illegible]* aut, *modica es*, legitur; vt videri alicui po[illegible] Hebræo negationem fuisse, quam Septu[illegible] legerunt, & transtulerunt: atq; ita v[illegible] Hebræo, & L X X. citasse locum Sace[illegible] & [illegible] bas. Verum hæc euasio falsa omnino [illegible] Hebræi omnes codices absque n[illegible] tur, & ita omnes transferunt interpretes. E[illegible] ipsi L X X. vt videmus in Codicibus Complutensi, Regio, & Vaticano: & ita legisse Hier[illegible] mum constat ex illis verbis de testimonio apud Matthæum relato. *Quod*, inquit, *testimonium nec Hebraico, nec* L X X. *interpretibus conuenire, me q[illegible] tacente, perspicuum est.* Eusebium quoque ce[illegible] est sic retulisse L X X. lib. 2. Demonstrat. Euang. cap. 51. & lib. 7. cap. 2.

Secundo, aliis quibusdam visum est nomen צעיר *Tsahhir*, quod *paruulus* versum est, [illegible] dum pro, *paruum est*, ex regula Hebræorum qui cum neutro genere careant, pro eo v[illegible] masculinum, aut femineum, vt Genes. 2. 18. *non est bonus homo esse solus*, pro, non est bonum. & Psal. 26. 4. *Vnam petij à Domino*, pro vnum. sic hoc loco vertit Osiander lib. 1. Harmoniæ cap. 10. *Et tu Bethlehema Ephratha parum est vt sis inter Chiliadas*, aut *Chiliarchos Iuda*; quod idem est cum dicto Matthæi: *Nequaquam minima es in principibus Iuda.* Verum hæc interpretatio & Iansenio, ca. [illegible] Concordiæ, non placet, nec nostro Maldonato super Matthæum; & quidem merito; quia nomen illud *Tsahhir* nunquam in Scriptura vsurpatum est pro, *parum est*. Nam quoties legimus *parum est*, v[illegible] Genes. 30. 15. *parumne tibi videtur, vt præripueris maritum mihi* & Isa. 7. 13. *Numquid parum vobis est molestos esse hominibus*: Non *Tsahhir*, se[illegible] *mehhot* ponitur in Hebræo. Nec est vllus interpretes p[illegible]cos, aut recens, qui ita transtulerit; q[illegible] id[illegible] rint eo nomine, non *parum*, sed *paruulum*, aut *minorem* ætate, aut dignitate significari.

Tertiu, sunt alij, nempe Albertus, Isidorus & Iansenius, qui non inepte putant verb[illegible] M[illegible]hææ cum interrogatione efferenda. *Et tu Bethlehem Ephratha paruulus es in millibus Iuda.* Nam cum interrogatione inueniuntur duo Gothici, Codices S. Isidori contra Iudæos, & in Codice Bib[illegible]rum characteribus Gothicis scripto, qui asseruatur in Bibliotheca Ecclesiæ Toletanæ sic habetur [illegible] *tu Bethlehem Ephrata numquid paruula es* quasi dicat, nequaquam. quod legimus in M[illegible]thæ[illegible]. E[illegible] vis huius vnum exemplum, lege [illegible] cap. 4[illegible] 6 sic dicentem. *Parum est vt sis mihi seruus a[illegible] das tribus Iacob, & faeces I[illegible]* [illegible] Septuaginta ita conuerte[illegible] *Magnum tibi est vt voceris puer meus,* [illegible] *tes tribus I*[illegible]

[illegible] *conspectum Israel conuertas.* Videntur intellexisse Prophetam interrogatiue loquutum, vt [illegible] Chaldæus, cum dixit. *Numquid paruum vobis est quod vocemini serui mei ad suscitandas tribus Israel & ad conuertendam captiuitatem Israel.* Recte ergo partem interrogationi respondentem, quæ in [illegible] claudebatur, explicuerunt in Matthæo Sacerdotes, & Scribæ: estque vera, facilisque aduertentium sententiarum concordia.

4. Ratio concordiæ [illegible] comparatione.

Quarto, communis, ac certa loci huius intelligentia est Hieronymi, Theodoreti, Haymonis, Remigij, Ruperti, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, Vatabli, Isidori, Montani, & Roberti hic, & Græcorum Patrum in 2. Matth. & recentiorum, qui putant comparationem contineri in verbis Prophetæ, ipsius vrbis Bethlehem cum seipsa, quoad duas eius conditiones. Et tu ô Bethlehem Ephratha paruulus quidem viculus es, quoad ambitum murorum, & numerum ciuium, quam vt possis comparari cum ceteris vrbibus Iuda, at si ad dignitatem tibi obuenturam ex duce illo expectatissimo, qui ex te proditurus est, respiciamus, nequaquam minima es, sed omnium maxima, & dignissima, & illustrissima. Nam exiet ille ex te, qui dominaturus est Israeli.

Ratio sensus Bethlehem parua loco, magna dignitate.

Probatur hic sensus ex ipso Hebræo. *Et tu Bethlehem Ephratha paruulus es ad essendum in millibus Iuda, ex te mihi egredietur ad essendum dominator in Israel;* hoc est, ad essendum in millibus Iuda, ad hoc vt computeris, aut annumereris inter vrbes Iuda, paruulus es viculus: at ex eo, qui ex te mihi egredietur vt sit dominator in Israel, nequaquam paruula, sed maxima vrbs es. Aut paruula licet sis, & appareas respicientibus tuam molem, & ambitum, ex te tamen egredietur dominator, & eris maxima, & nequaquam paruula. Sic etiam Chaldæus. *Et tu Bethlehem Ephratha, qua minima fuisti, adeo vt computareris inter millia domus Iuda, ex te coram me prodibit Christus, vt sit dominium exercens in Israel.* Atque hæc habeatur syncerior expositio ad vtriusque loci concordiam.

Concordia vera.

5 *In millibus.* Nomen Hebræum אלפים *alaphim, millia* in primis significat; & accepto numero certo pro incerto, Chaldæus iuxta Montani versionem exposuit, vulgarium oppidorum multitudine [illegible] etiam, *minima fuisti, adeo vt computareris inter millia domus Iuda.* Extenuat ergo eam, quod adeo parua sit vrbs, vt multitudini viculorum, & oppidorum, quorum nulla ratio habeatur, annumeretur. Verum Hebræa negationem inclusam habent illi affirmationi contrariam; *paruula es ad essendum in millibus Iuda;* id est, paruula adeo es, vt non possis computari in millibus Iuda. & hunc sensum habet quoque Chaldæus iuxta aliorum translationem huiusmodi. *Et tu Bethlehem Ephratha, quæ minima eras, quam vt numerareris in millibus domus Iuda.*

Extenuat Bethlehem, quod sit e multis oppidulis.

[illegible] quod [illegible] computar: [illegible] oppidula.

Secundo ergo, communior expositio est Hieronymi, Haymonis, Remigij, Alberti, Ruperti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, Vatabli, Isidori, Montani, & Roberti, paruula vrbs es in tanta vrbium multitudine, quanta est in tribu Iuda; adeo enim parua es, vt in millibus, hoc est, in multis vrbibus Iuda non efferas caput, nec debeas comp[illegible] præ paruitate. Per vrbes autem Iuda Albertus intelligit omnes & viculos, & oppidula [illegible] Bethlehem extenuationem.

Expositio Bethlehem inter [illegible] parua.

[illegible] molius vrbes, quæ multis [illegible] copiosæ sunt quæ sub se habent [illegible] da, [illegible] vicos, quorum principes iure dicuntur [illegible] Matthæus dixit. *in principibus Iuda,* quod non esset minima præcipuarum vrbium Iuda.

Tertio, aliis videtur nomen *alaphim* significare *Chiliadas*, seu *Chiliarchias*, in quas diuidi solebat populus singularum tribuum, quas *familias* solet vocare Scriptura. Sic Exodi 18. 25 Moses *constituit principes populi* Sare alaphim *tribunos;* χιλιάρχους *chiliarchos* vocant, Septuaginta, *millenarios duces millium. Centuriones, quinquagenarios, & decuriones.* & Numer. 31. 14. 1. quoque Reg. 18. 13. Saul fecit Dauidem tribunum super mille viros, & alias sæpe; vnde 1. Paralip. 24. 4. Dauid principes Eleazar per familias constituit. Ideirco Gedeon Iudicum 6. 15. dixit Angelo. *Ecce alphi familia mea* hoc est, *Chilias mea tenuissima est inter ceteras Manasse.* Ita nunc Bethlehem, ait, paruulus es vicus inter chiliarchias tribus Iuda, vt [illegible] non merearis habere ex te chiliarchum aliquem, id est, tribunum, aut principem super mille: quod adeo parua sis, vt mille homines non habeas, quibus præficiatur; nihilominus ex te exibit his omnibus principibus maior dux, qui dominetur Israel. Qui vero dicit, parua & in chiliarchiis ferendis; idem dicit, in ducibus, seu principibus chiliarchiarum, quæ sine illis non erant; ac proinde Matthæus dixit, *nequaquam minima es in principibus*, aut ducibus producendis; siquidem produxerat Dauidem, & productura erat Christum; ideo maxima erat dignitate, quæ parua erat multitudine gentis. Est hæc intelligentia, & ratio concordiæ aptissima, vsu Scripturæ confirmata, & nostro Maldonato in Matthæum, & quibusdam aliis recentioribus probata.

Expositio parua in Chiliarchiis tribus.

Parua Bethlehem gente [illegible] numero, [illegible] tia [illegible] ous.

6 *Mihi.*] Quem referat pronomen, *mihi*, cum ait Propheta; *ex te mihi egredietur*; dubitatur? Haymo, & Remigius putant verba hæc esse Patris æterni de ortu Christi filij sui loquentis; ac proinde pronomen, *mihi*, ipsum referri; qui more Patrum loquitur de filio suo, vt Genes. 21. 3. *Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem peperit ei Sara, Isaac.* Ad Roman. 1. *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.* Sic etiam & gentes loqui solent, *mihi natus es, mihi te genuit mater.* Confirmat Chaldæus, qui exposuit, *coram me*, hoc est, ad publicam populi vtilitatem, & meum honorem: vt vult Albertus. Nihilominus videtur commodius, sermonem hunc esse Michææ, qui vt Propheta prædicit ortum Christi e Bethlehem, vt videtur Vatablo. Siquidem ipse Propheta cœpit caput, cum dixit, *obsidionem posuerunt super nos.* & statim vers. 4. dicetur *& stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui;* quæ verba Prophetæ esse nemo inficiabitur. Eiusdem ergo intermedia erunt. *Ex te ergo mihi egredietur*, idem est, ac in meam, totiusque populi vtilitatem, & bonum; vt illud Angeli de ortu eiusdem Christi, Lucæ 2. 10. *Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator.* Nempe ad bonum eorum: siquidem per eum erant redimendi, & Deo reconciliandi.

Et egressus eius. Plurale est, egressiones eius, vt

constat

Egressus pluralis numero.

c[illegible] at ex He[illegible] *Mot. auth*. & Græco [illegible] *exod.*; qu[illegible] nonnulli ex interpretibus ac [illegible] esse singulare exposuerint. Est autem grauis diffi[illegible]s, de quibus [illegible] Christi dominatoris egressibus loquatur Propheta.

1. Intelligentia de egressibus à Dauide vsque ad Christum.

Et primum quidem Dauid Kimhi à Galatino relat[us] lib. 6. cap. 13. & nonnulli alij, de Messia locum hunc intelligentes, *egressus* exponunt, quod ex semine Dauidis Bethlehemitis proditurus foret, & quia longissimum tempus intercessit à tempore Dauidis vsque ad ortum Christi; propterea dixit. *ab initio, à diebus æternitatis.* Confirmat hoc, quod Propheta actionem verbi, *ex te mihi egredietur*, exposuit nomine, *& egressus*, nempe, quibus egressus est ex Bethlehem, ad populum Israel conuenendum, & administrandum quasi non tantum loquatur de vno Christi ortu; sed de varijs expeditionibus eius; quibus inde exijt ad populi propugnationem.

Refutatio

Verum hæc intelligentia angusta est, & falsa. Cum ideo adiectum sit, *& egressus eius*, ne putaretur tantum ortum eius fuisse è Bethlehem temporarium, & non ab æterno; deinde quia è Bethlehem semel tantum egressus est Christus: quare nomine illo plurali alij egressus significantur. Nec Propheta significasset, cum dixit, *ab initio, à diebus æternitatis*, tempus Dauidis, qui non multo ante suam ætatem vixit, & regnauit.

Intelligentia 2. de egressibus à Deo, & ad Deum.

Secundo, Cyrillus super hunc Prophetam, quem adducit, & explicat Turrianus noster in scholijs super cap. 9. libri 7. Constitutionum Apostolicarum, affirmat per egressus significari duos illos Christi exitus à Patre in mundum per assumptam humanitatem, & à mundo ad Patrem per suam ascensionem; quorum est frequens mentio in Euangelio, vt Ioan. 13. 3. *Sciens quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* & cap. 16. 28. *Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* & allegorice significati sunt illis Psalmi 18. verbis, *à summo cælo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.*

Exitus, & introitus omnis vitæ actio.

Est autem Prouerbialis sermo Scripturæ, exitu, & introitu significantis omnem totius vitæ actionem, vt 1. Reg. 29. 6. *Exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris, & non inueni in te quicquam mali.* 2. Reg. 3. 25. *ad hoc venit ad te Abner, vt deciperet te, & sciret exitum tuum, & introitum tuum.* & Psalmo 120. 8. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vsque in seculum.* & sæpe alias. Atque hos duos exitus significabat colloquium Christi cum Mose, & Elia, de quo ait Lucas cap. 9. 30. *Ecce duo viri loquebantur cum illo, & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem*, nempe exitum, Græce ἔξοδον, Christi à Patre in hunc mundum per incarnationem, qui complendus erat per exitum ex hoc mundo Ierosolymis, vbi damnatus fuit morte.

Excessus Christi est exitus ex mundo.

quem sensum eo loco ita tradit Clemens. *Moyses, & Elias interfuere transfigurationi Domini in monte testes assumptæ humanitatis Christi, & passionum eius.* Hos ergo egressus Christi significauit Propheta, ad quos fuit prædestinatus ab æterno, seu à diebus æternitatis, ad remedium peccati Adæ.

Intelligentia 3. de [illegible] ad salutem hominum.

Tertio, videtur alijs, per *egressus*, intelligendos varios egressus, seu expeditiones Christi ad salutem hominum promouendam, aduersus diabolum; quibus per totam vitam assiduo egressus est, [illegible] ampla[illegible] [illegible] ex c[illegible] [illegible] [illegible]xum, & nomen tu[illegible] cu[illegible] c[illegible]um, & hanc m[illegible] expeditionem aliquando significant: vt Gene[illegible] 8. E[illegible] q[illegible] ges contra q[illegible] excel[illegible] de quo loquebantur cum [illegible] Moses, & [illegible] monte, erat expeditio q[illegible] suscepit Christus [aduer]sus diabolum. Nam in [illegible] saluatore [illegible], cum post conflictum [illegible] morte, [illegible] diab[illegible], in clarissimo die te[illegible] nis fortissimum, ac [po]tentissimum, victorem se exhibuit; & hæc est expeditio, & egressus [illegible] Hæc claritas, qua postulabat clarificari, ad [qu]am peruenit per multos egressus, quibus egre[die]batur in hunc, aut illum locum ad curandos ho[mi]nes. Et ab initio mundi excursiones fecit loq[uens] cum Patriarchis, & Prophetis, & suos [illegible] de quo dixit Hoseas cap. 6. 3. *quasi diluculum præparatus est egressus eius, veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus.* Hi egressus, hæ expeditiones, & excursiones dominatoris sunt propriæ, ac di[illegible] ab æterno præordinatæ, ab initio, & à diebu[s] æternitatis. Sicut enim omnes conflictus Ch[risti] cum victorijs prænunciati sunt à Prophetis, ita ab æterno præordinati.

Quarto: Galatinus è mente Iudæ Hakado[sch] lib. 4. de arcanis Catholicæ veritatis ca. 13. M[illegible]nt. & Rob. existimant per *egressus* numero multitudinis, intelligi duas Christi naturas humanam & diuinam, duasque natiuitates, de quibu[s] [a]it Athanasius in Symbolo: *Deus est ex substantia patris ante secula genitus: & homo est ex substantia matris in seculo natus.* nam hoc est quod ait [Pr]opheta, cuius dominatoris egressus; quamuis ex Bethlehem dicitur proditurus; nempe ortus è patre quoad diuinam naturam; & ortus è matre quoad humanam; sunt ita distribuendi, vt vnus cognoscatur fuisse ab initio mundi, promissus Adæ, ceterisque patribus, & Prophetis, nempe quoad ortum ex matre: alter quoad ortum ex patre, diebus æternitatis [illegible] [illegible]so ordine explicat Galatinus *ab initio*, hoc est, ab æterno de diuinitate *à diebus seculi*, de humanitate in carne Adæ præexistente. Sed præstat prior d[i]stributio; Hieronymus in illa nostri Prophetæ verba. *Propter hoc dabit eos.* eandem secutus est intellig[e]ntiam; nam cum superius dixisset. *Ac ne putes eum de genere Dauid tantum esse, carnis assumptio diuinam non impedit maiestatem; de me enim natus est ante omnia secula & idcirco egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.* mox subiunxit. *Quia de Bethlehem egressus est Christus [&] egressus eius non eo tantum fuerat tempore, quo visus in carne est, sed ab initio æternitatis. siue ab initio seculi quia semper ipse locutus est per Prophetas, & sermo Dei factus est in manu eorum.* In quibus vides verba i[ll]a *ab initio, à diebus æternitatis*, seu *seculi*, tam de æternitate accipi ab Hieronymo, quam de secul[i] longinquitate, ab orbe condito; quia reuera vtrumq; habet significatum in Scriptura sacra, vt constabit aduertenti nomen Hebræum *Holam*, [illegible] nam de Deo dictum æternitatem notat, vt in [Psal]m 89. vers. 2. *à seculo, & vsque in se[cu]lum tu es Deus.* & Psalmo 84. vers. 2. *Priusquam formaretur terra, & orbis, à seculo tu es.* de rebus ali[illegible]iam d[illegible]r-nitatem.

Qu[illegible]

5. Intelligentia de natiuitate diuina. Origenes, Eusebius, Chrysost.

Quinto demum, communior Patrum expositio est; vt hæc verba de sola diuinitate Christi accipiantur, quæ *ab initio*, id est, a diebus æternis prodit à patre. Sic Orig. lib. 1. contra Celsum ad finem. Euseb. lib. 2. de Demonstr. Euang. c. 2. demonstr. 4. Chrysostomus in lib. Quod Christus sit Deus, contra Gentiles. & in versum Psalmi 44. *Sedes tua Deus in seculum seculi.* Cyrillus lib. 2. de Trinit. versus finem. & Homil. 4. contra Nestorium. Theodoretus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & alij. Probat autem Chrysostomus de sola Christi diuinitate sermonem fieri; quia cum de eius humana generatione, & ortu dictum fuisset, *ex te mihi egredietur.* ne putaretur homo tantum, de eius diuinitate adiecit. *& egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Deinde, quia cum egressus Christi secundum humanitatem contigerit definito tempore, & loco, Bethlehemi, non videtur aliqua probabilis ratio, cur postea dicatur fuisse, *ab initio, à diebus æternitatis.*

Cyrillus. Theodor.

Obiectio. Quod si obiicias, *egressus* dixisse numero multitudinis, vt vtrumque Christi ortum admirandum simul comprehenderet, & non de solo ortu diuino ex patre intelligeret.

Responsum prius. Respondet Vatablus, ideo *egressiones*, seu *emanationes*, dictam originem illam, quod iugis sit, & æterna, & multis temporariis durationibus coexistat. Nam & aque è fonte fluxum, quod iugis, & perpetuus sit, & per singulos dies promanet, *scaturigines aquarum* solemus vocare.

Responsum posterius. Respondent alij vsu Scripturæ ad magnitudinem, & perfectionem rei singularis significandam, vsurpari nomen plurale, vt Prou. 1. 2[illegible]. *Sapientia foris prædicat*, pro, *sapientia est* חכמות *hacmoth sapientiæ*, quod Sapientia diuina, de qua ibi est sermo, omnem contineat sapientiam. & Deus vocatur *Elohim*, & *Adonim* numero plurali, quod in se contineat omnem iudicij potestatem, omnemque dominatum: ita modo, *emanationes*, seu *egressiones* vocauit æternam generationem, quod omnium creaturarum perfectionem vna illa complecteretur.

Expositio verior. Verum nulla ratio ex adductis pro hac intelligentia compellit nos ita eam amplecti, vt quartam respuamus, quæ & Christi simul adstruit diuinitatem. Nam & numerus multitudinis recte significat duas Christi egressiones è patre, & matre. Et verba sequentia, *ab initio, à diebus æternitatis*, recte quoque explicantur de Christi humana generatione, vt Hieronymus explicuit. Nam sicut Christus, qui tempore definito, & loco, nempe Ierosolymis, occisus, recte dictus est, *agnus occisus ab origine mundi*, in typis & figuris, & promissis; ita recte dictus est *egressus*, aut *natus ab initio, à diebus seculi*, ob easdem rationes; & vsus illius Scripturæ multæ aliæ, ac variæ adducuntur rationes, quas longum esset expendere. Quare licet vtraq; probanda sit, sed quarta magis verbis Prophetæ quadrat. Nec contemni debent secunda, ac tertia, quæ sub eandem fere cadunt intelligentiam.

8 *Propter hoc.* [illegible] *lachen, ad sic*, vel *propter sic*; vel *propterea.* Hæc particula non efficientem habet causam, sed finalem, vt notat Montanus. Nec, vt putat Rupertus, quia tanti iudicis maxillam percusserunt, qui Bethlehemi natus est è matre, & ab æterno è patre; idcirco dedit eos idem Iudex in manus gladij. Nec, vt videtur Lyræ, & Vatablo, quia natus est in Bethlehem de tribu Iuda Iudæus, idcirco voluit deserere Iudæos. Sed, vt recte Hieronymus, Albertus, & Montanus, propterea quod talis datus est hominibus dominator, & seruator, nempe homo & Deus, qui ab æterno, & a diebus seculi, sui populi curam suscepit, quo dominatoris officium rite obeat, & seruatoris munere ex ordine fungatur, *dabit eos vsque ad tempus.* Itaq; particula, *propter hoc*, aut *propterea*, illo pronomine refert *dominatorem* à Deo datum, qui licet tempore definito Bethlehemi in lucem sit edendus; at quia Deus, est æternus, & homo ab initio mundi prænunciatus, & typis præscriptus; poterit suum popolum administrare, & suo regno fundamenta iacere, à tempore Michææ loquentis; imo ab orbe condito, medijs suis administris, & ideo huius gratia. *dabit eos*, &c. Vnde suppositum huius verbi omnes fere faciunt, Christum dominatorem.

Christus [illegible] natus Bethlehem.

Dabit eos.] Lyra, Vatablus, & Montanus, hoc munere illum dominatorem functurum, & daturum Israelem in afflictiones, aut vt habitet in terra sua vsque ad tempus; exponunt, postquam nascetur Bethlehemi, & prædicabit; nam tunc permittet Iudæos permanere in patria sua, donec Ecclesia valescat, & pariat filios, & reliquiæ eorum conuertantur ad prædicationem Apostolorum; nam tunc à Romano exercitu destruentur. Sic Lyra, Dionysius, & Vatablus. 9

1. Expositio.

At Montanus de discipulis Christi exponit. Sinet discipulos suos aliquantulum affligi, donec quasi ex partu Ecclesia egrediens diuini Spiritus roboretur aduentu, & filij eius augeantur è Iudæis Apostolis adiuncti.

2. Expositio.

Expositio de tempore Prophetæ. Vetus tamen reliqui de tempore ipso Prophetæ, & deinceps, intelligunt; nam propterea, vt diximus, ille dominator prænunciatus est homo & Deus, vt doceret, statim, & ab initio mundi suscepisse dominatum suum, & quia terruerat Iudæos congregatarum gentium bellis, & captiuitate; tradit nunc modum, quo se gerere debeat cum illis hic dominator, vsque ad tempus, quo eos decernit liberare. *Dabit*, inquit, *eos vsque ad tempus illud*; nempe dabit eos in manus hostium, & sinet eos varijs calamitatibus affligi: nam ducentur captiui Babylonem; & cum reuersi fuerint, gentibus subiecti degent, & earum bellis concutientur. Sic explicant Rupertus, Albertus, Robertus, & Isidorus.

4. Expositio de reditu è Babylone.

Sed Hieronymus Theodoretus, Haymo, Remigius, Hugo, Dionysius & quidam alij, tolerabit eos interim, aut permittet regnare, aut permanere in terra sua, nempe, à reditu è Babylone, interpretantur. Sed rationi redemptionis, & dominatus Christi, quam tradit Paulus in epistola præsertim ad Romanos, lata lege, quæ non posset iuuare dilatam redemptionem quoadusque multis Iudæi irretiti delictis, & propterea multis quoque afflicti calamitatibus, vehementius optarent, postularentque hunc dominatorem Iudæi; magis conuenit prior intelligentia.

Per legem cognitio peccati, & optatus Christus.

Vsq; ad. Quodnam est tempus illud, ad quod vsque dabit eos in afflictiones? illud esse dicit, *quo parturiens pariet.* Hoc vero quidam intelligunt fuisse tempus libertatis, quo perditis Chaldæis, ex afflictissima captiuitate Iudæi reducti sunt in Ierusalem. Sed de Christi dominatoris liberatione est sermo Prophetæ secundum omnes. 10

Ad quod vsque tempus Iudæi afflicti. Tempus reditus è Babylone. Tempus Ecclesiæ [illegible]

Hiero-

…us, Lyra, Dionylius, & … in … Ecclesiam Christi. Nam vsq; ad tempus Ecclesiæ nascentis, & filios producentis, ille dominator permissurus erat, aut affligi Iudæos, aut regnum eorum manere, mox à Romanis destruendum. & de hoc partu intelligunt illud Isaiæ 54.1. quod citat Paulus ad Galat. 5. *Letare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habet virum.* quo tempore reliquiæ fratrum Christi, nempe Iudæorum, conuertentur ad filios Israel, nempe secundum Hieronymum, Haymonem, Remigium, & Hugonem cum plenitudo gentium intrauerit; reliquiæ Iudæorum in fine mundi conuertentur ad prædicationem Eliæ, & saluæ fient. Verius Theodoretus; reliquiæ Iudæorum, nempe diuini Apostoli, & qui ad eorum prædicationem referuntur in Actibus Apostolicis, illis adiecti, conuenientur, & illis filij Israel in vnam Ecclesiam coniungentur.

De tempore partus Mariæ. Iudas. Eusebius. Hieron.

Tertio: Iudas Hakados in Epistola secretorum P. 3. Euseb. lib. 7. de Demonst. Euang. c. 2. & Hieronymus secundo, Haymo, Remigius, Hugo, & alij, intelligunt tempus partus Virginis Deiparæ; nam vsq; ad partum Virginis, quando ad Christum editum conuersæ sunt reliquiæ Iudæorum, Apostoli, & reliqui steterunt ea, quæ ad populum illum pertinebant: quæ mox conciderunt Romani. Dicitur autem virgo parturiens,

Maria parturiens cur dicta.

non quod doloribus pressa pepererit, sed quod per superiora omnia secula propter frequentia, ac vehementia patrum desideria, & clamores partum virginis postulantium, ipsa quasi in parturitione esse metaphorice dicatur.

De tempore vastitatis per Romanos post Messiam editum.

Quarto, sunt qui parturientem ipsam intelligant Synagogam, quam sustinuit ille dominator, & permanere permisit vsque ad tempus parturitionis eius, quando doloribus per Romanos afflicta est; ante quod tempus peperit suum redemptorem. de quo explicant illud Isaiæ 66. 7. *Antequam parturiret peperit; antequam veniret partus eius, peperit masculum.* Hoc est, vt ait Moses Hadarsam apud Galatinum lib. 4. cap. 11. & 12. Antequam natus esset, qui redegit Israel in nouissimam seruitutem, nempe Titus; natus est redemptor. & Chaldæus, *Antequam veniat ei angustia, saluabitur, & antequam veniant ei dolores partus, reuelabitur rex Messias.* & hunc sensum indicat hoc loco Chaldæus ipse, cum ait, *Propterea tradentur tempore, quo parturiens pariet.* Nempe tradentur Romanis, quando Synagoga parturiens peperit Messiam.

Synagoga in parturitione erit, donec pariat Christum, & Apostolos.

Quinto demum, videtur Michæas constituere tempus plebi Iudaicæ, aut Synagogæ parturienti, quo pariet fœtum illum, qui multis ante annis expectabatur. Quia enim, & captiuitatibus, & afflictionibus affligenda prædicta est, & ad eius consolationem ostensus est ei dominator, qui eam seruaturus est: modo exponit modum, quo se ille geret in hac salute procuranda. Ab hoc tempore, inquit, interim dum ille nascetur, dabit Israelitas in gladium, in captiuitatem, & afflictiones; nam multis calamitatibus affligi permittet, vti solet parturiens affligi, & vsque ad tempus partus in huiusmodi parturitione, & doloribus erit. At cum in lucem ediderit ipsa Synagoga parturiens, spectatum fœtum, nempe redem… & dominatorem, … Apostolis; tunc incipiet finiri illa … & afflictio, & qui ex illa reliqui fuerint fratres ei… dominatoris, … uertentur ad fidem Apo…lorum filiorum Israel. Verba enim Heb… hunc sensum efferunt. *Propterea dabit eos vsque ad tempus parturientis, quo pariet.* Dabit eos, vt solet … ra dicere, in occisionem … necionem in gladium, & in captiuitates, & affli…ones; … bus recte comparatur Israel parturienti; … net autem vsq; ad partum … de quo iam di…mus. Itaque parturiens ratione doloru… instar … tientis hic vocatur Israel more Scripturæ, no… pro edente filios, qualis est Ecclesia, & virg… qu… absque dolore peperit, & partus parturientis est conuersio filiorum è captiuitate; in qua eran… ad Christum.

Et stabit.] Christus ipse dominator consiste… perpetuo cum fidelibus suis, non iam sedens mutaturus, vt cum praxerat Iudæis. Sic Hieronymu… Haymo, Remig. Hugo, Dionys. Varab. & Rob. Ar Rupertus, & Montanus de Christo in cœl… consistente ad dexteram patris intelligunt, iuxta illud Stephani Actuum 7. 55. *Ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei.*

Et pascet in fortitudine Domini.] Oues suas brachio forti, & excelso, vt nulla fera irruat in eas, v… notat Eusebius lib. 7. de Demonstr. Euang. cap… reget fortitudine à Domino accepta, & rurum gregem, incolumemque seruabit, iuxta illud eius promissum Ioan. 10. 27. *Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est; & nemo potest rapire de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus.* Itaque eadem ipsa fortitudine, robore; & potentia, qua pater, filius reget suos fideles.

In sublimitate nominis Domini Dei sui.] Hoc est eum magnificentia, gloria, & exaltatione potentiæ, & virtutis Domini Dei sui, quæ per vn… sum orbem diffundetur, cum omnium celebratione, & confessione … Ioan. … dicebat ipse. *Pater Sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.* Hoc est, tua potenti… virtute, auxilio, & protectione. Nam Prouerb… 18. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum curret … & exaltabitur.* Sic Psalmo 43. 6. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis*; & alias sæpe, *nomen* pro ope diuina, & potentia sumitur. Ita hic accipiunt omnes interpretes; præter Lyram, & Vatablum, q… intelligunt de virtute patrandi miracula; qua gloriosus fiebat Deus. Sed hæc pastus quædam pars est. Nam dum fideles Christus habet in vniuerso orbe, quos protegit, illustre suum nomen, … gloriosum reddit.

12 *Et conuertentur.*] Hoc Christi dominatoris tam illustri pastu subdit, *& conuertentur*, ישבו *iasabu*, melius ait Hieronymus Symmachum transtulisse, *& habitabunt*, cum vtrumq; significet verbum illud: nam & Chaldæus hic dixit, *& conuertentur*, recentiores, *sedebuntque*, hoc est manebunt fide, & in summa tr…quillitate, adeo vt gaudium eorum nemo tol…t ab eis. Alludit, vt … tablus ad summam illam pacem, quando sedet

vn-

A vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, & nemo [illegible] qui exterreat. Sed *& conuertentur*. id est, pro[illegible]ebitur conuersio aliorum infidelium, qui [illegible] ntes vitæ rationem, & pacem fidelium, ipsi [illegible] in eis adhærebunt quotidie. Sic omnes fere interpretantur de partu Christi, & tranquillitate fidelium.

Sed est huius verbi alius sensus, ei, quem mox proferemus, satis accommodus. Nam, vt diximus, verbum Hebræum, habitabunt, significat, considebunt, aut manebūt, vt Symmachus probatus ab Hieronymo, & recentiores omnes: repetit enim Propheta id, quod dixerat. *Dabit eos vsque ad tempus.* nempe, considere concedet, aut manere regnum Iudæorum, & habitare in terra

Israel permansit vsq. ad partum.

B sua vsque ad tempus parturientis, quo pariet, & sinet multis afflictionibus concuti. Hoc ipsum, post explicatum partum Christi, tempore partus, repetit dicens: & habitabunt inquam Israel, considebunt, ac permanebunt conuersi ad seipsos, interim dum tempus illud accedit; & conuertentur, redibuntque ad se; quia decreuit Dominus nunc magnificare, ac illustrem, gloriosumque reddere se in vniuerso, vsque ad terminos terræ, populum suum afflictum liberando. Nam quod loquatur Michæas de suo tempore ostendit particula, *nunc*, quæ tempus instans significat, non futurum: *quia nunc*, inquit, *magnificabitur vsque ad terminos terræ.* Nunc videlicet, interim dum venit tempus Messiæ.

13 C *Iste pax.*] De Christo loquitur dominatore, quo auctore summa pace erant Iudæi fruituri. Septuaginta verterunt. *Et erit hæc pax.* vt Chaldæus. *Et erit deinceps pax vobis.* nempe hoc modo, pacem vobis conciliabitis post bellum cum Assyriis. Et quidam, qui arbitrati sunt hic sermonem fieri de Ezechia rege, explicant de pace secuta exercitum Assyriorum profligatum: nam Deus misit Angelum, qui liberaret populum de Assyrio Sennacherib, & suscitauit septem, octo ve liberatores, videlicet, Eliacim, Sobnam, & senes de Sacerdotibus, opertos saccis missos ad Isaiam, vt rogaret pro eis, vt legimus 4. Reg. 19. 1. & Isai. 37. 2. Hi enim omnes suis precibus, quasi gladiis, & lanceis vastauerunt Assyrios, per Angelum

Pax per Christum facta.

D Dei. Sed iam diximus de Ezechiæ ortu non potuisse prophetare Michæam, cum iam natus fuisset. Nec vere Ezechias, & ceteri liberarunt, aut proprie, sed metaphorice: neque vastauerunt vnquam terram Assur, aut Nemrod.

De[in]de plurimi interpretum, nempe Hieronym. Ha[y]mo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Isido[r]us, & Muntanus, hæc omnia intelligunt de pace comparata per bellum spirituale; Christus enim in Bethlehem natus est pax futurus; nam cum hostis spiritualis, nomine Assur significatus, venerit ad nos, expugnaturus terram animæ nostræ, & penetraturus arcem cordis nostri; tunc occurremus illi, auxilio, & virtute multorum pastorum, Episcoporum, & Sacerdotum, qui suis

[D]e pace secuta post [bel]lum spirituale.

E consiliis, & precibus eum profligabunt, & terram hostium confringent suis lanceis; nam quocumque terrarum eos insequentur, & procul facient abscedere: sic illi breui comprehensi. Hunc sensum probat verum, quod hanc pacem conciliaturum esse dicit illum dominatorem, qui dicitur nasciturus in Bethlehem, qui quomodo confre-

Pacem spiritualem Christus allaturus.

A gisset Assur, & pacem fecisset tempore Prophetæ: deinde, quia quæ præcesserunt, & sequentur, de negotio Euangelico post natum Christum; proculdubio intelliguntur; quare & intermedia hæc de eodem intelligi debent. Verum spiritualem, & mysticum esse sensum ingenue fatetur Dionysius; & de bello Assyriorum proprie debere intelligi Prophetam, cum possit, vt ostendetur.

Sensus m[y]sticus.

Tertio, Chaldæus videtur explicare locū hunc de tempore post reditum è captiuitate. sic enim habet. *Et conuertentur de medio captiuitatis eorum, quia nunc magnificabitur nomen eius vsque ad fines terræ; & erit deinceps pax nobis. Quod si ingressus fuerit Assur in terram nostram, atque calcauerit in ædibus no-*

De tempore post [redi]tum è Babylone.

B *stris, constituemus super nos septem reges, & octo principes hominum, & pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in fortitudine ciuitatum suarum, & liberabunt nos ab Assur, vt non ingrediatur in terram nostram, non calcet in terminis nostris, &c.* Hoc est post reditum e captiuitate, iam erit deinceps pax: nam si quando Assyrii expugnauerint nos, non deerunt magni duces, vt Machabæi, & similes, qui & nos liberent, & rursus Assyrios sibi subiiciant. Sed hæc accidisse non est, quo probetur neque Assyrii oppugnauerunt Iudæos, sed Ægyptii, & Syrii; nec vllum de Chaldæis, aut Assyriis, eorum terras ingressis, Machabæi triumphum reportarunt.

Refutatur.

C Quarto igitur, Theodoretus, Lyra, Dionysius, Varablus, & Robertus proprie hanc sententiam exponunt de bellis Assyriorum, & Chaldæorum oppugnantium Iudæam. Sic autem super illa verba. *quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ*, ait Theodoretus. Vt vero noscatis, inquit Propheta, quam multo veracissima vaticinia mea sint, eorum pignus habere præsentia, quæ deinceps narro. Hæc itaque à me habete pignora rerum, quas futuras prædico, quod bellum vobis inferentem Assyrium perdam, & pacem vobis altissimam faciam. Sic autem hæc pax succedet; cum Assyrius Sennacherib ingressus terram nostram peruaserit regiones nostras, & ædes; Angelico ministerio eruet nos, eius vniuersum exercitum interficiendo: & cum paulo post Nabu-

De pace secuta post Assyriorū & Chaldæorum bel[la].

Pignus futurorum præsentium veritas.

D chodonosor Chaldæus occupauerit Iudæam, & vrbem Ierusalem, & captiuum duxerit populum meum in Chaldæam; nostris precibus suscitabimus multos reges, & duces, vt Cyrum, & Darium, & principes alios, qui eis se socios dabunt, qui subiugabunt & Assyriam, & Chaldæam, easque deuastabunt & vlciscentur nos, Dei iussu, de Assur, & Nemroth. Et Theodoretus quidem, quia cum Septuaginta legit, *& erit hæc pax*, pacem hanc a Deo Iudæis comparandam deuastatis Assyriis, & Chaldæis, explicat. At Dionysius, & Vatablus, qui legunt cum Vulgato, & veritate. *& erit iste pax*, & pronomen *iste* designat dominatorem Christum, qui nasciturus prædictus est in

Pax temp[o]r[a]lis per Christum.

E Bethlehem, vnde de futura pace per ipsum efficienda exponunt: particulam rationalem כי *chi*, quæ transfertur; *quum*, vel *quando*, illi explicant aduerbio *postquam*. Hoc modo. Et erit iste, nempe Christus, pax, postquam venerit Assur in terram nostram, & postquam suscitauerimus, aut suscitandos denunciauerimus septem pastores, qui confringant terram Assur, & Nemrod. Ve-

rum hoc non est necessarium; quia idcirco adiectum diximus, *& egressus eius a diebus æternitatis*, vt intelligamus ipsum Christum dominatorem suo munere functum ab initio mundi: & ita medio Angelo liberasse Ezechiam de obsidione Sennacherib, & postea eruisse e captiuitate Babylonica; vnde iidem ipsi verbi illius, *& eruet*, seu *liberabit ab Assur*; faciunt suppositum *Christum*. Iam hunc sensum esse verissimum ostendit Theodoretus ex aduerbio, *nunc*, cum dicitur, *quia nunc magnificabitur Dominus*, quod tempus præsens Prophetæ significat. Deinde quia nullum est verbum, cum sua proprietate non conueniat sensus: quod postulant ad sensum literalem eruendum interpretes. Quod si obiicias inepte nomine Assur intelligi regem Babylonium, cum Assyrii diuersi fuerint à Chaldæis. Respondetur. Idcirco duarum liberationum, ab Assur, & à Chaldæo, hic intelligi factam mentionem; quia bis dicit venisse Assur in Iudæam; & duces multos suscitatos ad vindicandam eam iniuriam, in vtriusque terra Assur, & Nemrod. Erat autem idem dominus & Assyriæ, & Chaldææ, suo quisque tempore; nam Sennacherib rex Niniues, Chaldææ quoque dominabatur: & Nabuchodonosor Babylonius Assyriæ dominus erat; vnde & rex Assyriorum, & Babyloniorum dicitur; vt probamus in sacra nostra Chronologia, & hic confirmat ex hoc loco Theodoretus.

Christus ab initio mundi eripuit suos.

Obiectio. Rex Assyrius Chaldææ dominabatur, & contra.

24 *Septem.*] Numerus certus septenarius pro incerto ponitur, vt mos est Scripturæ: auctore Hieronym. Isa. 4. & 54. & multis aliis Patribus; quod septenarius numerus sit & Iudæis venerandus propter Sabbatum, sicut & gentibus, vt notant Philo in expositione decalogi, Aulus Gell. lib. 3. noctium Atticarum c. 10. ex Varronis hebdomadibus, & Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis cap. 5. & 6. Quod si octonarium addas, significabis incrementum multitudinis, vt Ecclesiastes 11. *Da partes septem, nec non & octo.* Hoc est, largiter cumulare quibusque pauperibus, & si vales da cumulatissime omnibus. Septem pastores dixit, & octo נְסִיכֵי *nesiche* ei Adam. Nam nomen נָסִיךְ *nasic*, cuius plurale hic ponitur, à verbo *nasac*, quod proprie est *liberare*, *fundere*, metaphorice est *constituere*, *inaugurare*, quod id oleo fuso fieret; vnde Psal. 2. 6. *Ego constitui regem meum. seu constitutum sum*: significat regem ducem, aut principem quasi oleo inauguratum. Atq; adeo Symmachus hoc loco vertit, *& octo* χριστοὺς *hominum*, Theodotio, & Quinta editio *principes hominum*. Aquila *graues*, vel κατεστάμενους *constitutos homines*, Vulgatus vocauit *primates homines*, quos LXX. dixerunt, *octo morsus hominum*.

Septem pro multis. Septenarius venerandus [illegible] Philo. Gellius Macrob.

Principes inaugurati oleo.

Et horum quidem nomine Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, & recentiores quidam accipiunt per *septem pastores*, veteris Testamenti Patres, Patriarchas, & Prophetas; per *octo vero primates* noui Testamenti Apostolos, & eorum successores. Rupertus autem omnes, & pastores, & primates è veteri Testamento enumerat. & tunc quidem verbi *suscitabimus*, suppositum faciunt, Deum Trinum, & vnum. qui illos in veteri, ac nouo Testamento suscitauit. Rupertus intelligit Michæam cum ceteris Prophetis, qui denunciarunt teipsa in

Nomine septem pastorum, & octo primatum qui intelligantur.

A Christi factum, quod in [illegible] fuerat prædictum. Alii [illegible] M[illegible] cipiunt cum fidelibus noui [illegible] *bimus*. id est, super nos constituemus P[illegible] cerdotes, & Episcopos qui hostes [illegible] nos tueantur. Sed hæc discordia [illegible] dit expositionem prædictam: & non [illegible] mina propria recte explicant [illegible]

Lyra, & Dionysius, & ceteri [illegible] bi faciunt Michæam, & alios Prophetas [illegible] eunt, & sub [illegible] tandos denunciabi[illegible] stes, qui erant [illegible] Regum P[illegible] Medorum, & [illegible] post regem [illegible] tes, & quorum [illegible] ur Esther 1. 13 & octo primates [illegible]
B duces erant bellatorum in exercitu [illegible] *septem, & octo* [illegible] nunc multitudini[illegible] rum, & saluatorum, ac ducum [illegible] Dei de potestate Assur liberarent [illegible] tur, signi[illegible] at; quales erant D[illegible] & C[illegible] quod I[illegible] 44. 28. *Qui dico Cyro, pastor meus es* [illegible] *nem voluntatem meam complebis.* & cap. 45 [illegible] *cit Dominus Christo meo Cyro, &c.* & omnes re[illegible] li, quos in suo exercitu Cyrus ferebat [illegible] bylonem, quos refert late Xenophon [illegible] ropediæ, ad medium: nempe Gad[illegible] brias, qui defecerant ab Assyriis [illegible] niorum: Antuchas Hircanorum. T[illegible] Saccarum: Damatas Cadusiorum [illegible] quorum Gadatas, & Gobrias Bal[illegible]
C fecerunt, vt refert idem lib. 7. ver[illegible] & Isaias hos significauit cap. 13. [illegible] *ingrediantur portas duces, & vocan*[illegible] 4. *Vox sonitus regum.* Et Ierem. cap. [illegible] *pulus venit ab Aquilone, & gens ma*[illegible] *consurgent, sicut vir paratus ad prælium contra* [illegible] *Babylon.* quos cap. 51. v. 11. & 28. *vocat* [illegible] *Medie*, [illegible] finitimos reges conuocatem in Babylonem [illegible] ergo, inquit, pascent seu depascent te[illegible] qui fundauit Niniuem, & imperium A[illegible] & terram Nemrod, qui fund[illegible] B[illegible] Imperium Chaldæorum, vt latius probamus [illegible] sacra nostra Chronologia.

Et erunt reliquiæ.] Red[illegible] ad tempus Euang[illegible] Qui euaserint è potestate Assur, & Nem[illegible]
D quasi reliquiæ Iacob, nempe Apostoli Christi [illegible] rique Apostolici, missi ad propagandum Euangelium inter populos, & inter gentes, erunt [illegible] pientibus quidem Euangelium vti ros a De[illegible] missus, & vti stillæ imbris decidentes super [illegible] bam: quas nemo est qui expectet ab h[illegible] mo qui ab vllo filiorum hominum [illegible] solo enim Deo expectantur. Re[illegible] rem, vti leo inter cetera syluæ animal[illegible] & [illegible] tulus leonis inter greges pecorum qui [illegible] monerit conculcabit, & rapiet, & nemo aud[illegible] eripere: ita de Apostolis Euangelium di[illegible] nantibus inter gentes hunc locum exponunt Hieronymus, Theodoretus, Haymo, R[illegible] Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Di[illegible]
E durus, Varablus, & Montanus. Hæ[illegible] Euangelii *virtus in salutem omni credenti*, [illegible] Paulus fuse explicat in epistola ad Romanos. V[illegible] suscipientibus sit virtus Dei, quod à tam paucis, & rudibus, absque eloquentia, & sapientia humana promulgatum sit, & Dei solius opera è cœlo delapsum, & an[illegible] unde

pla-

p[illegible]cide insitum, vt ros, & stillæ non hominis opera, sed Dei è cœlo & decidunt, & gratissime, & vtilissime excipiuntur ab herbis, vt Dauid dixit Psalm. 71. 6. *& descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.* & Virgilius dixit in Bucol.

Similitudinis ratio.

Et ros in tenera pecori gratissimus herba est.

Contra obnitentes autem adeo erunt strenui, constantes, & fortes, & maiores, & minores fautores Euangelii, cuius ira in eos reuelabitur: vt vti leones sint cum ceteris animalibus comparati, & vti catuli leonum cum pecoribus collati, è quorum faucibus, vnguibus, & dentibus nullus erit, qui prædam fidelium captorum eruat. Sic habent hæ similitudines, quamuis alii aliter accommodent.

16 *Exaltabitur.*] Huius verbi suppositum faciunt, *Deum* Hieron. Haymo, Remig. Albertus, Rupertus, Hugo, Dionys. & Vatab. quasi de eo dominatore loquatur, cuius virtutem in eruendo ab hostibus superius descripserat, mutata persona. sic ministerio seruorum tuorum Apostolorum potestas tua ô Christe Deus superior erit hostibus tuis; nam succidentur omnes inimici illis obnitentes. Theodoretus vero, Rupertus quoque, Lyra, Dionys. Vatabl. & Montanus, residuum Iacob, nempe gregem Apostolorum, seu pusillam Ecclesiam per orbem innectam volunt intelligi: nam cum comparauerit Apostolos leoni, catuloque leonis aduersus non recipientes Euangelium: modo clarius concludit eorum victoriam. ita fiet; vt potestas eorum superior euadat hostium conatibus: nam omnes Euangelii inimici succidentur à Deo, si noluerint acquiescere; vt dicitur in fine capitis.

Euangelii victoriæ.

17 *In die illa.*] Et in his Deus non loquitur ad Assur, vt quidam putant; quasi comminetur se disperditurum exercitum, & cetera munimenta, quibus expugnaturus venerat Iudæam tempore Ezechiæ. Nam hanc intelligentiam refutauimus iam, præsertim cum videatur loqui in commodum terræ gentis, contra quam prophetat. Neque loquitur ad Synagogam sub Tito & Vespasiano ob Christi mortem delendam, & omnino eum suis munimentis, & vrbibus destruendam, quia huic obstat, quod cum ea gente loquitur, quæ tunc idola colebat; at Synagoga à tempore secundi templi vsque ad Christum numquam amplius idola coluit, vt alio loco probauimus latius. Deinde quia in bonum gentis, ad quam est sermo, loquitur in ædificationem, non in destructionem. Est ergo sermo ad Israelem conuersum ad fidem, qui futurus erat, vt leo, vel vt catulus leonis, nempe ad Apostolos, vt indicat Theodoretus; qui demolituri erant templa gentium, & eorum munitiones. Verius ceteri ad Ecclesiam ex Iudæis, & gentibus coactam intelligunt sermonem institui: de cuius medio hæc omnia abolenda promittit ministerio Apostolorum, & successorum Dei munere. Et Hieronymus quidem, Haymo, Remig. Albertus, & Dionys. de amotione vitiorum, & affectuum mutatione in melius explanant. Alii de amotione impedimentorum promulgationis Euangelii declarant; disperdentur equi, & quadrigæ, vrbes, & idola, quibus gentes obnitentur, resistentque Euangelio. Aptius ad rem, qua de agitur, Lyra, Vatablus, Montanus, & Robertus de fiducia in Deo collocanda exponunt: nam ad victoriam de hostibus comparandam, pacemque partam conseruandam in Ecclesia, neque equis, neque quadrigis, neque munitis vrbibus opus erit; quia non humanis viribus, humanisque munitionibus debellandus est orbis, & Euangelium prædicandum; sed diuina virtute, & ministrorum mansuetudine: non idolorum ope, sed veri Dei gratia. Vel melius, his moribus erunt fideles tui ô Ecclesia, ea morum compositione, vt quicquid pacem euertit, & à pietate remouet, despiciendum sit, & nec in equis, quadrigis, nec in vrbibus bene munitis fidendum, quibus pacem colentibus nihil erit opus, neque idola vllo modo in pretio erunt: vnde vltionem sumam de his, qui audire noluerint. Sicut ergo pacis potiundæ iis, qui Euangelicam pietatem coluerint, descriptio illa est, quam supra vaticinatus est Michæas cap. 4. 3. *& concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens contra gentem gladium, & non discent vltra belligerare, & sedebit vir subter vineam suam, & subter ficum suam: & non erit qui exterreat.* Sic modo, despectione, & abiectione armorum, turrium, munitionum, ac bellici totius apparatus: sed & omnis vanorum deorum cultus, qui ad belli, ad aliusque vitæ commoditates valere olim existimabatur, ablatione; pax à solo Deo parta significatur. iuxta illud Isaiæ 32. 17. *& securitas vsque in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta, in humilitate humiliabitur ciuitas.* & vt Zacharias ait cap. 2. *Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.* Hoc ergo est, quod promittit: summa pace fruentur fideles tui ô Ecclesia, Euangelio exculti; nam remouebo ab eis omnem vsum equorum, & quadrigarum, vrbium muros euertam, omnesque munitiones, quæ metuentibus sunt in vsu: nam degent absque muris, sub ficu sua, & vite, quod nemo sit, qui exterreat: denique omni superstitione remota, è solo Deo pendebunt, eique soli fident.

Euangelium nulla humana virtute promulgandum.

Pacis Euangelicæ periphrasis.

Summa Euangelii pax.

Malefica & diuinationes.] Prius illud alii vertunt *maleficos*, seu *veneficos*, seu *magos*, hoc posterius, *ariolos, astrologos, & qui loquuntur*, hoc est, vt exponit 18
Theodoretus Septuaginta, *diuinos*, seu *diuinatores*, nempe, qui considerant tempora, & horas, & dicunt, hodie bonum est iter capere, crastina die bonum erit emere. Chaldæus vocat *præstigiatores*, id est, eos, qui præstringunt aciem oculorum. Hos ergo omnes abiiciendos prædicit, qui consulebantur de euentu belli, & rerum aliarum, vt Saul 1. Regum 28. 7. consuluit Pythonissam de exitu belli; & gentes facere item consueuerant.

Vanas artes per Euangelium abiiciendas.

Ciuitates tuas.] Nomen Hebræum עָרִים [illegible]*rim*, 19
& ciuitates significat, vt supra vers. 11. vers[illegible] est, *& perdam ciuitates terræ tuæ: & hostes*, seu *inimicos*; & ne quod iam semel dictum est, repetatur, videtur Vatablo, & Montano, hoc loco vertendum. *& conteram inimicos tuos.* tum quia Chaldæus ita accepit, cum dixit: *& euellam plantationes populorum de medio tui, & perdam auctores inimicitiæ tuæ*, id est, qui tibi aduersantur: tum quia cohæret hæc versio cum verbis sequentibus. *& faciam in furore, & indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non*

Omnia Euangelio subiuganda.

audierunt Sed [illegible] est necesse non hic quoque accipere ciuitates, vt Septuaginta Vulgatus, & alii interpretes acceperunt. [illegible] m supra di[illegible] per dendas di[illegible] vrbes terræ ob metum custoditas, & clausas. Hic alias cultui idolorum d[illegible] ditas, in quibus templa erant freque[illegible] ta. Et concludit recte. *& faciam in furore, & ira vltionem de gentibus, quæ non audierunt*, hoc est, non obedierunt Euang[illegible] vt Ch[illegible] *nisi non r[illegible] legis*. Optime ad Thes[illegible] c. 1. 6. P[illegible] *[illegible] apud Deum retribuere tribulati[illegible] eis qui vos tribulant, & vobis, qui tribulamini, requiem [illegible] reuelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis [illegible] in flamma ignis dantis vindictam [illegible] qui non [illegible] runt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini [illegible] stri Iesu Christi.*

MICHÆÆ PROPHETÆ

Paraphrasis.

1 AVDITE [illegible] Iuda qu[illegible] melo[illegible] Domin[illegible] [illegible] & [illegible] tationem meam montes aduersus po[illegible] ael, inimicitias con[illegible] tis, tamquam ingratissimum [illegible] stibus, [illegible] us, & [illegible] qu[illegible] ac dic. 3 Quo[illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] ando. [illegible] me exce[illegible] [illegible] n o[illegible] beneficium quo te eduxi de Ægypto, [illegible] de ergastulo nempe illo, in quo [illegible] mancipium [illegible] duc[illegible] Moys[illegible] a[illegible] Aaron [illegible] & M[illegible] iam, qu[illegible] m[illegible] R[illegible] [illegible] q[illegible] cetera ta[illegible] [illegible] Moab aduer[illegible] [illegible] & quam [illegible] restitent [illegible] Balaam [illegible] bene[illegible] M[illegible] quantis bo[illegible] [illegible] vbi tua libidine [illegible] euocatas & in transitu Iordanis. [illegible] que ad Galgalam, vbi ingressi terram, quam promiseram, primum conlecisti Vt e tibi fieret compertum, me tibi fidelem fuisse poll[illegible] qui pro[illegible] tua certo compleuerim. Qu[illegible] dixeris. Nos qui[illegible] fatemur ingratitudinem nostram [illegible] volumus tollere, [illegible] quanam ratione præueniam Dominum [illegible] placem, antequam puniat? Num satisfaciam, [illegible] me ante Deum excelsum aut si o[illegible] holoca[illegible] mata, vitulosve anniculos? Num plac[illegible] cisficem mi[illegible] ari[illegible] es, aut copiam maximam [illegible] rum, aut si offeram frumentum, & oleum, quantum colligi potest ex infinitis vallibus pinguibus, an [illegible] expiando scelere meo opus est, offeram filium primogenitum, vt fe[illegible] Abraham, nempe fructum [illegible] meo produ[illegible] um Sed ne retardetis hac sua delibe[illegible] tione, & [illegible] has his [illegible] officiis non placari Deum sat tibi [illegible] homo annunciatum est a Domino in lege sua, qui[illegible] & ego tibi modo 8 indico, quid bonum illud sit, qu[illegible] placeat [illegible] quid [illegible] a te 9 requirat D[illegible] nus, nisi [illegible] d[illegible] ices, & peccata tua [illegible] & [illegible] fo[illegible] diam exerceas in egent[illegible] & [illegible] humi[illegible] tet 10 Rursus Proph[illegible] D[illegible] amat aduersum Ierusa[illegible] qui sapien[illegible] & [illegible] datores, salui e[illegible] nhi[illegible] non[illegible] non iussu Domini, hor[illegible] certos [illegible] um dicentes. Attendite [illegible] mus Iuda [illegible] & Deum, qui definiat [illegible] Cur a[illegible] ph[illegible] æ voce audita, perseuerant in [illegible] ope[illegible] multæ [illegible] 12 quæ sunt igni exuren[illegible] tu[illegible] ura[illegible] munita, ad iram Deum prouocans? Numquid potest aliquis esse [illegible] coram D[illegible] habens in [illegible] sua bil[illegible] [illegible] ras, & pondera do[illegible] la? Minime. E[illegible] e diuites I[illegible] rus[illegible] lem dom[illegible] habent opimas [illegible] & ciues eius [illegible] de loquuntur, & lingua eorum fraudes effatur. I[illegible] tead ægrotationem vsque, & desolatam reddam pro [illegible] peccata tua. Nam in captiuitate ita par[illegible] [illegible] tuire adeo 14 vt in medio eorum tu sentias depressionem. apprehendes enim vxorem, & fœtum [illegible] mittet, & si quem tinuerit, gladio peribit hostili: seminabis, & non metes, calcabis oliuam, & non vng[illegible] oleo [illegible] bis suas, & non bibes vinum ex eis. Itaque quia non contenta sui sceleribus, secuta es [illegible] Amri & A[illegible]

Cap. VI.

1 *AVdite qu[illegible] Dominus loquitur. Surge, contende iudicio aduersum montes, & colles vocem tuam.* 2 *Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Do[illegible] cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur.*
3 *[illegible] meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? [illegible] de mihi.* 4 *Quia eduxi te de terra Ægypti, [illegible] de domo seruientium liberaui te; & misi ante faciem tuam*
5 *Moysem, & Aaron, & Mariam.* 5 *P[illegible] meus [illegible] mento quæso quid cogitauerit Balac rex Moab, & [illegible] responderit ei Balaam filius Beor,* 6 *d[illegible] [illegible] qu[illegible] ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini.* 6 *Quid* 6
dignum offeram Domino? curuabo genu [illegible] o. Numquid offeram ei holocautomata [illegible] vitulos anniculos? 7 *Numquid placari potest Dominus in [illegible] 7
arietum, aut in multis millibus hircorum [illegible] Numquid dabo primogenitum meum pro [illegible] ere meo fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? 8 *Indicabo tibi homo quid sit bonum,* 9 *& qu[illegible] d Dominus requirat a te vtique facere iudicium, & d[illegible] ere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* 9
Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit tim[illegible] tibus nomen tuum: Audite 11 *tribus, & quis ap[illegible] illud:* 12 *Adhuc ignis in domo impij the[illegible] iniquitatis, & mensura minor iræ plena.* 11 *Numquid [illegible] iustificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa?* 12 *In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.* 13 *Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis.* 14 *Tu comedes & saturaberis: &* 14 *humiliatio tua in medio tui [illegible] apprehendes, & non saluabis: & quos saluaueris in gladium dabo.* 15 *Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam & non vngeris oleo. & mustum, & non bibes vinum.* 16 *Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum,* 16 *& opprobrium populi mei portabitis.*

regum Israel, eorumque acquieuisti consilus, te quidem disperdam, & ciues tuos diuites in sibilum dabo, nam ferent opprobrium, quo ipsi pauperes affecerunt. 18

ARGVMENTVM.

OBIICIT populo Ierosolymitano ingratitudinem in Deum, tot, tantorumque beneficiorum auctorem: ostenditque rationem, qua illum placare valeat. Increpat diuitum auaritiam, & iniustitiam in tenuiores, & illis extremum supplicium comminatur captiuitatis.

COMMENTARIVS.

1 AVDITE.] Quibuscum loquatur in hoc capite Michæas non constat inter interpretes. Hieronymus, Haymo, Remigius, Hugo, & Dionys. significant ad Israelem, nempe ad decem tribus, sermonem institutum: nam increpat eas, quod secutæ sint Amri, & Achab reges suos. Rupertus, Albertus, & Lyra ad omnes duodecim; cum beneficium commune omnibus exitus de Ægypto recenseat. Theodoretus tamen, & Montanus, Vatablus, & Robertus, ad Iudæam, & Ierusalem, nempe ad duas tribus existimant loqui Prophetam; quorum sententia mihi probatur magis, quod nihil cogat aliud sentire; & illud esse verum confirmet, quod supra in fine capitis tertii definiuimus ex sententia seniorum, quos refert Ieremias, sub Ezechia vaticinium emisisse Michæam contra Ierusalem, iam Israele ducto in captiuitatem. quare multo magis de hoc existimandum est, multo post esse factum. Obiicit autem Iudæis, tanta eos fuisse erga Deum ingratitudine; vt alienorum regum Amri, & Achab secuti fuerint idololatriam.

Obiicit duabus tribubus ingratitudinem in Deum.

2 *Contende.*] Constituit controuersiam inter Deum, & populum suum de ingratitudine; & qui litigat Dominus est: reus, qui vocatur in iudicium, est populus Israeliticus. Huius controuersiæ, & iudicii præco, aut denunciator est Michæas, & montes quidem, & colles, & fortia fundamenta terræ ex parte populi aduocantur veri rei. quo nomine accipiunt reges, & principes, ceterosque supremæ dignitatis homines, aut superbia claros, ceterisque vitiis contaminatos, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Vatablus, & Robertus. Nam hac metaphora solitam Scripturam principes homines significare, qui fulciũt rempublicam, vti fundamenta, constat ex Psalm. 71.3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam*; Isai. 2. 11. *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur: & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos.* Habacuc. 3.6. *Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi.* Sed idem Hieronymus, & alii eum secuti, intelligunt Angelos nostræ custodiæ deputatos; qui aduocantur, vt reddant rationem populi suæ curæ concrediti. Alii, vt refert ipse Hieronymus intelligebant priscos Patriarchas, Abraham, Isaac, & Iacob. Chaldæus per *montes* intelligit patres, per *colles* matres, quæ sunt radices fundamentorum terræ, quasi ipsi aduocentur de filiis suis rationem reddituri.

Causa populi ingrati in iudicio agitur. Montes, & colles ... vocati.

Principes, elati ... montes.

Angeli custodes.

Sed in sua proprietate hic accipi *montes*, & *colles* asserunt Theodoretus, Isidorus, Montanus, & Robertus; & vsui Scripturæ valde consentanee, quæ in grauibus causis per quandam prosopopeiam introducit montes, & colles, cœlum, terramque, sensus, rationisque experta, vt testificentur Dei iustitiam, & coarguant sua firmitudine, & constanti obedientia, hominum stupidorum inconstantiam, & ingratitudinem. sic Moses Deuteronom. 32.1. *Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* & Isai. 1.2. *Audite cœli, & auribus percipe terra.* & Montanus quidem putat Deum prius velle contendere cum montibus, & collibus de firmitudine, & constantia, vt sic grauius inuehatur in inconstantiam populi. Simplicius reliqui, conuocari montes, & colles, & fundamenta terræ, quæ adeo sunt perpetua, vt, si oculos haberent, possent vidisse beneficia populo illi collata, & eius ingratitudinem. Itaque aduocantur in testes, vel certe in iudices, vt vna cum Domino videant iustam, quam aduersus populum tuetur causam. Atque adeo particula את *eth*, quæ vertitur, *aduersus*, hic sumitur pro, *ad*, aut *lamed* articulo datiui casus, aut pro *coram*, vt Genes. 19.13. *eo quod increuerit clamor eorum* את פני *eth penei ad faciem*, vel *coram Domino*: vnde hic *aduersus*, idem erit quod *contra*. Matth. 21.2. cum dicitur, *ite in castellum, quod contra vos est*, id est, è regione, vel in conspectu vestro. quod Septuaginta hoc loco dixerunt, *iudicare ad montes*, & Pagninus, *ostende iudicium montibus.* & confirmat satis hunc sensum, quod subditur. *Audiant montes vocem tuam: audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur.* Tantum ergo disceptatio est cum populo, cui obiicitur exitus de Ægypto, & montes, & colles aduocantur, vt adsint Domino disceptanti, & iustam eius expostulationem comprobent. Fortia autem fundamenta, seu fulcra terræ ipsi iidem montes sunt, vt putant Vatablus, & Robertus, quibus tanquam fulcris sustinetur terra.

Montes, & colles proprie.

Montes, & colles testes, & iudices.

Aduersum pro coram.

Terræ fulcra montes.

3 *Quid feci.*] Montanus putat duo opponere Deum populo suo; alterum, cumulum beneficiorum cum ait. *Quid feci tibi?* ac cum admiratione legendum. Quid, quantumve boni, atque beneficiorum feci tibi? vt illud Exod. 14.13.

Obiicit bona collata populo.

Attendite, & videte quid vobis Dominus facturus hodie est. cum contra omnes intelligant. *Quidnam mali feci tibi?* aut, *quid boni non feci tibi*, aut vt Chaldæus. *Quid boni dixi me facturum tibi, quod non fecerim?* Alterum est, *aut quid molestus fui tibi, responde mihi?* Vel in quo feci te laborare, aut deficere præ lassitudine? aut quo labore te pressi, vt ait Hieronymus. Et de lassitudine, & labore perlato in custodia legis exponunt Montanus, & Robertus, quod præcepta, inquit, dederim tibi, quæ facere non potueris? Vel quod æquissimas leges, salutanaque præcepta summa cum lenitate, & clementia coniuncta, tulerim tibi? Verum Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & ceteri, de molestia, & labore, quo populum Deus affecerit, male eum tractando, intelligunt; & non de quouis: nam, vt notauit Rupertus, posset populus molestias referre, quas passus est, toties traditus in manus gentium. Sed de labore in exitu de Ægypto, quo solo multis beneficiis cumulato, & propterea ad arguendum repetito, vult modo conuincere populum: vt reipsa facit. Ideoque Chaldæus sic ait. *Aut quam infirmitatem grauem multiplicaui super te?* quasi velit indicare illud ingens beneficium perpetuæ sanitatis, quam habuit populus per desertum; quia nullus fuit inter eos infirmus.

Obiicit mala, à quo liberauerit.

Sanitatem perpetuam opponit.

4 *De domo seruientium.*] עֲבָדִים *hhabadim seruorum. Domum seruorum* vocat; quam Latini *ergastulum*, Hispani, & Arabes *Mazmorra* durissimæ seruitutis nomen. *Seruorum* dixit, ipsorum Israelitarum, quod in Ægypto seruitutem seruissent; quam propterea Septuaginta, Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & omnes vocant *domum seruitutis*. Quamuis Vatablus, Montanus, & Robertus, Ægyptiorum ipsorum seruorum exponant; qui seruilem conditionem hæreditariam à Cham susceperant, cui Genes. 9. 25. dictum est: *seruus seruorum erit fratribus suis.* quo ostendat beneficii magnitudinem, cum educti fuerint è domo vilissimorum dominorum, qui sua essent conditione serui: quibus seruire vilissima erat seruitus.

Seruitus Ægypti cur dicta.

5 *Moysen.*] In summo beneficio numerat, quod tres illis duces præfecerit ad viam, fratres quidem, sed singulos in publico populi ministerio insignes: nam erant doctores, per quos populus cognosceret Domini voluntatem, vt dicunt Haymo, & Remigius, & Moses quidem Dux erat populi; Aaron, Sacerdos; Maria Prophetissa; vt notant Hieronymus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Et Moses quidem instituebat populum in iudiciis: Aaron Antistes expiabat populum à peccatis, & in disciplina pietatis edocebat; at Maria feminarum erat magistra: ne ea Dei cura destitutæ putarentur; vt inquit Theodoretus. Sic Montanus ex Chaldæo sic efferente locum hunc. *Misique coram te tres Prophetas, Mosen, & Aaron, & Mariam: Mosen ad docendum iudiciorum traditionem: Aaron ad expiandum populum: & Mariam ad illuminationem, seu eruditionem feminarum.* Quod beneficium si tanti facit Deus, vt ab illo populo suo iure postulet gratitudinem, quantam à nobis postulabit ob Christi ducatum, & Mariæ matris eius illuminationem?

Trium ducum beneficiũ quantum.

6 *De Setim.*] Hebr. *de Sitim*. Septuaginta verterunt *de schænis finibus*, & putat Hieronymus σχοίνων legisse Septuaginta, hoc est, *lentiscorum*, iuxta significatum nominis Hebræi, quod *arbores* significat, quas nos *spinam albam* dicimus, sed librarii in errore factum est, vt σχοίνων, id est, *funes*, pro σχίνων, id est, *lentiscis* legerentur. Setim autem [auctore] Hieronymo in 3. Ioel, locus est [...] Liuiadem trans mare Mortuum, sexto ab e[o] distans milliario; vbi quondam cum Madi[anitis] fornicatus est Israel. Ex libro Iosue si[mul] [&] Iosepho constabit quis fuerit locus Setim. Iosue 2. 1. dicitur. *Misit Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in Iericho*, & vers. 23. *reuersi exploratores, transmisso Iordane, venerunt ad Iosue.* cap. 3. v. 1. *Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra, egredientesque de Setim venerunt ad Iordanem*; quæ sic refert Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 1. *Post Mosem sublatum Iesus mittit exploratores in Hierichuntem. ab Abila ad Iordanem sexaginta stadia castra promouit.* Ex quibus constat è Setim missos exploratores, & in Setim reuersos, vnde castra mouit: & venerunt ad Iordanem à Setim distantem sexaginta stadia, nempe septem milliaria cum dimidio; hoc est d[uas] fere leucas.

Iam Galgala quis locus fuerit certum fit [ex] Iosue 4. 19. *Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho. ibi posuit duodecim lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant.* ibi circumcidit secundo filios Israel, cap. 5. 3. & quia ibi *opprobrium Ægypti ablatum est, vocatum est nomen loci illius, Galgala*, vers. 9. ibi *fecerunt Phase*, vers. 10. *& comederunt de frugibus terræ, & cessauit manna.* hæc omnia eo loco refert Iosephus. *Exercitus*, inquit, *quinquaginta stadia progressus, ad decimum à Hierichunte stadium castrametatus est. Erant autem castra in loco, qui vocatur Galgala, voce libertatem significante. Transgressi enim flumium tandem se & ab Ægyptiis, & ab ærumnis in deserto exantlatis liberatos existimabant.* Cum ergo quinquaginta stadia sex milliaria cum duobus stadiis conficiant, & à Setim vsque ad Iordanem sexaginta numerauerimus; à Setim vsque ad Galgalam centum, & decem stadia computabantur, quæ faciunt milliaria tredecim cum sex sta[diis], hoc est, tres leucas cum dimidia fere. Iam his duobus locis constitutis ad intelligentiam Prophetæ veniamus.

Popule mi, memento, quæso, quid consilij ceperit Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor. de Setim, vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. Et prior illa pars, quam indicet historiam compertum est; eam videlicet, quæ refertur Numeror. cap. 22. & 23. & 24. At posterior pars i[st]a. *De Setim vsque ad Galgalam*, cuinam sit coniungenda, difficile est explicatu. Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius exponunt de variis locis mutatis per Balaam, vt malediceret exercitui Dei protenso à Setim vsque ad Galgalam. At certe mutatio illa locorum, & maledictionum in benedictiones, non contigit à Setim vsque ad Galgalam, sed in extremis finibus Arnon, ante locum Setim, Num. 22. 36. & duxit eum in excelsa Baal, vt malediceret, v. 41. deinde in montem Phas[ga], cap. 23. 14. insuper super montem Phogor, v. 28. Hæc ergo loca in extremis Arnon erant versus Orientem. Deinde tunc exercitus consistebat in

Refutatur.

Se[tim]

Setim, vt constat ex dictis, & ex initio capit. 25. Numerorum: & nullomodo protendebatur vsque ad Iordanem, necdum ad Galgalam.

2. Exposi-tio.

Secundo, alijs videtur hic locus intelligendus de insidijs, quas de consilio Balaam, in omni sua ditione vsque ad Iordanem parauit filijs Israel rex Moab; obiectis varijs in locis feminis pulchris, quæ illos ad fornicandum allicerent, & ad adorandum idola sua. Constat enim Numer. 25. 1. fornicatum populum cum filiabus Moab, cum moraretur in Setim, & initiatum fuisse Beelphegor. Deinde percussos fuisse Zambri principem, & Cozbi Madianitem fornicantes, à Phinees, & propterea vltio sumpta est de Madianitis, quinque regibus occisis, & maribus omnibus cum Balaam, Numer. 31. 1. & 8. & vers. 15. dixit Moses. *Cur feminas reseruatis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor? Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate.*

Refutatio.

Verum ex his extremis verbis probatur falsa ista expositio: nam ante hanc vltionem sumptam de Madianitis, imo ante obitum Mosis non sunt mota castra de Setim. Ergo in Setim tantum fornicatus est Israel, & postea non licuit illi cum Madianitis suis per ditionem fornicari; quia iam petierant omnes ante discessum è Setim.

3. Exposi-tio.

Tertio: Albertus refert quosdam putantes Setim esse iuxta montem Sinai, vbi, accepta lege, populus primo est præuaricatus, adorato vitulo: & Galgalā esse, vbi Saul vnctus est, qui primus ex regibus præuaricatus est: & à prima, ait, præuaricatione vsque ad vltimam, semper male operatus est populus, cum contra Deus illi benefecerit.

Repudia-tur.

Sed neque Setim fuit locus, vbi adoratus est vitulus: neque Saul fuit vltimus præuaricator, sed maximus Ieroboam, cuius ratio hic habenda erat: neque hic agitur de vnctione Saulis.

4. Exposi-tio.

Quarto ergo Hebræi, quos refert Hieronymus, & Haymo, ac Remig. sic exponunt. Memoria repetite ab eo tempore, quo fornicati estis cum Madianitis in Setim, vsque ad illud, quo in Galgalis vnctus est Saul, quanta mala estis operati, & ego quanta bona; & cognoscetis quam fuerim in vos beneficus.

Reijcitur.

At certe de via tantum hic loquitur Deus, & profectione facta à Setim vsq; ad Galgalam, non de tempore, quo Saul vnctus est. nam obijcit illud insigne beneficium exitus de Ægypto, & introitus in terram promissam; his explosis interpretationibus.

5. Exposi-tio de beneficijs præ-stitis po-pulo.

Quinta huius loci expositio vera est; quam tradunt Chaldæus paraphrastes, Vatab. Montanus, Isidorus, & Rob. & R. Salomon, quem refert Lyra. vt videlicer repetatur verbum; *memento de Setim vsque ad Galgalam, quanta in gratiam tui fecerit Deus.* sic Chaldæus. *Nonne egregia facinora edita sunt in gratiam tui à conualle Setim vsque ad domum Galgala, quo agnoscantur iustitia Domini?* Hæc facinora quæ fuerint, referuntur Iosu. 3. & 4. & 5. maxime illud traiectu Iordanis sicco pede. Vult enim Deus in memoriam reducere duo insignia miracula, quæ eadem erant beneficia; alterum transitus maris in exitu de Ægypto: alterum transitus Iordanis introitu terræ promissæ, quando abstulit Deus opprobrium Ægypti in Galgala. Addit, *vt cognosceres iustitias Domini.* Hoc est, misericordem me tecum fuisse, vt intelligunt Hieronymus, Haymo, Remig. Albertus: vel ad præsentem disceptationem refert, secundum Vatab. & Montan. vt scias, quam iusta sit causa, quam tueor. Verius Theodoretus, Lyra, Dionys. & Robert. vt scias fidelitatem meam in implendis promissis progenitoribus tuis: numquam enim me tua scelera retardarunt à complenda fide data illis, vt hinc discas eodem modo me tecum in præsenti habiturum.

Dei fideli-tas in pro-missis im-plendis.

Quid dignum.] Hebraice legitur. *In quo præoccupabo, seu præueniam Dominum, curuabo me Deo celsitudinis? Num præueniam in holocaustis, in vitulis filijs anni: Numquid complacitum erit Domino in millibus arietum, in decem millibus vallium pinguium? Numquid dabo primogenitum meum* (pro) *præuaricatione mea, fructum ventris mei* (pro) *peccato animæ meæ:* 7

Tacitæ ob-iectioni re-spondet.

Tacitæ obiectioni occurrit, instruens populum qua ratione debeat præoccupare Deum, eum placando antequam puniat. Si forte aliquis dicat, cum quo munere veniam in conspectum Domini, vt eum placem? Hoc est. Nos quidem fatemur ingratitudinem nostram, nec volumus in iudicium venire cum Domino. Sed quanam ratione poterimus placare eum? Sub consultatione ponit tria genera sacrificiorum vt eligatur quod magis Deo videatur complacitum. Integra sacrificia, ex hostijs electionibus, nempe ex vitulis anniculis cornua producentibus & vngulas, combusta: aut frequens, & assidua multarum victimarum oblatio: an pretiosissima filiorum capita deuoueri sibi volet? nulli enim rei, quo gratiam eius ineamus, parcendum est. nam nec Abraham filio suo vnigenito, sacrificare iussus, pepercit, quia erat fructus ventris sui.

Nihil non faciendum quo placē-tur Deus.

Vnum est aduertendum, quod dixit Vulgatus: *in multis millibus hircorum pinguium*, Hebraice legi, in decem millibus שמן נחלי *nachal samen*; & nomen *Nachal* vallem, seu torrentem significat, vt Psalm. 109. 7. *de torrente in via bibet* Isa. 30. 28. *spiritus eius velut torrens inundans.* Psalm. 103. 10. *qui emittis fontes in conuallibus.* ita hoc loco recentiores transferunt: *in decem millibus torrentium olei*, aut *vallium pinguium.* & Chaldæus, *aut in torrentium olei myriadibus.* & Isidorus quidem, & alij intelligunt sacrificium *Minha*, hoc est, oblationem farinaceam ex adipe frumenti, & olei pinguedine confectam: nam valles pingues, frumento, oleoque affluunt, estque hyperbolica locutio: numquid volet, vt offeramus illi integras vallium pinguium myriadas, hoc est, multas frumenti, & olei oblationes? Vulgatus secutus est Septuaginta, qui verterunt, *in decem millibus hircorum pinguium.* quasi ex pingui vallium pastu copiam hircorum in illis pascentium intellexerint.

Valles pin-gues offe-rendę Deo.

Vel hirci pingues.

Indicabo.] Hebraice est, הגיד *bigid indicauit*, seu *annunciauit tibi homo quid bonum:* Chaldæus; & 8

Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem cap. 36. videntur *hominem* facere suppositum verbi, annunciauit, quasi dicat: homone aliquis indicauit tibi quid boni faciens places Deum? minime sane; nisi homo Christus, vt vult Tertullianus, qui sic legit *si annunciauit tibi homo quid bonum?* & Chaldæus. *Num annunciabit tibi homo quid bonum sit.* Sed alij nomen *Adam*, vel *homo* vsurpant pro ipso Propheta: & verbum pro præsenti, aut futuro accipiunt, vt dicat. Annunciat tibi, aut annunciabit tibi

Tertull.

Lectionis ratio.

De Pro-pheta lo-quitur.

Attendite, & videte quid vobis Dominus facturus hodie est. cum contra omnes intelligant. *Quidnam mali feci tibi?* aut, *quid boni non feci tibi*, aut vt Chaldæus. *Quid boni dixi me facturum tibi, quod non fecerim?* Alterum est, *aut quid molestus fui tibi, responde mihi?* Vel in quo feci te laborare, aut deficere præ lassitudine? aut quo labore te pressi, vt ait Hieronymus. Et de lassitudine, & labore perlato in custodia legis exponunt Montanus, & Robertus, quod præcepta, inquit, dederim tibi, quæ facere non potueris? Vel quod æquissimas leges, salutariaque præcepta summa cum lenitate, & clementia coniuncta, tulerim tibi? Verius Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & ceteri, de molestia, & labore, quo populum Deus affecerat, male eum tractando, intelligunt; & non de quouis: nam, vt notauit Rupertus, posset populus molestias referre, quas passus est, toties traditus in manus gentium. Sed de labore in exitu de Ægypto, quo solo multis beneficiis cumulato, & propterea ad arguendum repetito, vult modo conuincere populum: vt reipsa facit. Ideoque Chaldæus sic ait. *Aut quam infirmitatem grauem multiplicaui super te?* quasi velit indicare illud ingens beneficium perpetuæ sanitatis, quam habuit populus per desertum; quia nullus fuit inter eos infirmus.

4 *De domo seruientium.*] עֲבָדִים bhabadim *seruorum.* *Domum seruorum* vocat; quam Latini *ergastulum*, Hispani, & Arabes *Mazmorra* durissimæ seruitutis nomen. *Seruorum* dixit, ipsorum Israelitarum, quod in Ægypto seruitutem seruissent; quam propterea Septuaginta, Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & omnes vocant *domum seruitutis.* Quamuis Vatablus, Montanus, & Robertus, Ægyptiorum ipsorum seruorum exponant; qui seruilem conditionem hæreditariam à Cham susceperunt, cui Genes. 9. 25. dictum est: *seruus seruorum erit fratribus suis.* quo ostendat beneficii magnitudinem, cum educti fuerint è domo vilissimorum dominorum, qui sua essent conditione serui: quibus seruire vilissima erat seruitus.

5 *Moysen.*] In summo beneficio numerat, quod tres illis duces præfecerit ad viam, fratres quidem, sed singulos in publico populi ministerio insignes: nam erant doctores, per quos populus cognosceret Domini voluntatem, vt dicunt Haymo, & Remigius, & Moses quidem Dux erat populi; Aaron, Sacerdos; Maria Prophetissa; vt notant Hieronymus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Et Moses quidem instituebat populum in iudiciis: Aaron Antistes expiabat populum ab erratis, & in disciplina pietatis edocebat; at Maria feminarum erat magistra; ne ea Dei cura destitutæ putarentur; vt inquit Theodoretus. Sic Montanus ex Chaldæo sic efferente locum hunc. *Misique coram te tres Prophetas, Mosen, & Aaron, & Mariam Mosen ad docendum iudiciorum traditionem: Aaron ad expiandum populum: & Mariam ad illuminationem, seu eruditionem feminarum.* Quod beneficium si tanti facit Deus, vt ab illo populo suo iure postulet gratitudinem, quantam à nobis postulabit ob Christi ducatum, & Mariæ matris eius illuminationem?

6 *De Setim.*] Hebr. *de Sittim.* Septuaginta verterunt *de schœnis funibus*, & putat Hieronymus σχίνων legisse Septuaginta, hoc est, *lentiscorum*, iuxta significatum nominis Hebræi, quod *arbores* significat, quas nos *spinam albam* dicimus, sed librariorum errore factum est, vt σχοίνων, id est, *funes*, pro σχίνων, id est, *lentiscus* legerentur. Setim autem, auctore Hieronymo in 3. Ioel, locus erat iuxta Liuiadem trans mare Mortuum, sexto ab ea distans milliario; vbi quondam cum Madianitis fornicatus est Israel. Ex libro Iosue simul cum Iosepho constabit quis fuerit locus Setim. Iosue 2. 1. dicitur. *Misit Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in Iericho*, & vers. 23. *reuersi exploratores, transmisso Iordane, venerunt ad Iosue.* cap. 3. v. 1. *Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra, egredientesque de Setim venerunt ad Iordanem*; quæ sic refert Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 1. *Post Mosem sublatum Iesus mittit exploratores in Hierichuntem: ab Abila ad Iordanem sexaginta stadia castra promouit.* Ex quibus constat è Setim missos exploratores, & in Setim reuersos, vnde castra mouit: & venerunt ad Iordanem à Setim distantem sexaginta stadia, nempe septem milliaria cum dimidio; hoc est duas fere leucas. Iosephus.

Iam Galgala quis locus fuerit certum fit ex Iosue 4. 19. *Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho. ibi posuit duodecim lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant.* ibi circumcidit secundo filios Israel, cap. 5. 3. & quia ibi *opprobrium Ægypti ablatum est, vocatum est nomen loci illius, Galgala*, vers. 9. ibi *fecerunt Phase*, vers. 10. *& comederunt de frugibus terræ, & cessauit manna.* hæc omnia eo loco refert Iosephus. *Exercitus, inquit, quinquaginta stadia progressus, ad decimum à Hierichunte stadium castrametatus est. Erant autem castra in loco, qui vocatur Galgala, voce libertatem significante. Transgressi enim fluuium tandem se & ab Ægyptiis, & ab ærumnis in deserto exantlatis liberatos existimabant.* Cum ergo quinquaginta stadia sex milliaria cum duobus stadiis conficiant, & à Setim vsque ad Iordanem sexaginta numerauerimus; à Setim vsque ad Galgalam centum, & decem stadia computabantur, quæ faciunt milliaria tredecim cum sex stadiis, hoc est, tres leucas cum dimidia fere. Iam his his duobus locis constitutis ad intelligentiam Prophetæ veniamus. Galgalæ etym.

Popule mi, memento, quæso, quid consilij ceperit Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim, vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. Et prior illa pars, quam indicet historiam compertum est; eam videlicet, quæ refertur Numeror. cap. 22. & 23. & 24. At posterior pars illa. *De Setim vsque ad Galgalam*, cuinam sit coniungenda, difficile est explicatu. Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius exponunt de variis locis mutatis per Balaam, vt malediceret exercitui Dei protenso à Setim vsque ad Galgalam. At certe mutatio illa locorum, & maledictionum in benedictiones, non contigit à Setim vsque ad Galgalam, sed in extremis finibus Arnon, ante locum Setim, Num. 22. 36. & duxit eum in excelsa Baal, vt malediceret, v. 41. deinde in montem Phasga, cap. 23. 14. insuper super montem Phogor, v. 28. Hæc ergo loca in extremis Arnon erant versus Orientem. Deinde tunc exercitus consistebat in

1 Explicatio.

Refutatio.

Setim,

Serim, vt constat ex dictis, & ex initio capit. 25. Numerorum: & nullomodo protendebatur vsque ad Iordanem, necdum ad Galgalam.

Secundo, aliis videtur hic locus intelligendus de insidiis, quas de consilio Balaam, in omni sua ditione vsque ad Iordanem parauit filiis Israel rex Moab; obiectis variis in locis feminis pulchris, quæ illos ad fornicandum allicerent, & ad adorandum idola sua. Constat enim Numer. 25. 1. fornicatum populum cum filiabus Moab, cum moraretur in Setim, & initiatum fuisse Beelphegor. Deinde percussos fuisse Zambri principem, & Cozbi Madianitem fornicantes, à Phinees; & propterea vltio sumpta est de Madianitis, quinque regibus occisis, & maribus omnibus cum Balaam, Numer. 31. 1. & 8. & vers. 15. dixit Moses. *Cur feminas reseruastis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor? Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini, etiam in paruulis: & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate.*

Refutatio. Verum ex his extremis verbis probatur falsa ista expositio: nam ante hanc vltionem sumptam de Madianitis, imo ante obitum Mosis non sunt mota castra de Setim. Ergo in Setim tantum fornicatus est Israel, & postea non licuit illi cum Madianitis fusis per ditionem fornicari; quia iam perierant omnes ante discessum è Setim.

Expositio. Tertio: Albertus refert quosdam putantes Setim esse iuxta montem Sinai, vbi, accepta lege, populus primo est præuaricatus, adorato vitulo: & Galgalam esse, vbi Saul vnctus est, qui primus ex regibus præuaricatus est: & à prima, ait, præuaricatione vsque ad vltimam, semper male operatus est populus, cum contra Deus illi benefecerit. Refutatio. Sed neque Serim fuit locus, vbi adoratus est vitulus: neque Saul fuit vltimus præuaricator, sed maximus Ieroboam, cuius ratio hic habenda erat: neque hic agitur de vnctione Saulis.

Expositio. Quarto ergo Hebræi, quos refert Hieronymus, & Haymo, ac Remig. sic exponunt. Memoria repetite ab eo tempore, quo fornicati estis cum Madianitis in Setim, vsque ad illud, quo in Galgalis vnctus est Saul, quanta mala estis operati, & ego quanta bona; & cognoscetis quam fuerim in vos beneficus. Refutatur. At certe de via tantum hic loquitur Deus, & profectione facta à Setim vsq; ad Galgalam, non de tempore, quo Saul vnctus est. nam obiicit illud insigne beneficium exitus de Ægypto, & introitus in terram promissam; his explosis interpretationibus.

Expositio vera. Quinta huius loci expositio vera est; quam tradunt Chaldæus paraphrastes, Vatab. Montanus, Isidorus, & Rob. & R. Salomon, quem refert Lyra. vt videlicet repetatur verbum; *memento de Setim vsque ad Galgalam, quanta in gratiam tui fecerit Deus.* sic Chaldæus. *Nonne egregia facinora edita sunt in gratiam tui a conualle Setim vsque ad domum Galgala, quo agnoscantur iustitiæ Domini?* Hæc facinora quæ fuerint, referuntur Ios. 2. 3. & 4. & 5. maxime illud traiecti Iordanis sicco pede. Vult enim Deus in memoriam reducere duo insignia miracula, quæ eadem erant beneficia; alterum transitus maris in exitu de Ægypto. alterum transitus Iordanis introitu terræ promissæ: quando abstulit Deus opprobrium Ægypti in Galgala. Addit, *vt cognosceres iustitias Domini.* Hoc est, miseri-

cordem me tecum fuisse, vt intelligunt Hieronymus, Haymo, Remig. Albertus: vel ad præsentem disceptationem refert, secundum Vatab. & Montan. vt scias, quam iusta sit causa, quam tueor. Verius Theodoretus, Lyra, Dionys. & Robert. vt scias fidelitatem meam in implendis promissis progenitoribus tuis: numquam enim me tua scelera retardarunt à complenda fide data illis, vt hinc discas eodem modo me tecum in præsenti habiturum. Dei fidelitas in promissis implendis.

7 *Quid dignum.*] Hebraice legitur. *In quo præoccupabo, seu præueniam Dominum, curuabo me Deo celsitudinis? Num præueniam in holocaustis, in vitulis filiis anni: Numquid complacitum erit Domino in millibus arietum, in decem millibus vallium pinguium? Numquid dabo primogenitum meum* (pro) *præuaricatione mea, fructum ventris mei* (pro) *peccato animæ meæ:* Tacitæ obiectioni occurrit, instruens populum qua ratione debeat præoccupare Deum, eum placando antequam puniat. Si forte aliquis dicat, cum quo munere veniam in conspectum Domini, vt eum placem? Hoc est. Nos quidem fatemur ingratitudinem nostram, nec volumus in iudicium venire cum Domino. Sed quanam ratione poterimus placare eum? Sub consultatione ponit tria genera sacrificiorum, vt eligatur quod magis Deo videatur complacitum. Tacitæ obiectioni respondet. Integra sacrificia, ex hostiis electioribus, nempe ex vitulis anniculis cornua producentibus, & vngulas, combusta: aut frequens, & assidua multarum victimarum oblatio: an pretiosissima filiorum capita deuoueri sibi volet? nulli enim rei, qua gratiam eius ineamus, parcendum est: nam nec Abraham filio suo vnigenito, sacrificare iussus, pepercit, quieiat fructus ventris sui. Nihil non faciendum quo placetur Deus. Vnum est aduertendum, quod dixit Vulgatus: *in multis millibus hircorum pinguium*, Hebraice legi, in decem millibus נחל שמן *nachal samen*; & nomen *Nachal* vallem, seu torrentem significat, vt Psalm. 109. 7. *de torrente in via bibet* Isa. 30. 28. *spiritus eius velut torrens inundans.* Psalm. 103. 10. *qui emittis fontes in conuallibus.* ita hoc loco recentiores transferunt: *in decem millibus torrentium olei, aut vallium pinguium.* & Chaldæus, *aut in torrentium olei myriadibus.* & Isidorus quidem, & alii intelligunt sacrificium *Minha*, hoc est, oblationem farinaceam ex adipe frumenti, & olei pinguedine confectam: nam valles pingues, frumento, oleoque affluunt, estque hyperbolica locutio: numquid volet, vt offeramus illi integras vallium pinguium myriadas, hoc est, multas frumenti, & olei oblationes? Valles pingues offerendæ Deo. Vulgatus secutus est Septuaginta, qui verterunt, *in decem millibus hircorum pinguium.* quasi ex pingui vallium pasto copiam hircorum in illis pascentium intellexerunt. Vel hirci pingues.

8 *Indicabo.*] Hebraice est, הגיד *higid indicauit*, seu *annunciauit tibi homo quid bonum*: Chaldæus; & Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem cap. 16. videntur *hominem* facere suppositum verbi, annunciauit, quasi dicat: homone aliquis indicauit tibi quid boni faciens places Deum? minime sane; nisi homo Christus, vt vult Tertullianus, qui sic legit *si annunciauit tibi homo quid bonum?* & Chaldæus. *Num annunciabit tibi homo quid bonum sit.* Tertull. Lectionis ratio. Sed alii nomen *Adam*, vel *homo* vsurpant pro ipso Propheta: & verbum pro præsenti, aut futuro accipiunt, vt dicat, Annunciat tibi; aut annunciabit tibi De Propheta loquitur. popule,

A popule, homo, qui potest, afflatus Spiritu Dei, nempe Michæas Propheta Dei, quid sit bonum, quo placere possis Deo. Atque iuxta hunc sensum dixit clarius Vulgatus. *indicabo tibi homo quid sit bonum.* Theodoretus, Vatablus, & Robertus, sic exponunt; *annunciatum tibi homo, Dominus quid bonum?* nempe in lege, & Prophetis: nam Septuaginta verterunt, *annunciatum est tibi homo quid sit bonū.* Sat sunt præcepta eius explicata, & in promptu expedita, ait Theodoretus, & Hieron. quid quærat Deus, iam ante in lege monstrauit. Deut. 6. & 10. 12. *& nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum,* &c. & Samuel 1. Reg. 15. 22. *Nunquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius, vt obediatur voci Domini: melior est enim obedientia quam victima.* Itaque satis compertum est tibi ex lege, & Prophetis, quidnam bonum velit Deus sibi præstari magis, quam holocausta, & victimas; & ego Propheta Dei nunc eius nomine indicabo.

In lege & Prophetis indicatum est bonum.

B

9 *Et quid.*] Hebraice; *Et quid Dominus requirit à te, nisi facere iudicium, & amare misericordiam, & humiliare te ad ambulandum cum Deo tuo?* ita cum interrogatione Septuaginta. *Aut quid Dominus quærat à te, nisi vt facias iudicium, & diligas misericordiam, & paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo:* & Chaldæus. *Quid vero Dominus requirit à te, nisi vt iudicium veritatis exerceas, atque diligas misericordiæ retributionem, & sis humilis ad ambulandum in timore Dei tui?* Sic quoque Tertul. *Aut quid à te, ait, Dominus exquirit, quam facere iudicium, diligere misericordiam, & paratum esse sequi Dominum Deum tuum:* denique Vat. & Rob. ita aduertunt. Tribus hominis officia in seipsum, in proximos, in Deum; tribus illis declarat, iudicio, misericordia, & solicitudine. *facere iudicium* exponunt Hieron. Haymo, Remig. Albertus, & Dionys. Ex discretione operari, omnia aggredi cum consilio, & prudentia iuxta legem Dei. Theodoretus, Lyra, Dionys. Vatab. Mont. & Rob. volunt *iudicij* nomine significari erga proximos iustitiam, & æquitatem, vt nemo lædatur, sed vnicuique seruetur ius suum. Verius mihi videtur à Ruperto explicatum, vt *facere iudicium* sit præuenire iudicium Dei, nosmetipsos iudicando antequam iudicemur à Deo: *nam si nosmetipsos iudicaremus,* ait Apostolus 1. ad Cor. 11. *non vtique diiudicaremur.* ita facit iudicium, qui quasi iudex sedet in tribunali; & semetipsum coram statuit vt reum; & præterita omnia scelera expendit, ac contra se ipsum fert sententiam, & pœnam infert, qua satisfaciat Deo; delinis sibi eripiendo, vnde Tertul. *facere iudicium* explicat illud, *vende quæ habes.* Sic intellexisse Prophetam constat, qui quærenti qua se possit placare Deum, respondet, hac præcipue, vt primum faciat iudicium, vt resipiscat, & puniat commissa delicta. Deinde vt liberalis, & misericors sit in pauperes, idque ex amore beneficentiæ; hoc est illud Christi, vt notat Tertul. *& da pauperibus:* de quo omnes conueniunt interpretes.

Tribus placatur Deus.

C

Iudicium facere est seipsum diiudicare.

D

Misericordia in pauperes.

Pietas in Deum.

E

Tertium addit, *& solicitum ambulare coram Deo tuo;* quod spectat ad pietatem in Deum. Verbum Hebræum הצנע *Hatsneang.* Septuaginta verterunt *paratus sis.* Theodotio significantius. *& caue diligenter vt ambules cum Deo tuo.* Quinta editio, *agere solicite.* Tertul. explicuit, *paratum esse ire cum Deo suo:* quod est illud Christi, Lucæ 18. *& sequere me.* Est autem proprie se e præ animi summissione, & modestia abscondere. Estque seruorum, qui cum liberaliter seruiant, nihil tamen sibi magnum ob eam rem arrogant; sed dominorum gratiam reuerentia, & modestia, perpetuaque obseruantia promereri student. Hoc est, salutem suam cum timore, & tremore operari, vt Paulus ait, & huiusmodi serui sunt, quibus dixit Christus Lucæ 17. 10. *Cum feceritis hæc omnia, dicite, serui inutiles sumus.* in hac significatione dictum est Prou. 11. 2. *cum humilibus, seu cum his, qui se abscondunt ob nimiam humilitatem, sapientia.* quod dixit Vulgatus. *Vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.* sic modo ait; & humilies te ambulando, vel cum ambulas cum Deo tuo. Hoc est, vt incedas humili, & summisso animo, cum colis Deum, & præcepta eius obseruas; quod dixit Chaldæus, *vt sis humilis ambulando in timore Dei tui.* Ambulare autem cum Deo vocat, per omnia Deo factori obtemperare, vt ait Theodoretus, illumque imitari, & ita ambulare, sicut Christus ambulauit, vt dicit Hieron. denique Dei voluntati acquiescere, & Deum sequi, vt exposuit Tertul. applicans his tribus documentis illud Christi dictum Lucæ 18. *Vende quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me:* quæ homo Christus Iesus annunciauit nobis.

Humilitas quæritur in cultu Dei.

Ambulare cum Deo quid.

Tria Christi documenta.

Vox Domini.] Hieronymus dicit in Hebraico his verbis inchoari caput, licet in Septuaginta præcedentis capitis finis contineatur. Existimant autem Hieronym. Haymo, Remig. Hugo, Vatab. & Rob. ad ciuitatem Samariam fieri sermonem: sed Rupertus, & iidem Vatablus, & Robertus ad Ierusalem putant hanc vocem proferri: quæ sententia iuxta ea, quæ diximus initio capitis, vera est. & *vocem Domini*, intelligunt omnes vocem Prophetarum, aut ipsius Michææ, per quem clamat ad ciuitatem. & Hieronymus quidem Rupertus, & Dionys. ad superiora hæc proximum referunt. Hæc quæ dicta sunt Dominus per suum Prophetam intimat ciuitati Ierosalem, vt sciat qua ratione debeat placare Deum. Qui timuerit nomen Domini, ex ciuibus eius, & obtemperauerit voci Prophetæ, salutem consequetur. Sed Hieronymus ipse, Theodoretus, Haymo, Remig. & ceteri omnes cum sequentibus coniungunt, quasi exordiatur nouam litem aduersus peccata in proximū. Dominus adhuc clamat per suum Prophetam aduersus Ierusalē, vt eius peccata in proximum increpet: qui timore Domini ductus resipuerit, saluus erit: ceteri sine dubio peribunt; apud quos nulla iudicii ratio, nulla misericordiæ, nulla solicitudinis. Sic fere explicant omnes, secuti Vulgati, Septuagintaque lectionem.

10

Ad Ierusalem.

Noua lis contra peccata in proximos.

Est tamen in primis aduertendum, quibusdam visum esse pro לעיר *labhir ad ciuitatem*, legendum להעיר *lahahhir*, vt sit infinitiuus cum defectu ה, *ad suscitandum eos*, vt conuertantur. Sed omnes interpretes veteres, & recentiores intellexerunt clamorem esse ad ciuitatem; & vt ciues conuertantur. Deinde quod sequitur sic habet in Hebræo. & תושיה *thusihah, videbit nomen tuum.* & nomen illud sapientiam significat; vt Iob 12. 16. *apud ipsum est fortitudo, & sapientia.* & 26. 3. *& sapientiam tuam ostendisti plurimam.* Verbum autem יראה *ureh* infinitiuum, quidam deducunt à *iarah* timebit, quidam à *raah* videre; & ita hunc loco

Ratio lectionis.

verte

... dum ... & sapientia videbit nomen tuum: Hoc est ... pien ... abebit p... oculis no... tuum: vel habebit rationem honoris no... inis tui. qui ... dicat. Clamant quidem Prophetæ, at ... sapientes, & qui cord... iores sunt, verbo Dei aud... o, gloria ipsius afficiuntur, & hortantur ceteros ad resipiscendum. Chaldæus di...; ... doctores timent nomen Domini. nam rationem habent nominis ... glorię Domini, qua t... ione tibi compa... n ... fa ... .

Tribus. Nomen מטה match, virgam propriè significat, aut baculum, cui quis innititur. Num. 1... 2. accipe ab eis virgam per cognationes suas. a cunctis principibus duodecim virgas. Ibi ... 24. & virgam, seu baculum suum leuabit ... per te ... 7.1 ... floruit virga. Atque hoc modo legunt ... Ri... re... centiores omnes. Audite virgam ... quis approbauerit, constituerit, aut indixerit eam ... ac hic Propheta ... ad ciuitatem, audite vltionem, & cum, qui eam ... Aut, ... ndum Vat... Vt sapiens ... mat, & hortatur ceteros, inquiens, attenc... impii ad ea, quæ inte... minatur vobis Prophet..., & a quo veni... . Vel ... dete quæ ... ala vos maneant, & a quo. Deinde per metaphoram pro tribu n... men acceptum est, quod vt ex vna arbore multæ virgæ, sic ex vno homine multæ familiæ, & tribus. Num. 31. mille per tribum, & mille per tribum, id est, mille viri de singulis tribubus eligantur. 24. 19 de tribu Iuda. in hac significatione acceperunt hic LXX. Vulgatus, & Chaldæus cum dicat, audite rex, & præfecti, residuusque terræ populus. Sententia Prophetę loquentis aut timentis nomē Domini; Audite qui estis è tribu Iuda, supplicium, quod vobis commnot: quis enim nefandam vestram impietatem probabit, aut effari possit, cum adhuc æstuent domus vestræ auaritia, iniuria, ac rapinę flagitiis? Hieronymus, Haymo, Remig. cum ceteris, ad decem, vel duodecim tribus sermonem fieri dicunt; Audite tribus, quæ Dominus testificatur; & quis erit, qui ei acquiescat, & opere exequatur, quod præcepit; Vel vt exponit Rupertus. Audite decem tribus opus vestrum, quod nunc in iudicio Domini arguitur. quod nemo probus approbabit; Vel nemo nisi improbus approbabit. Sed cum nomen tribus sit singularis numeri, non de decem tribubus, sed de vna, aut altera hic dicitur. Audite quis estis ex tribu Iuda, & Beniamin. flagitia vestra, quæ nemo ... ne approbabit: Vel supplicium vestris flagitiis debitum, & à Domino approbatum, & definitum.

12 Adhuc. In Hebræo dicitur. Adhuc האיש haiš domus impij thesauri iniquitatis. & n אש es scribatur, significat ignem, vt Septuaginta, & Vulgatus legerunt, & R. Ioseph, qui exponit, Adhuc, pro omnibus diebus ignis erit in domo impii propter thesauros impietatis. Vel, adhuc post monita, manent thesauri impietate comparati, qui veluti ignis eos consumunt. Chaldæus, & omnes recentiores acceperunt האיש pro היש haies, id est, cù admiratione. Adhuc ne est domus impij thesauri iniquitatis: hoc est, audita voce Prophetæ perseuerat adhuc domus impii cum thesauris iniquitate congregatis? Vel in domo impii perseuerant thesauri iniquitatis, & Epha deficiens detestabilis Domino? Alius ex Hebræis accipit איש is vir, & exponit. Adhuc vir nobilis in ciuitate suam retinet impietatem; id est, ... post ... in vocem clam... Prophetæ, quod dixit ... . Adhuc ignis in ... in domo ... perseuerat & mensura minor ... fraudulenta, &c.

Iustificabo. ... tur, 13
numquid poter... eg... uitam ... ti ... e ... impietatis, aut sacculum ponderum dolosorum ... ne ... pe ... maius ad emendum, & ... ad vendendum, contra legem Dei ... 19. ... Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus. Hebræum verbum אזכה ezcheh passiue legitur ... in innocens ero, aut mundus ero, cum bilance iniusta, & cum sacculo lapidum dolosorum ... quitur Propheta in sua persona de aliis. Potestne aliquis esse ... mundus coram Deo, habens in domo sua bilance iniusta, & pondera dolosa? ... quod ... dixerunt Si iustificabuntur in statera iniqua ... Chaldæus Numquid iusti habebuntur in stateris iniquitatis, & in sacculo, in quo sunt pondera maiora, & minima: Cum eius ... diuites impleuerunt domos suas opibus iniquitatis. Hi enim nequaquam possunt iustificari. Ideo ego te percutiam vsque ad ægrotationem, & desolatum te ... propter peccata tua

Humiliatio. Seu depressio tua in medio terrarum; 14
deprimeris ab hostibus antequam duceris in captiuitatem, vt explicant Lyra, Vat. & Rob. Vel in medio diuitiarum tuarum, quibus beatus esse videbaris, mi... eris, cum ab hostibus deprimeris, vt vult Montanus. Vel tua afflictio, ... causa, tua culpa est, quam habes in medio cordis tui, ob quam accidet tibi, vt assequaris hostem captiuum ducentem ... & non ... eum eripere, & si enpueris, non euadet gladium. ita Salomon, & Lyra. Verum qui pœnam, quâ affligendi sint Iudæi, minatur, in omnibus bonis temporariis, quibus maxime fidebat ille populus; & cum maximis immerabat habere filios, non immerito hæc verba intelliguntur de productione filiorum, quasi dicat. Ego te faciam ducin captiuitatem, vbi comedes, & non saturaberis, adeo, vt in medio vteri tui sentias depressionem, & plagam tuam: nam id, quod comedens, vt ait Chaldæus, erit tibi in infirmitatem in vtero tuo. nam apprehendes vxorem tuam, & non generabis, & si quem conceptum saluum habueris, gladio dabo. In Hebræo est tertia persona, & apprehendet vxor semen inuectum a viro, & non emittet conceptum saluum, & viuum; nam concipiet vxor, & non pariet; & si quos pepererit, occidentur ab hoste. Sic exponunt Hebræi Abenesdra, Kimhi, & Pagni. Vatab. Montan. & Rob. & non inepte. Nam magna pars flagelli est, carere filiis: deinde, quia reddit rationem humiliationis naturæ ex eo, quod non fuit saturati cibo; nempe debilitatem, aut infirmitatem virtutis generatiuæ; & quia Hebræa verba hanc infirmitatem explicant, cum dicunt. & apprehendet. & non emittet, & quos emiserit gladio dabo. nempe apprehendet semen, sed non poterit emittere fœtum in lucem. nisi abortum, & si quem fœtum emiserit, peribit hostis gladio.

Et custodisti. Quamuis ad decem tribus Israel sermonem esse velint Hieron. & ceteri fere omnes. At ex mente Theodoreti, & Mant. ad Ierusalem loquitur Deus; cuius scelus eo grauius ostendit quo imitabatur mores, & idololatriam 15

corum

eorum; à quibus animo, & voluntate dissidebat. Nam cum Amri, & Achab fuerint instauratores idololatriæ præteritorum regum, cædibus frequentibus pene extinctæ, adeo eorum institutis adhæserunt Ierosolymitæ, vt pluris fecerint singula eorum præcepta, quam Dei. de vtroque autem rege Amri, & Achab dicitur 3. Reg. 16. operatos esse malum in conspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eos, & ambulasse in omni via Ieroboam. Horum ergo mores, quia imitati sunt Iudæi, deuenerunt in mala supradicta. Sunt tamen qui per futurum hæc explicent. Nihilominus, his omnibus pœnis afflicti non conuertemini, quin potius per omnia imitabimini mores, & studia, & peruersa opera duorum regum Israel sceleratissimorum, meis interim præceptis abiectis; quo vos tandem perdam, vrbis magistratus, & ciues eius in sibilum dem.

16 *Et opprobrium.* Ad diuites, & magistratus videtur loqui: & vos peiorem partem populi portabitis, quia quo sceleratiores culpa, eo magis in

Potentes potentes puniti.

A pœnis affligemini. Ve[illegible]brum quod cominatus sum populo meo, [illegible] peccaret. Deu. 28. 36. *Deut. Ducet te Dominus, & regem, quem constitueris super te, in gentem quam ignoras tu, [illegible] patres tui, & seruies ibi diis alienis, ligno, & lapidi, [illegible] eris perditus in opprobrium, & fabulam omnibus populis.* & hoc [illegible]st quod iudicarunt Lxx cum dixerunt; *& opprobria populorum acceperunt.* Vel secundum Mon[illegible]an. Vos principes, qui populo meo auctores malorum fuistis, probris eius, contumeliis, d[illegible]que imprecationibus afficiemini. Vel tandem iu[illegible]ta Vatab. Isidor. & Rob. quemadmodum populum meum, nempe tenues, & pauperes, & orphanos vos oppressistis, & probris affecistis: sic & vos ab hostibus opprimemini, & probra [illegible] eadem pœna, & grauiori plectemini, qua affecistis B populum, qui meæ curæ est commissus, cuiusque ego suscepi patrocinium, vti dixit P[illegible] 9. 35. *mihi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.*

Pauperum cura Dei.

* * *

MICHÆÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

HEV miserum me, cui post tot clamores id accidit quod accidere solet [1] colligendi in æstate spicas a messoribus relictas, & racemulos prætermissos a vindemiatoribus. Vt enim hic nullum inuenit [2] botrum esui aptum, ita nec ego in vniuerso populo inuenio virum vera pietate maturum; cuiusmodi multos ego [3] desiderabam, eximios virtute, qui ita placerent Deo, vt placent primi fructus ei oblati. Nam neminem offendes, qui humanitatem in alios exerceat, neminem virtutis zelatorem: siquidem omnes [4] parant insidias iusti sanguini, cum vnusquisque fratrem suum, vt aucupes auiculam, capere nitatur, vt enecet. Quid dicam de magistratuum auaritia? [5] Malum quod præ manibus habent, vt faciant, dicunt esse bonum, ac vtile reipublicæ, ac proinde perficiendum. atque ad id princeps postulat censum sibi donari pecuniæ: & [6] iudex iuuat in illo reddendo, dum eum a subditis extorquet; & [7] magnates sua auctoritate commendantes principis postulationem, & iudicis extorsionem, sibi quoque bene cessuram, explicant prauitatem optatam cordis sui. Ita tres hi rem illam vnam prauè susceptam [8] perturbant, implicantque, vt quasi iustam ostendant, simulentque. [9] Optimus inter eos quasi paliurus pungit, & qui rectissimus est, quam sepes spinosa asperior est. Et quid de aliis sperandum? [10] Adest propediem tempus, quo pseudoprophetæ tibi felicia omnia promittebant ô Ierusalem, tempus inquam, captiuitatis, in quo visitaberis: tunc certe illi, qui tam strenue Reipublicæ curabant vtilitatem, ita perplexi erunt, vt nullum suffugium inueniant. Nam adeo perturbabuntur omnia, vt neque [11] amico suam salutem quis credat: neque ducis curæ confidat, neque vxori suæ audeat aperire modum, quo statuat se seruare. Sed quisque suæ salutis curam suscipiens, adeo effugium malorum perquiret, vt ne patri quidem filius honorem debitum tribuat, neque filia matri legitimum officium præstet, neque nurus socrui: denique qui tota vnam domum erunt, sibi inuicem inimicitias gerent, & vix propriam salutem procurabunt. Et hi quidem tali erunt affecti perturbatione. [12] At ego, & qui meum solent sequi consilium, attentissimos ad Deum oculos conuertemus, eumque expectabimus saluatorem, & eum spei fructum referemus, vt nos exaudiat, & [illegible] ta[illegible] eruat calamitate. Quamobrem tantum pa[illegible] n[illegible]ti [illegible] est ut m[illegible] insultes [13] inimica Id[illegible]ea in c[illegible] Na[illegible] ten[illegible]

CAP. VII.

‖ VÆ mihi, quia factus sum [1] sicut qui colligit in 1
autumno racemos vindemiæ: non est [2] botrus
ad comedendum; [3] præcoquas ficus desiderauit anima
mea. ‖ Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus 2
non est: omnes [4] in sanguine insidiantur, vir fratrem
suum ad mortem venatur. ‖ [5] Malum manuum suarum 3
dicunt bonum: princeps postulat, & [6] iudex in reddendo
est: & [7] magnus locutus est desiderium animæ suæ,
& [8] conturbauerunt eam. ‖ Qui [9] optimus in eis 4
est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe.
[10] Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit
vastitas eorum. ‖ [11] Nolite credere amico: & nolite 5
confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi
claustra oris tui. ‖ Quia filius contumeliam facit patri, 6
& filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus
socrum suam: & inimici hominis domestici eius.
‖ [12] Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum 7
saluatorem meum: audiet me Deus meus. ‖ Ne læteris 8
[13] inimica mea super me, quia cecidi: consurgam cum
sedero in tenebris, Dominus lux mea est. ‖ Iram Domi- 9
ni portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet,
& faciat iudicium meum. educet me in lucem, videbo
iustitiam eius. ‖ [14] Et aspiciet inimica mea, & 10
operietur confusione, quæ dicit ad me: vbi est Dominus
Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem
vt lutum platearum. ‖ [15] Dies vt ædifi- 11
centur maceriæ tuæ: in die illa longe fiet lex. ‖ In die illa, 12
& vsque ad te veniet de Assur, & vsque ad ciuitates munitas:
& à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad
mare de mari, & ad montem de monte. Et terra erit 13
in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum
cogitationum eorum. ‖ [16] Pasce populum tuum 14
in virga tua, gregem hereditatis tuæ habitantes solos in
saltu, in medio Carmeli: pascentur Basan, & Galaad iuxta
dies antiquos. ‖ [17] Secundum dies egressionis tuæ de 15
terra Ægypti, ostendam ei mirabilia. Videbunt gentes, 16

obruta

[illegible] uatio [illegible] urgam: De [illegible] n, qui lux [illegible] ca [illegible], mihi [illegible] lica [illegible] m amitam. Pœnam mihi [illegible] iratus Deus, æquo feram animo, quia me [illegible] ta nea [illegible] ne [illegible] causam meam agat, & vleisca [illegible] m [illegible] is m [illegible] s. Nam spero quod me eximet e [illegible] capti [illegible] tatis in lucem libertatis, qua potiar expe [illegible] quam [illegible] Dominus in suis præstandis promis [illegible] Ac tunc [illegible] mea mea Idumæa [14] videbit, inuna [illegible] quam [illegible] Dominus me prosecutus [illegible] fauore, & confu [illegible] [illegible] quæ insul [illegible] mihi dicebat in calamitos [illegible] est Dominus Deus tuus, in quo confidebas? Ego ipsa [illegible] oculis [illegible] eam [illegible] nam eius me [illegible] similem, quam esti [illegible] Nabuch [illegible] donosor, nam ecce [illegible] ut in platea [illegible] conc [illegible] a Chal [illegible] s. Venie [illegible] nam mihi [illegible] erio [illegible] [illegible] e [illegible] aditura loca [illegible] [illegible] [illegible] nun [illegible] co [illegible] ne, sed [illegible] ex [illegible] [illegible] e propu [illegible] [illegible] que in A [illegible] iam [illegible] [illegible] & [illegible] Iudæ tam munitas, & instauratas; quas omnes vsque ad flumen [illegible] aptiuitatem occu [illegible] unt, & [illegible] que [illegible] mare M [illegible] & vsque ad montem superniorem [illegible] editum Sionem. Et terra illa quam reliqu [illegible] Chal [illegible] d [illegible] obsidebitur. M [illegible] & [illegible] cum [illegible] habitat [illegible] propter mala eorum opera. In [illegible] ntamen [illegible] [17] [illegible] tuum popul [illegible] pasto [illegible] qui [illegible] tuus hæreditario iure te [illegible] posside [illegible] dum hab [illegible] Chaldæ [illegible] quos [illegible] expositi pasces inquam, ita secure, ac [illegible] dio C [illegible] Nam inde [illegible] in Batan, & Galaad, vt olim, antequam è terra sua pelle [illegible] Respon [illegible] Dominus [illegible] Quemadmodum in [illegible] de Æ [illegible] de Babylone pa [illegible] bo mirabilia, quæ [illegible] videant g [illegible] pud [illegible] cas [illegible] suarum, quod non valuerint impedire, & obmutescent præ stupore, nec vol [illegible] [illegible] dir [illegible] fl [illegible] honoris [illegible] lingent terram, quam calc [illegible] & [illegible] pel [illegible] [illegible] expauescent [illegible] cogitantes, ut Iudæis redeuntibus cedant. [illegible] Dominum Deum nostrum [illegible] [illegible] bunt, [illegible] timebunt tibi a [illegible] populo eius. Quis [illegible] ergo, vt nunc, gratias tibi referemus pro tanto beneficio [illegible] tendo, liquid [illegible] habes [illegible] qui au [illegible] iniquitatem, & prætereat peccatum [illegible] reliquiarum redeuntium e ca [illegible] [illegible] mites [illegible] furoris impetu, nec irasceris perpetuo, quoniam diligis misericordiam: redi [illegible] ad nos, & misere [illegible] & [illegible] pedibus iniquitates nostras, & [illegible] merges in profundum maris omnia peccata nostra, nusquam am [illegible] [illegible] com [illegible] [illegible] [illegible], tanquam verus, & fidelis [19] præstes populo tuo Iacob omnia bona, quæ ex misericordia promisisti Abrahæ, & præcipue Christum, sicut olim iurasti patribus nostris.

& confundentur super omni fortitudine sua: ponent ma-
num super os, aures eorum surdæ erunt. [16] *Lingent* 17
puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturba-
buntur in ædibus suis: Dominum Deum nostrum formi-
dabunt, & timebunt te. [18] *[illegible] Deus similis tui,* 18
qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum
hæreditatis tuæ? non immittet vltra furorem suum, quo-
niam volens misericordiam est. *Reuertetur, & mise-* 19
rebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & proiiciet in
profundum maris omnia peccata nostra. *Dabis veri-* 20
tatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti pa-
tribus nostris a diebus antiquis.

ARGVMENTVM.

DOLET Propheta parum se suis concionibus profecisse, cum nullum reperiat iustum: minatur malum captiuitatis Babylonicæ, & ex ea liberationem, ac felicem reditum promittit.

COMMENTARIVS.

A *Sicut qui colligit.*] Hebræa sic habēt. *Væ mihi, quia fui sicut collectiones fructuum æstiuorum, sicut racemationes vindemiæ.* diximus nomen קיץ *Kayts* Amos 8. significare fructus, qui æstate siccantur. Vnde hoc loco duas agnoscunt similitudines Septuaginta cum dicunt. *Væ mihi, quia factus sum, sicut qui congregat stipulam in messe: & sicut racemos in vindemia.* & Chaldæus exponens, *[illegible] ce sicut fructus æstiuales, sicut racemi post vindemiam.* & recentiores omnes interpretes: quas duas similitudines in Vulgatæ editionis lectione implicatas sic subdistinguit Montanus. *Væ mihi,*

B *qui [illegible] actus sum sicut qui colligit.* subaudi, in æstate relictas à [illegible] ssoribus spicas: *Sicut quærens in autumno racemos vindemiæ.* Dolet Michæas, si Alberto credimus, & Roberto, post captiuitatem ad eam solitudinem terram redactam, vt nullus reliquus sit, qui Dei cultum, suamque salutem, ac proximi vtilitatem curet. Verius reliqui omnes; deflet suam sortem, quod oleum, & operam perdiderit; nam cum potuisse inuenire pios aliquot, qui Dei nominis gloriam curarent; & suas agerent partes, post tot exhortationes, adeo rarum offenderit pium aliquem virum; vt acciderit sibi, quod accidit illi, qui relictas spicas colligit post messem; & qui transacta vindemia, relictos excipit racemulos. nam ita Iudaicam rempublicam

C omni viro bono destitutam deplorat; vt nullus sit qui ratione, legeque ducatur. Itaque de republica Iudaica adhuc perseuerante loquitur. Sed quæ ad extremum sceleris peruenerit, cui nihil,

A nisi extremum supplicium reliquum sit. Potest & Vulgati lectio cum ceteris conciliari commodius, si cum Zeugmate sic distinguamus. *quia factus sum sicut qui colligit in autumno.* & repetendo, *sicut qui colligit racemos vindemiæ.* nam nomen *Kayts* transtulit *autumno*, significans fructus æstiuos, qui colligi solent in initio autumni; deinde adducit *racemos vindemiæ.*

2 *Botrus.*] Perstans in metaphora colligentis racemulos post vindemiam, dicit; non inuentum esse in vinea vindemiata vnum botrum, hoc est, vnum virum probum gustui suauem, iuxta Chaldæum, Hieron. & ceteros. Albertus explicat, nullam esse bonam congregationem; Rob. nullam

B doctrinam sanam, qua alatur animus. Recte porro Lyra, Ruperrus, & Montan. quia dicitur, *non est botrus ad comedendum*, explicant, esui aptus. Nam sicut vel ob tardum vitium acerbi botri vuis adhærentes, vel ob nimiam maturitatem, vel imbrium superuentum corrupti, putridique inueniuntur relicti: ita homines pietatem simulantes suo tempore se inuenisse indicat; aut languidos, tumidosve, aut nimia superstitione imbutos; sed nulla vera virtute præditos.

Botrus ineptus esui simulans virtutem.

3 *Præcoquas.*] Hebraice *primitiuum desiderauit anima mea.* Nempe ficum, aut fructum. Hieronym. Haymo, Remig. Albertus, Hugo, & Dionysius ficus immaturas, & insuaues explicant; quasi dicat. Panem quærebam, & cū non inuenissem, præ famis

C magnitudine quisquilias saltem, aut furfures requirebam, & nec hæc inueni. Verum cū nomen Hebræum *becurah* in bonam partem sit vsurpatum Hoseæ 9.10. cum dicitur. *Quasi vuas in deserto*

inueni

Præcoquæ ficus quæ.

inuenit Israel, quasi prima poma ficulnea. Hebraice; *tanquam becurah primum suum in ficu.* ideo vetus alij accipiunt pro primitiis, quæ solent haberi pro optimis fru[illegible]bus, & suauissimis. Et Montanus quidem ex prædicto loco Hoseæ probat nomine hoc, desideraße priscos illos Patres insignes pietate Patriarchas, Abraham, Isaac, & Iacob, & seniores primos terræ possessores, qui sub Iosue vixerunt; de quibus dicitur Iosue 24.31. *Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerãt omnia opera Domini, quæ fecerat Israel.* Inter has præcoquas ficus, quæ prima æstate maturescunt, & gratissimæ, ac suauissimæ sunt, se natum desiderat Michæas; vel certe vt renouaretur, ac restauraretur aurea illa ætas. Robertus desiderare ait Prophetam suauissimos fructus, hoc est sanam illam, puramque doctrinam, qua ali possit animus. Isidorus putat optaße Prophetam fructus primos anni venturi. Hoc est, alios mores, quoniam illius præsentis anni nihil erat reliquum esui aptum. Theodoretus, Lyra, & Vatab. cum Chaldæo recte, probos viros, eximios virtute intelligunt desiderari à Propheta, qui ita præstent cæteris pietate ad placendum Deo; vt placent illi primitiæ fructuum; quæ vt primæ omnium, ita optimæ, ac suauissimæ solent esse. Itaque non temporis conditionem respicit similitudo, sed fructuum: vt illis similes viros inquirat; cum sane nullus reperiatur. Vnde subdit. *Perijt* חסיד *Hasid liberalis*, seu *misericors*; qui humanitatem in alios exerceat. Septuaginta dixerunt, *pius, aut reuerens, & rectus in hominibus non est*, qui virtutis, & æquitatis vindices sint, & Zelatores. quos Septuaginta dixerunt *censores*, cum dicunt; *& qui corrigat in hominibus non est.*

Michæas optat patrum priorum ætatem.

Quærunt viri insignes pietate.

Censorum defectus ploratur.

4 *In sanguine.*] Iam quod in vniuersum dixerat, explicat singillatim. En qua ratione dixerim nullum reperiri misericordem, sed omnes humanitatem exuiße; quia omnes sanguini insidiantur, hoc est, vt Chaldæus exponit; *omnes parant insidias sanguinis iusti effundendi causa.* Sic etiam Hieron. Theodoretus, Rupertus, Lyra, Dionys. & Montanus: sed nomine *sanguinis* opes ad sustentationem necessarias, quę vti nutrimentum in sanguinem conuertuntur; intelligunt Albertus, Vat & Rob. Sed quod sequitur. *Vir fratrem suum ad mortem venatur.* explicat priorem sententiam de cæde. Hebraice, *Vnusquisque fratrem suum venatur reti.* Hyperbolica locutio est, qua significat anxium animum capiendi fratrem, non dissimilem aucupis, qui reti parato auiculam capere conatur. *ad exterminium venatur*, explicuit Chaldæus. Ferream suæ ætatis hominum conditionem describit Propheta, qualem Ouid. lib. 1. Metam. cum dixit.

Homicidas accusat.

> *In quarum subiere locum fraudesque, dolique,*
> *Insidiæque & vis, & amor sceleratus habendi:*
> *Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,*
> *Non socer à genero: fratrum quoq; gratia rara est.*

[illegible]tas ferrea. Ouidius.

5 *Malum.* De communi populi facinore hactenus locutus, iam de principum, & magistratuum auaritia incipit agere. Atque Hebræa sententia sic habet. *Super malo manuum ad bene faciendum princeps postulat, & iudex pro retributione, & magnus loquitur peruersitatem animæ suæ ipse, & triplicauerunt eam.* Docet rationem quam seruabant Princeps, Iudex, & Magnas ad extorquendum aliquod precium, v[illegible] munus [illegible] batur iudicium. Nam [illegible] od opus præ manibus sch[illegible] quod [illegible] faciendum, seu pe[illegible] tis debere prædicat; & [illegible] postulat aliquod precium sibi dari: [illegible] iudex [illegible] magistratus iudicat pro illius pre[illegible] retributione [illegible] tioni, legibusque esse consentan[illegible] ipem in re tam v[illegible] reipublicæ; & ipse [illegible] man-dat principis de[illegible]; eique morem gerens, extorquet à subditis definitum cen[illegible]: & ipsi magnates effutiunt corruptum desiderium voluntatis suę, & huic [illegible] commendandę annuunt, ac suis verbis commendant, sibi partem censuum sperantes. Ita tres hi, quasi tribus funiculis complicatis, adornant, triplicant, & con[illegible] tant rem hanc, vt æquam ostendant esse, quæ iniqua est; iustam, quæ iniusta. Hunc sensum re[illegible] nobis verba Hebræa; & Chaldæus, Lyra, Di[illegible] Var. Montanus, & Robert. quamuis in [illegible] orum aliquorum verborum intelligentia non nihil differant. Ad hunc sensum Vulgati interpretatio proxime accedit, cum dicat. Malum opus quod præ manibus habent, vt faciant dicunt esse bonum, atq; perficiendum: & ad hoc princeps postulat censum pecuniæ sibi dari: & iudex intuitu in reddendo censu illo principi, dum [illegible] tis extorquet: & magnus, qui est inter e[illegible], explicat peruersum desiderium animi sui, [illegible] dans postulationem principis, & iudicis extorsionem: & ita conturbauerunt tres hi, aut implicuerunt rem illam; nempe iniustam postulationem, & extorsionem, tanquam æquam, iustamque suis laudibus commendantes, & contegentes. Iam singula verba expendamus.

Pri[illegible] in[illegible] iustitiu[illegible] us [illegible] quendum.

Primum, illa verba; *super malo manuum ad bene faciendum*, Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, & alii ex interpretibus, tanquã sententiam distinctam transferunt. *In malum manus suas preparant*, inquiunt LXX At Chaldæus: *Mala operantur manibus suis, & non benefaciunt.* Dauid Kimhi sic interpretatur verba Hebræa: *hoc vnũ est magnatum studium, vt malefaciant manibus suis, & malũ illud benefaciant*, id est, egregie, ac strenue male agant, idque perficiant. Vulgati lectionem Hieronymi. & alii eius interpretes exponunt: opera mala, quæ manibus suis perpetrant, callide contegunt ac si sint bona. Sed Pagni. Vatab. Mont. & Rob. copulant cum sequentibus: nam princeps res magnas bello, paceque gerendas prætexit. Hoc est, malum quod machinatur & in manibus habet, vt id perficiat, postulat sibi pecuniam consignari.

Lectionis [illegible]ratio.

Iudex.] Secundo, quod dicit, *iudex pro retributione*, ita adiecto verbo, *iudicat*, exponitur. Iudex quo morem gerat principis cupiditati, iudicat pro retributione principi facienda, eam vtilem esse, & æquam affirmans. Vel sperans à principe retributionem iudicat in illius fauorem. Hieron. Haymo, Remig. & Hugo sic exponunt. *Iudex in reddendo est*, sic alium iudicans, quomodo ab alio iudicatur, dum mutuum sibi præstant fau[illegible]rem; quod Chaldæus dixit. *Iudex dicit, da pro me, & retribuam tibi.* Vulgo dicitur, *haZme la barba, y haZerte el copete.*

Iudicum [illegible]quitas.

Magnus.] Tertio nomine *magni*, recentiores recte intelligunt magnates, qui principi inferiores sunt. Montanus dicit esse Sacerdotem summum, 7

vel

[illegible] tius vocantem, qui sua au[c]toritate, & sanctitate cofirmet regis postulationem æquam, iustamque esse. Et Hieron. quidem, & qui eum sequuntur, Haymo, Remig. Hugo, & alii, id quoque indicant, dum nomine *magni* intelligunt legisperitum in lege doctissimum. Hi ergo loquuntur corruptum desiderium cordis sui, hoc est, quicquid pro suo desiderio excogitant in proximi damnum, eructant ore. Vel loquitur peruersitatem, vel contritionem animi sui: dicens subditis animio maligno & iniusto, vt tribuant principi quod postulat. Pagninus vult subintelligi præpositionem *ad*, magnus loquitur ad perditionem vel contritionem animæ suæ, dicens: afferte munera. Verius ceteri; magnus loquitur peruersitatem aut [p]eruersum desiderium cordis sui, pro eadem re confouenda.

8 *Conturbauerunt.*] Quarto, quod subiicitur. *& conturbauerunt illam*, Hebraice est, *& triplicant illam*, nam trium ope, & concinnatione res adornata, maxime roboratur, & implicatur, vt facile expediri non possit: nam fun[ic]ulus triplex difficile rumpitur. Eccles. 4. 12 [N]omen enim עבת hhaboth, vnde est verbum deductum, significat *funem è funibus triplicatum*, *intricatum*, & *implexum*: & ita verbum est idem quod, *triplicant illam*: vel *ita complicarunt*, *roborarunt que*, *donec eliciant eam*. Vulgo dicimus, *Enmarannanla*. Sed quod huius verbi suppositum, & quod appositum, seu antecedens illius relatiui, *eam*, videndum est. Pagninus suppositum facit *audientes*, dum vertit; *& qui audiunt multiplicant illa*. Sed ceteri melius, Chaldæus, Hieron. Haymo, Remig. & alii vetustiores cum recentioribus, tres supradictos, *Principem*, *Iudicem*, *& Magnatem* putant esse suppositum, qui pari cons[ensu] [su]am prauitatem implicant. & ad effectum deducunt. Femineum autem pronomen, *eam*, ponitur sine antecedente more Scripturæ, ac vt videtur Hieronymo, refert vrbem, vel v[an]itatem, vel terram, de qua dixerat, *periit sanctus de terra*. Vatab. & Rob. intelligunt iudicii p[eru]ersitatem. Alii putant referre הוַּת hauath *corruptelam* [p]eruersionem, vel *perditionem animæ suæ auxerunt, & roborarunt*. Montanus putat pronomen f[e]mineum, *eam*, accipi pro neutro, *id*, Hebraico idiomate, vel addendum *rem*. nam tres illi intri[ca]uerunt, & complicauerunt illud negocium, in [quo] conuenerant, vt non facile posset expediri, donec perficeretur, id est quod dicimus vulgo, *enmaraunaronla*, vt facile dissolui non valeret. Pagninus [m]unera intellexit; nam qui audiunt principem postulantem, & iudicem extorquentem, & [magna]tem consentientem, & laudantem tantor[um] [virorum] auctoritateque compulsi, munera mult[iplican]t. Verius videtur de tribus dictum, quod triplicauerint prauitatem, seu peruersitatem, quam dixerat magnum locutū ex corde suo.

9 *Optimus.*] Hebraice. *Optimus eorum quasi* חֵדֶק *bedek*, *rectissimus præ sepe*. Est autem *bedek* spinæ acerrimæ genus, *carduum* vocat Vatablus, Lxx. *tineam comedentem*, Vulgatus Prou. 1[5]. 1[9]. & Chaldæus, *spinam*. Sed hoc loco ipse, & Pagninus verterunt, [p]*aliurus*, quæ est frutex spinosa, & aspera, vt ait Plin. lib. 14. cap. 19. spinæ genus ait [e]sse lib. 24. c. [..] de quo Virgil. Ecloga 5. *Carduus*, *& spinis surgit paliurus acutis*. Latine dicitur *agrifolium*. מְסוּכָה *Me[su]cah* aut[em] [e]st *sepes spinea*; & ita dicit, optimus

A inter eos quasi paliurus pungit proximum suum; & rectus asperior, duriorque est quam sepes spinarum. Dauid Kimhi sic explicat; facilius vir bonus versaretur inter spinas, quam inter peruersos illos homines, nam sane illi magis obsunt, quam prosunt subditis; cum vt spinæ lanam, ita ipsi substantiam eorum diripiant, & lacerent. Quod si ii, qui boni putantur, sunt spinæ, quid illi, qui aperte mali sunt? Addit Isidorus & hunc sensum. Molesti sunt boni sceleratis, nam sentiunt illos quasi spinas, & fugiunt quasi maceriam spinarum. [Simulatores quam pungant]

Dies. Ad Ierusalem loquitur, auctore Alberto & Ruperto, quoniam statim v. 17. ipsa loquitur Babyloni. *Ne læteris inimica mea super me, consurgam: cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* Babylon 10

B enim destruxit Ierusalem, & captiuos duxit ciues eius; & ea est, quæ redit libera, non Samaria. non ergo loquitur ad Samariam, vt putant Hieron. Haymo, Rem[ig]. Hugo, Dionys. & alii. ait ergo ex Hebræo. *Dies speculatorum tuorum, visitatio tua venit; nunc erit perplexitas eorum.* Iam prope est in ianuis dies exitialis tuorum pseudoprophetarum, qui celabant malum, & felicia omnia publicabant; iam adest dies captiuitatis, in qua visitanda es, & puniendo, quando omnes ita erunt perplexi, suam ob oculos videntes vastitatem, vt nesciant quo se vertant. Ita intelligunt communiter omnes. Vel, dies en venit tuæ speculationis, in qua speculatores tui felicia tibi omnia promittebant; iam enim prope adest tua captiuitas. Hunc sen- [Exitium Ierusalem imminens.]

C sum habet Chaldæus cum dicit. *Dies mala, in qua bonum expectabas, dies visitationis malitiæ tuæ peruenit.* Sic & Vat. *die speculatorum tuorum quo prædixerunt tibi felicia tui pseudoprophetæ, tua punitio venit.* Est notandum nomen מְבוּכָה *mebucah* deductum à *Buc*, *confusionem*, seu *perplexitatem* significare, & *conturbationem*, & *coarctationem cordis*. Nam Exod. 14. 3. Vulgatus verbum vertit, *coarctati sunt in terra*. Propterea Hieronymo videtur nomen *mebucah* potius significare *obsidionem*, vel *custodiam*, quam *vastitatem*, aut *desolationem*. Alias autem *fletum* vertit Vulgatus, vt Isa. 22. 5. & Esther 3. 5. & hoc loco Lxx. deducentes à בָּכָה *bacah*, quod est *flere*. Recte ergo Chaldæus, Vat. Robert. ac Montan. volunt hic verti, *confusio*, aut *perplexitas eorum*, *ex vastitate*

D *proueniens*. Et quamuis Hieronym. & ceteri, qui eum sequuntur, pronomen *eorum* referre putent *habitatorem* Samariæ, aut Ierusalem, verius secundum Vat. Montan. & Rob. refert tres illos, *principem*, *iudicem*, *& magnatem*, qui ita pauperum, & tenuiorum expilationem implexuerunt, vt eorum coniuratio dissolui non possit. horum certe erit ea perplexitas, vt nullum suffugium inueniant, in captiuitate. [Perplexitas eorum in captiuitate.]

Nolite.] Hebr. *Ne credatis in socio, neque confidatis in duce, à dormiente in sinu tuo custodi aperturas oris tui: quia filius floccipendit patrem filia insurgit in matrem suam: nurus in socrum suam: inimici viri, homines domus eius.* Vbi nota pro duce esse in Hebræo nomen אַלּוּף *aluph*; quod intimum amicum, a quo 11 [Aluph quid significet]

E pendeas, & quo præeunte, quasi doctore, agas omnia, significat; *ducem* solet vertere Vulgatus, secu[ndum] Lxx. alii *propinquum*; alii *minorem natu fratrem*. Pagninus hic accipit pro *marito*; dicens, *ne vxores fidatis marito*. Alii pro *doctore*. Sed quorsum ad hunc sermonem venerit Propheta videndum est. Et quidem ex interpretibus hæc dicta putant

[illegible] tempore [illegible] populi & perplexitatis, quando nu[illegible] [illegible] das. Ubi exhortatio na esse exi[illegible] cauendum falsos eius temporis amicos.

1. Sensus nec cũ maioribus [illegible] se se [illegible] mus cum minores.

In p[illegible]nis ergo Mont. putat sedere Michæam ad agend[illegible] de [illegible] bus illis, *principe, iudice & magnate*, [illegible] quibus intellexerat illud, *& nunc erit vastitas eorum*. Hortatur ergo Propheta populares homines, ne vl[illegible] neant familiaritatem cũ principe, seu d[illegible] ce, neq; cum iudice, & magnate, quos vo[illegible] socios: qui eum suam agunt in expilandis pauperibus, neque vero illis detrahant, aut obloquantur quia inut[illegible] est, & noxia amicitia; & periculosa; & [illegible] muniota ipsis, rebusque suis inimici [illegible]. quinimo adeo consultum est in his tacere, vt nec cum proximo sibi quisque de ea te loquatur; nam in his, quæ ad potentiores pertinent, rara fides, vel in vxore, vel in filio, vel in filia, vel in nurii: denique in quibusque domesticis, quorum nullus in ea causa maiori deseri, aut debitum custodit, sic ille. Verum necessitas maior vrgebat agendi de ipsorum popularium improba infidelitate, quo cauerent vastitatem futuram; quam contribuim illis dare, quo sibi cauerent à principibus, & eorũ ministris, ne res suæ male haberent.

2. Sensus canendos pseudoprophetas.

Secundo, Hiron. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. connectunt hæc verba cum speculatoribus, & pseudoprophetis, qui populo adulabant, omnia felicia pronuntiantes, & mala futura suis blanditiis extenuantes. Venit, tam, inquit, acsi tamus est dies speculatorũ, qui vobis falsa promittebant. Ne[illegible] c[illegible]datis horum pseudoprophetarum vocibus, nec [illegible] commodetis aures blandiriis diuinorum, quia si inter chara nomina, & inter tam coniunctos fœdere; quales sunt, socii, duces, coniuges, filii, nurus, & huiusmodi, rara fides est; quanto magis rara erit fides in his, qui adulantes mentiuntur, pro præda sua? Verum infidelitaté, & inhumanitatem communem obiurgat, quod, vt dixit Ouid. Metam.

Refutatio. Ouidius.

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus:
Non socerà genero: fratrum quoq; gratia rara est,
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Nec videtur ex occasione pseudoprophetarum de communi malo agere.

Tertio, igitur videtur huic loco apportior intelligentia Chaldæi, Theodoreti, & Ruperti, vt quia dixerit, *nunc visitatio tua erit, aut nunc erit vastitas eorum* per Chaldæos adducenda, simul describat calamitatem, & perturbationem communem, quam sint habituri, vt nemo aliudat, sed suam tantum salutem procuret, etiam cũ incommodo parentum, & aliorum sanguine coniunctorum. Hunc sensum Chaldæus effert, cum de[illegible] arans futuram confusionem, subdit: *quia in tempore illo filius vilipendit patrem*, &c. & Hebræa lectio ad verbum, futuram perpl[illegible] itatem, seu confusionem depingit, cum ait: *Iam erit perplexitas, confusio, aut vastitas eorum*, f[illegible] ilicet in hoc, quia, *Non credetis in amico, non confidetis in duce, a cubante in sinu tuo custodien eris aperitiones oris tui, quia filius vilipendens patrem, filia insurgens in matrem, nurus in socrum suam, & inimicantes viro, seu inimici viri, homines domus eius.* Quod est dicere: breui veniet vastitas, & confusio eorum, in qua [illegible] omnia perturbabuntur, vt tuam salutem non concredas amico, neque duci, quinimo non detegas vxori tuæ modum quo te

3. vastitatis imminentis confusionem describit.

futurus [illegible], quo [illegible] pendent. Op[illegible] omnium [illegible] nunc sensum [illegible] tus est in illa [illegible] *visiones tuæ* [illegible], *Nunc erunt fletus eorum. Solito credere* [illegible] *fient, neque non amicus amico erit auxil o, non rex* [illegible] *ditos curabit, non coniux mariti cura* [illegible] *quæque suæ saluti curam* [illegible] *suscipiet: effugium malorum adeo vehementer perscrutans; vt ne pat[illegible] ...* *rem suffium tribuat, neque filia matri leg[illegible] ... eum præstet, nurus vero nulli cura* [illegible] *... velutin seditio[illegible] quadam a* [illegible] *alius alium* [illegible] *... & contemnet* [illegible] *proprium salute* [illegible]. Sic ille. Confirm at hunc sensum [illegible] hanc confusionem [illegible] & perturb[illegible] lum temporale [illegible] allegorice accommodans perturbat[illegible] per bellum spirit[illegible] omne[illegible], & [illegible] 34. *Nolite arbitrari, quia pacem venerim* [illegible] *in terram: non veni pacem mittere, sed gl[illegible]* [illegible] *separare hominem* [illegible] *patrem suum, &* [illegible] *nurum aduersus socrum suam* [illegible] *inimici hominis domestici eius.* eandem sententiam affert Luca cap. 12. vers. 51. Id quod [illegible] ex [illegible] tinget, quando nemo operi [illegible] tunctissimo.

Bellum [illegible] suorum.

Ego autem Propheta loquitur, vt omnes di[illegible] cunt, Chaldæus, Hieronymus, Theodoret. cum ce[illegible] ris. Sed non tute [illegible] p[illegible] puli, aut tribus Iuda, vt ait Rupertus, quæ Babylonem ducenda erat captiua. Na[illegible] qu[illegible] madm[illegible] v. 8. [illegible] Deo [illegible] dum oste[illegible] nunc in [illegible] summa pertu[illegible]batione; in qua nullus erit, cui te cre[illegible], illud [illegible] um reliquum esse perfugium ait, ad Deum [illegible] oculos [illegible] ab eoque solo pender[illegible] qui saluare possit, & ex illa captiuitate eruere. & hi quidem tali erunt affecti perturbatione, ait; at ego, & qui meum sequi volent consilium, attentissimos ad Deum oculos extollemus. Nam eum aspectum significat verbum Hebræum, quem habebat Isaiæ cap. 38. 14. Ezechias cum diceba; *attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.* & Dauid Psalm. [illegible] 1. *Leuaui oculos meos in* [illegible] *unde veniet aux lium mihi.* Eumque expectabimus Saluatorem, q[illegible] tam nobis expecta[illegible] bit salutem. Iuiusque spei, & precum fruct um referemus; quod nos exaudiet Deus gub[illegible]rnator, & prouidus pater noster, & ex illa perturbatione, & captiuitate liberabit.

ra

In tribulatione [illegible] ad eum.

Inimica.] Verba hæc esse adhuc Prophetæ per[illegible] nam gerentis Ierusalem, asserunt Chaldæus, Hieronymus, Theodoretus, & omne[illegible]. Nam po[illegible]quam spe erecta in Deum eum est depreca ta, idcirco ait, Deo res meas curante, non est cur mihi insultes inimica. Sed quã alloquatur inim[illegible] ca in videndum est. Gentilitatem pu at Montan. Hebræi; vt refert Vat. Roma. Sed de suo tempore loquitur Propheta, in quo vastata e[illegible] [illegible]salem. Communis interpretum sen[illegible] est v[illegible]rum, & recentiorũ, loqui [illegible] Babylonem, quæ læta insultabat [illegible] m, [illegible] destructa fuit a Nabuchodon[illegible] de[illegible] Ieremias c. 50. 11. *Quoniam* [illegible] *magna loquimini diripientes hereditatem meam: Confusa est mater vestra nimis.* & mox [illegible] p[illegible] mit[illegible] [illegible] hic, &

13 [illegible] ex[illegible] acceptas.

Sermo est [illegible] Babylone.

pascetur

pascetur Carmelum, & Basan, & in monte Ephraim, & Galaad saturabitur anima eius. Atque huic sensui ac commendat non inepte verba Prophetiæ. Theodoreto soli videtur hęc dicta esse de Idumęa; quę capitali odio semper est prosecuta fratrem suum Iacob. Nam proprius inimica dicitur Iudæis Idumæa, quæ adeo exosos habebat Iudæos, vt de eorum malo semper gauderet.: cum Babylon non tam inimica, quam hostis dicenda sit, quæ non ex odio peculiari in Iudæos, sed ex communi dominandi cupiditate omnes gentes sibi subiugabat: iuxta illud Habac. 1. 6. *ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua.* Idcirco illi, qui suam sortem deflebant iuxta flumina Babylonis, Ps. 136. 7. precabantur solis Idumæis, quasi inimicis. *Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem. Qui dicunt, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Atque hanc inimicitiam significarunt Iere. c. 49. 12. *Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes:* & Ezechiel cap. 25. 12. *Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filiis Iuda; peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis.* & Amos cap. 1. 11. *Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem.* & Abdias vers. 10. *propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum.* Vnde Ieremias cap. 2. Threnorum, de Idumæis, ceterisque vicinis ait ver. 16. *aperuerunt super te os suum omnes inimici tui.* & vers. 17. *Lætificauit super te inimicum.* Cum igitur apud Prophetas, quoties Ierusalem suas deplorat ærumnas, & captiuitatis malum, inter omnes gentes inimicas, ad Idumæam solam conuertat sermonem, postulans à Deo vltionem contra eam, propter inueteratum odium, quo prosecuta est Iudæos. Et quod licet Babylon exultauerit de eorum vastitate, id erat propter opum direptionem: at Idumæa ex odio exultabat de malo Ierusalem: ita modo cum inter narrationem malorum captiuitatis; sermonem conuertat ad sibi inimicam; ea existimanda est esse Idumæa: cui dicit, ne gaudeat de casu suo, quia [illegible] se de ea resurget. Si quæ autem huic intelligentiæ aduersantur; suo loco adducemus, & explicabimus. Nam & Hieronymus, cum ait, lo[qui] Ierusalem contra Babylonem, & ceteras gentes, quæ sibi insultauerant, non excludit Idumæam, & Haymo, ac Remigius illum secuti.

Et aspiciet. [illegible] hæc similiter Ierusalem loqui de Babylone interpretes omnes affirmant. Cum me Deus liberabit è captiuitate, oculis suis intuebitur, & pudore implebitur ipsa Babylon, quę solet nunc ad me dicere, quasi ad destitutam à Deo, Vbi est Dominus Deus tuus, de cuius virtute, & ope te iactas. H[in]c meis oculis videbo ruinam eius; nam breui conculcabitur, vt lutum platearum, cum vastabitur per Cyrum, & Darium Persarum, Medorumque reges, & ego liberabor ab eis. De Idumæa autem sic est accipiendus Propheta. Idumæa inimica mea, quæ modo, cum me [pr]emi videt calamitatibus dicit mihi; Vbi est D[ominus] Deus tuus, patronus tuus [?] aspiciet [illegible] felicitatem, & libertatem, & [illegible] [illegible] ego luce meis oculis videbo [illegible] eius meæ similem à [illegible] [illegible]ctam; nam nunc breui instar luti co[nculcabitur] & vastabitur à Chaldæis, quinto anno post vastitatem Ierusalem, vt ostendimus factum in Abdia, & in 49. Ieremiæ. Idumæa vastata 5. anno po[st] Ierusalem

11 *Dies.*] Lyra promitti ait his prioribus verbis instaurationem Ierusalem post reditum è Babylone. Sed in sequentibus loquitur de tempore suo Michæas, nempe quod tempore Achaz longius fiet lex propter idololatriam. & tempore Ezechiæ veniet Assur Sennacherib, & capiet vniuersam terram circum Ierusalem & eam in desolationem. Verum cum, vt suo loco diximus, loquatur Michæas sub Ezechia, ducto iam Israel in captiuitatem, non prophetat de tempore Achaz; neque certe de Sennacherib, cuius interitum iam cap. 2. denunciarat, iuxta nostram expositionem. 1. Expositio sub Achaz. Michæas sub Ezechia prophetat.

Theodoretus deinde explicat adhuc de Idumęa: In die illa, qua obsideberis, tu ô Idumæa, instaurabis muros tuos, vt te tuearis, sed capieris nihilominus: & leges tuæ iniquæ finem accipient; & vrbes obsidione prementur: nam venient contra te Assyrii, siue Chaldæi, & capient omnes vrbes munitas, inclusas à mari rubro, vsque ad mare Occidentale, & à monte Idumæorum vsque ad montem Libanum; denique vniuersa terra finitimarum etiam gentium desolabitur propter peccata habitantium in ea. Quæ extrema verba ostendunt omnem hanc sententiam loqui de terræ vastatione Idumææ, vel Babylonis. & videtur Propheta prosequi sermonem supra inceptum contra Idumæam. 2. Expositio contra Idumæam

Tertio, Hieron. dum exponit textum Septuaginta, Vatab. & Rob. hæc rursus de Babylone intelligunt, hoc modo. In die illo, quo statues maceries tuas dirutas instaurare, vt vementes hostes propulses, priuaberis tributo, quod ex lege pendebant tibi subditi, vel tam non poteris cogere legibus tuis eos: quia expugnaberis ab hoste, qui veniet contra te de Assur, hoc est, de Niniue; & occupabit omnem terram Babyloni subiectam, à ciuitatibus munitis eius vsque ad flumen Tigrim; & à mari magno, vsque ad mare rubrum; & à montibus Iudææ, totam Mesopotamiam, vsque ad Montes Medorum, & Persarum. Atque hæc vastitas eueniet Babyloni propter eius incolarum frequentia peccata. 3. Expositio contra Babylonem

Quarto demum, verius intelligunt Chaldæus, Hieron. in expositione textus Vulgati, Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Dionys. Isidorus, & Robertus, ad Ierusalem fieri sermonem. Veniet, inquit, tibi ô Ierusalem, & Iuda, dies libertatis, quando poteris instaurare loca tua diruta: nam eris tui iuris, viuesque tuis legibus, sublatis legibus gentium, quibus antea subiacebas: tunc venient ad te de Assyria, qui ex filiis tuis ibi transmigrabant, nempe ad ciuitates tuas munitas, & occupabunt ipsas vsque ad flumen Euphratem, & vsque ad mare Occidentale. Hieronymus. *Venient, ait, à ciuitatibus munitis, vsque ad Iordanem, & à mari rubro vsque ad mare mortuum, & ad montem Sion de montibus Persarum, & Medorum: & erit terra reliqua Chaldæorum in desolationem, propter habitatores suos, & propter mala opera illorum.* Hunc sensum sic exponit Chaldæus. *In tempore illo ædificabitur cætus Israel, qui dispersa erat in captiuitate: in tempore illo cessabunt decreta populorum: in tempore illo* 4. Expositio vera de [reg]ressu Ierusalem redeuntis ex captiuitate.

Omnia Euangelio subiuganda.

audierunt. Sed non est necesse non hic quoque a[illegible]pere ciuitates, vt Septuag[illegible] Vulgatus, & alii interpretes acceperunt. Nam supra di[illegible] perdendas dixit vrbes terræ ob metum custoditas, & clausas. Hi[illegible] alias cultui idolorum deditas, in quibus templa erant frequenta[illegible]ta. Et concludit [illegible]cete. *& faciam in furore, & ira vltionem de gentibus, quæ non audierunt,* hoc est, non obedierunt Euangel[illegible] vt Ch[illegible]eus, *quia non receperunt d[illegible] legem.* Optime ad [illegible] 1.6. P[illegible] *Si tamen, inquit, apud Deum retribuere tribulationem iis, qui tribulant, & robis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi.*

MICHÆÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] AVDITE [illegible] populo Iuda qu[illegible] ubeat me loqui [illegible] & [illegible] perito[illegible] aduersus p[illegible]lum meum Israel[illegible] atis, tamquam ingratitudinis [illegible] & colliou[illegible] qui[illegible] quasi ful[illegible] Quonam ma[illegible] me exolum [illegible] neherium quo te [illegible] de [illegible] ergastulo nempe illo, in quo [illegible] ges [illegible] Aaron [illegible] & M[illegible] mas in[illegible] eta ta[illegible] Moab aduer[illegible] & [illegible] pro maledictione [illegible] Memineris etiam quam [illegible] te cumulaue[illegible] vbi [illegible] tua [illegible] prouocaras, & in transitu Iordanis, vsque ad Galgalam, vbi ingressus terram, quam promiseram, primum consedisti. Vt sic tibi fieret compertum, me tibi fidelem fuisse pollicitatorem, qui pro illa te eo compulerim. Quod si dixeris. Nos quidem fatemur in[illegible] gratitudinem nostram, sed volumus iustam, [7] quanam ratione præueniam Dominum, [illegible] ipsum placem, antequam puniat [illegible] satisfaciam [illegible] me [illegible] te Deum excelsum [illegible] aut si [illegible] holocautomata, vitulos [illegible] annículos? Num placabitur, si illi ta[illegible] aut copiam ma[illegible] hirco[illegible] ut [illegible] frumentum, & ol[illegible] quantum [illegible] potest [illegible] pinguibus aut si pro expiando scelere meo opus est, offeram [illegible] primogenitum, [illegible] fecit A[illegible]ham, nempe fructum ventris mei produ[illegible] hac tua delibera[illegible] ne, & [illegible] non placari Deum, sat tibi o homo [illegible] tatum est a Domino in lege sua, quod & ego [illegible] [8] [illegible] quid bonum illud sit, quod placeat D[illegible] Nam quid [illegible] [9] requirat Dominus, nisi [illegible] in primis iudices, & pecca[illegible] & [illegible] misericordiam exerceas in e[illegible] gentes [illegible] & [illegible] humiliter [illegible] Rursus Propheta Domini clamat aduersum Ierusa[illegible] sapientio[illegible] & [illegible]datores, salute[illegible] em habent [illegible] honore non mis Domini, hor[illegible] dicentes. Attendi[illegible] Iuda [illegible] & Deum, qui [illegible] Cur [illegible] Prophetæ voce au[illegible] opes multe partæ, [12] quæ [illegible] exurens [illegible] mensura [illegible] minuta, ad iram Deum prouocans? Numquid potest aliqu[illegible] [11] iustus [illegible] iniustas, & pondera dolosa? Minime. Ecce diuites [illegible] domos plenas [illegible] & ciues eius d[illegible] eloquuntur, & lingua eorum fraudes effatur. [illegible] percutiam [illegible] vsque, & desolatam reddam propter peccata tua. Nam in captiuitate ita parce com[illegible] vt non [illegible] [14] [illegible] medio ventris tui sentias depressionem: apprehendes enim vxorem, & fœtum nullum saluum e[illegible] mittes, & si quem [illegible] gladio peribit hostili: seminabis, & non metes, calcabis oliuam, & [illegible] vnges oleo eius: calcabis vuas, & non bibes vinum ex eis. Itaque quia non contenta tuis sceleribus, secuta es [illegible] latriam Amri, & Achab

CAP. VI.

[1] AVdite quæ Dominus loquitur: Surge, [2] con- 1
tende iudicio aduersum montes, & audiant
colles vocem tuam. Audiant montes iudicium Domi- 2
ni, & fortia fundamenta terræ quia iudicium Domini
cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur. Popule 3
meus [3] quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? respon-
de mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & [4] de 4
domo seruientium liberaui te; & misi ante faciem tuam
Moysem, & Aaron, & Mariam? Popule meus me- 5
mento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid
responderit ei Balaam filius Beor, [6] de Setim vsque ad
Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. [7] Quid 6
dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso?
Numquid offeram ei holocautomata, & vitulos anni-
culos? Numquid placari potest Dominus in millibus 7
arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium?
Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo,
fructum ventris mei pro peccato animæ meæ. [8] In- 8
dicabo tibi homo quid sit bonum, [9] & quid Domi-
nus requirat à te: vtique facere iudicium, & diligere mi-
sericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. 9
Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timenti-
bus nomen tuum. Audite tribus, & quis approbabit
illud? [12] Adhuc ignis in domo impij thesauri iniqui- 10
tatis, & mensura minor iræ plena. Numquid [11] iu- 11
stificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa?
In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habi- 12
tantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum
fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere 13
te perditione super peccatis tuis. Tu comedes, & non 14
saturaberis: & [14] humiliatio tua in medio tui. & ap-
prehendes, & non saluabis: & quos saluaueris in gladium
dabo. Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, 15
& non vngeris oleo: & mustum, & non bibes vinum.
[15] Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus 16
Achab. & ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te
in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, [16] &
opprobrium populi mei portabitis.

regum Israel, eorumque acquieuisti consiliis, te quidem disperdam, & ciues tuos diuites in sibilum dabo, nam ferent opprobrium, quo ipsi pauperes affecerunt.

ARGVMENTVM.

OBIICIT populo Ierosolymitano ingratitudinem in Deum, tot, tantorumque beneficiorum auctorem: ostenditque rationem, qua illum placare valeat. Increpat diuitum auaritiam, & iniustitiam in tenuiores, & illis extremum supplicium comminatur captiuitatis.

COMMENTARIVS.

1 AVDITE.] Quibuscum loquatur in hoc capite Michæas non constat inter interpretes. Hieronymus, Haymo, Remigius, Hugo, & Dionys. significant ad Israelem, nempe ad decem tribus, sermonem institui: nam increpat eas, quod secutæ sint Amri, & Achab reges suos. Rupertus, Albertus, & Lyra ad omnes duodecim; cum beneficium commune omnibus exitus de Ægypto recenseat. Theodoretus tamen, & Montanus, Vatablus, & Robertus, ad Iudæam, & Ierusalem, nempe ad duas tribus existimant loqui Prophetam; quorum sententia mihi probatur magis, quod nihil cogat aliud sentire; & illud esse verum confirmet, quod supra in fine capitis tertii definiuimus ex sententia seniorum, quos refert Ieremias, sub Ezechia vaticinium emisisse Michæam contra Ierusalem, iam Israele ducto in captiuitatem. quare multo magis de hoc existimandum est, multo post esse factum. Obiicit autem Iudæis, tanta eos fuisse erga Deum ingratitudine; vt alienorum regum Amri, & Achab secuti fuerint idololatri[illegible]m.

2 *Contende.*] Constituit controuersiam inter Deum, & populum suum de ingratitudine; & qui litigat Dominus est: reus, qui vocatur in iudicium, est populus Israeliticus. Huius controuersiæ, & iudicii præco, aut denunciator est Michæas, & montes quidem, & colles, & fortia fundamenta terræ ex parte populi aduocantur vti rei. quo nomine accipiunt reges, & principes, ceterosque supremæ dignitatis homines, aut superbia elatos, ceterisque vitiis contaminatos, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Vatablus, & Robertus. Nam hac metaphora solitam Scripturam principes homines significare, qui fulciũt rempublicam, vti fundamenta, constat ex Psalm. 71. 3. *Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam*; Isai. 2. 12. *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur: & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos.* Habacuc. 3. 6. *Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi.* Sed idem Hieronymus, & alii eum secuti, intelligunt Angelos nostræ custodiæ deputatos; qui aduocantur, vt reddant rationem populi suæ curæ concrediti. Alii, vt refert ipse Hieronymus intelligebant priscos Patriarchas, Abraham, Isaac, & Iacob. Chaldæus per *montes* intelligit patres, per *colles* matres, quæ sunt radices fundamentorum terræ, quasi ipsi aduocentur de filiis suis rationem reddituri.

Montes, & colles proprie.

Sed in sua proprietate hic accipi *montes*, & *colles* asserunt Theodoretus, Isidorus, Montanus, & Robertus; & vsui Scripturæ valde consentanee, quæ in grauibus causis per quandam prosopopeiam introducit montes, & colles, cœlum, terramque, sensus, rationisque expertia, vt testificentur Dei iustitiam, & coarguant sua firmitudine, & constanti obedientia, hominum stupidorum inconstantiam, & ingratitudinem. sic Moses Deuteronom. 32. 1. *Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei.* & Isai. 1. 2. *Audite cœli, & auribus percipe terra.* & Montanus quidem putat Deum prius velle contendere cum montibus, & collibus de firmitudine, & constantia, vt sic grauius inuehatur in inconstantiam populi. Simplicius reliqui, conuocati montes, & colles, & fundamenta terræ, quæ adeo sunt perpetua, vt, si oculos haberent, possent vidisse beneficia populo illi collata, & eius ingratitudinem. Itaque aduocantur in testes, vel certe in iudices, vt vna cum Domino videant iustam, quam aduersus populum tuetur causam. Atque adeo particula את *eth*, quæ vertitur, *aduersus*, hic sumitur pro, *ad*, aut *lamed* articulo datiui casus, aut pro *coram*, vt Genes. 19. 13. *eo quod increuerit clamor eorum* את פני *eth pem ad faciem*, vel *coram Domino*: vnde hic *aduersus*, idem erit quod *contra*. Matth. 21. 2. cum dicitur, *ite in castellum, quod contra vos est*, id est, è regione, vel in conspectu vestro. quod Septuaginta hoc loco dixerunt, *iudicare ad montes*, & Pagninus, *ostende iudicium montibus.* & confirmat satis hunc sensum, quod subditur. *Audiant montes vocem tuam: audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel dyjudicabitur.* Tantum ergo disceptatio est cum populo, cui obiicitur exitus de Ægypto, & montes, & colles aduocantur, vt adsint Domino disceptanti, & iustam eius expostulationem comprobent. Fortia autem fundamenta, seu fulcra terræ ipsi iidem montes sunt, vt putant Vatablus, & Robertus, quibus tanquam fulcris sustinetur terra.

Montes, & colles testes, & iudices.

Aduersum pro coram.

Terræ fulcra montes.

3 *Quid feci.*] Montanus putat duo opponere Deum populo suo; alterum, cumulum beneficiorum cum ait. *Quid feci tibi?* ac cum admiratione legendum. Quid, quantumve boni, atque beneficiorum feci tibi: vt illud Exod. 14. 13.

Obiicit bona collata populo.

Attendite, & videte quid vobis Dominus facturus hodie est. cum contra omnes intelligant. *Quid-uam mali feci tibi?* aut, *quid boni non feci tibi*, aut vt Chaldæus. *Quid boni dixi me facturum tibi, quod non fecerim?* Alterum est, *aut quid molestus fui tibi, responde mihi?* Vel in quo fecite laborare, aut deficere præ lassitudine? aut quo labore te pressi, vt ait Hieronymus. Et de lassitudine, & labore perlato in custodia legis exponunt Montanus, & Robertus, quod præcepta, inquit, dederim tibi, quæ facere non poteris? Vel quod æquissimas leges, salutariaque præcepta summa cum lenitate, & clementia coniuncta, tulerim tibi? Vetus Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & ceteri, de molestia, & labore, quo populum Deus affecer t, male eum tractando, intelligunt; & nonde quouis: nam, vt optauit Rupertus, posset populus molestias referre, quas passus est, toties traditus in manus gentium. Sed de labore in exitu de Ægypto, quo solo multis beneficiis cumulato, & propterea ad arguendum repetito, vult modo conuincere populum: vt ipsa facit. Ideoque Chaldæus sic ait. *Aut quam infirmitatem granem multiplicaui super te?* quasi velit indicare illud ingens beneficium perpetuæ sanitatis, quam habuit populus per desertum; quia nullus fuit inter eos infirmus.

Obiicit nullum à quo liberauerit.

Sanitatem perpetuam opponit.

4 *De domo seruientium.*] עבדים bbabadim *seruorum. Domum seruorum* vocat; quam Latini *ergastulum*, Hispani, & Arabes *Mazmorra* durissimæ seruitutis nomen. *Seruorum* dixit, ipsorum Israelitarum, quod in Ægypto seruitutem seruissent; quam propterea Septuaginta, Chaldæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, & omnes vocant *domum seruitutis*. Quamuis Vatablus, Montanus, & Robertus, Ægyptiorum ipsorum seruorum exponant; qui seruilem conditionem hæreditariam à Cham susceperunt, cui Genes.9.15.dictum est: *seruus seruorum erit fratribus suis.* quo ostendat beneficii magnitudinem, cum educti fuerint è domo vilissimorum dominorum, qui sua essent conditione serui: quibus seruire vilissima erat seruitus.

Seruitus Ægypti cur dicta.

5 *Moysen.*] In summo beneficio numerat, quod tres illis duces præfecerit ad viam, fratres quidem, sed singulos in publico populi ministerio insignes: nam erant doctores, per quos populus cognosceret Domini voluntatem, vt dicunt Haymo, & Remigius, & Moses quidem Dux erat populi; Aaron, Sacerdos; Maria Prophetissa; vt notant Hieronymus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Et Moses quidem instituebat populum in iudiciis: Aaron Antistes expiabat populum ab etiatis, & in disciplina pietatis edocebat; at Maria feminarum erat magistra: ne ea Dei cura destitutæ putarentur; vt inquit Theodoretus. Sic Montanus ex Chaldæo sic efferente locum hunc. *Misique coram te tres Prophetas, Mosen, & Aaron, & Mariam Mosen ad docendum iudiciorum traditionem: Aaron ad expiandum populum: & Mariam ad illuminationem, seu eruditionem feminarum.* Quod beneficium si tanti facit Deus, vt ab illo populo suo iure postulet gratitudinem, quantam à nobis postulabit ob Christi ducatum, & Mariæ matris eius illuminationem?

Trium ducum beneficiũ quantum.

6 *De Setim.* Hebr. *de Setim.* Septuaginta vertecrunt *de schænis funibus*, & putat Hieronymus σχίνος legisse Septuaginta, hoc est, *lentiscum*, iuxta significatum nominis Hebræi, quod *arbores* significat, quas nos *spinam albam* dicimus, sed libraiorum errore factum est, vt σχοίνος, id est, *funes*, pro σχίνος, id est, *lentiscus* legerentur. Setim autem, auctore Hieronymo in 3. Ioel, locus erat iuxta Liuiadem trans mare Mortuum, sexto ab ea distans milliario; vbi quondam cum Madianitis fornicatus est Israel. Ex libro Iosue simul cum Iosepho constabit quis fuerit locus Setim. Iosue 2.1.dicitur. *Misit Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in Iericho*, & vers.23. *reuersi exploratores, transmisso Iordane, venerunt ad Iosue.* cap. 3.1. *Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra, egredientesque de Setim venerunt ad Iordanem*; quæ sic refert Iosephus lib.5. Antiq.cap.1. *Post Mosem sublatum Iesus mittit exploratores in Hierichuntem: ab Abila ad Iordanem sexaginta stadia castra promouit.* Ex quibus constat è Setim missos exploratores, & in Setim reuersos, vnde castra mouit: & venerunt ad Iordanem à Setim distantem sexaginta stadia, nempe septem milliaria cum dimidio; hoc est duas fere leucas.

Qui-se.

Iosephus.

Iam Galgala quis locus fuerit certum fit ex Iosue 4.19. *Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho. ibi posuit duodecim lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant.* ibi circumcidit secundo filios Israel, cap.5.3. & quia ibi *opprobrium Ægypti ablatum est, vocatum est nomen loci illius, Galgala*, vers.9. ibi *fecerunt Phase*, vers.10. *& comederunt de frugibus terræ, & cessauit manna.* hæc omnia eo loco refert Iosephus. *Exercitus*, inquit, *quinquaginta stadia progressus, ad decimum à Hierichunte stadium castrametatus est. Erant autem castra in loco, qui vocatur Galgala, voce libertatem significante. Transgressi enim flumium tandem se & ab Ægyptijs, & ab ærumnis in deserto exantlatis liberatos existimabant.* Cum ergo quinquaginta stadia sex milliaria cum duobus stadiis conficiant, & à Setim vsque ad Iordanem sexaginta numeraretimus, à Setim vsque ad Galgalam centum, & decem stadia computabantur, quæ faciunt milliaria tredecim cum sex stadiis, hoc est, tres leucas cum dimidia fere. Iam hic his duobus locis constitutis ad intelligentiam Prophetæ veniamus.

Galgala quis.

Galgala: cur on.

Popule mi, memento, quæso, quid consiliy ceperit Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim, vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. Et prior illa pars, quam indicet historiam compertum est, eam videlicet, quæ refertur Numeror. cap. 22.& 23.& 24. At posterior pars illa. *De Setim vsque ad Galgalam*, cuinam sit coniungenda, difficile est explicatu. Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysios exponunt de variis locis mutatis per Balaam, vt malediceret exercitui Dei protenso à Setim vsque ad Galgalam. At certe mutatio illa locorum, & maledictionum in benedictiones, non contigit à Setim vsque ad Galgalam, sed in extremis finibus Arnon, ante locum Setim, Num.22.36. & duxit eum in excelsa Baal, vt malediceret, v.41. deinde in montem Phasga, cap.23.14. insuper super montem Phogor, v.28. Hæc ergo loca in extremis Arnon erant versus Orientem. Deinde tunc exercitus consistebat in

Explica-tio.

Refutatio.

Setim,

Setim, vt constat ex dictis, & ex initio capit. 25. Numerorum: & nullomodo protendebatur vsque ad Iordanem, necdum ad Galgalam.

Secundo, aliis videtur hic locus intelligendus de insidiis, quas de consilio Balaam, in omni sua ditione vsque ad Iordanem parauit filiis Israel rex Moab; obiectis vanis in lucis feminis pulchris, quæ illos ad fornicandum allicerent, & ad adorandum idola sua. Constat enim Numer. 25. fornicatum populum cum filiabus Moab, cum moraretur in Setim, & initiatum fuisse Beelphegot. Deinde percussos fuisse Zambri principem, & Cozbi Madianitem fornicantes, à Phinees; & propterea vltio sumpta est de Madianitis, quinque regibus occisis, & maribus omnibus cum Balaam, Numer. 31. 1. & 8. & vers. 15. dixit Moses. *Cur feminas reseruastis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor? Ergo cunctos interficite, quicquid est generis masculini, etiam in paruulis & mulieres, quæ nouerunt viros in coitu, iugulate.*

...futatio. Verum ex his extremis verbis probatur falsa ista expositio: nam ante hanc vltionem sumptam de Madianitis, imo ante obitum Mosis non sunt mota castra de Setim. Ergo in Setim tantum fornicatus est Israel; & postea non licuit illi cum Madianitis fusis per ditionem fornicari; quia iam perierant omnes ante discessum è Setim.

...xposi- Tertio: Albertus refert quosdam putantes Setim esse iuxta montem Sinai, vbi, accepta lege, populus primo est præuaricatus, adorato vitulo: & Galgalá esse, vbi Saul vnctus est, qui primus ex regibus præuaricatus est: & à prima, ait, præuaricatione vsque ad vltimam, semper male operatus est populus, cum contra Deus illi benefecerit. *Repudia-* Sed neque Setim fuit locus, vbi adoratus est vitulus: neque Saul fuit vltimus præuaricator, sed maximus Ieroboam, cuius ratio hic habenda erat: neque hic agitur de vnctione Saulis.

Exposi- Quarto ergo Hebræi, quos refert Hieronymus, & Haymo, ac Remig. sic exponunt. Memoria repetite ab eo tempore, quo fornicati estis cum Madianitis in Setim, vsque ad illud, quo in Galgalis vnctus est Saul, quanta mala estis operati, & ego quanta bona; & cognoscetis quam fuerim in vos beneficus. *Reiicitur.* At certe de via tantum hic loquitur Deus, & profectione facta à Setim vsq; ad Galgalam, non de tempore, quo Saul vnctus est. nam obiicit illud insigne beneficium exitus de Ægypto, & introitus in terram promissam; his explosis interpretationibus.

Exposi- ...be- ...pre ...po- Quinta huius loci expositio vera est; quam tradunt Chaldæus paraphrastes, Vatab. Montanus, Isidorus, & Rob. & R. Salomon, quem refert Lyra. vt videlicet repetatur verbum; *memento de Setim vsque ad Galgalam, quanta in gratiam tui fecerit Deus.* sic Chaldæus. *Nonne egregia facinora edita sunt in gratiam tui à conualle Setim vsque ad domum Galgala, quo agnoscantur iustitiæ Domini?* Hæc facinora quæ fuerint, referuntur Ios. 2. 3. & 4. & 5. maxime illud traiectus Iordanis sicco pede. Vult enim Deus in memoriam reducere duo insignia miracula, quæ eadem erant beneficia; alterum transitus maris in exitu de Ægypto: alterum transitus Iordanis introitu terræ promissæ; quando abstulit Deus opprobrium Ægypti in Galgala. Addit, *vt cognosceres iustitias Domini.* Hoc est, misericordem me tecum fuisse, vt intelligunt Hieronymus, Havmo, Remig. Albertus: vel ad præsentem disceptationem refert, secundum Vatab. & Montan. vt scias, quam iusta sit causa, quam tueor. Verius Theodoretus, Lyra, Dionys. & Robert. vt scias fidelitatem meam in implendis promissis progenitoribus tuis: numquam enim me tua scelera retardarunt à complenda fide data illis, vt hinc discas eodem modo me tecum in præsenti habiturum. *Dei fidelitas in promissis implendis.*

Quid dignum.] Hebraice legitur. *In quo præoccupabo, seu præueniam Dominum, curuabo me Deo celsitudinis? Num præueniam in holocaustis, in vitulis filiis anni: Numquid complacitum erit Domino in millibus arietum, in decem millibus vallium pinguium? Numquid dabo primogenitum meum* (pro) *præuaricatione mea, fructum ventris mei* (pro) *peccato animæ meæ*: Tacitæ obiectioni occurrit, instruens populum qua ratione debeat præoccupare Deum, eum placando antequam puniat. Si forte aliquis dicat, cum quo munere veniam in conspectum Domini, vt eum placem? Hoc est. Nos quidem fatemur ingratitudinem nostram, nec volumus in iudicium venire cum Domino. Sed quanam ratione poterimus placare eum? Sub consultatione ponit tria genera sacrificiorum vt eligatur quod magis Deo videatur complacitum. Integra sacrificia, ex hostiis electioribus, nempe ex vitulis anniculis cornua producentibus, & vngulas, combusta: aut frequens, & assidua multarum victimarum oblatio: an pretiosissima filiorum capita deuouere sibi vult? noli enim vereri, quo gratiam eius ineamus, parcendum est: nam nec Abraham filio suo vnigenito, sacrificare iussus, pepercit, qui erat fructus ventris sui. Vnum est aduertendum, quod dixit Vulgatus: *in multis millibus hircorum pinguium*, Hebraice legi, in decem millibus שמן נחלי *nachal samen*; & nomen *Nachal* vallem, seu torrentem significat, vt Psalm. 109. 7. *de torrente in via bibet* Isa. 30. 28. *spiritus eius velut torrens inundans.* Psalm. 103. 10. *qui emittis fontes in conuallibus.* ita hoc loco recentiores transferunt: *in decem millibus torrentium olei*, aut *vallium pinguium*. & Chaldæus, *aut in torrentium olei myriadibus.* & Isidorus quidem, & alii intelligunt sacrificium *Minha*, hoc est, oblationem farinaceam ex adipe frumenti, & olei pinguedine confectam: nam valles pingues, frumento, oleoque affluunt; estque hyperbolica locutio: numquid volet, vt offeramus illi integras vallium pinguium myriadas, hoc est, multas frumenti, & olei oblationes? Vulgatus secutus est Septuaginta, qui verterunt, *in decem millibus hircorum pinguium.* quasi ex pingui vallium pastu copiam hircorum in illis pascentium intellexerint. 7

Tacitæ obiectioni respondet.

Nihil non faciendum quo placetur Deus.

Valles pingues offerendæ Deo.

Vel hirci pingues.

8 *Indicabo.*] Hebraice est, הגיד *higid indicauit*, seu *annunciauit tibi homo quid bonum*: Chaldæus; & Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem cap. 16. videntur *hominem* facere suppositum verbi, annunciauit, quasi dicat: homone aliquis indicauit tibi quid boni faciens places Deum? minime sane; nisi homo Christus, vt vult Tertullianus, qui sic legit *si annunciauit tibi homo quid bonum*: & Chaldæus. *Num annunciabit tibi homo quid bonum sit.* Sed alii nomen *Adam*, vel *homo* vsurpant pro ipso Propheta: & verbum pro præsenti, aut futuro accipiunt, vt dicat. Annunciat tibi; aut annunciabit tibi

Tertull. Lectionis vario.

De Propheta loquitur.

populе, homo, qui potest, afflatus Spiritu Dei, nempe Michæas Propheta Dei, quid sit bonum, quo placere possis Deo. Atque iuxta hunc sensum dixit clarius Vulgatus. *indicabo tibi homo quid sit bonum.* Theodoretus, Vatablus, & Rubertus, sic exponunt, *annunciaui tibi homo, Dominus quid bonum?* nempe in lege, & Prophetis: nam Septuaginta verterunt, *annunciatum est tibi homo quid sit bonū.* Sat sunt præcepta eius explicata, & in promptu expedita, ait Theodoretus, & Hieron. quid quærat Deus, iam ante in lege monstrauit. Deut. 6. & 10. 12. *& nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum,* &c. & Samuel 1. Reg. 15. 22. *Numquid vult Dominus holocausta, & victimas, & non potius, vt obediatur voci Domini? melior est enim obedientia quam victimæ.* Itaque satis compertum est tibi ex lege, & Prophetis, quidnam bonum velit Deus sibi præstari magis, quam holocausta, & victimas; & ego Propheta Dei nunc eius nomine indicabo.

In lege & Prophetis indicatum est bonum.

9 *Et quid.*] Hebraice; *Et quid Dominus requirit à te, nisi facere iudicium, & amare misericordiam, & humiliare te ad ambulandum cum Deo tuo?* ita cum interrogatione Septuaginta. *Aut quid Dominus quærat à te, nisi vt facias iudicium, & diligas misericordiam, & paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo?* & Chaldæus. *Quid vero Dominus requirit à te, nisi vt iudicium veritatis exerceas atque diligas misericordiæ retributionem, & sis humilis ad ambulandum in timore Dei tui?* Sic quoque Tertul. *Aut quid à te, ait, Dominus exquirit, quam facere iudicium, diligere misericordiam, & paratum esse sequi Dominum Deum tuum?* denique Vat. & Rob. ita adducunt. Tri hominis officia in seipsum, in proximos, in Deum, tribus illis declarat, iudicio, misericordia, & solicitudine. *facere iudicium* exponunt Hieron. Haymo, Remig. Albertus, & Dionys. Ex discretione operari, omnia aggredi cum consilio, & prudentia iuxta legem Dei. Theodoretus, Lyra, Dionys. Vatab. Mont. & Rob. volunt *iudicij* nomine significari erga proximos iustitiam, & æquitatem, vt nemo lædatur, sed vnicuique seruetur ius suum. Verius mihi videtur a Ruperto explicatum, vt *facere iudicium* sit præuenire iudicium Dei, nosmetipsos iudicando antequam iudicemur à Deo: *nam si nos metipsos iudicaremus,* ait Apostolus 1. ad Cor. 11. *non vtique diiudicaremur.* ita facit iudicium, qui quasi index sedet in tribunali; & semetipsum coram statuit vt reum; & præterita omnia scelera expendit, ac contra se ipsum fert sententiam, & pœnam infert, qua satisfaciat Deo; de suis sibi eripiendo, vnde Tertul. *facere iudicium* explicat illud, *vende quæ habes.* Sic intellexisse Prophetam constat, qui quærenti qua re possit placare Deum, respondet, hac præcipue, vt primum faciat iudicium, vt resipiscat, & puniat commissa delicta. Deinde vt liberalis, & misericors sit in pauperes, idque ex amore beneficentiæ; hoc est illud Christi, vt notat Tertul. *& da pauperibus:* de quo omnes conueniunt interpretes.

Tribus placatur Deus.

Iudicium facere est seipsum diiudicare.

Misericordia in pauperes. Pietas in Deum.

Tertium addit, *& solicitum ambulare coram Deo tuo,* quod spectat ad pietatem in Deum. Verbum Hebræum הַצְנֵעַ *Hatsneang.* Septuaginta verterunt *paratus sis.* Theodotio significantius. *& caue diligenter vt ambules cum Deo tuo.* Quinta editio, *agere solicite.* Tertul. explicuit, *paratum esse ire cum Deo suo:* quod est illud Christi, Lucæ 18. *& sequere me.* Est autem proprie se præ animi summissione, & modestia abscondere. Estque seruorum, qui cum liberaliter seruiant, nihil tamen sibi magnum ob eam rem arrogant; sed dominorum gratiam reuerentia, & modestia, perpetuaque obseruantia promereri student. Hoc est, salutem suam cum timore, & tremore operari, vt Paulus ait, & huiusmodi serui sunt, quibus dixit Christus Lucæ 17. 10. *Cum feceritis hæc omnia, dicite, serui inutiles sumus.* in hac significatione dictum est Prou. 11. 2. *& cum humilibus, seu cum his, qui se abscondunt ob nimiam humilitatem, sapientia.* quod dixit Vulgatus. *Vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.* sic modo ait; & humilies te ambulando, vel cum ambulas cum Deo tuo. Hoc est, vt incedas humili, & summisso animo, cum colis Deum, & præcepta eius obseruas; quod dixit Chaldæus, *vt sis humilis ambulando in timore Dei tui.* Ambulare autem cum Deo vocat, per omnia Deo factori obtemperare, vt ait Theodoretus, illumque imitari, & ita ambulare sicut Christus ambulauit, vt dicit Hieron. denique Dei voluntati acquiescere, & Deum sequi, vt exposuit Tertul. applicans his tribus documentis illud Christi dictum Lucæ 18. *Vende quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me:* quæ homo Christus Iesus annunciauit nobis.

Humilitas quærenda in cultu Dei.

Ambulare cum Deo quid.

Tria Christi documenta.

10 *Vox Domini.*] Hieronymus dicit in Hebraico his verbis inchoari caput, licet in Septuaginta præcedentis capitis finis contineatur. Existimant autem Hieronym. Haymo, Remig. Hugo, Vatab. & Rob. ad ciuitatem Samariam fieri sermonem: sed Rupertus, & iidem Vatablus, & Robertus ad Ierusalem putant hanc vocem proferri: quæ sententia iuxta ea, quæ diximus initio capitis, vera est. & *vocem Domini,* intelligunt omnes vocem Prophetarum, aut ipsius Michææ, per quem clamat ad ciuitatem. & Hieronymus quidem Rupertus, & Dionys. ad superiora hæc primo referunt. Hæc quæ dicta sunt Dominus per suum Prophetam intimat ciuitati Ierusalem, vt sciat qua ratione debeat placare Deum. Qui timuerit nomen Domini, ex ciuibus eius, & obtemperauerit voci Prophetæ, salutem consequetur. Sed Hieronymus ipse, Theodoretus, Haymo, Remig. & ceteri omnes cum sequentibus coniungunt, quasi exordiatur nouam litem aduersus peccata in proximū. Dominus adhuc clamat per suum Prophetam aduersus Ierusalē, vt eius peccata in proximum increpet: qui timore Domini ductus resipuerit, saluus erit: ceteri sine dubio peribunt; apud quos nulla iudicii ratio, nulla misericordiæ, nulla solicitudinis. Sic fere explicant omnes, secuti Vulgati, Septuagintaque lectionem.

Ad Ierusalem.

Noua lis contra peccata in proximos.

Est tamen in primis aduertendum, quibusdam visum esse pro לָעִיר *Lahhir ad ciuitatem,* legendum לְהָעִיר *lahahhir,* vt sit infinitiuus cum defectu ה, *ad suscitandum eos,* vt conuertantur. Sed omnes interpretes veteres, & recentiores intellexerunt clamorem esse ad ciuitatem; & vt ciues conuertantur. Deinde quod sequitur sic habet in Hebræo. & תוּשִׁיָּה *thusihah, videbit nomen tuum.* & nomen illud sapientiam significat; vt Iob 12. 16 *apud ipsum est fortitudo, & sapientia.* & 26. 3. *& sapientiam tuam ostendisti plurimam.* Verbum autem יִרְאֶה *ireh* infinitiuum, quidam deducunt à *iarah* timebit, quidam a *raah* videre; & in hunc loco

Ratio lectionis.

... *sapientia videbit nomen tuum:* quod est, vt sapientes habent præ oculis nomen tuum, & habebunt rationem honoris nominis tui, quasi dicat. Clamant quidem Prophetæ, at soli sapientes, & qui cordati sunt, verbo Dei audito gloriæ illius afficiuntur, & hortantur ceteros ad resipiscendum. Chaldæus dicit; *& doctores timent nomen Domini.* nam rationem habent nominis & gloriæ Domini, qua ratione sibi comparat salutem.

Tribus. Nomen מטה *mateh, virgam* proprie significat, aut baculum, cui quis innititur. Num. 17. 2. *accipe ab eis virgas per cognationes suas, a cunctis principibus duodecim virgas.* Isa. 10. 24. *& virgam, seu baculum suum leuabit super te.* Ezech. 19. 12. *flatum virga.* Atque hoc modo legunt recentiores omnes. *Audite virgam, & quis approbauerit, constituerit, aut intentauerit eam.* Hanc virgam Propheta ... ad ciuitatem, ... vltionem, & enim, qui ... minatur. Aut, secundum Vatab. Vir sapiens ... mar, ... hortatur ceteros, inquiens, ... eidem ... impiæ ad e... , quæ ... minatur vobis Propheta, & ... quo ... Videte quæ mala vobis immineant, & à quo. Deinde per metaphoram pro tribu nomen acceptum est, quod ex vna arbore ... ex vno homine multæ ... multæ & tribus. Num. 31. 5. *mille per tribum, & mille per tribum,* id est, mille viri de singulis tribubus eligantur. Iosue 14. 2. *de tribu Iuda.* in hac significatione acceperunt hic LXX. Vulgatus, & Chaldæus cum dicat, *audite rex, & præfecti, residuusque terræ populus.* & est sensus Prophetæ loquentis aut timentis nomē Domini; Audite qui estis è tribu Iuda, supplicium, quod vobis comminor: quis enim nisi Iudæi vestram impietatem probabit, aut effari poßit, cum adhuc æstuent domus vestræ auaritia, inimicitiæ, ac rapinæ flagitijs? Hieronymus, Haymo, Remig. cum ceteris, ad decem, vel duodecim tribus sermonem fieri dicunt; Audite tribus, quæ Dominus testificatur; & quis est, qui eiacquiescat, & opere exequatur, quod præcepit; Vel vt exponit Rupertus. Audite decem tribus opus ... , quod nunc in iudicio Domini arguitur. quod nemo probus approbabit; Vel nemo nisi improbus approbabit. Sed cum nomen *tribus* sit singularis numeri, non de decem tribubus, sed de vna, aut altera hic dicitur. Audite qui estis ex tribu Iuda, & Beniamin, flagitia vestra, quæ nemo sane approbabit: Vel supplicium vestris flagitijs debitum, & a Domino approbatum, & denunciatum.

12 *Adhuc.* In Hebræo dicitur. *Adhuc* האש *haes domus impij ithe auri iniquitatis.* & si אש scribatur, significat ignem, vt Septuaginta, & Vulgatus legerunt, & R. Ioseph, qui exponit, Adhuc, pro omnibus domibus ignis erit in domo impij propter thesauros impietatis. Vel, adhuc post monita, manent thesauri impietate comparati, qui veluti ignis eos consument. Chaldæus, & omnes recentiores acceperunt האש pro יש *haes, est,* cū admiratione. *Adhuc nec est dom' impij thesauri iniquitatis:* hoc est, audita voce Prophetæ perseuerat adhuc domus impij cum thesauris iniquitate congregatis? Vel in domo impij perseuerant thesauri iniquitatis, & Epha deficiens detestabilis Domino? Alius ex Hebræis accipit איש *u vir,* & exponit. *Adhuc vir nobilis in ciuitate suam retinet impietatem,* id est, thesauros impie acquisitos, post ... vocem clamoris Prophetæ; quod dixit ... *Adhuc ignis in ...atis in domo ... persueuerat: & mensura minor, ... ira..., &c.*

13 *Iust... cabo.* ... numquid poterit ... iustam ... impietatis, aut sacculum ponderum dolosorum? nempe maius ad emendum, & minus ad vendendum, contra legem Deuteronomij 25. 13. *Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus.* Hebræum verbum האזכה *ezakeh* passiue legitur. *Num immunis ero, aut mundus ero, cum bilancibus iniustis, & cum sacculo lapidum dolosorum.* ... loquitur ... in sua persona de alijs. Potestne aliquis esse ... & mundus coram Deo, habens in domo sua stateras iniustas, & pondera dolosa? Non quod ... dixerunt ... *iustificabitur in statera iniqua.* & Chaldæus. *Numquid iusti habebuntur in stateris iniquitatis, & in sacculo, in quo sunt pondera maiora, & minima:* Cum ... diuites impleuerunt domos suas opibus iniuste partis. Hi enim nequaquam poßunt iustificari. Ideirco ego te percutiam vsque ad ægrotationem, & desolatum reddam te propter peccata tua.

14 *Humiliatio.* Seu *depressio tua in medio terræ tuæ,* deprimeris ab hostibus antequam ducaris in captiuitatem, vt explicant Lyra, Vat. & Rob. Vel in medio diuitiarum tuarū, quibus beatum ... videbaris, miserrimus eris, cum ab hostibus depulsus eris, vt vult Montanus. Vel tuæ afflictionis causa, tua culpa est, quam habes in medio cordis tui, ob quam accidet tibi, vt ... quas hostem capturum ducentem filium, & non poteris eum eripere, & si eripueris, non euadet gladium, ita Salomon, & Lyra. Verum quia pœnam, qua affligendi sint Iudæi, minatur, & omnibus bonis temporalibus, quibus maxime fidebat ille populus; & in maximis numerabat habere filios, non immerito hæc verba intelliguntur de productione filiorum, quasi dicat. Ego te faciam duci in captiuitatem, vbi comedes, & non saturaberis, adeo, vt in medio vteri tui sentias depreßionem, & plagam tuam: nam id, quod comederis, vt ait Chaldæus, erit tibi in infirmitatem in vtero tuo. nam apprehendes vxorem tuam, & non generabis, & si quem conceptum salutum habueris, gladio dabo. In Hebræo est tertia persona, & apprehender vxor semen iniectum à viro, & non emittet conceptum salutum, & vitium, non concipiet vxor, & non pariet; & si quos pepererit, occidentur ab hoste. Sic exponunt Hebræi Abenesdra, Kimhi, & Pagni. Vatab. Montan. & Rob. & non inepte. Nam magna pars flagelli est, carere filiis: deinde, quia reddit rationem humiliationis natæ ex eo, quod non sint saturati cibo; nempe debilitatem, aut infirmitatem virtutis generatiuæ; & quia Hebræa verba hanc infirmitatem explicant, cum dicunt. *& apprehendet, & non emittet, & quos emiserit gladio dabo.* nempe apprehendet semen, sed non poterit emittere fœtum in lucem, nisi abortum, & si quem fœtum emiserit, peribit hostis gladio.

15 *Et custodisti.* Quamuis ad decem tribus Israel sermonem esse velint Hieron. & ceteri fere omnes. At ex mente Theodoreti, & Mant. ad Ierusalem loquitur Deus; cuius scelus eo grauius ostendit, quo imitabatur mores, & idololatriam eorum

[Marginal notes:] ... damnatur. — Expositiones multiplices. — Sensus verior. — Imitati regum idololatriam vinentur.

eorum; à quibus animo, & voluntate diffidebat. Nam cum Ambri, & Achab fuerint instauratores idololatriæ præteritorum regum, cædibus frequentibus pene extinctæ; adeo eorum institutis adhæserunt Ierosolymitæ, vt pluris fecerint singula eorum præcepta, quam Dei. de vtroque autem rege Amri, & Achab dicitur 3. Reg. 16. operatos esse malum in conspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eos, & ambulasse in omni via Ieroboam. Horum ergo mores, quia imitati sunt Iudæi, deuenerunt in mala supradicta. Sunt tamen qui per futurum hæc explicent. Nihilominus, his omnibus pœnis afflicti non conuertemini, quin potius per omnia imitabimini mores, & studia, & peruersa opera duorum regum Israel sceleratissimorum [illegible] meis interim præceptis abiectis; quo vos tandem perdam, vrbis magistratus, & ciues eius in sibilum dem.

16 *Et opprobrium.* Ad diuites, & magistratus videtur loqui: & vos peiorem partem populi portabitis, quia quo sceleratiores culpa, eo magis in

Potentes potenter puniti.

A pœna affligemini. Vel [illegible] [illegible]rum quod cōminatus sum populo me[illegible] peccaret. Deu. 28. 36. *Deut. Ducet te Dominus, & regem, quem constitueris super te, in gentem quam ignoras tu, & patres tui, & seruies ibi diis alienis, ligno, & lapidi, & eris perditus in opprobrium, & fabulam omnibus populis.* & hoc est quod iudicarunt LXX cum dixerunt, *& opprobria populorum acceperunt.* Vel secundum Montan. Vos principes, qui populo meo aucto es malorum fuistis, probris eius, contumeliis, dir[illegible]que imprecationibus afficiemini. Vel tandem iuxta Vatab. Isidor. & Rob. quemadmodum populum meum, nempe tenues, & pauperes, & orphanos vos oppressistis, & probris affecist[illegible]: sic & vos ab hostibus opprimemini, & probra fer[illegible]nam [illegible]a-

B dem pœna, & grauiori plectemini [illegible]ua affecistis populum, qui meæ curæ est commissus, cuiusque ego suscepi patrocinium, vt i di[illegible] I[illegible] .35. *mihi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.*

Pauperum cura Dei.

***

MICHÆÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

HEV miserum me, cui post tot clamores id accidit quod accidere solet [1] colligendis in æstate spicas a messoribus relictas, & racemulos prætermissos a vindemiatoribus. Vt enim hic nullum inuenit [2] botrum esui aptum, ita nec ego in vniuerso populo inuenio virum vera pietate maturum, cuiusmodi multos ego [3] desiderabam, eximios virtute, qui ita placerent Deo, vt placent primi fructus illi oblati. Nam neminem offendes, qui humanitatem in alios exerceat, neminem virtutis zelatorem: siquidem omnes [4] parant insidias iusti sanguini, cum vnusquisque fratrem suum, vt aucupes auiculam, capere nitatur, vt enecet. Quid dicam de magistratuum auaritia? [5] Malum quod præ manibus habent, vt faciant, dicunt esse bonum, ac vtile reipublicæ, ac proinde perficiendum: atque ad id princeps postulat censum sibi donari pecuniæ: & [6] iudex iuuat in illo reddendo, dum eum a subditis extorquet; & [7] magnates sua auctoritate commendantes principis postulationem, & iudicis extorsionem, sibi quoque bene cessuram, explicant prauitatem optatam cordis sui. Ita tres hi rem illam vnam praue susceptam [8] perturbant, implicantque, vt quasi iustam ostendant, simulentque. [9] Optimus inter eos quasi paliurus pungit, & qui rectissimus est, quam sepes spinosa asperior est. Et quid de aliis sperandum? [10] Adest propediem tempus, quo pseudoprophetæ tibi felicia omnia promittebant ò Ierusalem, tempus inquam, captiuitatis, in quo visitaberis: tunc certe illi, qui iam strenue Reipublicæ curabant vtilitatem, ita perplexi erunt, vt nullum suffugium inueniant. Nam adeo perturbabuntur omnia, vt neque [11] amico suam salutem quis credat: neque ducis curæ confidat; neque vxori suæ audeat aperire modum, quo statuat se seruare. Sed quisque suæ salutis curam suscipiens, adeo effugium malorum perquiret, vt ne patri quidem filius honorem debitum tribuat, neque filia matri legitimum officium præstet, neque nurus socrui: denique qui intra vnam domum erunt, sibi inuicem inimicati [illegible] g[illegible]ent & vix propriam salutem procurabunt. Et hi qui[illegible] in tali erunt affecti perturbatione. [12] Ast ego, & qui meum [illegible]u erit sequi consilium, attentissimos ad Deum oculos conuertemus, eumque expectabimus saluatorem, & eum spei fructum referemus, vt nos exaudiat, & [illegible] t[illegible]ta eruat calamitate. Quamobrem tantum patr[illegible] hab[illegible]nti non est cur mihi insultes [13] inimica Id[illegible] mea in [illegible] N[illegible]n [illegible]st [illegible]uam ia ue[illegible] ten[illegible]is

CAP. VII.

| VÆ mihi, quia factus sum [1] sicut qui colligit in 1
autumno racemos vindemia: non est [2] botrus
ad comedendum; [3] præcoquas ficus desiderauit anima
mea. ‖ Periit sanctus de terra, & rectus in hominibus 2
non est: omnes [4] in sanguine insidiantur, vir fratrem
suum ad mortem venatur. [5] Malum manuum suarum 3
dicunt bonum: princeps postulat, & [6] iudex in reddendo
est: & [7] magnus locutus est desiderium animæ suæ,
& [8] conturbauerunt eam. | Qui [9] optimus in eis 4
est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe.
[10] Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit
vastitas eorum. [11] Nolite credere amico: & nolite 5
confidere in duce. ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi
claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, 6
& filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus
socrum suam: & inimici hominis domestici eius.
‖ [12] Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum 7
saluatorem meum: audiet me Deus meus. | Ne læteris 8
[13] inimica mea super me, quia cecidi: consurgam cum
sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domi- 9
ni portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet,
& faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo
iustitiam eius. ‖ [14] Et aspiciet inimica mea, & 10
operietur confusione, quæ dicit ad me: vbi est Dominus
Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem
vt lutum platearum. ‖ [15] Dies vt ædifi- 11
centur maceriæ tuæ, in die illa longe fiet lex. In die illa, 12
& vsque ad te veniet de Assur, & vsque ad ciuitates munitas:
& à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad
mare de mari, & ad montem de monte. ‖ Et terra erit 13
in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum
cogitationum eorum. ‖ [16] Pasce populum tuum 14
in virga tua, gregem hereditatis tuæ habitantes solos in
saltu, in medio Carmeli pascētur Basan, & Galaad iuxta
dies antiquos. ‖ [17] Secundum dies egressionis tuæ de 15
terra Ægypti, ostendam ei mirabilia. [illegible]idebunt gentes, 16

obtuta

[illegible] D[illegible] quilux [illegible] est [illegible] Pœnam mihi [illegible] iratus Deus, æquo etiam animo; quia me[illegible] peccata mea, donec causam meam agat, & vlcisca[illegible] meis. Nam [illegible] quod me eximet [illegible] captiuitatis in lucem [illegible] veritatis, qua posita cape[illegible] quam iustitiæ sit Dominus in suis præstandis promissis [illegible] tunc inimicam a Idumæa [illegible] videbit, inuita [illegible] Dominus ne pro[illegible] cutus sit fauores & confu[illegible] [illegible]

& confundentur super omni fortitudine sua. ponent ma-
num super os, aures eorum surdæ erunt. ¹⁷ *Lingent* 17
puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturba
buntur in ædibus suis: Dominum Deum nostrum formi-
dabunt, & timebunt te. ¹⁸ *Quis Deus similis tui,* 18
qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum
hæreditatis tuæ? non immittet vltra furorem suum, quo-
niam volens misericordiam est. ¹⁹ *Reuertetur, & mise-* 19
rebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & proiiciet in
profundum maris omnia peccata nostra. ²⁰ *Dabis veri-*
tatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti pa- 20
tribus nostris a diebus antiquis.

[illegible] Iudææ iam munitas, & instauratas quas omnes vsque ad flumen [illegible] Me[illegible] queadmodum tempus [illegible] editum Sionem. Et terra [illegible] quæ [illegible] desolabitur [illegible] eius habitatores propter mala eorum opera. In[illegible] populi [illegible] qui [illegible] hæreditati [illegible] Chaldæo [illegible] quas [illegible] pasces inquam [illegible] in Basan, & Galaad, [illegible] antequam è terra sua pelle[illegible] Respo[illegible] quemadmodum [illegible] Ægypto, ita [illegible] de Babylone [illegible] mirabilia, quæ [illegible] non valuerint impedire, & [illegible] præ stupore, nec [illegible] lingent terram, quam [illegible] & [illegible] Iudæis redeuntibus cedant [illegible] Dominum Deum nostrum [illegible] Quis [illegible] ergo [illegible] pro tanto beneficio [illegible] iniquitatem, & præterea [illegible] reliquiarum redeuntium e ca[illegible] perpetuo, quoniam diligis misericordiam, redibis ad nos, & misere[illegible] iniquitates nostras, & [illegible] in profundum maris omnia peccata nostra, nusquam [illegible] tanquam verus & fidelis ¹⁹ præstes populo tuo Iacob omnia bona, quæ ex misericordia [illegible] Christum, sicut olim iurasti patribus nostris.

ARGVMENTVM.

DOLET Propheta parum se suis concionibus profecisse, cum nullum reperiat iustum: minatur malum captiuitatis Babylonicæ. & ex ea liberationem, ac felicem editum promittit.

COMMENTARIVS.

A *Sicut qui colligit.*]Hebræa sic habẽt. *Væ mihi, quia fui sicut collectiones fructuum æstiuorum, sicut racemationes vindemiæ.* diximus nomen קיץ *Kayts* Amos 8. significare fructus, qui æstate siccantur. Vnde hoc loco duas agnoscunt similitudines Septuaginta cum dicunt. *Væ mihi, quia factus sum, sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut racemos in vindemia.* & Chaldæus exponens, *Ecce sicut fructus æstiuales, sicut racemi post vindemiam.* & recentiores omnes interpretes: quas duas similitudines in Vulgatæ editionis lectione implicatas sic subdistinguit Montanus. *Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit.* subaudi, in æstate relictas in messoribus spicas: *Sicut quærens in autumno racemos vindemiæ.* Dolet Michæas, si Alberto credimus & Roberto, post captiuitatem ad eam solitudinem terram redactam, vt nullus reliquus sit, qui Dei cultum, suamque salutem, ac proximi vtilitatem curet. Verius reliqui omnes; deflet suam sortem, quod oleum, & operam perdiderit; nam cum potuisset inuenire pios aliquot, qui Dei nominis gloriam curarent; & suas agerent partes, post tot exhortationes, adeo tarum offenderit pium aliquem virum; vt acciderit sibi, quod accidit illi, qui relictas spicas colligit post messem; & qui transacta vindemia, relictos excipit racemulos. nam ita Iudaicam rempublicam omni viro bono destitutam deplorat; vt nullus sit qui ratione, legeque ducatur. Itaque de republica Iudaica adhuc perseuerante loquitur. Sed quæ ad extremum sceleris peruenerit, cui nihil, nisi extremum supplicium timendum sit. Potest & Vulgatæ lectio cum ceteris conciliari commodius, si cum Zeugmate sic distinguamus. *quia factus sum sicut qui colligit in autumno.* & repetendo, *sicut qui colligit racemos vindemiæ.* nam nomen *Kayts* transtulit *autumno*, significans fructus æstiuos, qui colligi solent in initio autumni; deinde adiicit *racemos vindemiæ.*

2 *Botrus.*] Persistans in metaphora colligentis racemulos post vindemiam, dicit; non inuentum esse in vinea vindemiata vnum botrum, hoc est, vnum virum probum gustui suauem, iuxta Chaldæum, Hieron. & ceteros. Albertus explicat, nullam esse bonam congregationem; Rob. nullam

B doctrinam sanam, qua alatur animus. Recte porro Lyra, Rupertus, & Montan. quia dicitur, *non est botrus ad comedendum*, explicant, esui aptus. Nam sicut vel ob tardum ortum acerbi botri viti adhærentes, vel ob nimiam maturitatem, vel imbrium superuenientium corrupti, putridique inueniuntur relicti: ita homines pietatem simulantes suo tempore se inuenisse indicat; aut languidos, tumidosve, aut nimia superstitione imbutos, sed nulla vera virtute præditos.

Botrus ineptus esui simulans virtutem.

3 *Præcoquas.*]Hebraice *primitiuum desiderauit anima mea.* Nempe ficum, aut fructum. Hieronym. Haymo, Remig. Albertus, Hugo, & Dionysius ficus immaturas, & insuaues explicant; quasi dicat. Panem quærebam, & cũ non inuenissem, præ famis

C magnitudine quisquilias saltem, aut furfures requirebam, & nec hæc inueni. Verum cũ nomen Hebræum *biccurah* in bonam partem sit vsurpatum Oseæ 9.10. cum dicitur. *Quasi vuas in deserto*

Præcoquæ ficus quæ.

inueni Israel, quasi prima poma ficulnea. Hebraice; *tanquam becurah primitiuum in fico.* ideo verius alij accipiunt pro primitiis, quæ solent haberi pro optimis fructibus, & suauissimis. Et Montanus quidem ex prædicto loco Hoseæ probat nomine boe, desiderasse priscos illos Patres insignes pietate Patriarchas, Abraham, Isaac, & Iacob, & seniores primos terræ possessores, qui sub Iosue vixerunt; de quibus dicitur Iosue 24.31. *Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosue, & seniorum, qui longo vixerunt tempore post Iosue, & qui nouerāt omnia opera Domini, quæ fecerat Israel.* Inter has præcoquas ficus, quæ prima æstate maturescunt, & gratissimæ, ac suauissimæ sunt, senatum desiderat Michæas; vel certe vt renouaretur, ac restauraretur aurea illa ætas. Robertus desiderare ait Prophetam suauissimos fructus, hoc est sanam illam, puramque doctrinam, qua ali possit animus. Isidorus putat optasse Prophetam fructus primos anni venturi. Hoc est, alios mores, quoniam illius præsentis anni nihil erat reliquum esui aptum.

Michæas optat patrum priorum ætatem.

Theodoretus, Lyra, & Vatab. cum Chaldæo recte, probos viros, eximios virtute intelligunt desiderari à Propheta, qui ita præstent ceteris pietate ad placendum Deo; vt placent illi primitiæ fructuum; quæ vt primæ omnium, ita optimæ, ac suauissimæ solent esse. Itaque non temporis conditionem respicit similitudo, sed fructuum: vt illis similes viros inquirat; cum sane nullus reperiatur. Vnde subdit. *Perijt* חסיד *Hasid liberalis*, seu *misericors*; qui humanitatem in alios exerceat. Septuaginta dixerunt, *pius, aut reuerens, & rectus in hominibus non est*, qui virtutis, & æquitatis vindices sint, & Zelatores. quos Septuaginta dixerunt *censores*, cum dicunt; *& qui corrigat in hominibus non est.*

Quæruntur viri insignes pietate.

Censorum defectus ploratur.

4 *In sanguine.* Iam quod in vniuersum dixerat, explicat singillatim. En qua ratione dixerim nullum reperiri misericordem, sed omnes humanitatem exuisse; quia omnes sanguini insidiantur, hoc est, vt Chaldæus exponit; *omnes parant insidias sanguinis iusti effundendi causa.* Sic etiam Hieron. Theodoretus, Rupertus, Lyra, Dionys. & Montanus: sed nomine *sanguinis* opes ad sustentationem necessarias, quę vti nutrimentum in sanguinem conuertuntur intelligunt Albertus, Vat & Rob. Sed quod sequitur. *Vir fratrem suum ad mortem venatur.* explicat priorem sententiam de cæde. Hebraice, *Vnusquisque fratrem suum venatur reti.* Hyperbolica locutio est, qua significat anxium animum capiendi fratrem, non dissimilem aucupis, qui reti parato auiculam capere conatur. *ad externinium venatur*, explicuit Chaldæus. Ferream suæ ætatis hominum conditionem describit Propheta, qualem Ouid. lib. 1. Metam. cum dixit.

Homicidas accusat.

[illegible] tas ferrea.

Ouidius.

> *In quarum subiere locum fraudesque, dolique,*
> *Insidiæque & vis, & amor sceleratus habendi:*
> *Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,*
> *Non socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.*

5 *Malum.* De communi populi facinore hactenus locutus, iam de principum, & magistratuum auaritia incipit agere. Atque Hebræa sententia sic habet. *Super malo manuum ad bene faciendum princeps postulat, & iudex pro retributione, & magnus loquitur peruersitatem animæ suæ ipse, & triplicauerunt eam.* Docet rationem quam seruabant Princeps, Iudex, & Magnas ad extorquendum aliquod precium, v[illegible] mu[illegible] al[illegible] batur iudicium Nam princeps[illegible]od opus præ manibus se habere fingit, ad quod bene faciendum, seu perficiendum, se [illegible] subditis debere prædicat, & reip[illegible] postul[illegible] aliquod precium sibi dari: & iudex, se[illegible] iudicat pro illius precij retributione d[illegible]ns, rationi, legibusque esse [illegible] [illegible]re[illegible] ipem in re tam vtili reipublicæ, & ipse ex[illegible] mandat principis decretum; eique morem gerens, extorquet a subditis de[illegible] centum: & ipsi magnates effutiunt corruptum de[illegible] voluntatis suę, & huic rei [illegible] [illegible]ndę ann[illegible]unt, ac suis verbis commendant, sibi partem ce[illegible] [illegible] sperantes. Ita tres hi, quasi tribus funiculis comp[illegible]catis, adornant, triplicant, & corrob[illegible]ant rem hanc, vt æquam ostendant esse, quæ iniqua est; iustam, quæ iniusta. Hunc sen[illegible] [illegible] nobis verba Hebræa; & Chaldæus, Lyra, [illegible] vt Vat. Montanus, & Robert. quamuis in singu[illegible]orum aliquorum verborum intel[illegible] [illegible] differant. Ad hunc sensum Vulgatæ interpretatio proxime accedit, cum dicat. Malum opus quod præ manibus habent, vt faciant, d[illegible]unt esse bonum, atque perficiendum: & ad hoc princeps postulat centum pecuniæ sibi dari: & iud[illegible] [illegible] in reddendo censu illo principi, du[illegible] [illegible] subditis extorquet: & magnus, qui est inter c[illegible], explicat peruersum desiderium animi sui, [illegible]dans postulationem principis, & iudicis extorsionem: & ita conturbauerunt tres hi, aut implicuerunt rem illam; nempe iniustam postulationem, & extorsionem, tanquam æquam, iustamque suis laudibus commendantes, & contegentes. Iam singula verba expendamus.

Pri[illegible] iudex [illegible] mag[illegible] [illegible] vtbi[illegible] quea[illegible]

Primum, illa verba; *super malo manuum ad benefaciendum*, Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, & alij ex interpretibus, tanquā sententiam distinctam transferunt. *In malum manus suas præparant*, inquiunt LXX. At Chaldæus: *Mala operantur manibus suis, & non benefaciunt.* Dauid Kimhi sic interpretatur verba Hebræa: *hoc vnū est magnatum studium, vt malefaciant manibus suis, & malū illud benefaciant*, id est, egregie, ac strenue male agant, idque perficiant. Vulgati lectionem Hieronym. & alij eius interpretes exponunt: opera mala, quæ manibus suis perpetrant, callide contegunt ac si sint bona. Sed Pagni. Vatab. Mont. & Rob. copulant cum sequentibus: nam princeps res magnas bello, paceque gerendas prætexit. Hoc est, malum quod machinatur & in manibus habet, vt id perficiat, postulat sibi pecuniam consignari.

Lectio [illegible]tati[illegible]

Iudex.]Secundo, quod dicit, *iudex pro retributione*, ita adiecto verbo, *iudicat*, exponitur. Iudex, quo morem gerat principis cupiditati, iudicat pro retributione principi facienda, eam vtilem esse, & æquam affirmans. Vel sperans à principe retributionem iudicat in illius fauorem. Hieron. Haymo, Remig. & Hugo sic exponunt. *Iudex in reddendo est*, sic alium iudicans, quomodo ab alio iudicatur, dum mutuum sibi præstant fauorem; quod Chaldæus dixit. *Iudex dicit, da pro me, & retribuam tibi.* Vulgo dicitur, *hazme la barba, y hazerte el copete.*

I[illegible]icum iniquitas.

Magnus.]Tertio nomine *magni*, recentiores fere intelligunt magnates qui principi inferiores sunt. Montanus dicit esse Sacerdotem summum, 7

ve

vel eius vicarium, qui [illegible] auctoritate, & sanctitate cõfirmet regis postulationem æquam, iustamque esse. Et Hieron. quidem, & qui eum sequuntur Haymo, Remig. Hugo, & alii, id quoque indicant, dum nomine *magni* intelligunt legisperitum in lege doctissimum. Hi ergo loquuntur corruptum desiderium cordis sui, hoc est, quicquid pro suo desiderio excogitant in proximi damnum, eru[illegible] tantore. Vel loquuntur peruersitatem, vel contritionem animi sui: dicens subditis animo maligno & iniusto, vt tribuant principi quod postulat. Pagninus vult subintelligi præpositionem, *ad*, magnus loquitur ad perditionem vel contritionem animæ suæ, dicens: afferte munera. Verius ceteri, magnus loquitur peruersitatem aut peruersum desiderium cordis sui, pro eadem re confouenda.

8 *Conturbauerunt.* Quarto, quod subiicitur. *& conturbauerunt illam*, Hebraice est, *& triplicant illam*. nam trium ope, & concinnatione res adornata, maxime roboratur, & implicatur, vt facile expediri non possit: nam funiculus triplex difficile rumpitur. Eccles. 4. 12 [illegible] men enim עבת *hhaboth*, vnde est verbum deductum, significat *funem e funibus triplicatum, intricatum, & implexum*: & ita verbum est idem quod, *triplicant illam*: vel *ita complicarunt, roboraruntque, donec elicerent eam*. Vulgo dicimus, *Fumarannanla*. Sed quod huius verbi suppositum, & quod appositum, seu antecedens illius relatiui, *eam*, videndum est. Pagninus suppositum facit *audientes*, dum vertit; *& qui audiunt multiplicant illa*. Sed ceteri melius, Chaldæus, Hieron. Haymo, Remig. & alii vetustiores cum recentioribus, tres supradictos, *Principem, Iudicem, & Magnatem* putant esse suppositum, qui pari consensu vnam prauitatem implicant. & ad effectum deducunt. Femineum autem pronomen, *eam* ponitur sine antecedente more Scripturæ, ac vt videtur Hieronymo, refert vrbem, vel ciuitatem, vel terram, de qua dixerat, *periit sanctus de terra*. Vatab. & Rob. intelligunt iudicii peruersitatem. Alii putant referre הוה *hauath corruptelam*, *peruersionem, vel perditionem animæ suæ annexerunt, & roborarunt*. Montanus putat pronomen femineum, *eam*, accipi pro neutro, *id*, Hebraico idiomate, vel addendum *rem*. nam tres illi intricauerunt, & complicauerunt illud negocium, in quod conuenerant, vt non facile posset expediri, dum perficeretur, id est quod dicimus vulgo, *enmarannaronla*, vt facile dissolui non valeret. Pagninus munera intellexit; nam qui audiunt principem postulantem, & iudicem extorquentem, [illegible] em consentientem, & laudantem tantorum [illegible] auctoritateque compulsi, munera mul[illegible]t. Verius videtur de tribus dictum, q[illegible]t prauitatem, seu peruersitatem, quam di[illegible]t magnum locutũ ex corde suo.

9 *Optimus.* Hebraice. *Optimus eorum quasi* חדק *bedek, rectissimus præ sepe*. Est autem *bedek* spinæ acerrimæ genus, *carduum* vocat Vatablus, Lxx. *tineam comedentem*, Vulgarus Prou. 15. [illegible]. & Chaldæus, *spinam*. Sed hoc loco ipse, & Pagninus verterunt, *paliurus*, quæ est frutex spinosa, & aspera, vt ait Plin. lib. 14. cap. 19. spinæ genus ait esse lib. 24. [illegible] 3. de quo Virgil Ecloga 5. *Carduus, & spinis surgit paliurus acutis*. Latine dicitur *agrifolium*. מסוכה *Mesucah* autem est *sepes spinea*, & ita dicit, optimus inter eos quasi paliurus pungit proximum suum? & rectus asperior, duriorque est quam sepes spinarum. Dauid Kimhi sic explicat; facilius vir bonus versaretur inter spinas, quam inter peruersos illos homines, nam sane illi magis obsunt, quam prosunt subditis; enim vt spinæ lanam, ita ipsi substantiam eorum diripiant, & lacerent. Quod si ii, qui boni putantur, sunt spinæ, quid illi, qui aperte mali sunt? Addit Isidorus & hunc sensum. Molesti sunt boni sceleratis, nam sentiunt illos quasi spinas, & fugiunt quasi inaccessam spinarum. Stimulatores quam p[illegible]ant

Dies. Ad Ierusalem loquitur, auctore Alberto & Ruperto; quoniam statim v. 17. ipsa loquitur Babyloni. *Ne læteris inimica mea super me, consurgam cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est.* Babylon enim destruxit Ierusalem, & captiuos duxit ciues eius; & ea est, quæ redit libera, non Samaria. non ergo loquitur ad Samariam, vt putant Hieron. Haymo, Remig. Hugo, Dionys. & alii. ait ergo ex Hebræo. *Dies speculatorum tuorum, visitatio tua venit; nunc erit perplexitas eorum.* Iam prope est in ianuis dies exitialis tuorum pseudoprophetarum, qui celabant malum, & felicia omnia publicabant; iam adest dies captiuitatis, in qua visitanda es, & punienda; quãdo omnes ita erunt perplexi, suam ob oculos videntes vastitatem, vt nesciant quo se vertant. Ita intelligunt communiter omnes. Vel, dies enim venit tuæ speculationis, in qua speculatores tui felicia tibi omnia promittebant; iam enim prope adest tua captiuitas. Hunc sensum habet Chaldæus cum dicit. *Dies mala, in qua bonum expectabas, dies visitationis malitiæ tuæ peruenit.* Sic & Vat. *dies speculatorum tuorum quo prædixerunt tibi felicia tui pseudoprophetæ, tua punitio venit.* Est notandum nomen מבוכה *mebucah* deductum à *Buc, confusionem*, seu *perplexitatem* significare, & *conturbationem*, & *coarctationem cordis*. Nam Exod. 14. 3. Vulgatus verbum vertit, *coarctati sunt in terra*. Propterea Hieronymo videtur nomen *mebucah* potius significare *obsidionem*, vel *custodiam*, quam *vastitatem*, aut *desolationem*. Alias autem *fletum* vertit Vulgatus, vt Isa. 22. 5. & Esther 3. 5. & hoc loco Lxx. deducentes a בכה *bacah*, quod est *flere*. Recte ergo Chaldæus, Vat. Robert. ac Montan. volunt hic verti, *confusio*, aut *perplexitas eorum*, *ex vastitate proueniens*. Et quamuis Hieronym. & ceteri, qui eum sequuntur, pronomen *eorum* referre putent *habitatorem* Samariæ, aut Ierusalem, verius secundum Vat. Montan. & Rob. refert tres illos, *principem, iudicem, & magnatem*, qui ita pauperum, & tenuiorum expilationem implexuerunt, vt eorum conturatio dissolui non possit. horum certe erit ea perplexitas, vt nullum suffugium inueniant, in captiuitate. 10 [illegible]tiuum Ierusalem imminés. Perplexitas inura in captiuitate.

Nolite. Hebr. *Ne credatis in socio, neque confidatis in duce, a dormiente in sinu tuo custodi aperitiones oris tui: quia filius floccipendit patrem filia insurgit in matrem suam: nurus in socrum suam inimici viri, homines domus eius.* Vbi nota pro duce esse in Hebræo nomen אלוף *aluph*; quod intimum amicum, à quo pendeas, & quo præeunte, quasi doctore agas omnia, significat; *ducem* solet vertere Vulgatus, secutus Lxx. alii *propinquum*; alii *maiorem natu fratrem*. Pagninus hic accipit pro *marito*, dicens, *ne vxores fidatis marito*. Alii pro *doctore*. Sed quorsum ad hunc sermonem venerit Propheta videndum est. Et quidam ex interpretibus hæc dicta putant 11 Aluph quę significet.

pascetur Carmelum, & Basan, & in monte Ephraim, & Galaad saturabitur anima eius. Atque huic sensui accommodat non inepte verba Prophetæ. Theodoreto soli videtur hęc dicta esse de Idumęa; quę capitali odio semper est prosecuta fratrem suum Iacob. Nam proprius inimica dicitur Iudæis Idumæa, quæ adeo exosos habebat Iudæos, vt de eorum malo semper gauderet. cum Babylon non tam inimica, quam hostis dicenda sit; quæ non ex odio peculiari in Iudæos, sed ex communi dominandi cupiditate omnes gentes sibi subiugabat: iuxta illud Habac. 1. 6. *ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua.* Idcirco illi, qui suam sortem deflebant iuxta flumina Babylonis, Ps. 136. 7. precabantur solis Idumæis, quasi inimicis. *Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem. Qui dicunt, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.* Atque hanc inimicitiam significarunt Iere. c. 49. 12. *Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes.* & Ezechiel cap. 25. 12. *Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filiis Iuda; peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis.* & Amos cap. 1. 11. *Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem.* & Abdias vers. 10. *propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum.* Vnde Ieremias cap. 2. Threnorum, de Idumæis, cæterisque vicinis ait vers. 16. *aperuerunt super te os suum omnes inimici tui.* & vers. 17. *Lætificauit super te inimicum.* Cum igitur apud Prophetas, quoties Ierusalem suas dolet ærumnas, & captiuitatis malum, inter omnes gentes inimicas, ad Idumæam solam conuertat sermonem, postulans à Deo vltionem contra eam, propter inueteratum odium, quo prosecuta est Iudæos. Et quod licet Babylon exultauerit de eorum vastitate, id erat propter opum direptionem. at Idumæa ex odio exultabat de malo Ierusalem: ita modo cum inter narrationem malorum captiuitatis; sermonem conuertat ad sibi inimicam; ea existimanda est esse Idumæa: cui dicit, ne gaudeat de casu suo, quia vlciscens se de ea resurget. Si quæ autem huic intelligentiæ aduersantur; suo loco adducemus, & explicabimus. Nam & Hieronymus, cum ait, loqui Ierusalem contra Babylonem, & ceteras gentes, quæ sibi insultauerant, non excludit Idumæam, & Haymo, ac Remigius illum secuti.

Et aspiciet. Et hæc similiter Ierusalem loqui de Babylone interpretes omnes affirmant. Cum me Deus liberabit è captiuitate, oculis suis intuebitur, & pudore opplebitur ipsa Babylon, quę solet nunc ad me dicere, quasi ad destitutam à Deo, Vbi est Dominus Deus tuus, de cuius virtute, & ope te iactas. Hęc meis oculis videbo ruinam eius; nam breui conculcabitur, vt lutum platearum, cum vastabitur per Cyrum, & Darium Persarum, Medorumque reges, & ego liberabor ... eis. De Idumæa autem sic est accipiendus Propheta. Idumæa inimica mea, quæ modo, cum me ... videt calamitatibus dicit mihi; Vbi est ... inus Deus tuus, patronus tuus, aspiciet ... meam felicitatem, & libertatem, & rum-... nidra. Quin ego hisce meis oculis videbo ruinam eius meæ similem à Nab... factam; nam nunc breui instar luti con...bitur & vastabitur à Chaldæis, quinto anno post vastitatem Ierusalem, vt ostendimus factum in Abdia, & in 49. Ieremiæ.

Dies.] Lyra promitti ait his prioribus verbis instaurationem Ierusalem post reditum è Babylone. Sed in sequentibus loquitur de tempore suo Michæas, nempe quod tempore Achaz longius fiet lex propter idololatriam. & tempore Ezechiæ veniet Assur Sennacherib, & capiet vniuersam terram circum Ierusalem, & erit in desolationem. Verum cum, vt suo loco diximus, loquatur Michæas sub Ezechia, ducto iam Israel in captiuitatem, non prophetat de tempore Achaz; neque certe de Sennacherib, cuius interitum iam cap. 2. denunciarat; iuxta nostram expositionem. Theodoretus deinde explicat adhuc de Idumęa. In die illa, qua obsideberis, tu ô Idumæa, instaurabis muros tuos, vt te tuearis; sed capieris nihilominus: & leges tuæ iniquæ finem accipient; & vrbes obsidione premententur: nam venient contra te Assyrii, siue Chaldæi, & capient omnes vrbes munitas, inclusas à mari rubro, vsque ad mare Occidentale, & à monte Idumæorum vsque ad montem Libanum; denique vniuersa terra finitimarum etiam gentium desolabitur propter peccata habitantium in ea. Quæ extrema verba ostendunt omnem hanc sententiam loqui de terræ vastatione Idumææ, vel Babylonis. & videtur Propheta prosequi sermonem supra inceptum contra Idumæam.

Tertio, Hieron. dum exponit textum Septuaginta, Vatab. & Rob. hæc rursus de Babylone intelligunt, hoc modo. In die illo, quo statues macerias tuas dirutas instaurare, vt vehementes hostes propulses, priuaberis tributo, quod ex lege pendebant tibi subditi, vel iam non poteris cogere legibus tuis eos: quia expugnaberis ab hoste, qui veniet contra te de Assur, hoc est, de Niniue; & occupabit omnem terram Babyloni subiectam, à ciuitatibus munitis eius vsque ad flumen Tigrim; & à mari magno, vsque ad mare rubrum; & à montibus Iudææ, totam Mesopotamiam, vsque ad Montes Medorum, & Persarum. Atque hæc vastitas eueniet Babyloni propter eius incolarum frequentia peccata.

Quarto demum, verius intelligunt Chaldæus, Hieron. in expositione textus Vulgati, Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Dionys. Isidorus, & Robertus, ad Ierusalem fieri sermonem. Veniet, inquit, tibi ô Ierusalem, & Iuda, dies libertatis, quando poteris instaurare loca tua diruta: nam eris tui iuris, viuesque tuis legibus, sublatis legibus gentium, quibus antea subiacebas: tunc venient ad te de Assyria, qui ex filiis tuis ibi transmigrabant, nempe ad ciuitates tuas munitas, & occupabunt ipsas vsque ad flumen Euphratem, & vsque ad mare Occidentale. Hieronymus. *Venient, ait, à ciuitatibus munitis, vsque ad Iordanem, & à mari rubro vsque ad mare mortuum, & ad montem Sion de montibus Persarum, & Medorum. & erit terra reliqua Chaldeorum in desolationem, propter habitatores suos, & propter mala opera illorum.* Hunc sensum sic exponit Chaldæus. *In tempore illo ædificabitur cætus Israel, qui dispersus erat in captiuitate. in tempore illo cessabunt decreta populorum: in tempore illo*

Idumæa vastata anno p... Ierusale...

15

2. Expositio sub Achaz.

Michæas sub Ezechia prophetat.

1. Expositio ... Idumæa

3. Expositio ... Babylon

4. Expositio vera felicitate Ierusalem redeuntis ex captiuitate.

congregabunt [illegible] transmigrationes ab Assur, & a ciuitatibus sordidudinis eius ab Armenia etiam grandi, & à ciuitatibus munitus, & vsque ad Euphratem, & mare Occidentale & montana montu. Iam singula verba expendenda, vt constet demum hic esse verus sensus.

Interpretatio [illegible] Hæc tota periodus ex Hebræo ad verbum sic habet. *Die ad ædificandum maceriat tuas; dies illa elongabitur* חק *hok: die illa, & vsque ad te veniet ab Assur, & ciuitates munitionis, & à munitione, & vsque ad flumen, & mare de mari, & montem montu.* Et nomen quidem חק *hok legem, præceptum, seu iussionem* significat secundum Hieronymum, consuetudinem, statutum, seu constitutionem, & decretum Theodotio, & Symmachus vertetunt [illegible], *iussionem imperiosam.* & sensus erit; iam longe à te aberit lex, seu iussio imperiosa Chaldæorum. Vel potius Artaxerxis, qui præcepit ne templum vsquam ædificaretur: contra cuius decretum, & gentium contradictionem, ædificatum est. 1. Esdræ. 4. & 5. Deinde quoniam in Hebræo legimus ועדי *vebbarei Matsor,* sine præpositione, potest regi nomen, *ciuitatum,* vel à præpositione *vsque,* præcedente, vt dicat, *& vsque ad te veniet ab Assur, & vsque ad ciuitates munitas;* quomodo legit Vulgatus, & Pagninus, & alii, & intelligunt vrbes Iudeæ situ munitas, sicut Idumæam propter terræ fortitudinem vocat Psalm. 59. 10. *ciuitatem munitam.* Potest quoque regi à præpositione *ab, ab Assur, & à ciuitatibus munitis.* & sic legunt Chaldæus, Hieronymus in Commentar. & alii: quasi dicat, vsque ad te venient filii tui, qui dispersi sunt ab Assyria, in quam multi fuerant translati, & à ciuitatibus Chaldææ munitis. *& venient à munitione,* nempe à ciuitate quacumque munita eruam eos. *& venient vsque ad flumen;* Euphratem intellexit Chaldæus, & Vatablus, qui ad Orientem est terminus terræ promissæ: quasi dicat, venient, & possidebunt terram vsque ad Euphratem. Hieronymus Iordanem accepit. Deinde cum dicit; *& mare de mari.* illud, *de mari* additum ad significandum mare Mediterraneum, quod est proprie mare. Vel mare ab occidente, nam nomen ים *iam, occidentem plagam* significat propter mare, quod erat Occidentale terræ promissæ, vt Exod. 10. 19. *Qui flare fecit ventum* ים *iam Occidentem,* quo designat mare Occidentale terminum alium terræ promissæ, vt intellexit Chaldæus. Demum *montem montis;* significabit montem Sion, qui est in medio montium, *montes, qui sunt in circuitu eius,* aut qui est editior aliis montibus, à monte Idumæorum vsque ad montem Libanum intelligit Theodoretus Vulgatus dixit *montem de monte,* id est, erectum supra alium montem.

Terminus terræ Iudææ.

14 De pastu spirituali. *Pasce.*] Patris Christi hæc verba esse ad ipsum Christum; præcipientis ei, vt curam susciperet pascendi populum suum, baculo pastorali, & Euangelico pastu, sententia est Hieronymi, Haymonis, Remig. Alberti, Ruperti, Hugonis, Dionys. Isidori, & Montani. Vel sint verba Prophetæ deprecantis Christum, vt reducat Israelem ad Ecclesiam suam & pascat eum. Verum Theodor. Lyra, Dionys. Vatab. & Rob. dicunt esse verba Prophetæ, vt dixit Chaldæus, deprecantis Deum vt populum suum liberum è captiuitate pascat in terra sua vt antiquitus: Vel certe prophetice dixit [illegible] pa[illegible] [illegible] captiuitate [illegible] constat veri[illegible], q[illegible] Ieremias iisdem verbis v[illegible] tum e captiuitate locutus [illegible]. *Ecce,* inquit, *visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui regem Assur & reducam Israel ad habitaculum suum, & pascetur Carmelum, & Basan [illegible] in monte Ephraim, & Galaad saturabitur anima eius.* Pasce, dixit, populum *pasces virga tua.* T[illegible] tribu Iuda, Chaldæus *verbo tuo,* hoc est, pastor[illegible] prouidentia, ducens populum tuum, & curam ei [illegible] gerens. *Habitantes solos in saltu,* qui [illegible] lege [illegible] gentium admi[illegible]one, vt soli ibi [illegible] colant, vt oues [illegible] in saltu. Sic T[illegible] & Rob vel qui habitant, sicut oues [illegible], & nihil ibi [illegible], vt Vat. & [illegible]. Vel vt ait Dion[illegible] qui nunc habitant [illegible] Chaldæorum soli [illegible] in loco periculoso. vt etiam Vat. *habi[illegible] in solitudine sylua in medio Carmeli.* Hæc verba *in medio Carmeli,* Septuaginta, Chaldæus, & [illegible] interpretes, Latini, & Græci coniungunt cum [illegible] quibus ad hunc sensum. Populus tuus, qui [illegible] habitabit solitarius, vt [illegible] sylua, inter Chaldæos [illegible] tu e captiuitate, [illegible] debit ad pascua [illegible] Carmel, Basan, & Galaad. Sed iuxta puncta [illegible] Hebraicam, quam sequitur Vulgatus con[illegible], Pagni. Vat. & Rob. ad præcedentia pertinent hoc modo. Pasces populum tuum habitantem in saltu Chaldæorum, eorum moribus [illegible], vt feris oues morantes in syluis; pasces [illegible] eos ibi ita secure, & confidenter agentes [illegible] in medio Carmeli vberi, & frequenti [illegible]. Deinde addit, cum eos eduxeris pascentur in Basan, & Galaad, sicut olim, antequam è terra sua propulsarentur. de his locorũ nominibus diximus supra.

17 *Secundum.*] His verbis respon[det] Deus desiderio, & postulationi Prophetæ. Et quidem Hieronymus cum supradictis interpretibus, de tempore Christi exponunt, quando tot signis, & prodigiis eduxit Christus populum suum è captiuitate diaboli, vt coæquet, imo superet egressionem populi è terra Ægypti: quando persecutores rumpebantur inuidia, & furore, videntes se contra fideles non posse proficere, qui potius persecutionibus augebantur. nam iuxta Leonem in sermo. de Apostolis Petro, & Paulo, non minuitur Ecclesia persecutionibus, sed augetur. Nihilominus quia nihil hic dicitur, quod in reditu è Babylone non sit completum, Theodoret. Lyra, Dionys. Vat. & Rob. exponunt promissiones esse de reditu à Babylone; quando vti in exitu de Ægypto, Deus signa [a]dmiranda patrauit per Cyrum, & Darium; tribuens libertatem: deinde auferens impedimenta gentium finitimarum, quæ resistebant ædificationi templi, & vrbis, vt legimus 1. Esdræ 4. & 5. & in ipso itinere vt diximus super c. Baruch: quæ videntes gentes, pudebit eas virtutis suarum, in quibus confidebant, quod non valuerint Iudæos impedire [illegible], obmutescentque præ stupore: neque volent audire felicitatem eorum.

Ecclesia persecutionibus aucta.

De [illegible] Ba[illegible]

18 *Lingent.*] Gentium subiectionem, [illegible] signa coram Iudæis reuersis, his v[illegible] [indi]cat; primum. *lingent puluerem sicut serpentes: sicut reptilia terræ.* sic distinguunt Septuaginta, Chaldæus, Tig. Vat. & Rob. & Montan. quo de [illegible] Prophet[a]

gen[tium]

gentium se deiicientium gestum. lingent, aut A lambent terram, vt lambunt serpentes, & reptilia. hyperbolica locutio est, & per auxesim dictũ, prosternent sese, & demittent capita sua in terram vsque, honoris causa, coram Israelitis, vt illi Psalm. 71. 9. *Coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent.* & Isa. 49. 23. *Vultu in terram demisso adorabunt te; puluerem pedum tuorum lingent*, hoc est, terram, in qua pedem fixeris, præ reuerentia osculari, vt corpus prosternere in terra; vt habet Gentium quarumdam consuetudo. Vulgatus tamen, Hieronym. cum ceteris Latinis interpretibus extrema illa verba, *sicut reptilia terræ*, coniungunt cum verbo sequenti, *perturbabuntur in ædibus suis, Proturbabuntur*, legebant olim in Vulgato Haymo, Remigius, & alii quidam. Hebraice B legimus, *contremiscent à clausuris suis.* vt 2. Reg. 22. 46. quod Vulgatus vertit, *contrahentur in angustiis suis.* & Psalm. 17. 46. quod legimus, *& claudicauerunt a semitis suis.* Vt sit sensus Vatabli, in vrbibus, in quibus clausi erunt, tremore corripientur, vel mouebunt se à clausuris suis; vel mouebuntur de ædibus suis; vel ab iis, qui clausi erunt in vrbibus suis, timore Israel cogentur locum mouere, non valentes resistere Iudæis. Sic videntur intellexisse Chaldæus, Dauid Kimhi, & Montanus, & Robert. dum legit; *commouebuntur ex clausuris suis.* Vel certe quoniam nomen זחלי Zohale reptilia significat, quæ ad hominum conspectum expauescunt, & in cauernas, ac loca abdita sese proripiunt: *Sicut reptilia commouebuntur à clausuris suis*, C erit, non tantum sese proripient in clausuras suas, verum in ipsis clausa expauescent, aut ibi non tuto agent, quod dixerunt Septuaginta, *turbabuntur in conclusionibus suis.*

Sunt quibus videatur hic meminisse Prophetam conditionis pulueris aliquarum regionum, quo propulsantur serpentes. Cuiusmodi Ebusitana terra fugat, aut in Ebuso insula è Balearibus, quam vulgo *Ibiza* vocamus, aut extra ducta, auctoribus Plinio lib. 3. cap. 5. & lib. 36. cap. 19. & Solino cap. 26. Polyhistoris. Hoc est ergo quod dicit Michæas, gentes conspersæ terra proturbabuntur è sedibus suis; terra, inquit, Israelitarum, vt solent serpentes inspersæ quarundam terrarum puluere propulsari, aut etiam enecari. Verum D hunc sensum nequaquam habent verba Prophetæ, sed reuerentiæ causa lingent terram, quam calcaueris, & commouebuntur è clausuris suis, cedentes locum Iudæis redeuntibus in patriam suam è captiuitate; sic Dominum Deum nostrum formidabunt, & timebunt sibi à te ò popule mi.

19 *Quis.* Agit Deo gratias pro beneficio liberationis suo populo conferendo, qui sua misericordia aufert culpam, vt ea remota auferat simul pœnam. Prius enim aufert populi iniquitatem, & transit peccatum reliquiarum remanentium ex captiuitate. Hoc est; conniuens, prætermittens, aut missas facit iniquitates reliquiarum redeuntium. Sic remittet sui furoris impetum, & redibit ad nos, & ponet sub pedibus nostras iniquitates, & E ita disperdet, vt solet disperdi quod proiicitur in profundum maris, vt bene Theodoretus; aut certe, vt idẽ, & Rupertus, alludit ad submersionem Ægyptiorum in mari rubro; nám vt illi Dei potentia in profundum maris proiecti perierunt: Ita iniquitates populi in Dei misericordia dispa-

A ruerunt. & quamuis auctores supra adducti cum Hieronymo hæc videantur de Christo explicare; præsertim cum dixerit Chaldæus; *Reuertetur verbum eius, vt misereatur nostri.* Verius tamen Theodoretus, Lyra, Dionys. Vatab. & Rob. de reditu è Babylone intelligunt; quia Ieremias c. 50. v. 20. hæc ipsa Michææ verba vsurpans de illo intellexit dicens. *In diebus illis, & in tempore illo ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit; & peccatum Iuda & non inuenietur. quoniam propitius ero eis, quos reliquero.*

Maris peccata summersa.

De reditu e Babylone.

Dabis. Inter hæc dicto, *Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham*, nullam videntur inuenire differentiam Chaldæus, Theodoretus, Albertus, 20 Lyra, Vatab. & Rob. nam id solum putant signifi- B cari. Ita fiet vt præstes populo tuo quę promisisti, vt verus, & fidelis, nempe tuam misericordiam ostensurum te illi, vt ostendes in eductione eius è captiuitate Babylonica; & multo melius per Christũ. in quo omnes promissiones sunt impletæ, iuratæ patribus illius populi: quæ promissiones ex gratia factæ Patriarchis dicuntur, *misericordia*: quod vero certo præstentur, *Veritas.* Verum Hieronym. Haymo, Remig. Rupertus, Paulus Burg. in 2. addit. huius cap. & Montanus differentiam agnoscunt inter *misericordiam Abraham, & veritatem Iacob*, quod illa significet beneficia Abrahæ promissa à Deo ex pura gratia, & misericordia, nullo debito præcedente. At *Veritas* signifi- C cat iam debitum reddendum ex fidelitate, nam Deus debet iam præstare illa beneficia ex verbo suo, quia se obligauit ea præstare. Hoc ipsum discrimen asseruerunt non pauci Hebræorum magistri. Ioseph Albo sub extremum cap. 15. lib. 2. Hikkarim exponens illud Psalm. 35. 11. *Trahe misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his, qui recto sunt corde* Prius, inquit, ait, vt declaret par esse vt misericordia adeptionũ illarum trahatur potius ad scientes Dominum, quam ad alios. Posterius vero, quia par est, vt rectis corde, id est, credentibus, tribuatur merces constituta à lege per modum iustitiæ: iustitia enim diuina decernit; vt credentes consequãtur gradum vitæ æternæ constitutæ ex parte legis. Ita quoq; Leui Ben Gerson explicans illud Gen. 24. 27. *Benedictus Deus* D *Abrahæ, qui non deseruit gratiam, & veritatem cum Domino meo.* Gratia, inquit, חסד *hesed*, seu *misericordia* est, cum homini bene fit gratuito; *Veritas* autem אמת *emeth* cum homini tribuitur ius, quod in illam rem habet. Propterea autem vocatur exhibitio gratiæ, quam pactus est alicui Dominus; *Veritas*, quia post promissionem debet illam Dominus præstare: vnde scribitur, *Dabis veritatem Iacobo, misericordiam, seu gratiam Abrahamo.* Id enim quod erat gratia Abrahamo, factum est Veritas, siue fides Iacobo. Idem ipsum asserit Dauid Kimhi in illa verba Psalm 36. v. 6. *Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes* In præsenti ergo loco Burgensis idcirco putat dici Veritatem dandam Iacob, & misericordiam Abraham, quia E Abrahæ primum facta est promissio de Christo venturo, & bonis omnibus cum eo. Genes. 12. 3. *in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ*: & quidem ex misericordia, nullis meritis, aut debito præcedente: At post, quæ facta est Abrahæ ex misericordia, ex veritate, id est, ex obligatione fidelitatis præstanda erat Iacob.

Veritas, & misericordia quid notat.

Beneficiũ ex gratia promissum misericordia. Præstitum ex debito fidelitas. Hebræorum sententia.

Beneficiũ indebitum gratia, debitum veritas.

Abrahæ ex gratia promissa. Iacob ex fidelitate præstita.

A Sed quæres ... cur cum eadem promissio facta fuerit Isaac, sicut & Abrahæ, & Iacob, vt constat ex Psalmo 1[0]4. 8. *Memor fuit in seculum Testamenti sui, verbi, quod mandauit in mille generationes: quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum.* & ex aliis locis, non meminit Isaac? Respondetur, quoniam filii Isaac, Iacob, & Esau ita distributi sunt, vt Iac. populũ vniuersum Iudaicũ referret; cuius pater fuit. At Esau ex ea parte, qua ex eius posteritate aliqui seruādi erant in Christo, ad Abraham pertinebat, qui erat pater multarum gentium. Ex parte vero reproborum, exclusus erat a promissionibus, & misericordia, & ideo quoad nullam partem opus fuit memorari.

Isaac non memorari, cur.

B Si deinde inquiras, cur prius posuit, *Veritatem Iacob, quā misericordiam Abrahæ*, qui prior illo fuit, vt auus nepote: Respondetur, quoniam Iacob, qui refert populum Iudaicum, prælegit Deus, tanquam suum peculium, gentibus prætermissis quarum pater fuit Abraham, & illi factæ sunt promissiones, non gentibus. Nā Paulus ad Rom. 9. 4. de Iudæis dicit: *quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa.* & cap. 15. 8. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis ad confirmandas promissiones patrum.* de gentibus autem ait ad Ephes. 2. 12. *Alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.* Nam gentes ex sola misericordia admissæ sunt ad fidem Christi, ideo cap. 15. ad Rom. subiicit Paulus prædictis, *gentes autem super misericordia honorare Deum.* vnde ad Rom. 1. 16. dicebat. *Non erubesco Euangelium, Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco*; quia illi promissum erat, huic autem non; sed ex sola misericordia admissus, ex qua Deus Abrahæ locutus est. Sic respondent Hieron. Haymo, Remig. Rupertus, & Montanus.

Iacob factæ sunt promissiones.

Gentes admissæ ex mera gratia.

C Quod si obiicias, hæc quidem per se vera esse; at verbis nostri Prophetæ, & rei de qua loquitur, non conueniunt. Nam quæ promisit Deus Abrahæ ex gratia, & misericordia, eadem promisit, & confirmauit Isaac, & Iacob ex eadem gratia, & misericordia, eisque iurauit; nam ex priori promissione non tenebatur Deus repetere promissionem Isaac, & Iacob: at facta priori promissione Abrahæ, iam vt tenebatur præstare promissum Isaac, & Iacob, ita etiam & ipsi Abrahæ, quia licet ex misericordia promiserat illi; at semel facta promissione, iam ex fidelitate, & veritate tenebatur seruare illi promissum. Sed quia impletio præstanda erat in posteris illorum patrum, non gentibus; quarum nō erant promissiones, sed Iudęis; idcirco eadem ratione, qua dicuntur promissiones præstandę Iacob, dici debent præstandæ Abrahæ, & Isaac ex veritate; & qua ratione dicuntur factæ Abrahæ ex misericordia, dicendæ sunt factæ Isaac, & Iacob. Quare quoad hoc nulla est differentia; nec hic agitur de gentibus, sed de solis Iudæis.

Promissiones factæ ex gratia tam Abrahæ, quam Isaac, & Iacob. At præstatæ ea debito posteris eorum.

Quamobrem verius, ac breuius explanabimus Michæam, si dicamus, hic nomine *Abrahæ, & Iacob* intelligi populum ex eis profectum, vt illa sint nomina patronimica; nam datio, redditio, seu præstatio misericordiæ, & veritatis no est exhibita illis patribus, sed filiis; ita vt dicat, præstabis Domine bona filiis, quæ promisisti gratuito, & ex misericordia Abrahæ pro illis: præstabis itaque quæ debes ex verbo tuo vero, & fideli Iacobæis, pro quibus ea promisisti, & iurasti tribus illis patribus, illa præstiturum filiis. Sic intellexit Chaldęus, cum dixit: *Dabis veritatem Iacobi filiis eius sicut iurasti ei in Bethel, & misericordiam Abrahæ, & semini eius post eum, sicut iurasti ei inter diuisiones. Facies nobiscum bona, & veritatem, sicut iurasti patribus nostris a diebus antiquis.* Sic etiam Theodoretus, Albertus, Dionys. Vatab. & Rob. Itaque dabis, ait, huic tuo populo, vel præstabis veraciter, & fideliter misericordiam, quam promisisti Abrahæ, & cæteris patribus. Vnde Lucæ 1. 14. dixit Deipara Maria. *Recordatus est misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in secula.* Non meminit autem Isaac, quia eius nomine non est vocatus populus, vt vocabatur Iacob, & Israel, qui pater fuit duodecim tribuum. Præstabit ergo inquit, Iacobæis, posteris Iacob ex veritate, aut fidelitate, misericordiam Abrahæ factam; nempe bona Abrahæ ex misericordia promissa; quę omnibus patribus nostris iurasti, quando ipsi Abrahæ, Isaac, & Iacobo iurasti olim.

Iacob pro posteris Iacob.

Compluti die 8. Ianuarii
anni 1607.

COMMENTARIORVM IN PROPHETIAS NAHVM

Liber Septimus.

PRÆFATIO.

VRBIS Niniuies excidium, & imperii in ea consistentis, cum multis ante annis per Ionam fuerit prænunciatum: nec tunc quidem executioni mandatum, quod acta pœnitentia, Dei misericordissimi gratiam sibi conciliauerint Niniuitæ; quia tamen ad vomitum redière, Dei iram concitarunt, & Ionæ comminationes reuocarunt; non enim excidit verbum Domini, quod per Ionam Prophetam prædictum est, vt Tobias cap. 14. dixit filio suo. Idcirco nunc iterum Nahum sanctissimus Propheta, quo Iudæos ab Assyriis male tractatos, imminenti supplicio consoletur, Ionæ renouat minas, & certam principis ciuitatis Assyriorum, & amplissimi eorum imperii vastitatem prædicit.

NAHVM PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

1 DVRA, & onerosa Prophetia contra 2 Niniuem. 3 Liber, quem ex his, quæ vidit, scripsit Nahum 4 Elcesæus. Deus, o Assyrii, vestris sceleribus prouocatus, ferre non sustinens iniurias populo suo illatas, æmulatione [illegible] aula repletus, vltionem [illegible] decernit de vobis [illegible] quod contempta eius bonitate, & [illegible] in vos ferendo magn[illegible] gratio- [illegible] Quamuis enim diu distulerit punire [illegible] non absoluit tamen, neque innocentes reddit, nam [illegible] meritas luunt [illegible] Deum [illegible] omni [illegible] potentia [illegible] Bellos facere [illegible] nulla [illegible] posse [illegible] nam [illegible] veniat vltu- [illegible] impetu, acce[illegible] vt quasi pul- [illegible] nebulam videatur [illegible] qualem [illegible] [illegible] tex[illegible] & tum[illegible] mare [illegible] ipsum [illegible] flumina [illegible] vndæ quo- que [illegible] vt Basan Carmelus, & Libanus, solo eius languescunt [illegible], & steriles fiunt. Montes etiam, & colles [illegible] & ipse [illegible] vniuersus cum his qui habi- tant, in eo [illegible] iam est [illegible] verentur, vt coram eo con- tremiscant. [illegible] tam indignato Domino pote[illegible] aut qui [illegible] oppo- net [illegible] siquidem [illegible] effundit, ipsæ quoque [illegible] tur præ tim[illegible] dissolui. Qui tamen [illegible] fuo, adeo 9 benignum se præbebit, vt præ[illegible] rebus an- gustis opem laturus sit & protect[illegible] ratione eos, qui sperant in illo. 10 Vos o Assyrii [illegible] quasi qua- d[illegible] uione perdet. ob[illegible] que vest[illegible] bel- lico [illegible] Iudæorum imperii, & ciues illius omni calamitate persequetur. 11 Cur igitur de Domini potentia sinistre [illegible] & vestris viribus, ac consilio molimini [illegible] imminentem cladem impedire? nequaquam enim valebitis.

CAP. I.

1 ONus 2 Niniue: 3 Liber visionis Nahum 4 1
Elcesæi. Deus æmulator, & vlciscens Domi- 2
nus: vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens Do-
minus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Do- 3
minus 5 patiens, & magnus fortitudine, 6 & mun-
dans non faciet innocentem. Dominus in tempestate, &
turbine via eius, 7 & nebula puluis pedum eius. 8 In- 4
crepans mare, & exiccans illud. & omnia flumina ad de-
sertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus. &
flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo; & 5
colles desolati sunt. & contremuit terra à facie eius, &
orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciem indi-
gnationis eius quis stabit: & quis resistet in ira furoris e-
ius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ
sunt ab eo. 9 Bonus Dominus, & confortans in die 7
tribulationis: & sciens sperantes in se. 10 Et in di- 8
luuio prætereunte, consummationem faciet loci eius: &
inimicos eius persequentur tenebræ. 11 Quid cogita- 9
tis contra Dominum? consummationem ipse faciet: non
consurget duplex tribulatio. Quia sicut spinæ se inui- 10
cem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter pota-
tium: consumentur quasi stipula ariditate plena. 12
Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente 11
pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus. 13
Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque attondentur, 12
& pertransibit: afflixi te, & non affligam te vltra. Et 13
nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua
disrumpam. 14 Et præcipiet super te Dominus, non 14

Nam funditus euertet regna Assyriorum, iam acerbo de vobis sumpto supplicio, vt secundam plagam addere opus non sit. Sicut spinæ complicantur & in funiculos redactæ, comburuntur: sic vos ô Assyrii, qui vt spinæ populum meum pupugistis, quantumuis conuiuationibus, & compotationibus vacetis, quasi stipulæ aridissimæ, soli igni alendo idoneæ, ab hostibus consumemini. [11] Quod si huius mali causam scire vultis, is est Sennacherib, qui per Rabsacem, & Tartan duces suos, verba sceleris plena per summum nefas effundet contra Dominum. Sed audite comminationem Domini. [12] Etsi robore, & opibus valeant, & plurimi sint numero: Angelo tamen Domini vastante eos demum, & rex vestet, diruto exercitu, in patriam pauidus turpiter effugiet. Idcirco ô Iuda consolare. Nam etsi te hactenus per Assyrios afflixi, at vlterius nequaquam affligam. [13] Quin vno potentiam eorum confringam, & vincula disrumpam, quæ vobis captiuis parabant innectere. Nam ego, ait Dominus, [14] dedi contra regem Assyriorum præceptum, vt a filiis suis interfectus, nec habeat amplius posterum aliquem, qui nomen eius, decusque propaget. [15] Templum eius interfecto profanabitur. Ex eo idola, sculptiliaque propellentur, atque et insepulchrum remanebit. Sic inhonoratus, & despectus, vt despexit ipse me, relinquetur. Hoc cum acciderit ô Iuda, [16] fac vt lætetis nam hoste interfecto in templo Dei sui, a lectissimus nuncius, qui tibi pacem optatissimam renunciabit, ac dicet: [17] celebra festa, redde vota, quæ pollicitus Deo es. Vere a teterrimo hoste liberatus. [18] Nequaquam enim vltra amplius hic, ac nefarius Tyrannus tuos fines populabitur, vrbesque expugnabit: quia penitus est deletus.

seminabitur ex nomine tuo amplius: [15] *de domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile, ponam sepulchrum tuum, quia inhonoratus es.* ‖ [16] *Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem:* [17] *celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua,* [18] *quia non adyciet vltra vt pertranseat in te Belial: vniuersus interyt.*

ARGVMENTVM.

IVXTA duos libri titulos oneris, & visionis, comminatur prius extremum Niniues, imperiique eius exitium; posterius consolatur suum populum communis hostis Sennacherib interitu.

COMMENTARIVS.

ONVS.] Hebraicum nomen משא *Massaonus*, seu *pondus* proprie significat, vt Exod. 23. vers. 5. *Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo.* Psalmo 37. 5. *& sicut onus grauata sunt super me*; per metaphoram autem accipitur pro supplicio, seu pœna, quod sicut onus suo pondere premit portantem, nec sinit leuare ceruicem; ita pœna inflicta premat ferentem eam. Hoc modo dixit Ieremias cap. 23. 36. *onus erit vnicuique sermo suus*; hoc est, pœnas luet propter huiusmodi sermonem. & ad Galat. 6. dixit Paulus. *Vnusquisque enim onus suum portabit*, hoc est, meritas pœnas feret. Hinc frequentissimum est Prophetis pro dura, tristi, & calamitosa prophetia, nempe pro denunciatione grauis pœnæ, ac supplicii, quod eos, aduersus quos dicitur, premat, vt graue pondus. vnde Aquila, vt asserit Hieronymus, in prologo Habacuc, Hebræum nomen *pondus*, transfert, & ipse Hieronymus in 23. Ieremiæ. *Vbicumque, ait, graue est, quod Dominus comminatur, & plenum ponderis, vel laboris, & importabile, in titulo prophetia Masa, vel, pondus ponitur.* Hanc etymologiam, & rationem nominis, *onus* agnoscunt cum Hieronymo sæpe, omnes Latini interpretes, vt Remigius, Haymo, Albertus, cum ceteris. Græci tamen, Septuaginta, Symmachus, & Theodotio, auctore Hieronymo in prologo Habacuc, λῆμμα, id est, *assumptionem* transtulerunt: cuius nominationis rationem diuersam reddunt Patres Græci. Nam Basilius in caput 1. Isaiæ, Cyrillus in 1. Malachiæ, & Theophylactus hic, putant quamuis prophetiam dici *assumptionem*: quod à Deo assumantur, nec de suo loquantur Prophetæ. At Chrysostomus in 1. Isaiæ, Theodoretus, & Theophylactus hic, quod

Onus pœna grauis.

Onus Prophetia grauis.

Basil. Cyril.

Chrysost. Theod.

A mens Prophetæ ab Spiritu assumpta, & abstracta futura præuideat. Verum cur omnes Prophetæ hoc nomen non vsurpant, sed qui tristia comminantur; cum omnes à Deo assumantur; & in omnibus Prophetarum mens abstrahatur? Verius igitur dicemus nomen assumptionis, seu eleuationis accipi pro re assumpta, seu eleuata, nempe pro onere, quod assumitur, vt imponatur ceruicibus Niniuitarum. Atque hic est titulus, seu argumentum prophetiæ *Nahum, Onus Niniue.*

Niniue.] Contra Niniuen Assyriorum metropolim, & contra eius imperium duæ fuerunt prophetiæ, vna per Ionam sub Ieroboam rege Israelis, cuius comminatio non est executioni B mandata, quod Niniuitæ egerint pœnitentiam. Sed quia ad vomitum redierunt, misit Deus Nahum, qui extremum illis comminatur exitium, complendum anno 1. Nabuchodonosoris, vt ostendimus in Sacra Chronologia. Vt vero cognoscamus, quoto anno post Ionam prophetauerit Nahum; videndum est quando prophetauerit ex auctorum sententia.

Clemens Alexandrinus in 1. Stromate affirmauit Nahum post Ezechielem prophetasse, hoc est, post quintum annum transmigrationis Ioachin. Sed huic aduersatur, quod strages Niniues prædicta à Nahum accidit anno 4. Ioakim regis Iosiæ filii, qui erat primus Nabuchodonosoris; nempe tredecim annis antequam prophe- C tauit Nahum secundum Clementem.

Iosephus lib. 9. Antiquit. cap. 12. eum collocat sub Ioatham, quasi prophetet contra Assyrios, qui Israelem, & Iudam afflixerunt per tempora regum sequentium. Hebræi vero in sua Chronologia cap. 20. quos sequuntur Dauid Kimhi in Commentario, Vatablus, Sixtus Senensis lib. 1. Bibliothecæ, Isidorus, Robertus, Montanus, Genebrardus, & recentiores alii existimant sub Ma-

Onus assumptum imponendum ceruicibus Niniuitis.

2 Duæ prophetiæ contra Niniuen.

Tempus prophetiæ. Clemens Alexand.

Iosephus.

Hebræi.

nasse

...e prophetæ ..., quod improbus ... et, non memor ... de ... est 2. Paralip. 33. 19. *locutusque est Dominus ad eum, & ad populum illius, & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit ... principes exercitus regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt Babylonem.* Vel ... autem ... Nahum ... & ... , & ... statem ... Manassis, vt ... ardu ... Chronol ... ex Sund. , atque ideirco du... ... Fab ... nem, ...

S... Prophetæ ... Nahum prophetam ... Ezechiæ post decem ... Assyriis ... & Beniamin ab iisdem Assyriis, in consolationem populi ... & populi Iuda, qui ... Nos tamen pariter ... vtriusque populi audire Assyrios à Chaldæis esse ... capiendos. Quam sententiam indicant Theodoretus, & Theophylactus ex Græcis. Ex Latinis vero ... Remigius, Haymo, Albertus, Hugo cum cæteris. Eamque certam putant, quod ... strage Sennacherib, quæ facta est anno 14. Ezechiæ, vt constat ex 4. Reg. 18. 13. 2. Paralip. 32. & Isai. 36. 1 cum tamen paulo ante, sexto anno Ezechiæ, qui erat 9. Hoseæ regis Israel ... tandem cum Samaria dirutum fuisset regnum decem tribuum, ex 4. Reg. 18. 10. Quare intra illos octo annos, qui intercedunt à sexto Ezechiæ vsque ad decimumquartum prophetauit Nahum. Septuaginta duobus annis, & paulo pluribus postquam Ionas prophetauit sub Ieroboam.

Liber.] Cur librum vocauerit suam prophetiam Nahum, præter consuetudinem videndum est. Lyra videtur indicare ideirco librū vocasse, quod scripto tantum eam ediderit. Montanus vero putat ita dictam, quod non fuerit profectus ad Assyrios, vt Ionas, sed missis literis aperuisset illis diuinum consilium. Siquidem ספר *Sepher*, qui *liber* interpretatur, *epistolam* quoque in Scriptura significat, vt 4. Reg. 5. 5. *Vade, & mittam literas ad regem Israel.* & 2. Paral. 2. 11. & 4. Reg. 20. 12. *misit Berodach Baladan rex Babyloniorum literas, & munera ad ...* quod Isaiæ 39. 1. repetitur, dum dicitur, *Misit Merodach Baladan libros, & munera ad Ezechiam.* Sed ... non sit vnde probetur hanc suam ... misisse Nahum ad Assyrios, certius videtur eam ... prius ad consolationem sui populi, deinde scriptis mandasse ad perpetuitatem ... Albertus; vt haberent librum, in quo ... suam consolationem, & Assyriorum destructionem: nec statim è memoria exciderent ... iussus est Ieremias scribere minas ... vt in eo prælegerent Iudæi suam stragem; huius enim commodo libri deseruiunt. Vnde ... non consolatoriam præbebat Iudæis.

4 *Elcesæi.*] Nahum Elkeseus dicitur, non à patre, qui ita vocatus sit, vt quidam apud Hieronymum existimarunt: nec à ... est Vatablo, & Roberto ... nec ab officio ... arbitratur Montanus, quasi dixerit, quod ... tempore ... porauea ...

A ... Nahum ... ad ... perduci: nam verbum ... quo nomen illud deducitur, *tardare*, seu *procrastinare* ... vnde ... edab ... patre, Nahum, vt ... Chaldæus, cum dixit, *Nahum de Bethkosi.* ita quoque Epiph. ... & ceteri Prophetarum ... Theophyl. Remigius, Haymo. Albertus cum ... s, Vatablo, & Roberto ... in ... proœmio Hieronymus ... *quæ hodie in ... est ... quidem, & vix ruinas ad ... educat ... ... notus Iudæis, ... mihi ... monstratus.* ... quoque ... Hebræi ... Fit autem ita ... ab ... distingueretur; & ne dubitaret ... de ...

B dictione ... quam notus adeo propheta ...

Patiens] Hebraice ארך אפים *erech aphaim*, latus naribus. LXX. dixerunt, *longanimis*, & Chaldæus, *longe propellit iram*; quod qui latas habet nares, facile efflat spiritus ex ira concitatos, & ita tardius irascitur; cum tamen qui angustis naribus est, facilius excandescat, quia fumus ex corde ascendente ob meatuum angustias difficilius spirat. Hac ratione dicitur Deus *latus naribus*, ... in Scriptura, quod tardus sit ... & magnanimitati suæ fortitudine ... tem sustineat, prouocans ... Hoc enim est, quod sub ... *magnus fortitudine* quod ita constans sit, & ... animis, vt neque offensionibus ... tagatur, ... neat quoad opportunitas ... gunt Hieron. Remig. Haymo ... Montanus, &

C clarius Vatab. & Robertus, *magnus virtute* ... quod non ducatur ... im ... num sed eam quamdiu vult, potest cohibere, suo tempore puniturus. Sunt qui exponant, Dominus patiens est, sed et ... qui posset suam exercere potentiam in impios; vnde sequitur, neminem nocentem absoluet. Verum quamuis tardus sit ad iram, & magnus sit potentia, qua possit se cohibere vsque ad opportunitatem, recte subnectitur, & nihilominus non desinet punire nocentes.

Et mundans.] Hebraice, *& mundando non mundabit*, supple, *impios*, aut, *& absoluendo non solet absoluere*, id est, licet scelera impunita differat sua longanimitate; sed tandē non finet abire impunita, quasi nulla extitissent; vt nulla extant in innocentibus: sed grauibus suppliciis compensabit tarditatem. Atque ita dum dissimulaut cum Assyriis, sed tandem excidit eos. Hæc est communis interpretum expositio, quam expressit ... Septuaginta cum dixerunt. *& nocentem non ... tem faciet*, id est, non finet noxium vti innocentem impunitum; & Chaldæus, *& dimittet pœnitentibus, non pœnitentibus vero non dimittet.*

Et nebula.] Quo Assyriis terrorem incutiat, describit Dei summam potentiam, tempestatis, ac turbinis instar irruentis in hostes, & vi ... exercitus pedum puluere excitato totum aerem nebulosum reddit, & ob curum ... quam si nebula eum occuperet; ita Deus ... se de suis inimicis solet venire, aut ... Ita ... los. Ita explicant Albertus, Dionysius, Vatabl. Isidorus & Rob... nam ... viæ Domini misericordia dicuntur, *misericordia & veritas*, ... Domini vlciscentis *sunt tempestas*, *& turbo*

Sensus 2. *& turbo, pulvisq. pedibus excitatus.* Sed quidam, sic exponunt similitudinem, quemadmodum homo gradiens pulverem pedibus excitat, & aerem nebula opplet, sic Deus nubibus veluti pulvere pedum suorum nudas potest excitare tempestates in terra, vt grandines, tonitrua, & huiusmodi. Hu-

Sensus 3. go vero, & Montanus aliam explanandi sequuntur rationem: ita Deus quasi ex ercitus vlturus se de hostibus veniet, vt sua vi hostibus praeoccupatis, & superatis, quasi tenebris obsitis, omnem viam praecludat, qua illi euadere possint, aut qua fugere; nec dum resistere Deo ipsi possint. Verum magis videtur depingere Dei celeritatem, & vehementiam in veniendo contra hostes, iuxta primum sensum.

8 *Increpans.* Rursus eandem Dei potentiam declarat, non tantum in terra sibi nutu per mouenda, sed in mari exiccando, & fluminibus, & in faecundis montibus arefaciendis. Idque ictu oculi, vel certe nutu, maris, fluminumque a-

Increpatio quid. quas increpans, inquit, exiccat. Est autem increpatio domini in suos seruos cum comminatione imperium, vt Psalmo 103. 6. *Abyssus sicut vestimentum amictus eius, super montes stabunt aquae. ab increpatione tua fugient, a voce tonitrui tui formidabunt.* 1[illegible]4. 9. *& increpuit mare rubrum, & exiccatum est. & deduxit eos in abysso sicut in deserto.* Ita Christus Matt. 4. 39. *exurgens comminatus est vento, & dixit mari, tace, obmutesce.*

Sensus 1. Atque hic est sensus horum verborum secundum communem sensum expositorum, Remigii, Alberti, Hugonis, Dionysii, & Montani: quamuis non desint, qui in his allegoricum solum putent innui; nempe Assyriorum multitudinem existentium in Niniue, vt aquas in mari: & ceterorum in aliis vrbibus, quasi in fluminibus; & fertilitatem & opulentiam gentis, per montium fertilitatem significari: quae omnia facile est Deo ad nihilum redigere, de his montibus aliis in locis dictum a nobis est.

9 Deus [illegible] in angustia. *Bonus.* Ex Hebraeo. *Benignus est Dominus ad munitionem, seu ad praesidium in die angustiae.* adeo enim bonus est, & clemens, vt in angustia non deserat, sed praesens adsit opem laturus, & robur additurus, & tanquam cognitis, quos ob oculos habeat, succurrens iis, qui sperant in ipso, cum in praecedentibus in Assyrios hostes populi Dei innectus fuerit Propheta omnis dirae vastitatis illis comminatus. his iam verbis consolatur & decem tribus afflictas, & in captiuitatem ductas; vt diximus supra num. x. & maxime tribum Iuda, & Beniamin per eosdem iam iam affligendas; quibus sperantibus in Deo, pollicetur auxilium, cum [illegible] angustia [illegible] obsidionis. Consolatur autem [illegible] subiecta clade Assyriorum, qua [illegible] perituri; vel Chaldaeis eos vastantibus, vel Angelo [illegible] nam quod Deus in iustos de improbis [illegible] non modicum est illis solatium.

10 *Et in diluuio.* Cum inundatione impetuosa, hoc est, cum aqua summo impetu decurrenti, funditus euertet locum eius. Nomine *diluuij* aut *inundationis*, Hugo, Lyra, & Dionysius volunt in-

Variae expositiones. telligi exercitum Sennacherib regis Assyriorum; qui instar diluuii Iudaeae ciuitates inundauit, ac subuertit, sed cito praeteriit, Angelo eum percutiente; quam inundationem descripsit quoque Isaias cap. 8. 7. cum ait. *Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum & omnem gloriam eius & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius & ibit per Iudam inundans & transiens vsque ad collum veniet.* Rupertus [illegible] Assyriorum & Chaldaeorum [illegible] Iudaeam inundauit [illegible] & destruxit [illegible] probat [illegible] ex [illegible]. Verum [illegible] Remig. [illegible] Hugo, & Dionys. [illegible] factum [illegible] per Assyrios [illegible] tandem [illegible] & inimicos Assyrios [illegible]. At sensum, quem indicat Theodoretus, & afferunt Vatablus, Montanus, Robertus & Isidorus, est omnino verus: quod bonus [illegible] in eo exercebit Dominus bonus [illegible] sperantibus in se, cum immisso ingenti Chaldaeorum exercitu quasi diluuio [illegible] impetu decurrente, funditus euertet vrbem Niniuen,

Exercitus Chaldaeorum quasi diluuium. Assyriorum imperii [illegible] & [illegible] consumet inimicos suos, ciues Niniue. Probant autem hunc sensum verum, primum, quod supponitur verbi, *faciet*, est *bonus Dominus*, qui in eo memor est sperantium in se, quod impetu vno, valde celeriter subuertet locum eius. deinde, & maxime, quia pronomen *eius*, cum dicit, *locus eius*, in Hebraeo femininum est, [illegible] *m:k mab*, ac vnum e duobus potest referre: vel [illegible] *tsadah, tribulationis, seu angustiae*; quam Hieronymus cum ceteris expoluit, *captiuitatem*. & hoc non; quia captiuitas decem tribuum facta per Assyrios, numquam fuit consummata. Ea vero duarum

Ratio sensus praedicti. tribuum facta per Chaldaeos, licet consummata fuerit post 70. annos; at non est facta per Assyrios, in quos inuehitur, nec in diluuio praetereunte consummata; sed permanente tot annis: nec recte dicitur *locus eius* captiuitatis *consummatus & euersus*, aut *periisse*, cum de personis potius dicatur, quod *perierit locus eius*, cum nullum eius remanserit vestigium, aut de rebus consistentibus. Alterum nomen femineum, quod pronomen illud refert, est *Niniue*, vt videtur Ruperto, Vatablo, Montano, Isidoro, & Roberto, & vere, nam cum Deum vltorem hucusque Propheta depinxerit aduersus Niniuen, cuius onus denunciat, iam vno verbo declarat modum vltionis, nempe, illuuione exercitus Chaldaeorum celerrime transeunte Deum funditus subuersurum Niniuen cum [illegible] inde exorto, quod factum fuisse per Nabuchodonosorem 1. anno regni eius, probauimus in Chronologia sacra. Quod vero Montanus putat inundationem Euphratis, qua diruta est ciuitas, hic significari; vt potest etiam per tenebras eas, quae fumo ex igni in solitudine exorto, oppleuerunt omnia, innui: non est cur ita restringamus hanc rem. Significat ergo omne genus calamitatis ex Chaldaeorum exercitu, & ex Deo vltore Niniuae, & eius ciuibus Assyriis, contingentis; vt ceteri omnes intelligunt. Non enim tot Assyriorum facinora, tot in Deum blasphemiae, vno flagello, sed multiplici, & disperdente omnia, puniri merebantur.

Quid cogitatis. Assyrios alloquitur secundum omnes. Sed Hieronymus ex Hebraeorum sententia, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. Assyrios intelligunt, qui malum moliebantur [illegible] Iudam, sicut contra Israel 11

& co-

& [illegible] perd[illegible] [illegible] pe[illegible]derant [illegible] in. Quid,inquit [illegible] putatis Dominum crudelem? non consurget duplex tribulatio: non enim tradet vobis Iudam, & Ierusalem, [illegible] [illegible] tribus cum suo Sinaitæ: [illegible] consummationem [illegible] regis Assyriorum Sennacherib, cum illum vna nocte per Angelum [illegible]. Atq; hunc sensum indicat Chaldæus, [illegible] *non consurget domui Israel duplex angustia*. [illegible] tamen [illegible], & mag[illegible] [illegible] ante[illegible], & sequentibus, [illegible] ad Assyrios [illegible] opponere [illegible] Domino, & Nin[illegible] [illegible] contra impetu Chaldæorum [illegible] consilio, Dei, [illegible] vestros [illegible] & co[illegible] quomodo [illegible] [illegible], quæ vn[illegible] impetu sic efficiet quicquid effectura est, [illegible] secundo non tropus, atque adeo nec vobis tempus relinquet, quo consilium capiatis, & munitiones obijciatis, quibus vos tueamini contra Chaldæorum impetum. Hunc sensum asserunt Theodoretus, Theophylactus, & explicatius Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus: & constat, quoniam eandem consummationem hic repetit [illegible] [illegible] Deum, de qua dixerat, *consummationem faciet loci eius*. Sed de Niniue illud intelleximus, ergo de eadem hoc quoque accipiendum est. & hoc confirmat, quod subiicit, *non consurget duplex tribulatio*. cuius sensus non est, non percutiet duplici percussione populum Israeliticum, nunc partem eius destruens, & post partem alteram. Sed hic: non afficiet vos iteratis afflictionibus, cum prima afflictione sit vos perditurus: quod & de ipso Israele, & de ipso Iuda æque dici posset. Hoc est enim, omnino vno primo impetu perdet: quod nec vastitati exercitus Sennacherib conuenit, qui profligatus, refecit se, & in pristinum statum restituit, donec tandem imperium Assyriorum subuersum est a Nabuchodonosore vna irruptione, vt secunda opus non fuerit. Probat autem hunc esse huius sententiæ sensum, illa vox Abisai 1. Reg. 26. 8. *nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit*. quod hic dixerunt Septuaginta. *Non vindicabit bis in idipsum in tribulatione*. & Theodotio. *Non consurget secunda tribulatio*. & Symmachus. *Non sustinebunt impetum secunda angustia*. Quod Theodoretus exposuit. Adeo acerbum, & exaggeratum de vobis capiet supplicium, vt non opus sit in vos secundam plagam inferre. qui sensus vastitati Niniues, non Iudæ, magis conuenit. Cui etiam consonat ab ipsis ducta similitudo. Nam Niniuitæ fortitudine suæ vrbis fidentes, compotationibus pariter, & ebrietatibus indulgebant; Babylonios contemnentes: qui nihil [illegible] faciebant; quam congregare se, & complicare in aceruos, vt tandem spinæ, velut complicati, quasi stipula arida, simul omnes vrerentur, ac diruerentur. Confirmat quoque prædictum sensum, quod statim subnectit, tanquam culpa præmissa pœna vindicanda. *Ex te exibit cogitans contra Dominum malum*, nempe ex Niniue, vt dicemus.

[illegible] *Ex te*. Et in Hebræo dicatur: *Ex te egressus* [illegible] *est*, tamen verba est sententia Hieronymi, quam [illegible] numer. 2. Nahum sub Ezechia pro[illegible] [illegible] præteritum potuit pro futuro, *exibit*, aut *egredietur*. [illegible] Hieronymo, Remigio, Alberto, Hugoni, Lyræ, & Dionysio videatur sermo fieri cum ipso Assyrio, à quo missus est Rabsaces mala contra Dominum populo imprecaturus: tamen verius Theodoretus, Theophylactus, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus ad Niniuen sermonem institui existimant: in quam inuehitur: & reddit causam, cur prædicta clades occupatura sit ipsam Niniuen, quia nempe ex ipsa egressurus erat Sennacherib rex impius, qui contra Dominum, & populum eius, malum cogitabit, & consulet consilium [illegible]. Ita Chaldæus quoque Paraphrastes [illegible] *Ex te Niniue egressus est rex, qui cogitauit contra populum Domini malum*. Hoc fane de Sennacherib scribitur 4. Reg. 18. 19. *Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum. Quæ est ista fiducia, qua niteris*. & v. [illegible] *hæc dicit rex. Non vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea. Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum dicens: eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberauerunt dij gentium terram suam de manu regis Assyriorum? quinam illi sunt in vniuersis dijs terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea*: Eadem repetuntur cap. [illegible] 17. at Ezechias, *audi omnia verba Sennacherib, qui misit ad blasphemandum Deum viuentem*. Itaque [illegible] destruxit ferriam Niniues propter mala [illegible] inhabitantium in ea.

Si perfecti. Hebraice, *si* [illegible] *fuerint pacifici sint*, aut *vnanimes* [illegible] vertunt Pa[illegible] [illegible] Vatablus & Robertus, ad lit[illegible] [illegible] Chal[illegible] *etiamsi multi summa pace fruantur, & ex pace ita multiplicentur, vt in magno sint numero, nihilominus tondebuntur, & excidentur*. Vulgatus dixit, *si perfecti sint*, seu integri, vt scilicet omnibus præstent opibus, roboreque, & nihil illis desit ex copia militum ad ueisum te o Ierusalem, atque adeo multi tondebuntur, vt herbæ ab Angelo nocte vna: nam loquitur de excidio illo exercitus Sennacherib obsidentis Ierusalem, secundum Hieronymum, Remigium, Haymonem, Albertum, Hugonem, Lyram, Dionysium, Isidorum, & Robertum. Vnde subicit, *& pertransibit*, nempe ille exercitus, eiusque fortitudo; ellesque desinet, vel vastatio exercitu, reuertetur in terram suam, vt exponit Hieronymus cum sequacibus. Vel pertransibit à filius interfectus in templo Dei sui, vt vult Rupertus, Theodoretus, Vatablus, & Montanus, de ipsa ciuitate Niniue, eiusque ciuibus hæc verba exponunt, quod etsi perfectæ essent, & multi, ob pacem, qua fruerentur, nihilominus ipsa ciuitas cum eius imperio erat transitura, & omnino per Chaldæos excindenda. Vnde & addit, *affligens te, &c, non affligam te vltra*; opprimam quidem te o Niniue, per Chaldæos, & secundo opprimere opus non erit. Verum hæc ipsa verba, quæ ad Ierusalem dicta explicantur, superiora de exercitu Sennacherib intelligere compellunt. Nam ad Ierusalem sermonem fieri, Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo cum ceteris Vatablo quoque, & Roberto, pro comperto habent. Consolatorem enim Iudæam, & Ierusalem, quod non sit vlterius ab Assyrijs opprimenda, cum eos hic vastandos omnino commi-

netur,

netur, Vnde subdit, *& nunc conteram virgam eius de dorso tuo.* Nempe potentiam, quam per exercitum suum exercebat, vt volunt Hieron. Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo, & Dion. vel iugum seruitutis, quos sibi subditos habebat Assyrius Iudæos, quasi vinctos, vt explicant Chaldæus, Vatab. & Robertus.

14 *Et præcipiet.* Deus statuit vt a filiis interficeretur Sennacherib, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, & omnes: quod impletum esse constat, nam post 45. dies reditus in patriam, a duobus filiis senioribus in templo Dei sui Nesroch interfectus est; qui in Armeniam fugerunt, & successit filius eius iunior Asarhaddon. Vt refertur 4. Reg. 19. 37. Isa. 37. 38. & Tobiæ 1. 25. ita verum comprobatur, quod sequitur. *Non seminabitur de nomine tuo amplius*; quia cum statim perierit, illi tempus non suppetiit filium aliquem generandi, per quem nomen patris in posteritatem propagaretur; nam præter duos filios, qui fugerant, Asarhadon sine posteritate decessit. ita intelligunt hunc locum Hieronymus, Remig. Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Robertus. Sed Theodoretus sic accipit, vt [illegible] nemo sit subditorum, qui vocandus sit Assyrius ab Assur, quia iam deinceps subiecti Babylonis Chaldæi, seu Babylonii vocandi erant, sicut a Cyro Persa Persæ, & à Roma Romani. Verum cum Assyrii permanserint subiecti Chaldæis; verius de regno intelligitur, quod nullus rex Assyriorum esset proditurus mortuo Sennacherebo, qui eius nomen ad posteros transmitteret.

Sennacherib interitus prædictus.

Sennacherib in memoria delera

15 *De domo.*] Hieronymus, quem sequuntur Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Isidorus, ita distinguit hæc verba: *de domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile ponam sepulchrum tuum.* Hoc est, de domo Dei tui, vnde sperabas auxilium; adueniet tibi mors; nam ibi interficieris o Sennacherib, inter aras idolorum, & puluinaria adorantis sanguis tuus nefarius effundetur. & despicieris ab omnibus, sicut tu me despexisti. Itaque sculptile, & conflatile ponam sepulchrum tuum, est idem, ac, inter sculptilia, & conflatilia, dum ea in templo adoraueris, occideris; & cadauer tuum inde sepulturæ mandabitur; dignus, qui tam turpi morte afficiaris, quod me contempsisti. Vnde etiam si legas: *de domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile ponam sepulchrum tuum*; eundem sensum reddes. nam, *interficiam*, est idem, quod *excidam*, aut *disperdam*, vt verterunt Septuaginta, & accepit Augustinus 18. de Ciuit. Dei cap. 31. Ego faciam omnia simulachra templi Dei tui excidi, ac disperdi per Chaldæos vastatores Niniues. Vbi tu etiam prius decedes occisus à tuis, pro tuo merito; quia ignominiose vilis, & contemptibilis factus es. Ex quo, exercitu diruto; ad patriam cum ignominia fugisti. Nam vt dicitur 2. Paralip. 32. *reuersus est cum ignominia in terram suam.* Vatablus, & Robertus sic exponunt. Excidam sculptilia, & conflatilia de domo Dei tui, nam quia in eo cæderis à filiis tuis, profanabitur templum illud nefario tuo sanguine; ita nullum ibi deinceps colent idolum; sed tantum deseruiet sepulchro tuo; quia contemptum reddam te, quod me tu contempseris. Sensus planius sensus hic est, quia contemptibilem te reddidisti contemnendo me. *Nam qui honorificant me honorificabo eos: & qui contemnunt me, contemptibiles erunt* 1. Reg. 2. 3[illegible]. Hac ratione punitam iri tuam impietatem; nam ego efficiam [illegible] templum [illegible] in quibus sperabas, destruantur insuper: & sepulchrum tuum, in quo sepelieris, ab hostibus destruetur. itaque vna cum ciuitate, templum, & sepulchrum tuum, magna cum ignominia, & crudelitate diruetur.

Sennacherib inter idola occisus, & sepultus.

August.

Templum sanguine, occisi profanatum.

6 *Ecce.*] Communis omnium interpretum intelligentia in hoc loco est, prædici celerem interitum Sennacherib, quem denunciaturus nuncius cum lætitia venit in Iudæam, & in Ierusalem nuncius. Vt iocundissimos pro [illegible] ita pace ageret dies: de qua legimus 2. Paralipom. [illegible]. 21. *Cumque ingressus esset domum Dei sui, filij, qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. Saluauitque Dominus Ezechiam, & habitatores Ierusalem de manu Sennacherib regis Assyriorum, & de manu omnium. & præstitit eis quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda.* Ecce ergo, ait, prope adest, qui annunciet è montibus Iudææ, & qui audire faciat, hoc est, pro[illegible] pacem existentibus in Iudæa, & in Ierusalem. Nam *euangelizare* pro annunciare posuit, & *annunciare* pro audire facere quod significant verba Hebræa, extincto iam hoste Sennacherib in Niniue. Aduentum igitur annunciantium pacem Iudææ super montes ex Assyria venientium post interitum Sennacherib, intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Theophylactus, Lyra, Dionysius.

Lætū nuncium de interitu Sennacherib.

Vel certe, cum ex certa fama accepissent rex, & magistratus Ierosolymitani interitum Sennacherib, missuros ait per omnem Iudæam nuncios, qui voce præconis annunciarent omnibus communis hostis interitum, vt pace secure fruerentur; iuxta consuetudinem Hebræorum, quam refert Montanus in lib. de Arcano sermone cap. 33. & hoc locu ex libro Misnaioth tract. de votis, & ieiuniis: quæ populis omnibus publicanda forent magistratus iuberent voce præconis è montibus proclamari siue dies festi essent denunciandi, siue vota, siue ieiunia, siue quæ ad bellum, vel ad pacem pertinerent accurrebant enim populi ad signum datum, vnde in vicinos montes transeuntes, aliis nunciabant. Constabat enim montibus maxime Iudæa. Hinc Isaias cap. 40. 9. ait, *super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam.* & cap. 52. 7. *Quam pulchri sunt super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem!* Ierem. 6. 1 *clangite buccina in Thecua.* atque ita fecerunt nuncii, quos misit Ezechias, 2. Paralipomenon 30. *Pedum* autem appellatione aduentum significat vt Actuum 5. 9. *Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum*; & ad Roman. 10. 15. *quam speciosi pedes*, id est, speciosus aduentus, *euangelizantium pacem!*

Nuncii missi ab Ezechia in omnem Iudæam.

Pedis nomine aduentus.

7 *Celebra.*] Eadem præconis voce, qua pax in montibus nunciabatur Iudæis, indicebatur illis, vt intermissa festa celebrarent, votaque redderent nuncupata: metu enim hostis perterritis lætari non licuerat, & festos dies agere, nec in vrbem venire, vt vota quæcumque, vt solebant, in templo redderent, vt videtur intelligere Theodo-

[illegible] dicti festi.

Theodoretus. Vel potius ea vota, quæ Deo nuncupauerant pro salute præsenti, & pro hoste profligando, vt intelligunt Hieronymus, Remigius, Albertus, & ceteri cum Montano, & Roberto. *Festorum* autem nomine Pascha intermissum intelligunt cum Hieronymo Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & alij quidam: sic autem ait Hieronymus. *In Paralipomenon scribitur libro, quod obsidente Ierusalem Sennacherib, vt primo mense Pascha facere non potuerint. Caeso autem per Angelum exercitu eius, & fuga, ac morte eius nunciata, in secundo mense, summa festiuitate Pascha diem celebrarunt.* Verum si attente legamus historiam Ezechiæ 4. Reg. 18. & 2. Paral. 29. 30. & 31. initio regni sui cœpit curare ea, quæ ad Dei cultum spectabant. Nam ipse anno, & mense 1. regni sui aperuit valuas domus Domini, 2. Paral. 29. 3. & v. 17. Sacerdotes cœperunt prima die mensis primi mundare templum, & in die octauo ingressi sunt porticum: deinde quartadecima die mensis secundi Pascha celebrarunt, quia non potuerant facere in mense primo, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non erant; & populus nondum fuerat congregatus in Ierusalem, vt dicitur 2. Paral. 30. 3. 15. Præterea cap. 31. 7. dicitur. *Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta; & mense septimo compleuerunt eos.* & concluditur v. 20. *Fecit ergo Ezechias vniuersa, quæ diximus in omni Iuda: operatusque est bonum, & rectum, & verum coram Domino Deo suo in vniuersa cultura ministerij domus Domini.* Tum incipit cap. 32. *Post quæ & huiuscemodi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorum, & ingressus Iudam obsedit ciuitates munitas,* &c. quod factum dicitur 4. Reg. 18. 13. anno quartodecimo regis Ezechiæ. Ex qua historia compertum fit ante annos non paucos Pascha illud secundo mense celebratum, & postea anno 14. Ezechiæ venit Sennacherib: ac proinde non fuit celebratum illud Pascha post interitum Sennacherib, nec de hoc festo dicitur. *Celebra Iuda dies festos tuos;* Sed quoscumque alios, quos belli impedimento non poterant celebrare.

Pascha 2. mense celebratum. — ha me[illegible] cele- per ali- an[illegible] — De festis alijs intermissis est sermo

Quia.] Rationem cur lætari debeat, adiicit quia iam impius ille præuaricator Sennacherib non vlterius ad te accedet, vt vastet, siquidem interiit iam. De hoc intelligunt Hugo, Dion[illegible]s, & Robertus. Hieronymus tamen, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, & alij intelligunt Assyrium; quo imperium Assyriorum per Chaldæos vastatum sit, vel vastandum propediem, prænunciet. Verum cum causam reddat cur lætari debeant Iudæi, interempto Sennacherib, de ipso ait, iam tutos debere esse, quia nunquam amplius redibit, vt eos affligat: *Belial* vero vocat impium, nefarium, præuaricatorem, absque iugo; quia totus ipse interiit cum suo exercitu, & cum regno, ita vt amplius non sit caput elatutus. 28

Consolatio de interitu Sennacherib.

NAHVM PROPHETÆ.

Paraphrasis.

[1] ASCENDET, ô Assyrie, aduersus te Nabuchodonosor, qui, te inspectante, nec valente impedire, longe lateque fines tuos populetur, & vastet; teque arctissima premat obsidione. Eia ergo contemplare viam, per quam veniet; & te ad resistendum [2] fortiter para. Sane quantumcumque te paraueris, nihil efficies: [3] quia sicut Dominus vlus est Iudam de superbo Sennacherib, cum eius exercitu ipsum interficiens; ita iam vlciscetur per Nabuchodonosorem decem tribus Israel, quæ sunt in Niniue. Nam [4] vtrumque populum, cum posteris illius vastauerunt Assyrij. Hic vero erit bellicus apparatus, quo munitus veniet Nabuchodonosor. [5] Clypei Heroum, & fortissimorum militum eius, propter ruborem, & chalybis splendorem, ignem imitabuntur: milites ipsi exercitus eius fulgebunt cocco, & purpura: currus falcati, & equi eorum cum habenis, & phaleris, ignem sua expeditione videbuntur euomere. Hunc apparatum vt audierint aduentare equorum tuorum [6] agitatores, curruumque aurigæ, deficient pene præ timore, [7] in viisque ciuitatis omnes quadrigæ perturbatæ sese impedient, & concursantes in plateis se [illegible]ent. similes videbuntur facibus, & fulguribus huc, illucque discurrentibus. Tunc [8] rex Assyriæ fortissimorum tuorum recordatus, ad opem ferendam compellabis; [illegible]umque venerint, in vias ipsi impingent, & cadent. Velociter p[illegible] operabunt ad muros, in eisque machinas, & propugnacula præparabunt. [9] Sed portæ, quæ ducunt ad flumina aperientur, [10] & templum [illegible]ibus, & fama nobile, solo æquabitur. [11] Præsidiarius miles, & feminæ quondam nobilissimæ, tamquam ancillæ, eiulatus edere non audentes, sed vt columbæ gementes in seruitutem abducentur captiuæ. [12] Et Niniue quę præ ciuium, quam aluerat, multitudine, cum aquarum pi[illegible]na valet comparari, inutilem se turbam aluisse expe-

Cap. II.

‖ [1] ASCendit qui dispergat coram te, qui custodiat ob- 1
sidionem: contemplare viam, [2] conforta lum-
bos, robora virtutem valde. ‖ [3] Quia reddidit Dominus 2
superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia [4] vastato-
res dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt.
‖ [5] Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: 3
ignea habenæ currus in die præparationis eius, & [6] agita-
tores consopiti sunt. ‖ [7] In itineribus conturbati sunt: 4
quadrigæ collisæ sunt in plateis: aspectus eorum quasi
lampades, quasi fulgura discurrentia. ‖ [8] Recordabitur 5
fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascen-
dent muros eius, & præparabitur vmbraculum. ‖ [9] Portæ 6
fluuiorum apertæ sunt, [10] & templum ad solum diru-
tum. ‖ [11] Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius 7
minabantur gementes, vt columbæ murmurantes in cor-
dibus suis. ‖ [12] Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ 8
eius: ipsi vero fugerunt: state, state, & non est qui re-
uertatur. ‖ [13] Diripite argentum, diripite aurum: & 9
non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabili-
bus. ‖ [14] Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & corta- 10
bescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis
renibus: & facies omnium eorum, sicut nigredo ollæ.
‖ [15] Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum 11
leonum, ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc, catulus
leonis, & non est qui exterreat. ‖ Leo cepit sufficienter 12
catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda spe-
luncas suas, & cubile suum rapina. ‖ [1] Ecce ego ad te, di- 13

citur,

ticiut, quæ instante Babylonio, nil nisi fugam meditabitur, & ipsa licet clamet, state, manete, ne fugite, ipsi non reuertentur. Quod cum viderint [13] Babylonij in vrbem præsidio vacuam irruimpent, & ingenti clamore ala[cr]es, ad opes sese exhortabuntur diripien[d]as quæ per tam longum tempus, tot bel[l]is partæ & ex tot pr[ouinci]is congestæ, omnium rerum pulcherrimarum, & preciosissi[marum] [co]piam supra modum excederent. His omnibus [14] spoliata Niniue, [c]iues eius ade[o] erunt animo consternati, [...] leant præ dolore, genibus dissoluantur, & viribus tenuim deficiant fa[ciesque] eorum ita deu[rabuntur], vt oll[...] ferant. Sic vastatam cum te quis viderit ô Niniue, dicet insultans. [15] [Vbi] est vrbs illa, quæ lustrum erat [...] numque domicilium? Vbi vrbes, vbi prouinciæ tibi subiectæ, quas reguli, ac duces a te missi, vti leunculi pascua[...] labantur? Vbi est Nina vrbs, ad quam tedibant unusti præda, spolijsque miserarum prouinciarum? Qui tanto[...] ribus, atque opibus confidebant, vt nemo esset, qui eis terrorem inijceret. Nec vero eis capieudis contentus [...] quæ suis principibus sufficerent, sed auarissimus comportabat, quæ ad fastum quoque, luxumque largissime suppe[di]tent, sibique, vxoribus, pellicibus, & liberis. Sic suam raptu satiabat cupiditatem. Idcirco, 16 ecce ego, ait Dominus [...] tens, cui superi, & inferi patent exercitus, quadrigas tuas, & omnem bellicum apparatum in fumum redigam. & [...] Ducesque tuos, regulos, ac Dynastas gladio faciam occidi: opes etiam pene infinitas præda, ac rapina partas [...] dam: legatorum deinum tuorum, per quos ceteras Prouincias vel administrabas, vel terrefaciebas, vel expila[b]as, a[uctori]tate, & industria, qua pollebant, nequaquam vox in posterum audietur. Omnia enim per Babylonios penitus delebo

cit Dominum exercituum: & succendam vsq; ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nunciorum tuorum.

ARGVMENTVM.

PROSEQVITVR Nahum suam onerosam contra Ninam vrbem, & Assyriorum Imperium vaticinationem, per Nabuchodonosorem implendam; cuius describit exercitum, & Ninæ vrbis casum.

COMMENTARIVS.

1 Sensus 1. contra Niniuen.

A

ASceudit.] Ad Niniuen sermonem hunc conuerti communis expositio est; comminantem, & depingentem Nabuchodonosoris aduersus eam aduentum. Ita ex Hebræorum sententia exponit Hieronymus, & eum secuti Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Isidorus, & Robertus. Sed Montanus hæc omnia vsque ad verba illa, *& Niniue quasi piscina*; vult intelligi dicta contra Iudam; ne Sennacherib interitu elatus in vitia prolabatur; comminatur ei aduentum Nabuchodonosoris, qui eam ab illo erutam, diruat Iudæam tandem, & Ierusalem. Chaldæus vero, Theophylactus, Vatablus, & Robertus, etiam ad Iudam putant hæc verba fieri, consolatoria, & gratulatoria; nisi quod Theodoretus verba Septuaginta, *Ascendit insufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione*; de Deo intelligit, qui venit, vt liberaret Iudam de potestate Sennacherib; insufflans spiritum vitæ in faciem eius, vt olim in faciem Adæ; & apud Ezechielem in ossa arida, & Christus suscitatus insufflauit in Apostolos: sic Deus exsufflauit, & profligauit exercitum Sennacherib, quo spiritum salutis insufflauit in faciem populi sui, quem iubet contemplari vias Niniues, & roborari, quia vltiò capienda est de Assyrio, qui eum venerat vastaturus. Theophylactus autem intelligit Cyrum, qui ventulum, ait, faciens faciei tuæ, eripuit de tribulatione captiuitatis, Niniuen destruens, & tibi reditum concedens, & viam facilem parans. Vatablus & Robertus sic explicant; euanuit vti fumus Sennacherib, qui te inuaserat ô Iudæa, redi ad ciuitates tuas munitas, & contemplare viam, per quam fugit; quia per eam non reuertetur amplius. Prosequitur enim descriptionem interitus Sennacherib, cœptam in fine præcedentis capitis; & statim ostendit quomodo Niniue dissipata sit à Nabochodonosore.

Sensus 2. contra Iudæam.

B

Sensus 3. consolationem Iudææ significans per Angelum.

C

A

Et hic quidem sensus non est dissonus antecedentibus, & subsequentibus. Verum sensus primus, qui communis est, videtur verior: cum describat modum, quo vlturus sit Deus Iudam de Assyrio per Nabuchodonosorem, non contentus Sennacherib interitu, qui vniuersus interiit cum suo imperio, eo modo, quem describit Propheta. Deinde, quia contra Niniuen loquitur Propheta, non contra Iudam; est enim *onus Niniue*, vnde in consecutione huius Prophetiæ de aduentu Nabuchodonosoris, exprimit Niniuen, dicens; *& Niniue, quasi piscina aquarum aquæ eius.* Demum quia מפיץ *Mephist* dispergēs, aut dissipator, vt notat Montanus, videtur epitheton Nabuchodonosoris, quia omnia regna, obsistente nullo depopulabatur. Vnde Ieremiæ 51.20. dicit Deus, *ego collidam in te gentes, & dispergam in te regna.*

Primus sensus verius.

B

Conforta.] Aliud est lumbos accingere, seu præcingere, aliud confortare. Illud est, paratum se præstare, & expeditum ad ministerium aliquod: at confortare lombos, est fortem, & strenuum se præbere ad resistendum. Nam in lumbis non modica pars est fortitudinis. Vnde 2. Paralip. 10.10. dixit Roboam: *minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei*: id est, multo robustior sum patre meo. Et Romani ignauos, & imbecilles vocant elumbes: quasi nulla præditos virilitate; vel qui nullum valeant onus sustinere.

2 Conforta re lumbos, fortem fieri.

Elumbes imbecilles.

Quia.] Nomen superbia, & in malam partem accipi solet, & in bonam, pro gloria, maiestate, & magnificentia, vt Isa. 61.6. *fortitudinem gentium comedetis, in gloria earum superbietis*, id est, gloriabimini. Ex huius loci expositoribus quidam superbiam, qua populus Dei efferebatur, proprie accipiunt; ad hunc sensum: Perfringet Dominus superbas ceruices Iacob, nempe Iuda, per Sennacherib; sicut olim per Salmanasarem superbiam Israelis, nempe decem tribuum; vt non sit opus, vltra illos affligere. Vel auferet gloriam Iuda per Nabuchodonosorem, vt olim per Assyrios Israelis; ita Isidorus, Montanus, & Robertus.

C

3 Superbia nimium.

Superbia Iacob perfringenda

Sunt qui intelligant superbiam Sennacherib, & Assyriorum, qua elati sunt contra Dei populum: nam promittit Deus se vltionem sumpturum de superbia Sennacherib, qua superbe egit contra Iacob, seu Iudam; sicut vlturus est Israelem iam captiuum de superbia Assyriorum, destruendo Niniuen cum eius imperio. Ita explica[illegible] Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, quem sensum indicant LXX. dum vertunt: *Auertit Dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israel.* Hoc est, non, vt vult Theophylactus, quod restituerit decem tribus æque, ac duas suæ pristinæ libertati, per Cyrum eis facultatem redeundi concedendo; cum neque de C[yr]o hic, neq; de reditu sit sermo, nec decem tribus redierint; sed secundum Theodoretum, quem secutus etiam est Theophylactus; quod auerterit iniuriam toti populo Iacob illatam, quæ erat simul iniuria illata Israeli progenitori eius.

Alij accipiunt superbiam in bonam partem, vt Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus, vt dicat; Restituet Deus suam maiestatem Iacob, qualem olim habeat Israel; antequam suis bonis spoliaretur ab Assyriis: quod est dicere; restituet Israelem suæ pristinæ dignitati; nempe destruendo Niniuen cum imperio Assyriorum. Vel vt volunt alij, per Cyrum data facultate redeundi in patriam. Quamuis autem multi ex his auctoribus nomine *Israelis* intelligant decem tribus, & nomine *Iacob* duas: & alij vtroque nomine accipiant duas tribus, quæ tantum ex omni populo supererent. At ex subiuncta ratione videtur hoc loco Nahum loqui de superba elatione; qua sese extulit Assyrius contra vtrumq; populum Israelis, & Iudæ, quam Deus promittit se vindicaturum, & contriturum per imperij Assyriaci, vna cum Niniue, destructionem; *quia*, inquit, *vastatores vastauerunt eos, & propagines eorum corruperunt.* nempe, quia ipsi, qui antonomastice gentium vastatores dicuntur, vastauerunt eos, tam Israelem, quam Iudam: vt iam dicemus.

Vastatores. Theodoretus, & Theophylactus per *vastatores*, intelligunt hostes Assyriorum, nempe Chaldæos, per quos Niniue destructa est; & Assyriorum imperium consumptum, quorum mox describit exercitum. Hi enim omnem potestatem Assyriorum dissoluerunt, & omni ex armis capto robore euacuauerunt; & omnes, qui fugere non poterant, in seruitutem redegerunt: non aliter quam qui excutit palmites vitis, fructum eius omnem corrumpit. Verum ceteri omnes melius intelligunt ipsos Assyrios; nam reddit rationem, cur Deus sit vltionem sumpturus de superbia illorum; quia vastauerunt vtrumq; populum Israelem, & Iudam. Hoc est, vtrumque regnum diripuerunt, nam regnum decem tribuum omnino destruxerunt, & regnum Iudæ magna ex parte: ac ita euacuatores hi euacuauerunt regno, & potestate. ita intelligũt Chaldæus, Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Mont. & Vatab. Sed per *propagines*, Chaldæus, & Montanus intelligunt ciuitates, & oppida, quæ decori erant regno, vt palmites viti. [Al]bertus, Hugo, & Dionys. accipiũt cognationes, familias, seu societates. Alij filios eorum, & posteros, iuuenes, & pueros. Vat. & Rob. intelligunt bona, quæ singulis annis denuo cumulabant; nam præter regni diminutionem, singulis annis inuadebant terram, & bona patria, & opes ex fructibus collectas diripiebant Assyrij. Est c[e]rte similitudo à vinea desumpta; vt quemadmodum, vi capiens vineam, terram ipsam [o]ccupat, deinde singulas vites destruit, & deuastat: ita Assyr[i]j non tantum euacuauerunt regno Israelitas, & Iudam; sed etiam singulas vrbes, & ciues earum, per quas genus illorum propagabatur, destruxerunt, & corruperunt.

Similitudo a vinea deuastata.

Clypeus. Quædam est h[y]potyposis satis iocunda, ante oculos ponens [mult]itudinem, opulentiam, & virtutem exercitus Nabuchodonosoris aduentantis, & inuadentis Niniuen. Nam in prima acie principes inclyti virtute, ruber[illegible] armati, & qui ignem splendebant, [illegible]. Deinde milites exercitus non er[a]nt [illegible] be surrepti, sed nobiles, qui vestibus vermi[cu]latis, & coccineis vestiebantur. Nam [illegible] his indui vestibus, vt 2. Re[g]. 1. 24. *[F]lete super Saul, qui vestiebat vos coccino in delicijs.* Th[ren]. 4. 5. *qui nutriebantur in croceis, amplexati [s]unt st[er]cora.* Nec purpureo colore veniebant co[n]spicui [a]d ornatum; sed potius vt terrorem incu[te]rent Niniuit[is] & speciem ferrent sanguinolei totum; & ingentem cædem futurā præsignificarent. vt illud apud Isaiam 63. 3. *Quare rubrum est indumentum tuum & vestimenta tua sicut calcantium in torculari: Torcular calcaui solus.* Sic intelligunt Remigius, Haymo, Albertus, & Montanus, & recte, nam exercitus ille præ se ferebat multam cædem colore sanguineo significatam. Additur Hebræo, *in igne* פלדות *peladoth currus, in die preparare se.* & nomen *peladoth* R. Abraham, Dauid Kimhi, Pagninus, Vatablus, & Robertus *lampadarum*, aut *tædarum* exponunt; quod propter violentiam, & celeritatem ex collisione totarum ferrearum cum lapidibus, ignem scintillare currus videbantur. sic ille cum Montano. Septuaginta vero, & Vulgatus *habenas* sunt interpretati. & quidam ad ornatum referunt, quod equos haberēt currus cum habenis ignem emittentibus præ fulgore. Haymo, præ festinatione, ait, videbantur ignitæ. Remigius, & Albertus, ex collisione curruum præ multitudine sese inuicem collidentium; nam cum vndique ignis excitaretur, habenæ scintillis videbantur igniti. Erant autem hi currus falcati, quorum erat magnus vsus Chaldæis, & Persis; auctoribus Xenophonte lib. 1. Cyropediæ, & Q. Curt[io]. idque de rege Medorum Iudith 1. & [2]. refertur.

Exercitus Chaldæi descriptio.

Rubeus color cædem minans.

Currus falcati Xenophon. Curtius.

Agitatores. Hebr. *& abietes tremefactæ sunt*, vel *consopita, vt solent ebrij.* Possunt hæc verba intelligi de Assyriis obsessis, & de Chaldæis obsidentibus illos. Et de Chaldæis videtur exponere Chaldæus, cum inquit, *& principes exercitus eorum vestiti sunt tinctis vestibus.* nam prosequitur ornatum ducum, ac militum Chaldæorum exercitus depingere. Et verbum illud significat quoque operiri quodam ornamenti genere, quod Vulgatus Isa. 3. 19. ab ipso verbo deducto nomine vertunt, *mitras.* Alij *tremulas.* R. Salomon putat esse speciem chlamydum, aut velaminum, quibus se operiebant. Alij sic exponunt. Chaldæi ipsi ebrietate consopiti, intrepidi, quasi ebrij absque vllo timore irruent in hastas, in gladios, & hostes: nam ebrietas nihil metuit;

6 Chaldæorum vestitus.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sed in [p]rælia trudit inermem;

rierui, quæ instante Babylonio, nil nisi fugam meditabitur; & ipsa licet clamet, state, manete, ne fugite, ipsi non reuertentur. Quod cum viderint [13] Babylonij in vrbem præsidio vacuam irrumpent, & ingenti clamore alacres, ad opes sese exhortabuntur diripiendas: quæ per iam longum tempus, tot bellis partæ, & ex tot prouinciis congestæ, omnium rerum pulcherrimarum, & pretiosissimarum copiam supra modum excederent. His omnibus [14] spoliata Niniue, ciues eius adeo erunt animo consternati, vt corda concident, ut exsiccantur præ dolore, genibus dissoluantur, & viribus renum deficiant, facies que eorum ita denigrabuntur, vt ollæ fuliginem referant. Sic vastatam cum tequis viderit ô Niniue, dicet insultans. [15] Vbi est vrbs illa, quæ lustrum erat tyrannorum leonumque domicilium? Vbi vrbes, vbi prouinciæ tibi subiectæ, quas reguli, ac duces a te missi, vel leunculi pascua, depopulabantur? Vbi est Nina vrbs, ad quam redibant onusti præda, spoliisque miserarum prouinciarum? Qui tantopere suis muneribus, atque opibus confidebant, vt nemo esset, qui eis terrorem inijceret. Nec velocis capiendis contentus rex Assyrius quæ suis principibus sufficerent, sed auarissimus comportabat, quæ ad fastum quoque, luxumque largissime suppeterent, sibique, vxoribus, pellicibus, & liberis. Sic suam raptu satiabat cupiditatem. Idcirco, [16] ecce ego, ait Dominus omnipotens, cui superi, & inferi parent exercitus, quadrigas tuas, & omnem bellicum apparatum in fumum redigam, & familias, Ducesque tuos, regulos, ac Dynastas gladio faciam occidi: opes etiam pene infinitas præda, ac rapina partas, hostibus radam: legatorum denium tuorum, per quos ceteras Prouincias vel administrabas, vel terrefaciebas, vel expilabas, auctoritate, & industria, qua pollebant, nequaquam vox in posterum audietur. Omnia enim per Babylonios penitus delebo.

cœpit Dominus exercituum: & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius, & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nunciorum tuorum.

ARGVMENTVM.

PROSEQVITVR Nahum suam onerosam contra Ninam vrbem, & Assyriorum Imperium vaticinationem, per Nabuchodonosorem implendam; cuius describit exercitum, & Ninæ vrbis casum.

COMMENTARIVS.

1 ...sus 1. ...tra Ni-...ue.

A *Scendit.*] Ad Niniuen sermonem hunc conuerti communis expositio est; comminantem, & depingentem Nabuchodonosoris aduersus eam aduentum. Ita ex Hebræorum sententia exponit Hieronymus, & eum secuti Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Isidorus, & Robertus. Sed Montanus hæc omnia vsque ad verba illa, *& Niniue quasi piscina*; vult intelligi dicta contra Iudam; ne Sennacherib interitu elatus in vitia prolabatur; comminatur ei aduentum Nabuchodonosoris, qui eam ab illo eruram, diruat Iudæam tandem, & Ierusalem. Chaldæus vero, Theophylactus, Vatablus, & Robertus, etiam ad Iudam putant hæc verba fieri, consolatoria, & gratulatoria; nisi quod Theodoretus verba Septuaginta, *Ascendit insufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione*; de Deo intelligit, qui venit, vt liberaret Iudam de potestate Sennacheribi; insufflans spiritum vitæ in faciem eius, vt olim in faciem Adæ; & apud Ezechielem in ossa arida, & Christus suscitatus insufflauit in Apostolos: sic Deus exsufflauit, & profligauit exercitum Sennacherib, quo spiritum saluris insufflauit in faciem populi sui: quem iubet contemplari vias Niniues, & roborari, quia vltiô capienda est de Assyrio, qui eum venerat vastaturus. Theophylactus autem intelligit Cyrum, qui ventulum, ait, faciens faciei tuæ, eripuit de tribulatione captiuitatis, Niniuen destruens, & tibi reditum concedens, & viam facilem parans. Vatablus & Robertus sic explicant; euanuit vti fumus Sennacherib, qui te inuaserat ô Iudæa, redi ad ciuitates tuas munitas, & contemplare viam, per quam fugit; quia per eam non reuertetur amplius. Prosequitur enim descriptionem interitus Sennacherib, cœptam in fine præcedentis capitis; & statim ostendit quomodo Niniue dissipata sit à Nabuchodonosore.

...sus 2. ...tra Iu-...am.

...sus 3. conso-...onem ...æ li-...tiæ pe-...gelum.

Et hic quidem sensus non est dissonus antecedentibus, & subsequentibus. Verum sensus primus, qui communis est, videtur verior: cum describat modum, quo vlturus sit Deus Iudam de Assyrio per Nabuchodonosorem, non contentus Sennacherib interitu, qui vniuersus interiit cum suo imperio, eo modo, quem describit Propheta. Deinde, quia contra Niniuen loquitur Propheta, non contra Iudam; est enim *onus Niniue*, vnde in consecutione huius Prophetiæ de aduentu Nabuchodonosoris, exprimit Niniuen, dicens; *& Niniue, quasi piscina aquarum aquæ eius.* Demum quia מפיץ *Mephist* dispergês, aut dissipator, vt notat Muntanus, videtur epitheton Nabuchodonosoris, quia omnia regna, obsistente B nullo depopulabatur. Vnde Ieremiæ 51.20. dicit Deus, *ego collidam in te gentes, & dispergam in te regna.* (Primus sensus verus.)

Conforta. Aliud est lumbos accingere, seu præcingere, aliud confortare. Illud est, paratum se præstare, & expeditum ad ministerium aliquod: at confortare lumbos, est fortem, & strenuum se præbere ad resistendum. Nam in lumbis non modica pars est fortitudinis. Vnde 2. Paralip. 10.10. dixit Roboam: *minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei*: id est, multo robustior sum patre meo. Et Romani ignauos, & imbecilles vocant elumbes: quasi nulla præditos virilitate; vel qui nullum valeant onus sustinere. 2 (Confortare lumbos fortem fieri.) (Elumbes imbecilles.)

Quia.] Nomen superbia, & in malam partem accipi solet, & in bonam, pro gloria, maiestate, & C magnificentia, vt Isa. 61.6. *fortitudinem gentium comedetis, in gloria earum superbitis*, id est, gloriabimini. Ex huius loci expositoribus quidam superbiam, qua populus Dei efferebatur, proprie accipiunt; ad hunc sensum: Perfringet Dominus superbas ceruices Iacob, nempe Iuda, per Sennacherib; sicut olim per Salmanasarem superbiam Israelis, nempe decem tribuum; vt non sit opus, vltra illos affligere. Vel auferet gloriam Iuda per Nabuchodonosorem, vt olim per Assyrios Israelis; ita Isidorus, Montanus, & Robertus. 3 (Superbia tuum.) (Superbia Iacob perfringenda.)

Superbia Assyriorum subiuganda.

Sunt qui intelligant superbiam Sennacherib, & Assyriorum, qua elati sunt contra Dei populum: nam promittit Deus se vltionem sumpturum de superbia Sennacherib, qua superbe egit contra Iacob, seu Iudam; sicut vltorus est Israelem iam captiuum de superbia Assyriorum, destruendo Niniuen cum eius imperio. Ita explicant Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, quem sensum indicant LXX. dum vertunt: *Auertit Dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israel.* Hoc est, non, vt vult Theophylactus, quod restitueret decem tribus æque, ac duas suæ pristinæ libertati, per Cyrum eis facultatem redeundi concedendo; cum neque de Cyro hic, neq; de reditu sit sermo, nec decem tribus redierint: sed secundum Theodoretum, quem secutus etiam est Theophylactus; quod auerterit iniuriam toti populo Iacob illatam, quę erat simul iniuria illata Israeli progenitori eius.

[illegible]orū [illegible]bia pri[illegible] [illegible]da per [illegible]

Alij accipiunt superbiam in bonam partem, vt Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus, vt dicat; Restituet Deus suam maiestatem Iacob, qualem olim habeat Israel; antequam suis bonis spoliaretur ab Assyriis: quod est dicere; restituet Israelem suæ pristinæ dignitati; nempe destruendo Niniuen cum imperio Assyriorum. Vel vt volunt alij, per Cyrum data facultate redeundi in patriam. Quamuis autem multi ex his auctoribus nomine *Israelis* intelligant decem tribus, & nomine *Iacob* duas: & alij vtroque nomine accipiant duas tribus, quæ tantum ex omni populo superessent. At ex subiuncta ratione videtur hoc loco Nahum loqui de superba elatione; qua sese extulit Assyrius contra vtrumq; populum Israelis, & Iudæ, quam Deus promittit se vindicaturum, & contriturum per imperij Assyriaci, vna cum Niniue, destructionem; *quia*, inquit, *vastatores vastauerunt eos, & propagines eorum corruperunt.* nempe, quia ipsi, qui antonomastice gentium vastatores dicuntur, vastauerunt eos, tam Israelem, quam Iudam: vt iam dicemus.

4 *Vastatores.* Theodoretus, & Theophylactus per *vastatores*, intelligunt hostes Assyriorum, nempe Chaldæos, per quos Niniue destructa est; & Assyriorum imperium consumptum, quorum [illegible]x describit exercitum. Hi enim omnem potestatem Assyriorum dissoluerunt, & omni ex armis capto robore euacuauerunt; & omnes, qui fugere non poterant, in seruitutem redegerunt: non aliter quam qui excutit palmites vitis, fructum eius omnem corrumpit. Verum ceteri omnes melius intelligunt ipsos Assyrios; nam reddit rationem, cur Deus sit vltionem sumpturus de superbia illorum; quia vastauerunt vtrumq; populum Israelem, & Iudam. Hoc est, vtrumque regnum diripuerunt, nam regnum decem tribuum omnino destruxerunt; & regnum Iudæ magna ex parte: ac ita euacuatores hi euacuauerunt regno, & potestate. Ita intelligūt Chaldæus, Hieron. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Mont. & Vatab. Sed per *propagines*, Chaldæus, & Montanus intelligunt ciuitates, & oppida, quæ decorierant regno, vt palmites vitis. [illegible]rtus, Hugo, & Dionys. accipiūt cognationes, familias, seu societates. Alij filios eorum, & posteros, iuuenes, & pueros. Vat. & Rob. intelligunt bona, quæ singulis annis denuo cumulabant; nam præter regni diminutionem, singulis annis inuadebant terram, & bona parta, & opes ex fructibus collectas diripiebant Assyrij. Est certe similitudo à vinea destructa; vt quemadmodum, qui capiens vineam, terram ipsam occupat, deinde singulas vites destruit, & deuastat: ita Assyrij non tantum euacuauerunt regno Israelitas, & Iudæam; sed etiam singulas vrbes, & ciues earum, per quas genus illorum propagabatur, destruxerunt, & corruperunt.

Vastatores vi[illegible] Chaldæi

Vastatores populi Dei Assyrij.

Similitudo à vinea deuastata.

Clypeus.] Quædam est hypotyposis satis iucunda, ante oculos ponens [illegible]tatem, opulentiam, & virtutem exercitus Nabu hodonosoris aduentantis, & inuadentis Niniuen. Nam [illegible] acre principes inclyti virtute, [illegible] mati, & qui ignem splend[illegible]bant [illegible]. Deinde milites exercitus non e[illegible] be surrepti, sed nobiles, qui vestibus vermi[illegible]tis, & coccineis vestiebantur. Nam [illegible] his indui vestibus, vt 2. Reg. [illegible] 24. *Flete super Saul, qui vestiebat vos coccino in deli[illegible]*. Th[illegible] 4. 5. *qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Nec purpureo colore veniebant [illegible] ad [illegible] sed potius vt terrorem incuterent Niniuitis, & speciem ferrent sanguinolentorum, & [illegible]tem cædem futurā præsignificarent, vt illud apud Isaiam 63. 3. *Quare rubrum est indumentum tuum & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcaui solus.* Sic intelligunt Remigius, Haymo Albertus, & Montanus, & recte, nam exercitus ille præ se ferebat multam cædem colore sanguineo significatam. Addit in Hebræo, *in igne* [illegible] *peladoth currus, in die præparare se.* & nomen *peladoth* R. Abraham, Dauid Kimhi, Pagninus, Vatablus, & Robertus *lampadarum*, aut *tædarum* exponunt; quod propter violentiam, & celeritatem ex collisione rotarum ferrearum cum lapidibus, ignem scintillare currus videbantur. sic ille cum Montano. Septuaginta vero, & Vulgatus *habenas* sunt interpretati. & quidam ad ornatum referunt, quod equos haberēt currus cum habenis ignem emittentibus præ fulgore. Haymo, præ festinatione, ait, videbantur ignitæ. Remigius, & Albertus, ex collisione curruum præ multitudine sese inuicem collidentium; nam cum vndique ignis excitaretur, habenæ scintillis videbantur igniti. Erant autem hi currus falcati, quorum erat magnus vsus Chaldæis, & Persis; auctoribus Xenophonte lib. 1. Cyropediæ, & Q. Curtio. idque de rege Medorum Iudith 1. & [illegible] refertur.

Exercitus Chaldæi descriptio.

Rubens color cædem minans.

Currus falcati Xenophon Curtius.

Agitatores. Hebr. *& abietes tremefacta sunt*, vel *consopita, vt solent ebrij.* Possunt hæc verba intelligi de Assyriis obsessis, & de Chaldæis obsidentibus illos. Et de Chaldæis videtur exponere Chaldæus, cum inquit, *& principes exercitus eorum vestiti sunt tinctis vestibus.* nam prosequitur ornatum ducum, ac militum Chaldæorum exercitus depingere. Et verbum illud significat quoque operiri quodam ornamenti genere, quod Vulgatus Isa. 3. 19. ab ipso verbo deducto nomine vertunt, *mitras.* Alij *tremulas* R. Salomon putat esse speciem chlamydum, aut velaminum quibus se operiebant. Alij [illegible] exponunt. Chaldæi ipsi ebrietate consopiti, intrepidi [illegible] quasi ebrij absque vllo timore irruent in hastas; in gladios, & hostes: nam ebrietas nihil metuit;

6 Chaldæorum vestitus.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sed in [illegible] trudit inermem;

Horatius. Sensus 3.

vt dixit Horat. lib. 1. epistolar. epist. 5. Tertio, Dauid Kimhi, quem sequuntur Vatab. & Mont. & Rob. sic interpretatur; abiegnæ lanceæ, seu sagittæ veneno infectæ sunt, vt hostes enecent: quo feritatem Chaldæorum, & certitudinem cædium declaret. Verum ceteri intelligunt Assyrios, quorum viri fortes metaphorice abietes dicuntur, potentes, & magnates, vt ait Ioseph Kimhi, iuxta illud Isa. 37. 24. *& succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius*. LXX. vocauerunt, *equites timebunt in exitibus*, quos Vulgatus vocauit, *agitatores*, nempe, equorum, aut curruum, aurigas: de his ergo Niniuitarum, Assyriorumq; principibus, qui olim tremorem, ac terrorem incutiebant ceteris gentibus, prædicit, terrore, ac tremore concutiendos à Chaldæis. Sic intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Theophylactus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. Isidorus, Mont. & Robertus; cum R. Salomone, & Ioseph Kimhi. Hunc quoque sensum habent verba; etiam si proprie accipiamus abietes pro lanceis abiegnis, fraxineis, aut buxeis, quod Assyriorum lanceæ, seu sagittæ, quæ olim neminem viuum relinquebant, modo coram Chaldæis consopitæ, & hebetes factæ, nihil efficient.

Sensus 4. de Assyriis.

Assyriorum lanceæ inutiles.

7 *In itineribus.*] Frequens personarum mutatio, Prophetarum difficilem reddit elucidationem: vt constat in hoc Propheta. Nam Hieronymus ad Chaldæos putat redire narrationem, & eum sequuntur Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Rupertus, Dionys. & Montanus. Sed Theodoretus, Theophylactus, Vatablus, & Robertus de expugnatis Assyriis volunt hunc locum intelligi: vt videtur Chaldæus intelligere, cum inquit; *In viis conturbati sunt currus, sonitus collisionis armorum suorum auditur in plateis ciuitatis. aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia*. Et probatur in primis, quia de eisdem dicit, *& in itineribus conturbati sunt*, de quibus dixerat paulo ante, *& agitatores consopiti sunt*: sed hæc explicuit ipse Hieronymus de Assyriis, ergo & illa sunt de eisdem explicanda. Deinde; quæ sequuntur in contextu, *Recordabitur fortium suorum*, &c. de Assyriis intelligit Hieronymus; ergo & antecedentia de illis debuit intelligere, cum sub eodem continuo contextu referantur. Rursus, quia hic describitur apparatus exercitus Chaldæorum aduenientis, nondum obtinentis ciuitatem Niniuen. At in his verbis Nahum loquitur de obambulantibus per vias, & plateas vrbis Niniues, quasi parantibus se ad repugnandum: qui non sunt alij nisi Assyrij, & ciues Niniues: hi enim more amentium in equis, per vrbem, vt fulgura, discurrebant. Ex Hebræo sic legitur. *In viis*, seu *in plateis indecore se agent*, vel *insanient currus*. vt Ierem. 25. 16. *& insanient à facie gladij*, obambulabunt, seu cursitabunt in plateis. Vel coxabunt, hoc est, coxam ad coxam percutient ob assiduum motum. Ita Dauid Kimhi, & Ionah, & Robert. Describit mores, gestusque trepidantium, & de salute desperantium: Assyrij enim, etiamsi currus habeant splendidissimos, at cum adeo festini discurrent per ciuitatem, vt omnia muniant, similes videbuntur lampadibus, & fulguribus discurrentibus: aut vultus ostendent præ rubore confusionis, similes lampadibus, & sese mouebunt ita celeriter, vt fulgura referant, vt exponunt Vatablus, & Robertus vel qui olim suo aspectu, & gestu perterrefaciebant subditos, instar lampadum, & fulgurum, nunc ipsi consilij inopes, huc illucq; obambulabunt nescientes quid sint facturi, vt indicat Theodoretus.

Sensus 1. de Chaldæis.

Sensus 2. de Assyriis ad bellum se parantibus.

Gestus Assyriorum trepidantium.

Recordabitur. De Assyrio rege, & eius vrbe Niniue accipiunt hunc locum omnes communiter, Hieron. Theodor. Remig. Haymo, Alb. Theoph. Rupertus, Hugo, Lyra, Dionys. Isidorus, & Rob. Nam recolet fortissimos duces, eosq; mittet, vt muros propugnent; tantaq; celeritate abibunt, vt in via impingant: ascendent muros, & ibi vmbracula ad longam obsidionem sustinendam, & ad tela repellenda, parabunt. Est enim operimentum è tabulis, & pellibus confectum, quo se tuentur, qui præliantur, Chaldæus *turres* vocauit. Dauid tamen Kimhi, Vatab. & Rob. volunt hæc intelligi de Chaldæis: Nam rex Babylonis seliget fortiores duces, & mittet ad suffodiédos muros, cum illo instrumento bellico, quod vocant *testudinem*, quo se protegerent ab hostibus propugnantibus muros. Verum prior sensus est verus, quem habet etiá Chaldæus, inquiens. *Constituent duces exercitus eorum, corruent in itineribus suis; festinabunt, & ascendent murum, & constituent turres*. 8

Sensus [illegible] de Assyriis.

Sensus [illegible] de Chaldæis.

Portæ.] Per portas fluminum metaphorice portas vrbis ex multitudine hominum ingredientiú, & egredientium instar aquarum, significari volunt Hieron. Theodor. Remig. Haymo, Albert. Theophyl. Rupert. Lyra, Dionysius. Vt hac periphrasi dicat; portæ apertæ sunt, & capta est vrbs. Quem sensum & Septuaginta protulerunt, cum vertunt, *portæ vrbium apertæ sunt*. & statim Niniue vocatur *piscina aquarum*. Verum cum nihil obstet proprie accipere, portas Niniues, quæ ducunt ad flumina, apertas fuisse, & hostibus patuisse; & historia aliquid huiusmodi referat; de illis portis recte hic locus intelligetur, vt intelligunt Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Robertus. quem sensum & Chaldæus indicauit cum dicit; *fontes fluuiorum excisi sunt*. Nam & Dorotheus in Synopsi, & Epiph. in lib. de vitis Prophetarum, in vita Nahum, captam dicunt Niniuen per eam partem, qua Tigri alluebatur. imo & ipsi Assyrij hoc vetus oraculum commemorabant, auctore Diodoro Siculo lib. 3. cap. 7. nunquam Ninam capi posse, nisi cum fluuius vrbi hostis fieret. 9

Portæ vrbis.

Dorothe[us]. Epiphan. Niniue [ca]pta per Tigris portas. Diodorus.

Et templum.] Nomen היכל *Hecal*, & *templum* significat, & *regiam*, seu *palatium*. Vnde hoc loco Vulgatus dixit, *templum*, nempe *Nesroch*, vt ait Lyra; in quo adorabat Sennacherib cum occisus est à filiis. Atque ita accipiunt Hieronymus, Albertus, Rupertus, Hugo, & Dionysius, ac nomine *templi*, Remigius, Haymo, Hugo, & Dionysius, Regnum accipiunt, quod simul destructum est. Alij vero, vt Tigur. Vat. Isidorus, & Rob. *regiam*, seu *palatium* interpretantur; vt fecerunt Septuaginta, dicentes: *& regalia*, seu *regia conciderunt*. & Chaldæus dixit; *& rex in palatio suo contremuit*. Sed nihil refert hoc, aut illo modo vertere, cum in regiis, & arcibus consueuerint gentiles ædes suis idolis consecrare, & templa construere. Hinc arcem legimus Priami, & in arce Mineruæ téplum, & Palladium constitutum, & in arce vrbis Romæ Capitolio summi Iouis templum erat ædificatum, & Cumis in arce Apollini ædes erant sacræ. Cum ergo dicit Nahum templum dirutum, 10

Templum dirutum.

Palatium destructum.

In arce [re]gia Deo[rum] ædes construi solitæ.

regiam

regiam simul fuisse dirutam est intelligendum, quæ in prospectu Tigris creditur, voluptatis gratia exædificata.

11 *Et miles.*] In Hebræo sic legimus. *Et* הֻצַּב *Hutsab* גֻּלְּתָה *Gulthab ducta est captiua*, vel *discooperta est.* הֹעֲלָתָה *hohalathah ascendere iussa est*, seu *euanuit.* Et quidem nomen *hutsab*, cum deriuetur à verbo יָצַב *iatsab*, quod est *stare*, seu *statuere*: *statutum*, seu *stabilimentum* significat; vnde Septuaginta dixerunt, *& substantia reuelata est.* Nempe, vt exponunt Theodoretus, & Theophylactus, vniuersi eorum thesauri conclusi retegentur, vt nulli non sint conspicui, & direptioni expositi. Alij, vt Tigurina, & Montanus, transferunt, *& munitio eius firmissima retecta est, & euanuit*; quia diruta est ab hostibus. Dauid Kimhi, quem sequuntur Vatablus, & Robertus, ita vult distinguere verba Hebræa, vt *hutsab*, quod est generis masculini, conueniat cum *becal*, & palatium constitutum, aut persisteos à multis annis, nunc est dissolutum: deinde verba feminea contexit cum Niniue. Niniue autem discooperta est, cum hucusq; nemini hostium patuerit, & facta est ascendere, hoc est, excisa est. Quarto, Chaldæus paraprastes, & alij Hebræorum magistri, Samuel, Abraham, Dauid Kimhi, Pagninus, Vatablus, & Robertus putant nomen esse reginæ Niniues, *Hutsab*, id est, statuta, aut consistens dicta, quod adstaret regi; iuxta illud Psalmi 44. *adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.* Sic autem dicit Chaldæus. *Et regina, quæ sedebat assistens, in captiuitatem exibat. Et ecce ancillæ eius abductæ post eam incedebant gementes.* Itaque sensus ex abductis ancillis fit manifestior. Et Hutsab regina, quæ in penitioribus palatij ędibus continebatur, detecta est, & iussa currum ascendere, vt duceretur in captiuitatem, quam sequebantur eius ancillæ gementes, vti columbæ. Quinto, sunt qui metaphorice per reginam statutam, vel adstantem regi, intelligant metropolim Niniuen, & per ancillas minores vrbes, quarum omnium ciues ibunt in captiuitatem. Demum, Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Rupertus, Hugo, Lyra, & Dionysius secuti Vulgatum transferentem, *& miles captiuus abductus est*, nomen *Hutsab* militem stationarium, vel qui in præsidio consisteret, acceperunt, qui etiam captiuus ductus est, & ancillæ; nempe subditæ vrbes, & pagi cum Niniue subuersi, in captiuitatem abibunt. Vt Hieronymus, & ceteri eum secuti intelligunt; quamuis & fœminas nobiles ciues Niniues etiam accipiant. Quin & Theodoretus, & Theophyl. cum Septuaginta, qui vertunt. *& ipsa ascendebat, & ancillæ eius ducebantur sicut columbæ, loquentes in cordibus suis*; Niniuen, & subditas vrbes exponunt; quæ non audebunt clamare, sed instar columbarum singultus, & gemitus in silentio emitterent præ metu hostium.

Sensus 1. de thesauris.
Sensus 2.
Sensus 3
Sensus 4. de regina capta.
Sensus 5. de Niniue ipsa, & vrbibus ei subiectis.
Sensus 6. de milite stationario.

12 *Et Niniue.*] Ex Hebræo. *Et Niniue tanquam piscina aquarum à diebus fuit*; nempe à diebus antiquis. ita legunt Chaldæus, & omnes recentiores interpretes; Pagninus, Montanus, Vatablus, & Robertus, quod Vulgatus secutus Septuaginta dixit, *aquæ eius*, nam in Hebræo, modo legitur מִימֵי *mime* nomine plurali יָמִים *iamim* posito in regimine יְמֵי *ieme*, inde addita præpositione מִימֵי *mime* est, *à diebus.* Septuaginta vero, & Vulgatus legerunt pro מַי *aqua.* מֵימֵי *meme* geminatum, vt reperitur Exodi 7.19. & alias sæpe. sed sensus non variatur. Sumpta est autem comparatio à populorum copia, quibus plena erat Niniue; vt aquis piscina; qui nihilominus non valuerunt consistere, vt ipsam tuerentur; etiamsi ad eos reducendos clamaret. Sic explicant Hieron. Theodoretus, Remig. Haymo, Albertus, Theophyl. Hugo, Lyra, Dionys. & Vatablus. Aliam similitudinis rationem affert Montanus, ex situ sumptam: nam Niniue in campestribus, & palustribus, & irriguo solo condita erat, ad Euphratem fluuium: vbi non alte defossa terra aquæ quacunque erumpant: vnde imbecilles, & ignaui, tum ob delicias, tum ob soli, cœlique naturam, procreabantur viri, ex Herodoto, & Diodoro Siculo lib. 3. Alij ad copiam, & affluentiam diuitiarum referunt similitudinem; vt Rupertus, Vatab. Isid. Robertus; quod ex vniuerso orbe in vrbem illam, tanquam in piscinam aquæ confluerent. Ideo subditur, *diripite argentum, diripite aurum & non est finis diuitiarum.* Ciues igitur cum tam copiosos diuitiarum thesauros in vrbe reliquissent, nihilominus ignaui deserebant matrem, alioqui vocantem eos; vt volunt Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo; quamuis Rupertus, & Vatablus arbitrentur esse verba hostium Babyloniorum irridentium ignauiam Assyriorum diffugientium. Alij ipsius Prophetæ conspicientis hanc fugam Assyriorum. Magis ad rem videtur verba hæc accipere tanquam à matre emissa per duces, & viros alios eius propugnatores.

Similitudo copiæ ciuium ex aquis.
Similitudo imbecillitatis ciuium ex situ.
Similitudo copiæ opum.

Diripite.] Babyloniorum irruentium in vrbem, ac sese mutuo ad prædam exhortantium, existimant verba esse Vatab. & Robertus. Alij, vt Remigius, Albertus, Hugo, & Dionys. cum Ruperto, ipsam vrbem Niniuen quasi à filiis desertam, & desperatam, putant concedere Babyloniis, vt omnia diripiant, quæ filij deseruerant. Prophetæ verba esse putant quoque Dionysius, Vatablus, Montanus, & Robertus, hortantis Babylonios ad direptionem vrbis desertę à ciuibus, & plenæ opibus consertis ex varia supellectile, & vasis pretiosis illuc aliunde comportatis. Hebræa sic efferunt hanc sententiam. *Gloria præ omni vase desiderabili*, id est, suppellex eius excellentior est omni alia supellectili quantumcumq; pretiosa. 13

Nahum hortatur ad direptionem.

Dissipata.] Hebræa habent quandam consonantiam iocundam; sic enim habent: 14
בּוּקָה וּמְבוּקָה וּמְבֻלָּקָה *Bukah vmebukah vmebulakah*, hoc est, *vacuitas, & euacuatio, & desolata, & cor tabescens, & concussio genuum, & dolor in cunctis renibus, & facies cunctorum redigentur in ollam.* Omnimodæ Niniues destructionis, & timoris nimij descriptio est. Omnis vrbs vacua mansit opibus, ac ciuibus; & si qui intea remanserant, adeo erant timido animo; vt omni vi roboris destituti essent. Nam in primis corde tabescebant, fortitudinis aliorum membrorum fonte; quo debilitato, quid de ceteris fuisset sperandum? Inde enim genua infirma concuti necesse fuit, in quibus præcipue firmitas hominis apparet; iuxta illud 7. Ezech. 17. *omnes manus dissoluentur, omnia genua fluent aquis.* Inde renes deficiunt, ne satis iam sint oneribus ferendis, & hominis virtuti producendæ. Inde vultus contrahunt nigredinem, instar ollæ; Ioel. 2. 6. *à facie eius cruciabuntur populi; omnes vultus redigentur in ollam.*

Niniues timoris destructę descriptio.

Sarcasmos in Niniuem.

15 *Vbi est.*] Sarcasmo inuehitur Propheta in Niniuen, & eius reges, vt volunt Theophylactus, Isidorus, & Montanus; vel inducit quempiam conspicientem ruinam illius vrbis, & admirantem: ducta similitudine ex Leone; nam Niniuen facit lustrum leonum regum Assyriorum, & principum; vbi pascua apparata erant leunculis, regulis, & principibus aliarum vrbium: ad quod lustrum se recipiebat rex Assyriorum, cum suis principibus, cum redibat ex præda, absque eo quod vllus esset; qui exterreret. Comportabat enim ingentia spolia sibi, & suis vxoribus, & ducibus. Sic de Assyrijs omnia hęc intelligunt Chaldæus, Theodoretus, Theophylactus, Lyra, Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus. Sed licet priora illa verba, *Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum*; de Niniue, & Assyrijs: at posteriora, *ad quam iuit leo*, &c. de Nabuchodonosore, & Chaldæis intelligunt Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. quasi dixisset. Quid factum est de Niniue, in qua pascebantur reges Assyrij cum principibus suis? Ad illam irrumpendam veniet Nabuchodonosor, & ingredietur eam cum principibus suis, nemine deterrente. Cepit thesauros eius, quibus se, suasque vrbes, aut vxores, Babylonemque repleuit. Verum cum naturæ repugnare videatur describere leonem inuadentem lustrum alterius leonis, vt ex pręda capiat escas catulis suis: & quia statim inuehitur in Assyrium; cum ait; *Ecce ego ad te.* Verius integra illa sententia de Assyrio explicabitur, & non de Nabuchodonosore. Vere enim reges Assyriorum vastauerunt omnes terras; vti leones varia animalia deuorauerunt, vt legimus 4. Reg. 19. 11.

Assyrij prædatores.

Ecce ego.] Iam cito se compressurum hanc Assyriorum tyrannidem per Nabuchodonosorem comminatur Deus, dicens: *succendam fumo currum eius.* Hoc est, igne fumum emittente currus falcatos, vnde principes solebant pugnare, & gladio Chaldæorum confossurum principes, & omnes thesauros, quos fuerant deprædati per illos direpturum: non enim prædabitur vltra; neque amplius audietur in gentibus vox legatorum Niniues; vel qui mittebantur ad persuadendum vrbibus deditionem, vt fecit Rabsaces 4. Reg. 19. missus Ierosolymam, vt Hieronym. Hugo, Theophylactus, Vatablus, Montanus, & Dionysius. Vel ad exigenda tributa, vt volunt Remigius, Haymo, Albertus, & etiam Hugo, & Dionysius. Hunc locum Theodoretus, & eum secutus Theophylactus tropice dictum declarant; vt quia leoni Assyrium comparauerat, eius necem tropo ex arte venandi sumpto prædicat. Nam cum in speluncam abditæ feræ prodire nolunt, venatores exitibus fumum admouent, vt egredi cogant, & egressas venabulis conficiunt. Ait ergo, se fumo traditurum multitudinem, & fortes gladio; quæ significant vrbis deflagrationem, vt ex Dorotheo, & Epiphanio supra diximus; quibus consentiunt hi duo expositores; vt regum cædem. Quæ interpretatio non inepta esset, si per currus, aut quadrigas, turbam, aut multitudinem acciperet Propheta, vt Septuaginta exposuerunt. 16

Ruina tyrannidis Assyriorum.

Similitudo ex leone.

NAHVM PROPHETÆ

Paraphrasis.

VÆ tibi [1] sceleratissima ciuitas, quæ mendacijs, fraudibus, ac rapinis omnes nationes deprædata es: quibus adeo es assueta, vt a rapiendi studio cessare non possis. Pro his ergo tot ac tam nefarijs sceleribus grauissime punieris. Videor enim mihi iam pręsentiscere flagelli [2] sonitum, quo Babylonij equos ad cursum excitabunt: sonitum quoq; rotarum curruum falcatorum, equorum frementium, equitum vociferantium, gladiorum præterea micantium, hastarum fulgurantium, & Assyriorum demum cadentium; quorum infinitam cædem mihi videre iam videor, vt nemo possit per plateas inoffense incedere, cadaueribus vbique gressum intercludentibus. Hæc autem omnia patiens Niniue iustissimo Dei iudicio, quod mores elegantis scorti imitata mentiendo, blandiendo, minando, alijsque meretricijs artibus [3] allexeris bonam orbis partem: & pro sua libidine nationes quasque viciniores, vi bellica, & technis alijs, omni ablata libertate, subegeris. Propterea, dicit Dominus exercituum, Ecce veniam ego ad te, grauissimorum criminum dignissimas pœnas repetiturus; & detegam dedecora tua, & ostendam gentibus ignominiam, & regnis nuditatem tuam: vt ludibrio sis, & derisui ijs, quibus antea fueras admirationi. Quicumque viderit te humi iacentem, tyrannidis tuæ recordatus, & crudelitatis, absque vlla doloris significatione præteribit, & cum despectu dicet, & exultatione, Vastata en est Niniue, quæ orbem vastabat. [4] Nemo vicem tuam dolebit, nemo te consolabitur. Numquid es tu, vel potentior, vel florentior amplissima, & florentissima [5] vrbe Alexandria, [6] quæ circumdata est aquis Nili? quæ propter maris opportunitatem est opulentissima:

Cap. III.

1 VÆ ciuitas [1] sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. 2 [2] Vox
flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis 3 & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ; nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. 4 Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ [3] vendit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. 5 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum; & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. 6 Et proiiciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum. 7 Et erit: omnis qui viderit te, resiliet à te, & dicet: vastata est Niniue: [4] quis commouebit super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi? 8 Numquid melior es [5] Alexandria populorum, [6] quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius; cuius diuitiæ mare: aquæ muri eius. 9 Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & non est finis: Aphrica, & Libyes fuerunt in auxilio tuo. 10 Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. 11 Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxilium ab ini-

& pro-

& propter situm inexpugnabilis: & propter Æthiopiæ,& Ægypti propinquitatem firmissimum habet præsidium Nam & Aphrica,& Lybia solent ei auxilio esse:& nihilominus capietur & ipsa,excindetur, & eius infantes ad saxa,omnibus inspectantibus,allidentur, & nobiles forte distribuentur inter victores: & potentissimi quondam principes catenis vincti ducentur captiui. Tu ergo de eiusmodi calice bibes ô Niniue & in furorem,& quandam ebrietatem,ob summam calamitatem præcipitaberis: & quæ quondam gloriosa in toto orbe florebas, obscurata iacebis,& despecta, vt solet ebriis accidere, & quæ a multis annis toti orbi terrori fueras propter tuam tyrannicam potentiam, opis indiga, externum quæres auxilium ab hoste,quem oderas prius: sed frustra: nam arces,& munitiones tuæ, quas inexpugnabiles reputabas, tam facile diruentur, venientque in hostium potestatem; quam facile tam ᵃ grossi, quam maturæ ficus leui arboris attactu excutiuntur,& in os decidunt auide excutientis. Nec amplius habebis præsidii in tuis militibus plane effeminatis. Portæ tuæ hostibus pandentur; igni vectes consumentur. Tua cum instet oppugnatio,præparata, quæ fore putas necessaria in tempore obsidionis;certo tamen nihil tibi profutura. Hauri aquam ad sitim militum sedandam: firma quantumcumque voles tuas munitiones: confice lateres ad reficiendos muros. Nam his non obstantibus,igni,gladioque peritura es. Hostilis enim gladius non secus omnia vastabit;ac solent bruchi populari virentia quæque. Contrahe tuorum numerum militum, ad te propugnandam,quantus solet esse,ô Niniue,bruchorum,& locustarum numerus,quia nihilominus peribis. Nec plurimi illi tui negociatores proderunt tibi:nam mox,vt famam belli audierint,auolabunt cum rebus suis instar locustarum. Multitudo ciuium,militumque te ᵇ custodientium quemadmodum locustæ sine rectore,instante periculo, huc illucque temere discurrent,& euanescent profecto,similiter ac locustæ,quæ vigente frigore confident in sepibus, sed orto Sole,sic in omnem partem auolant, vt ne vestigium quidem earum appareat. Dormitabunt socordia, & oscitantia principes tui,& optimates consiliarii, vt nullum in eis consilium,robur ue supersit ad conseruandum populum, ô rex Assyriæ: peribunt ipsi,& condentur humo: populus autem quasi aues errantes dilabentur ad montes,ibique latitabunt, & nullus ex principibus supererit,qui eos recolligat. Erit igitur vulnus insanabile tuo a Chaldæis inflictum imperio,& adeo ingens, vt omnibus conspicuum sit. Omnes hi,ad quos longe,lateque in vniuerso terrarum orbe, euersionis tuæ vox peruenerit, præ gaudii magnitudine plaudent manibus,insultantes. Quis enim est,quem tu vel tributis,vel tyrannide non afflixeris, vt merito omnes congaudeant de malo tuo?

mico. ‖ *Omnes munitiones tuæ ᵃ sicut ficus cum grossis* 12
suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. ‖ *Ecce* 13
populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis,adapertione pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. ‖ *Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue mu-* 14
nitiones tuas: intra in lutum,& calca, subigens tene laterem. ‖ *Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt* 15
bruchus: congregare vt bruchus: multiplicare vt locusta.
‖ *Plures fecisti negotiationes tuas quam stellæ sint cœli:* 16
bruchus expansus est,& auolauit. ‖ ᵇ *Custodes tui quasi* 17
locustæ,& paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ consident in sepibus in die frigoris: Sol ortus est, & auolauerunt,& non est cognitus locus earum, vbi fuerint. ‖ *Dor-* 18
mitauerunt pastores tui rex Assur: sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. ‖ *Non est obscura contritio tua; pessima est pla-* 19
ga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transiit malitia tua semper?

ARGVMENTVM.

RVRSVS sceleratæ vrbis excidium variis modis prædicit,præsidii inopiam,ciuium fugam, & ab omnibus desertionem.

COMMENTARIVS.

1 Culpa Niniues ob quam punitur. Niniue dominum meretrix.

12 *Tunc mutabitur.*] Hebraice. *Tunc immutatus est spiritus, & transibit, & delinquent.* Hæc potentia eius Dei sui. Verbum אשם *asam*, quod est *delinquere*, aut *reum peragi.* Septuaginta transtulerunt *& propitiabitur.* at Vulgatus, Aquilam, & Symmachum secutus, *delinquet* transtulit, pro *deficiet*, aut *definet*, sicut & Latine dici solet, ait Hieronym. *peccauit vinea, & ager*, pro eo, quod est, *vindemia, & fruges non habuere prouentum.* Sic Ezech. 6. 7. *& dissipabuntur, & delinquent*, seu *interibunt aræ vestræ.* Sic Psalmo 33. 23. *Redimet Dominus animas seruorum suorum, & non delinquent*, vel *non deficient omnes, qui sperant in eo.* Hieronymus ergo, Haymo, & Remig. sic explicant hunc locum: tam prospero bello elatus in superbiam spiritu, imaginem sui vti Dei, statuet Babylone adorandam; post quæ in bestiæ pertransibit formam, & ita demum corruet eius prosperitas. Vel secundum Albertum, Hugo. Lyram, & Dionys. Tunc mutabitur spiritus eius in amentiam, vt cum feris sit habitatio eius. & pertransibit, vt [illegible] dictum est, *Tibi dicitur Nabuchodonosor regnum transibit a te.* & post corruet hic [illegible] destiterit. Et iuxta hos quod sequitur: *hæc fortitudo eius Dei sui*, ironice est intelligendum. hæc scilicet est potentia Dei sui, cui adscribebat victorias? Verum cum post mutationem [illegible] in bestiam redierit ad pristinam regni dignitatem, non videtur hic sensus recte Nabuchodonosori conuenire. Quare quidam putant non de [illegible] sed de gente Chaldæa ista hoc modo accipiendum. Tunc tot victoriis clarus in superbiam gentis illius spiritus, dominium vsurparum ex[illegible]bit, sed pertransibit cito, nam debellata a Medis, & Persis, corruet tandem eius imperium. Denique siue de gente loquaris, siue de imperatore eius, nam eadem ratio est, Vatab. Isidor. Montan. & Rob. sic explicant planius hunc locum. Tunc pro tot victoriis vltra modum elatus, metas, fines que modestiæ transgredietur, & delinquet, seu corruet in id scelus, vt oblitus veri Dei, tribuat tot victorias virtuti Dei sui Beli. Sic etiam Chaldæus illud verbum *asam, corruet*, aut *delinquet*, propriè accepit, dicens. *& flagitium admisit, eo quod multiplicauit gloriam Deo suo.* Quia vero Septuaginta ita legerunt hunc locum: *Tunc mutabit spiritum, & pertransiet, & propitiabitur. hæc est fortitudo Dei mei.* Hieronymus, Theodoretus, & Theophylactus iuxta hanc lectionem diuerso à præcedentibus modo interpretantur de vero Deo. Cum absoluerit suum impios puniendi creditum ministerium Babylonius, tunc Deus noster mutabit spiritum iræ in misericordiam, & pertransibit illos, quasi vltione sumpta contentus, & propitiabitur punitis. Nam Deo meo talis est potestas, sic cum oportet castigandi, & rursus miserendi, conuertendo misericordiam in oleum.

Sensus de Nabuchodonosore.

[illegible] clarator

Sensus de gente Chaldæa.

Sensus quod Belo victorias tribuerit.

Sensus de commutatione in bonum punitorum.

13 *Numquid.*] Propheta nomine populi, vt omnes fatentur, commotus metu, ac sæuitie Chaldæi, implorat diuinam opem contra illum, & precatur Deum, ne in manus illius venire permittat, ne omnino pereat. Ex Hebræo sic habet hæc clausula. *Annon tu a principio Domine Deus meus sanctus meus* לא נמות *lo namuth, non moriemur.* antiqua lectio erat תמות *tamuth, non morieris.* Est enim vna dictio ex decem, & octo emendatis à scribis, qui offensi ea lectione, *& non morieris*, ne putaremus Deum esse mortalem, pro ea legerunt, *& non moriemur.* Antiquæ autem lectionis hic erat sensus. Nonne o Deus meus, & sanctificator meus tu semper fuisti, & non morieris, esque immortalis, & incorruptibilis? idola vero corruptibilia sunt, & homines illorum auctores mortales? Hanc lectionem videtur secutus Chaldæus cum dicat. *Nonne tu Domine creasti seculum ab initio: tu Deus iudex verus super omnes creaturas tuas, & sanctus in operibus tuis: verbum tuum in secula permanet Domine.* Verum lectionem communem, *non moriemur*, fuisse etiam olim receptam, ostendunt Septuaginta qui transtulerunt, *& non moriamur*: & Symmachus, *vt non moreremur*, Vulgatus, & omnes quotquot hactenus verterunt Scripturam, cum omnes sic legant, *non moriemur.* Propheta igitur blanditur Deo, vt ab eo impetret liberationem ab impetu Nabuchodonosoris, cuius exercitum hactenus descripserat. ait ergo: Te ab initio agnoscimus Dominum Deum nostrum, & quem semper colu-

Lectionis varietas.

Sensus [illegible]

Sensus verus.

Pene [illegible] Nabuchodono-

colimus, vt sacrosanctum, in nobis multis rationibus sanctificatum, & glorificatum. Cur ergo plebs tibi ab initio dicata excinderetur ab hoc impio Nabuchodonosore? Non ità fiet, non moriemur te protegente. sic ferè intelligunt omnes hunc locum.

Similitudo a piscibus.

Sensus 1. Pisces minores absorbentur maioribus

Sensus 2.

14 *Et facies.*] Horum verborum duplex esse potest sensus; prior est, Videris homines facere quasi pisces maris, in quibus qui maiores sunt cæteros deglutiunt: & sicut reptilia terræ absque vllo defensore, subiacent fortiori, & qui plus valuerit viribus dominatur in alterum. Ita intelligunt Hieronym. Theodoret. Haymo, Remig. Theophyl. Sunt alij, nempe Albertus, Rupertus, Vatab. Montan. & Rob. quibus placet posterior hic sensus; facis homines similes piscibus maris, & reptilibus terræ; quæ cum nullum habeant ducem, aut iudicem, qui ea tueatur, impunè parent hominibus expiscantibus, & venantibus ea. Sic hic Nabuchodonosor omnes expiscatur nationes, quasi te non haberent ducem, & patronum, qui curam earum habeas. Verum prior sensus

Sensus 1 commodior.

commodior est rei, qua de agitur: & metaphora à piscibus ipsis, & à reptilibus ad se inuicem comparatis ducitur ad homines secum inuicem comparatos. Nam quemadmodum pisces, & reptilia, quia sine legib. viuunt, & sine principe, qui ea moderetur: quæ viribus valent infirmiora deuorant, & deuastant. Sic inter ipsos homines; quasi Deum non haberent, cui curæ essent, Nabuchodonosor, quod valeat viribus, homo licet sit, cæteros homines sibi subiicit, & deuorat. Ex historia autem rerum naturalium, de piscibus, & reptilibus constat ita contingere, vt de polypis scribit Ælianus lib. 1. de varia historia cap. 1.

Ælianus.

15 *Totum.*] Hebr. *Totum in hamo ascendere faciet, congregabit illud in sagena sua, & congregabit illud in reti suo.* Hieronymus, & cum eo Haymo, & Remig. ita distinguunt hæc tria, vt piscator quod hamo non potuit, reti comprehendat; & quod euaserit rete, sagenis latioribus circumdetur: ita i ex Babylonius cuncta vastauit, & vniuersum hominũ genus prædam fecit. Theodoreto, Ruperto, & Vatablo videtur idem his tribus nominibus significatum, quia cum totum illud significet oẽs pisces; nam perstat in metaphora piscatoris, ac proinde omnes gentes: non potest totum illud hamo expiscari, quo vnus tantum piscis capi solet; nisi hamum pro hamis accipiat, ita vt velit significare singulos exercitus milites, quorum virtute homines vincebantur: atque eosdem simul, qui faciunt exercitum, vocet sagenam, & rete, latius, vel contractius positum. Ostendit itaque liberam Nabuchodonosoris potestatem, & audaciam; quia vti piscatori liberum est expiscari vel hamo, vel reti, vel sagena: ita illi liberum fuerit quacumque arte, quacumq; exercitus parte modica, vel magna; homines capere, & subiugare.

Nabuchodonosoris audacia, & ars in capiendo notatur.

16 *Immolabit.*] Nomine *sagenæ, & retis* varia intelligunt interpretes, Hieron. Theodoretus, Haymo, Remig. Theophyl. Vatab. & Rob. prosperos belli successus, & frequentes victorias explicant, quas propriæ virtuti acceptas referebat; & idcirco statuam auream in campo Dura erexit, Daniel. 3. cui iussit omnes subiectas gentes sacrificare, ac suffire. Iidem Hieron. Haymo, Remig. Lyra,

Sagenæ, retisq; nomine victorias accipit.

Vatab. & Rob. intelligunt Deum eius Belum, cui acceptas referret victorias, vtpote, cuius virtute, & ope eas de gentibus retulerit Nabuchodonosor. Sunt alij, quibus videatur per *sagenam, & rete* significatum à Propheta piscem per metonymiã; quod piscem vti deam, Derceto dictam, coluerint Assyrij, cui Nabuchodonosor victorias referret acceptas; & pro illis gratias agens; sacrificaret, ac suffiret. Sunt autem multa veterum testimonia, quæ id probent. Nam in primis Xenophon. lib. 1. de Cyri minoris expeditione fol. 5. *hinc*, ait, *Cyrus quartis castris mille passibus. & octoginta ad Chalum amnem progreditur huius est latitudo passuum viginti: magnis vero, ac mansuetis piscibus refertissimus est. quos Syri sacrosanctos habent; eosque violare æque ac columbas nefas putant.* & Artemidorus lib. 5. de Somniorum interpretatione, *pisces edunt omnes*, inquit, *excepti Syris, qui Astartem colunt.* Diodorus Siculus lib. 3. Bibliothecæ cap. [illegible] caussam huius superstitionis eam esse refert: quod ferant Syri Dercetem Semiramidis matrem ob turpitudinem se in stagnum coniecisse, ibique in piscem conuersam; conditumque illi fuisse insigne templum ad Ascalonem Syriæ, iuxta lacum piscibus refertum. De qua Ouid. lib. 4. Metamorphos. initio, sic canit.

Derceto piscem alij intelligũt Pisc. ẽ C[illegible] dæis vt Syris facti m[illegible] Xenophõ.

Diodor.

Derceres Sem[illegible] dis mat[illegible]

Ouid.

Cogitat, & dubia est, de te Babylonia narret,
Derceti, quam versa squamis velantibus artus,
Stagna Palæstini credunt coluisse figura.

Erat autem facie formosa mulier, reliqua parte piscis: idcirco prodigiosam vocat Plinius. Nam de Cælesyria loquens lib. 5. cap. 23. *habet*, inquit, *Hierapolim, Syris dictam Magog; ibi prodigiosa Atargatis, Græcis autem Derceto dicta, colitur*, & Strabo de Edesa loquens lib. 16. pag. 709. *In ea*, inquit, *Atargatam Syriam deam colunt, quam Ctesias Derceto vocauit.* Dictam autem Atargatam Cælius putat lib. 23. lectio. Antiq. c. 5. ab *ater* sine, & *gatis* piscis, lingua illius gentis, quasi sine piscibus, quod piscium abstinentia coleretur. sed Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 30. *Assyrios*, ait, *duos deos habuisse: summum Adad, hoc est, vnum, & deam nomine Adargatem, quibus cunctarum rerum tribuunt potestatem; illum Solem, hanc Terram putantes; quam Cornutus putat esse Rheam.* Verum certius est esse Dagon Azotiorum, & consentit nomen; nam דג Dag. Hebræis piscis est; vnde Dagon vocatus; & colligitur ex 1. Reg. 5. 4. *Rursusque die altera, consurgentes inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini; caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen, porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Hoc est, quoniam superiori ex parte referebat hominem, ex inferiore piscem, forma hominis præcisa, ea tantum pars remanebat quæ piscem referebat: atque hoc est, *tantum Dagon remanserat in eo*, hoc est, solus piscis integer mansit. Huic ergo deo, vel deæ pisci tribuebat Nabuchodonosor suas victorias, & in gratiarum actionem ei sacrificabat, & suffitum adolebat. At certè licet hæc eruditè sint dicta, non tamen verum, sincerumque sensum nobis exprimunt: Nec vllam de deo suo aliquo arbitramur rationẽ habuisse Nabuchodonosorem in victoriis suis, quæ attinet ad verba Habacuc; sed sibi, suoq; exercitui superbissimus homo, gloriam, Deo debitam tribuebat. Et sanè in eodem signi-

Plinius.

Atargatis. Strabo

Gens a piscibus ab[illegible] stinens pisces [illegible] Ma[illegible] D[illegible] A[illegible]

Dagon inferiore parte piscis.

Sensus verus, sibi suoque exercitui tribuebat victorias Nabuchodonosor.

ficato accepisse hic Prophetam, sagenam, & rete, quo paulo ante acceperat, & paulo post, nemo iure negabit. Atqui paulo ante pauloque post, nomine *sagena* accipiunt interpretes exercitum, nempe militum multitudinem fortem, ac sæuam, strenuamque in arte militari, quam vti sagenam, & rete expandebat Nabuchodonosor per nationes, & regna, vt illis expiscaretur pisces, & homines captiuos duceret. Huic ergomet sagenæ, nempe exercitui suo, referebat acceptas victorias, eique instar Dei, sacrificabat, & tribuebat omnia. Simul etiam sibi tamquam eius exercitus ductori. Quem sensum efferunt Albertus, & Montanus cum his, qui dicunt suæ virtuti hos triumphos, ac frequentes victorias, felicesque successus tribuisse.

17 *Expandit.*] Hebr. *Num propter hoc exonerabit sagenam suam, & semper interficere gentes non parcet:* Communis lectio Septuaginta & Vulgati affirmanter effertur, & ita explicatur ab Hieronymo, Theodoreto, Haymone, Remigio, Theophylacto, Alberto, Hugone, Lyra, & Dionysio. Cum videat piscationem sibi prospere cedere, & gentium captarum diuitias dulces in ore suo esse escas, propterea iterum, atque iterum ad alias gentes capiendas sagenam suam expandet, exercitum nempe suum mittet, & non cessabit nouas facere excursiones, vt gentes alias, atque alias capiat, mactet, & spoliet. Hebræa tamen interrogantet efferuntur, vt habent Chaldæus, Pagnin. Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus, & verbum ריק *tarik*, quod vertitur *expandit*, proprie est, euacuabit, exhauriet, effundet, vt Genes. 42. 35. de filiis Iacob dicitur, *cum frumenta effunderent*, nempe è saccis, Hebraice dicitur, *ipsis euacuantibus saccos suos.* Et est seosus. Num propter hanc arrogantiam, qua te, ô Deus, contempto, sibi placet, ac tribuit suam tantam felicitatem, iterum, & iterum euacuabit sagenam suam, & captiuos mittet in Chaldæam, vt exoneret sagenam; & non cessabit aliquando alias, atque alias gentes expiscari, capere, & interficere, vt fecit hactenus? maxime cessabit, & quidem malo suo: non enim fas est permitti à te vlterius progredi; suaque insania potiri. Quæ sic exposuit Chaldæus. *Numquid propterea mittet exercitus suos, vt perpetuo consumat gentes, idque sine vlla misericordia?* Vbi sagenam explicat esse exercitum, vt cæteri videotur intellexisse.

Sensus 1. erectus victoriis non desistet alias, atque alias gentes inuadere.

Sensus 2. cessabit certe aliquando à sua piscatione.

Sagenæ nomine exercitus significatur.

HABACVC PROPHETÆ.

Paraphrasis.

VERVM, vt meo muneri satisfaciam, vt solent excubitores partem sibi custodiendam commissam non deserere, & in loco sibi designato consistere, obseruantes ne quis hostis aggrediatur [1] Ita ego attentissimis oculis contemplabor, expectaboque num aliquid suggerat mihi Deus, quo possim satisfacere argumento meo, & consolari plebem meam, quæ illo ad deiectionem mouebatur. At tandem mihi hac re sollicito hoc responsum dedit Dominus: nam dixit. [2] Scribe rem, quam tibi ostendo, & adeo dilucido sermone, perspicuisque literarum figuris in variis tabulis exara, in locis publicis proponendis, vt nemo sit qui legat, qui mox non intelligat, quod legerit. Adhuc enim [3] visio hæc non est implenda ante tempus a Deo constitutum, & tunc constabit tandem, nec frustraberis ea: si euentus eius vltra tuum desiderium dilatus fuerit, expecta paululum eum, quia omnino veniet post annos septuaginta; nec vltra id temporis differetur Babylonici Imperii interitus, & plebis Iudaicæ afflictæ liberatio. Caue [4] ne fidem abiicias: nam qui abiecta fide huius promissi adimplendi, contentiose restiterit ne veniat in potestatem Nabuchodonosoris, ærumnosam, ac miseram ducet vitam. At qui fide eius nixus dediderit se illi, & ærumnas omnes constanti animo superabit, & è captiuitate reductus, vitam felicem sibi comparabit. Hac præmonitione præmissa, sic accipe miserum interitum Nabuchodonosoris, quem tu, & plebs tua adeo reformidatis. Etenim quo magis viotum ambitionis occupat Nabuchodonosorem, eo magis homo ille superbit, & ideo non permanebit in sua dignitate, sed corruet ex ea: dilatauit quippe inexplebile suum desiderium, vti sepulchrum, quod nulla respuit cadauera, & vti mors, quæ mortuis non saturatur. Nam maximam ille gentium partem, ac nationum suppeditauit, sibique subiecit. Quæ quidem versa il-

Cap. II.

SVPER [1] custodiam meam stabo, & figam gra- 1
dum super munitionem: & contemplabor, vt
videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad
arguentem me. Et respondit mihi Dominus, & di- 2
xit. [2] Scribe visum, & explana eum super tabulas: vt
percurrat qui legerit eum. Quia adhuc [3] visus pro- 3
cul, & apparebit in finem, & non mentietur: si moram
fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tar-
dabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta ani- 4
ma eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet.
[5] Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir 5
superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infer-
nus animam suam: & ipse quasi mors, & non adim-
pletur: & congregabit ad se omnes gentes, & coacer-
uabit ad se omnes populos. Numquid non omnes 6
isti super eum parabolam sument, & loquelam ænig-
matum eius: & dicetur, væ ei, qui multiplicat non
sua? vsquequo & aggrauat contra se [6] densum lu-
tum? Numquid non repente consurgent qui mor- 7
deant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in ra-
pinam eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt 8
te omnes, qui reliqui fuerint de populis, [7] propter san-
guinem hominis, & propter iniquitatem terræ ciuitatis,
& omnium habitantium in ea. Væ qui congregat aua- 9
ritiam malam [9] domui suæ, vt sit in excelso nidus eius,
& liberari se putat de manu mali. Cogitasti confu- 10
sionem domui tuæ, concidisti populos multos, & pec-
cauit anima tua. [11] Quia lapis de pariete clama- 11

lius

bit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, re-
spondebit. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & 12
præparat vrbem in iniquitate. [11] *Nunquid hæc sunt* 13
à Domino exercituum? laborabunt enim populi in mul-
to igne: & gentes in vacuum, & deficient. Quia re- 14
plebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini, quasi
aquæ operientes mare. [12] *Væ qui potum dat amico* 15
suo mittens fel suum, & inebrians, vt aspiciat nudita-
tem eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu 16
quoque, & consopire: circumdabit te calix dexteræ Do-
mini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. Quia 17
[13] *iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium*
deterrebit eos de sanguinibus hominum, & iniquitate
terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea.
[14] *Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor* 18
suus, conflatile, & imaginem falsam? quia sperauit
in figmento fictor eius, vt faceret simulacra muta. Væ 19
qui dicit ligno: expergiscere: Surge, lapidi tacenti:
Nunquid ipse docere poterit? Ecce iste coopertus est au-
ro, & argento: & omnis spiritus non est in visceribus
eius. Dominus autem [15] *in templo sancto suo: sileat à* 20
facie eius omnis terra.

lius fortuna in casum miserandum, exempla parabolica sibi vndique desument, & sermonem ænigmaticum ab eo aliquando vsurpatum referent, dicentes insultando: en quo deuenit, qui suis non contentus aliena appetit, & inuadit? qui nullum sibi finem præstituit habendi? En quanta opprimatur ruina, qui ingentes opes sibi congessit, quæ numero [6] lutum ipsum adæquent? Ecce qui videbaris nunquam de tuo statu deturbandus, [7] consurrexerunt Medi, & Persæ, qui imperium tuum euertant, & dilacerent, opesque tibi diripiant. Nam quia tu spoliasti tot gentes, spoliabunt te illi, qui non sunt in tuam venturi potestatem, [8] propter sanguinem tot hominum effusum, propter vastationem terræ Iudææ, & ciuitatis Ierusalem, & omnium ciuium eius. Væ tibi Nabuchodonosor, qui congestis opes male partas, vt ex illis in tuam Babylonem comportans, [9] arcem tibi munitissimam, ac deliciosam construeres, in qua domum tuam æternam faceres, in eaque tanquam in nido, ab hostium incursibus perpetuo tutareris. Capiasti certe consilium ad ignominiam tuæ posteritatis, nam quod excidens tot populos, deliquisti grauiter, & tibi parasti excidium, domuique tuæ, ob inexplebilem ambitionem tuam. Nam si homines tacuerint, [10] ipsi lapides de parietibus domus a te exædificatæ, & ipsi asseres de tabulatis clamabunt contra te, & tuam iniustitiam testabuntur, & vim, quam illis intulisti ex propriis locis ea auferens: cui enim ædificasses domum opibus sanguinis effusione partis, & vrbem tuam Babylonem munisses regionibus, & vrbibus spoliatis? [11] Annon Dominus Deus exercituū vltionem sumeret de his? Adeo, vt laborent licet Chaldæi populi pro sua libidine in sua Babylone munienda, & ornanda, & gentes illis subiectæ lassentur in eadem re; sed certe laborabunt, vt congerant materiam igni, & fatigabuntur vsque ad lassitudinem, sed in nihilum, cum omnia sint a Medis, & Persis comburenda, & in nihilum redigenda. Tunc fama huius vltionis dissipata per vniuersam terram, vt solet aqua maris exundare; Dei potentia vltoris superiorem cognoscetur vbique. [12] O crudelis Tyranne, qui ita in reges, ac duces deuictos insolescis, vt eis insultes, & contumeliis afficies, palam faciens impotentiam, & infirmitatem eorum, quasi temulentorum, conuertisti gloriam, quam comparauerant, in summam ignominiam tua hac crudelitate. Bibes tu quoque de calice iræ Domini, & obrueris. Nam totus calix furoris dexteræ Domini, quæ propulsari non poterit, super te sese vertet, & tua gloria fœdabitur, & obscurabitur omnino, vt solet vestis preciosa vomitu ignominioso. [13] Cum violentia illa, qua Ierosolymitanum templum, vel Libanum, conflagraueris, obruet te, & vastatio, qua Chaldæi, ferarum instar, vastauerunt terram, efficiet, vt tu iam a Persis conteraris, propter sanguinarias cædes factas, propter oppressionem terræ sanctæ vrbis Ierusalem & omnium ciuium eius. [14] Quid tunc proderit Chaldæis sculptile idolum, quod nihil habet amplius, quam manu sculptoris esse factum? Quid idolum conflatile, simulacrum numen ementiens, vt in eo debeat collocare spem ille, qui finxit illud. Cum non possit amplius facere quam simulacra muta, quæ loqui non possunt? Væ illi qui idolum ligneum adiens, petit vt expergiscatur, & idolo lapideo non potenti loqui, vt surgat ad instruendum se de agendis. Nunquid est in illo mens, aut lingua, qua de re postulata instruat? minime gentium. nam licet ecce coopertum sit auro, & argento, at nihil vitæ, intelligentiæ inest illi. Solus Dominus noster est, qui e [15] cœlo, templo sancto suo exercet imperium in omnes terræ incolas. Conticescant igitur omnes, nec mutire audeant coram eo, timore correpti eius, qui nihil reliquit inultum.

ARGVMENTVM.

ATTENTVS Propheta audit responsum plebis suæ consolatorium; tyrannum Babylonium cum eius imperio omnino excindendum propter summam violentiam, qua tum gentes alias, tum ipsam plebem Iudaicam oppresserit.

COMMENTARIVS.

1 Custodiam.] Quo solutionem aliquam eruat eius expostulationis, quam in postrema parte capitis præcedentis proposuerat DEO, dicit modo, se muneri suo pro- A phetico non defuturum, sed contemplaturum, & expectaturum attentissimis oculis, instar vigilum, quibus concredita est custodienda pars aliqua vrbis obsessæ, & ad id in loco aliquo munito, vt in arce, aut specula constituuntur, si Spiritus sanctus suggerat aliquod, quo superiori expostulationi satisfiat, & pij consolentur.

Attentus expectat responsum

[illegible]

A ..., hora sumpta à vigilibus ait, *super custodiam meam stabo*. Symmachus dixit, *quasi custos super speculam stabo*. & Chaldæus, *super vigiliam meam sto paratus*, hoc est, meo custodis muneri ne desim, vigilio. non deseram partem meæ custodiæ commissam: *& figam gradum*, siue stabo *super munitionem*. Symmachus dixit; *super conclusum*, aut *veluti inclusus*. Theodotio, *gyrum*, Aquila, & Quinta editio, *circinum* transtulerunt: quoniam nomen מצור *Matsor* obsidionem significat, & arcem, seu locum munitum, murisque obsessum: *petram* vocarunt LXX. quasi dicat: intra circulum, aut sphæram excubiarum meatum consistam, vt inde contempler, & expectem à Deo, quid loquatur in me, supple Dominus, aut quid mihi suggerat Spiritus sanctus, quod possim respondere ad

Lectionis ratio.

B arguentem me; Hebraice, *ad argumentum meum*: nempe Deum, quod male argumentatus fuerim aduersus eum. vt volunt Hieronymus, Albertus, Lyra, & Dionysius. Alij, vt Theodoretus, Theophylactus, Pagninus, Vatablus, Isidorus, & Robertus, *ad argumentum meum*, passiue, id est, mihi propositum à piis aut impiis. Sed quid refert si dicamus expostulationem blandientis Prophetæ fuisse Deo propositam, vt erueret ab illo responsum consolationis; & ita modo expectare verbum illud à Deo, & ita dicere; quid respondeat ad meam humilem, ac mitem expostulationem, seu argumentationem, & ex animo sincero prodeuntem correptionem.

Respon-sum a Deo [illegible] ex-torquet.

2 *Scribe visum.*] Ad certitudinem, rem futuram per visum interiorem accepit Propheta, & ad communem populi consolationem iubetur eam

C scribere, vt non solum præsentes, sed absentes etiam, & posteri nouerint regni Babylonici finem, & consolationem ex vltione suscipiant, & suam sperent salutem. Iubet deinde in tabulis explanare; non cordis tantum, vt velle videntur Hieron. Haymo, Remig. Alb. Hugo, & Dionys. sed in tabulis ex arboribus præcisis, præsertim buxeis, vt vertunt hic Septuaginta & asserunt Theodoret. Theoph. Dionys. Vat. Isid. Mont. & Rob. Sic Isa. 30. 8. *Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum*. Hebraice, *in tabula*. Vel certe æreis, aut lapideis, vt lex scripta fuit in tabulis lapideis; & Iob 19. 23. *Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro: stylo ferreo, aut in plumbi lamina, vel certe sculpantur in silice?* & 1. Machab. 8. 22. & 13. 42. & 14. 18. Sic enim antiquitus scribebant in tabulis ex arborum caudicibus confectis, & compagmaris, & cera obductis, vt canit Propertius.

[illegible] scribere iu[illegible] vt omnibus [illegible] constet, in tabulis.

D

Antiquus scribendi [illegible]nos in tabulis cera obductis.

Propert.

> *Non illas fixum charas effecerat aurum:*
> *Vulgari buxo sordida cera fuit.*

Et iterum.

> *Nonne libet medio ceras implere capaces*
> *Quadriuio.*

Et iterum.

> *Dextra tenet ferrum, vacuam tenet altera ceram.*

Exarabant autem obductam ceram stylo æreo, aut ferreo. is erat longiusculus instar columnellæ cum epistylio; parte inferiore subulatus; posteriore autem latiuncula acie patulus. qua

E aculeatus erat scribebant, & cuspide exarabant: siquid vero delebatur, latiore styli parte fiebat, & pugillarium æquor inceratum complanabant. Et quia plures partes agebat scriptio, quam litura; ideo cum delebant, quia conuertebant la-

[illegible] styli æreo forma.

A tiorem, ac deletilem styli partem, stylum vertisse dicebantur. Sic 4. Reg. 21. 13. dicitur. *Et extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ierusalem sicut deleri solent tabulæ, & delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius.* Hinc Horat. in arte poetica.

Horatius.

> *Sæpe stylum vertas, iterum quæ digna legi sunt,*
> *Scripturus.*

& Hieron. in Apologia ad Domnionem. *Qui meliorem styli partem eam legerim, quæ deleret, quam quæ scriberet.* Stylum autem præacutum fuisse B. Cassiani ostendit martyrium, qui ferreis puerorum stylis enectus est. & Augustinus lib. de quantitate animæ, dum ait, *Verso stylo animal medium percussit.*

B Sed cur in tabulis scribi iubet, & non in libro, aut volumine? Nam & vsus fuit in palmarum foliis, aut in quarundam arborum corticibus, seu libris scribere, vt tempore Alexandri Magni cœptum est in Ægypto ex papyro cuius cortex acu diuidebatur in pertenues, & latissimas philyras, vt refert Plin. lib. 13. c. 11. eam ob rem, quod libri, & volumina volui, & signari soleant, & intra scrinia contineri, nec omnibus edi. At tabulæ ob hoc conficiuntur, vt quod in eis est scriptum, in medio positum, omnibus fiat manifestum. & idcirco numero multitudinis dixit, *in tabulis*, quod nō vno in loco, sed in pluribus Deus vellet suum decretum suspendi, vt notius omnibus fieret; nemoque eius cognitione priuaretur. Nam in locis

Interrogatio.
Non iubetur scribere in libro.

Sed in tabulis omnibus palam expositis.

C publicis acta eiusmodi in tabulis solita proponi, ostendit quod scribitur 1. Machab. 14. 26. *& descripserunt in tabulis æreis, & posuerunt in titulis in monte Sion.* & v. 48. *Et Scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo Sanctorum in loco celebri.*

Tabulæ in celebribus locis positæ.

Rursus cur iubet Deus prophetiam in tabulis explanari? aut quid iubet; cum iubet explanari? hoc inprimis: vt noto, quotidiano, vulgarique sermone tractet; non sub ænigmatibus, allegoriis, aut figuris recondito, & obscuro, propheticum argumentum. Et hoc est quod adiicit pro ratione; *vt percurrat qui legerit eum*; hoc est, ne qui legerit retardetur ab eius intelligentia, obscuritate, & inuolucris. quod dixerunt Septua-

Characteres, & Scripturam certam & claram postulat ad solatium populi.

D ginta, *vt persequatur qui legit ea.* & Chaldæus, *vt festinet ad sapientiam assequendam quicunque legerit in eo.* Atq; ita intelligunt Theophyl. Rupertus, Alb. Mont. & Rob. Sed quia non sola dictionis ratione, sed ipsis figuris literarum minutioribus, cunctari quis solet ne legat, neve intelligat. quod scriptum est; id etiam iuberi putat Montan. vt ipsas characterum, atque literarum figuras prægrandes, lectuq; facillimas depingi curet, ne quis de re hæsitet; adeo notam, ac manifestam omnibus esse vult Deus; quo nemo ab ea excludatur intelligenda; nemo non consuletur.

Visus procul.] Hoc verbo iam nos Propheta inducit ad inuestigandum rem, quam prophetat. 3
Quod si inuestigatione indiget, profecto non

E adeo dilucide eam proposuit, vt illi præceptum est. Sunt igitur duæ de hoc viso intelligentiæ. Nam Eusebius lib. 6. de Demonstr. Euang. cap. 14. Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Theophilactus, Hugo, Dionysius, & Isidorus, de Christi aduentu exponunt; qui in extremo iudicij die venturus est, vt reddat vnicuique iuxta opera sua;

Expositio 1. de posteriori aduentu Christi Eusebius.

& tunc

& tunc oppressores puniet, oppressos vero remunerabit: quomodo quæstioni propositæ responsum putant hi auctores. Potest autem confirmari hæc expositio, tum quod aliqua hic dicta maioris momenti rem prænunciatam indicant, quam sit imperij Chaldæorum finis, & populi Iudaici liberatio. Vt quod adeo attentius hunc visum expectauerit Propheta, quod iussus fuerit illum dilucide scribere omnibus palam faciendum; & quod sibi fidem præstari postulet Deus: tum maxime quia Paulus ita hunc locum intellexit in Epistola ad Hebræos cap. 10. 37. Vbi hortatus Hebræos ad confidentiam de remuneratione habendam, subdit. *Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuit, quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.*

Altera expositio est veterum; quorum meminit Hieronymus in ea verba. *& quomodo vinum*, &c. Cyril. Alex. Theodoreti, Alberti, Adami ad Rom. 1. & assentit Theophylacti, Vatabli, Isidori, Montani, & Roberti intelligentium de excidio imperij Babylonici post 70. annos, & liberatione populi Iudaici, redituque in patriam per Cyrum concesso. Atque hunc esse verum sensum literalem probat in primis, quod in antecedentibus de Nabuchodonosore, atque eius exercitu sermo factus est; dum querebatur Propheta de illo, quod ipsos Iudæos iustiores se esset oppressurus; & in subsequentibus, dum illius delicta enumerantur, ob quæ in eteatur interire. Ergo, & intermedia de eo debent intelligi, iuxta communem regulam. Deinde, quia omnis ille apparatus, quo parauit se Propheta: & Deus iussit proponi prophetiam, recte aptatur vastitati imperij Babylonici, & liberationi captiuorũ. Nam primum argumento maxime quadrat. Volt enim Deus pro summa, qua populum beneuolentia, ac cura prosequebatur, deiectum illorũ animum erigere ad spem reditus in patriam, & tristem cõsolari ostensione grauissimæ Chaldæorum ruinæ. Atque ad hoc se Propheta instar excubitoris proposuit: vt etiam Isaias de eadem ipsa re disserens cap. 21. 8. *Super speluncam Domini ego sum, stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. Ecce iste venit ascensor vir bigæ*, &c. Ad hoc etiam iussit Dominus in tabulis scribi, idque dilucide vt omnes palam haberent, quo se consolarentur: at certe iuxta priorem intelligentiam, prophetia satis obscure proponebatur, nec ad præsentem afflictionem corporalem temperandam multum iuuaret. Tum etiam voluit suis dictis fidem adhiberi, vt apud Isaiam quoq; de eodem argumento disserentem in illo cap. 21. v. 2. *Visio dura nunciata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat.* Denique nullum est verbum in Propheta quod huic expositioni non recte cohæreat, vt constabit. Hic erit ergo sensus literalis habendus.

Atque ex his dissolutæ manent rationes prioris sententiæ, cum Isaias eisdem fere verbis vsus fuerit in eodem argumento: & ex Dei summa benignitate omnia hæc proficiscantur ad suæ plebis consolationem. Paulus autem eadem verba [illegible]auit ad spem excitandam Hebræis remunerationis per Christum præstandæ; sicut modo Iudæis liberationis è captiuitate, destructo imperio Babylonico, in sensu mystico, vt notat Albertus.

Iam verba explicemus, quæ ex Hebræo sic habent. *Quia adhuc visio in tempus & loquetur in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eam, quia veniendo veniet, & non tardabit.* Ostendit suo tempore certissimo implendam hanc prophetiam, & hoc est illud, in *Moed*, quod est, tempus certum, constitutum, & definitum a Deo, in quo implebitur, vt dicat. Quia visio, quam tibi ostendo, adhuc implebitur in tempore suo constituto à Deo, vt recte Chaldæus, & Hieronymus. Aut, non implebitur hæc visio nisi in tempore constituto à Deo; hoc est quod dixit Vulgatus, *quia adhuc visus procul.* & Septuaginta, *in tempus*, quia non modo fiet; sed postea suo tempore. *Et loquetur in finem*; hoc est, tandem loquetur, vel orietur tandem, aut apparebit, vel constabit tandem: aut tandem inueniet finem; vel adimplebitur, & non frustrabit vos. Si dilata fuerit visionis impletio vltra quam tu desideras, expecta eam; quia certo veniet; & omnino veniet; & non tardabit vltra tempus definitum à Deo. Nam paucorum annorum, nempe 70. non potest longa esse mora. Sic communiter omnes intelligunt.

4 *Qui incredulus est.*] Hebraice. *Ecce extulit, non recta anima eius in eo, & iustus in fide sua viuet.* Pro *extulit* est verbum Hebræum עֻפְּלָה *hhupulah*, deductum à nomine עֹפֶל *hhophel*, quod significat *arcem*, vel *turrim in monte positam*; & aliquando proprium nomen est turris, vt diximus Michææ 4. 8. Vnde verbum videtur significare, efferre, vel eleuare sese, aut roborare cor cum conatu, & contentione; vt Numer. 14. 42. cum Moses quibusdam superbis dixisset. *Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Et roborauerunt se ad ascendendum in cacumen montis.* Vel vt Septuaginta ibi, *& vim facientes ascenderunt*, vel conati sunt, aut contenderunt, aut condensarunt secum contentione, quis primus ascenderet. quod vnum verbum Deuteron. 1. vbi eadem historia refertur, duobus exprimitur, v. 43. cum dicitur. *sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montem.* quod Vulgatus dixit Num. 14. *At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis.* Est ergo huius loci primus sensus. Ecce extulit cor, seu tumuit Nabuchodonosor, cum mutato eius spiritu ror victorijs, corruit in illam blasphemiam, vt diceret, hanc fuisse potentiam Dei sui, & ideirco non prosperabitur anima eius in eo, non perpetuo viuet, sua prosperitate potitus; sed cadet ipse tandem, & imperium eius in filio filij eius Balthasare. At iustus, certo credens promissioni Dei de eum reducendo in patriam, in fide illa sua viuet incolumis, & seruabitur, vt saluus redeat è captiuitate. Vel ecce is, cuius non fuit anima recta ô Propheta, vt tu ostendisti, Nabuchodonosoris mala enumerando, in superbiam extulit sese, & roborauit cor, ac contendit vltra progredi, & plebem meam opprimere: sed iustus, qui perseuerauerit vsq; in finem, in patientia sua possidebit animam suam, & saluus erit. Ad hunc fere modum de Nabuchodonosore, & eius nepote hunc locum intelligunt Dauid Kimhi, Vatab. & Robert. & nonnulli alij.

Et con-

Et con[illegible] iuxta Septuaginta, *qui autem arrogans [illegible] contemptor, vir superbus nihil perducit ad finem*, quo explicare videntur priorem partem dictæ sententiæ.

Sensus 2. increduli inconstans est.

Secundo, Vulgatus significationem illius verbi eruit ex opposito fidei significato: quoniam ex contentione, & elatione cordis nascitur nolle parere, aut credere dicto Dei: & ita communis expositio est Hieronymi, Haymonis, Remigij, Alberti, Ruperti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, & Montani. Qui non adhibuerit fidem sponsioni huic meæ, rectam vitæ viam nunquam sequetur, sed incertam, atque æstuosam, cum nullo fidei nitatur fundamento; at iusti vita in fide sua constans erit, & inexpugnabilis; nam quod firmissimo nitatur fidei fundamento, quicquid ærumnarum vitam illius inuaserit, fide perferet, & promissæ io melius mutationis spe superat. Atq; hunc sensum indicat Chaldæus, cum dicit. *Ecce impij dicunt in corde suo, non erunt hæc omnia*, nempe quæ Deus prædici iubet. *Sed iusti in veritate eius*, Dei, vel sua, *firmabuntur*.

Tertio, cum adhuc perseueret Dominus in modo tradendo visionis accipiendæ, vt omnes fere intelligunt, non de Nabuchodonosore hæc verba recte explicantur: sed de populo Iudæorum, cui prophetia de Nabuchodonosoris excidio, & populi reditu proposita est legenda. qui distributus fuit in duas partes; vna fuit eorum, qui iuxta Ieremiæ, & Prophetarum consilium, ex Dei præcepto se dediderunt Babylonio cum Iechonia rege, quibus propterea omnia feliciter successerunt. Altera fuit eorum, qui contentiose restiterunt præcepto Dei, & noluerunt se Babylonio tradere, sed repugnarunt, ideo cum Sedecia male capti, malé perierunt. cuius duplicis sortis populi ratio significata est ab Ieremia duplici calatho ficuum bonarum, & malarum, cap. 24. & á nobis ibi est explicata; quantaque hos infelicitas, illos vero quanta felicitas subsecuta est. Ad has ergo duas populi sortes videtur respexisse Deus in hac visione ostensa Habacuc. Atq; adeo sensus erit. Quicumque ex populo Iudæorum legerit visionem palam propositam, nolueritque ei fidem habere, restiteritque Nabuchodonosori, renuens illi se dedere, non recte cum eo agetur, nam vita eius multis calamitatibus opprimetur, multis ærumnis concutietur, donec pereat: huiusmodi fuit Sedecias, & qui eius secuti sunt consilium. At qui fidem habens visioni, Dei præcepto obaudiens, collum suum Babylonio subiecerit, seseque illi sponte [illegible] dederit, fide illa nixus, sperans suo tempore salutem futuram, ab omnibus ærumnis liber, vitam suam seruabit incolumem & felici potietur ex[illegible], v[illegible] on[illegible] o-niæ, cum iis, qui secuti eum tradiderunt sese. Hunc esse verum sensum, in primis historia ipsa, de qua diximus loco citato satis osten[illegible]. Deinde verba Hebræa eu[illegible] tradunt, nam v[illegible]um Hebræum supradictum cum ab arce aut munitione deducatur, ligni[illegible] xe[illegible] in arcem aut turrim, aut mu[illegible] b condi[illegible] sese. & ita explanat Moses K[illegible] Anima [illegible] pij, quæ non est recta iu[illegible] sem [illegible] up[illegible] non est fiducia, & fides in Deo excel[illegible], p[illegible] t [illegible] nar[illegible], ac turm, seu in munitione [illegible] n e[illegible] fugeret á facie inimici, & no[illegible] e[illegible] ad Deu[illegible], nec ab illo quæreret vt e[illegible] iat eam. S[illegible] seu ad [illegible] cem [illegible] fid[illegible] Dom[illegible] quod promi[illegible] it, in fide [illegible] breui[illegible] r di[illegible] amus [illegible] qui [illegible] lue [illegible] t d[illegible] end[illegible] re muniti[illegible] ster[illegible] a[illegible] hodonosori [illegible] captiuitatis affligetur & exitum [illegible] cem, at qui his omnibus [illegible] rit, & sese [illegible] adid[illegible] it, libe[illegible] tam traducet, ac tandem [illegible] Deo [illegible]

Populi Iudaici duplex sors, vna secuta, Sedeciam, altera Iechoniam.

Sensus iuxta veram que sortem.

Qui se dediderit fidens Deo [illegible]uus erit.

Qui non [illegible] dedide[illegible] diffisus perieret mala.

[illegible] non [illegible] Deo, confugit ad [illegible] cem [illegible]uam

Tertio, Septuaginta eundem sen[illegible] runt, cum ver[illegible] runt. *Si retraxerit se non pla[illegible] anima mea in ipso. Iustus autem ex fide mea [illegible]* [illegible] gunt Eusebius lib. 6. Demonstr. [illegible] cap. [illegible] Cyprianus lib. 1. & 3. Testimon. & H[illegible] & Theodoretus, quamuis in mul[illegible] nun est, *mea*, vt nec in Pau[illegible] 1. cap. E[illegible] Rom. cum Symmachu[illegible] l[illegible] ge[illegible], *Iustus autem [illegible] fidem propriam suam viuet*. & o[illegible] nes[illegible] al[illegible] [illegible] mode dicere. Qui se retraxerit, aut subduxerit sese in arcem aliquam, aut munitionem, ne [illegible] tradat Babylonio, hæsitans de verbo Dei, nu[illegible]o modo placebit Deo; adeoque nihil illi prospere ced[illegible] iustus, qui Deo fidem præstiterit, in ea fide eripietur è calamitatibus captiuitatis, & vitam suam conseruabit.

Sed huius sententiæ aliqua verba explicemus. *Qui incredulus est.* iam diximus in Hebr[illegible]o esse. *qui effert cor suum; qui contendit non parere, aut subducit sese ne fidem habeat Dei promissioni.* Vnde putant quidam ad huoc locum allusisse Paulum ad Roman. 2. 8. cum dixit. *Iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio.* quibus opposuit eos, qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt.

Non erit recta anima eius in eo. [illegible]c aoimá seu 4
mente intelligunt omnes fere, & Hebræi, & Græci, & Latini, vt sit sensus; non erit recta in Deum mente, cum verbo Dei non [illegible] elis. quod dixerunt L X X. *non placebit anima mea in eo*; hoc est, summe mihi displicebit, qu[illegible] te deprauata, ac distorta est [illegible] im[illegible] illius, [illegible] m diffidat de Deo. Montanus [illegible] me[illegible] te pe[illegible] ita hic animam accipit vt Genes 2. 8. *f[illegible] in animam viuentem.* & M[illegible] h. [illegible]. 39. *Qui amat animam suam perdet eam, & qui perdiderit animam suam, inueniet eam.* & Ioan. 10. 11. *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* atque adeo, *non recta erit anima eius in eo*, idem est, ac nunquam rectam vitæ sequetur viam, sed incertam, atque æstuosam; miseram, & inconstantem; nam quouis fortonæ momento huc illucque impelletur, atq; quacumque ærumna, quacumque violentia deprimetur, cum careat fidei fundamento: ac propterea indignus sit qui Deo curæ sit vt ait Theodoretus.

Anima [illegible] te.

[illegible] nima pro [illegible] ita

Et cum huic increduli vitæ opponat vitam iusti fidelis, cum ait, *iustus autem in fide [illegible] viuet.* quamuis communiter de vita gratiæ, aut g[illegible] accipiatur, at Vates de vitæ hon[illegible] consta[illegible] tia loquitur, quam iustus fide bono[illegible] m promissorum nixus, nullis calami[illegible] cul[illegible] us, nullis affectus ærumnis de[illegible] iur ergo de virtute, ac toleran[illegible] quam fi[illegible] es piorum animis addit ad æru[illegible] omnes, omnes[illegible], calami

[illegible] ut [illegible] fari [illegible] suorum [illegible] eas, [illegible] At[illegible] 35. [illegible] ita [illegible] confidentiam [illegible] magnam [illegible] remunerationem. Pat[illegible] vobis necessaria est, [illegible] voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Ad[illegible] enim modicum, aliquantulum qui venturus est ve[illegible] non tardabit. Iustus autem meus ex fide vivit. & [illegible] lum [illegible] quod hic [illegible] sunt [illegible] iustus ex fide [illegible] in Euangelio [illegible] dæ sustentabantur vere[illegible] & [illegible] a mala occurrentia constan[illegible] perferebant. & ad Galat. 3. extendens Apo[illegible] us non [illegible] fidei, ad fidem priorum bonum eo[illegible] um veteri [illegible] implend [illegible] in noua, di[illegible] ex operibus legis iustificatum, ac [illegible] ob [illegible] in Euangelio complectionis [illegible] quod [illegible] Habacuc, iustus [illegible] ibat, confer [illegible] iustitiam, & [illegible] malis obuiis, roboratus [illegible] promissorum, & ita ex fide hac [illegible] iustitiam, non ex lege. Quod [illegible] hæretici, iustus ex fide viuit, ergo [illegible] sed iusti vita est iustitia; ergo [illegible] consequenter igitur fides [illegible] cum Vates de iustifica[illegible] Quod [illegible] Paulus præsertim [illegible] ex fide [illegible] non ex lege prouenire, [illegible] extendendo ad omnem pieta[illegible] in loco explicabimus ma[illegible] colle [illegible] Chaldæus [illegible] tate sua permanebunt, & Al[illegible] Et quanto ma[illegible] & non ma [illegible] ipse [illegible] quanto [illegible] iustus in [illegible] quanto magis [illegible] præce [illegible] Babylo [illegible]

B [illegible] abuit est [illegible] Vata[illegible] Serpens autem [illegible] cur [illegible] omni ligno parad [illegible] non [illegible] re parad [illegible] dicat [illegible] & pro[illegible] [illegible] vitam præ[illegible] in die [illegible] inferni, dilat [illegible] ad[illegible] tibus [illegible] saturatur. De [illegible] tatione, & ruina [illegible] The[illegible] doretus, Haymo, Remig[illegible] Hug[illegible] Theophylactus, Dion[illegible] Verbis quoque. Ita [illegible] ad visionem [illegible] & Prophe[illegible] populo manifestat [illegible] & modestia deb[illegible] visionem explanat [illegible] quæ [illegible] est de interitu Nabuchodonosoris, [illegible] ob ingentia eius in omnes gentes facinora, qui consolentur se de sua oppressione, & [illegible] non fuisse Deo traditos oblivioni. Ac sic [illegible] fane, vt vos conquerimini, [illegible] Na[illegible]

C buchodonosor, vt [illegible] ratmente, & non man[illegible] non manebit in sua [illegible] ea, quam adeo expete[illegible] fernus appent cad[illegible] nes, quos interficiat. Vel [illegible] quanto ma[illegible] gis vinum auditatis occu[illegible] omnia, [illegible] catur, & [illegible] mentem Nab[illegible] nosoris, [illegible] to magis superbus sese effert; & idcirco non per[illegible] manebit in gloria dignitatis; sed [illegible] in rerum penuria erit: dilatauit enim [illegible] plebilem cupiditatem, vt i sepulchrum, quod nulla vnquam respuit cadauera, & sicut [illegible] quæ num[illegible] mortuis satiatur; sic quippe [illegible] maxima [illegible] partem, [illegible] nationum [illegible] peditauit [illegible] subiecit. [illegible] ambitione [illegible]

D Nabuchodonosoris, quæ exitum habitura est [illegible] miseriam [illegible] dictorum [illegible]. Com[illegible] parat [illegible] hoc est sepulchro, quod non saturatur occide[illegible] Hieronymus [illegible] blus, [illegible] Robert [illegible] 30. 15. Tria sunt insaturabilia, [illegible] terra quæ non satiatur [illegible] ra, vt [illegible] dura sicut inferi [illegible] ostend [illegible]

Den uni lurum Numer [illegible] 6

[illegible] quæ instat [illegible] Nabucho[illegible] & [illegible] modo. Cha[illegible] atorum [illegible] 4. [illegible] Mon[illegible] in [illegible] palea. [illegible] &

[illegible] quo [illegible] [illegible] *[illegible] perquam [illegible]* [illegible] *[illegible] suam [illegible]* [illegible] ut [illegible] & [illegible] dus du [illegible] cont [illegible] od [illegible], & The [illegible] *lucum* [illegible] ton [illegible] hunc [illegible] etu [illegible] pian [illegible] [illegible]

7 *Consurgent* [illegible] Medi nempe, & Per[illegible] affirmant, Hi[illegible] nymus [illegible] R[illegible] Al bertus, Theophyl[illegible] [illegible] Vatablus, [illegible] qui in [illegible] cussurum [illegible] Babylonem [illegible], vt ex [illegible] proph[illegible] suas cap [illegible] & [illegible] [illegible] A phæus apud [illegible] ebium [illegible] Fonte dicimus [illegible] a [illegible] ma [illegible] vo[illegible] Nab[illegible] no[illegible] n. *[illegible] Babylonii robur [illegible] calamitatem pr[illegible] nam [illegible] vlla vi deorum auertere [illegible] qui robu[illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] subito euanuit* hactenus [illegible]. D[illegible] K[illegible], vt et [illegible] Vatablus, & Isido[illegible] referunt ad ver[illegible] me [illegible] quibus [illegible] odonoloi corrodendus & [illegible] significat illum tan[illegible] d[illegible]m per[illegible]. Sed prior expositio verior, ac simpli[illegible].

8 *Prop[illegible] an[illegible]mem.* In spe[illegible] ad consolationem Iudæorum [illegible] Babyl[illegible]nium diripiendum fore prop[illegible] cæd[illegible] Iudæ[illegible] factas, & propter in[illegible] [illegible] atas te [illegible] I[illegible]ael, [illegible] nitat Ierusalem, & [illegible] eius Sic int[illegible] figunt C[illegible]æus. H[illegible]ony[illegible] mo, R[illegible] be[illegible] Rupertus, Hu[illegible], [illegible] mus, & Vatabl[illegible]. Sed in vniuer[illegible] Theodoretus Theophyla[illegible]us, [illegible], & Rubertus. [illegible] *ciuitatu* dicit, pro [illegible] nempe ob cædes hominum, [illegible] tam [illegible] omne[illegible] & habita[illegible] ntes [illegible].

[illegible] mui sui. Auiditatem opes con[illegible] gerendi Na[illegible] [illegible] causa [illegible] postea [illegible] perpe[illegible] tu [illegible] cogitabat, [illegible] [illegible]

[illegible] *rum est*; & vt ait Hie[illegible] [illegible] quod ad continendo [illegible] ponitur, & vulgo ap[illegible] Græc[illegible] voc[illegible], *colligatio* seu *ligamen.* Chaldæu[illegible] *[illegible] lignorum caforum* exponit. vt Dauid Kim[illegible] *fru[illegible]um* [illegible]. Multi *trabem* [illegible] *tignum*, cui tectum superponitur. [illegible] *asseres, seu tabulas ipsas.* [illegible] *celatur am ligni*; R. Abraham, Abenezdr[illegible], *nodum* [illegible] trab[illegible] m. [illegible] *[illegible] eudem* [illegible] & con[illegible] V[illegible] M[illegible] pita dic[illegible] q[illegible] lantu[illegible] ab Hebræis Ca[illegible] quia [illegible] ranus q[illegible] [illegible] st, nam [illegible] ta, vt [illegible] malu[illegible] pit[illegible] ranti, & [illegible] horum v[illegible] duplex [illegible] [illegible] tur, & scarabæus respondebit e[illegible] [illegible] curr[illegible]ndo. N[illegible] & [illegible] bula [illegible] ueras, [illegible] [illegible]

vim ei inferas, & putauit de medio trabis respondet ei. Albertus, Hugo, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus. Vel clamabunt iniustitiam tuam: qua oppressisti pauperes, eorum labore, & opera ædificando: vt ille, de quo Ierem. 22. 13. *Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio, amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei.* Vnde subdit, *væ ei, qui ædificat vrbem suam*, Babylonem, opprimendo pauperes, & stabilit Ciuitatem in iniquitate accepta.

11 *Numquid non.* Hebræa sic habent. *Annon ecce à Domino exercituum: Et laborabunt populi in ignem, & gentes in cassum fatigabuntur: quia replebitur terra ad cognoscendum gloriam Domini, instar aquarum (quæ) operiunt super mare.* Horum verborum diuersa expositio. prima est; Ne me puteris ex meo cerebro loqui; hæc quæ dicam à Domino exercituum prolata sunt; quod cum Babylon incendetur, populi laborabunt, vt ignem extinguant; & Chaldæi ipsi, sed frustra: nam nitentur in nihilum, & tunc euersa Babylone, manifesta fiet in terra potentia Dei, & gloria, quæ fundetur; vt aqua maris fundum eius contegit. Sic Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Lyra, & Dionysius. Vel, & replebitur terra Persarum, Medorumque multitudine, nempe Chaldæa, vt mare repletur aquarum copia; & tunc ex hac punitione illustris fiet gloria Domini.

Secundo: Theodoretus, & Theophylactus ita exponunt. Annon à Domino exercituum ratio reposcenda vitæ tuæ ante actæ, nempe propter populos à te igni combustos, & propter gentes à te destructas, quæ frustra resistebant tibi, quia non poterant? reposcetur sane, & vniuersa terra cognoscet in te puniendo Dominum iudicantem, & exundabit eius gloria, vt exundare solet aqua maris.

Tertio, Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus, ita exponunt. Certe à Domino exercituum vltio in Nabuchodonosorem hæc audentem proueniet; vt sciatis esse in cœlo malorum vltorem; nam laborent licet Nabuchodonosor, & omnes Chaldæi in sua Babylone munienda, in domibus ædificandis, & ornandis, & in toto regno stabiliendo; sed laborabunt, & congerent opes in materiam ignis; vt igni pereant omnia Inficiendo per Medos, & Persas, & si defatigentur in his operibus conficiendis, laborabunt vsque ad lassitudinem, sed in nihilum; nam omnia in nihilum redigentur; & tunc cognoscetur Dominus iudicia faciens, & vltionem; cum in operibus manuum suarum comprehensus est peccator, & ita omnes huius facti fama peruadet, & agnoscent esse in cœlo vltorem tyrannorum. Sic autem exposuit hunc locum Chaldæus. *Nonne plaga valida, & vehementes venient à facie Domini exercituum, & labor gentium robustarum tanquam ignis, & regna in vacuum laborabunt, quia replebitur terra eis, qui cognoscunt timorem Domini.*

12 *Væ qui.*] Hebræa sic habent. *Væ potanti socium suum, admouenti vtrem tuum, & etiam inebriando, propter aspiciendum, vel aspicere faciendum nuditates eorum.* Ex quo plurali constat singulare illud, *socium suum*, pro plurali positum, *socios suos*. Pro *vtrem tuum*, Hebræum nomen est, חמתך *hamatka*. & multi putant esse nomen חמת *hamath*, quod est, *vter*, vt recentiores omnes. Multi deducunt a יחם *iaham, caluit, excanduit, iratus est*, vnde חמה *hemah est ira*, propter ardorem, aut æstum, aut incandescentiam, qua iratus excandescit, vt Ierem. 10. 25. *effunde* חמתך *iram tuam*. & Psalmo 87. 8. *super me confirmatus est furor tuus* & Psalmo 88. 47. *Exardescet sicut ignis ira tua.* Sic fere veteres interpretes transtulerunt. Septuaginta *subuersione turbida*. Symmachus, *furorem suum*. Sic etiam Aquila, Theodotio, *effusionem iram*. Quinta editio, *ira tua*. Alii *turbinem volantem*, vel *amentiam turbidam*. Vulgatus, & Hieronymus verterunt, *fel suum*, quod nomen חמה *hamah* pro veneno ponatur, quod ex iræ vehementia videatur homo ex ore suo venenum emittere, instar serpentum. Psalmo 57. 5. *Furor, seu venenum illis secundum similitudinem serpentis.* & 139. 4. *venenum aspidum sub labiis eorum.* Deut. 32. 33. *Fel draconum vinum eorum.* Sane significatur potionem illam, quam propinabat Nabuchodonosor soporiferam fuisse, aut succo aliquo conditam, quod ad inebriandum, & calorem vehementiorem turbandum valeret. Taxat igitur insolentiam illius Tyranni, qui ita sese efferebat victoriis, vt victis etiam ducibus, ac regibus, qui in eadem fuerant dignitate, qua ipse, insultaret, & contumeliose quidem. Væ, itaque ait, tibi Nabuchodonosori, qui nullam rationem habens dignitatis regiæ eorum, quos cæperas reges, qui socii tibi erant in sceptro, & pares in dignitate; propinasti eis vinum, & admouisti vtrem plenum vino venefico, & soporifero, vt eos inebries; vt ita detectis propter temulentiam pudendis, eis illudas, & contumeliose rideas, & aliis illudendos exponas.

Insolentia Nabuchodonosoris in captiuos taxatur.

Et licet Hebræi, quos referunt Hieronymus, & Theophylactus, & Lyra, & re ipsa accidisse putent ducibus, & regibus, & præcipue Sedeciæ, qui potu potati temulenti cadebant, & denudabant pudenda, in risum videntium: quod etiam affirmant Vatablus, Isidorus, & Robertus. Verum certior est expositio Hieronymi, Theodoreti, Haymonis, Remig. Alberti, Hugonis, Dionys. & Montan. metaphorice hæc accipientium, quod tam sæuus, & immanis esset in reges, ducesque deuictos Nabuchodonosor, vt in eos sæuiret, & ira succenderetur, vt contumeliose tractaret, & ignominias eorum palam faceret. Idque probat, quod sequitur: *repletus es ignominia pro gloria*; hoc est, ex hoc facto magnam tibi ignominiam peperisti, cum tu gloriam adipisci putares; bibe tu quoque illam potionem, & consopire, & nudare, circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiosus cadet super gloriam tuã. Loquitur de vltione, & excidio extremo sumpto de Babylone: nam calix Domini omnibus gentibus propinatus, tandem immissus est Babylonio, & exhaustus: hoc significat illud, *circumdabit te calix dexteræ Domini*. Heb. *circumdabitur*, aut *vertetur super te calix dexteræ Domini*: vt exhauriatur, nam ineuitabile supplicium inuadet te, inflictum à Domino, quod nulla potentia effugies.

Nabuchodonosor illudebat captis regibus.

Metaphorica est locutio.

Iniquitas.] Hebraice; *Quia violentia Libani obruet te, & præda ferarum conteret eas, propter sanguinem hominum, &c.* Et est sensus, hæc summa pœna afficiens, & obruens, propter violentiam, qua diripuisti Libanum, vel Iudæam, vt Vatabl. Isidorus, & Robertus. Vel Sionem, vt Montanus. Vel templum ex Libani cedris fabrefactum, vt Chal- 13

Chaldæus puniendus ob dirutã Ierusalem & templũ.

dæus, Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Vel vrbem Ierosolymam, vt Theodoretus, & Theophylactus. Et præda seu vastatio, quam Chaldæi ipsi ferarum instar vastauerunt terram, erit causa cur terreantur, & conterantur à Persis, & Medis. Sic Vatabl. & Rubert. & Montan. Vel traderis feris Persis, & Medis, vt ab eis conteraris, secundum Theodoretum, & Theophylactum. Vastitas animalium, quæ in templo offerebantur, ablatorum, dum templum dirutum est, deterrebit, aut erit causa terroris Chaldæis, cum à Medis, & Persis capientur, vt intelligunt Haymo, Remigius, Albertus, Lyra, & Dionysius. Vel vastatio populorum captorum, & oppressorum à tuis militibus Chaldæis conteret te, secundum Hieronymum, Hugonem, & Isidorum. Propter violentiam ergo templo Dei illatam, & propter vastitatem, quam in terra Ierosolymitana fecerunt Chaldæi; propter cædes factas, & sanguinem hominum effusum, & violentiam factam terræ sanctæ, & vrbi Ierusalem, & omnibus ciuibus eius, obruens, & contereris à Medis, & Persis. ita Chaldæus explicat, iuxta supra adducta. Siquidem rapina domus sanctuarij operiet te, & præda populi eius conteret te, ob sanguines hominum, & rapinam terræ Israel, ciuitatis Ierusalem, & omnium habitantium in ea.

Violentia punitur.

14 *Quid prodest.*] Insultat Chaldæis de impotentia deorum suorum ad liberandum eos à sua vastitate; de quibus, cum gentes subiugabant, dicere solebant, *hæc est fortitudo Dei mei.* Quid tunc, inquit, proderit Chaldæis sculptile idolum, quod nihil habet numinis, nisi sculptum esse sculptoris hominis manu? Quid idolum conflatum numen mentiens, vt in eo debeat fidere fictor, quod est figmentum manuum suarum? Nonne qui fecit ea, fecit idola muta, quæ nec mentem habent, neque sermonem? Hic interesse notat Hieronymus, inter sculptile, & conflatile, quod sculptile è lignis, & marmoribus fit: conflatile vero è metallis, quæ fundi possunt, & conflari, vt ex auro, argento, ære, plumbo, stanno.

Insultat dijs Chaldæorum.

Conflatile à sculptili differt.

15 *In templo.*] Omnes interpretes cœlum templum Domini esse intelligunt, quod dictum sit ad irrisionem idolorum, quæ in terræ fanis, sacellis, & templis collocentur, at nullum in cœlis, aut è cœlis exerceant imperium. quamuis, & Theodoretus, & Theophylactus, etiam Ierosolymitanum exponant. Idcirco ait, non tantum Chaldæi, sed omnes terræ habitatores coram illo, qui videt omnia, & curat omnia, & neminem relinquit inultum, conticescant: omne os obstruatur, nec audeat mutire præ timore Dei omnipotentis, & omnia scientis. Nam silentium hoc ex timore, ac reuerentia nascitur. Idcirco Septuaginta hic dixerunt. *Reuereatur à facie eius omnis terra.*

Deus silentio timoreque colendus.

HABACVC PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

1 ORATIO Habacuc Prophetæ, 2 qua Deum orat ne populi peccatis a complenda sua promissione de ipso è captiuitate liberando, se impediri patiatur. Domine audiui, te reuelante, 3 quæ mihi populo nuncianda credidisti; quomodo videlicet ipsum permissurus sis duci captiuum Babylonem, & inde sis reducturus cum Chaldæorum excidio, & tantarum rerum expectatione vehementer solicitor. Tantũ oro ne infensus populi peccatis, opus hoc tuum penitus, abijcias. Sed 5 tempore a te 6 constituto ad exitum deducas, notumque facias omnibus esse tibi voluntatem, ac potentiam ad populi tui hostes conterendos, atque in pristinam eum libertatem asserendum. Fac obsecro, vt cum in populum tuum iratus desæuieris hostibus permittendo, iram deponas, atque tuæ ingenitæ misericordiæ rationem habeas.

Vos vero conciues mei certam spem concipite de vestra salute: nam talem experiemini Deum in hostes vltorem; & in vos misericordem, qualem olim experti fuerunt patres nostri in exitu de Ægypto, & in hanc terram inductione. Quando Deus 7 de Theman venit in montem Sinai, ad ferendam legem, & sanctus ipse de monte Pharan, 8 Selah. Quando cœlis opertis 9 gloria eius præ fulgore, & fumo, signis aduentus eius manifestissimis, conspici eorum facies non poterat, ac terra vndique admirantis populi clamore laudes eius personabat. Cum Solis instar 10 splendor eius collustrabat omnia, & lex, quam manu tenebat, exundantes flammas cornibus similes emicabat. 11 in quo splendenti lucis quasi tentorio vis naturæ diuinæ abscondita latebat. Quid referam cum inducebat Israelem in terram Chanaan? 12 Ante faciem suam præmisit mortem, & diabolum ante pedes suos, vt hostes obuios exciderent, & viam liberam po-

CAP. III.

1 Oratio Habacuc Prophetæ 2 pro ignorantijs. 1

DOmine audiui 3 auditionem tuam, & timui. 2
Domine 4 opus tuum, 5 in medio 6 anno-
rum viuifica illud. In medio annorum notum facies. cum
iratus fueris, misericordiæ recordaberis. *Deus 7 ab* 3
Austro veniet, & sanctus de monte Pharan: 8 Selah. O-
peruit cælos 9 gloria eius. & laude eius plena est terra.
Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: 11 4
ibi abscondita est fortitudo eius. *12 Ante faciem eius* 5
ibit mors. Et egredietur diabolus ante pedes eius. *13 Ste-* 6
tit, & mensus est terram. Aspexit, & dissoluit gentes: &
contriti sunt montes seculi. Incuruati sunt colles mundi,
14 ab itineribus æternitatis eius. *15 Pro iniquitate* 7
vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.
16 Numquid in fluminibus iratus es Domine? aut in 8
fluminibus furor tuus? Vel in mari indignatio tua? Qui
ascendes super equos tuos: & quadrigæ tuæ saluatio. *17* 9
Suscitans suscitabis arcum tuum; iuramenta tribubus:
quæ locutus es. *18 Fluuios scindes terræ: viderunt te,* 10
& doluerunt 19 montes: 20 gurges aquarum transiit.
Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.
21 Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo, in luce sa- 11
gittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ
tuæ. *In fremitu conculcabis terram: in furore obstupe-* 12
facies Gentes. *Egressus es in salutem populi tui, in sa-* 13

pulo suo pararent. [13] Constituit in Galgalis cum arca testamenti, & inde modum præsenpsit Iosue, quo vnicuique tribui terra distribueretur. Solo enim aspectu suo funditus euulsit gentes: reges quoque ac principes, qui vetusta, ac stabili in se se eius terræ dominos gloriabantur, contriuit, cui soli [14] itinera, rationesque substant æternitatis. Sed in eo illuxit magis Dei nostri misericordia, quod cum populus [15] in ipsum iniquior erat fornicando, ipse tunc hostes eius Æthiopes, & Madianitas prosternebat, & tentoria eorum perturbata euertebat. [16] Numquid optime Deus, mare rubrum desiccasti, & Iordanem fluuium, torrentem sistere, atque recurrere coegisti, quod illis esses iratus? minime gentium. Sed vt deterreres hostes populi tui, cui quasi cum equis, & curribus pugnaturus adfuisti, & ab eorum impetu liberaturus. Modo ergo eandem illam tuam [17] excites potentiam, & arcum tuum exsuscitabis contra Babylonios, iuxta promissa, quæ iuriurando confirmasti tribubus Israel de liberandis eis ex quibuslibet periculis, & malis. Selah. [18] Fluuios obuios terræ medios scindebas ad transitum parandum populo tuo. Quare habitatores [19] montium proximorum id videntes, metu ac dolore non modico afficiebantur. Nam [20] gurges Iordanis tam præcipiti cursu in lacum Sodomiticum defluebat, vt abyssus visa fuerit suarum vndarum fragore strepitum ingentem edidisse: superiorem etiam illius partem finibus non contentam suis, dum inundatione augeretur, quasi porrectis manibus in cumulum se erexisse. Ad imperium Iosue serui tui [21] Sol, & Luna constiterunt, ad splendorem acierum tuarum sagittarum, & fulminum, quibus tanquam fulgurantibus hastis prosternebas hostes, populus tuus ô Deus, sine vllo discrimine gradiebatur. Fremitu tuo conculcabas terram, & tuo furore gentes populo tuo cedere cogebas. Nam ob hoc ipsum egressus es ex Ægypto [22] cum Mose Christo tuo, vt ab hostibus saluum, incolumemque deduceres populum tuum. Ob hoc etiam percussisti Pharaonem [23] caput domus impii Achasi, vniuersumque eius exercitum, quo nitebatur, a minimo, vsque ad maximum euertisti. Selah [24] Confecisti tua maledictione principes eius, qui erant duces bellatorum eius, & turbinis instar veniebant ad disperdendum nos, exultantes quod mari rubro conclusos, absque vllo fugæ aditu, nos consequerentur, vt solet exultare, qui miserum deuoraturus in latebris reperit, vbi nullum ferentem opem offendat, sed tu, præter omnium eorum opinionem, [25] aperuisti per mare viam inter luctuosam aquarum molem hinc inde consistentem, per quam, vti cum magno equitatu deduxisti populum tuum. Sed ô calamitas. [26] Audiui, vt cœpi dicere, te reuelante ô Deus, similiter potentiam tuam exerturum in hostes populi tui Babylonios per Cyrum, & Darium, quorum angustiæ adeo mihi graues visæ sunt, vel eas cogitanti, vt cor meum iam commotum sit, & ad tui reuelantis vocem labia mea contremuerint. Sed quid Babylonis supplicio disceucior? Vtinam, si res ita postulet, ossa mea penetret putredo, & extra erumpens scateat sub me, [27] modo detur in ea calamitate, desiderata libertate potiri, & cum toto populo meo, & ad pugnandum accincto, in patriam redire. Punientur illi quidem vt merentur, & rebus omnibus spoliabuntur. Nam [28] ficus grossos iam non feret vastata, nec vinea fructus, nec oleæ, non proferent agri fruges, oues de caulis hostes arripient, nullum remanebit in præsepibus armentum, peribunt illi sane miserrime. Ego vero in Domino gaudebo, & gestiam cum populo redeunte [29] in Deo Iesu meo. Nam ipse Deus, & Dominus fortitudo nostra est, qui nos Cyrum liberabit, facietque vt redeamus, & vt quasi ceruí veloces [30] super excelsos terræ nostræ montes ascendamus, [31] ipse triumphator deducet nos, laudes ei concinentes, & gratias variis in Psalmis illi agentes.

latem [22] *cum Christo tuo. Percussisti* [23] *caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.*
| [24] *Maledixisti sceptru eius, capiti bellatorum eius, venientibus, vt turbo ad dispergendum me. Exultatio eo-* 14
rum, sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito. | [25] 15
Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. | [26] *Audiui: & conturbatus est venter meus: à* 16
voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Vt requiescam in die tribulationis: [27] *vt ascendam ad populum accinctum*
nostrum. || [28] *Ficus enim non florebit: & non erit ger-* 17
men in vineis: mentietur opus oliuæ & arua non afferent cibum. Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum
in præsepibus. | *Ego autem in Domino gaudebo: & ex-* 18
ultabo [29] *in Deo Iesu meo.* | *Deus Dominus fortitudo* 19
mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et [30] *super excelsa mea deducet me* [31] *victor in Psalmis canentem.*

ARGVMENTVM.

ORAT in primis Deum breui oratione Propheta, vt captiui sui populi per Babylonios recordetur; vt liberum deducat tandem in patriam. Deinde certus de hac liberatione concinit omnia Dei magnalia ab exitu de Ægypto, & in terram vsque promissam inductionem; quo ostendat, non dissimilem se ostensurum in euertenda Babylone, & populum suum liberum in patriam reducendo, meritis Christi Iesu, in cuius redemptionis adumbrationem illæ factæ sunt liberationes.

COMMENTARIVS.

Quæstio Cantici huius argumento.

QVÆSTIO grauis in primis enodanda est, num canticum hoc vniuersum de Christo, & negotio Euangelico sit ad literam accipiendum? an de eductione populi Israelitici è Babylone? & si de hac; an canticum integrum sit explicandum vt Prophetia de futuris, quæ per Cyrum, & Darium gesta sunt in liberatione populi; an vero tanquam historia, de gestis in exitu Israel de Ægypto?

Sententia ... de Christo. Cyprian.

Omnes fere Patres, vel in vniuersum, vel ex parte, dum partem eius attingunt, canticum hoc de Christo explanant. Cyprianus libr. 2. contra Iudæos cap. 21. & sermo. de Passione Domini. A Eusebius lib. 6. de Demonstrat. Euangelica, cap. 15. Hieronymus in huius Cantici prologo; *manifestissimam*, inquit, *de Christo Prophetiam in octauo Propheta, id est, in resurrectionis Dominicæ numero differamus.* Augustinus lib. 18. de Ciuitate Dei, cap. 32. & in oratione contra Iudæos, & Paganos, cap. 13. Theodoretus, Euthymius, Theophylactus, Haymo, Rupertus, R. Samuel in epistola ad R. Isaac, cap. 7. & Titelmanus. Atque is sensus constat primum Ecclesiæ vsu, quæ ex hoc Cantico multa ad Christi mysteria decantanda accommodauit, vt in quarto responsorio Natalis Christi, & in octauo eius Circumcisionis, vt inferius dicemus. Deinde quia licet præterita apud Hebræos pro futuris poni soleant, ob certitudinem: at futura, & tot futura pro præteritis poni,

Eusebius. Hieron.

August. Theodor.

nempe pro his, quæ in exitu de Ægypto contigerunt, perrarum est. Vnde Augustinus super Psalmum 103. concione 2. vehementer dubitat, an futurum aliquando ponatur in Scriptura pro præterito.

Altera sententia de eductione populi Israel ex Ægypto, & Babylone.

Chaldæus nihilominus Paraphrastes, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatablus, Isidor. Montanus, & Iansenius, de his, quoad sensum historicum exponunt hoc canticum, quæ in eductione populi Israelitici è Babylone, & Ægypto contigerunt, quamuis quoad sensum mysticum, quem sanctus Spiritus, vt potissimum intendit, de Christo cum sanctis fateantur explicandum, vt quidem explicant. Siquidem nec hanc historicam expositionem reiiciūt penitus, sed liberam facultatem ad eam eligendam relinquunt Theodor. Theophyl. & nonnulli alii. Imo hanc Hieronymo haberi intellige etiam literalem, ex illis verbis colliget, qui volet, *maledixisti sceptris eius*, vbi nomine *impij*, Nabuchodonosorem intelligit; & inferius, cum sic obiecisset sibi. *Ecce in historiæ expositione dum nescis, allegoriæ clausus es retibus, & tropologiam historiæ miscuisti.* Subiicit expositionem de populo Babylone captiuo, qui omnia se passurum affirmet, dummodo detur ei, cum Zorobabele, Iesu, Esdra, & Neemia in terram promissionis ascendere, & subdit. *Hucusque ne omnino prætermittere historiam videremur, quodammodo vim fecimus intellectui, & in captiuitatem traximus sententias non sequentes. Nunc ad expositionem tropologicam reuertamur.* Ex quibus certi efficimur; tropologicum sensum, non historicum ab Hieronymo prosecutum.

Ratio efficax.

Sensum vero historicum esse, quem diximus, probat illa communis ex Augustino ducta regula: cum verba proprie explicari possunt, in eis contineri sensum literalem, nec oportere recurrere ad allegorias. Sed omnia, quę in hoc cantico decantantur, si proprie interpretemur, optime conueniunt iis, quę gesta sunt cum veteri populo: at si de tempore gratiæ contexamus, non perpetuo sensus ille deducetur: sed sępe opus erit ad sensum historicum recurrere; vt, inuiti licet, recurrunt tandem multi ex prædictis expositoribus. Ergo ille habendus est sensus historicus, alter vero tropologicus, vtpote qui liberior sit, & non perpetuo ex singulis verbis contexatur.

Sententia 3. putat esse Prophetiā exitus de Babylone.

Sed ex his auctoribus, quos de veteri populo Canticum diximus explicare, quidam tanquam Prophetiam integram putant accipiendum, quo præcinit Propheta quæcumque gerenda erant per Cyrum, & Darium in eductione Iudæorum è Babylone. Nam omnia, & singula ita vt canit Propheta, tunc temporis accidisse, ex Herodoti, & Xenophontis historia fiet manifestum. Ita sentiunt Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius.

Sententia vera de exitu de Ægypto, simul & de Babylone.

Verum quamuis hęc sint verosimilia, nobis ea expositio magis probatur, quam in Cantici argumento proponimus, & in interpretatione prosequimur: Quod sic loqui sit sacris cantoribus consuetum, Mosi, Exodi 15. Deut. 32. Deboræ, Iud. 5. Dauidi multis in Psalmis, & c. 9. Iudith.

Ad rationes oppositas.

Ad priorem ex obiectis rationibus respondemus. Ecclesiam quidem sanctos Patres imitatam, in sensu allegorico sæpe adducere Scripturam sacram, præsertim in diuinis officiis: cum is sensus in ea requiratur, tanquam vtilior, & moribus fidelium conformandis commodior. Ad posteriorem; etiam futura solere vsurpari non infrequenter pro pręteritis; maxime in sacris carminibus. Exod. 15. 5. dicitur, *abyssi operient eos*, pro operuerunt. Ps. 65. 6. *Qui conuertit mare in aridam, flumina pertransibunt pede, ibi lætabimur in ipso*, pro, pertransierunt, & lætati sumus. & hoc loco ex præteritis commistis constat futura pro præteritis accipienda, vt cum dicitur, *Deus ab Austro veniet*, subditur, *operuit cælos gloria eius*, vnde colligitur futurū, *veniet* accipi, pro præterito venit, & in sequentibus similiter. Sic ratione reddita de sensu, quem eligimus, ad interpretationem accedamus.

Præterita pro futuris accepta.

Oratio.] תפלה *Tepillah oratio, seu precatio* est postulans à Deo, vt rebus aduersis exitum felicem pro sua misericordia præstet. Eaq; breuissima est. Nam deinde adiicit Canticum seu cōfessionem, qua confitetur cum gratiarum actione, pro beneficio præstito, aut pręstando. Vnde LXX. dixerant hic: *Oratio Habacuc Prophetæ cum Cantico.*

1 Precatio breuis Prophetæ.

Pro ignorantijs.] Hebraice, pro שגינות *sigionoth*, cuius singulare שגיון *sigaion* ponitur in titulo Psalmi septimi. Est autem laborandum in inuestigando huius nominis vero significato. Et potest quidem vt nomen proprium accipi cantilenæ, aut musici instrumenti: aut tanquam appellatiuum, quod iuxta significatum verbi, à quo deriuatur, quod est שגה *sagah* diuersa habet significata. Nā primum significat *errorem*, aut *ignorantiam*, aut *delictum ex ignorantia*. qua ratione Aquila, Symmachus, Quinta editio, & Vulgatus hic pro *ignorantijs*, seu *ignorationibus* verterunt, & Theodotio pro *voluntarijs*, aut pro iis, qui sponte delinquunt, vt Psal. 25. *delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris*. Chaldæus in Psal. 7. confessionem Dauid interpretatus est, & hic possumus vertere, *Oratio Habacuc pro confessionibus, qua confitetur Domino pro beneficijs præstitis*: aut *oratio Habacuc cum confessionibus*, cum על *al* pro *cum* aliquando accipiatur, vt Septuaginta hic acceperunt. Est enim oratio adiuncta confessioni beneficiorum Dei. Tertio, R. Himmanuel, & R. Ionah, quos sequitur Genebrardus, putant significare *oblectationem*, *lætitiam iucunditatem*, aut *complacentiam*. Nam Prouer. 5. 19. verbum, vnde hoc nomen deriuatur, Vulgatus vertit, *& in amore eius delectare iugiter*. aut, vt alii, *in amore eius oblecteris*, vel *iucunderis iugiter*. & ita hic dicemus. *Oratio Habacuc Prophetæ pro oblectationibus*, quibus scilicet, ipse, vel populus se oblectat de admiranda liberatione è captiuitate. Quarto, alii magistri Hebræorum Ionah, & Iuda, è mente Eldad Danitæ, dicunt significare *negotium*, vel *occupationem*; quia verbum illud Prouerb. 5. 20. quod vertitur, *seduceris*; *quare seduceris fili mi ab aliena*? Septuaginta dixerunt: *ne multus sis in aliena*, & alii, *ne te occupes in amore alienæ*. Atque adeo hic dicemus. *Oratio Habacuc pro occupationibus*, aut *negotijs*, nempe in quibus versabatur, expendendis, & hi quidem ita significatum tradiderunt.

2 Varia nominis Hebræi significatio.

1 Intelligentia.

2. Acceptio.

3. Acceptio.

4. Acceptio.

Qui vero accipiunt, vt nomen proprium, vt est in Hebræo relinquunt, super *Sigionoth*, vt Psal. 7. *Sigaion David*. Et quidam quidem existimant esse nomen vulgaris cantilenæ, ita vocatæ, quod fortasse ita exordiretur; vt si nos diceremus; Confecta ad sonum, vel tonum *Sigaion*. sic putant Dauid Kimhi, & Abraham, quos sequuntur Eugubinus, Pagninus, Vatabl. & Genebrardus.

Sigaion, Sigionoth genus harmoniæ, aut instrumenti.

Alius

Aliis videtur esse nomen instrumenti musici, ita dicti, quo psalmus ex arte erat decantandus. ita R. Mananehen, quem sequitur Eugubinus; vt legamus: *Oratio Habacuc decantanda ad instrumenta dicta Sigionoth.* & probabilia hæc faciunt Septuaginta qui in titulo Psalmi [illegible] verterunt, *Psalmus David*, & hoc loco, *Oratio Habacuc cum cantico.* Et quia vsus habuit, vt [illegible] minibus præfigeretur genus carminis, aut modulationis, à materia, vel ab instrumento, vel ab auctore vt *Sapphicum, Lyricum, Elegiacum*, tum [illegible] nstra; & hoc consimia [illegible] modul [illegible], *Sela*, quæ in hoc cantico, sicut in aliis [illegible]. Et quia multa sunt nomina propria, quæ [illegible] sunt significatiua, ideo Vulgatus, vt fecit in aliis locis non paucis; nomen canticis proprium potuit interpretari pro ignorantiis.

Ceterum ex nominis huius significatis, licet confessiones, oblectationes, & negotia non inepte quadrent huic orationi, videamus Etymologiam illam, aut significationem, *pro ignorantiis*, quam habeat intelligentiam. Hieronymus ergo, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, & Iansenius putant Prophetam se reprehendere, quod ignoranter locutus sit contra diuinam prouidentiam in 1. capite. Lyra, & Dionysius, & Vatablus, & alii putant Prophetam non suo, sed infirmorum populi nomine locutum, qui ignoranter conquesti fuerant de diuina prouidentia, cum dixerunt, *quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se?* Ac pro his ignorantiis orat Deum Propheta. Verum cum in ipsa oratione nulla huius ignorantiæ mentio fiat, nec in eius titulo de ea fieri sermonem censendum est. Quare cum in oratione deprecetur, vt pro sua misericordia ad exitum deducat opus liberationis promissum in titulo, id declarat, ne quarationc peccata populi illud impediant. Oratio, inquit, pro ignorantiis populi, ne demereantur ereptionem è captiuitate, quam Deus est pollicitus. Eodem modo sancti Patres exponunt orationem [illegible] à Propheta, ne opus Incarnationis Dominicæ peccatis populi, seu ignorantiis impediatur.

Auditionem tuam.] *Auditionem* pro tumore, aut nuncia[illegible] rei alicuius accipit, vt non semel in [illegible] Isa. [illegible] 1. *quis credidit auditui nostro*, id [illegible] quam Spiritus sanctus nobis re[illegible] 1. 46. *post annum veniet auditio, & post hunc annum auditio.* Hac forma loquendi Cicero d[illegible] Philipp. *Nos nunciationem solam habemus, consules etiam inspectionem.* & Cœlius Ciceroni lib. 8. Epist. [illegible] *Romani cum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem [illegible] accepi.* Cuius autem rei fuerit hæc auditio, Hieronymus, & Lyra declarant esse stragem populi Chaldæi per Medos, & Persas efficiendam ad vltionem populi Iudaici per Nabuchodonosorem factam. Theodoretus, Theophylactus cum multis aliis vtrumque comprehendunt, nempe populi Iudaici captiuitatem, & modum admirandum, quo ex illa est educendus hostibus euersis; & confirmat timor, quem animo concepit Propheta de eiusmodi [illegible] onc. Sancti Patres de opere Dominicæ Incarna[illegible] exponunt. *Audiui,* [illegible] quiunt, *auditionem reuelationemque*, qua dixisti, *si moram fecerit [illegible] pecta eum. [illegible] veniens veniet, & non tardabit,*

& præ magnitudine beneficii timui. Vnde Septuaginta addiderunt, *consideraui opera tua, & expaui.* & Augustinus lib. illo 18. de Ciuitate Dei, cap. 32. *Quid enim, inquit, hoc est, nisi præcognita, noua, ac repentina salutis hominum ineffabilis admiratio?*

4 *Opus tuum.* Populum Iudaicum in captiuitate positum expli[illegible]nt Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus, qui sin[illegible]late fuit opus Dei, iuxta illud Isa. 60. 21. *Populus autem tuus omnes iusti, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.* & cap. 64. 8. *fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.* At Dionysius & Ian[senius] ipsam populi captiui liberationem cum Chaldæorum vastatione exponunt, ad eundem sen[s]um. Hoc est enim suscitationis opus ossium aridorum, quæ ostensa est Ezechieli cap. 37. cui dictum est v. 12. *Vaticinare. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in [terr]am Israel.* Sancti patres opus Incarnationis in[tell]igunt, aut genus humanum redimendum, quibus videtur Chaldæus annuere cum sic ait. *In medio annorum, quando renouaturus es mundum, ostendes potentiam tuam, vt punias impios qui non seruarunt verbum tuum. Iustorum autem, qui præstant illud, in miserationibus memineris.* vel certe loquitur de aduentu Christi posteriori.

5 *In medio annorum.*] *Medium annorum*, sunt, qui Arithmetice accipiant pro medio tempore inter captiuitatem populi, & liberationem: quod quidem Albertus sumit pro medio annorum mundi, in quo nota facta est Babylonioruni destructio. Dionysi. medium ætatis Balthasaris explicat, quando destructa est Babylon à Persis. Vata[b]lus, Isidorus, Robertus, & Iansenius medium captiuitatis intelligunt; quasi dicat. Interim dum populus Babylone punitur, ne malorum pondere obrutus desperans te deserat, adesto illi, & in ipso iræ tuæ supplicio aliquod sentiat tuæ misericordiæ solatium. Hoc putat Iansenius fuisse, cum Euilmerodach rex Babylonis, 4. Reg. 25. anno 37. transmigrationis Ioachim, & 26. captiuitatis, *sublenauit illum de carcere, & locutus est ei benigne, & posuit thronum eius super thronum regum.* Verum si de opere liberationis loquitur, non accidit in medio, sed in fine annorum septuaginta.

Quare ceteri medium annorum tropice accipiunt. Nam primo Burgensis, Titelma. & Montanus accipiunt medium annorum pro intra annos constitutos à Deo, vt Psalmo 100. 2. *Non habitabit in medio domus meæ*, hoc est, intra domum meam, vel domi meæ, *qui loquitur superbiam.* Ieremiæ 50. 8. *Recedite de medio Babylonis*, pro de Babylone. Michææ 5. 10. *Auferam equos tuos de medio tui*, id est, de te. ita nunc, *in medio annorum*, id est, in annis à Deo constitutis populi liberationi. quem sensum tradiderunt Septuaginta cum dixerunt, *cum appropinquauerint anni.* & Aquila: *dum appropinquant anni viuifica illud*, & Symmachus, *intra annos reuiuis[c]ere fac ipsum*, ait ergo: in annis decretis à te liberabis populum tuum è captiuitat[e] [illegible]etiens, nempe post annos septuaginta.

Posset secundo *medium* accipi pro optimo [tem]pore; nam in Scriptura solet accipi pro eo, quod in [e]o optimum [e]st. Ezech. 5. 5. *Ista est Ierusalem, in medio gentium posui illam* [id e]st, in optim[o] [illegible] loco, de quo alius. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.*

August.

Opus Dei liberatio populi captiui.

Opus Dei humani generis redemptio.

Expositio 1. de medio propriae.

In medio tempore captiuitatis adsuit populo Deus.

Expositio 2. de medio anno tropice.

In medio id est, intra tempore.

Expositio 3. in medio tempore, id est optimo in 70. anno rum.

Auditio tua vel rumor.

Oratio pro ignorantiis, id est, ne impediant opus liberationis.

Cicero.

Cœlius.

Auditio de populi captiuitate, & liberatione.

Auditio [illegible] amatio Dei.

Psalmo 39. 9. *Per legem tuam in medio cordis mei*, id est, in optimo cordis mei loco. Isai 38. 9. dixit Ezechias, *in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*, id est, in aetate virili, & optima. Vulgo, *en lo mejor de mis dias*. ita *in medio annorum*, id est, in optimis, ac desideratissimis annis liberationis nempe ad finem septuaginta annorum viuifica- bis illud.

Expositio 4 medium accepit pro summo calamitatis.

Tertio, posset accipi non inepte *medium* pro summo calamitatis, cum tanta ingruit congeries malorum, vt nullum affulgeat euadendi effugium. Sic accipitur Psal. 22. 4. *Nam etsi ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*, hoc est, quamuis ad id mali deducat, vt mors mihi immineat, non desperabo. vt illud Iob. *& si occiderit me, sperabo in eum*. Psal. 37. 7. *si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me*. Sic modo, cum ad summum tribulatio captiuitatis Babylonicae peruenerit, vt iam pene obrui morte videamur, aderis nobis, vt ad vitam, ac si mortui essemus, pet re reducamur; & hoc est, quod subicitur; *cum iratus fueris, misericordiae recordaberis*; id est, cum ad summum ira tua deseuierit, tunc misericorditer opem feres.

6 Lectionis LXX. cum Vulgata collatio.

Annorum. Septuaginta hoc loco pro his verbis, *in medio annorum viuifica illud, in medio annorum notum fac eis*: sic habent; *in medio duorum animalium cognosceris, cum appropinquauerint anni cognosceris: cum aduenerit tempus demonstraberis*.) quae verba inuenimus in Hieronymo, Theodoreto, & Theophylacto, & in Codicibus Complutensi, Regio, & Vaticano; ex illis tamen verbis, illa (*cum aduenerit tempus demonstraberis*) Hieronymus ait, nec in Hebraeo haberi, neque apud alios interpretes. Vnde colligimus, priora verba esse interpretationes duarum sententiarum, quae sunt in Hebraeo. nam illa (*in medio duorum animalium cognosceris*) respondent illis (*in medio annorum viuifica illud*.) quod Aquila vertit, *in appropinquando annos viuifica ipsum*. Theodotio, *in medio annorum viuifica ipsum*. Symmachus, *intra annos viuifica ipsum*, vel teunitlerte fac ipsum. Illa vero (*cum appropinquauerint anni cognosceris*) his respondent (*in medio annorum notum facies*.) atque ita habet communis intelligentia. Cur autem Septuaginta pro illis verbis (*in medio annorum viuifica illud*) legerint (*in medio duorum animalium*) ratio est, quod nomen, שנים ita lectum שָׁנִים *Sanim est annorum*, at lectum שְׁנַיִם *Seuaim est duorum*, tanti refert diuersitas lectionis ex punctis desumpta ad significationem. & verbum חייהו *haiehu* imperatiui est, *viuifica illud*; quamuis & nomen possit esse, *vita*, positum pro חיות *haiau*. Septuaginta nescio qua ratione legerunt חיות *haioth animalia*; & verterunt ζώων *animalium*, accentu acuto, vt habetur in praedictis Codicibus · & in Catena Cyrilli, & in Augustino. Nam Eusebius libr. 6. de Demonstrat. Euang. cap. 15. Theodoretus, & Theophylactus legunt ζωῶν, accentu circumflexo, *vitarum*; conformius ad Hebraeum, *in medio duarum vitarum*, aeternae & temporalis; diuinae, & humanae. Lectionem autem illam Septuaginta varie explicant Hieronymus, & Augustinus in Orat. contra Iudaeos, & Paganos, cap. 13. in medio duorum Seraphim: in medio duorum populorum, Iudaici, & Gentilis: in medio duorum testamentorum: in medio duorum latronum · vel iuxta Ecclesiae acceptio-

Quae causa interpretationis.

Duorum animalium nomine quae designentur.

nem, & ea Orat. Augustin. in medio duorum animalium confouentium Christum Infantem in praesepio. Addit Tertullianus libr. 4. aduersus Marcio. cap. 22. in medio Moysis, & Eliae. Vel secundum sensum Prophetae; in medio Babyloniorum, & Iudaeorum cognosceris, hos eripiens, illos puniens. Huiusque oratio Prophetae, iam Canticum sequitur.

Augustin. Tertull.

7 Theodot. Australis.

Ab Austro veniet.] In Hebraeo est, *Deus de Theman veniet*. vt habent Septuaginta, Aquila, Symmachus, & Quinta editio, cum omnibus recentioribus. Sed Theodotio, & Vulgatus vertunt, *ab Austro*, quod Theman esset Australis Iudaeae, in qua Propheta loquebatur. Nouatianus libr. de Trinitat. cap. 12. & Augustinus libr. de Ouibus cap. 15. legunt, *Deus ab Africo veniet*, eadem significatione. Chrysostomus Homil. 1. in diuersos Matthaei locos, & Gregorius lib. 33. Moral. c. 1. legunt, *Deus a Libano veniet*, qui tamen est ad Aquilonem. Alludit autem Propheta ad tremendum Dei aduentum in montem Sinai, qui refertur Exodi 19. & concinitur a Mose Deuter. 33. 2. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis, apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia*. Et a Debora Iudic. 5. 4. *Domine cum exires de Seir, & transires per regiones Edom, terra mota est, caelique ac nubes distillauerunt aquis, montes fluxerunt a facie Domini, & Sinai a facie Domini Dei Israel*. & Dauide Psalmo 67. 8. *Deus cum egrederetur in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est: etenim caeli distillauerunt a facie Dei Sinai, a facie Dei Israel*. Nam Theman, & Seir eumdem esse montem ex Ieremia satis aperte probatur cap. 49. vers. 7. & 20. & ex locis dictis, & ita affirmant Vatablus, Montanus, & Iansenius. Et vt ait Hieronymus de locis Hebraicis, est regio Idumaeae, vnde erat oriundus Eliphaz Themanites amicus Iob, accipiturque pro regione Australi.

Nouatian. August. Chrysost.

Gregor. Allusio ad aduentum Dei in Sina.

Theman, & Seir idem montes.

Pharan.] Nomen vrbis est in solitudine sitae. Genes. 14. vers. 5. *In montibus Seir vsque ad Campestria Pharan, quae est in solitudine*. 3. Reg. 11. 18. *Cumque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan; tulerunt que secum viros de Pharan*. a qua nominatus est mons situs in solitudine proxima Sinai, vt patet Num. 11. 12. & cap. 13. 1. 27. Vnde solitudo itinere trium dierum distita e Sinai vocabatur. Numerorum. o. vers. 11. & cap. 1. vers. 17. Significat autem Propheta, id quod ceteri diuini Vates cecinerunt, Deum paulatim e montibus Seir, & Pharan cum maiestate emergentem in montem Sinai aduentasse, vbi legem dedit Israeli. Nam ex admirandis eo in loco factis prodigijs, & collatis beneficiis, vult probare eodem modo se habiturum in conferendo beneficia illis, quos e Babylone eduxerit.

Nomina eorum Dei beneficiorum in Sina aduentantis. Theman.

Qui totum canticum de liberatione e Babylone accipiunt, vt Lyra, sic explanant de Cyro. Sicut Deus olim ab Austro venit deducturus populum suum in terram promissam, ita veniet cum Medis, & Persis habitantibus ad Austrum Chaldaeae, ad educendum suum populum e Babylone, & in patriam reducendum.

Praedicit Dei aduentum in Babylonem.

Qui de Christo explicant, versionem sequuntur Septuaginta, *Deus de Theman veniet, & sanctus de monte vmbroso, & condenso*. & per Theman. Noua-

De aduentu Christi.

tianus

tianus, in Inde Tumt. dicto, Hieronymus lib. &c. super Psalmum 106. ex sententia cuiusdam Hebræi Theodoretus, Theophyl. Euthymius, & alii intelligunt Bethlehem, io qua natus est Christus, sita ad Austrum Ierusalem. Per montem vero vmbrosum, & condensum Theodor. & Theoph. Ierosolymam charismatibus affluentem, & sub vmbra, ac protectione Domini commorantem, & in qua, vt in nube, ac nebula gloria Domini ostendebatur. Alii, vt Theophyl. & Euthymius Deiparam Virginem, quæ omnibus supereminens creaturis, altissimi fuit obumbrata virtute. Alii, vt Augustinus 18. de Ciuit. Dei c. 32. & Greg. lib. 33 Moral. cap. 1. Scripturam sacram, veterem præsertim, in qua nobis Deus est sub figuris obumbratus, & absconditus.

8 *Selah.* Vox סלה *Selah*, semel, & septuagies in Psalmis repetita, & ter hoc cantico Habacuc, etsi Vulgatus eius nullam rationem habuerit in interpretatione, magnam inter Scriptores concertationem mouit, quodnam habeat significatum. Nam neque Hebræi Hebræa illius, neque Græci Græcæ, nec Latini Latinæ vocis adinuenere certã notationem. In primis Septuaginta, Theodotio, & Symmachus διάψαλμα transtulere, cuius vocis tam incerta est significatio, quam *Selah*; vt confessus est Origenes, auctore Hieronymo, in epist. 138. ad Marcellam; de hac voce scripta. Et quidem Hilario, Chrysostomo, Euthymio, & aliis initio Psalmorum, videtur ea voce nihil significari, sed indicem tantum esse, aut commutationis metri, aut spiritus pausationis, aut alterius sensus exordii, aut rhythmi distinctionis, aut cuiusdam musiceę varietatis, silentii, aut cessationis; nam Psalmi tunc temporis iuncta voce ad organum canebantur. Refutat hanc sententiam Hieronymus in illa Epistola, quod in Psalmorum fine repetatur hæc particula, vt in fine Psalmi tertii, & vicesimitertii, vbi ea munera exercere non potest; & in longissimis Psalmis non inuenitur, vbi oporteret illo munere fungi.

Abenesdra, & R. Abraham existimant affirmantis esse particulam, eandem ac vere, ita est, sane, profecto, Amen. Hieronymus in ea epistola, pro semper, seu in sempiternum accipit. Nam quemadmodum, inquit, solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere, explicit, aut feliciter, aut aliquid eiusmodi: ita & Hebræi, vt quæ scripta sunt roborentur, facere solent, vt dicant, Amen, aut, in sempiternum; aut scribendo commemorant, vt ponant *Selah*, aut transacta feliciter protestantur, pacem subnotantes: ex quo, ait, animaduertimus hoc verbũ *Selah* superiora pariter, inferioraque connectere, aut certe docere sempiterna esse quæ dicta sunt. Itaque Aquila verborum Hebræorum diligentissimus explorator, *Selah*, *semper*, transtulit, & ipse Hieronymus eum secutus. Quinta quoque editio, vt Sexta, vertit *iugiter*, aut *in finem*. Chaldæus, & quidam ex Hebræis, *in seculum*. Coofirmat hoc quod Hebræi in suis epitaphiis in hac significatione solent accipere, cum dicunt. *Sit anima eius ligata in Paradiso, Amen, Amen, Amen, Selah*, hoc est, in sempiternum. Aut *quies eius sit in fasciculo vitæ cum aliis iustis mulieribus, Amen, Amen, Selah*, in æternum, iugiter. At non adhibetur hæc particula in aliis

A ... nisi in Psalmis, & in Canticis; cum in hac significatione, alias dictis possit conuenire, sicut Amen, iugiter, aut in seculum?

B Quamobrem sententia Theophylacti, Danidis Kimhi, Vatab. Montani, & Genebrardi magis placet, asserentium vocem *Selah*, esse musicæ, seu harmoniæ peculiarem, cum non nisi in Psalmis, & in hoc Cantico reperiatur, vt aliæ tepetiuntur: Deinde esse signum vocis tonc attollendæ, iuxta significatum suum, nam *Selah* est *eleuatio*, seu *exaltatio*, ad excitandos aoimos audientium ad affectus iuxta considerationem sublimitatis eorum, quæ dicuntur; atque adeo vim interiectionis habeat lætantium, vel triomphantium, interdum & spiritu ouantium, aut ore faliendum, vel admirantium. Quasi ea vocis contentione indicent cantores rem esse sublimem, quæ tractatur, ac proinde applausu excipiendam. Exempla adhibeamus; in Psalmo 3. post versum secundum, *Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Selah.* quasi dicat, attendite insignem, blasphemiam, viam salutis mihi præcludentium. & post versum vltimum, illi blasphemiæ obiectum, *Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua, Selah.* Scilicet, hæc est Dei summa bonitas, non salutis viam præcludere, sed aperire. ita in hoc cantico dictum est: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan, Selah.* Videte Dei gloriosi & in nos humanitatem, & maiestatem, & post versum alium, *suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus, quæ locutus es: Selah.* attendite Dei fi-

C delitatem. & post illum versum. *Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius, vsque ad collum: Selah.* ô brachium Domini ineluctabile, ô summam Dei virtutem, & potentiam! Itaque illa voce contenta ad hos affectus, & similes, auditores prouocabant cantores, & Psalmographi.

9 *Gloria eius.*] Chaldæus, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Iansenius de maiestate, & gloria, qua apparuit in monte Sinai exponunt. Nam gloria, & laus in Scriptura ea omnia significant signa, quibus Dei præsentia hominibus manifestatur, vt Exodi 24. 17. *Erat species gloriæ Domini quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filio-*

D *rum Israel.* Fulgura siquidem, tonitura, & splendores, quibus se præsentem ostendit Deus, cælos operire dicebantur; & quia admirabundus populus Dei nomen laudibus extollebat, dicit terram laudibus completam. Albertus, Hugo, & Lyra de Cyri gloria, aut Dei potius, & laude per orbem dissipata, ob excidium Babyloniorum per Medos, & Persas factum. Sancti de Christo explicanr. Hieronymus quidem, & Haymo, de gloria, quam cecinerunt Angeli nascenti Christo, *gloria in altissimis Deo*, Eusebius, Theodoretus, & alii intelligunt de Christi doctrina, & miraculis, quibus gloriosius factus est Christus in vniuersa terra, tum & August. lib. 18. de Ciuit. c. 32.

E Nam doctrina Christi nec obscura fuit nec ænigmatis operta, vt vetus illa; nec vni populo, sed vniuerso enunciata mundo. Theophil. de Christo explicuit cœlos ascendente, tunc enim vbe tius terra cognouit Deum.

Splendor eius. Cum relatiuum, *eius*, referat 10
Deum, quẽ dixerat ab Austro venisse, & gloria sua cœlos cooperuisse; necessario de eo accipi b-

Margin notes: Thecoa. Bethlehe. — Mons vmbrosus Ierusalem. — Virgo. August. Gregor. Scriptura. — Selah quid significet. — Sententiæ. — Sententia secunda. — pro semper iugiter. — 4. Sententia habens vim interiectionis. — Ea voce auditores prouocabantur ad sublimes affectus. — Gloria est maiestas Dei in Sinai ostensa. — Dei gloria in excidio Babylonis. — Christi gloria doctrina, ac miracula.

Dei splendores.

debet, splenduisse in monte Sinai luce fulgentissima; *Cornua in manibus eius*, aut vt est in Hebræo, *cornua de manu eius erant ei*, vel, *splendores de manu eius erant ei*, hoc est, de manu ipsius emicabant radii splendidissimi, propterea quod dicitur Deuteronom. 33.2. *in dextera eius ignea lex*, vel, *a dextera eius ignis lex eis*. nam ob splendores eminus eiaculatos, & flammas pyramidales, & tortuosas, lex à dextera Dei cornua producere dicta est. ita explicat Montanus. Sed de Mose cornutam faciem habente intelligunt Vatab. Isidorus, & Iansenius, nam ex Hebræo sic leguntur illa verba. *Cornua*, seu, *splendores de manu eius fuerunt ipsi*; nempe Mosi, quia facies eius ex consortio sermonis Domini cornuta facta est, vt habetur Exod. 34.29. Sed certe hæc omnia pronomina præcedentia, & sequentia Deum referunt, non Mosem. Sunt qui per cornua è Dei manu, seu potentia prodeuntia, intelligant mortem, & diabolum, quibus quasi cornibus viam populo suo inter aduersos hostes aperiebat: à feris sumpta metaphora, iuxta illud Deuteronom. 33.17. *cornua Rhinocerotis cornua eius, in ipsis ventilabit gentes*, ac de his mox dicet; *ante faciem eius ibit mors, & diabolus egredietur ante pedes eius*.

De Mose alii accipiunt cornutam faciem habente.

De morte, & diabolo è Dei manu prodeuntibus.

Albertus, & Hugo exponunt de Cyro, & Dario, quibus quasi cornibus, Deus Chaldæos ventilauit; vel cornua regna fortia in manu Cyri, vel certe arcum cornibus circumflexum. De Christi cruce accepit Cyprianus lib. 2. Contra Iudæos c. 21. & sermone de Passione Domini. Nam cornua crucis fuere in manibus Christi; aut per hysterologiam, manus eius fuere in cornibus crucis. At Eusebius lib. 6. de Demonstra. cap. 15. Hieron. & Augustinus loco dicto, Rupertus, Haymo, de crucis trophæis, & vexillis, quibus de potestatibus inuisibilibus triumphauit Christus, intelligunt. Regnum etiam Christi intelligit Eusebius, quod dat cui vult.

Cornua Cyrus, & Darius.
De Christo è cornibus crucis pendente.
Eusebius. Hieron. August.

Ibi abscondita est.] Hebraice. *ibi absconsio, tentorium, seu latibulum fortitudinis eius*. Aduerbium, *ibi*, refert omnem illam lucem, fulgura, fumum, & nebulam, in quibus, quasi in tentorio, absconditus Deus sese ostendebat, & suam inde virtutem, & maiestatem exerebat. Sic Chaldæus, Vatablus, Montanus, & Robertus, quia latentem suam virtutem manifestabat illis signis. Alii sic declarant. E[illegible] apud Israelem fuit reposita Dei fortitudo, [illegible] inter ipsos operaretur. Vel *ibi*, id est, per illa cornua, Dei fortitudo abscondita se exerebat in hostes. Qui de Cyro explicat Albertus, sic ait in Cyro erat Dei fortitudo abscondita. Vel vt Hugo, [illegible] otam Cyro Chaldæorum fortitudo erat abscondita. Sancti de Christo optime explanant, in cuius cruce, & passione infirmitas humanitatis manifestabatur, dum diceret, *tristis est anima mea vsque ad mortem*. &, *Pater in manus tuas commendo spiritum meum*, &, *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me*: Sed ibi abscondita est fortitudo eius, dum Solem, & Lunam obscuraret, & saxa concuteret, & cetera. [illegible] xx. hic legunt, *& posuit dilectionem robustam fortitudinis sua*. quo innuitur secundum Theodoretum, & Theophylactum, dum impendit animam suam pro nobis, [illegible] tem suam erga nos dilectionem demonstrasse, n[illegible] bec[illegible] tate, sed ex robore; quia non [illegible] passus est, sed spontaneus, qui [illegible] bonus [illegible] stor posuit pro suis ouibus animam suam. Hieronymus alter[illegible] nua, id est, regnum [illegible] vt induceret homine[illegible] d dilectionem [illegible] sui, non leuiter, sed in v[illegible] tute [illegible] dit et pater in manus, vt qui omnia habe[illegible] deramus, omnium [illegible] m diligentes [illegible] reamus.

Deus in tentorio sua latebat.

De Cyro.

De Christo.

Dilectionem suam in cruce robustam ostendit.

Ex filii Dei.

Ante faciem.] C[illegible] mmemorat [illegible] hostes grassantem, quam præmittebat [illegible] suo terram Chanaan ingredienti vt [illegible] centiores affirmant, Vatablus, Montanus, Isidorus, & ceteri, de qua dicitur Exod. 23. *Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorum[que] inimicorum tuorum coram te terga vertam [illegible] prius, qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas*. Deuteronomio 7.15. idem repetitur. & ita factum docet Iosue cap. 24.12. *misique ante vos crabrones, & eieci eos de locis suis*. & Psalmo 77.49. itaque loquitur de strage præmissa in hostes, pestis, morborum, morsuumque bestiarum. Lyra intelligit de peste, ac morte, qua debilitati sunt Chaldæi, aduentantibus Dario, & Cyro. Sancti de Christo patiente interpretantur; qui moriendo mortem vicit, diabolumque profligauit, iuxta illud Hoseæ 13. à Paulo citatum 1. ad Corinth. 15. 55. *Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus?* Hieronymus explicat de tentatione Christi, quando egressus è Iordane, in deserto post quadraginta dies tentatus à morte, & diabolo est, & illi ante faciem eius consistere non potuerunt.

12.

De strage præmissa in hostes obuios.

De excidio Babylonis.

De Christo victore mortis.
De diabolo fugato à Christo in deserto.

Duo hic sunt nomina adnotanda, vnum est דבר, quod lectum דָּבָר *Dauar* significat *verbum*, vt hic acceperunt Lxx. & Theodotio, *ante faciem eius ibit verbum*, vel *sermo*. & Psalmo 90.3. Lxx. verterunt, *a verbo aspero*. & vers. 6. *à negotio perambulante in tenebris*. Sed Aquila, Symmachus, Quinta editio, Vulgatus, & recentiores interpretes legunt דֶּבֶר *Deuer*, & vertunt *pestem*, aut *mortem*, cuius illa causa est, & ita Lxx. transtulere Psalmo 78.50. cum dixere, *& iumenta eorum in morte conclusit*.

Alterum nomen est רֶשֶׁף *Reseph*, quod proprie significat quicquid volat, aut quicquid volando adurit, & inflammat, & ita solet verti *auis*, *scintilla*, *sagitta*, *fulgetrum*, *fulgur*, *lampas*, *pruna*, & *dæmon*. ob leuem, aeream[que] naturam, qua constare putabatur. Deuteron. 32.24. *deuorabunt eos aues morsu amarissimo*. Iob 5.7. *homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum*: vel filii scintillæ, aut prunæ, aut dæmonis eleuabunt volatum super eum. Psalmo 76. 4. *ibi confregit potentias*, pro sagittas arcuum. Psalmo 78.48. & *possessionem eorum igni*, hoc est, prunis ignis; quia, vt dicitur Exod. 19.24. *grando & ignis mista pariter ferebantur*. Cantic. 8.6. *lampades eius lampades ignis*; hoc est, prunæ vel sagittæ eius ignitæ. Hoc ergo loco Aquila, Symmachus, Theodotio, & Quinta editio *volatile* transtulerunt, aut *volucrem*; Vulgatus *Diabolus*, qui volat per aereas tenebras, & iaculis ignitis confodit, iuxta Paulum ad Ephes. 6. Huius nomenclaturæ rationem affert Hieronymus ex Hebræorum traditione asserentium, *Reseph* dæmonis esse nomen, qui principatum teneat inter alios & propter nimiam velocitatem [illegible] at[que] in diuersa discursum *auis*, & *volatile* nuncupetur; ipsum[que] esse

Reseph significans.

Dæmonis nomen[que] Adam de-

qui in paradiso sub figura serpentis; mulieri locutus sit: & ex maledictione, qua à Deo est condemnatus, acceperit nomen: nam *Reseph* reptantem ventre interpretantur. *Atem* vocauit Homerus Iliados 9. id est, noxam, quod dæmon esset hominibus noxius: Grassatur, inquit, Ate per vniuersam terram hominibus infesta. Nam Atem dæmonē esse humano generi infestum, & aduersarium, qui diabolus dicitur, auctor est Suidas, eiusque lapsum ita describit Homerus Iliados 19.

Protinus abripuit speciosis crinibus Atem.
Iuppiter, aduratque instinctus sanctius ira:
Haud iterum posthac stellantis culmina cœli
Stansuram esse deam, quoniam esset noxia cunctis.
Ilicet hoc dicto superis ibi feruidus Atem
Sedibus exturbat, mortalia lapsa lacessit.

Propterea Bessarion lib. 3. in Platonis calumniatorem, de Platone, & Aristotele loquens, *Luciferum vero*, inquit, *sua culpa eiectum in terram, execrandumque illi quoque didicerant ab Homero suo Theologo, qui siue beneficio quodam naturæ, siue Mosis Prophetæ scriptis, carmine suo exposuerat lapsum Luciferi, quem ille Atem appellat.* Significat ergo hoc loco *Reseph* metonimicè, stragem pestilentem, & vndique grassantem, atq; obuia quæque vi ignea adurentem, & funestantem, qua Deus hostes sui populi excidit.

13 *Stetit.*] Dum Arca constitit in Galgalis, fecit distribui terram promissam Deus in funiculo distributionis, vt constat Iosue 4. 19. & sequentibus. Nam per multos annos ibi fuit Arca: Atque inde nutu diuino egrediebatur ad expugnandas hostium regiones, quas & suis distribuit, quod quidem Dei virtute faciebat, Psalm. 43. 4. *Neque enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua Domine, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui.* Sic Vatab. Mont. Isid. Iansenius, & Robertus. Qui de Cyro interpretantur, de eius exercitu declarant obsidente Babylonem; qua expugnata, prouincias ei subditas principibus suis distribuit. Sancti de Christo, qui de cruce victor euadens suis Apostolis distribuit orbem, vt eum verbi Euangelici virtute expugnarent, Christoque subiicerent. Ita contriuit dæmonum idola, & templa, in quibus colebātur, principes mundi, ac philosophos, qui tandem manus dantes veritati ab orbe condito prædictæ, se victos confitebantur.

14 *Ab itineribus.*] Hebraice dicitur. *Incuruati sunt colles* עולם *olam æternitatis, itinera* עולם *olam illi.* Reddere videtur rationem eorum, quæ dixit. *Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi incuruati sunt colles mundi*; hoc est, reges, & principes, qui per multa secula possederant terram Chanaan montosam, collum subiecerunt Deo inducenti populum in eam; Deo inquam, cuius sunt itinera æternitatis, & seculi, hoc est, qui habet potestatem super omnes vicissitudines temporum, & rationes seculorū voluendorum; tam in cælestibus, quam in terrenis. Et hoc voluit Vulgatus, cum dixit, *ab itineribus*, hoc est, propter itinera æternitatis eius, in quæ habet potestatem. Sic Chaldæus dicens: *Potestas seculi illius est*; Vatab. Montanus, & alii. Vel quasi respondeat Chananæis obiicientibus longam, vetustamque terræ, è qua pellebātur, possessionem, Deus asserit se antiquiorem esse possessorem Orbis, quippe qui & æternus: quanto magis illius terræ? Sic Iansenius. nullum enim iter est, quod non sit illi peruium. Vel tertio secundum Isid. vt sit repetitio prædictorum: montes seculi contriti sunt ab eo, & colles mūdi incuruati, denique itinera omnia æterna patebant ei; ouilius erat locus illi transeunti non peruius. Vel quarto: montes, & colles transitum liberum præbebant populo Israelitico, moti miseratione, quod tam longis itineribus, & tam calamitosis, per annos 40. confectis per desertum illuc appulissent. Similiter omnia Cyro, & Dario subdebantur, Deo agente, cuius sunt æterna temporum, & locorum itinera. De Christo: reges, & principes mundi colla sua subdiderunt Apostolis; & incuruati sunt, vt Christum adorarent, considerantes itinera, propter humanam salutem ab eo confecta: iuxta illud Michææ 5. 2. *& egressus eius a diebus æternitatis.* & Ioan. 16. 28. *exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.*

15 *Pro iniquitate.*] Pro און *anen*, pro *nihilo* ponitur Iob 5. 6. *nihil in terra sine causa fit.* & ita hic Vatab. & Rob. explicant, pro nihilo, vel in nihilum vidi redacta tentoria Æthiopum: Isidorus pro vltione iniquitatis cōmissæ in Deum, & in populum eius. Chaldæus, & alii, pro iniquitate, quam Hebræi in Deum commiserunt, vidi beneficium destructionis Æthiopum commutatum. Sed quam historiam recenseat videamus. Chaldæus, quem sequuntur Vat. Isid. Mont. & alii recentiores, existimāt hic referre historiam Othonielis Iudicum 3. qui liberauit filios Israel de manu Chusān regis Mesopotamiæ, cui pro iniquitate idololatriæ traditi fuerant. & Iudic. 6. Gedeonis, qui expugnauit cum 300. viris Madianitas. Horum intelligentia in primis probatur; quia nomen *Chusan* hic in Hebræo positum, Iud. 3. ponitur, vt nomen proprium illius regis: Æthiopes autem Hebraice nō *Chusan*, sed *Chus*; aut *Chusim* dicuntur. Deinde quia numquam legimus tentoria Æthiopiæ diuulsa, nec in via filiorum Israel ex Ægypto, nec cum habitarent iam in Iudæa; cum Æthiopia trans Ægyptum constituatur ad Oceanum Australe, quod propterea Æthiopum dicitur.

Nihilominus aliam diuersam historiam hic referri magis probatur mihi, tanquam rei, qua de agitur magis consonam: nempe illam Numerorum 25. qua refertur Hebræos cum Madianitis feminis fornicatos. Pro qua iniquitate cū omni supplicio affici, vsq; ad exitium mererentur, non Hebræi pœnas extremas luerunt; sed ipsi Madianitæ cum quinque Principibus, simul cū Balaam expugnatis, Num. 31. Deo pœnas dederunt. Et ratio est, quia animus Prophetæ in hoc cantico est, referre historiam exitus de Ægypto vsque ad ingressum in terram promissam: & omnia admiranda beneficia in eo itinere populo illi collata; & nullum præterium, dum iam considerent in terra vt patet omnia conspicienti; ergo hoc solum non est cur aliis misceatur extra illam historiam ex libro Iudicum. at historia Numerorum in illa via accidit. Præsertim cum emphatice voluerit ostendere Propheta Dei optimi in populū suum beneficentiam, & benignitatem, qui ea populi impudentia non irritatus palam fornicantis, non illius curam deseruerit, sed vltionem sumpserit de Madianitis.

3 Sensus
4 Sensus
Christus
Lectio
Ratio

Ad

Rationum oppositarum solutio. Chusan Æthiopia.

Ad priorem rationem respondetur, nomen illius regis non esse *Chusan*, sed *Chusanrasathaim*: quæ duo nomina non minus differunt quam *Melchi*, & *Melchisua*, aut *Melchisedech*. Nomen vero *Chusan*, *Æthiopes*, seu *Æthiopiam* significare constat, primo, quia nomen *Chus* vnius ex posteris Noe, *Æthiopiam* significat omnium consensu: atque ita hic transtulere Septuaginta, & Vulgatus eum secutus. & Hieronymus, qui Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Quintam, Sextamque editionem in medium attulisset, vt solet, si contrarium transtulissent. Quod autem *Chusan* dictum sit pro *Chus*, facile dissoluitur per

Paragoges figura.

figuram Paragoges poeticam, qua rhythmi, aut desinentiæ causa aliqua litera adducitur, vt nobis *dicier* pro *dici*. & pro *huius*, *huiusce*. sic Psalmo 2. vers. 6. *ego autem constitutus sum* מַלְכִּי *malchi ab eo*, vbi *iod* redundat per paragogem. Sic hoc loco

Similiter cadentia.

propter seruandam similem cadentiam carminis dictum est, *Pro iniquitate vidi tentoria Chusan, mouerunt se cortina terra Madian*. vt in Psalmo 117. 25. illa verba, *ô Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare*. In Hebræo habent similem rhythmi desinentiam, *Ana Iehouah Hoshiahna*, *Ana Iehouah Hatslihahna*. Hoc est. Obsecro Domine saluifica nunc, obsecro Domine prospere fac nunc. Propter hanc ergo causam adiectum est, *an*, ad *Chus*: alioquin gentem hic notat Madianitem, non

Sermo est de Æthiopibus Orientalibus.

personam Chusanrasathaim. Nec loquitur hic de Æthiopibus Occiduis, sed de Orientalibus, qui Arabiam incolunt, iidem qui Ismaelitæ, & Madianitæ. Nam Moses accepit vxorem Sephoram filiam sacerdotis terræ Madian, Exod. 2. 15. quæ Numer. 12. 1. dicitur *Chusith* Æthiopissa: quam veritatem, quoniam late ex sacris; & profanis auctoribus confirmamus infra super 3. cap. Sophoniæ, hic probare supersedemus.

Cyrus puniunt iniquitatem Madianitarum.

De Cyro sic alii explicant: Æthiopum, & Madianitarum castra euertentur à Cyro, cum venerit ad expugnandam Babylonem, pro iniquitate commissa in opem ferendo Nabuchodonosori, cum venit ad vrbem, & templum comburendum. Sancti de Christo, per quem dæmones

Christus mitigauit mores nigros hominum.

turbati sunt & conterriti. Vel per quem homines moribus Æthiopes, & voluptatum amore Madianitæ; quorum corpora, mentesque quasi pelles erant, & tentoria dæmonum, ac domicilia, mutiores facti sunt Euangelica denunciatione.

16 *Numquid in fluminibus.*] Historiam refert transitus Maris rubri, Exod. 14. & Iordanis, Iosue 3. Vnde Iosue 5. dicitur. *Postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum quod siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus timentium introitum filiorum Israel.* Euthymius addit, fieri etiam sermonem de fluuiis Ægyptiis in sanguinem conuersis. Sed quia fere coniunguntur transitus maris, & Iordanis, de hoc loqui Prophetam, cum Hieronymo ipso

Deus è nubibus pugnabat in transitu maris rubri, & Iordanis.

existimamus. Equos autem, & quadrigas, è quibus Deus saluum eduxit populum, & Ægyptios summersit, vocat nubes, & ventos, vt Psalm. 103. 3. *qui ponis nubem ascensum, vel currum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Ex illis enim decertabat aduersus hostes, vel ex columna nubis. Al-

Cyrus Euphrate diuiso ingressus Babylonem.

bertus, & Lyra, explicant de Cyro, qui quod propter murorum fortitudinem non poterat Babylonem expugnare, Euphratem in varios riuulos diuisit, vt facile pedibus posset transmeari, per quos ingressi Persæ in vrbem, eam ceperunt, vt

Herodot. Xenoph.

referunt Herodotus lib. 1. & Xenophon. lib. 7. Cyripediæ, ea nocte, qua Balthasar vidit manum in pariete scribentem. Sancti de Christo; num-

De Christo.

quid, aiunt, omnes gentes conteres aquarum nomine significatas? Non, quia salutem earum procuras. Alii de signis futuris in die iudicii explicant, quæ Lucæ 21. & Apocal. 8. referuntur.

17 *Suscitans.*] Hebraice dicitur. *Nudando nudabitur arcus tuus, iuramenta tribuum dictum Selah*, hoc

1. Sensus.

est, palam facies arcum tuum, quem, vti signum promissi tui complendi proposuisti in nubibus cæli Noe Genes. 9. arcum inquam, signum iuramentorum, quæ tribubus iurasti dicti tui complendi, *Selah*. quæ in summam nos confidentiam

2. Sensus de historia Exodi.

inducunt. Vatablus, Isidorus, Iansen. & Robertus, de præterito, iuxta historiam Exodi accipiunt; denudans denudabas arcum tuum, arcum tuum corripiebas, vt sagittas iaceres in hostes tuo populo infensos, iuxta iuramenta tribubus præstita, dictum tuum roborantia. Hunc sensum insinuat R. Abraham in Commentariis, quem refert Dauid Kimhi. Manifestans, aut denudans denudabas arcum tuum, iuramenta virgarum; nempe fulgorum, quæ sunt instar sagittarum ex virgis confectarum, ac si fulgura iurassent stabilire sermonem tuum. Nam *Matoth*, & tribus, &

Matoth tribus & virgas significat.

virgas, seu sceptra significat, vt hic verterunt Septuaginta. Atque hoc significatur, præsto adfuisse Deum cum arcu, & sagittis, ita in hostes intentis, & directis, ac si iurassent eos confecturas fuisse. Sed Lyra, & Montanus, & quicumque de Christo explicant, hæc per futurum dicta accipiunt. Lyra quidem de Medorum, Persarumque

De Cyri potentia.

potentia, quia veluti arcu confodit Deus Babylonios, vt populum suum liberaret. Sancti de

De Christi potentia.

potentia Christi, quem Deus suscitauit, & manifestauit in carne, ad hostes spirituales debellandos, & salutem operandam vsque ad extremum terræ.

3. Sensus ex dictis concepta spes liberationis è Babylone.

Sed propter hanc collectionem ex iam numeratis beneficiis intermiscet, eodem modo se habiturum Deum in conficiendis Babyloniis, & in liberando populo suo. quasi dixerit iuxta M. idem ergo cum sis, qui tot peperisti victorias, tot beneficia contulisti populo tuo, cum eum induceres in terram hanc, nunc quoque iuxta tua promissa liberabis è potestate Babyloniorum, & reduces victorem in patriam. Ea est tuorum promissorum veritas, & certitudo, vt nullo modo possint infirmari.

18 *Fluuios scindes.*] Hoc est, scindebas fluuios ter-

1. Sensus de transitu maris & fluuiorum.

ræ, vt per eos transiret populus tuus, nempe Iordanem, per synecdochem, accepto plurali pro singulari, vt cum dixit, *numquid in fluminibus iratus es Domine*? Ita videtur Iansenio secuto lectionem Vulgati, & Pagnini. Aut loquitur de torrentibus Arnon, de quibus dicitur Numer. 21. 14. *sicut in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon*. & Psalmo 73. 15. dicitur. *Tu siccasti fluuios Ethan*.

2. Sensus de riuis aquæ eductæ de petra.

Aut certe fluuios vocat aquas maris fluentes, vt Ionas cap. 2. 4. *proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me.* Sed Chaldæus, Vatablus, & alii legunt, *fluuiis scindebas terram*, vt

Septua-

Septuaginta, *scidisti terram fluuiis*, & refertur historia aquæ eductæ de petra virga Mosis: de qua Dauid Ps. 113. 8. *Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Verum eum referat illud prodigium diuidendi mare, & flumina, quod deterruit habitatores, videtur prior sensus verior. Qui de Cyro explicant, intelligunt scissum Euphratem per riuulos; quo Principes Chaldæi timore correpti, aufugerunt. Sancti de regnis mundi, & potestatibus sublimibus, quæ videntes Christi potentiam, dolebunt, & præ inuidia excruciabuntur; aut certe nitentur eius regni potentiam agnoscere.

[Eu]phrates [scissus].

[D]e Chri[sto].

19 *Montes.*] Habitatores montium intelligit Palæstinæ, nempe Philisteos, iuxta illud Exod. 15. 13. *Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, quem possedisti.* Ceteri, Vatab. Isidor. Iansen. & Rob intelligunt reges, & Principes, qui veluti montes erant. Albertus ipsos montes per hyperbolem, ex Numer. 21. 15. *Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar.* & Psalm. 113. 6. *Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium.* Sed in idem omnes recidunt; quia montes, seu habitatores montium Chananæi, reges, & Principes conterriti sunt, auditis prodigiis.

[D]e monti[bu]s obuiis [con]turbatis.

[De] Princi[pibu]s.

20 *Gurges.*] De Iordanis desiccatione omnes intelligunt, vt per eum populus transiret. Sic Albertus, Vatablus, Iansen. Isidorus, & Robertus, de quo dicitur Iosue 3. *Iordanis ripas alueî sui tempore messis impleuerat: steterunt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant.* Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt vsque quo omnino deficerent. Abyssum autem vocem dedisse, nihil est aliud, quam strepitum editum è defluxu aquarum inferiorum, dum à superioribus diuiderentur: qui miraculo quodam auctus est, vt finitimas gentes deterreret. Psalm. 76. 16. *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & turbatæ sunt abyssi, Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes.* Psalmo 113. 5. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.*

Iorda[nis] exsic[cati]one.

Vox Abyssi strepitus.

Altitudo manus suas leuauit.] Hoc est, per hysterologiam, manus suas leuauit in altitudinem, quia aquæ superiores Iordanis in cumulum elatæ sunt. Manus autem brachia significant, quibus aquæ maris, aut fluminum distenduntur per ripas. Sic Psalmo 103. 25. dicitur. *Hoc mare magnum, & spaciosum manibus*, vel brachiis, aut *locis spatiosis.* Sic Ouidius lib. 1. Metam.

Ouidius.

Nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Itaque aquæ superiores, quæ spaciari possent per vtramque partem ripæ, erectæ sunt ad instar montis aquarum. Hugo, Lyra, & Dionysius, de aquis Euphratis explicant, quando Dei altitudo leuauit manus ad puniendum Chaldæos. Sancti explicant de persecutionibus; quæ tamquam fluminum eluuiones excrescentes, breui transeunt. Ideo inferi dabunt voces laudantes Deum, & altitudo Angelorum suas manos leuauit plausu quodam, & gestu ipso victorem Deum celebrantes.

De Euphra[tis] aquis. Christi glo[ria] in supe[rbis] [in]cidis aquis [per]secutio[n]um.

21 *Sol & Luna.*] Historiam Iosue cap. 10 referri hic asserunt Chaldæus, Albertus, Vatab. Pagni. Iansen. Isidorus, & Robert. Nam cum fugerent Amorrhæi filios Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azeca, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filii Israel. & tunc dixit Iosue; *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon; steteruntque Sol, & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis.* Et quamuis dies erat, quia non fuit antea, nec postea tam longa dies; quia tamen nubilosa, & tenebris obducta, ideo constitisse Solem, & Lunam in cœlo dicit, & filios Israel ambulasse ad lucem emicantem è fulguribus, simul cum grandine refulgentibus. Vatab. vult etiam recenseri historiam Ægyptiorum, cum egrediebatur populus Israel. Nam dum Sol, & Luna continerent suam lucem in cœlo, & horrendis tenebris perturbati Ægyptii, & graui nocte conclusi, sub tectis latebant, nec tamen permittebantur exire terrore monstrorũ exagitati, quo sibi ipsi grauiores erant tenebris, filiis Israel maxima erat lux. At quia lux, quæ illustrabat filios Israel, erat ex Sole, hoc autem loco dicit incessisse ad lucem fulgurum coruscantium, ideo verius videtur referri historiam Iosue. Albertus, Hugo, Lyra & Dionys. de Cyro, & Dario explicant, nocte intempesta, & tenebris offusa ingredientibus Babylonem, ad lucem sagittarum suarum, quibus maxime pugnabant, qui tecta ducti in regiam Baltasarem occiderunt, atq; ex hoc loco putant similitudinem ductam ex prodigiis factis in exitu de Ægypto inchoate aptari eductioni Israelis è Babylone. Alii Solem, & Lunam intelligunt Christum, & Ecclesiam, quæ steterunt in ordine suo: & Apostoli dicuntur sagittæ, in quorum luce Christiani proficiunt, & impii concutiuntur.

Historia Iosue.

De historia exitus de Ægypto.

Darius & Cyrus no[cte] ingres[si] in regiam.

De Christo.

22 *Cum Christo tuo.*] Mose, qui Christus dicitur, quod dux esset populi, & Propheta, vt intelligunt Chaldæus, Albertus, Iansen. & Robertus, iuxta illud Psalm. 104. 15. *nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* quamuis Chaldæus populum ipsum accipit, & 1. Paral. 16. 22. *filios Israel Christos meos*, Deus vocat, nam ita indicarunt LXX. cum verterunt, *vt saluares Christos tuos.* Theodotio, & Symmachus, *vt saluares Christum tuum.* Hieronymus, Vatablus, Montanus, & Isidorus ex Hebræorum sententia de Christo Domino, ad hunc modum explicant. Sicut olim visus es de cœlo descendere, vt tuum populum, duce Mose, educeres de Ægypto, ita definito tempore cum Christo tuo egrediens, vt liberes tuum populum è diaboli captiuitate. Confirmant hunc sensum versiones Aquilæ, & Quintæ editionis, quæ eædem sunt cum Vulgata, & Sexta editio, quæ sic habet, *vt saluares populum tuum per Iesum Christum tuum.* Demum Albertus etiam Hugo, Lyra, & Dionysius, de Cyro intelligunt, quem Isaias c. 45. vocat Christum, cum ait, *hæc dicit Dominus Christo meo Cyro*, quo duce suum populum Deus eduxit de Babylone.

Moses Christus Dei.

Populus Christus Dei.

Christus Iesus.

Christus Cyrus.

23 *Caput.*] Primogenitum de domo impii Pharaonis intelligunt Albertus, Vatablus, & Robert.

Caput p[rimogenitum].

Primogenitus Pharaonis. Caput principes.

Quamuis Iansenius cum aliis per caput accipiant ipsum Pharaonem cum aliis principibus, & ducibus exercitus, quos Deus percussit in mari; qui erant duces de domo impii Cham, qui nomen dedit Ægypto, vt Psalmo 77.51. *& percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* & Psalmo 104.23. *intrauit Israel in Ægyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.* *Denudasti fundamentum eius vsque ad collum.* Hoc est, fulcimenta prima exercitus Pharaonis, nempe ipsum cum ducibus, quos caput vocauerat, vt volunt Albertus, & Robertus, denudasti, & detraxisti ab suis corporibus vsque ad collum, præ ignominia, vt Nahum.3.5. *Ecce ego ad te, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* & Isai.7.20. dicitur: *In illa die radet Dominus in nouacula conducta, in rege Assyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* Sic ergo Deus omnem exercitum, cui innitebatur Ægyptus, funditus euertit vsque ad primos ipsos exercitus, qui erant regi secundi, vt collum capiti.

Caput Baltasar.

Hieronymus Hugo, Lyra, Dionys. intelligunt caput Baltasarem de domo impii Nabuchodonosoris, sed ex sequentibus de via facta in mari, recte colligitur sermonem esse de Ægypto, & Pharaone.

Caput Antichristus in domo diaboli.

Sancti de Antichristo, aut diabolo explicant; cuius duces interfecti sunt, plebe relicta, aut caput Antichristum de domo diaboli percutiet Christus spiritu oris sui.

24

Historia submersi exercitus Pharaonis

Maledixisti.] Refert historiam Exod.14.6. *Iunxit ergo Ægyptiorum currum, & omnem populum suum assumpsit secum, tulitque sexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus, reuersaque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerunt mare, nec vnus quidem superfuit ex eis.* Nam per metonymiam, nomine sceptrorum principes intelligit, qui sceptra gestabant suæ dignitatis insignia: cuiusmodi fuere virgæ, quas accepit Moses à principibus tribuum pro creatione Sacerdos summi, Numerorum 17. Sed verbum quod hic vertitur, *maledixisti*, aliis in locis Vulgatus transfert, *perforare*, aut *perfodere*, vt Iob 40.19. *in sudibus perforabit nares eius* & Isai.36.6. *intrabit in manum eius, & perforabit eam*, & nomini sceptris,

Cum suis sceptris Deus peremit Ægyptios.

seu baculis præmittitur præpositio, *in*, & ita Pagni. Vatablus, & alii vertunt, *perfodisti baculis eius, caput exercituum eius*; hoc est, telis suis, aut copulis confossi sunt; nam in verticem ipsorum iniquitas eorum descendit. & ad hunc modum potest Vulgatus accommo[illegible] *Maledixisti cum sceptris eius*, hoc est; imperatorem exercituum eius Pharaonem cum principibus eius confecisti, & peremisti.

Sed alium sensum habent hæc verba. Nam nomen פרזו *PeraZan*, quod vertitur, *bellatorum eius*, significat, *vrbes absque muro*; quales sunt pagi, & villæ, vt accipitur Deut. 3. [illegible] *absque oppidis innumeris, quæ non habebant murum.* & Ezech.38.11. Atque adeo sic vertunt quidam; *perforasti cum baculis suis caput paganorum*, aut *villanorum eius*; quia videlicet è pagis, & villis egressa est magna multitudo paganorum, & villanorum post Israelitas fugientes, cum suis baculis; qui omnes cum suo capite confossi sunt, & aquis summersi. Vnde subditur, *exultatio eorum, sicut eius, qui deuorat pauperem*

Paganorũ multitudo cum baculis mersa in mari.

in abscondito, quod Exod.14.3. dicitur, *dicturus est Pharao super filiis Israel, coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.* De Chaldæis hæc omnia prædicti explicant, quos percussit Dominus per Cyrum, quod venissent contra Ierusalem. Sancti rectius de dæmone, & ducibus eius, quos omnes confodit Christus, existimantes neminem esse, qui seruos Christi ex eorum manibus eriperet.

Dæmones confodit Christus.

25

Aperuit mare Israelitis viis equis.

Viam fecisti.] Historiam refert Exod.14.27. per *equos* autem vel intelligit ventos, iuxta illud Psal. 103. *qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Nam vt legitur Exod.14. *Cum extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehemente, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.* Vel alludit ad equos, & currus Pharaonis, qui eum seruare non valuerunt, cum Deus solo nutu fecerit viam in mari suis Israelitis, quos quasi equos regebat deducebatque, iuxta illud Psalm.19.8. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.* & Sap.19. *Tanquam equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberabas illos.* Quod autem addit, *in luto aquarum multarum*, non ideo dicit, quod populus transierit per lutosas aquas; constat enim viam desiccatam. Exod. 14. & Psalm. 73. *siccasti fluuios Ethan.* & Sap. 19.7. *Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio*; sed quod transierit per viam prius lutuosam, vel inter lutum aquarum multarum, quod continebatur intra latus vtrumque. Vnde Chaldæus, Albertus, Vatab. Isidor. & Rob. nomen Hebræum חמר *Homer*, accipiunt pro vtre, acetuo, aut mole aquarum. Vt sic transferatur. *Viam fecisti in mari equis tuis, aceruum aquarum multarum*; quia vtrinque in aceruum aquis coactis, via media patebat. Hugo, & Dionys. hanc viam factam explicant in Euphrate per Cyrum, cum tunc non fuerint in molem redactæ aquæ, sed per riuulos defluxerint. Christus deinde equis suis Apostolis viam parauit in mari nationum, vt irent ad euangelizandum. Et iustos multis licet oppressos calamitatibus, per medias aquas viam præbens, Deus mirabiliter liberat.

Mare prius lutuosum siccatum est.

Christus viam parat Apostolis in orbe.

26

Audiui.] Absoluta materia exitus Israel de Ægypto, iam accedit, ad sibi propriam Habacuc. Sed sunt qui putent Prophetam sumere personam Babylonis, vt ait Chaldæus, quæ auditis admirandis prodigiis cõtra Ægyptios, & alias gentes in eductione populi de Ægypto patratis, similia sibi timet futura mala ob captiuitatẽ populi. Alii existimant esse verba Chananæorum audientium aduentum Israelis, ac desiderantium mori prius, quam occurrere illi. Aliis videntur verba Prophetæ, qui cum audisset stragem Babylonis, & sui populi liberationem præ lætitia gestiens in eosdem affectus conturbationis, tremoris, & mortis erumpebat: quasi diceret, adeo lætatus sum bono de populi mei liberatione nũcio, vt pene exanimatus emori videar: aut certe postquam quę desiderabam læta nunciaui populo meo, alacer iam, & hilaris occumbam. Verum verba esse Prophetæ, qui horrore concussus ob stragem Chaldæorum, quam acceperat futuram in hæc verba prorupit, postquam Dei magnalia concinuit, quasi in gratiarum actionem, intelli-

Variæ expositiones

gunt

gunt Hieronymus, Hugo, Dionys. Vatab. Isidor. & Iansenius. Nam sic fecit Isaias cap. 21. de eadem Babylonis strage loquens. *Propterea*, ait, *repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me, sicut angustia parturientis, corrui cum audirem, conturbatus sum cum viderem.* Sicut enim cœpit orationem; *Audiui auditionem tuam, & timui*, nunc absoluto Cantico circa mirabilia Ægypti, redit ad idem, dicens. Audiui inquam, auditionem tuam, & conturbata sunt mea viscera; & labia mea tremere cœperunt ad vocem tuam Deus, vel à voce tui mihi loquentis. Theodoretus, & Theophylactus intelligunt audita de passione Christi. Audiui tua reuelatione, mala ab hoc populo Christo Iesu inferenda, & perturbatus sum valde; sed ideo gaudeo, quod ad ea mala videnda non perueniam. Audiui etiam in quantam cladem sit idcirco meus populus deducendus, quando ficus non florebit, &c. quando scilicet omni auxilio diuino destitutus, & bonis omnibus spiritualibus, ac temporalibus spoliatus, vastabitur. Ego autem gaudeo, quod ab illis malis longe abero, iam mortuus. Alii explicant de die iudicii. Nam videre se non posse gaudet omnia mala, quæ diem illum præcedent.

27 *Vt ascendam.*] Hebræa habent. *Ad ascendendum ad populum, accinget eum*, vel *coget in exercitum eum*. pro accinctum eum, aut coactum in exercitum. More linguæ, quæ tertiam personam futuri vsurpat pro nomine verbali, vt Hoseæ 5.13. *& misit ad regem vltiscetur*, pro vltorem. Est ergo sensus Hugonis, Dionysii, Iansenii, & Robert. & innuit Hieronymus vtinam putrescant ossa mea, dummodo mihi detur; conquiescere in die huius tribulationis futuræ Babylonis, & ascendere cum populo meo forti, cum redibit in patriam. Nam præpositionem, *ad* pro *cum* accipit, cum populo accincto ad bellum, bellatore, ac forti, nempe cum Zorobabele, Iesu, & Esdra, & ceteris captiuis. Alii intelligunt Patriarchas, & Prophetas, qui sepulti erant in terra promissa, ad quam ascendere desiderabant Iudæi, & cum illis Propheta.

Alium sensum habent verba Hebræa. *Qui quiescam in die angustiæ, ad ascendendum ad populum accinget eum*, vel oppugnabit, aut succidet eum, vt vertunt Pagnin. Tigur. Vatab. & Isidorus, nam verbum *Gadad* hanc quoque habet significationem. Hoc est, quiescam in die illius angustiæ, quando hostis Chaldæus ascendet contra populum Israeliticum, vt eum perdat, aut succidat, sic Isidorus. Vel quando, aut, quæ angustia ascendet super populum Chaldæum, qui oppugnauit eum Israeliticum, nempe cum Medi, & Persæ ascendent contra Babylonios, eosque destruent, vt ait Vatab. Verum Vulgatus aliter intellexit, vt diximus, vel non videam diem illius angustiæ; sed potius emoriar, & requiescam; & ascendam aggregandus populo meo sancto, hoc est, sanctis viris, qui [illegible]cesserunt, & quibus aggregari desideramus.

28 *Ficus enim.*] Tempore illius tribu[illegible]onis Babylonis futuræ, vt intelligunt Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Iansen. nam bello omnia perturbantur & vastantur. & constat ex illa aduersatiua. *Ego autem in Domino gaudebo*: qui nos vlturus est de Babylonis, & in patriam reducturus; quod ipsum vaticinatus est Isa. cap. 44.26. & 47.9. & Ieremias cap. 50.33. *Calumniam*, inquit, *sustinent filii Israel, & filii Iuda simul, omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos, redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.* Sancti de populo Iudæorum explicant, qui tempore Christi ad summam redigentur miseriam, & sterilitatem bonorum omnium spiritualium, qui propterea destruentur. Optat autem Propheta se annumerari discipulis Christi. Alii de tempore Antichristi declarant.

In Deo Iesu meo.] Ita LXX. *In Deo salutari meo*, & Chaldæus, *in Deo factore redemptionis meæ*, & commendat Augustinus lib. 18. de Ciuit. c. 32. lectionem Vulgati, propter reuerentiam nominis Iesu, & vt sciremus eum esse, qui in vtraque liberatione ex Ægypto, & Babylone, adumbratus est, cui omnia ea beneficia referenda erant accepta; & nos ab eo liberamur è dæmonis captiuitate, & deducimur vsque ad cœlestem patriam. In Hebræo hic non est nomen proprium *Iehosua*, sed appellatiuum ישע *iesa*, quod est salus, vt Psalm. 17.47. *Exaltetur Deus salutis meæ*. & 20.6. *Magna est gloria eius in salutari tuo.* Vnde ceteri transferunt hic, *& exultabo in Deo salutis meæ*, vel *salutari meo*, aut *auctore salutis meæ*. Dionys. explicat de Cyro, qui fuit Saluator, seu redemptor populi, vt Ioseph Ægypti Saluator dictus est.

29

Super excelsa mea.] Hoc est, super terram montibus editam, ad quam ascendebant redeuntes è captiuitate, iuxta illud Isa. 52.12. *In pace deducemini, montes, & colles cantabunt coram vobis laudem.* Deut. 32.13. *Constituit eum super excelsam terram.* Sic Hugo, Dionys. & omnes de Iudæa. Sancti de beatitudine mystice accipiunt.

30

Victor.] In Hebræo sic legimus לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי *lamnatsecha binghinothai*: Duo hæc vocabula in titulis Psalmorum sunt frequentia, & in titulo Psalmi 4. simul reperiuntur. & prius quidem participium est passiuum *Menatseah* à verbo נצח *natsah*, quod est *vincere, superare, instare, vrgere, victoriose opus ad finem deducere*: quasi dicas præposita præpositione, ad victorem, ad vrgentem opus, ad sollicitatorem; sic vocatur, qui præest musicæ, & vrget cantores; & ita Aquila, & Theodotio transtulerunt vt referunt Hieron. in proœmio lib. 1. in Daniel, & Theodoretus in Psalmum. 4. τῷ νικοποιῷ, *auctori victoriæ*; & Vulgatus sic transtulit hoc loco.

31

Alterum nomen est נגינות *neghinoth* à verbo נגן *nagan*. quod est *pulsare aliquod musicum instrumentum, & carmina* transferunt multi, *Psalmos*, alii, aut *modos musicos*, aut *melodias*. Multi putant esse musica instrumenta, quibus Psalmi decantabantur. Vnde quod dicitur Ps. 69.13. *& in me psallebant qui bibebant vinum*, ex Hebræo sic habet. *& neghinoth bibentibus vinum*, hoc est, factus sum compotatoribus illa instrumenta musica; quia ita me pulsabant, ac si ego essem aliquod ex illis instrumentum. Iam vero ad rem veniamus. Quidam putant hæc verba sensim legenda in fine huius cantici, sicut leguntur in titulis Psalmorum, ad significandum, hoc Cantic. spectare ad præfectum Cantorum, qui vtitur illis instrumentis dictis *neghinoth*, nempe ad victorem *in neghinoth*, sed huic obstat affixum, *in neghinoth meis*, in meis Psalmis,

Margin notes: [illegible]bus Prophetæ Babylonis [illegible]. — [Chr]isto Iudæis [il]lato, [cr]ucifi[xo]. — Sensus [com]munis. — Sensus. — Sensus. — [V]ulgati [sens]us. — [Ruin]a de [ter]ra vastat Ba[bylo]nis. — Iudæi tempore Christi ad summam redacti miseriam. — Adumbratur Iesus liberator ex Ægypto, Babylone, & dæmone. — Cyrus Saluator populi. — Iudæa edita terra. — Præfectus musicæ. — Lectionis ratio. — 1. Sensus.

aut inſtrumentis meis: nam pronomen, ſingularia eſſe Prophetæ docet. 2.Senſus. Alii exponunt, deducet me Deus vrgeotem, aut ſolicitantem populum, vt his meis carminibus Deo concinant laudes, & gratias agat. 3.Senſus. Deinde ſi legamus eum Hieronym. Remig. & Ianſenio, *Victori*, vt etiam habent Hebræa, *& ſuper excelſa mea deducet me victori in Pſalmis meis canentem*; deducet me, ait, canentem in meis carminibus, vel in meis muſicis inſtrumentis ipſi victori, & triumphatori, qui vrget nos vt canentes, & laudantes eum, in patriam 4.Senſus. redeamus incolumes. Sed quia Vulgatus correctus legit, *Victor*, vt etiam Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Dionyſius, Iſidorus, & alii, ſenſus erit: Victoris, & triumphatori canit. & Deus victor, & triumphator, cui victori hæc deferenda eſt, & omnia beneficia, deducet me cum populo meo in patriam pulſantem mea muſica inſtrumenta, & ipſi Pſalmos concinentem; qui tandem inuehet in beatam illam patriam, in qua pace perfruemur felici, & triumphatori mortis, & inferni gratias in æternum agemus, & perpetuas laudes concinemus.

Amen.

COM-

COMMENTARIORVM IN SOPHONIÆ PROPHETIAS

Liber Nonus.

PRÆFATIO.

SOPHONIAS enumeratis multiplicibus Ierosolymitarum, cęterorumque Iudæorum delictis, quibus Deum prouocabant ad supplicium toties intentatum, infligendum; nunc denuo comminatur per Nabuchodonosorem inferendum, nisi multas, ac grauissimas animi labes, vel adhortationibus perducti, vel minis adacti, vel finitimarum gentium Philistæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Æthiopum, ac metropolis Assyriorum, & Imperii ipsorum euersione permoti, quæ in beneficiorum numero collocanda est, ad populum Dei vlciscendum de illis statuta, acta pœnitentia, & ceteris pietatis officiis eluant; nulla vi, aut ratione alia, extremum illud excidium euasuri. Pollicetur gentium, & Iudæorum ipsorum ad nouam Christi legem conuersionem, & iuxta eam ad extremum vsque diem conuersationem; quando Iudæi pertinaces damnandi in æternum sunt.

SOPHONIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

1 VERBVM, quod factum est à Domino contra Iu-
dam [illegible] Sophoniam filium 2 Chusi, filii Godoliæ
Amari[illegible], filii Ezeciæ, quo tempore regnabat 4 Io-
sias super Iudam sic se habet. Huiusmodi comminatio-
nem denunciari iubet Dominus duabus tribubus Iudæ
& Beniamin. 5 Omnia proculdubio tollam de medio
Iudææ. Nam homines ipsos auferam, 6 iumenta, aues
& pis[illegible] & impios 7 offendicula apprehendent: deni-
que nullus 8 hominum superstes erit. Nam extendam
manum potentiæ super tribum Iudam, & præcipue super
ciues Ierusalem; vt deleam eos. Exterminabo quoque
si qui fuerint 9 reliqui de cultoribus Baal, & delebo me-
moriam 10 ministrorum pullatorum, cum omnibus
eius sacerdotibus: eos etiam, qui 11 tecta domorum
ascendentes astrorum cultui supplices vacant: & qui se
simulant 12 adorare, iurareque per Dominum, & clam
iurant per Melchom. Eos denique, qui cum me verum
Deum colerent, a meo cultu recesserunt, & neque postea
13 me quæsierunt, neque inquirere in animum suum in-
duxerunt. Huic comminationi si creditis, ait Sopho-
nias, 14 obmutescite reuerenter coram Domino Deo,
vt auertatis imminens eius supplicium. Prope enim dies
vltionis Domini adest, in qua 15 tanquam victimam vos
obiiciet Dominus Nabuchodonosori, & militibus eius,
quos ille ad id certo afferendæ destinauit. & animaduer-
tet in regiam familiam, in principes, & regis Sedeciæ
16 filios, & in cæteros aulicos, qui 17 peregrina finitima-
rum gentium veste induti, earum quoque cultum imi-

CAP. I.

1 VErbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filii
2 Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij 3 Ezeciæ
filij in diebus 4 Iosiæ filij Amon regis Iuda. 5 Congregans
congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: Congre-
gans hominē, 6 & pecus, cōgregans volatilia cæli, & pisces
maris. 7 & ruinæ impiorum erunt: 8 & disperdā homi-
nes à facie terræ, dicit Dominus. Et extendā manū meam
super Iudam, & super omnes habitātes Ierusalē: & disper-
dam de loco hoc 9 reliquias Baal, & 10 nomina æditu-
rum cum sacerdotibus. Et eos, qui adorant 11 super
tecta militiam cæli, & 12 adorant, & iurant in Domi-
no, & iurant in Melchom. Et qui auertuntur de post
tergum Domini, & 13 qui non quæsierunt Dominum
nec inuestigauerunt eum. Silete a facie Domini Dei
quia iuxta est dies Domini, quia præparauit Dominus 15
hostiam sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostiæ
Domini visitabo super principes, & 16 super filios regis
& super omnes, qui induti sunt 17 veste peregrina; &
visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur 18 su-
per limen in die illa: qui complent domum Domini Dei
sui iniquitate, & dolo. Et erit in die illa, dicit Domi-
nus, vox clamoris 19 à porta piscium, & vlulatus a se-
cunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habita-

tantur, in eos etiam, qui præ fastu [18] limina templi transiliunt,& variis,ac magnificis complent donis,ex iniuria,& rapinapartis. Tunc certe deflebitis communem calamitatem, [19] nam a porta piscium fugentium circumfusus clamor audietur, vlulatus quoque ab his, qui fugerint a porta secunda: quod si qui in colles ascenderint,ibi domibus ruituris conterentur. Vos vero qui habitatis [20] in valle Cedron, in demissiore vrbis parte, totius populi stragem deplorabitis, cum videritis [21] negociatores omnes defecisse, & diuites pecuniis copiosos. Etenim nihil latebit Chaldæos, [22] nam Deus ipse omnes latebras Ierusalem ostendet eis:& deprehendentur,qui in summa tranquillitate suis diuitiis fruentes,nullo aduersæ fortunæ metu permoti, [23] quasi vinum in fæcibus residens,tacent,dicentes,nullam Deo curam esse hominum ideo nec seruantibus præcepta sua benefacturum, nec transgredientes punitdrum. [24] Horum certe opes, quibus tantopere confidunt,diripientur ab hostibus,sicut & domus vastabuntur. Nam licet domos ædificauerint non eas incolent, & si vineas plantauerint, vinum ex eis collectum nequaquam bibent. O magnus, & calamitosus [25] dies, & quam præpropere,& citius quam putatis, aderit. Videor mihi diei illius amarum eiulatum audire, quem edituri sunt non tantum ignaui, & imbecilles, sed ipsi [26] fortissimi quique. Adeo calamitosa erit dies illa, vt omnium malorum congeries in eam conuenisse videatur. Nam primum ira Domini desæuiet, ex qua inferia coangustiatio, & afflictio, tenebræ,caligo, nebula,turboque prouenient,dies in qua exaudientur tubæ hostium clangentium in expugnandis vrbibus munitis, & [27] turribus excelsis In quo impendentium malorum [illegible] homines quasi cæci discurretis,& merito,quia Domino peccastis. Tunc sanguis vester [illegible] pulueris effundetur & [illegible] iacebunt insepulta sicut stercora, & neque argentum, neque aurum tanta cura congestum poterit vos liberare [illegible] Dei. Nam ira ignea zeli eius vniuersa hac terra consumetur, quia quam celerrime Deus consumpturus est omnes regionis habitatores

tores [20] Pila · [21] conticuit omnis populus Chanaan,disperierunt omnes inuoluti argento. | Et erit [22] in 12
tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo
super viros [23] defixos in fæcibus suis; qui dicunt in cordibus
suis:non faciet bene Dominus, & non faciet male.
| Et erit [24] fortitudo eorum in direptionem, & domus 13
eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt:
& plantabunt vineas, & non bibent vinum
earum. | Iuxta est [25] dies Domini magnus,iuxta est, 14
& velox nimis: vox diei Domini amara, [26] tribulabitur
ibi fortis. | Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & 15
angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum,
& caliginis,dies nebulæ,& turbinis; | dies tubæ,& clangoris 16
super ciuitates munitas, & [27] super angulos excelsos. | Et tribulabo homines, & ambulabunt,vt cæci, 17
quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum
sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. | Sed & ar- 18
gentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos
in die iræ Domini : in igne zeli eius deuorabitur omnis
terra, quia consummationem cum festinatione faciet
cunctis habitantibus terram.

ARGVMENTVM.

VASTITATEM Ierusalem multiplicibus verbis, per Nabuchodonosorem adducendam, prænunciat, ob multiplicia Iudæorum peccata, quam nulla vi possit euadere.

COMMENTARIVS.

1 Verbum. Titulus est Prophetiæ,in quo fidem sibi conciliat Sophonias, ex veritate Prophetiæ; quod à Domino acceperit quæcumque dicturus est;à suo nomine,nam est Sophonias omnibus satis notus ex maioribus; & à tempore:nam prophetabat tempore Iosię regis optimi,vna cum Ieremia,& Olda,4.Reg.22.Nisi quod,vt notauit Dauid Kimhi, Vatab.Mont. & Robertus,Ieremias publice prophetabat &in vicis: Sophonias in Conciliis, & Synagogis: Olda in cœtibus feminarum.

Conciliat fidem.

Sophonias Ieremias, & Olda simul prophetabant.

2 Chusi.] Maiores suos docet,patrem,auum,proauum, atauum, vt ostendat non nouum se esse Prophetam,& obscurum,sed à parentibus,quasi iure hereditario ducere munus prophetandi. Siquidem traditio Hebræorum est, cuiuscumque Prophetæ pater,aut auus ponitur in titulo,ipsum quoque fuisse prophetam.quam traditionem affert Hieron.hic,& ex ipso posteriores fere omnes Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius,Vatab.& Robertus:quamuis Mont.dubitat; at vtrum hæc traditio verum contineat suo loco examinamus,cum ratione, quam ex Augustino affert Albertus, quia tunc cum propagatione generis fiebat propagatio religionis.

Prophetiæ munus à maioribus ductum. Hebræorū traditio.

3 Ezechiæ.] Quidam Hebræorum,Ioseph Kimhi, & Abraham,vt refert Montanus, hunc putarunt regē Ezechiam,cuius abnepos fuerit Sophonias. Verum nullo certo nititur fundamento hęc opinio, cum non constet vllum præter Manassen filium

Ezechias non fuit rex Iuda.

A fuisse Ezechiæ ex 4 Reg.20.21.1. Paral. 3.13. & Par. .32.33.& ex Iosepho 10. Antiq.c.3.vbi, vt alii regum aliorum filii numerantur, numeraretur,si Chusi eius fuisset filius:quamuis cum anno 18.regni Ezechias habuerit Manassen,non est dubitandum potuisse per 12.annos extremos regni, alios genuisse. Deinde, quia non tacuisset Propheta Ezechiam regem fuisse,si is esset, Præterea quia diuersum est regis nomen, & ataui Sophoniæ,rex n.Hebraice dicebatur יְחִזְקִיָּהוּ *iehizkiahu*, vel חִזְקִיָּהוּ *hizkiahu*, sed Sophoniæ atauus חִזְקִיָּה *hizkiah*. At illustrem fuisse Sophoniam non dubitandum,cum maiores suos tanquam claros, & omnibus notos adhibuerit.

Sophonias genere clarus.

4 Iosiæ.] Ex argumento Prophetæ, qui inuehitur in idololatriam duarum tribuum; cum iam de- B cem ab Assyriis fuissent ductæ captiuæ,& ex Iosia rege, sub quo prophetauit, colligunt Montanus, & Ribera Sophoniam intra priores Iosię octodecim annos prophetasse. nam vt legimus 2. Paral. 34.3. duodecimo anno postquam regnare cœperat,& ipse esset viginti annorū,mundauit Iudam, & Ierusalem ab excelsis, & lucis,simulachrisque, & sculptilibus : & anno octauodecimo, vt refertur ibidem vers.8. & 4. Reg.22.1. mundata iam terra,& templo Domini,reconciliauit Iosias pacto inito, ac renouato, populum cum Domino, vt abiurata idololatria sequerētur Deum patrum suorum,& cunctis diebus eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum,vt dicitur in extremis verbis capitis 34.lib.2. Paralipomenon. At cum Ieremias, qui cœpit prophetare anno 13. Iosiæ, & prophetauit sub eo sexdecim annos, ea

Sophonias quo Iosiæ tempore prophetauit.

Iosias mūdauit populum ab idololatria.

quæ

A quæ continentur sexdecim prioribus capitibus, præter decimum, & decimumtertium, vt probamus in Isagoge in Ieremiam; grauiter adhuc inuehatur in idololatriam populi: siquidem præter ea, quæ sæpius increpat in prioribus capitibus, in capite 16. interrogantibus Iudæis peccatum adeo graue, propter quod ferenda eis esset postrema vastitas; respondet. *Quia dereliquerunt me patres vestri, & abierunt post Deos alienos. Sed & vos peius operati estis quam patres vestri.* Olda quoque Prophetis anno 18. Iosiæ, respondit legatis Iosiæ, 4. Reg. 23. 17. & 2. Paralip. 44. 25. calamitatem futuram regno Iudæ, eo quod dereliquissent Deum, & sacrificassent diis alienis: aliter censendum est.

B Verius respondet Hieronymus, & ex eo Remigius, & Hugo, dictum fuisse regem Iosiam iustum, quo zelante zelum Domini, & populo nihilominus in idolorum cultu perseuerante, ista iræ causa proferatur à Domino. Iosias ergo publicam idololatriam, quod ad se spectabat, repulit è populo, & nihilominus multi clam in ea perstabant, contra quos prophetabant prędicti Prophetæ. Et Sophonias quidem tribus capitibus comprehendit quę longissime tractauit Ieremias vt notat Isidorus. Nam, vt ait Theodoretus, prædicit quę vrbi Ierusalem, & tribui Iuda sunt euentura: Assyriis etiam vltimam cladem, & omnibus finitimis nationibus, deinde populi reuocationem, & omnibus gentibus post Dominicam Incarnationem futuram salutem prænunciat.

C 5 *Congregans.*] Hebraice אָסֹף אָסֵף *asoph aseph, colligendo consummam omnia à superficie terræ.* Hebræi verbi *asaph* eadem est significatio, quæ Latini *colligere*; nam aliquando est, in vnum contrahere, vt Genes. 49. 29. *Ego congregor*, seu *colligor ad populum meum.* Ioelis 2. 10. *stellæ collegerunt splendorem suum.* aliquando abstrahere, seu carptim auferre, vt hoc loco, colligendo, hoc est corradendo, Hispane, *arrebannando*. consumam, seu auferam omnia à superficie terræ. Nempe Iudææ, vt bene intelligunt Hugo, Dionys. Vatab. Mont. & Rob. nam contra Iudæam loquitur Propheta per Nabuchodonosorem vastandam. Hanc vniuersalem propositionem statim explicat per partes, nempe congregans hominem, & pecus, volatilia, & pisces maris.

D *Et pecus.*] *Pecoris* nomine iumenta intelligunt LXX. Theodoretus, Vatablus, Isidorus, & Montanus, animalia scilicet alia à feris, quæ homini vsui sunt atque ita nomen Hebræum *Behemah* hic positum, Genes. 1. 24. vertit Vulgatus, *producat terra iumenta, reptilia, & bestias.* Albertus, & Montanus hæc metaphorice intelligenda putant; *homines*, vrbanos; *pecus*, homines rusticos, & populares; *volatilia*, principes, aut superbos; *pisces*, voluptati deditos. Verum Hieronymus, Theodoretus, Remig. Haymo, Hugo, Lyra, Dio[illegible] David Kimhi cum ceteris, proprie accipi[illegible]t, & n[illegible]n tam hyperbolice, vt putauit Isid[illegible] [illegible]tinquunt Theodoretus, & Haym[illegible] [illegible]ntibus hominibus, quibus vsui sunt [illegible] existere opus non est. ita enim fit, teste Hi[illegible] super

E 4. Hoseæ, vt cum homines regioni al[illegible] deficiunt, aues quoque deficiant, quæ escis humanis aluntur, & stagna, lacus, & mare ipsum ex parte sterilescat.

A *Et ruinæ.* Ex Hebræo, *& offendicula impios*, supple, inuenient, aut apprehendent, vt Vatab. 7
Isidor. & Robertus: aut, *& offendicula*, seu *scandala cum impiis*, supererunt, vt Symmachus, & Montanus, vel congregabo, aut perdam, nempe impios, cum artibus suis, & dolis; nam impii magnis opprimentur calamitatibus, quibus corruunt. Quod si legas, *scandala impiorum perdam* possumus intelligere *idola*, quæ dicit cum ipsis impiis disperdenda.

8 *Et disperdam homines.*] Quamuis iam dixerit, *congregans hominem*, modo repetit, *& disperdam homines*, alio vtens verbo, quod succidere, seu exterminare significat. quasi dicat, consummabo homines terræ Iuda & si qui superfue-

B rint, exterminabo eos alio, ex hac terra; nam statim declarat, dicens, *& extendam manum meam super Iudam.*

9 *Reliquias Baal.*] Dionysius intelligit idola, & cultum omnem, qui remanserat post idola à Iosia exterminata; nam ita disperdendus est à Nabuchodonosore, vt nullum templum, idolumve reliquat Vatablus, & Montanus intelligunt cultum superstitiosum, qui remansit in Iuda post decem tribus destructas, iuxta illud 4. Reg. 17. 19. *quia ambulauit in erroribus Israel.* Hieron. & Hugo exponunt de Iudæis, qui superfuerint capta Ierusalem, vel fuga sese eripuerint. nam comminatur & has reliquias se destructurum. Sed ex ipso Pro-

C pheta constat, velle significare, se omnino per Chaldæos ablaturum cultum superstitiosum idololatriæ, siquis superesset, post regum, & Prophetarum curam, illum reuiuiscentium. quis autem is cultus sit exponit, cum ait, *& nomina adituorum*, & cetera.

10 *Nomina adituorum.* Hebr. *& nomen*, seu *famam*, aut *memoriam* הַכְּמָרִים *hachemarim cum sacerdotibus.* Est autem *Chamar* minister idolorum sacerdotibus inferior, à quibus diuersus hoc loco ponitur. Vulgatus hic, & Hoseæ 10. 5. *adituos* transfert, quasi ædium sacrarum custodes. Septuaginta [illegible] vocant, *augurem* vertit Plutarchus, *aruspicem* Vulgatus 4. Reg. 23. 5. putantur autem in primis *Chemarim* dicti denigrati, seu adusti, à verbo כָּמַר *chamar* quod *denigrare, adurique* significat,

D iuxta illud Threnor. 5. 10. *pelles nostræ sicut clibanus denigratæ*, seu *exustæ sunt*; quod nigris vestibus, atris pullisve induerentur, vt volunt Pagni. Vatab. Montan. & Rob. Quod non placet Eliæ Thesbitæ in Lexico, & Montano, qui putant dictos conuolutos, contractos, seu conclusos ab eodem verbo, quatenus significat conuoluere, aut contrahi, quod in certa collegia, certasque familias essent distincti, claustrisque conclusi, suasque singulæ sectæ domos haberent, in quibus inclusi habitarent, vestibus quoque à ceteris diuersi; quales modo sunt monachi, & quales apud gentes Idææ matris, & Anubis sacerdotes, & augurum collegia. Huiusmodi fuere *Chemarim*, 4. Reg. 23. 5. de quibus dicitur. *Et deleuit Iosias Chema-*

E *rim, quos posuerunt reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iudæ in circuitu Ierusalem, & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cœli.* Latini hos sacrificulos nominant, aut famulos Isidis, Lunæ, Solis, *adituos* vocat Vulgatus, ab adurendo, seu adolendo thure, alii ab stigmatibus, quę suo corpori inurebant.

quoad prodeat expectant; familiarissime transiliunt limen, tectumque, nemine prohibente, subeunt, qui nimirum domum ipsam domini sui, iniuria, rapina, & fraude partis complent. Ita ait Dominus in die illa sacrificii mei, & vltionis, cum ceteris aulicis vlturum se de iis, qui iniuria, & dolo res partas referunt ad dominos suos alacres, adeo vt non dubitent præ lætitia, & familiaritate transilire limen domus, & ad dominos intro sese recipere, vt eis suos dolos, & rapinas probent.

Si autem Vulgati sequamur lectionem, vt debemus, triplex inuenitur illorum verborum sensus. Primus est; Visitabo illos, qui transiliunt limen, dum templum ingrediuntur, nolentes illud calcare more Palæstinorum; & tamen offerunt dona ex rapinis parta. Nam, vt legimus 1. Reg. 5. 4. *cum Philisthym intulissent arcam Domini in templum Dagon, inuentum est mane caput Dagon, & duæ palmæ eius abscissæ super limen: propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto vsque in hodiernum diem.* Hunc sensum expressit Chaldæus, cum dixit: *animaduertam in omnes, qui ambulant in legibus Palæstinorum.* Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, R. Salomon, Lyra, & probant Vatablus, & Robertus. Atqui cultus erat, non transilire limen aliorum templorum, quem tantum obseruabant Azotii, quod Dagon illud tetigisset limen, non ob aliam ceremoniam. Addit Lyra, implent domum Domini suis negociationibus, rapina, & dolo, iuxta illud Iohan. 2. 16. *auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Alter sensus est Hieronymi, Remigii, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Dionysii; Visitabo super illos, qui cum quodam fastu, & dignitatis supercilio gradus templi, & sanctuarii limen ascendunt, & tamen templum Dei, quem suum esse dicunt, cum nihil minus, donis, ac victimis, per dolum, furtumve comparatis implent. Nam hunc fastum in incessu reprehendit Deus Isaiæ 3. 16. *Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant; Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion.* & Amos 6. 1. *Væ qui opulenti estis in Sion, ingredientes pompatice domum Israel.* præsertim, si templum Dei ingrediantur. Nam Exodi 3. dictum est Mosi, vers. 5. *Ne appropies huc, solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Tertium sensum addit Theodoretus, in eos, qui cum impietate, & dolo templum Dei ingrediuntur, induti quidem personam pietatis, clam vero adorantes idola, quasi dicat: Visitabo eos, qui ingrediuntur arrogantes in templum, quasi probi sint, & offerunt magnifica munera ex his, quæ dolo, & rapina quæsiuere: iuxta Hispanum prouerbium, *hurtar el puerco, y dar los pies por amor de Dios.*

Sensus 1. non transilien- di limen templi ritu Palæstino- rum.

Sensus 2. contra fastum.

Sensus 3. contra ex furto offe- rentes Deo.

19 *A porta piscium.*] Vt hunc locum melius intelligamus aduertendum est, vrbem Ierosolymam triplici fuisse muro cinctam, vt refert Iosephus lib. 6. de bello Iudaico, cap. 6. ac priorum duorum murorum meminere Hieron. & Theodor. Remig. Haymo, Albertus, & Lyra; tertii Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 2. cum dicit, *capta Ierosolyma inferiori parte, omnes habitatores terræ trucidauerunt: at superior natura loci, & munitionibus est defensa* & lib. 7. c. 3. *Dauid*, inquit, *superiorem vrbis partem, & arcem in ea conditam in vnum corpus redegit, cingendumque eisdem munitionibus Ioabo demandauit.* Vnde Montanus ex R. Ioseph super [illegible] lib. 4. Regum triplici muro ait & vrbem Ierosolymam, & ordinum [illegible] regiones fuisse [illegible] tas: intra p[illegible] plebem omnem [illegible] artium [illegible] ad nas: intra secun[illegible] in nobilitatem [illegible] tus, & liberalium ar[illegible] studiosos, doctores, & professores, apud quos, & Olda Prophetis habitabat: intra tertium vero mons domus Domini, & arx exædificata erat. Porta piscium erat in primo muro, quam postea reædificauerunt filii Asmaa, 2. Esdræ 3. 3. quæ auctore Hieronymo, Diospolim ducebat, & Ioppen, & vicinior mari erat inter cunctas vias Ierusalem; per eamque pisces inuehebantur in vrbem. è regione huius erat altera porta in secundo muro: quæ media dicitur Ierem. 39. 3. *ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media.* hic secunda dicitur, eadem quæ 4. Reg. 22. 14. secunda vocatur: in qua Olda Prophetis habitabat, auctore Hieron. & omnibus. Hebraice dicta משנה *Misneh.* & Dauid Kimhi, Pagnin. Vatab. Isidor. Montanus. & Rober. affirmant id nomen scholam, domum, doctrinam, aut Academiam significare, propterea in ea Olda habitabat, & docebat. Colles deinde intelligit superiorem vrbis partem, in qua erat regia, & templum in monte Sione, & Moria, vt dicunt Hieron. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. Recte ergo Theodor. Cum hostes murum perruperint, & portas aperuerint, clamores edentes, & vociferantes, ad secundum murum perfugietis, sed nihilo secius illius porta hostibus patefacta vlulantes interficiemini: & tametsi quidam ex vobis montium fastigia occupauerint, & domos altas ascenderint, perdentur tamen, ac conterentur. Ex variis ergo locis Ierusalem audietur magnus planctus.

Ierosoly- mæ murus triplex. Iosephus.

Porta piscium in primo muro versus Ioppen.

Porta media aue secunda in muro secundo Misneh schola dicta.

Pila.] מכתש *Machtes, pila,* prima producta, vas concauum est, in quo frumenta siccata tunduntur, auctore Hieronymo, & medicorum aptum vsui, Græce ὅλμος, *pila* vertit Aquila Prouerb. 27. 22. *Si contuderis stultum in pila, seu in mortario, non recedet ab eo stultitia eius.* Iudic. 15. 19. *aperuit Dominus machtes foueam dentis,* aut *molarem dentem,* LXX. verterunt, *plangite qui habitatis concisam.* Nempe vrbem, cuius ciues, vt aiunt Theodor. & Remig. concisi peribunt, quod imitati sint Chananæorum impietatem. Sed iuxta Chaldæum, Hier. Albertum, Hugo. Dion. Vat. Isidu. Montan. & Rob. locus fuit in vrbe profundus, qui propterea mortarium, seu pila nominatur, & à Chaldæo *Vallis Cedron,* ab Hieronymo *Vallis Siloe,* ad portam aquarum, per quam egrediebantur in torrentem Cedron. ait enim Iosephus lib. 6. de bello Iudaico c. 6. Ierosolymam conditam esse super duos colles, interueniente valle discretos, quæ ad Siloam pertinet, ita enim fontem dulcem, ac plurimum vocat. Sensus ergo Hieronymi, Remigii, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Dionysii est: Plorabunt habitatores Pilæ; quia sicut frumenta feriente desuper vecte contunduntur, ita de porta piscium, & de porta secunda, & de collib. proruens in illos decurret exercitus. Vel secundum 20

Vallis Cedron pila. Iosephus.

Sensus 1. de ciuibus vallis contundendis. Sensus 2.

Varab.

de venditoribus escarum.

Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus, quia eo in loco esset forum rerum omnium venalium, pistorum, laniorum, coquorum, fartorum, piscatorum, & similium; Propheta denuntiat omnes illos vlulaturos, quod iam nulli vsui vrbi vastandæ essent futuri: & confirmat hunc sensum, quod sequitur; quod omnis negotiatio cessabit. Sunt qui hæc nomina accommodent ciuitatibus Iudææ, nam Lyra ipsam Ierusalem vocat Pilam, quod in medio sit Iudææ, vel quod in ea omnia essent venalia, & religio ipsa ad luctum comparata. Hebræi, vt R. Salomon Tiberiadem *Machtes*, seu pilam putant, quod sit in demissiori loco. Portam piscium Acco seu Ptolomaidem in littore maris: *Mishne hoc* vrbem vicinam Ierosolymæ colles, Hippon, seu Sephorim. Verum nullo nititur hæc sententia fundamento.

Sensus 3. de aliis ciuitatibus.

21 *Conticuit.*]Ratio præcedentis vlulatus est, nam in Hebræo dicitur, ל *chi*, quia succisus est, aut exterminatus omnis populus Chanaan, negociator, aut mercator; succisi sunt omnes latores argenti, qui magnam copiam pecuniæ illuc, id est, in forum illud apportabant ad negotiandum, quibus deficientibus, & forum deficere necessarium est. & licet quidam intelligant ipsos Chananæos mercatores, qui exercebantur mercatura, vnde Prou. 31. 24. dicitur, *cingulum tradidit Chananæo*. & Oseæ 12. 7. *Chanaan in manu sua statera dolosa*; at verius est loqui de Iudæis mercatoribus, qui imitabantur Chananæos. ita Chaldæus, dicens, *perijt populus, cuius opera similia erant operibus populi terræ Chanaan*. ita etiam Vatablus, Montanus, Robertus, *qui vehebant onusti argento*, hoc est, ferentes pecuniam, aut argentum ad negotiandum, seu opulenti pecuniis. Sed Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Lyra, & alii hanc clausulam, non vt rationem præcedentis, sed seorsim explicant. Peribit omnis populus Iudæorum, qui imitati sunt mores Chananæorum; peribunt quoque omnes diuites, qui argento inuoluti incedunt, vestibusque preciosis induti, vt Thren. 4. 2. *Filij Sion, inclyti & amicti auro primo*. ad quem sensum magis inclinat Chaldæus cum ait. *Perijt populus, cuius opera similia sunt operibus populi terræ Chanaan. excisi sunt omnes diuites opibus*, vel vt refert Montanus, *sublati sunt opulenti pecunijs*.

Negotiatorum interitus.

Iudæi imitatores Chananæorum perdendi.

22 *In tempore illo.*] Vastata Ierusalem per Chaldæos, è latebris detegi faciam eos, qui sese abscondérint. ita Lyra, Dionysius, Vatablus, Montanus, & omnes alii; nisi quod Hieronymus, Remigius, Haymo, & Hugo de Romana captiuitate etiam explicant. Scrutinium autem hoc per lucernas, per translationem dictum volunt Hieronymus, Theodoretus, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus, de exactissima inuestigatione eorum, qui sese abdiderint, Lyra proprie, quod vti accidit in postrema captiuitate de cloacis, speluncis, & sepulchris extractos Iudæos, vt refert Iosephus lib. 7. de bello Iudaico c. 17. 26. & 30. ita futurum prænunciat in hac Chaldæorum captiuitate.

Scrutinium lucernarum metaphoricum.

Alii verò.

Iosephus.

23 *Defixos.*] Coagulatos, aut incubantes fæcibus suis, qui summo ocio, & tranquillitate potiuntur diuitiis, ac deliciis suis, vt intelligunt Kimhi, Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus, à vino sumpta metaphora, vt Ierem. 48. 11. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua. & requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt, idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.* Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, intelligunt eos, qui confidunt in robore corporis; vel potius qui resident in peccatis suis. Sed Chaldæus priorem expositionem sequitur. *Animaduertam in viros, qui summa tranquillitate fruuntur in diuitijs suis*; quibus vt gaudeant nolunt credere futuram calamitatem.

Metaphora à vino.

Fortitudo.] Hoc nomine substantiam intelligit, ac diuitias, vt accipiunt Chaldæus, Albertus, Lyra, Tigurinus, Vatablus, & Montanus, iuxta Prouerb. 31. 29. *multæ filiæ congregauerunt fortitudinem*, seu *diuitias*. At Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, & Dionysius vires, seu exercitum intelligunt. Sed quod subijcitur, *& domus eorum in desertum*, ostendit in prioribus verbis sermonem fuisse de direptione diuitiarum, vt indicat quoque Theodoretus.

Diei Domini.]De die captiuitatis per Chaldæos loquitur, vt omnes fere intelligunt, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Montanus. At Albertus, & Vatablus, de extremo iudicio; sed non nisi mystice. Vtitur autem Propheta amplificatione, & multorum congerie, quo summam stragem ostendat futuram.

Tribulabitur.] צרח *Tsoreah*, non *tribulationem* tantum, sed *magnum clamorem, & grauem vociferationem* significat, vt Isa. 42. 13. *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prœliator suscitabit zelum, vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur.* Quod si legamus. *Vox diei Domini amarum vociferantis*: aut *amarum vociferabitur ibi fortis*; sensus est Vatablus, & Robertus. Vox diei illius, & clamor amarus militum Chaldæorum, iam auribus auditur fere, quando fortis quisque ex illis impios Iudæos interficiet. Vel fortis vociferabitur ibi amarum; audietur enim vox atrox, & horrenda fortium expugnantium Ierusalem. Verius Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus de Iudæis ipsis explicant, in quibus ipsi fortes in die illa magnos edent eiulatus: dies enim illa amaris replebitur clamoribus. Vel à fortibus ipsis, quanto magis ab ignauis? Quem sensum habent Chaldæus, cum dicit; *ibi fortes interficientur*. & Tigurina, *ibi fortis turpiter eiulabit*, nempe, præ mœrore, & afflictione summa.

Super angulos.]Super excelsas turres, quæ in angulis murorum solent ædificari, vt Theodoretus, Lyra, Dauid Kimhi, Dionysius, Tigurinus, Vatablus, Montanus, & Robertus; nam Chaldæi adeo agiles erunt, ac prompti vt excelsissimas turres conscendant. Hugo metaphorice intelligit principes, qui anguli populi in Scriptura vocari solent, eo quod populos contineant: sed proprie accipi ex adiunctis satis colligitur. Hæc autem omnia ex igne zeli Dei mala profectura denunciat: qui tam est fortis, quam fortis erat amor, quo plebem suam diligebat: nam zelus ex amore proficiscitur, quatenus ergo modo nos amat Deus, eatenus in die iudicij vltionem de nobis sumet.

SOPHO-

Rationum oppositarum solutio. Chusan Æthiopia.

Ad priorem ratiooem respondetur, nomen illius regis non esse *Chusan*, sed *Chusanrasathaim*: quæ duo nomina non minus differunt quam *Melchi*, & *Melchisua*, aut *Melchisedech*. Nomen veru *Chusan*, *Æthiopes*, seu *Æthiopiam* significare constat, primo, quia nomen *Cus* vnius ex posteris Noe, *Æthiopiam* significat omnium consensu: atque ita hic transtulere Septuaginta, & Vulgatus eum secutus. & Hieronymus, qui Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Quintam, Sextamque editionem in medium attulisset, vt solet, si contrarium transtulissent. Quod autem *Chusan* dictum sit pro *Chus*, facile dissoluitur per

Paragoges figura.

figuram Paragoges poeticam, qua rhythmi, aut desinentiæ causa aliqua litera adiicitur, vt nobis *dicier* pro *dici*. & pro *huius*, *huiusce*. sic Psalmo 2. vers. 6. *ego autem constitutus sum* [illegible] *malchi ab eo*, vbi *iod* redundat per paragogem. Sic hoc loco

Similiter cadentia.

propter seruandam similem cadentiam carminis dictum est, *Pro iniquitate vidi tentoria Chusan, mouerunt se cortina terra Madian*. vt in Psalmo 117. 25. illa verba, *ô Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare*. In Hebræo habent similem rhythmi desinentiam, *Ana Iehouah Hesiahna, Ana Iehouah Haslihahna*. Hoc est. Obsecro Domine saluifica nunc, obsecro Domine prospere fac nunc. Propter hanc ergo causam adiectum est, *an*, ad *Chus*: alioquin gentem hic notat Madianitem, non personam Chusanrasathaim. Nec loquitur hic

Sermo est de Æthiopibus Orientalibus.

de Æthiopibus Occiduis, sed de Orientalibus, qui Arabiam incolunt, iidem qui Ismaelitæ, & Madianitæ. Nam Moses accepit vxorem Sephoram filiam sacerdotis terræ Madian, Exod. 2. 15. quæ Numer. 12. 1. dicitur *Chusith* Æthiopissa: quam veritatem, quoniam late ex sacris; & profanis auctoribus confirmamus infra super 3. cap. Sophoniæ, hic probare supersedemus.

Cyrus punivit iniquitatem Madianitarum.

De Cyro sic alii explicant: Æthiopum, & Madianitarum castra euerrentur à Cyro, cum venerit ad expugnandam Babylonem, pro iniquitate commissa in opem ferendo Nabuchodonosori, cum venit ad vrbem, & templum comburendum. Sancti de Christo, per quem dæmones

Christus mitigauit mores nigros hominum.

turbati sunt & contriti. Vel per quem homines moribus Æthiopes, & voluptatum amore Madianitæ; quorum corpora, mentesque quasi pelles erant, & tentoria dæmonum, ac domicilia, minores facti sunt Euangelica denunciatione.

16 *Numquid in fluminibus.* Historiam refert transitus Maris rubri, Exod. 14. & Iordanis, Iosue 3. Vnde Iosue 5. dicitur. *Postquam audierunt omnes reges Amorrhæorum quod siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filiis Israel, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus timentium introitum filiorum Israel.* Euthymius addit, fieri etiam sermonem de fluuiis Ægyptiis in sanguinem conuersis. Sed quia fere coniunguntur transitus maris, & Iordanis, de hoc loqui Prophetam, cum Hieronymo ipso

Deus è nubibus pugnabat in transitu maris rubri, & Iordanis.

existimamus. Equos autem, & quadrigas, è quibus Deus saluum eduxit populum, & Ægyptios summersit, vocat nubes, & ventos, vt Psalm. 103. 3. *qui ponis nubem ascensum, vel currum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Ex illis enim decertabat aduersus hostes, vel ex columna nubis. Al-

Cyrus Euphrate diuiso ingressus Babylonem.

bertus, & Lyra, explicant de Cyro, qui quod propter murorũ fortitudinem non poterat Babylonem expugnare, Euphratem in varios riuulos diuisit, vt facile pedibus posset transmeari, per quos ingressi Persæ in vrbem, eam ceperunt, vt

Herodot. Xenoph.

referunt Herodotus lib. 1. & Xenophon. lib. 7. Cyripediæ, ea nocte, qua Balthasar vidit manum in pariete scribentem. Sancti de Christo; num-

De Christo.

quid, aiunt, omnes gentes conteres aquarum nomine significatas? Non, quia salutem earum procuras. Alii de signis futuris in die iudicii explicant, quæ Lucæ 21. & Apocal. 8. referuntur.

17 *Suscitans.*] Hebraice dicitur. *Nudando nudabitur arcus tuus, iuramenta tribuum dictum Selah*, hoc est, palam facies arcum tuum, quem, vti signum

1. Sensus.

promissi tui complendi proposuisti in nubibus cæli Noe Genes. 9. arcum inquam, signum iuramentorum, quæ tribubus iurasti dicti tui complendi, *Selah*. quæ in summam nos confidentiam

2. Sensus de historia Exodi.

inducunt. Vatablus, Isidorus, Iansen. & Robertus, de præterito, iuxta historiam Exodi accipiunt; denudans denudabas arcum tuum, arcum tuum corripiebas, vt sagittas iaceres in hostes tuo populo infensos, iuxta iuramenta tribubus præstita, dictum tuum roborantia. Hunc sensum insinuat R. Abraham in Commentariis, quem refert Dauid Kimhi. Manifestans, aut denudans denudabas arcum tuum, iuramenta virgarum; nempe fulgurum, quæ sunt instar sagittarum ex virgis confectarum, ac si fulgura iurassent stabilire sermonem tuum. Nam *Matoth*, & tribus, &

Matoth tribus & virgas significat.

virgas, seu sceptra significat, vt hic verterunt Septuaginta. Atque hoc significatur, præsto adfuisse Deum cum arcu, & sagittis, iram in hostes intentis, & directis, ac si iurassent eos confecturas fuisse. Sed Lyra, & Montanus, & quicumque de Christo explicant, hæc per futurum dicta accipiunt. Lyra quidem de Medorum, Persarumque

De Cyri potentia.

potentia, quia veluti arcu confodit Deus Babylonios, vt populum suum liberaret. Sancti de

De Christi potentia.

potentia Christi, quem Deus suscitauit, & manifestauit in carne, ad hostes spirituales debellandos, & salutem operandam vsque ad extremum terræ.

3. Sensus ex dictis concepta spes liberationis è Babylone.

Sed proprie hanc collectiooem ex iam numeratis beneficiis intermiscet, eodem modo se habiturum Deum in conficiendis Babyloniis, & in liberando populo suo. quasi dixerit iuxta M. idem ergo cum sis, qui tot peperisti victorias, tot beneficia contulisti populo tuo, cum eum induceres in terram hanc, nunc quoque iuxta tua promissa liberabis è potestate Babyloniorum, & reduces victorem in patriam. Ea est tuorum promissorum veritas, & certitudo, vt nullo modo possint infirmari.

1. Sensus de transitu maris & fluuiorum.

18 *Fluuios scindes.*] Hoc est, scindebas fluuios terræ, vt per eos transiret populus tuus, nempe Iordanem, per synecdochem, accepto plurali pro singulari, vt cum dixit, *numquid in fluminibus iratus es Domine* Ita videtur Iansenio secuto lectionem Vulgati, & Pagnini. Aut loquitur de torrentibus Arnon, de quibus dicitur Numer. 21. 14. *sicut in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon.* & Psalmo 73. 15. dicitur. *Tu siccasti fluuios Ætan.*

2. Sensus de diuisa aquæ educta de petra.

Aut certe fluuios vocat aquas maris fluentes, vt Ionas cap. 2. 4. *proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me.* Sed Chaldæus, Vatablus, & alii legunt, *fluuiis scindebas terram*, vt

Septua-

Septuaginta, *scidisti terram fluuiis*; & refertur historia aquæ eductæ de petra virga Mosis: de qua Dauid Ps. 113. 8. *Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Verum cum referat illud prodigium diuidendi mare, & flumina, quod deterruit habitatores, videtur prior sensus verior. Qui de Cyro explicant, intelligunt scissum Euphratem per riuulos; quo Principes Chaldæi timore correpti, aufugerunt. Sancti de regnis mundi, & potestatibus sublimibus, quæ videntes Christi potentiam, dolebunt, & præ inuidia excruciabuntur; aut certe nitentur eius regni potentiam agnoscere.

Euphrates scissus.

De Christo.

19 *Montes.*] Habitatores montium intelligit Palæstinæ, nempe Philistæos, iuxta illud Exod. 15. 13. *Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philisthim. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus, quem possedisti.* Ceteri, Vatab. Isidor. Iansen. & Rob intelligunt reges, & Principes, qui veluti montes erant. Albertus ipsos montes per hyperbolem, ex Numer. 21. 15. *Scopuli torrentium inclinati sunt, vt requiescerent in Ar.* & Psalm. 113. 6. *Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium.* Sed in idem omnes recidunt; quia montes, seu habitatores montium Chananæi, reges, & Principes conterriti sunt, auditis prodigiis.

... montes obuius turbans.

Principes.

20 *Gurges.*] De Iordanis desiccatione omnes intelligunt, vt per eum populus transiret. Sic Albertus, Vatablus, Iansen. Isidorus, & Robertus, de quo dicitur Iosue 3. *Iordanis ripas aluei sui tempore messis impleuerat: steterunt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant.* Quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt vsque quo omnino deficerent. Abyssum autem vocem dedisse, nihil est aliud, quam strepitum editum è defluxu aquarum inferiorum, dum à superioribus diuiderentur: qui miraculo quodam auctus est, vt finitimas gentes deterreret. Psalm. 76. 16. *Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & turbata sunt abyssi, Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes.* Psalmo 113. 5. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.*

De Iordanis exsiccatione.

Vox Abyssi strepitus.

Altitudo manus suas leuauit.] Hoc est, per hysterologiam, manus suas leuauit in altitudinem, quia aquæ superiores Iordanis in cumulum elatæ sunt. Manus autem brachia significant, quibus aquæ maris, aut fluminum distenduntur per ripas. Sic Psalmo 103. 25. dicitur. *Hoc mare magnum, & spaciosum manibus*, vel *brachiis*, aut *locis spatiosis.* Sic Ouidius lib. 1. Metam.

Ouidius.

Nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Itaque aquæ superiores, quæ spaciari possent per vtramque partem ripæ, erectæ sunt ad instar montis aquarum. Hugo, Lyra, & Dionysius, de aquis Euphratis explicant, quando Dei altitudo leuauit manus ad puniendum Chaldæos. Sancti explicant de persecutionibus; quæ tamquam fluminum eluuiones excrescentes, breui transeunt. Ideo inferi dabunt voces laudantes Deum, & altitudo Angelorum suas manus leuauit plausu quodam, & gestu ipso victorem Deum celebrantes.

De Euphratis aquis. Christi gloria in superatis aquis persecutionum.

Sol & Luna.] Historiam Iosue cap. 10 referri hic asserunt Chaldæus, Albertus, Vatab. Pagni. Iansen. Isidorus, & Robert. Nam cum fugerent Amorrhæi filios Israel, & essent in descensu Bethoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azeca, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filii Israel. & tunc dixit Iosue; *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon, steteruntque Sol, & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis.* Et quamuis dies erat; quia non fuit antea, nec postea tam longa dies; quia tamen nubilosa, & tenebris obducta, ideo constitisse Solem, & Lunam in cœlo dicit, & filios Israel ambulasse ad lucem emicantem è fulguribus, simul cum grandine refulgentibus. Vatab. vult etiam recenseri historiam Ægyptiorum, cum egrediebatur populus Israel. Nam dum Sol, & Luna continerent suam lucem in cœlo, & horrendis tenebris perturbati Ægyptii, & graui nocte conclusi, sub tectis latebant, nec tamen permittebãtur exire terrore monstrorũ exagitati, quo sibi ipsi grauiores erant tenebris, filiis Israel maxima erat lux. At quia lux, quæ illustrabat filios Israel, erat ex Sole, hoc autem loco dicit incessisse ad lucem fulgurum coruscantium, ideo verius videtur referri historiam Iosue. Albertus, Hugo, Lyra & Dionys. de Cyro, & Dario explicant, nocte intempesta, & tenebris offusa ingredientibus Babylonem, ad lucem sagittarum suarum, quibus maxime pugnabant, qui recta ducti in regiam Baltasarem occiderunt; atq; ex hoc loco putant similitudinem ductam ex prodigiis factis in exitu de Ægypto inchoare aptari eductioni Israelis è Babylone. Alii Solem, & Lunam intelligunt Christum, & Ecclesiam, quæ steterunt in ordine suo: & Apostoli dicuntur sagittæ, in quorum luce Christiani proficiunt, & impii concutiuntur.

21 *Historia Iosue.*

De historia exitus de Ægypto.

Darius & Cyrus nocte ingressi in regiam.

De Christo.

Cum Christo tuo.] Mose, qui Christus dicitur, quod dux esset populi, & Propheta, vt intelligunt Chaldæus, Albertus, Iansen. & Robertus, iuxta illud Psalm. 104. 15. *nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari.* quamuis Chaldæus populum ipsum accipit, & 1. Paral. 16. 22. *filios Israel Christos meos*, Deus vocat, nam ita indicarunt LXX. cum verterunt, *vt saluares Christos tuos.* Theodotio, & Symmachus, *vt saluares Christum tuum.* Hieronymus, Vatablus, Montanus, & Isidorus ex Hebræorum sententia de Christo Domino, ad hunc modum explicant. Sicut olim visus es de cœlo descendere, vt tuum populum, duce Mose, educeres de Ægypto, ita definito tempore cum Christo tuo egrediens, vt liberes tuum populum è diaboli captiuitate. Confirmant hunc sensum versiones Aquilæ, & Quintæ editionis, quæ eædem sunt cum Vulgari, & Sexta editio, quæ sic habet, *vt saluares populum tuum per Iesum Christum tuum.* Demum Albertus etiam Hugo, Lyra, & Dionysius, de Cyro intelligunt, quem Isaias c. 45. vocat Christum, cum ait; *hæc dicit Dominus Christo meo Cyro*, quo duce suum populum Deus eduxit de Babylone.

22 *Moses Christus Dei.*

Populus Christus Dei.

Christus Iesus.

Christus Cyrus.

Caput.] Primogenitum de domo impii Pharaonis intelligunt Albertus, Vatablus, & Robert.

23 *Caput pr...*

Quamuis

[Primogenitus Pharaonis. Caput principes.]

Quamuis Iansenius cum aliis per caput accipiant ipsum Pharaonem cum aliis principibus, & ducibus exercitus, quos Deus percussit in mari; qui erant duces de domo impii Cham, qui nomen dedit Ægypto, vt Psalmo 77. 51. *& percussit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* & Psalmo 104. 23. *intrauit Israel in Ægypto, & Iacob accola fuit in terra Cham. Denudasti fundamentum eius vsque ad collum.* Hoc est, fulcimenta prima exercitus Pharaonis, nempe ipsum cum ducibus, quos caput vocauerat, vt volunt Albertus, & Robertus, denudasti, & detraxisti ab suis corporibus vsque ad collum, præ ignominia, vt Nahum. 3. 5. *Ecce ego ad te, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* & Isai. 7. 20. dicitur: *In illa die radet Dominus in nouacula conducta, in rege Assyriorum, caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam.* Sic ergo Deus omnem exercitum, cui innitebatur Ægyptus, funditus euertit vsque ad primos ipsos exercitus, qui erant regi secundi, vt collum capiti. Hieronymus. Hugo, Lyra, Dionys. intelligunt caput Baltasarem de domo impii Nabuchodonosoris, sed ex sequentibus de via facta in mari, recte colligitur sermonem esse de Ægypto, & Pharaone. Sancti de Antichristo, aut diabolo explicant; cuius duces interfecti sunt, plebe relicta, aut caput Antichristum de domo diaboli percutiet Christus spiritu oris sui.

[Caput Baltasar.]

[Caput Antichristus in domo diaboli.]

24 [Historia summersi exercitus Pharaonis]

Maledixisti.] Refert historiam Exod. 14. 6. *Iunxit rex Ægyptiorum currum, & omnem populum suum assumpsit secum, tulitque sexcentos currus electos, & quicquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus, reuersaque sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerunt mare, nec vnus quidem superfuit ex eis.* Nam per metonymiam, nomine sceptrorum principes intelligit, qui sceptra gestabant suæ dignitatis insignia: cuiusmodi fuere virgæ, quas accepit Moses à principibus tribuum pro creatione Sacerdotis summi, Numerorum 17. Sed verbum quod hic vertitur, *maledixisti*, aliis in locis Vulgatus transfert, *perforare*, aut *perfodere*, vt Iob 40. 19. *in sudibus perforabit nares eius* & Isai. 36. 6. *intrabit in manum eius, & perforabit eam*, & nomini sceptris, seu baculis præmittitur præpositio, *in*, & ita Pagni. Vatablus, & alii vertunt, *perfodisti baculis eius, caput exercituum eius*; hoc est, telis suis, aut cuspidibus confossi sunt; nam in verticem ipsorum iniquitas eorum descendit. & ad hunc modum potest Vulgatus accommo[dari]. *Maledixisti cum sceptris eius*, hoc est; imperatorem exercituum eius Pharaonem cum principibus eius confecisti, & peremisti.

[Cum suis sceptris Deus peremit Ægyptios.]

Sed alium sensum habent hæc verba. Nam nomen פרזו *Perazau*, quod vertitur, *bellatorum eius*, significat, *vrbes absque muro*; quales sunt pagi, & villæ, vt accipitur Deut. 3. 5. *absque oppidis innumeris, quæ non habebant murum.* & Ezech. 38. 11. Atque adeo sic vertunt quidam; *perforasti cum baculis suis caput paganorum, aut villanorum eius*; quia videlicet è pagis, & villis egressa est magna multitudo paganorum, & villanorum post Israelitas fugientes, cum suis baculis; qui omnes cum suo capite confossi sunt, & aquis summersi. Vnde subditur, *exultatio eorum, sicut eius, qui deuorat pauperem in abscondito*, quod Exod. 14. dicitur, *dicturus est Pharao super filiis Israel, coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.* De Chaldæis hæc omnia prædicti explicant, quos percussit Dominus per Cyrum, quod venissent contra Ierusalem. Sancti rectius de dæmone, & ducibus eius, quos omnes confodit Christus, existimantes neminem esse, qui seruus Christi ex eorum manibus eriperet.

[Paganorum multitudo cum baculis summersa in mari.]

[Dæmonem confodit Christus]

25 [Aperuit mare Israelitis vt equis.]

Viam fecisti.] Historiam refert Exod. 14. 27. per *equos* autem vel intelligit ventos, iuxta illud Psal. 103. *qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas ventorum.* Nam vt legitur Exod. 14. *Cum extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehemente, & vrente tota nocte, & vertit in siccum.* Vel alludit ad equos, & currus Pharaonis, qui eum seruare non valuerunt, cum Deus solo nutu fecerit viam in mari suis Israelitis, quos quasi equos regebat deducebatque, iuxta illud Psalm. 19. 8. *Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.* & Sap. 19. *Tanquam equi depaueruerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberabas illos.* Quod autem addit, *in luto aquarum multarum*, non ideo dicit, quod populus transierit per lutosas aquas; constat enim viam desiccatam. Exod. 14. & Psalm. 73. *siccasti fluuios Ethan.* & Sap. 19. 7. *Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio;* sed quod transierit per viam prius lutuosam, vel inter lutum aquarum multarum, quod continebatur intra latus vtrumque. Vnde Chaldæus, Albertus, Vatab. Isidor. & Rob. nomen Hebræum חמר *Homer*, accipiunt pro vtre, aceruo, aut mole aquarum. Vt sic transferatur. *Viam fecisti in mari equis tuis, aceruum aquarum multarum*; quia vtrinque in aceruum aquis coactis, via media patebat. Hugo, & Dionys. hanc viam factam explicant in Euphrate per Cyrum, cum tunc non fuerint in molem redactæ aquæ, sed per riuulos defluxerint. Christus deinde equis suis Apostolis viam parauit in mari nationum, vt irent ad euangelizandum. Et iustos multis licet oppressos calamitatibus, per medias aquas viam præbens, Deus mirabiliter liberat.

[Mare prius lutuosum siccatum est.]

[Christus viam parat Apostolis in orbe.]

26

Audiui.] Absoluta materia exitus Israel de Ægypto, iam accedit, ad sibi propriam Habacuc. Sed sunt qui putent Prophetam sumere personam Babylonis, vt ait Chaldæus, quæ auditis admirandis prodigiis cōtra Ægyptios, & aliis gentes in eductione populi de Ægypto patratis, similia sibi metuet futura mala ob captiuitatē populi. Alii existimant esse verba Chananæorum audientium aduentum Israelis, ac desiderantium mori prius, quam occurrere illi. Aliis videntur verba Prophetæ, qui cum audisset stragem Babylonis, & sui populi liberationem præ lætitia gestiens in eosdem affectus conturbationis, tremoris, & mortis erumpebat: quasi diceret, adeo lætatus sum bono de populi mei liberatione nūcio, vt pene exanimatos emori videar: aut certe postquam quę desiderabam læta nunciaui populo meo, alacer iam, & hilaris occumbam. Verum verba esse Prophetæ, qui horrore concussus ob stragem Chaldæorum, quam acceperat futuram in hæc verba prorupit, postquam Dei magnalia concinuit, quasi in gratiarum actionem, intelli-

[Variæ expositiones.]

gunt

gunt Hieronymus, Hugo, Dionys. Vatab. Isidor. & Iansenius. Nam sic fecit Isaias cap. 21. de eadem Babylonis strage loquens. *Propterea, ait, repletæ sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me, sicut angustia parturientis, corrui cum audirem, conturbatus sum cum viderem.* Sicut enim cœpit orationem; *Audiui auditionem tuam, & timui,* nunc absoluto Cantico circa mirabilia Ægypti, redit ad idem, dicens. Audiui inquam, auditionem tuam, & conturbata sunt mea viscera; & labia mea tremere cœperunt ad vocem tuam Deus, vel à voce tui mihi loquentis. Theodoretus, & Theophylactus intelligunt audita de passione Christi. Audiui tua reuelatione, mala ab hoc populo Christo Iesu inferenda, & perturbatus sum valde; sed ideo gaudeo, quod ad ea mala videnda non perueniam. Audiui etiam in quantam cladem sit idcirco meus populus deducendus, quando ficus non florebit, &c. quando scilicet omni auxilio diuino destitutus, & bonis omnibus spiritualibus, ac temporalibus spoliatus, vastabitur. Ego autem gaudeo, quod ab illis malis longe abero, iam mortuus. Alii explicant de die iudicii. Nam videre se non posse gaudet omnia mala, quæ diem illum præcedent.

27 *Vt ascendam.*] Hebræa habent. *Ad ascendendum ad populum, accinget eum,* vel *coget in exercitum eum.* pro accinctum eum, aut coactum in exercitum. More linguæ, quę tertiam personam futuri vsurpat pro nomine verbali, vt Hoseæ 5. 13. *& misit ad regem vlciscentur,* pro vltorem. Est ergo sensus Hugonis, Dionysii, Iansenii, & Robert. & innuit Hieronymus vtinam putrescant ossa mea, dummodo mihi detur; conquiescere in die huius tribulationis futuræ Babylonis, & ascendere cum populo meo forti, cum redibit in patriam. Nam præpositionem, *ad* pro *cum* accipit, cum populo accinctu ad bellum, bellatore, ac forti, nempe cum Zorobabele, Iesu, & Esdra, & ceteris captiuis. Alii intelligunt Patriarchas, & Prophetas, qui sepulti erant in terra promissa, ad quam ascendere desiderabant Iudæi, & cum illis Propheta.

Alium sensum habent verba Hebræa. *Qui quiescam in die angustiæ, ad ascendendum ad populum accinget eum,* vel oppugnabit, aut succidet eum, vt vertunt Pagnin. Tigur. Vatab. & Isidorus, nam verbum *Gadad* hanc quoque habet significationem. Hoc est, quiescam in die illius angustiæ, quando hostis Chaldæus ascendet contra populum Israeliticum, vt eum perdat, aut succidat, sic Isidorus. Vel quando, aut, quæ angustia ascendet super populum Chaldæum, qui oppugnauit eum Israeliticum, nempe cum Medi, & Persæ ascendent contra Babylonios, eosque destruent, vt ait Vatab. Verum Vulgatus aliter intellexit, vt diximus, vel non videam diem illius angustiæ; sed potius emoriar, & requiescam; & ascendam aggregandus populo meo sancto, hoc est, sanctis viris, qui [illegible] cesserunt, & quibus aggregari desideramus.

28 *Ficus enim.* Tempore illius tribu[illegible]onis Babylonis futuræ, vt intelligunt Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Iansen. nam bello omnia perturbantur & vastantur. & constat ex illa aduersatiua. *Ego autem in Domino gaudebo:* qui nos vlturus est de Babylonis, & in patriam reducturus; quod ipsum vaticinatus est Isa. cap. 44. 26. & 47. 9. & Ieremias cap. 50. 33. *Calumniam, inquit, sustinent filii Israel, & filii Iuda simul, omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos, redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.* Sancti de populo Iudæorum explicant, qui tempore Christi ad summam redigentur miseriam, & sterilitatem bonorum omnium spiritualium, qui propterea destituentur. Optat autem Propheta se annumerari discipulis Christi. Alii de tempore Antichristi declarant.

29 *In Deo Iesu meo.* Ita LXX. *In Deo salutari meo* & Chaldæus, *in Deo factore redemptionis meæ,* & commendat Augustinus lib. 18. de Ciuit. c. 32. lectionem Vulgati, propter reuerentiam nominis Iesu, & vt sciremus eum esse, qui in vtraque liberatione ex Ægypto, & Babylone, adumbratus est, cui omnia ea beneficia referenda erant accepta; & nos ab eo liberamur e dæmonis captiuitate, & deducimur vsque ad cœlestem patriam. In Hebræo hic non est nomen proprium *Iehosua,* sed appellatiuum ישע *iesa,* quod est salus, vt Psalm. 17. 47. *Exaltetur Deus salutis meæ,* & 20. 6. *Magna est gloria eius in salutari tuo.* Vnde ceteri transferunt hic, *& exultabo in Deo salutis meæ,* vel *salutari meo,* aut *auctore salutis meæ.* Dionys. explicat de Cyro, qui fuit Saluator, seu redemptor populi, vt Ioseph Ægypti Saluator dictus est.

30 *Super excelsa mea.*] Hoc est, super terram montibus editam, ad quam ascendebant redeuntes è captiuitate, iuxta illud Isa. 52. 12. *In pace deducemini, montes, & colles cantabunt coram vobis laudem.* Deut. 32. 13. *Constituit eum super excelsam terram.* Sic Hugo, Dionys. & omnes de Iudæa. Sancti de beatitudine mystice accipiunt.

31 *Victor.* In Hebræo sic legimus לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹתָי *lamnatseche binghinothai:* Duo hæc vocabula in titulis Psalmorum sunt frequentia, & in titulo Psalm. 4. simul reperiuntur. & prius quidem participium est passiuum *Menatseah* à verbo נצח *natseh,* quod est *vincere, superare, anhelare, vrgere, victoriose opus ad finem deducere:* quasi dicas præposita præpositione, ad victorem, ad vrgentem opus, ad sollicitatorem; sic vocatur, qui præest musicæ, & vrget cantores; & ita Aquila, & Theodotio transtulerunt vt referunt Hieron. in procemio lib. 1. in Daniel, & Theodoretus in Psalmum. 4. τῷ νικοποιῷ, *auctori victoriæ;* & Vulgatus sic transtulit hoc loco.

Alterum nomen est נגינות *neghinoth* à verbo נגן *nagan.* quod est *pulsare aliquod musicum instrumentum, & carmina* transferunt multi, *Psalmos,* alii, aut *modos musicos,* aut *melodias.* Multi putant esse musica instrumenta, quibus Psalmi decantabantur. Vnde quod dicitur Ps. 69. 13. *& in me psallebant qui bibebant vinum,* ex Hebræo sic habet. *& neghinoth bibentibus vinum,* hoc est, factus sum compotatoribus illa instrumenta musica; quia ita me pulsabant, ac si ego essem aliquod ex illis instrumentum. Iam vero ad rem veniamus. Quidam putant hæc verba seorsim legenda in fine huius cantici, sicut leguntur in titulis Psalmorum, ad significandum, hoc Cantic. spectare ad præfectum Cantorũ, qui vtitur illis instrumentis dictis *neghinoth,* nempe ad victorem *in neghinoth,* sed huic obstat affixum; *in neghinoth meis,* in meis Psalmis,

Affectus ... [margin, partly illegible]
... Christo ... [margin, partly illegible]
Sensus ... [margin]
Iudæi tempore Christi ad summam redacti miseriam
Adumbratur Iesus liberator ex Ægypto, Babylone, & dæmone.
Cyrus Saluator populi.
Iudæa editaterra.
Præfectus musicæ.
Lectionis ratio.
1 Sensus.

aut instrumentis meis: nam protiomem, singularia esse Prophetæ docet. Alii exponunt, deducet me Deus vrgentem, aut solicitantem populum, vt his meis carminibus Deo concinant laudes, & gratias agat. Deinde si legamus cum Hieronym. Remig. & Iansenio, *Victori*, vt etiam habent Hebræa, *& super excelsa mea deducet me victori in Psalmis meis canentem*; deducet me, ait, canentem in meis carminibus, vel in meis musicis instrumentis ipsi victori, & triumphatori, qui vrget nos vt canentes, & laudantes eum, in patriam redeamus incolumes. Sed quia Vulgatus correctus legit, *Victor*, vt etiam Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Dionysius, Isidorus, & alii, sensus erit: & Deus victor, & triumphator, cui victori hæc deferenda est, & omnia beneficia, deducet me cum populo meo in patriam pulsantem mea musica instrumenta, & ipsi Psalmos concinentem; qui tandem inuehet in beatam illam patriam, in qua pace perfruemur felici, & triumphatori mortis, & inferni gratias in æternum agemus, & perpetuas laudes concinemus.

Amen.

Sensus.

Sensus.

Sensus.

Victori, & triumphatori canit.

COM-

COMMENTARIORVM IN SOPHONIÆ PROPHETIAS

Liber Nonus.

PRÆFATIO.

SOPHONIAS enumeratis multiplicibus Ierosolymitarum, ceterorumque Iudæorum delictis, quibus Deum prouocabant ad supplicium toties intentatum, infligendum; nunc denuo comminatur per Nabuchodonosorem inferendum, nisi multas, ac grauissimas animi labes, vel adhortationibus perducti, vel minis adacti, vel finitimarum gentium Philistæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Æthiopum, ac metropolis Assyriorum, & Imperii ipsorum euersione permoti, quæ in beneficiorum numero collocanda est, ad populum Dei vlciscendum de illis statuta, acta pœnitentia, & ceteris pietatis officiis eluant; nulla vi, aut ratione alia, extremum illud excidium euasuri. Pollicetur gentium, & Iudæorum ipsorum ad nouam Christi legem conuersionem, & iuxta eam ad extremum vsque diem conuersationem; quando Iudæi pertinaces damnandi in æternum sunt.

SOPHONIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

1 VERBVM, quod factum est a Domino contra Iudæos ad Sophoniam filium 2 Chusi, filii Godoliæ
Amariæ filii, filii 3 Ezeciæ, quo tempore regnabat 4 Io-
sias super Iudam: sic se habet. Huiusmodi comminatio-
nem denunciari iubet Dominus duabus tribubus Iudæ
& Beniamin. 5 Omnia procul dubio tollam de medio
Iudææ. Nam homines ipsos auferam, 6 iumenta, aues
& pisces & impios 7 offendicula apprehendent: deni-
que nullus 8 hominum superstes erit. Nam extendam
manum potentiæ super tribum Iudam, & præcipue super
ciues Ierusalem, vt deleam eos. Exterminabo quoque
si qui fuerint 9 reliqui de cultoribus Baal, & delebo me-
moriam 10 ministrorum pullatorum, cum omnibus
eius sacerdotibus: eos etiam, qui 11 tecta domorum
ascendentes astrorum cultui supplices vacant: & qui se
simulant 12 adorare, iurateque per Dominum, & clam
iurant per Melchom. Eos denique, qui cum me verum
Deum colerent, a meo cultu recesserunt, & neque postea
13 me quæsierunt, neque inquirere in animum suum in-
duxerunt. Huic comminationi si creditis, ait Sopho-
nias, 14 obmutescite reuerenter coram Domino Deo,
vt auertatis imminens eius supplicium. Prope enim dies
vltionis Domini adest, in qua 15 tanquam victimam vos
obiiciet Dominus Nabuchodonosori, & militibus eius,
quos illi cladi certo afferendæ destinauit: & animaduer-
tet in regiam familiam, in principes, & regis Sedeciæ
16 filios, & in cæteros aulicos, qui 17 peregrina fœmina-
rum gentium veste induti, earum quoque cultum imi-

CAP. I.

1 VErbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium
2 Chusi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii 3 Ezeciæ
filii in diebus 4 Iosiæ filii Amon regis Iuda. 5 Congregans
congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: Congre-
gans hominem, 6 & pecus, congregans volatilia cæli, & pisces
maris. 7 & ruinæ impiorum erunt: 8 & disperdam homi-
nes à facie terræ, dicit Dominus. Et extendam manum meam
super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem: & disper-
dam de loco hoc 9 reliquias Baal, & 10 nomina æditruo-
rum cum sacerdotibus. Et eos, qui adorant 11 super
tecta militiam cæli, & 12 adorant, & iurant in Domi-
no, & iurant in Melchom. Et qui auertuntur de post
tergum Domini, & 13 qui non quæsierunt Dominum,
nec inuestigauerunt eum. Silete a facie Domini Dei
quia iuxta est dies Domini, quia præparauit Dominus 14
hostiam sanctificauit vocatos suos. Et erit, in die hostiæ
Domini visitabo super principes, & 16 super filios regis,
& super omnes, qui induti sunt 17 veste peregrina; &
visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur 18 su-
per limen in die illa: qui complent domum Domini Dei
sui iniquitate, & dolo. Et erit in die illa, dicit Domi-
nus, vox clamoris 19 à porta piscium, & vlulatus a se-
cunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habita-

cantur, in eos etiam, qui præ saltu [18] limina templi transiliunt.& variis, ac magnificis complent donis, ex iniuria,& rapina partis. Tunc certe deflebitis communem calamitatem, [19] nam a porta piscium fugientium circumfusus clamor audietur, vlulatus quoque ab his, qui fugerint a porta secunda: quod si qui in colles ascenderint, ibi domibus dirutis contererentur. Vos vero qui habitatis [20] in valle Cedron, in demissiore vrbis parte, totius populi stragem deplorabitis. cum videritis [21] negociatores omnes defecisse, & diuites pecuniis copiosos. Etenim nihil latebit Chaldæos, [22] nam Deus ipse omnes latebras Ierusalem ostendeceris: & deprehendentur, qui in summa tranquillitate suis diuitiis fruentes, nullo aduersæ fortunæ metu permoti, [23] quasi vinum in fæcibus residens, iacent, dicentes, nullam Deo curam esse hominum ideo nec seruantibus præcepta sua benefacturum, nec transgredientes punitiurum. [24] Horum certe opes, quibus tantopere confidunt, diripientur ab hostibus, sicut & domus vastabuntur. Nam licet domos ædificauerint non eas incolent, & si vineas plantauerint, vinum ex eis collectum nequaquam bibent. O magnus, & calamitosus [25] dies, & quam præpropere,& citius quam putatis, aderit. Videor mihi diei illius amarum eiulatum audire, quem edituri sunt non tantum ignaui, & imbecilles, sed ipsi [26] fortissimi quique. Adeo calamitosa erit dies illa, vt omnium maiorum congeries in eam conuenisse videatur. Nam primum ira Domini deseuiet, ex qua infecta coangustiatio, & afflictio, tenebræ, caligo, nebula, turboque progenient, dies in qua exaudientur tubæ hostium clangentium in expugnandis vrbibus munitis, & [27] turribus excelsis. In quo imminentium malorum timore homines quasi cæci discurrent, & merito, quia Domino peccastis. Tunc sanguis vester sicut pulueris effundetur, & corpora iacebunt insepulta sicut stercora, & neque argentum, neque aurum tanta cura congestum poterit vos liberare in die iræ Dei. Nam ira ignea zeli eius vniuersa hac terra consumetur, quia quam celerrime Deus consumpturus est huius regionis habitatores.

tores [20] Pila. [21] conticuit omnis populus Chanaan, dis-
perierunt omnes inuoluti argento. ‖ Et erit [22] in 12
tempore illo, scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo
super viros [23] defixos in fæcibus suis; qui dicunt in cor-
dibus suis: non faciet bene Dominus, & non faciet male.
‖ Et erit [24] fortitudo eorum in direptionem, & domus 13
eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non ha-
bitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum
earum. ‖ Iuxta est [25] dies Domini magnus, iuxta est, 14
& velox nimis: vox diei Domini amara, [26] tribulabi-
tur ibi fortis. ‖ Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & 15
angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum,
& caliginis, dies nebulæ, & turbinis; ‖ dies tubæ, & clan- 16
goris super ciuitates munitas, & [27] super angulos ex-
celsos. ‖ Et tribulabo homines, & ambulabunt, vt cæci, 17
quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum
sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. ‖ Sed & ar- 18
gentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos
in die iræ Domini. in igne zeli eius deuorabitur omnis
terra, quia consummationem cum festinatione faciet
cunctis habitantibus terram.

ARGVMENTVM.

VASTITATEM Ierusalem multiplicibus verbis, per Nabuchodonosorem adducendam, prænunciat, ob multiplicia Iudæorum peccata, quam nulla vi possit euadere.

COMMENTARIVS.

1 *Verbum.*] Titulus est Prophetiæ, in quo fidem sibi conciliat Sophonias, ex veritate Prophetiæ, quod à Domino acceperit quæcunque dicturus est; à suo nomine, nam est Sophonias omnibus satis notus ex maioribus; & à tempore: nam prophetabat tempore Iosiæ regis optimi, vna cum Ieremia, & Olda, 4. Reg. 22. Nisi quod, vt notauit Dauid Kimhi, Vatab. Mont. & Robertus, Ieremias publice prophetabat & in vicis: Sophonias in Conciliis, & Synagogis: Olda in cætibus feminarum.

Conciliat fidem.

Sophonias Ieremias, & Olda simul prophetabant.

2 *Chusi.*] Maiores suos docet, patrem, auum, proauum, atauum, vt ostendat non nouum se esse Prophetam, & obscurum, sed à parentibus, quasi iure hereditario ducere munus prophetandi. Siquidem traditio Hebræorum est, cuiuscumque Prophetæ pater, aut auus ponitur in titulo, ipsum quoque fuisse prophetam. quam traditionem affert Hieron. hic, & ex ipso posteriores fere omnes Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. & Robertus: quamuis Mont. dubitat; at vtrum hæc traditio verum contineat suo loco examinamus, cum ratione, quam ex Augustino affert Albertus, quia tunc cum propagatione generis fiebat propagatio religionis.

Prophetiæ munus à maioribus ductum. Hebræorũ traditio.

3 *Ezechiæ.*] Quidam Hebræorum, Ioseph Kimhi, & Abraham, vt refert Montanus, hunc putarunt regẽ Ezechiam, cuius abnepos fuerit Sophonias. Verum nullo certo nititur fundamento hęc opinio, cum non constet vllum præter Manassen filium fuisse Ezechiæ ex 4 Reg. 20. 21. 1. Paral. 3. 13. & Par. c. 32. 33. & ex Iosepho 10. Antiq. c. 3. vbi, vt alii regum aliorum filii numerantur, numeraretur, si Chusi eius fuisset filius: quamuis cum anno 18. regni Ezechias habuerit Manassen, non est dubitandum potuisse per 12. annos extremos regni, alios genuisse. Deinde, quia non tacuisset Propheta Ezechiam regem fuisse, si is esset. Præterea quia diuersum est regis nomen, & ataui Sophoniæ, rex. n. Hebraice dicebatur יחזקיהו *iehizkyahu*, vel חזקיהו *hizkyahu*, sed Sophoniæ atauus חזקיה *hizkyah*. At illustrem fuisse Sophoniam non dubitandum, cum maiores suos tanquam claros, & omnibus notos adhibuerit.

Ezechias non fuit rex Iuda.

Sophonias genere clarus.

4 *Iosiæ.*] Ex argumento Prophetæ, qui inuehitur in idololatriam duarum tribuum; cum iam decem ab Assyriis fuissent ductæ captiuæ, & ex Iosia rege, sub quo prophetauit, colligunt Montanus, & Ribera Sophoniam intra priores Iosię octodecim annos prophetasse. nam vt legimus 2. Paral. 34. 3. duodecimo anno postquam regnare cœperat, & ipse esset viginti annorũ, mundauit Iudam, & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisque, & sculptilibus: & anno octauodecimo, vt refertur ibidem vers. 8. & 4. Reg. 22. 1. mundata iam terra, & templo Domini, reconciliauit Iosias pacto inito, ac renouato, populum cum Domino, vt abiurata idololatria sequerẽtur Deum patrum suorum, & cunctis diebus eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum, vt dicitur in extremis verbis capitis 34. lib. 2. Paralipomenon. At cum Ieremias, qui cœpit prophetare anno 13. Iosiæ, & prophetauit sub eo sexdecim annos, ea

Sophonias quo Iosiæ tempore prophetauit.

Iosias mũdauit populum ab idololatria.

quæ

quæ continentur sexdecim prioribus capitibus, A præter decimum,& decimumtertium, vt probamus in Isagoge in Ieremiam; grauiter adhuc inuehatur in idololatriam populi: siquidem præter ea,quæ sæpius increpat in prioribus capitibus, in capite 16. interrogantibus Iudæis peccatum adeo graue, propter quod ferenda eis esset pestrema vastitas; respondet. *Quia dereliquerunt me patres vestri.& abierunt post Deos alienos. Sed & vos peius operati estis quam patres vestri.* Olda quoque Prophetis anno 18.Iosiæ, respondit legatis Iosiæ, 4. Reg.23.17. & 2. Paralip. 44.25. calamitatem futuram regno Iudæ, eo quod dereliquissent Deum,& sacrificassent diis alienis: aliter censendum est.

B Vetus respondet Hieronymus, & ex eo Remigius, & Hugo, durum fuisse regem Iosiam iustum, quo zelante zelum Domini, & populo nihilominus in idolorum cultu perseuerante, iusta iræ causa proferatur à Domino. Iosias ergo publicam idololatriam,quod ad se spectabat,repulit è populo,& nihilominus multi clam in ea perstabant,contra quos prophetabant prędicti Prophetæ. Et Sophonias quidem tribus capitibus comprehendit quę longissime tractauit Ieremias vt notat Isidorus. Nam,vt ait Theodoretus, prædicit quę vrbi Ierusalem,& tribui Iuda sunt euentura: Assyrus etiam vltimam cladem,& omnibus finitimis nationibus, deinde populi reuocatio- C nem, & omnibus gentibus post Dominicam Incarnationem futuram salutem prænunciat.

Congregans.] Hebraice אָסֹף אָסֵף *asoph aseph, col-*
5 *ligendo consumam omnia a superficie terræ.* Hebræi verbi *asaph* eadem est significatio, quæ Latini *colligere*; nam aliquando est, in vnum contrahere, vt Genes.49.29. *Ego congregor, seu colligor ad populum meum.* Ioelis 2. 10. *stellæ collegerunt splendorem suum.* aliquando abstrahere, seu carptim auferre, vt hoc loco, colligendo, hoc est corradendo, Hispane, *arrebannando*, consumam, seu auferam omnia à superficie terræ. Nempe Iudææ,vt bene intelligunt Hugo, Dionys.Vatab.Mont.& Rob. nam contra Iudæam loquitur Propheta per Nabuchodonosorem vastandam. Hanc vniuersalem propositionem statim explicat per partes, D nempe congregans hominem, & pecus, volatilia,& pisces maris.

6 *Et pecus.* *Pecoris* nomine iumenta intelligunt LXX. Theodoretus, Vatablus, Isidorus, & Montanus, animalia scilicet alia a feris, quæ homini vsui sunt; atque ita nomen Hebræum *Behemah* hic positum, Genes.1.24. vertit Vulgatus, *producat terra iumenta, reptilia, & bestias.* Albertus, & Montanus hæc metaphorice intelligenda putant; *homines*, vrbanos; *pecus*, homines rusticos, & popolares; *volatilia*, principes, aut superbos; *pisces*, voluptati deditos. Verum Hieronymus, Theodoretus, Remig. Haymo, Hugo, Lyra, Dio[illegible] David Kimhi cum ceteris, proprie accipi[illegible],& n[illegible] tam hyperbolice, vt putauit Isido[illegible] in- E quiuntur Theodoretus, & Haym[illegible] bus hominibus, quibus vsui sunt [illegible] exi- stere opus non est. ita enim fit, teste [illegible] uper 4. Hoseæ, vt cum homines regioni ali[illegible] defi- ciunt, aues quoque deficiant, quæ escis humanis aluntur, & stagna, lacus, & mare ipsum ex parte steril[illegible].

7 *Et ruinæ.* Ex Hebræo, *& offendicula impios*, supple, inuenient, aut apprehendent, vt Vatab. Isidor.& Robertus: aut, *& offendicula, seu scandala cum impiis.* sup. erunt, vt Symmachus, & Montanus, vel congregabo, aut perdam, nempe impios, cum artibus suis,& dolis; nam impii magnis opprimentur calamitatibus, quibus commant. Quod si legas, *scandala impiorum perdam*, possumus intelligere *idola*, quæ dicit cum ipsis impiis disperdenda.

8 *Et disperdam homines.* Quamuis iam dixerit, *congregans hominem*, modo repetit, *& disperdam homines*, alio vtens verbo, quod succidere, seu exterminare significat. quasi dicat, consummabo homines terræ Iuda, & si qui superfuerint, exterminabo eos alio, ex hac terra; nam statim declarat, dicens, *& extendam manum meam super Iudam.*

9 *Reliquias Baal.*] Dionysius intelligit idola, & cultum omnem, qui remanserat post idola à Iosia exterminata, nam ita disperdendus est a Nabuchodonosore, vt nullum templum, idolumve reliquat. Vatablus,& Montanus intelligunt cultum superstitiosum, qui remansit in Iuda post decem tribus destructas, iuxta illud 4. Reg. 17. 19. *quia ambulauit in erroribus Israel.* Hieron. & Hugo exponunt de Iudæis, qui superfuerint capta Ierusalem, vel fuga sese eripuerint. nam comminatur & has reliquias se destructurum. Sed ex ipso Propheta constat, velle significare, se omnino per Chaldæos ablaturum cultum superstitiosum idololatriæ, siquis superesset, post regum, & Prophetarum curam, illum remouentium. quis autem is cultus sit exponit, cum ait, *& nomina æditnorum*, & cetera.

10 *Nomina æditnorum.* Hebr. *& nomen, seu famam, aut memoriam* הַכְּמָרִים *hachemarim cum sacerdotibus.* Est autem *Chomar* minister idolorum sacerdotibus inferior, à quibus diuersus hoc loco ponitur. Vulgatus hic, & Hoseæ 10. 5. *æditues* transfert, quasi ædium sacrarum custodes. Septuaginta [illegible] vocant, *augurem* vertit Plutarchus, *aruspicem* Vulgatus 4.Reg.23.5. putantur autem in primis *Chemarim* dicti denigrati, seu adusti, à verbo כָּמַר *chamar* quod *denigrare, adurique* significat, iuxta illud Threnor. 5. 10. *pelles nostræ sicut clibanus denigratæ, seu exustæ sunt*; quod nigris vestibus, atris pullisve induerentur, vt volunt Pagni. Vatab. Montan.& Rob. Quod non placet Eliæ Thesbitæ in Lexico,& Montano, qui putant dictos conuolutos, contractos, seu conclusos ab eodem verbo, quatenus significat conuoluere, aut contrahi, quod in certa collegia, certasque familias essent distincti, claustrisque conclusi, suasque singulæ sectæ domos haberent, in quibus inclusi habitarent, vestibus quoque à ceteris diuersi; quales modo sunt monachi, & quales apud gentes Idææ matris, & Anubis sacerdotes, & augurum collegia. Huiusmodi fuere *Chemarim*. 4. Reg.23.5. de quibus dicitur. *Et deleuit Iosias Chemarim, quos posuerunt reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iudæ in circuitu Ierusalem, & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli.* Latini hos sacrificulos nominant, aut famulos Isidis, Lunæ, Solis, *æditnos* vocat Vulgatus, ab adurendo, seu adolendo thure, alii ab [illegible]gmatibus, quę suo corpori inurebant.

Choragi. Sunt tertio alii, qui *Chemarim* deriuent à verbi significato *reuoluere*, vt Gen. 43. 30. *& festinauit Ioseph quia reuoluebantur*, vel *cõmota sunt viscera eius*, quod certis saltationibus, & choreis se reuoluentes sacra peragerent, & phanatico spiritu permoti diuinarent; quod indicat Hoseas cap. 10. 5. *& Chemarim eius, qui de illo exultabant*. Quarto, aliis videntur dicti *Chemarim* à *Chamar* incalescere, seu exardescere, aut vri, quasi igniti, ardentes, incalescentes, instar eorum, quos Cappadocia habuit,

Strabo. auctore Strabone lib. 15. Geog. pag. 696. In Cappadocia, inquit, est maxima magorum multitu-

Pyrethi. do, qui Pyrethi vocantur, & multa Persicorum Deorum templa. Suntque Pyrethia septa quædam ingentia, in quorum medio ara est. in ea Magi & cinerem multum, & ignem inextinguibilem seruant; quo quotidie ingressi imprecationes faciunt per horam, ante ignem, virgarum fasciculum tenentes, filiraceis infulis velati ex vtraque parte dependentibus, adeo vt vittæ labia contegant. hæc in Anaitidis, & Amani delubris fiunt, & Amani statua in pompam ducitur. Pyre-

Omnis falsus cultus delendus. thi autem à pyra, id est, igni dicti sunt. Hos ergo delendos dicit cum sacerdotibus; quos veros Dei sacerdotes intelligunt Hieronymus, Haymo Hugo, & Montanus, qui simul cum vero Deo idola colebant, vt constat 4. Reg. 17. & Ezech. 8. Verum Remig. Albertus, Dauid Kimhi, Dionysius & alii intelligunt sacerdotes idolorum, siue à gentibus denuo constitutos, siue Deo consecratos, qui tamen in idola munus suum exercebant, & ita est, quia hic minatur Deus se omnem cultum superstitiosum, & falsum deleturum, & enumerat personas omnes ad illum pertinentes.

11 *Super tecta.*] More gentis loquitur, quæ quod

Domatum vsus in Iudæa. regio calida esset, magnifica, & aperta cælo habebant domata, vnde cælum, & cæli sydera accuratius, ac liberius prospicerent. Nec hoc modo loquendi, vt inquit Montanus, tantum significatur, quod palam, ac publice cælo sacrificarent, vt in illo Matth. 7. *quod audistis in cubiculo, prædicate super tecta*. Nam tenera in domata, & super tecta ascendebant, accuratius videre expetentes cælum, & cæli sydera. Vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remig. Haymo, Hugo, Dionysius

Militia cæli cur dicta. & Vatablus. צבא *tsaba* autem, quæ militia cæli, exercitus, virtus, seu ornatus cæli verti solet, propter ordinem, quem habent, aut quod ornent cælum, vocatur Sol, Luna, signa, & omnia cæli astra, quæ animata existimabant; 4. Reg. 23. 5. *deleuit Iosias eos, qui adolebant incensum Baal, Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli*. Vbi per *Baal* imaginem cæli significari ait Hieronymus, & Ierem. 7. 18. *Luna regina cæli vocatur*. Super tecta autem adorasse militiam cæli, non id est, quod putauit Albertus, imagines Solis, Lunæ, & stellarum in tectis depictas adorasse. Nam ipsas cæli lampades oculis conspectas venerabantur, quod prohibetur Deuteron. 4. 19. *Ne forte eleuatis oculis ad cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra cæli, &*

Iudæi à Persis cultum militiæ cæli sumpserunt Strabo. *errore deceptus adores ea*. Forsitan vero à Persis Iudæi hunc ritum acceperunt; qui, vt ait Strabo lib. 15. Geographiæ, pag. 695. nec statuas, nec aras erigebant, sed sacrificabant in loco excelso, cælum Iouem putantes, Solemque colebant, quem Mithram vocabant; item Lunam, & Venerem, & ignem, &c. quin & Lunam tamquam præsidem venerabantur, vt notat Herodotus lib. 7.

Herodot. Iudæi quos sacrificabant Soli. Iustinus. Pausanias. pag. 482. hinc Iudæi equos Soli sacrificabant, & Iosias 4. Reg. 23. 11. abstulit quos scimus Persas Soli sacrificare solitos, vt fecit Darius filius Hydaspis, lib. 1. Iustini. & ita affirmat Pausanias lib. 3.

12 *Adorant.*] Montanus in duo genera hominum distinguit hanc periodum: disperdam adorantes, & iurantes in Domino, & disperdam eos, qui iurant per Melchom, hoc est, regem eorum, vel suum; quia gratiæ, & assentationis causa per regis caput Græco more iurabant, atque ita consueuit in Scriptura dici: *viuit rex*, aut *viuit anima tua ô rex*. Isidorus exponit, qui parati erant iurare per Melchom; si quis non reciperet iuramentum per Iehouah. Communis tamen, & vera intelligentia, Theodoreti, Remigii, Haymonis, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionys. & M. ea est, comminari Deum disperditurum eos, qui simul, ac promi-

Æquantũ Deum verum falso [illegible] puni[illegible] scue iurarent per Dominum, & per Melchom Deum Ammonitarum, de quo super Ieremia diximus: quasi par esset in vtroque ratio veritatis, quam postulat iuramentum. Quis vero credat comminationem fieri contra adorantes, & iurantes per Deum verum solum? vt putabat Montanus; cum hoc religiosum sit; at pœna illi intentatur infligenda, cui vitio quippiam vertitur.

13 *Qui non quæsierunt, nec inuestigauerunt.*] Cum dixisset quosdam Deum quæsitum, & inuentum prodidisse, qui retrocedunt de post Iehouam: nunc alios dicit fuisse, qui numquam quæsierunt neque in animum induxerunt, vt an sit Deus, & an humana curet, studiose inuestigarent; quod multam inertiam, & obliuionem Dei significat. qui sensus videtur verus. Et tamen alii per preces id faciendum, explicant. Nam verbum *inuestigauerunt* Chaldæus exposuit: *Neque precibus postularunt a conspectu ipsius*. Tigurina, *non sciscitantur eum*. Vatab. *neque implorant opem Domini, neque consulunt*

Quærit Deum qui [illegible] *eum*. Sed verius Haymo, Remig. Albertus, & alii, sicut dicuntur ire depost Iehouam, qui cultum idolorum sequuntur, & adorant militiam cæli, ita non quærunt Dominum, qui eum non sibi proponunt colendum, & adorandum.

14 *Silete.*] Silentium hoc indici Montanus, & Isidorus putant ad expectationem futuræ vastitatis; quasi dicat. Vos putatis Dominũ opera vestra nõ videre, expectate paulisper, & videbitis. Nã quid verbis opus est? Hispanus dicit, *Callad dexad hazer à Dios*, qui afferet diem hunc minatum. Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Robertus dicunt silentium imperari præ confusione. Sed diuerso modo. Nam Lyra imperatiuum pro futuro accipit. Silebitis veluti deiecti, & confusi, ceteri exponunt, ne murmuretis contra Dominum, sed obmutescite confusi, & cauete vobis, quia adest iam dies Domini. Theodoretus tamen, & Remigius timorem Domini religiosum postulari dicunt, & verius, qui silentio potissimum explicatur ob Dei

Silentium reuerentiam postulatur. reuerentiam præstito, iuxta illud Ps. 64. 12. *Te decet silentium Deus in Sion*. quasi dicat: cõtremiscite ante faciẽ Domini, eiq; vos subiicite, digito ori imposito, vt liberemini à proxima calamitate: quẽ sensum expressetũt hic Septuaginta dũ verterũt. *Timete à facie Domini Dei*. Sumpta est autem metaphora ab his, qui conuicti nõ audẽt loqui. vt Iob.

39.37 *manum meam ponam super os meum*. & ad Roman. 3. 19. *vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo* ita Zachar. 2. 13. dicitur, *Sileat omnis caro a facie Domini, quia consurrexit de habitaculo suo.* hoc est, timeat, reuereaturque omnis homo Dominum.

15 *Hostiam.*] Seu sacrificium solenne, quod sine conuentu multorum, & celebri conuiuio fieri non solebat, nam rebus sacrificatis ... conficiendum erat conuiuium, vt fuse diximus ... Ieremiam, & Hieronymus quidem, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus asserunt metaphora sumpta ex solenni sacrificio significari communem cædem Iudæorum. Nam hostia sacrificanda, & cædenda sunt Iudæi; Deus, cui fit sacrificium; ministri parati, & sepositi, seu sanctificati ad hoc, sunt Nabuchodonosor, & Chaldæi. Nam ita vocat Deus Ierem. 25. 9. *Ecce ego mittam, & assumam omnes cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam eos super terram istam.* Verum Chaldæus, Dauid Kimhi, Vatablus, Isidorus, & Robertus, quamuis non abnuant metaphoram sacrificii; at quia sacrificium sine conuiuio non erat, volunt per *vocatos* intelligi non ministros, sed conuiuas, nempe feras agrestes, auesque rapaces, quibus cæsa corpora erant futura esca. Nam sicut Deus sacrificium suum vocat, quod ministris Chaldæis sacrificabit, ita vocatos ad sacrificium; inuitatos ad conuiuium intelligit. iuxta illud Deuteron. 28. 26. *Et erit cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cæli, & bestiis terræ.* Verum cum in Scriptura sanctificatos suos vocare soleat Deus milites fortes, per quos victimam est sacrificaturus, & quorum gladio hostiam est cæsurus; vt Isa. 13. 3. *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea.* & cap. 34. 6. & Ierem. 46. 10. hoc loco vocatos suos sanctificasse eodem modo accipiendum videtur.

16 *Super filios regis.*] Sedeciæ videlicet, vt volunt Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Montanus; iuxta illud 4. Reg. 25. 7. & Ierem. 52. 8. *apprehenderunt Sedeciam in deserto. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius. sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha.* & hoc verum est; quia diem sacrificii Domini intelligit diem ipsum vastitatis Ierusalem: ergo qui in ipso tempore sunt occisi, dicendi sunt hostia, & victima. Quare non videtur vera intelligentia Hieronymi, Theodoreti, Remigii, Haymonis, Alberti, & aliorum, qui intelligunt Iosiæ filios, aut posteros: quia Nabuchodonosor non cepit Ioachaz, neque vllum ex aliis regibus occidit, nam Iechoniam, & Sedeciam captiuos duxit Babylonem, non tamen interfecit. proprie autem accipienda sunt verba si possunt.

17 *Veste peregrina.* Expositores in hoc verbo exponendo varii sunt. Nam quidam apud Theodoretum vestem intelligunt latrocinio, & rapinis partam. Quidam vestem ad summam libidinem confectam, quia in peccatis viri viuentes mulierum vestimenta induunt; mulieres pariter libidini innutritæ virorum vestes, contra legem Deuteron. 22. 5. *Non induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste feminea: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Isidorus exponit vestē singularem Pharisæorum, & hypocritarum, qui sanctitatem simulabant, cum intus essent lupi rapaces. Sed duobus modis videtur potius locus hic explicandus, prior est de veste, quam accipiebant à gentibus, quarum idololatriam, & mores Iudæi sequebantur, quo se indumento illis conformarent. Ita Chaldæus, *animaduertam*, inquit, *in omnes, qui perstrepunt ad cultum idolorum.* ita Hieronymus, Remigius, Haymo, Lyra, & Dionysius iuxta illud Ezech. 23. 12. *Ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus, & magistratibus venientibus ad se in veste varia, cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum.* & 1. Machab. 1. 12. iniqui dicebant, *eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt.* & 2. Machabæor. 4. 13. *Erat autem hoc, non initium, sed incrementum quoddam, & profectus Gentilis, & alienigenæ conuersationis. Et eorum instituta æmulabantur, & per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes, & peremptores habuerant.* Posterior modus explanandi est Theodoreti, Hugonis, Alberti, Isidori, Vatabli, Montani, & Roberti, de veste pretiosa eorum, qui diuitiis, ac deliciis affluentes, ex purpura ornatum elaboratum, & artificiosum induebant, finitimas gentes imitantes contra legem Deuter. 22. 11. *Non indueris vestimento, quod ex lana, linoque contextum est.* & Leuit. 19. 19. *Veste, quæ ex duobus texta est non indueris.* Atque videtur præcipue aulicos taxare, vt notant Vatablus, Montanus, & Robertus, qui alieno a cetera turba genere vestium, atque ab aliis nationibus, cum earum moribus mutuato se induunt. In quo vitio maxime sunt Hispani, qui vestibus, & idiomate gentium, quibuscum agunt, delectantur. Hi autem duo sensus fere in eundem recidunt: videtur enim cum principibus coniungere ceteros aulicos, qui frequentius gaudent veste peregrina, & varia, cum tamen simplex secundum legem sit.

Superliminare.] Ex Hebræo ad verbum sic legitur. *Et visitabo super omnem transilientem super limen in die illa, implentes domum dominorum suorum rapina, & dolo.* sic transferunt Chaldæus, Pagninus, Tigurina, Vatablus, Montanus, & Robertus; 18
quamuis, quia plurale, *dominorum suorum*, potest accipi pro singulari, *domini sui*, vt transtulit Montanus, Septuaginta, & Vulgatus addiderunt *Domini Dei sui*, quam lectionem non abnuit Vatablus. Et quidem si verba Hebræa absque additione legantur, quia participium דולג *Doleg* significat præ lætitia exilientes, vt patet Isaiæ 35. 6 *tunc saliet sicut ceruus claudus.* & Psalmo 17. 30. *& in Deo meo transiliam murum*: sensus satis commodus est Dauidis Kimhi, ac Roberti: puniam eos, qui vi irrumpunt domos pauperum, & sustollunt bona eorum, quæ deferant ad dominos suos. Vel Vatabli, Isidori, & Roberti, explicantium de ministris nobilium, & principum, qui vbi iniuriam fecerint alicui, mox recipiunt sese intra limen domorum dominorum suorum, vt operam suam illis probent. Vel Montani, qui explicat de iis, qui tanta familiaritate principum vtuntur, vt neque ipso limine retardentur, quominus in ædes, & in secretum conclaue penetrent: vt illi apud Ciceronem in Oratione, quam quidam referunt mihi ignoram. Cliētes autem ad vestibulum admissi, dominum

Solemne sacrificium.

Metaphora sacrificii solennis.

Vocati aues & feræ.

Vocati milites.

Filii regis occisi à Chaldæo.

Vestis gentium idololatrarum colenda.

Vestis peregrina pretiosa.

Aulicorum vestes taxantur.

Taxatur iniquitas eorum, qui ad dominos sedes confugiunt rapinam.

A quoad prodeat expectant; familiarissimi transiliunt limen, tectumque, nemine prohibente, subeunt, qui nimirum domum ipsam domini sui, iniuria, rapina, & fraude partis complent. Ita ait Dominus in die illa sacrificii sui, & visionis, cum ceteris aulicis visiturum se de iis, qui iniuria, & dolo res partas referunt ad dominos suos alacres, adeo vt non dubitent præ lætitia, & familiaritate transilire limen domus, & ad dominos intro sese recipere, vt eis suos dolos, & rapinas probent.

Si autem Vulgari sequamur lectionem, vt debemus, triplex inuenitur illorum verborum sensus. Primus est; Visitabo illos, qui transiliunt limen, dum templum ingrediuntur, nolentes illud calcare more Palæstinorum; & tamen offerunt dona ex rapinis parta. Nam, vt legimus 1. Reg. 5. 4. *cum Philisthym inuenissent arcam Domini in templum Dagon, inuentum est mane caput Dagon, & duæ palmæ eius abscissa super limen: propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon. & omnes qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto vsque in hodiernum diem.* Hunc sensum expressit Chaldæus, cum dixit: *animaduertam in omnes, qui ambulant in legibus Palæstinorum.* Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, R. Salomon, Lyra, & probant Vatablus, & Robertus. Atqui cultus erat, non transilire limen aliorum templorum, quem tantum obseruabant Azotii, quod Dagon illud tetigisset limen, non ob aliam ceremoniam. Addit Lyra, implent domum Domini suis negociationibus, rapina, & dolo, iuxta illud Iohan. 2. 16. *auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Alter sensus est Hieronymi, Remigii, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Dionysii; Visitabo super illos, qui cum quodam fastu, & dignitatis supercilio gradus templi, & sanctuarii limen ascendunt, & tamen templum Dei, quem suum esse dicunt, cum nihil minus, donis, ac victimis, per dolum, furtumve comparatis implent. Nam hunc fastum in incessu reprehendit Deus Isaiæ 3. 16. *Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant; Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion.* & Amos 6. 1. *Væ qui opulenti estis in Sion, ingredientes pompatice domum Israel.* præsertim, si templum Dei ingrediantur. Nam Exodi 3. dictum est Mosi, vers. 5. *Ne appropies huc: solue calceamenta de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Tertium sensum addit Theodoretus, in eos, qui cum impietate, & dolo templum Dei ingrediuntur, induti quidem personam pietatis, clam vero adorantes idola, quasi dicat: Visitabo eos, qui ingrediuntur arroganter in templum, quasi probi sint, & offerunt magnifica munera ex his, quæ dolo, & rapina quæsiuere iuxta Hispanorum prouerbium, *hurtar el puerco, y dar los pies por amor de Dios.*

Sensus 1. non transilien[illegible] limen [illegible] ritu Palæstino[illegible]rum.

Sensus 2. contra fastum.

Sensus 3. contra ex furto offerentes Deo.

19 *A porta piscium.* Vt hunc locum melius intelligamus aduertendum est, vrbem Ierosolymam triplici fuisse muro cinctam, vt refert Iosephus lib. 6. de bello Iudaico, cap. 6. ac priorum duorum murorum meminere Hieron. & Theodor. Remig. Haymo, Albertus, & Lyra; tertii Iosephus lib. 5. Antiq. cap. 2. cum dicit, *capta Ierosolyma inferiori parte, omnes habitatores terræ trucidarunt. at superior natura loci, & munitionibus est defensa* & lib. 7. c. 3. *Dauid, inquit, superiorem vrbis partem, & arcem in ea conditam in vnum corpus redegit, cingendumque eisdem munitionibus Ioabo demandauit.* Vnde Montanus ex R. Ioseph super [illegible] libri 4. Regum triplici muro ait & vrbem Ierosolymam, & ordinum [illegible] regiones fuisse [illegible]: intra p[illegible] [illegible]rum plebem omnem & variarum a[illegible] [illegible]: intra se[illegible]ndum nobilitatem [illegible]gistratus, & liberalium artium studiosos, doctores, & professores, apud quos, & Olda Prophetis habitabat: intra tertium vero mons domus Domini, & arx exædificata erat. Porta piscium erat in primo muro, quam postea reædificauerunt filii Asinaa, 2. Esdræ 3. quæ auctore Hieronymo, Diospolim ducebat, & Ioppen, & vicinior mari erat inter cunctas vias Ierusalem, per eamque pisces inuehebantur in vrbem. è regione huius erat altera porta in secundo muro: quæ media dicitur Ierem. 39. 2. *ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media.* hic secunda dicitur, eadem quæ 4. Reg. 22. 14. secunda vocatur: in qua Olda Prophetis habitabat, auctore Hieron. & omnibus. Hebraice dicta משנה *Misneh*, & Dauid Kimhi, Pagnin. Vatab. Isidor. Montanus. & Rober. affirmant id nomen, scholam, domum, doctrinam, aut Academiam significare, propterea in ea Olda habitabat, & docebat. Colles deinde intelligit superiorem vrbis partem, in qua erat regia, & templum in monte Sione, & Moria, vt dicunt Hieron. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. Recte ergo Theodor. Cum hostes murum perruperint, & portas aperuerint, clamores edentes, & vociferantes, ad secundum murum perfugietis, sed nihilo secius illius porta hostibus patefacta vlulantes interficiemini: & tametsi quidam ex vobis montium fastigia occupauerint, & domos altas ascenderint, perdentur tamen, ac conterentur. Ex variis ergo locis Ierusalem audietur magnus planctus.

Porta piscium in primo muro versus Ioppen.

Porta media aut secunda in muro secundo Misneh schola.

Pilæ.) מכתש *Machtes, pila*, prima producta, vas concauum est, in quo frumenta siccata tunduntur, auctore Hieronymo, & medicorum aptum vsui, Græce ὅλμος, *pila* vertit Aquila Prouerb. 27. 20
D 22. *Si contuderis stultum in pila, seu in mortario, non recedet ab eo stultitia eius.* Iudic. 15. 19. *aperuit Dominus machtes foueam dentis.* aut *molarem dentem*, LXX. verterunt, *plangite qui habitatis concisam.* Nempe vrbem, cuius ciues, vt aiunt Theodor. & Remig. concisi peribunt, quod imitati sint Chananæorum impietatem. Sed iuxta Chaldæum, Hier. Albertum, Hugo. Dion. Vat. Isido. Montan. & Rob. locus fuit in vrbe profundus, qui propterea mortarium, seu pila nominatur, & à Chaldæo *Vallis Cedron*, ab Hieronymo *Vallis Siloe*, ad portam aquarum, per quam egrediebantur in torrentem Cedrum. ait enim Iosephus lib. 6. de bello Iudaico c. 6. Ierosolymam conditam esse super duos colles, interueniente valle discretos, quæ ad Siloam pertinet, ita enim fontem dulcem, ac plurimum vocat. Sensus ergo Hieronymi, Remigii, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Dionysii est: Plorabunt habitatores Pilæ; quia sicut frumenta feriente desuper vecte contunduntur, ita de porta piscium, & de porta secunda, & de collib. proruens in illos decurret exercitus. Vel secundum

Vallis Cedron pila. Iosephus.

Sensus 1. de ciuibus vallis contundendis. Sensus 2.

Ierosolymæ murus triplex. Iosephus.

Vatab.

De venditoribus escarum.

Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus, quia eo in loco esset forum rerum omnium venalium, pistorum, laniorum, coquorum, fartorum, piscatorum, & similium; Propheta denuntiat omnes illos vlulaturos, quod iam nulli vsui vrbi vastandæ essent futuri: & confirmat hunc sensum, quod sequitur; quod omnis negotiatio cessabit.

Sensus 3. de aliis ciuitatibus.

Sunt qui hæc nomina accommodent ciuitatibus Iudææ, nam Lyra ipsam Ierusalem vocat Pilam, quod in medio sit Iudææ; vel quod in ea omnia essent venalia, & religio ipsa ad lucrum comparata. Hebræi, vt R. Salomon Tiberiade in *Machtes*, seu pilam putant, quod sit in demissiori loco. Portam piscium Acco seu Ptolomaidem in littore maris: *Mons luz* vrbem vicinam Ierosolymæ colles, Hippon, seu Sephorim. Verum nullo nititur hæc sententia fundamento.

21 *Conticuit.*] Ratio præcedentis vlulatus est, nam in Hebræo dicitur, כי *chi*, quia succisus est, aut exterminatus omnis populus Chanaan, negociator, aut mercator; succisi sunt omnes latores argenti, qui magnam copiam pecuniæ illuc, id est, in forum illud apportabant ad negotiandum, quibus deficientibus, & forum deficere necessarium est.

Negotiatorum interitus.

& licet quidam intelligant ipsos Chananæos mercatores, qui exercebantur mercatura, vnde Prou. 31. 24. dicitur, *cingulum tradidit Chananæo.* & Hoseæ 12. 7. *Chanaan in manu sua statera dolosa*; at verius est loqui de Iudæis mercatoribus, qui imitabantur Chananæos. ita Chaldæus, dicens, *perijt populus, cuius opera similia erant operibus populi terræ Chanaan.* ita etiam Vatablus, Montanus, Robertus, *qui veniebant onusti argento*, hoc est, ferentes pecuniam, aut argentum ad negotiandum, seu opulenti pecuniis. Sed Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Lyra, & alii hanc clausulam, non vt rationem præcedentis, sed seorsim explicant.

Iudæi imitatores Chananæorum perdendi.

Peribit omnis populus Iudæorum, qui imitati sunt mores Chananæorum; peribunt quoque omnes diuites, qui argento inuoluti incedunt, vestibusq; preciosis induti, vt Thren. 4. 2. *Filij Sion, inclyti & amicti auro primo.* ad quem sensum magis inclinat Chaldæus cum ait. *Perijt populus, cuius opera similia sunt operibus populi terræ Chanaan: excisi sunt omnes diuites opibus*, vel vt refert Montanus, *sublati sunt opulenti pecunijs.*

22 *In tempore illo.*] Vastata Ierusalem per Chaldæos, è latebris detegi faciam eos, qui sese absconderint. ita Lyra, Dionysius, Vatablus, Montanus, & omnes alij; nisi quod Hieronymus, Remigius, Haymo, & Hugo de Romana captiuitate etiam explicant.

Scrutinium lucernarum metaphoricum.

Scrutinium autem hoc per lucernas, per translationem dictum volunt Hieronymus, Theodoretus, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus, de exactissima inuestigatione eorum, qui sese abdiderint, Lyra proprie,

Alii verò.

quod vti accidit in postrema captiuitate de cloacis, speluncis, & sepulchris extractos Iudæos, vt refert Iosephus lib. 7. de bello Iudaico c. 17. 26. & 30. ita futurum prænunciat in hac Chaldæorum captiuitate.

Iosephus.

23 *Defixos.*] Coagulatos, aut incubantes fæcibus suis, qui summo ocio, & tranquillitate potiuntur diuitiis, ac deliciis suis, vt intelligunt Kimhi, Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus, à vino sumpta metaphora, vt Ierem. 48. 11. *Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt, idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus.*

Metaphora à vino.

Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, intelligunt eos, qui confidunt in robore corporis, vel potius qui resident in peccatis suis. Sed Chaldæus priorem expositionem sequitur. *Animaduertam in viros, qui summa tranquillitate fruuntur in diuitijs suis*; quibus vt gaudeant nolunt credere futuram calamitatem.

Fortitudo.] Hoc nomine substantiam intelligit, ac diuitias, vt accipiunt Chaldæus, Albertus, Lyra, Tigurinus, Vatablus, & Montanus, iuxta Prouerb. 31. 29. *multæ filiæ congregauerunt fortitudinem*, seu *diuitias*. At Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, & Dionysius vires, seu exercitum intelligunt. Sed quod subiicitur, *& domus eorum in desertum*, ostendit in prioribus verbis sermonem fuisse de direptione diuitiarum, vt indicat quoque Theodoretus.

Dies Domini.] De die captiuitatis per Chaldæos loquitur, vt omnes fere intelligunt, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Montanus. At Albertus, & Vatablus, de extremo iudicio; sed non nisi mystice. Vtitur autem Propheta amplificatione, & multorum congerie, quo summam stragem ostendat futuram.

Tribulabitur.] צרח *Tsoreah*, non *tribulationem* tantum, sed *magnum clamorem, & grauem vociferationem* significat, vt Isa. 42. 13. *Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prœliator suscitabit zelum, vociferabitur, & clamabit, super inimicos suos confortabitur.* Quod si legamus. *Vox diei Domini amarum vociferantis*: aut *amarum vociferabitur ibi fortis*; sensus est Vatablus, & Robertus. Vox diei illius, & clamor amarus militum Chaldæorum, tam auribus auditur fere, quando fortis quisque ex illis improbos Iudæos interficiet. Vel fortis vociferabitur ibi amarum; auditur enim vox atrox, & horrenda fortium expugnantium Ierusalem. Verius Hieronymus, Remigius, Haymo, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus de Iudæis ipsis explicant, in quibus ipsi fortes in die illa magnos edent eiulatus: dies enim illa amaris replebitur clamoribus. Vel à fortibus ipsis, quanto magis ab ignauis? Quem sensum habent Chaldæus, cum dicit; *ibi fortes interficientur.* & Tigurina, *ibi fortis turpiter eiulabit*, nempe, præ mœrore, & afflictione summa.

Super angulos.] Super excelsas turres, quæ in angulis murorum solent ædificari, vt Theodoretus, Lyra, Dauid Kimhi, Dionysius, Tigurinus, Vatablus, Montanus, & Robertus; nam Chaldæi adeo agiles erunt, ac prompti vt excelsissimas turres conscendant. Hugo metaphorice intelligit principes, qui anguli populi in Scriptura vocari solent, eo quod populos contineant: sed proprie accipi ex adiunctis satis colligitur. Hæc autem omnia ex igne zeli Dei mala profectura denunciat: qui tam est fortis, quam fortis erat amor, quo plebem suam diligebat: nam zelus ex amore proficiscitur, quatenus ergo modo nos amat Deus, eatenus in die iudicii vltionem de nobis sumet.

SOPHONIÆ PROPHETÆ

Paraphrasis.

[1] Conuenite vosmetipsos, quo conscientiæ vestræ maculas scrutemini, & auferatis gens [2] amore Dei indigna, deinde congregamini, vt idem officiú exerceatis in alios [3] priusquam diuinum decretum adducat diem illum captiuitatis, tam celeriter, q̃ celeriter solet transire puluis vento agitatus. Antequam veniat, [...] et, dies, in quo Deus exeret aduersus vos vim furoris sui, & indignationis: interim enim eum placare poteritis. Idcirco vos, qui humiles, ac mansueti perstitistis præ aliis terræ huius hominibus, vel improbis precibus illum inquirite placatum, [4] qui præcepta eius obseruastis, quærite [5] iustitiam, & mansuetudinem, atque in eis officiis perseuerate, vt vel sic latere positis in die illo furoris Domini, & liberi euadere: fugere enim ad finitimas nationes non dabitur. [6] Nam Gaza penitus destruenda est, Ascalon vet desertum relinquenda, ciues Azoti [7] aperto Marte, non clam vrbe sua pellendi, & Accaron funditus euertenda: quin & Cerethæis, qui circum maris littora habitant, tristis eueniet ruina. Nec præteribit intacta vniuersa regio Chanaan, quam incolunt Philisthæi, nam & contra ipsam Dominus locutus est, quod relinquenda sit à Chaldæis absque vllo habitatore. & vniuersa terra maritima [8] in pastorum, pecorumque vsus reniansura. Nam [9] qui redierint Iudæi e captiuitate Babylonica occupabunt regionem Philisthinorum ad sua pecora pascenda, & in ruinis Ascalonis commodum locum reperient magalibus construendis, quo se greges cum pastoribus noctu recipiant. Nam visitaturus est eos Dominus, & liberos de captiuitate reducturus. Non est oblitus Dominus [11] opprobria, & conuitia, quibus suum populum insequentur Moabitæ, & Ammonitæ, cum ducerent captiuos, [12] insolenterque loquentur contra, eorum terram, dicentes. caret habitatoribus, occupemus eam. Idcirco ait Dominus iniuriarum vltor, Deus Israel, Viuo ego, quod funditus euertetur Moab, vt Sodoma, & Ammon, vt Gomorrha, & vrbes eorum arescent, [13] vt siccæ vrticæ, & in [14] terram salebrolam redigentur, & in solitudinem perpetuam. [15] Qui reliqui fuerint, liberi e iugo gentium, Machabæi, diripient, ac possidebunt illorum terras. Hocque illis eueniet pro superbia sua, & pro conuitiis, quibus insultarunt, atque insolenter se exerunt in populum qui sub patrocinio erat Domini exercituum. Terribilis sane erit Dominus aduersus illos, siquidem non tantum ipsos subuertet, sed & [16] deos eorum delebit. Quid vero mirum hoc? etiam deos vniuersæ terræ per reliquias populi sui Apostolos est contriturus, & ita res commutaturus, vt in omni loco, tam continenti, quam insularum sit vnus verus Deus adorandus. Nec solum Ammonitas, & Moabitas est Deus euersurus, vt diximus, per Nabuchodonosorem, sed vos quoque [17] Æthiopes gladio eius estis interficiendi. Conuertetque se [18] ad Aquilonem, ad vastandam Assyriam, & euertet Niniuen, in solitudinem redactam iniuam, instar deserti, vt in ea [19] greges pasci possint, & animalia gentium vicinarum stabulari. [20] Onocrotalus, & [21] Ericius in ostiorum cardinibus secure morabuntur diruttarum domorum, sed & in fenestris vox sonabit auicularum cantantium, & [22] coruus in superliminari considebit. Nam consignatio cedrina, structuraque ex robore confecta, est [de]struenda. Tunc qui illam videbunt, obstupefacti dicent, [24] hæccine est vrbs illa exultabunda, & sibi fidens, quæ nihil sibi timebat? Hæccine quæ secum ipsa arrogauter dicebat, Ego sum, quæ sola dominor, & nulla est alia quantumuis magna, quæ mecum possit comparari? quomodo redacta est in solitudinem, & solum deserui ad cubilia bestiarum? quicumque per eam transient, eam irridens [25] exsibilabit, & plaudentibus manibus de illius euersione gaudebit.

Cap. II.

[1] *Conuenite, congregamini gens [2] non amabi-* 1
lis. [3] Priusquam pariat iussio quasi puluerem 2
transeuntem diem, antequam veniat super vos dies indi-
gnationis Domini. Quærite Dominum omnes man- 3
sueti terræ, qui [4] iudicium eius estis operati. quærite [5]
iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini
in die furoris Domini. [6] Quia Gaza destructa erit, 4
& Ascalon in desertum, Azotum [7] in meridie eycient,
& Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum 5
maris, [8] gens perditorum. verbum Domini super vos
Chanaan terra Philisthinorum, & disperdam te, ita vt
non sit inhabitator. Et erit funiculus maris [9] re- 6
quies pastorum, & caulæ pecorum. [10] Et erit funicu- 7
lus eius, qui remanserit de domo Iuda: ibi pascentur, in do-
mibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit
eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum.
Audiui opprobrium Moab, [11] & blasphemias filiorum 8
Ammon, quæ exprobrauerũt populo meo, [12] & magnificati
sunt super terminos eorum. Propterea viuo ego, dicit 9
Dominus exercituum Deus Israel, quia Moab vt Sodoma
erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, [13] siccitas spina-
rum, & [14] acerui salis, & desertum vsque in æternum:
[15] reliquiæ populi mei diripient eos, & residuum gentis
meæ possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua: 10
quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super popu-
lum Domini exercituum. Horribilis Dominus super 11
eos, & attenuabit [16] omnes deos terræ: & adorabunt
eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed & vos 12
[17] Æthiopes interfecti gladio meo eritis. Et ex- 13
tendet manum suam [18] super Aquilonem, & perdet
Assur: & ponet speciosam in solitudinem, & inuium, &
quasi desertum. Et accubabunt in medio eius [19] gre- 14
ges, omnes bestiæ gentium, & [20] Onocrotalus, & [21] E-
ricius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fe-
nestra, [22] coruus in superliminari, quoniam [23] atte-
nuabo robur eius. [24] Hæc est ciuitas gloriosa habitans 15
in confidentia: quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra
me non est alia amplius. quomodo facta est in desertum
cubile bestiæ: omnis, qui transit per eam, [25] sibilabit, &
mouebit manum suam.

ARGVMENTVM.

Hortatvr ad conscientiæ labes proprias eluendas, & proximorum, & alia officia pietatis præstanda, si velint ipsi euadere exitium definitum: quod obruturum est Philisthæos, Ammonitas, Moabitas, Æthiopes, ipsamque Niniuen Assyriorum metropolim, ob iniurias illatas populo Dei.

COM-

COMMENTARIVS.

1 CONVENITE.] Duo sunt hæc verba, quæ idem videntur habere significatũ: prius התקוששו hithkosasu reciprocam habens significationem, in eo, cum quo est sermo, manentem, nempe *scrutamini vos ipsos, disquirite,* aut *colligite vos,* aut *colligimini à vobis.* Posterius verbum est actiuum transitiuum קשו Kosu, *& scrutamini alios, disquirite, colligite,* aut *congregate alios.* Est enim minutatim paleas, seu stipulas colligere, quæ exactissima egent perscrutatione. Et est sensus Dauidis Kimhi, Pagnini, Vatabli, Isidori, Montani, & Roberti. Scrutamini vos à maculis vestris malis, scrutamini animos vestros, & conscientias, vt inde eiiciatis peccata, & scelera: deinde scrutamini alios. Agite vos primo pœnitentiam, deinde eodem prouocate alios. Matt. 7.4. *Eiice primum festucam de oculo tuo, deinde eiicies de oculo fratris tui.* hunc sensum habet Vulgatus, cum ait, *Conuenite vosmetipsos, & congregamini,* id est, mutuo officio vos iuuate. Et Septuaginta, *congregamini à vobis ipsis, & colligamini,* vt ait Theodoretus, pœnitentiæ remediis, & vinculis, iuxta Isaiæ 1.6. *non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas.* Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius ita exponunt. Conuenite simul omnes, qui varia studia sequebamini, iam hunc, iam illum colentes Deum, & congregamini in vnam voluntatem charitate copulari, vt vno animo, iisdemque studiis vnum Deum colatis, humero vno, vt infra dicitur cap. 3. Vel vt ait Lyra, congregamini in vnum locum diuini cultus, ad impetrandam remissionem peccatorum. Potest & sic exponi. Conuenite nunc omnes, & congregamini simul; vt audiatis me dicentem quomodo effugere valeatis iram Domini, antequam veniat, nempe quærendo Dominum.

Sensus 1. de conscientiæ labibus.

Sensus 2. de cultu Dei persequendo.

2 *Non amabilis.*] Hebr. *gens non* נכסף *nichsaph desiderata,* seu *non auiata,* aut *non concupita,* pro, non desiderabilis, aut non amabilis. Vulgo, *que no es de codicia,* solent enim Hebræi participium præteriti vsurpare pro nomine verbali. 2. Reg. 1. 23. *Saul, & Ionathas amati,* pro *amabiles nimis.* Psalmo 138.14 *mirata* pro *mirabilia opera tua.* & est sensus iuxta Hieronym. & sectatores; gens amore indigna. Septuaginta vertunt, *inerudita,* id est, rudis, & imperita bonorum, vt ait Theodoretus; vel inuerecundia, vt ait Ioseph Kimhi, cui nõ est pudor, *esenta descarada,* Chaldæus, Tigurinus, & Isidorus, transferunt actiue, *gens non desiderans,* scilicet resipiscere; quæ non vis te scrutari, & alios requirere; *gens nolens conuerti ad legem*; vt ait Chaldæus, vel quæ nullo teneris affectu, aut desiderio legis Dei. *que no arrostras al seruicio de Dios.*

Participiũ præteriti pro nomine verbali. Epithetũ plebis Iudaicæ.

3 *Priusquam.*] Hebr. *Antequam pariat decretum, sicut gluma abijt diem.* Vulgatus ita hæc verba contexuit. Antequam pariat decretum diem, qui abiit, aut transiit, sicut gluma, palea, aut puluis, hoc est, priusquam decretum, aut iussio Dei adducat diem illum captiuitatis, qui transibit, seu veniet, vti puluis vi magna venti agitatus. ita exponunt Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus. Verum Septuaginta, Chaldæus, Theodoretus, Hebræi, Lyra, Pagninus, Vatablus, Isidorus & Robertus similitudinem pulueris, aut glumæ applicant populo. Sic ergo contexuerunt verba supradicta. Antequam pariat decretum diem, quo pertransibitis sicut puluis, aut gluma, quæ euanescit: aut in quo disperibitis sicut puluis; qui à vento rapitur, & dispergitur, aut sicut verni flores defluetis, ac decideritis. Iuxta hunc sensum dixerunt Septuaginta, *Antequam fiatis sicut flos pertransiens diem,* hoc est, secundum Theodoretum, ne quemadmodum verni flores defluatis, & decidatis, diuina ira vos impetente. Chaldæus multa supplet, dum ait. *Antequam prodeat contra vos sententia domus iudicij, & similes sitis stipulæ, quam rapit ventus, & vt vmbra quæ transit à facie dei.* & Lyra qui sic legit. *Antequam pariat iussio deffinitam pœnam,* id est, tollat vos de terra vestra, ita velociter, vt ventus tollit puluerem, & sicut Sol suo transitu veloci facit diem. Vterque sensus verbis Hebræis optime conuenit, sed Vulgati lectioni prior.

Sensus 1. de elatate Dei.

Sensus 2. de fragilitate populi.

4 *Iudicium.*] Præcepta eius, vel legem, Chaldæus, Hieron. Remig. Haymo, & omnes intelligunt: nam iudicia præcepta Dei solet Scriptura appellare. Psalmo 17. 23. *quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo.* Exod. 21.1. *Hæc sunt iudicia quæ propones eis.* Solum aduerte Septuaginta adiungere iustitiæ, & humilitati, per imperatiuum, iudicium operamini, id est, vt ait Theodoretus, in recto, & iustitia curas, & operas, ponite.

Iudicia præcepta.

5 *Iustum.*] Hebr. *quærite iustitiam, quærite mansuetudinem,* & Hieronymus quidem, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Vat. Deum ipsum iustum, & mansuetum intelligunt, qui est ipsa iustitia, & mansuetudo. Hortatur enim mansuetos, qui & pauperes; & humiles, qui vacant legis obseruationi, vt ipsi exemplo sint aliis, eosque manu ducant ad quærendum Deum iustum, & sanctum; cui sunt similes, vt sic ab eo protecti, in illo die liberentur, aut protegantur saltem. At Septuaginta, Chaldæus, Theodoretus, Vatabl. Mont. & Rob. vitam iustam, & mansuetam exponunt, in qua iustitiam cum mansuetudine colant. Et quamuis Vatablus nomine *iustitiæ* virtutem illam peculiarem, qua proximis iustum redditur velit intelligi, ceteri tamen timorem Domini, & omnem virtutem accipiunt, quæ hominem iustificant, ac legi Dei iustũ reddunt, & conformant. quam expositionem & ipse Vat. amplectitur. Nomine vero *mansuetudinis* modestum, ac temperatum viuẽdi genus, & vniuersam morum compositionem exponunt Theodoret. & Montanus. Potest & eo nomine significari paupertas, tum etiam humilitas, vti Hebræo nomine significantur. ענוה hhnanah enim humilitatem, aut summissionem animi dicit, vt Prou. 15. 33. & c. 18. 12. *& gloriam præcedit humilitas.* & c. 22. 4. *finis humilitatis timor Domini.* Vnde nomen significans mansuetum, pauperem, & humilem ענוים hhanauim, quod ponitur initio huius clausulæ. nam Prou. 3. 32. quod dicitur, *mansuetis dat gratiam,* Septuaginta & Apostoli 1. Pet. 5. & Iacob. 4. verterũt, *humilibus autem dat gratiam,* & quod Isaias dixit c. 61. 1. *euangelizare mansuetis misit me.* Septuaginta quos retulerunt Matth. c. 11. & Luc. c. 4. traduxerunt, *euangelizare pauperibus misit me.*

Iustum iustitiam vel virtutem omnem notat.

Mansuetudo humilitatem, seu paupertatem dicit.

6 *Quia Gaza.*] Cuius reddat rationem cõiunctio causalis כי *quia,* aut quomodo connectantur hæc

Connexio varia verborum.

verba

verba cum præcedentibus, decertatio est inter expositores. Videtur enim ratio reddi eius, quod dictum est. *Si quomodo abscondamini in die furoris Domini.* Qui tantus erit, ait Hieronymus, vt regiones omnes circumuicinas peruasurus sit. Quia Gaza destruetur. ad eundem sensum connectunt Remig. Haymo, Hugo, & Dionysius: sed Theodoretus ita coordinat. Si vos resipiscitis, salutem assequemini, exteræ vero vrbes prædictæ sustinebunt. Isidorus sic. Non erit in die illa, vt vicinæ gentes vestram vobis congratulentur desolationem, cum & ipsæ eidem subiiciendæ sint calamitati. Robertus sic ait. Adeo iratus est Dominus, vt non tantum vobis timendum sit à futura calamitate, sed vicinis quoque gentibus. Montanus nouam init rationem contexendi: nam illis verbis. *Si quomodo absconda mini in die furoris Domini:* seu *protegamini*; putat significari, Iudæos pœnitentia, & precibus obtenturos, non vt non vastentur, sed ne ita penitus vastentur, vt non protegantur in captiuitate Babylonica, & seruentur ad libertatem in reditu, iuxta illud Threno. 3. 22. *misericordia Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius*; nobis alias funditus perituris; cum tamen vrbes vicinæ penitus destruendæ sint. Verum prædictum sensum nemo vel attigit: nam Propheta hortatur ad resipiscentiam, & ad preces; quibus sperat hoc malum vastitatis Iudææ effugiendum, & Iudæos liberandos; à quo non sint liberandæ vicinæ gentes. Sane si verba illa [*si quomodo abscondamini in die furoris Domini*] ad omnes Iudæos referantur, quorum pœnitentia, & conuersio postulata est, vt omnes fere intelligunt; illa commodior connexio est

Connexio commodior.

fortasse, vos liberabimini ab illa communi calamitate, à qua nulla alia gens se poterit liberare, quia Gaza destruetur. Si vero referantur ad mansuetos terræ, & præceptorum diuinorum obseruatores, vt videntur referenda; quibus dicitur. *Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini.* hæc erit connexio. Ne vos ô viri probi futura calamitas obruat: Dominum precibus, & actionibus iustis propitium reddite: fortasse vos proteget aliqua sibi nota ratione: fugere enim ad vicinas gentes non dabitur; quia Gaza destruetur, & cetera. In nominibus harum vrbium id vnum adnotandū; Sophoniam vsum illa verborum allusione, quā Hebræi vocant *Zahmb*, Græci, *pronomasiam*. Latini *adnominationē*, qualis illa Terētii Heauton. Actio 2. scena 3. *huic dari verbera, tibi verba.* Ita Sophonias *Azah azubah Gaza destructa erit. Asdod batsaaraim Azotum exposita ad meridiem vastabitur. Ekronteaker Accaron eradicabitur.* diximus Amos 1. de his vrbib.

Paronomasia.

7 *In meridie.*] Non per insidias, & clam: sed aperto Marte, in ipsa clara luce meridiei, quando homines solent esse vigilantiores, & attentiores; ita Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatablus, M. & Rubertus. Verum Dauid Kimhi, quem referunt Vatablus, & Robertus, sic explicat. hostes Azotios expellent non minus quam pestis, & alii morbi, qui cito enecant, vastant, & perdunt in meridie; nam in meridie sæuiur pestis serpit. Vnde Psalm. 90. 6. *ab incursu, & dæmonio meridiano.*

Meridies clara lux.

8 *Gens perditorum.*] Hebr. Gens כרתים *Cerethim.* Quam gentem hæc vox Hebræa designet au[cto]res differunt: nam nomen es[se] gentis affirmant Hebræi, R. Salomon, Dauid Kimhi, Pagninus, Vatablus, Isidorus, Montanus, & Robertus, & Ceretheos vocant. Sed Hieronymus hoc loco, & super cap. 25. Ezechielis, insinuat nomen hoc significare in vniuersum Palæstinos. Atque ita videtur Dauidi Kimhi, Vatablo, Isidoro, & Roberto. siquidem nominibus *Chanaan*, *Philisthiim*, *& Cerethim* Propheta vocat eos qui circum maris oram habitabant. Verum certius est, quod asserunt R. Salomon, Abulensis q. 10. in 30. caput 1. Reg. Vatablus, ibi, & hic Montanus, Ceretheos gentem esse peculiarem Palæstinorum, quæ definitam inter eos regionem incoleret ad Meridiem. Idque recte probatur ex 1. Reg. 30. 14. vbi seruus Ægyptius sic ait. *Siquidem nos erupimus ad australem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Sicelec succendimus igni.* & vt intelligas *Cerethi* esse partem Philisthinorum, subdit versu 16. *Ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ, comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda, & spoliis, quæ ceperant de terra Philisthijm, & de terra Iuda.* Sane Palæstini per oram maris ab Austro in Septrionem fusi habitabant, Cerethi ergo, qui ad Austrum, peculiaris regio erat. Ezechiel quoque cap. 25. 16. sic ait. *Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & excidam Cerethim, & perdam reliquias maritimæ regionis.* prius statuit in vniuersum Palæstinos, deinde distribuit per Cerethim, & reliquias. Eodem modo loquitur noster Propheta de sorte circum mare, quæ obtigit inter omnes Palæstinos Ceretheis; dicens: *Væ qui habitatis funiculum maris gens Cerethim.* Voluit autem consulto Propheta nomine ipso futuram genti excisionem denunciare; nam *gens Cerethim*, idem est, quod *gens excisorum*, seu *perditorum.* Atque ita veteres interpretes transtulisse asserit Hieronymus: nam Aquila, & Quinta editio interpretati sunt, *genus ὀλεθρίων perditum.* Theodotion *genus ὀλέθριας perditionis*, Symmachus quoque *genus ὀλοθρευόμενον exterminatum.* Itaque vt ait apud Ezech. ceteri translatores ὄλεθρον *interfectionem.* vel *perditionem*, interpretati sunt, & Chaldæus dixit, *populus excisione dignus, aut damnatus excidio.* quos secutus Vulgatus vertit; *gens perditorum*, Hugo quoque, M. & Montan. *gens interfecta*, vel *interficienda*, aut *excindenda* à Chaldæis. Verum est Hieronymum super 25. Ezechielis per actiuam significationem exposuisse; *gens interficientium*, aut *perdentium*, & veteres ait, *interfectores*, aut *interfectionem* vertisse, quomodo ibi Vulgatus dixit; *interficiam interfectores.* & Tigurina hic, *gens vastatrix*: quod gens esset ferox, & crudelibus, & cædibus assueta.

Cerethi Chananæi.

Cerethi gens peculiaris.

Cerethi gens perdenda. & cædibus assueta.

Dubium tamen est vtrum ex hac gente fuerit legio Dauidis, quæ dicebantur Cerethi: sicut & Phelethi: erant enim duæ legiones Dauidis latus custodientes. & Chaldæus quidem existimauit fuisse duas cohortes Dauidis, sagittariorum videlicet, & fundibulariorum. Alii, quorum meminere Abulensis q. 25. super cap. 15. libr. 2. Reg. & Vatablus in idem caput; & Robertus eo capite, & 8. existimarunt fuisse consiliarios, & iudices, & legisperitos, & Ceretheos dictos, quod haberent verba præcisa, & decernerent de omnibus: Pheletheos vero vocatos, quod haberent

Quinam Cerethi. & Phelethi.

Variæ sententiæ.

opera

opera mirabilia, & cognoscerent de rebus arduis, ac difficilibus, quibus præerat Banaias filius Ioiadæ: Reg. 8. 18. & c. 15. 18. Burgensis vult hos fuisse velut lictores Romanorum; & Cerethi, qui noxios perderent; & Phelethi, qui innocentes tuerentur. Erat enim penes eos executio iustitiæ. Abulensi tamẽ eo loco verius videtur fuisse duas turmas pugnatorum mirabilium, & selectorum militum, qui custodiebant latus Dauidis: legiones vocat Vulgatus 1. Paral. 18. 17. *Banaias filius Ioiada super legiones Cerethi, & Phelethi*, & 2. Reg. 15. 18. *& vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi, & Phelethi.* Quos Iosephus 7. Antiq. c. 11. corporis custodes vocat, & armatos, qui circa aulam versantur & cap. 10. dixerat. *Banaias satellitibus, & sexcentorum cohorti à rege præponitur.* & c. 6. *Banaiam Ioiada filium satellitio suo præposuit: omnes regis seniores filii inter patrui satellites versabantur.* Hanc autem cohortem satellitum Cerethi, sicut & Phelethi, fuisse ex familiis Israel, affirmant Dauid Kimhi, & insinuat Abulensis loco iam dicto: quibus tamen ex officio ea nomina sunt imposita; nam *Cerethi*, excisores, interfectoresque dicuntur, quod iugularent, & interficerent, vt dixit Hieronymus super 25. Ezechielis. & Pheleti ii sunt selecti milites. Alii putant has duas familias ex Palæstina fuisse, quæ quia erant bellicosissimæ, & fideles, à Dauide accersitæ sunt, vt earum præsidio stiparetur. Quibus similis est cohors Cæsaris Hispana, aut ex Burgundia conducta. & sanè videntur hi esse euocati ex Ceretheis, quibuscum amicitia coniunctus fuerat Dauid, cum habitaret in Siceleg, & eripuisset ex Amalechitis prædam; quam tulerant de Cerethi, & Iuda, & Siceleg ad Meridiem, 1. Reg. 30. 14. ipse, & sexcenti viri ex Hebræis, quos secum duxerat, cum fugit ad Achis regem Geth. 1. Reg. 27. 2. Nam cum rediit ex Philisthea in Iudæam, secum tulit sexcentos illos viros de Geth, & legiones Cerethi, & Phelethi, super quos cum familiam sibi constituisset initio regni, præfecit Banaiam, 2 Reg. 8. 18. vnde mox 2. Reg. 15. 17. de Dauide fugiente à facie Absalon, dicitur. *Egressus rex, & omnis Israel pedibus, stetit procul à domo: & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi, & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi, sexcenti viri, qui secuti eum fuerant de Geth, pedites præcedebant regem.* Atq; hæc dicta sint, vt explicaremus gentem Ceretheorum.

Veriorsententia, fuisse legiones militum.

Iosephus.

Cerethi, & Phelethi ex filiis Israel.

Palæstinæ regione euocati.

9 *Requies pastorum*] Summam terræ Palæstinorum vastitatem futuram his verbis denunciat Propheta, in qua nihil maneat præter solum ipsum herbiferum ad pascẽdos greges aptum: vt omnes communiter intelligunt; cum statim reditum Iudæis promittat. Hanc autem Palæstinæ regionis destructionem, sicut & aliarum gentium, post excidium Ierosolymæ futuram ex Ieremiæ cap. 47. & Ezechielis cap. 25. & 26. constat: atque ita accidisse Hieronymus affirmat in cap. 23. Isaiæ prope initium. *Legamus, ait, Græcorum historias, & maximè eorum, qui Assyria genus bella describunt, ibique reperiemus post captiuitatem Ierusalem Palæstinos, & Arabes, & Damascenos ac deinde Aegyptios fuisse subuersos.*

Iero... atam ... reliquæ ... vastatæ sunt.

10 *Erit.*] Hæbr. *& erit regio residuo domus Iuda.* Promittit Iudæis regionem Palæstinorum, non vt eam incolant, sed vt in ea suos greges pascant. Per residuum autem domus Iuda possumus intelligere, vel illos paucos, qui relicti sunt post vastatam Iudæam à Nabuchodonosore, ad colendam terram, multitudine ducta captiua in Chaldæam; & hos non. Qui vel non habebant greges, quos pascerent, vel si habebant, paucos illos quidem, & quibus sufficeret omnino ipsa Iudæa. Possumus deinde intelligere illos, qui post subuersam Iudæam, & absolutam captiuitatem, transactis 70. annis, reliqui manserunt, & redierunt liberi in terram suam. & hos quidem Hieronymus, Theodoretus, & reliqui omnes intelligunt. Nam his promittit reditum. cum ait; *quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum*; & post reditum tantam felicitatem, vt in agro Palæstinorum deserto pascant greges copiosos; & in loco domorum Ascalonis destructarum pastores pernoctent, & accumbant cum gregibus suis. Et quidem Hieron. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. Isidorus, & Montanus, hæc tunc putant impleta, cum sub Zorobabele, & Iesu cœperunt incolere terram: nam tunc pascebant greges suos in agro Palæstino. Solus Vatab. allegoriam esse putat; quod scilicet filii Iuda reducti habitabunt in vrbibus desertis Palæstinorum. & ibi à Deo summo pastore pascentur. & ibi pernoctabunt. Theodoretus existimat hoc impletum per Machabæos, quando Simon, & Ionathas ceperunt Gazam, Ascalonem, Ptolomaidem, vt diximus super Abdiam. Nec enim sub Zorobabele legimus quicquam huiusmodi factum esse. Theodoretus, & Isidorus addunt, hoc perfectè impletum per Apostolos, qui ex omni Israel reliqui erant, ex captiuitate diaboli reducti ad susceptionem legis Euangelicæ, quæ primùm legata est in Ierusalem; qui quidem profecti sunt in terram Palæstinorum; nam Philippus missus est Actuum 8. in viam, quæ ducit Gazam; & inuentus est in Azoto, vbi pauit aliquos, perfundens prius luce Euangelica.

De reditu in terram Israel sub Zorobabel.

...impletũ per Machabæos, & ... tum per Apostolos.

Et blasphemias] Nomen גדופים *ghiduphim* idem videtur quod præcedens nomen חרפה *herphah*; tantum differunt, quod *herphah* in re positum est, & *probrum* significat; at *ghiduphim* in verbo, *conuitium*, seu *maledicentiam in populum*, vt hoc loco intelligunt Chaldæus, Remig. Albertus, Lyra, Vatab. Montan. & Robertus, blasphemiam hoc conuitium in populum Israel à Chaldæis dentum, iactum. Vnde LXX. hic verterunt. *Audiui opprobria Moab, & contumelias filiorum Ammon.* ita 4. Reg. 19. 22. dicitur; *cui exprobrasti, & quem blasphemasti.* Verum Hieronymo, Theodoreto, Haymoni, Hugoni, & Dionysio videtur hoc conuitium, & hanc blasphemiam in Deum iactatam: nam irrisoriè lætabantur de malis populi Dei, & Deo ipsi conuitiabantur, quasi non potuisset liberare populum suum. Verior tamen est prior intelligentia: quod hic, & vbiq; de contumeliis harum gentium contra Dei populum queruntur Prophetæ. Quamuis autem Hieronymus, Remigius, & Haymo cum eo, per *Moab* intelligant vrbem, dictam postea Areopolim, id est, Martis ciuitatem, & *Ammon* vrbem Arabiæ Philadelphiam; verum ceteri auctores pro duabus gentibus accipiunt latius, vt diximus super 48. caput Ieremiæ. 11

Blasphemia in ... Deum ... capitur.

Et magnificati sunt.] Seu, *& magnificauerunt*, supple, os suum, aut linguam suam, vt in Abdia v. 12. *& non magnificabis os tuum.* Est nunc insolenter, & ar- 12

iogantetloqui aduersus aliquem, & pleno ore irridere, aut subsannare; vt Iob. 19. 5. quod ex Hebræo legimus, *super me magnificastis*, supple, os, Vulgatus vertit. *At vos contra me erigimini.* Quod ergo hic dicit, *& magnificati sunt*, pro, & magnificabunt super terminos eorum: sensum hunc habet, secundum Hieronymum, Remig. Haymonem, Albertum, Hugonem, Lyram, Dionys. & Montanum; superbè, & cum irrisione loquentur contra terminos Iudæorum, quos captiuos insectabuntur, dicentes: nunc terras eorum nos occupabimus, nec vnquam ad priores dominos redibunt. Hunc sensum esse verum ostendit Ezechiel. cap. 35. 10. cum de Idumæis loquens sic ait. *Eo quod dixeris: duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hereditate possidebo eas: cum Dominus esset ibi.* & v. 12. *& scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israel, dicens: Desertis, nobis ad deuorandum datæ sunt: & magnificastis aduersum me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: Ego audiui.* Sed Dauid Kimhi, quem sequuntur Vatab. & Robertus, legunt, *& magnificauerunt os suum super terminos suos*; hoc est, insolenter apperuerunt os suum ad cachinnos, aut linguam suam ad maledicta, cum viderunt Israelitas in captiuitatem duci captiuos per terminos terræ suæ.

Sensus prior de terminis Iudæorum occupādis.

Sensus posterior de maledicentia in captiuos.

13 *Siccitas.*] Nomen Hebræum מִמְשַׁק *mimsak* Vulgatus, & Hieronymus transferunt, *siccitas spinarum.* & sensus est, quod tota illa terra sit complenda siccis spinis, seu vrticis, postquā sit à Chaldæis excisa; nam etiam spinæ, vrticæ, & cardui virescunt in terra habitata, quod vel effusa aqua irrigari soleant; at in solitudine exarescunt. Ex Hebræis quidam, quos sequitur Montanus, nempe R. Salomon; putant nomen illud significare rugitum, seu crepitationem vrticarum sese collidentium, aut in se inuicem cursitantium, à verbo שָׁקַק *sakak*, quod est *cursitare*, quod tanta copia spinarum, aut carduorum futura sit, & tam excelsæ præ solitudine, vt vento flante collisæ rugitum, vt segetes altæ, edant. Dauid Kimhi, quem sequuntur Pagni. Vatab. & Robertus, dicit significare exitus vrticæ, aut cardui; nam ob desolationem terra feret nihil aliud, quàm vrticas, aut carduos. Chaldæus tamen, Ioseph Kimhi, & Tigurina ea ponūt; *erit derelictio carduorum*, aut *vrticarum*; & potest intelligi, vel quod terra illa erit derelicta vrticis, & carduis, nec vllos alios fructus feret vel quod ita sicca remanebit, sicut fauillæ derelictæ ex vrticis, & spinis combustis; quem sensum innuit Vulgatus, vt diximus: nam huiusmodi siccæ spinæ, & cardui crepitum edunt; & circumcursitant per terram incultam, & solam: qualis saoè est anima à Deo derelicta, in qua nihil aliud auditur quàm scaturigo vrticarum, & crepitus earum, nempe cogitationum pungentium ipsammet.

Terræ solitudo prænunciatur.

Anima à Deo derelicta qualis.

14 *Aceruus salis.*] Et מִכְרֵה *mucreh cumulus salis*, aut *aceruus*, vt Septuaginta, & Vulgatus, & Dauid Kimhi cum aliis Hebræis, & Robertus, intellexerunt; vel quod sale à victoribus sit seminanda, vel quod in salebrosam terram sit à Deo vertenda propter peccata. De salis aspersione legimus Iudic. 9. 5. Abimelech cepisse vi bem Sichem, ac ita destruxisse, vt sal in ea dispergeret. de conuersa in salebram terra Psalmo 106. 34. *terram fructiferam in salsuginem à malitia inhabitantium in ea.* Sed Chaldæus, Pagninus, Tigurus, Vatablus, Isidorus, Montan. & Rob. *fossam*, seu *fodinam salis* transferunt, quod verbum כָּרָה *charah*, vnde deducitur, *fodere* significat; quod è terra illa sal scaturire cōminetur. Sic *erit desertum in æternum*, hoc est, per longum tempus, nam tandem hæ gentes restitutæ sunt, quamuis Theodoretus semper subuersas dicat permansisse: sic verbum *in æternum* explicant Hieronym. Hugo, & Dionysius.

Item terræ solitudo prædicitur.

Reliquiæ.] Per *reliquias*, seu *residuum* populi Albertus, & Robertus videntur intelligere paucos illos, qui post captiuitatem Babylonicā in Iudæa remanserunt, qui terras Ammonitarum, & Moabitarum desertas post habitatores expulsos, possederunt. Verum hi adeò pauci erant, vt ad incolendam Iudæam non sufficerent, quanto minus sufficerent ad expugnandas, & capiendas finitimas terras? Theodoretus, Dauid Kimhi, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Monta. reliquias vocari exponunt eos, qui reliqui redierunt liberi è captiuitate Babylonica sub Zorobabele. Sed quidam Iudęos redeuntes è Babylone affirmant diripuisse terras illarum gentium destructas, ac possedisse sub Zorobabele, & Iesu; quod nulla historia probari potest. Alii, vt Lyra, & Dionys. asserunt hoc impletū per Machabæos; de quorum vno Iuda 1. Machab. 5. 6. dicitur. *Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum. Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos, & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius.* quod ipsum refert Iosephus lib. 12. Antiq. c. 11. & lib. 13. cap. 23. sub Alexandro Machabæorum successore, sic ait. *Per hæc tempora iam, & Syrorum & Idumæorum, & Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, totamque Sammariam, & Moabitas vrbes.* & libr. 1. de bello Iudaico cap. 3. dicitur. *ibi Galaaditis, ac Moabitis subactis, tributoque his imposito ad Amathunta regressus est.* Itaque per reliquias populi sui, intelligit Propheta Machabæos, qui ex omni populo subiecto gentium regibus, liberi vexillum erexerunt in omnes gentes. 15

Reliquiæ gētes, quas poss... Machabęi.

Sed Hieronymus, Remigius, Haymo, & nonnulli alii existimant nequaquam hanc Prophetiam per veteres Iudæos executioni mandatam, sed per Apostolos, virosque Apostolicos, qui luce Euangelica terras illarum gentium perfuderunt, ac possederunt: à qua expositione non est alienus Theodoretus. Probat Hieronymus, primùm, quod nulla historia probabitur per Iudæos has terras possessas. Deinde, quia non probabitur eas regiones, sicut Sodomam, & Gomorrham subuersas, cum eas possederint reliquiæ populi. Tertio, quia iniquum est pro superbia, seu blasphemia patrum, filios punire.

Reliquiæ Apostolorum subiecerunt gentes.

At certè cum possimus propriè hæc exponere, quid opus est ad allegoriam recurrere? Gentes finitimas à Iudæis subiectas ducibus Machabæis iam probauimus. Regiones illas destructas esse per Chaldæos, sicut & ipsam Iudæam, nemo est, qui dubitet. Quod verò non vt Sodoma, & Gomorrha sint subuersæ igni cælitus demisso, aquisque summersæ, vt numquam amplius sint habitatæ, non probatur, cum contrarium certissimum habeatur: tum quia ipse Propheta promittit à Iudæis possidendas; tum quia ex libris Machabæorum nouimus eas habitatas. Ergo hyperbolica locutio est, vel tantum similitudo Prophetæ huic

De Machabæis expositio verior.

Hyperbolica locutio.

deseruit,

deseruit, quod vrbes illæ vastandæ sint à Chaldæis, sicut Sodoma, & Gomorrha vastatæ sunt, non tamen quoad modum: quemadmodum apud Amos cap. 4. 11. ait Dominus de Israële. *Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & non redistis ad me, dicit Dominus.* Et tamen terra Israël non est eo modo subuersa, quo Sodoma, & Gomorrha. Tertia verò ratio Hieronymi conuinceret, si filii meliores fuissent in Dei populum, ac patres; at cum eos imitati fuerint in delicto, non mirum si eandem sint experti pœnam. Atque verior perseuerat intelligentia, quę loquitur de Machabæis.

16 *Omnes deos terræ.*] Hæc verba apertè loquuntur de Ammonitis, & Moabitis, de quibus dixerat, *Viuo ego, dicit Dominus, quia Moab, vt Sodoma erit, & filii Ammon, quasi Gomorrha, in solitudinem redigentur.* Nam subdit, *Horribilis erit Dominus super eos:* nempe aduersus superbos, & blasphemos Ammonitas, & Moabitas; & adeo erit horribilis, vt omnes illius terræ deos macie sit consumpturus, omninoq; perditurus. Iam verba his subiecta [*& adorabunt eum viri de loco suo*] quibuscum sint contexenda, diuersa interpretum sententia est. His, quæ antecedunt, magis consonant, vt sicut destruenda prædicitur terra Moab, & Ammon per Chaldæos, ita simul eorum idola per eosdem confringantur, vt Hugoni, & Dionysio videtur: & quia dixerat, reliquias populi sui direpturas terras illas & possessuras post reditum è Babylone; ita modo promittat easdem reliquias populi, quæ terras illas erant possessuræ, in illis adoraturas Deum, vnumquemque è loco suo, quem possideret. Qui contextus si verus est, vt videtur; refelluntur quorundam intelligentiæ. Lyræ quidem, qui sic explicat; vnusquisque Iudæorum è loco suo, id est, è templo ab Zorobabele ædificato adorabũt Deũ: & venient aliqui Gentiles ex omnibus insulis ad adorandum in templo propter loci sanctitatem, iuxta illud Salomonis 3. Reg 8. 41. *Insuper, & alienigena qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cælo.* & Ioan. 12. 20. *Erant quidam Gentiles, ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die festo.* Deinde Hugonis, & Dionysii, qui putant, destructis Ammonitis, & Moabitis per Chaldæos, vbique gentes sentientes diuinam virtutem, Deum reuerituras, & inter eas, aliquos per Iudæos eum cogni turos. Aliorum præterea, qui arbitrantur tunc hanc prophetiam impletam, cum gentes subiectæ Nabuchodonosori, & Dario, adorauerũt Deum, astrictæ edicto Nabuchodonosoris, Daniel. 3. 96. præcipientis, vt omnes populi, & linguæ venerarentur Deum Sidrach, Misach, & Abdenago. Et Darii, Daniel. 6. 26. qui constituit, vt in vniuerso regno suo contremiscerent, & pauerent Deum Danielis. Refelluntur ergo hæ intelligẽtiæ quòd non cohæreant cum antecedentibus, in quibus sermo est de terra Ammonitarum, & Moabitarũ per Chaldęos destructa, & possidẽda à filiis Israël, qui diis earum gentium deletis, verum Deum erant adoraturi è terris, in quibus morarentur: & & hoc in pœnam superbiæ, & blasphemiæ, quia insecutæ sunt illæ gentes populum Dei: non fuisset autem pœna Ammonitis, & Moabitis, quòd idola aliarum gentiũ contererẽtur, & ipsæ adducerentur ad colendum verum Deum: nisi ita intelligamus, quòd terra illorum cum idolis conteratur, & veri Dei cultores eam possideant. Possemus hãc prophetiam impletã ostendere per Machabæos, quos supra diximus Ammonitarum, & Moabitarũ terras subiugasse, vt quemadmodum supra in Abdia retulimus, Idumæos inductos in ritus Iudaicos, ita & ceteras gentes existimemus in eorum cultum similiter admissas: aut certè quod inter illas multi Iudæi fuerint veri Dei cultores; in quibus hæc vera monstrentur. Sed huic obstat, tum quòd nulla historia constat ita accidisse, tum quod additur, *& omnes insulæ gentium*; quas Iudæis fuisse subiectas, nunquam legimus. Multo minus vera est intelligentia Iudæorum hæc intelligentium de aduentu sui Christi in extremo tempore, vt rectè Hieron. refutat. His omnibus expositionibus explosis tanquam minimè congruentibus prophetiæ, quam explicamus.

Illa videtur sola vera intelligentia, quam afferunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Lyra etiam, Vatab. & Mont. vt prædicatur adueniente Christo, & lege Euangelica promulgata, omnia idola auferenda, quod pro magno exitio gentibus fuit, & solum verum Deum in vniuerso Orbe adorandum. In quem sensum hæc verba acceperunt Eusebius lib 2. de Demonstrat. Euang. c. 16. & Augustinus 18. de Ciuitate Dei, c. 33. Sed verba sic videntur contexenda. Terribilis erit Deus aduersus Ammonitas, & Moabitas, qui adeò insectati sunt conuitiis populũ meum; nam non tantum ipsos subuertet per reliquias populi sui, quin & deos eorum omnes delebit. Sed hoc parum est, nam & deos vniuersæ terræ est attenuaturus, & consumpturus; & ita res per reliquias populi sui Apostolos, & viros Apostolicos ex Iudæis conuersos commutaturus, vt in omni loco, tam continentis terræ, quàm insularum, sit verus vnus Deus adorandus. Hanc amplificationem implicitam habet particula Hebræa כי cum dicitur, *quia attenuabit omnes deos terræ*, & Vulgatus accepit pro coniunctione (&) Valet enim pro, *quid*, admirantis, ac si dicat; *Quid?* attenuabit, vel attenuaturus est omnes deos terræ. Non ergo mirandum, si Ammonitis, & Moabitis sit terribilis futurus. Sic solet accipi illa coniunctio כי *chi*, vt Iudic. 8. 15. *num manus Zebee, & Salmana in manu tua?* כי *quid? postulas, vt demus viris tuis lassis panem?* Gen. 45. 26. *Ioseph filius tuus viuit* כי *vechi*, *& quid? ipse dominatur in omni terra Ægypti*, quasi dicat, non solum viuit, sed dominatur. Itaque prædicit Deum adorandum vbiq;, non tantum in Asia, & Syria, sed & in insulis; nempe mari cinctis, vt intelligunt Theodoretus, Lyra, & Dionysius; & in iis prouinciis, ad quas traiecto mari è Iudæa transitur, vt intelligit Montanus, qualis est Europa, in qua est Græcia, Italia, Hispania, qua de re diximus super 25. Ieremiæ.

Æthiopes.] Redit ad prosequendum exitium, 17
quod per Nabuchodonosorem gentibus comminatur, quæ Dei populum sunt insectatæ, vt videtur meritò Lyræ, Dionys. & Vatab. Gladiũ enim suum vocat eum, quem exeruit contra Ammonitas, & Moabitas, quem & exerturum se dicit contra Æthiopes; vt contra alias gentes, Ieremiæ 25. 16. de quibus asserit, quod *insanient a facie gladii, quem ego mittam inter eos* Nam Æthiopes sub Ægy-

Sensus probabilis.

Expositio ... reiectio.

De promulgatione Euangelii.

Eusebius August.

Deum verum vbique adorandum.

Æthiopia subuersa per Nabuchodonosorem. Iosephus. Megasth.

procomprehendi. Æthiopiæ vastitatem prophetauit Isa. c. 20. & videtur completa, quando quinto anno post excidium Ierosolymitanum Nabuchodonosor Ægyptum inuasit, & cepit, vt refert Iosephus libr. 10. Antiq. c. 11. vbi refert Megasthenem asserentem, vrbem Africæ primariam subiugasse, & bonam partem Hispaniæ. Hieron. quidem, licet videatur prædictam expositionem indicare; magis tamen ostendit id factum per Cyrum, & Medos, dum sic ait. *Quod si quispiam quæsierit quomodo iuxta historiam ad tempora Nabuchodonosor hæc prophetia referatur. Æthiopibus etiam non acupatis, & Assyriis, quibus Medi, & Persæ nihil fecerint: legat historias, & videbit Assyrios quoque, & Æthiopes Medis fuisse subiectos, & Cambysis regnum, & Cyri potentiam, & omnia, quæ deinceps sint secuta.* Non ergo verè Theodor. & Mont. ad gladium crucis, vel verbi Dei recurrunt, cum planè de gladio Nabuchodonosoris loquatur Sophonias: nisi mysticum sensum efferre velint.

18 *Super Aquilonem.*] Multi existimant his verbis prædici vastitatem Assyriorum, & Chaldæorum per Cyrum Persam, & Medos efficiendam: & Hebræi quidem, vt Dauid Kimhi, per nomen *Chusim*, quod *Æthiopes* versum est, intelligunt Babylonem. Alii, quos sequuntur Montanus, & Robertus, per *Aquilonem* volunt significari Babylonem, quæ Aquilonaris est Iudææ; & per *Assur* Assyriam. Alii deniq; , quos refert Hieronymus, & sequuntur Remig. & Haymo, nomine *speciosæ* accipiunt Babylonem, quod Isaiæ 13. hæc eadem comminetur Deus Babyloni. Sed omnes hi falso, ac leui nituntur fundamento. Quare verius Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius & Vatabl. de subuersione regni Assyriorum, & Niniues metropolis per Nabuchodunosorem efficienda exponunt. Et patet, quia de gladio, quo dixerat Æthiopes interficiendos, dicit, quod extendet manum super Aquilonem, nempe, vt perdat Assur, & ponat speciosam Niniuen in solitudinem. Nam Septuaginta, Chaldæus, Hieronym. & omnes interpretes Hebræum vocabulum, *Niniuen*, hic reliquerunt, tanquam vrbis Assyriorum metropolis proprium; quamuis Vulgatus Latinè *speciosam*, explicuit. Fuisse autem Assyriorum imperium, & Niniuen per Nabuchodunosorem destructam anno illius 1. ostendimus in sacra Chronologia.

Subuersio Niniues, & Assyriorū prædicitur.

19 *Greges.*] Refert Hieronymus, Hebræos nomine *Gregum, & bestiarum gentium*, figuratè accepisse gentes ipsas feroces, quæ cum Nabuchodonosore venerunt ad expugnandā Niniuen, qua capta, in ea requieuerunt: hancq; expositionem amplectitur Isidorus. Verum Hieron. Theodoret. cum ceteris interpretibus antiquioribus, & recentioribus, propriè accipiunt, & verius; quia Propheta vult ostendere ita futuram destructam vrbem illam Assyriorum præcipuam, vt omnino deserta maneat, & nulli alii vsui deseruiens, quàm bestiis, & auibus solitudinem amantib. Ideo Onocrotalum, & Ericium prędixit in liminibus moraturos, tanquam in locis omninò solis. Ait ergo, greges, & pecora finitimarum gentium in ipsa vrbe deserta accubitura, & pascua habitura, nemine impediente.

Niniues solitudo.

20 *Onocrotalus*] קאת *Kaath* nomen Hebræum, Hebræi quidam R. Iedudah, David Kimhi, M. hic, &

A Vata[illegible] *[illegible]* [illegible] eius naturam [illegible] Pl[illegible] [illegible] cigis nomine. Et Edoardus V[illegible] [illegible] Differentiis animal lib. cap. 135. ex Arist. [illegible] de historia, & de generatione [illegible]. *Camaleontem* hic interpret. sunt LXX. Iidem LXX. Leuit. 11. 18. & Psalmo 103. 7. *pellicanum*, seu *pellicanum* verterunt, auem, vt putat Albertus, ab Onocrotalo diuersam; quod pellicanus a pellecanas [illegible] [illegible], quod canas habeat pennas, Onocrotalus verò quod collum in aqua immergens spirat, [illegible]que, veluti ruditum asini edat. Onocrotalum, ut Onocrotalum auem significare fere interpretes probant, Vulgatus, Hieronymus, Pagni. Tigurina, Vatabl. Montanus, & Robertus; qui ita hic vertunt, & Isai. 34. 11. Estque auis immunda lege

Onocrotalus quale [illegible]

B vetita Leuit. 11. 18. Deutero. 14. 1[illegible]. Hebraice dicta *Kaath a vomitu*; nam קיא *Kaah vomere* est, quod cominat, quæ mandit. Græcè, *onocrotalus*, quod veluti ruditum asini edat, nam ὄνος Græcis *asinus* est & κρόταλος *crepitaculum*, seu *crepitus*, & Latini hoc nomen vsurparunt; putat autem Hieronymus hic & in Psalm. 102. & eum secuti Remig. Haymo, Albertus, & Hugo, eandem auem esse pellicanum, & Onocrotalum. Duo, inquit, Hieronymus, sunt genera pellicanorum, vnum in aquis, & esca eius pisces sunt: & vnum in solitudine, & esca eius venenata animalia, hoc est, serpentes, & crocodili, & lacertæ: dicuntur autem, addit, ista volatilia, Latinè *Onocrotali*. De terrestri loquun-

Pellicanorū duplex genus, terrestre, & aquatic. [illegible]

C tur Plin. lib. 10. cap. 47. Albertus Magnus lib. 23. de animalibus, & Edoardus supradictus lib. 7. c. 148. Olorum similitudinem Onocrotali habent, ait Plinius, nec distare existimarentur omnino, nisi faucibus ipsis inesset alterius vteri genus, huc omnia inexplebile animal congerit, mira vi sit capacitas: mox perfecta rapina, sensim inde in os reddita, in veram aluum ruminātis modo refert. De aquatili sic ait Ælianus lib. 3. de historia animal. c. 19. Pelecanes, quæ etiam plateæ, siue plateolæ appellantur, fluuialibus conchis se complent, easque cum stomachi calore concoxerint, euomunt: atq; ita testis iam alui calore diductis, eli-

Ælianus

D gunt ex his, quæ sunt esculenta. In epistola 20. ad Præsidium Diaconum de Cereo paschali in tomo 9. B. Hieronymi, legitur, pellicanos, cum suos à serpente filios occisos inueniunt, lugere, seque, suaque latera percutere, & sanguinem excurere ad corpora mortuorum, atque ita ad vitam redire; quod nusquam experimento constitisse asserit Albertus eo loco.

Pellicani conditio nusquam visa.

Ericius.] Nomen קפד *Kipod* quod genus animalis significet, diuersi diuersa sentiunt. R. Ioseph, & Dauid Kimhi putarunt esse testudinem, quam vulgò dicimus *tartugam*. R. Salomon super 34. Isaiæ, & M. hic dicunt esse noctuam. *Castorem*

20. Ericius quale animal.

E vertit Tigurina, qui Latinè *Fiber* dicitur, auctore Plinio libr. 32. cap. 3. eius naturam explicat Edoardus libro 5. cap. 88. ex Plinio, Solino, Strabone, & Æliano. Est enim animal amphibium horrendi morsus, quod partem hominis comprehensam, antequam fracta ossa morsu concrepuerint, non resoluit, agitque frequentius in aquis. Præterea Dauid Kimhi, & Ioseph. Montanus hic, & Foreirus in 14. Isaiæ v. 23. dicunt autem esse, quæ in desertis habitet, quod aliis auibus iungatur, Isaiæ 34. vers. 11. *Et possidebunt illam Onocrotalus,*

[illegible]nem esse [illegible]udam [illegible]

& Kipod:

& Kipod: ibi, & coruus habitabunt in ea. & hoc loco, *Onocrotalus, & Kipod in liminibus eius.* alii legunt, *in* A

4 *superliminaribus eius morabuntur, quo testudo, aut Ericius nequeunt ascendere.* Sed quod genus auis sit, nota esse non potest, quæ licet noctu volitet, at non in locis desertis. [illegible] eius putat esse genus auium, quæ supra paludes rapidissimo volatu feruntur ex hirundinum genere, & apodes dicuntur,

Apodes.

quod breuibus sint pedibus, & Cypselides [illegible] proximo ad Hebræū *Kipod* vocabulo: atq; in ruinis, & desertis ædibus, & in scopulis nidificant de

Plinius.

eis agit Plinius lib. 10. c. 39. Verū cum LXX. Vulgatus, Hieron. & R. Salomon in 14. Isaiæ. Pagni. Vatab. & Robert. Ericium esse dicant, in re adeo ambigua, magis his adhibēda est fides. Nam hoc

Ericius vero [illegible] est.

animal in speluncis, & in desertis caueis, atq; intra B cardines dirutarum domorum, vt Hieron. asserit, solet morari. Quomodo autem nomen *caphtorim* limina significet, & non tantum superliminaria, diximus super caput Amos 9.

22 *Coru.*] Duo nomina sunt sibi maximè affinia עֹרֵב *Voreb*, quod *coruū* significat, genus picarū, monedularum, graculorum, & similium, vt patet Leuit. 11. 15. & ita Vulgat. & omnes transferunt communiter. Cæterum & solitudinem, & desertū potest significare; quod *Arabah* ex eodem fonte nomen cum habeat significationem, vnde & Arabia vocatur, quod si in hoc Sophoniæ loco inueniretur, rectè interpretes conuenirent; vt desolatio, siccitas, aut coruus acciperetur. Alterum nomen

Interpretandi con[illegible] ratio

est חֹרֶב *horeb*, quod, auctore Hieron. Aquila, *gla-* C *dium*, alii *siccitatem* interpretati sunt Vulgat. vbiq; *æstum, siccitatem, & desolationem* vertit; quod cū hic ponatur à Sophonia, Chaldæus, & recentiores omnes interpretes, Pagni. Tigur. Vatab. Isidor. Mont. & Robert. vertunt *solitudo, vastitas*, aut *desolatio in limine*, vel in postibus. Vulgatus tamen, & Hier. transtulere, *coruus* secuti LXX. qui videntur hic legisse עֹרֵב *Vareb* prius nomen. Asserit n. Hier. quod & nos. & LXX. similiter transtulimus; *coruus in superliminari*, in Hebræo ponitur חֹרֶב, quod secundum lectionis diuersitatem, vel *siccitas*, vel *gladius*, vel *coruus* accipitur. Vnde & Aquila *gladium*, alii *siccitatem* interpretati sunt.

23 *Attenuabo*] Hanc sententiam, *attenuabo robur e-* D *ius*; aliter ex Hebræo legerunt LXX. Chaldæus, & recentiores omnes, quàm Vulgat. Nam cum Hebræa sic habeant, *quoniam* אַרְזָה עֵרָה *arzah, herah*, Hebræi omnes transferunt, *cedrum eius nudauit*, vt sit sensus; desolatio erit in limine domorum, quia domos tectas cedro, aut contignationem cedrinam hostis denudauit, & exposuit vento, & pluuiæ Hi n. omnes nomen אֶרֶז *erez* esse putāt, quod *cedrum* significare ipsi quoq; LXX. agnouerunt, & ipse Vulgatus semper alias ita interpretatur; & Montanus hoc loco à Vulgaro versum esse, *robur*, putat, non pro virtute, & fortitudine, sed pro cedri specie firmissima, & diuturna: qua ratione,

Robur cedri species.

A verbis Hebræis accommodat non ineptè eius lectionem. Nam verbum עֵרָה *harah, nudare, aut euacuare* significat, cui proximum est, attenuare, aut destruere. & licet præteritum sit, *nudauit, attenuauit*, aut *destruxit*, at pro futuro accipitur. vt Tigurina. & Vatab. transtulerunt, *quia cedrum eruet*, aut *nudabit*. Vulgatus, vt Deum referret, qui mediis hostibus id confecit, legit per primam personam,

Versioni[illegible] ratio.

quia robur eius attenuabo. euacuabo, aut destruam, hoc est, cedrinam structuram ex robore confectam attenuabo, ac destruam, medio hoste: nam ipse hostis attenuaturus erat, & destructurus illam contignationem. Sed Hier. vt notat Pagninus אַרְזָה *arzah* futurum fecit verbi רָזָה *razah*, quod est *attenuare*, aut *marcescere*; & nomen עֵרָה *hherah* legit in vetustis codicibus עֻזָּה *hhuzah*, non B cum ר *res*, quod est *fortitudo*, & *robur*, a verbo עָזַז *azah*, quod est *roborare*, & ita vertit, *& attenuabo robur eius*, id est, iactantiam, & magnificentiam, & opes eius.

Hæc est.] Prophetæ verba insultantis Niniue putant Hieronym. Theodor. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, & Dionys. At Vatablus est vocem miserescentis: quasi admirans dixerit. Qui fieri potuit, vt vrbs tanta Assyriorum imperii caput destruēda sit? sanè absq; diuina virtute id non est confectum. Verum videtur Propheta vsurpare verba eorum, qui visuri erant vastitatem Niniues, & irrisuri, aut commiseraturi illius infelicitatis. Vt Isaiæ 47. 8. *Et nunc audi hæc, delicata, & habitans con-* 24

Qualis [illegible] licta Niniue

C *fidēter, quæ dicis in corde tuo, ego sum, & nō est præter me amplius.* Thren. 2. 15. *Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem; hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ?* ita modo similiter dixerunt: hæccine est ciuitas illa exultabunda, ita confidens in suis opibus, & fortitudine, vt nihil sibi timeret mali?

Sibilabit.] Hieron. & supradicti putant hoc gestum indicare exsibilantis, & insultantis cum irrisione, & gaudio, quod Niniue tyrannis perierit. Vt Thren. 2. 15. *sibilauerunt, & mouerunt caput suum.* Ezech. 27. 36. *Negociatores populorum sibilauerunt super te.* Sed Theodoret. Vatab. & Montanus affir- 25

D mant significari gestum admirantis, attoniti, & obstupescentis hominis ob acerbum Niniues casum non insultantis, aut ridentis. Sed de his formis loquendi, ac gestib. egimus super Ieremiam. Hoc loco attoniti videtur esse considerantis præteritam vrbis felicitatem, & magnificentiam, & præsentem ruinam, nullo modo euitabilem: qualis erit illorum stupor, & admiratio, qui in extremo iudicio videbunt viros religiosos, de quib. nihil mali suspicabantur, in miseriam ineuitabilem coniectos. Et qualis est eorum mutatio, qui cum prius bonis omnibus, dum Deo seruirent, affluerent, & speciosi essent; omnibus priuati sunt, & in miseram diaboli seruitutem ceciderunt.

SOPHONIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

VÆ vrbi Ierusalem, quæ toties suis sordibus [1] prouocauit Dominum ad iracundiam, quæ toties e T[illegible] suum do[illegible]: imo ab eo [2] redempta, & [illegible] donis affluente [illegible] tuta, numquam recordiam [3] columbæ exuit, quæ [illegible] noluit acquiescere Prophetarum [4] vocibus adhortantium ad suscipiendam disciplinam, qua disceret mores componere secundum legem Dei, neque in aduersis in Domino est confisa, & ei tanquam vero Deo suo, & gubernatori non adhæsit. Nullus sane in ea ciuis, qui pietati studeat, nam vt à maioribus exordiamur, [5] principes eius, ac magistratus ita auaritiæ inhiant, vt neque saluti, neque sanguini subiectorum parcant, instar leonum rugientium, quo eos deprædentur. Iudicum auiditas tanta est, vt quidquid ad manus venit, [illegible]tum rapiant instar luporum, qui fame pressi noctu egrediuntur ad prædam, vt aliis quod possint rapere [6] non relinquant. [7] Pseudoprophetæ eius fanatico spiritu ducti, homines nihili sunt, nam leui et personam [illegible], & vt infideles se à Domino [illegible] mentiuntur. [8] Sacerdotes templum contaminant, cultum idolis in eo exhibentes, & ita vim faciunt legi, contra quam [illegible] ipsa iubet, & docentes, & operantes. [9] Non est ergo censendus iniquus Dominus iustissimus, qui in medio eius est tam multiplicia scelera prospiciens, si vltionem sumat de illa. Sua [10] quotidie contra hominem nouat [illegible] supplicia Dominus, & quidem palam; & tamen iniquus perfricata fronte perseuerat in peccatis. [11] Pollicitus sum in vindictam Ierusalem me omnes vicinas gentes disperditurum, & arces earum dissipaturum, ac in tantam solitudinem redacturum, vt per vias non sit qui transeat, nec in ciuitatibus vir quispiam sit, aut habitator, & ipsemet mihi dicebam, iam ex hac mea promissione permota Ierusalem, discet me timere, & mea suscepta disciplina resipiscere, & ita [12] non peribit propter omnia peccata, propter quæ constitui illam punire. Cum tamen contra, ciues eius [13] sedulo, & omni adhibita diligentia, improbis operibus institerint. Hæc quia ita succedunt, nec vos hac ratione ad bonam frugem pertraho, ô Ierosolymitæ, [14] expectate tempus aduentus mei, quando [15] commouebo gentes, & regna, vndique bellis exardescentibus, & in eos effundam iram meam & omnem furorem meum, nam igne zeli mei vniuersa terra, etiam vestra, deuoranda est. Post hæc, pace reddita, efficiam, vt idolorum cultu sublato, me Christum suum [16] puro confiteantur ore, solum nomen meum inuocent, atque credant, & animo vno colant. Ac de remotissimis terris, etiam ex Iudia, quæ sita est [17] trans flumina Orientalis Æthiopiæ, fideles, quos mihi genuerunt successores Apostolorum, præcones Euangelici, qui per vniuersum orbem dispersi, [18] supplices in hi munera offerent, vti suo redemptori, ac Deo. Tunc temporis ô tu Iudæa, et [illegible] ad me conuersa non habebis quod [19] pudore afficiaris ob vllum operum tuorum, quibus solebas præuaricari in me, quia ea tunc eris æquitate, & iustitia, omni remota occasione superbiæ, nam ego auferam de medio tui eos qui [illegible] sibi placent de excellentia tua, ob quam gentes despiciunt: & cum gloria [illegible] amplius de templo, humilem [illegible] Christi contenta. Et loco illorum e medio filiorum tuorum [illegible] [20] populum mansuetum, seu humilem qui ma[illegible] lætatur pro Euangelio promulgando: qui non confidunt [illegible] ipsis, vt illi, sed in nomine Iesu meo. Huiusmodi [illegible] quæ Israelis, adeò Christi puritatem sectabuntur, vt nec iniquum, quid admittant opere, nec ore mendacium vllum, aut dolum: quia nanciscentur pastorem vigilantissimum, & nemo erit qui exterreat eos accubantes in Ecclesia pascuis. [21] Prorumpe igitur in Dei laudes ô Ecclesia fidelium, quæ originem ducis ex Sion, iubilate spirituales Israelitæ, lætare, & exulta toto corde filia Ierusalem, quia abstulit Dominus peccata tua, ob quæ damnationi eras adiudicata; exterminauit dæmones inimicos tuos [illegible] habebisq. Christum Dominum regem, qui te tueatur, & eo fauente æquo animo feres quicquid aduersi acciderit. Si tyranni contra te insurgant, habebis qui te consolentur, ac dicant: [22] ne timeas, nec desistas ab inceptis metu persecutionum, quia Dominus in medio tui est, qui te seruabit sua inuicta fortitudine, & eripiet è periculis: & summa afficietur lætitia, cum te viderit in [illegible] omnibus superiorem, non recordabitur amplius tuarum præteritarum culparum, nec eas obiurgabit, eo quod te diligat: & ita sibi gratulabitur de tuis obsequiis, vt eum iubilo gestire videatur. [23] Iudæos contemptos ab omnibus; qui iam desponderant animum, de non adimplenda secum conditione, de mittendo eis Christo, ad te ô Ecclesia congregabo, quia ad te pertinebunt, & iam non erunt tibi pudori. Ego certè [24] opprimam omnes, qui tunc te affligent, & fideles præ [illegible] labore fugæ, ex [illegible] claudicantes, electosq. ex vrbibus seruabo, & in vnum congregabo: & celebres, ac gloriosos reddam ipsis in [illegible], in quibus eos pudore afficiebant: tempe hoc faciam [25] tempore illo, quo vos redimam: & salutẽ vestram curabo: nam vos celebres faciam, & laudatos apud omnes, cum è tyrannide peccatorum, & hostiũ, in libertatem asseram Euangelicam vt videbitis, ait Dominus.

CAP. III.

A ¶ [1] *VÆ prouocatrix, & [2] redempta ciuitas, [3] colum-* 1
ba. Non audiuit [4] vocem, & non suscepit disci- 2
plinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non
appropinquauit. ¶ [5] *Principes eius in medio eius, quasi* 3
leones rugientes: iudices eius lupi vespere, [6] non relinque-
bant in mane. [7] Prophetæ eius vesani, viri infideles: [8] Sa- 4
cerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra
legem: Dominus iustus in medio eius [9] non faciet ini- 5
quitatem: [10] mane, mane iudicium suum dabit in lu-
cem, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confu-
sionem. ¶ [11] *Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli ea-* 6
rum: desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat:
B *desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque*
vllo habitatore. ¶ *Dixi: attamen timebis me, suscipies dis-* 7
ciplinam: & non peribit [12] habitaculum eius propter o-
mnia, in quibus visitaui eam: veruntamen [13] diluculo
surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Quapro- 8
pter [14] expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis
meæ in futurum, [15] quia iudicium meum, vt congregem
Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indi-
gnationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim
zeli mei deuorabitur omnis terra. [16] Quia tunc reddam 9
populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Do-
mini, & seruiant ei humero vno. [17] Vltra flumina Æ- 10
thiopiæ inde [18] supplices mei, filii dispersorum meorum
deferent munus mihi. In die illa [19] non confunderis super 11
C *cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me:*
quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ
tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte sancto
meo. ¶ *Et derelinquam in medio tui [20] populum paupe-* 12
rem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini. Reli- 13
quiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur men-
dacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa:
quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit qui
exterreat. [21] Lauda filia Sion: iubila Israel: lætare, & 14
exulta in omni corde filia Ierusalem. Abstulit Dominus 15
iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Domi-
nus in medio tui, non timebis malum vltra. In die illa 16
dicetur Ierusalem: noli timere: [22] Sion non dissoluantur
manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse salua- 17
D *bit; gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione sua,*
exultabit super te in laude. ¶ [23] *Nugas, qui a lege recesse-* 18
rant, congregabo, quia ex te erant; vt non vltra habeas su-
per eis opprobrium. ¶ *Ecce ego [24] interficiam omnes, qui* 19
afflixerunt te in tempore illo, & saluabo claudicantem:
& eam, quæ eiecta fuerat, congregabo: & ponam eos in
laudem, & in nomẽ, in omni terra confusionis eorum. [25] 20
In tempore illo, quo adducam vos: & in tempore, quo con-
gregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omni-
bus populis terræ, cum conuertero captiuitatem vestram
coram oculis vestris, dicit Dominus.

ARGV

ARGVMENTVM.

INVERECVNDAM Ierusalem contumaciam insectatur, quæ nullis Dei adhortationibus, nec minis, nec vicinarum gentium supplicio à suis sceleribus destiterit; quibus Deum ad vltionem prouocauerit. Deinde pollicetur nouæ legis, & Iudæorum, & gentium conuersionem ad Christum, & secundum eam conuersationem, vsq; ad diem iudicii, in quo impii Iudæi sunt damnandi.

De argumento huius capitis, & eius explanatione concertatio est inter expositores. Nam Theodoretus affert quosdam, qui totum caput de Iudæis intelligunt a tempore Prophetæ vsq; ad tempora post reditum e Babylone. Lyra, & Montanus itidem totum caput de negotio legis Euangelicæ declarant ab aduentu Christi priori vsque ad posteriorem. Hieron. tamen, Theodor. Remig. Haymo, Hugo, Dionys. Vatab. & Rob. videntur priorem capitis partem interpretari de statu Iudæorum sub Propheta Sophonia: posteriorem verò, à verbis illis [*expectate me*] de tempore Christi, & gentium conuersione, vti in argumento proposuimus; quamuis in singulis nonnihil varient; vt suis locis ostendemus. Atq; hanc intelligendi rationem nos prosequemur.

COMMENTARIVS.

1 PRouocatrix.] Hebraicè, *væ* מֹרְאָה *Moreah*, à verbo רָאָה *raah*, quod est *intueri* & *cernere*, & Septuaginta verterunt *illustrem*, alii *monstrosam*. Magistri verò Hebræorum, Salomon, Abraham, Dauid Kimhi, & Moses, quos sequuntur omnes recentiores, dicunt significare *fœdatam, pollutam, sordidam*, per antiphrasim; à cuius aspectu quis abhorreat: & quod suis sordibus prouocaret Deum ad iram, & vltionem; dicta est à Vulgato *prouocatrix*; nam adiectis peccatis exacerbabat Dominum, & virum suum.

2 *Redempta.*] Hebraicè, נִגְאָלָה *nigalah* à verbo גָּאַל *gaal, redimere, iure propinquitatis asserere*, significat & *inquinare*, quod res quæ alio volutantur coinquinentur, Malac. 1.7. *in quo polluimus te.* Septuaginta igitur, Chaldæus, Vulgatus, & R. Moses *redemptam* hic accipiunt. At R. Salomon, Abraham, & Dauid Kimhi, & recentiores omnes eos secuti, *inquinatam*, & *contaminatam* vertunt. & illi quidem explicant à Deo, iure propinquitatis fuisse è dominio multorum tyrannorum ereptam, & ad virum suum reductam. Hi verò, quòd volutatione sua, qua se multis dabat, contaminaretur, & ad virum priorem sæpe fuerit deuoluta.

3 *Columba.*] Hebraicè הַיּוֹנָה *haionah*, quod nomen deductum à יון *iain Ionah*, est *columba*, vt Hoseæ 7. 11. *factus est Ephraim quasi columba seducta*: ita Vulgatus secutus Septuaginta, Hieronymus, Montanus, hoc loco acceperunt. At Hebræi, Chaldæus, Dauid Kimhi, & recentiores omnes interpretes deducunt à verbo יָנָה *ianah*, quod est *vim inferre*, aut *opprimere per calumniam*; vnde vertunt, *væ vrbi molestatrici, opprimenti, vel calumnianti pauperibus, & viduis.* At Ierusalem dici columbam volunt, quod cum fuerit vnicè dilecta à Deo; cui acceinuerit, *columba mea*, Cantic. 2.10. quasi excors ipsum vt alienum deseruerit. Hieronymus, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. ob simplicitatem, & innocentiam, ad quam habendam sit vocata. Theodoretus ob pulchritudinem, & ornatum, quod sit auis pulchra columba; sed magis

A conuenit huic inuectiuæ prima significatio. Est enim sensus: Væ tibi Ierusalem, quæ suis sordibus toties irritauit ad vltionem Dominum; toties è tyrannorum dominio redempta, & suo splendori restituta; quæ nunquam exuit stultitiam, & vecordiam columbæ, ne tam facilè seducta Deum suum desereret.

4 *Vocem.*] Prophetarum hortantium ad pœnitentiam, & morum conuersionem. D[e] t[o] nomine, vt intelligunt Chaldæus. Hugo. Dionysius & Vatab. Domini Iesu prædicantis explicant Lyra, & Munst. At Remig. Haymo, Hugo item & Dionysius, per *vocem* intelligunt Dei præcepta, quæ nolebant obseruare. Sed p[o]tior expositio [...], quod enim noluerint obedire hortationibus Prophetarum, non susceperunt disciplinam, q[uin] [ne]scirent vitam mutare, & mores componere ad legem Dei.

B

Principes.] A captiuitate reipublicæ Ierosolymitanæ probat quod dixerat, vt ex eo constet ægritudo corporis, eam, vt dixit Isaias cap. 1. 6 *a planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas.* Et primùm incipit à Principibus, & magnatibus, qui ita auaritiam sectabantur, vt leones prædam, quemadmodum enim leo prædæ inhiat & eam ita vorat, vt si quis impediat, cunctos iugulet, interimat: ita illi nec saluti, nec sanguini subiectorum parcebant, quo eos depræ[da]rentur. Sic omnes intelligunt cum Hieronymo, & Remigio. Sed Lyra, & Montanus, vt simul dicamus, omnes

C eos explicant, qui rempublicam Iudaicam administrabant sub Christo, Principes, Herodem, Iudices, & Magistratus, Sacerdotes, Annam, & Caipham, & similes; qui sanctum polluebant, dum venalia faciebant sacerdotia, & iniquè ad suas traditiones, & falsas interpretationes legem trahebant; Prophetas, pseudoprophetas, contra quos loquebatur Christus. Sed quid est quod nusquam legimus in Euangelio Christum inuectum in hos Magistratus, & Pontifices, tanquam in auaros, vt facit Propheta, cum tamen alia eorum vitia reprehenderit? tantum ergo loquitur Propheta contra Principes sui temporis.

6 *Non relinquebant.* Hebraice, non לא גרמו *garemu exossarunt ad mane*, id est, non reliquerunt ossa vsque mane. Tanta, inquit, erat iudicum auiditas, vt quemadmodum lupi fame pressi, qui nocte intempesta egrediuntur ad prædam, & ita ossa cum carne deuorant, vt ne os quidem relinquant in crastinum deuorandum: sic illi iudices rapacissimi quicquid in præsenti occurrebat, ita raperent, vt aliis quod possent rapere, non relinquerent. Sic intelligunt similitudinem omnes interpretes, ea natura lupi cum vespertinorum sumptam; de qua egimus super c. 5. Ierem. Num. 8.

Iudicum auaritia luporum comparata.

7 *Prophetæ.*] Pseudoprophetas Chaldæus; & omnes intelligunt; quorum duo vitia taxat, nam erant פחזים *pohazim*, quod nomen Septuaginta verterunt, πνευματοφόροι, *spiritum ferentes*, Aquila ἰθαμβούμενοι, *fanatico spiritu rapti*. Vulgatus *Vesani*, & Hieronymus, *insanientes*, vel *stupentes*. Nam quo animos audientium in stuporem adducerent, & se diuinitus rapi ostentarent, fanatico spiritu duci se monstrabant. vel quia re vera spiritu malo acti loquebantur. Sed priorem sensum propria Hebrææ verbi significatio magis ostendit, quod secundum Dauid Kimhi, & recentiores omnes interpretes nihil est aliud, quam leues, inconstantes, homines nihili, *nonadas* quia cum projicerent ampullas, & magnifica polliceretur, facile mutabant personam, & orationem. Erant deinde infideles, aut viri præuaricationum, aut viri mendaces, vt ait Chaldæus, & contemptores, vt Septuaginta, quia dicebant se à Deo mitti, & ita eius numine incolumitatem promittebant, & mentiebantur; vt Ierem. 23.

Pseudoprophetas taxat leuitatis, & falsitatis.

8 *Sacerdotes.*] Duo alia vitia taxat in sacerdotibus, nam polluerunt קדש *Kodes sanctuarium*; templum sanctum Deo, eique sacrum contaminarunt, dum in eo cultum exhibebant idolis; vel dum cultum Dei ad iniusta lucra conuertebant. *& iniustè egerunt contra legem* Hebr. *vim fecerunt legi*: *hazen agrauio à la ley*, aut *peruertunt legem*, vel quia ad suas falsas traditiones, aut violentas interpretationes illam trahebant, nec eam exponebant, vt deberent, vt exponunt Montanus, & Robert. Vel quia non docuerunt populum legem, quatenus erat officium eorum, vt Robertus. Aut iniuata alios legem se obseruare simulabant, cum contra illam facerent, siue in sacris peragendis, siue in aliis.

Sacerdotes taxat.

9 *Non faciet.*] Dominus, qui iustus est, in medio est Ierusalem, vt omnia scelera, quæ in ea committuntur, prospiciat; non iniquè aget eam acriter puniendo, sed reddet illi quod meretur. Ita Hieronymus, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. Isidor. Montan. & Rub. Ille *in medio eius* ex, licet Vatab. suo fauore prosequens suos, idcirco nemo iudicabit iniquè agere puniendo eos, qui noluerunt resipiscere eius fauore inuitati. Chaldæus ad hunc sensum exponit; *Deus purus in tempore eius confidet præsens omnibus; non ergo est aliquis qui iniquitatem faciat coram eo*. Aut, *nemo deberet iniquè agere coram ipso*. Verum prior est communior intelligentia.

Deus in medio est nostri, vt iustè puniat delicta.

10 *Mane, mane.* Hieronym. Remig. Haymo, & Hugo, pro manifestè Sole illustrante visionem suam, quam comminatus executioni mandabit. Theodor. Albert. Hugo etiam, & Dionys. pro *celeriter* accipiunt. Sed magis ad rem accipitur illud *mane* repetitum pro singulo mane, id est, quotidie, vt accipiunt Pagni. Vatab. Isidor. Montanus, & Robertus. Nam hoc modo ratio efficacior est, Deus quotidie sua edit contra hominem iudicia, id est, noua supplicia; nec est dies in qua aliquod deficiat, & tamen iniquus sine pudore vllo perpetrat mala, aut perseuerat in peccatis perfricata fronte.

Disperdidi gentes.] Beneficiis coram propositis, quæ Ierosolymitis Deus contulerat sua propugnatione, dum eos vindicauit de gentibus inimicis, allicit animum eorum, vt ad se conuertantur, qui minis conficiebat nihil. Sed quæ essent illæ gentes, quas in gratiam Ierusalem subuerterat, difficile est explicatu. Et primum quidem possemus intelligere per gentes illas, terram decem tribuum per Assyrios vastatam, & in solitudinem redactam. Nam sæpe Scriptura proponit Iudæ, exemplum Israelis puniti, vt 4. Reg. 17. 13. & 19. & cap. 21. 13. Deinde, vt volunt Hieronym. Hugo, & Dionys. ipsos Iudæos, quorum ciuitates euertit, pagosque illis subiectus Sennacherib Assyriorum rex, præter Ierusalem, quam obsedit; sed non potuit expugnare, Angelo illum percutiente, vt refertur 4. Reg. 19. Verum non est credibile Israelem, & Iudam gentium nomine hic vocari, nec ciuitates Iudææ; etsi ab Assyrio occupatæ, sed non destructæ, aut ciuibus vacuæ remanserunt post fugam Sennacherib. Posset aliquis ita explicare, vt his verbis exponat id, quod dixerat, *quotidie ostendet Deus iudicia sua, & non abscondet, & tamen iniquus in sua impudentia perseuerat*. Quia nempe numquam deest aliquod aduersus gentes supplicium ad exemplum Ierusalem: nam iam prædixi eis me dispersurum gentes, nempe Philisthæos, Ammonitas, Moabitas, imo Æthiopes, & Assyrios, quos in capite præcedenti enumeraui, & omninò euersurum; nullo remanente habitatore; Atque hac promissione arbitrabar me allecturum fore Ierosolymitas ad mei timorem, vnde efficeretur, ne ego mandarem executioni minas, quas sum comminatus contra Ierusalem, & templum. Ad hunc sensum significant Hieron. Remig. Haymo & Isidorus. Vindicaui, inquit, te pulsatam à gentibus, & destruxi imperia earum, vt qui per plagas me non senseras, saltem per beneficia cognosceres. Vindicaui te postea, hoc est, vindicaturus sum te postea, ex quo verbo intelligimus, verba illa præterita, rem futuram adeo certam notare, vt reuocari minime possit ab vltione sumenda de his gentibus propter conuitia in Iudæos coniecta: & hic sensus magis ad rem videtur. Per *angulos* autem turres, arces, munitiones, aut palatia intelligunt ferè omnes, aut præcipuas ciuitates, quæ muniunt prouinciam, aut gentem, aut regna.

Gentium nomine Israel non intelligitur.

In gratiam Ierosolymitarum se punituros dicit gentes finitimas.

12 *Habitaculum.*] Ierusalem intelligunt non perituram, Albertus, Hugo, Dionys. Vatab. Isidor. & Montanus. atque ita explicat Chaldæus. At templum accipiunt Hieronymus, Remig. Haymo, & Hugo. Sed nihil refert hue, aut illud intelligere, cum destructio vnius cum alterius destructione coniuncta sit. Si timetes me, inquit, non periret habitaculum tuum propter omnia, in quibus visitaui, pro, visitaturus sum eam, hoc est, propter omnia peccata, pro quibus Ierusalem sum puniturus, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus,

Ierusalem templique destructio innuitur.

Albert

Albertus, Hugo, Dionysius, Pagn. Vatab. Rob. Nam Chaldæus in bonam partem accipit, inquiens, *non peribunt habitationes eorum, sed omnia bona, quæ dixi eis, adducam eis.* Si me scilicet timuissent.

13 *Diluculo.*]Sedulò, & cum omni diligentia, ipsi, contra quàm debuerant, improbis operibus institerunt, ita Vatab. & Montan. Est enim maturare rem, vt cito, quomodo explicant Albertus, & Dionysius, & primo quoque tempore, & sine vlla mora fiat; quia nihil in die prius fit quàm quod mane. Isaiæ 33. 2. *Esto brachium nostrum in mane,* id est, libera nos quàm citissimè, Psalmo 108. 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ,* id est, quàm primum sentiebam peccatorem dignum supplicio, statim plectebam. Vnde vulgò de festino dicimus, *madrugado ha abazer esto.* Hieronymus, Remigius, Haymo, & Hugo sic explicant. De industria, & ex contentione diluculo surrexerunt: vt festinatione, qua ad me redire debuerunt, complerent omnes cogitationes suas, & factis demonstrarent quod mente conceperant.

14 *Expecta me.*] Ex Hebræo sic habet hæc sententia. *Propterea expectate me, dicit Dominus, ad diem resurgere mei* לעד *lehhad.* & hæc dictio עד *hhad,* quibusdam est aduerbium, in seculum, in futurum, aut, in adhuc; quomodo accepit Vulgatus, & Hieronym. & Montanus. Vel deducitur à verbo עד *hhauad,* quod est, spoliari, prædari, & ita Dauid Kimhi, quem sequuntur Pagnin. Vatab. Isidor. & Robertus legit hic, *ad prædam,* vel *ad spolia.* & quia idem verbum in coniugatione Hiphil, est testari, LXX. verterunt, *in testimonium;* vt etiam animaduertit Hieronymus. Itaque sensus verborum est; expectate me in diem, quo consurgam ad prædam, vel in futurum. Est tamen difficile tempus assignare, de quo in his verbis loquatur Deus.

Et primum Chaldæus & Albertus hunc locum intelligunt de liberatione è captiuitate Babylonica; nam eius expectatione consolatur populum; quando consurget Deus ad diripiendam Babylonem per Medos, & Persas, & populum liberatum adducet, vt colat vnum Deum, & loquatur eundem sermonem; & in eo nullus inuenietur improbus. At certè excellentiora sunt hæc promissa, quàm quæ in illo populo è captiuitate reducto legimus completa: imo multa videmus, quæ per illud omne tempus, quod est ante Christum natum, non solum non euenerunt, sed omnino contraria. Siquidem liberati à Chaldæis subiecti manserunt Persis, & Medis; atque non omnes gentes sunt subiugatæ: nec vno idiomate veteri loquebantur; sed mixto Chaldaico, ac Syriaco; multisque peccatis fuere coinquinati, vt constat ex libris Machabæorum. Deniq; ipsi Hebræi videntes hæc illo tempore non completa, ad aduentum sui Christi reuocant eorum complementum.

Deinde veteres Hebræi, vt refert Hieronym. hunc locũ explicant de tempore aduentus Christi in extremo tẽpore, quo regna omnia destruet, & gentes omnes subiugabit, & suum populum congregabit, vt colat vnum Deum, & loquatur lingua Hebraica, vt in principio. Et hi quidem dum Christum sibi fingunt, nobis ad hoc deseruiunt, vt nos doceant Sophoniæ promissa non ad tempora post reditum è Babylone; sed ad tempus aduentus veri Christi, quem Christiani venerantur, pertinere; quæ est communis intelligentia Patrum, & interpretum, tam Græcorum, quàm Latinorum; quamuis quidam illorum explicent de extremo iudicio, & posteriori Christi aduentu; quidam de priori.

Tertio igitur Hieron. Remig. Haymo, Albert. Lyra, Vatab. & Isidorus hunc locum de posteriori Christi aduentu explicant, licet diuerso modo; nam quidam vt verbum comminatorium exponunt. Ego vobis multa contuli beneficia, in vestri vindictam, vicinas gentes disperdidi, sperans vos ad meam amicitiam redituros. cum contra euenerit; propterea expectate me in illum diem, quo inter omnes resurgentes, ego victor resurgam ad vestram, omniumq; gentium improbitatem plectendam; quas sum congregaturus, & damnaturus, & electis meis dabo labium electum in patria cælesti. Alii vt Isidorus, & Robertus, putant esse verba consolatoria; alloquitur enim pios, vt paululum sustineant aduersariorum rabiem, quousque ipse iudex veniat, & vltionem sumat de eis; & tunc futurum promittit, vt electi sui puro eum celebrent labio. Cui expositioni obstat illa rationalis particula, *Quapropter,* quæ reddit rationem ingratitudinis Iudæorum, qui corruperant sedulò cogitationes suas: propter quas eos puniendos minatur, non consolandos promittit. Verũ quod non loquatur de posteriori Christi aduentu, probant quæ in toto capite subiicientur: nam loquitur de vnico populi Christiani cultu, qui inuenietur etiam vltra flumina Æthiopiæ, & sperabunt in nomine Domini, qui saluabit eos, & fugatos congregabit, & ponet in laudem, & gloriam in omni terra confusionis eorum. Quæ omnia ostendunt sermonem fieri de bonis communicandis Iudæis, dum agent in terra: quamuis & de cœlo possint non ineptè accipi, vt dicemus singillatim.

Quarta communis expositio est Eusebii lib. 2. de Demonstratione Euang. c. 17. Hieron. Theod. Augustini, lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 33. Remigii, Hugonis, Dionys. & Mont. qui de priori Christi aduentu exponunt; licet diuersimodè. Nam quidam *resurgere* accipiunt pro accingere se ad pugnandum; quando Christus per Euangelium suum victor euasit de gẽtibus, & linguas ad multitudinem deorum eruditas, ad cultum vnius Dei, quem vno ore nominabunt, & colent, conuertit; & hoc est, expectate me ad diem, quo surrecturus sum ad prædam, seu ad spolia de gentib. detrahenda. Alii propriè de Christi resurrectione exponũt; expecta me, inquit, ad diem, quo victor resurgam è mortuis ad prædam referendam in cœlum: cum ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem eorum, qui ex omnibus gentibus in limbo continebantur; vnde dedit dona hominibus, nempe dedit populis labium electum, misso Spiritu sancto. Vel expectate me in diem meæ resurrectionis in testimonium meæ diuinitatis, & potestatis. Sic enim interpretati sunt veteres interpretes, auctore Hieron. nempe quando victor vi verbi sui effudit iram suam in omnes gẽtes; destruens idololatriam, & effundens spiritum suũ, vt vno ore Christum ipsum confiteantur, & colãt. Demum

De posteriori Christi aduentu.

Refutatio.

De priori Christi aduentu. Eusebius. Hieron. Theodor. August.

De pugna Euangelica.

De resurrectione Christi.

sunt alii, qui volunt loqui Christum de tempore, quo surrexit victor, & vindictam sumpsit de Iudæis per Romanos, congregans illos vndiquaque Ierosolymam. Volunt enim propriè accipi iram & indignationem, de qua statim.

15 *Quia iudicium*] Hoc est, quia definiui, ac decreui congregare gentes, colligere regna, vt effundam super eas indignationem meam, omnem iram furoris mei. Nam igne zeli mei consumetur tota terra. Ita verbum illud, *iudicium meum*, explicant Vatab. Montanus, & Robertus. Et hanc quidem gentium congregationem ad puniendum eas, difficile est explicare. Qui de extremo iudicio hunc locum intelligunt, propriè accipiunt hanc gentium congregationem; rectéq; connectunt hæc verba cum præcedentibus. Ego volui te liberare à Chaldæis ô Ierusalem, ideoque te multis admonui; at tu nihilominus in tuis peccatis perseuerans, corrupisti cogitationes tuas. Idcirco, quia non curas melior fieri, expecta paulisper tempus, quo surrecturus sum ad iudicandum vniuersum orbem; nam tunc congregabo omnes gentes coram me, vt vlciscar me de omnibus illis; & tunc certè, tu ô Ierusalem pœnas dabis ingratitudinis tuæ, & pertinaciæ, inter ceteras gentes. Verum hic sensus non rectè cohæret cum sequentib. *Quia tunc reddam populis labium electum, & vltra flumina Æthiopiæ deferent munus mihi.* Nam de eodem ipso tempore sermo est. Quare qui de priori Christi aduentu exponunt, hanc gentium congregationem & vltionem duplici modo intelligunt, aut allegoricè, aut propriè. Allegoricè quidem: cum Deus, & Christus vi verbi sui omnes gentes imperio Satanæ subiectas, & diuersis religionum idiomatis contaminatas, expiabit ab idololatria; & de sub iugo diaboli, in Euangelicam libertatem asseret; ita sua effusa in idola, & cultores eorum, qui iam sceleribus expiati, vno labio colent Deum vnum. Qui verò propriè hæc accipiunt, existimant hæc esse comminatoria, quib. Deus comminatur Iudæis, se omnes ipsos ex gentibus omnibus, & regnis, inter quas dispersi habitant, congregaturum Ierosolymis, & ibi tandem extremam de illis vltionem sumpturum per Romanos, & suam in eos iram effusurum. Quod quam vere sit mandatum executioni, docet Iosephi historia libr. 7. de bello Iudaico, c. 17. vbi ex omnibus regionibus, quas enumerat Luc. cap. 2. ad Azimorum festum congregatos, à Romanis interemptos per omne tempus obsidionis enumerat vndecies centum millia, captiuos nonaginta, & septem millia. Qui sensus ex eo consentaneus videtur; quod tūc minas impleuit, quibus dixit; quia meis monitionibus nihilo meliores effecti estis, expectate paulisper in tempus, quo congregabo omnes vos ex gentibus omnibus, & regnis, & vltionem meam effundam in vos; & tunc postquam me vltus fuero de vobis, conuertam me ad gentes, & dabo illis labium electum. Et antecedentia, & sequentia rectè cohærent.

Gentes in die iudicii congregandas.

Gentes cogendas ad Euangelium.

Iudæos cogendos Ierosolymis, vt à Romanis plectantur.

Profectò potius hæc videntur dicta ad Iudæorum consolationem, quasi dicat; quia his rationibus vos ad meliorem frugem non pertraho, expectate me in illud tempus, quo aliam efficaciorem viam inibo, qua vos ad me pertraham; nam gentium impietatem delebo, & sermonem varium, & dabo illis labium electum; tunc enim & tu conuerteris ad me, & me vnum colas, & mores mutabis. Huius sensus ratio est, quia mutatio gentium ex impietate ad pietatem ostenditur illis verbis. *Quia tunc reddam populis labium electum.* & Chaldæus cum dixisset. *Etenim igne Zeli mei consumentur omnes impii terræ,* subdit. *Siquidem ita conuertam in omnes gentes locutionem vnam electam, vt precentur omnes in nomine Domini.* Quasi ostendat, consummationem impiorum in eo esse, vt consumpta impietate, vnam Dei veri religionem omnes accipiant; & Iudæi ex æmulatione gentium, vt sæpe loquitur Paulus, cōuertantur, etsi pauci, ad Christi fidem. Vel si mauis, hic erit sensus; Quia non vis modo mutare mores, expecta tempus aduentus mei, quando commouebo cœlum, & terram, mare, & aridam, variis bellis vndique orbe exardescente, vt dicemus Haggæi 2. & post hæc dabo populis labium electum, vnicam legis Euangelicæ religionem, in quibus & vos Iudæi, etsi pauci, conuertemini.

Iudæorum consolatio in eorum conuersione.

Alius sensus.

16 *Quia tunc.*] Particula כי *chi*, quæ conuersa est, *Quia*, videtur superfluere, & ornatus causa tantum adiecta, pro, etenim, siquidem, aut sane, vt alias sæpe. *Etenim tunc vertam ad populos labium electum*, vt cum Aquila, & Theodotione legit Vulgatus; vel *Labium purum*, aut *mundum*, vt verunt Symmachus, & Montanus. Vt inuocent omnes in nomine Iehouah, & seruiant ei humero vno. *Labium* autem metonymicῶs accipit pro sermone vno, quo venerabuntur omnes nomen vnum Domini, & seruient vno animo, & consensu: ducta metaphora à baiulis, qui ex æquo oneri supponunt humerum. Igitur Hieronymus, Theodoretus, Remig. Haymo. Albertus, Hugo, Dionysius, Isidor. & Montanus sermonem hunc purum intelligunt, quo relictis diuersis locutionibus, quibus diuersa idola colebant, incipient gentes vno ore loqui, vnum Dei nomen inuocare, & colere, per legem Euangelicam instructæ. Et hunc sensum habet Chaldæus, cum ait, *conuertam in omnes gentes locutionem vnam electam, vt precentur omnes in nomine Domini.* Ex ceteris, qui de extremo iudicio hæc explicant, Lyra intelligit post interfectum Antichristum omnes cognituros Christum, & fidem eius professuros. Vatab. ante conflagrationem orbis, exponit, per aduentum Spiritus sancti in specie linguarum ignitarum, omnes cognituros, ac inuocaturos Christum. Galatinus libi. 12. contra Iudæos, c. 3. adducit quosdam per *labium electum*, aut *purum* intelligentes Græcum idioma, quod Dominus initio elegit ad propagandam fidem, vt propagarunt Apostoli, & Patres primæui. Alios intelligentes linguam Latinam, qua sub vno Romano Pontifice nomen Domini fere omnes nationes inuocant. Ipse verò magistris Hebræorum suffragatur, qui intelligunt Hebraicam, in qua post resurrectionem electi ipsum nomen Iehouah inuocabunt. Nam quemadmodum ante linguarum diuisionem, vt notat Montanus, vniuersa terra erat labii vnius: nam primi parentes in paradiso, & extra, ea lingua locuti sunt; & omnes locuti sunt deinceps vsque ad illam diuisionem; ita post linguarum in vnam contractionem quod fiet post resurrectionem generalem, omnes lingua Hebraica loquentur, & inuocabunt nomen Iehouah.

Vno labio vno sermone Deum colendum.

Sensus de vna legis Euangelicæ locutione.

Sensus de vna Christi professione vel in die iudicii, vel per aduentum Spiritus sancti.

Sensus de Græco sermone.

4 Sensus de Latino sermone.

5 Sensus de Hebraico idiomate ab electis professo [illegible] lingua Hebræa prima omnium repetetur in gloria.

17 *Vltra flumina*] Hebraicè, *de trans flumina* כוש *Chus.*

Æthiopia duplex, Orientalis & Occidentalis.

A quod numen vulgatus vertit *Æthiopiam*. & quam O. bis regionem significet dubitant interpretes. Duas antiquis auctoribus fuisse Æthiopias constans opinio est, Arabico sinu disclusas, Orientalem, & Occidentalem. Huius distinctionis primus auctor Homerus inuenitur Odyss. 1. de Neptuno loquẽ. Sed hic, ait, Æthiopas adierat procul existentes; Æthiopas, qui bifariam diuisi sunt, extremi hominum, hi quidem ad Occidentem Solem, illi autem ad Orientem. Quem secuti sunt Euripides in Phaëthonte, Æschylus in Tragœdia Prometheus solutus. Seneca in Hercule furente; Virgil. lib. 1. Æneidos; cum Diodoro Siculo lib. 3. c. 6. de Theutamo 20. Assyriorum rege loquente. Ephorus quoq; libro de Europa, quẽ refert Strabo lib. 1. Geographiæ; & Herodot. lib. 7. p. 495. Ex quibus Strabo postquam longissimè de Homeri versibus disputasset, ita concludit. Omnes Æthiopes bipartiti, omnes accipiendi sunt, qui ad Oceani oras extenti incolunt, ab Oriente vsq; ad Occidentem Solem. Nam qui sic appellantur Æthiopes bipartiti naturaliter sunt sinu Arabico, instar fluminis, (meridiani circuli partitione non contemnenda) longitudine fermè stadiorum supra quindecim millia, latitudine non multu maiore quàm mill, vbi maxima. Insuper & longitudini illud adest, istius sinus secessum à Pelusio. o mari tribus, vel quatuor diebus distare; quod terra ipsa interiacens id est; Isthmos, continet. Sed sunt qui hanc Æthiopum diuersitatem in sola ipsa Africa agnoscunt Nilo flumine distinctam. Nam versus Ægyptum vsque ad deserta hi habitant; qui Macrobii dicuntur, quod iostinam excolant: at in interiori parte Africæ versus Oceanum illi Æthiopes, qui Nigritæ à Nigro flumine, quod postmodum Nilus denominatur, vocãtur: quibus modo rex ille dominator, quem *Presbyterum*, aut *Prestem Ioannem* dicimus. De quibus Pausanias lib. 1. in Attica, p. 128. Solinus in Polybistoria, c. 30 & 33. Plinius lib. 5. cap. 8. & 9. Mela lib. 1. cap. 4. & Strabo in sua Geographia. Verum vltra mare rubrum versus Ortum Solis ad ipsos vsque Indos, Æthiopas fuisse dispersos, priores auctores non dubie affirmant; præsertim Herodotus; qui sic ait. Hi Æthiopes qui sunt ab Ortu Solis sub Phanarzatre censebãtur cum Indis, specie nihil admodum à ceteris differentes, sed sono vocis duntaxat, atq; capillatura. Nam Æthiopes, qui ab Ortu Solis sunt, promissos crines; qui ea Africa, crispissimos inter homines habent. Æthiopes, qui ea Asia sunt, pleraque arma quæ Indi gestabant. Feruntur autem Æthiopes ad Indum fluuium quõdam habitasse, relictisque suis sedibus iuxta Ægyptum consedisse, & paulatim interiora Africæ penetrasse; Vnde Ephorus apud Strabonem lib. 1. Rumor est, inquit, apud Tartessios, quod Æthiopes Africam vsque ad Occasum ingressi sunt: partimque ibidem mansisse, partim verò etiam maritima magno spacio occupasse. Et Euseb. in Chronico, quem refert Augustinus lib. de mirabilibus sacræ Scripturæ, cap. 28. anno mundi 3580. ante natum Mosem: Æthiopes, ait, ab Indo flumine consurgentes iuxta Ægyptum consederunt. Idipsum significauit Ouidius libr. 4. Metamorphoseos, de Perseo loquens, qui Andromeden *nigris portauit ab Indis*.

Homerus. Euripides. Æschylus. Seneca. Virgilius. Diodorus. Ephorus. Herodot. Strabo.

Æthiopes mari rubro distincti.

Æthiopes Nilo distincti. Macrobii, & Nigritæ.

Pausanias. Solinus. Plinius. Mela. Strabo.

Eusebius. Augustin.

Sed vt propius ad nostrũ Prophetam accedamus. *Chus*, qui denominauit omnem Arabiã *Chusim*, & quam communiter vocant Æthiopiam, nec ipsum, nec filium eius in interiorem Africam penetrasse, eamq; denominasse, quin nec in eam ingressum, aut in ipsam Ægyptum, ea Scriptura sacra non erit difficile monstrare. Vniuersa enim Arabia Ægypto & Palestinæ contermina, dicitur *Chus*, & à Latinis interpretibus, *Æthiopia*. Nam Sephora vxor Mosis, Exod. 2. 15. Madianitis erat, & Num. 12. 1. *Chusith* dicitur. Lannè *Æthiopissa*. Ismaelitas Madianitas, & Æthiopes eosdem vocari ea Gen. 27. 25. & 37. 36. constat. Zara regem Chusæorum ab Asa rege fusum, & aliquas eius vrbes diripuisse vsq; Gerara, refertur 2. Paral. 14 Geraram autem fuisse in finibus Palæstinæ versus Ægyptum ea peregrinationibus Abrahæ, & Isaac B constat Gen. 20. & 26. Ps. 68. 4. tanquam de finitimis nationibus dicitur. *Philisthim & Tyrus, & populus Chus, hi fuerunt illic.* & 2. Paral. 21. 16. *suscitauit Dominus contra Ioram spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui confines sunt Chusæis Æthiopibus.* Ps. 73. 14. *Confregisti capita draconis, & dedisti eum escam populis Chusim Æthiopum.* Hoc est, eiecisti piscem, illum magnum Pharaonem in Orientalem oram maris rubri, & datus est in escam Arabibus. Ex his constat satis, nomine *Chus* Orientalem Æthiopiam significatam, quæ vniuersam comprehendit Arabiam: peculiari verò ratione illi *Chusæi* dicuntur, qui propinquiores situ sunt Ægypto, & Palæstinæ: Arabes nempe, qui vltra Pelusiacum Nili ostium ad Rubrum mare pertinent; ad quos ea Ægypto nauigatur, vt dicitur 30. Ezech. 9. *In die illa egredientur nuncii à facie mea in trieribus ad conterendam Chus*, seu *Æthiopia confidentiam, & erit pauor in eis in die Ægypti.*

Chus non ingressus Ægyptum & Æthiopiam.

Arabia Æthiopia.

Geraræ fines.

Arabum sedes.

Sed & filii Chus vltra Arabiã, & mare rubrum non consederunt; hi sunt ex Gen. 10. 7. Saba, Heuila, Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Regma verò habuit filios Schaba, & Dadan. סבא *Sabah* primus filius Chus nomen dedit Sabæis; qui, auctore Plinio lib. 6. c. 28. ad vtraque maria porrectis gentibus habitant, nempe ad mare rubrum, & Persicum, nam Sabæi hi, qui à Saba filio Chus nominantur ad sinum Arabicum, seu rubrũ vergebant, qui verò à שבא *Schabah* filio Regma, ad sinum Persicum. Vnde Psal. 71. 10. coniunguntur, tanquam sedes contiguas habentes, cum dicitur, *Reges Scheba, & Saba dona adducent.* Atque hi Schabæi filii Regma erant, qui Iob. 1. 15. abegerunt boues, & asinas Iob, & quorum regina Austri venit è finibus terræ, id est, à Iudæa remotissima terra, audire sapientiam Salomonis, vt dicitur Matth. 12. 42. nam regina *Schaba*, non *Saba* appellatur 3. Reg. 10. Alter filius Chus Heuila Heuilæos fecit, qui terras coluerunt versus sinum Persicum, non procul ab Ismaëlitis & Amalecitis. Nam 25. Geneseos legimus Ismaëlem habitasse ab Heuila vsque Sur, quæ respicit Ægyptum; & 1. Reg. 15. Saulem percussisse regem Amalec ab Heuila donec venias Sur, quæ est è regione Ægypti. Tertius filius Chus Sabatha videtur denominasse populos Sabathæos felicis Arabiæ incolas, & aliis fratribus permixtos. Nam in Arabia felici Ptolomæus metropolim quandam nominat Sabatha. Quartus Chus filius Regma Regmæos denominauit, gentem vicinam Sabæis, quibus coniungitur 25. Ezechiel. 22.

Filii Chus vbi sederint.

Plinius.

Sabæi inter sinum rubrum, & Persicum siti.

Heuila vbi consedit.

Sabatha filius Chus.

Regma filius Chus.

cum dicitur. *Venditores Schaba, & Regma, ipsi negociatores tui cum vniuersis primis aromatibus* Quintum Sabathacha his adiungimus, qui quòd in extremas Arabiæ felicis oras transiisset, ignotus Iudæis est. Porro Dedan alter filius Regma, & frater Schaba Dedanæos fecit, Idumæis maximè vicinos, aut potius coniunctos. Ait enim Ieremias c. 49. 8. *Surgite, & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan, quoniam perditionem Esau adduxi super eum.* & Ezechiel. cap. 25. 13. *Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem, & iumentum, & faciam eam desertam à Theman, & qui sunt in Dedan gladio cadent.*

Sabathacha filius Chus.

Chus filii intra sinũ Arabicum sedem collocarunt.

Ex his omnibus manifestum fit Chus cum filiis suis, & nepotibus non fuisse prætergressos Arabicum sinum; ac proinde ex his non duxisse originem Africanos, Æthiopes. Verùm & his, & illis, ceterisque, qui oram Oceani incolunt, Orientem versus, à Græcis Æthiopum nomen impositum è re ipsa, à facie videlicet combusta Solis ardore, qui ad meridiem feruidior est, non ab vno originis parente: nam *αἴθω cremo*, & *ὤψ aspectum*, seu *faciem* significat. Iam ad explanationem accedamus.

Expositio 1. de Æthiopia vltra Nilum.

In primis Hieronymus, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Dionys. & nonnulli ex recentioribus, communem afferunt expositionem de Æthiopia vltra Ægyptum; hoc enim est, *de vltra flumina Æthiopiæ*, nempe de terra illa remota, quæ late patet vltra Nilum, qui in septem flumina diuiditur; quæ non est alia, quàm interior Æthiopia, quæ Oceano alluitur Æthiopico. Potest hic sensus extendi ad interiorem Ægyptum, & Alexandriam; quæ est trans ostia Nili, qui ducit suam originem ex Æthiopia: siquidem Hieronymus verba Isaiæ c. 18. 1. quæ eadem sunt Sophoniæ, nempe; *Væ terra cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ*, in eum modum explicat. Verum non videtur hic sensus conuenire horum Prophetarum verbis, qui dicunt, *de trans flumina Chus*. At Chus cum filiis suis, monstrauimus non fuisse prætergressum sinum Arabicum, sed per vniuersam Arabiam consedisse: quare Arabiæ flumina designat, non ex Æthiopia Africana deriuata in Ægyptum.

Refutatur.

Expositio 2. de India Orientali.

Secundò, Chaldæo, Vatablo, & Montano videtur per *flumina* significari Tygridem, qui Persidem regionem interluit, donec in sinum Persicum exhauriatur; tum etiam Indum, & Gangem, & si quæ sunt alia in Sinarum regione flumina; ac proinde omnem illum vastum, lateque patentem Asiæ tractum, qui ad Solis auroræq; ortum protenditur, vsque ad eas terras, quæ à nostris nauigatoribus inuentæ sunt, adusque Sinas ipsos à nostro Propheta comprehendi. Nam Chaldæus sic hunc locum vertit: *abusque trans flumina* הודו *hodu*. hoc est Indiæ; quam Chaldæi Arabes & Syri *hodu*, *hondu*, vel *hando* vocant, omnes Orientales Æthiopiæ regiones, Sinas etiam, significantes. De quibus Foreirus intelligit Isa. c. 11. 11. dicentem. *Et erit in die illa: adiciet Dominus secundo manũ suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis & ab Ægypto, & à Sinear*; id est, à Sinis: quorũ meminit Ptolomæus lib. 7. c. 3. Indis vltra Gangẽ finitimis. Sed eadem ratione, qua præcedens expositio, reiicitur hæc, quod pro certo accipiat incertum, nempe terram omnem quæ Oceano Orientali

Ptolomæus

Refutatio.

alluitur, dictam Chus, aut Chusæorum; cum ex Scriptura certius ostenderimus, nec Chusæos sinum Persicum fuisse transuectos ad Orientem, nec Arabicum ad Occidentem. Quare flumina Chus inter hæc duo maria requirenda sunt.

Expositio 3. de Ægypto.

Tertiò, sunt qui existiment sermonem esse de Ægypto, quæ sita est trans flumina Chus, nempe Arabiæ, nam Arabia dicta Chus Ægypto conterminia, habet Gihon fluuium, ex paradiso discurrentem. habet lacum Sirbonidem versus mare Syriacum; & ex altera parte versus Meridiem habet Traianũ fluuium; item sinũ Arabicum, seu mare rubrum. fossas quoq; manufactas, *Dioryges* dictas, quas omnes aquas, *fluuiorum* nomine notat Scriptura. Probat hunc sensum locus ille Isaiæ cap. 18. *Væ terra cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ.* Describitur enim Ægyptus, quæ mari alluitur, & Nili brachiis; quare nauigiis abundat, & dicitur terra vmbræ alarum, id est, regio, quæ velis, quæ sunt nauibus pro alis, plena est. Et sita est, ac iacet trans flumina gentis Chusæorum, qui habitant ad oras maris rubri, vt iam explicuimus. Hæc expositio propriè accipit verba Prophetæ, tum etiam flumina Chusæorum omnino designat: atq; cum Hieronym. conuenit dum explicat de Ægypto. Quare cum iuxta proprietatem verba Prophetæ explicet, verior habenda est, vt super Isaiam diximus.

Expositio 4. de Indis vltra Tygridem & Euphr.

Quarta placet nonnullis ea expositio digna Dei promissis, quæ verba Prophetæ explicat de terra illa, quæ longè, lateque patet vsque ad Orientem Solem, trans duo illa insignia flumina, Tygridem, & Euphratem, quæ alluunt terram Chus, nẽpe Chaldæam quã incoluit Nemrod filius Chus, & deinde Arabiam, quãtum ad sinum Persicum, in quem se exonerant: vt verior habet Geographorum sententia, aut quantum ad sinum Arabicum, vt asserit Iosephus lib. 1. Antiq. c. 2. vt flumina Chus dicantur, quod præterfluant primùm Chaldæam, & Mesopotamiam, deinde per mediam decurrant Arabiam: quibus adde duo alia flumina, Phison, & Gihon, quæ terram illam rigant. Vltra quæ flumina Asia tota est, & India adusque Sinas. Quam expositionem veram comprobant Chaldæus, Vatab. & Montanus, qui de India exponunt, vt vidimus, licet flumina Chus non omninò intellexerint quæ dicta sint, & qua ratione. Sic enim nostrorum hominum profectionem in eas remotissimas regiones, ad gentes Deo vero adducendas, & supplices illi tradendas, non obscurè prænunciasset Sophonias, sicut & c. 18. Isaias.

Iosephus.

18. Atharai. Putsai Gẽtilia nomina.

Supplices mei.] Ex Hebræo sic legitur hæc sententia. *De trans flumina Chus Hhatharai filia Putsai afferent munus mihi.* Et vocabulum *Hhatharai* עתרי David Kimhi Gentile nomen esse putat, gentis, aut familiæ, quem sequuntur Pagninus, Vatab. & Robertus. Similiter & nomen פוצי *Putsai* gentis nomen existimatur à Vatablo, & Roberto, vt sit sensus: Atharæi, qui sunt filia, seu congregatio Putseorum, afferent mihi munus de terra sita vltra flumina Chus. Verum Septuaginta, Symmachus, & Vulgatus interpres, Chaldæus, & multi ex recentioribus, tanquam nomina appellatiua hæc accipiunt, & veriùs. Et quidem Chaldæus videtur significare his verbis promitti liberationem populi Israelitici e captiuitate, nam sic expo-

Nomina appellatiua.

Sensus 1. de Israele liberando.

[illegible] *trans flumina Indiæ cum miserationibus reuerte-* [illegible] *tenuis populi mei, qui captiuus ductus est, & ad-* [illegible] *ent eos illuc tanquam oblationes.*

Sed ceteri de fidelibus in remotissimis quibusque regionibus ab Euangelicis prædicatoribus ad Christum conuersis, hæc intelligunt: nam terram Chus, aut terram vltra flumina Chus, quamcunque tandem intelligunt, licet remotissimam, & longè positam, si verba diu [illegible] modè contexant. Nam Hieronymus, Remigius, & Haymo ita legunt: *Supplices mei, filia dispersorum meorum, deferent munus mihi.* Hoc est, o Israel, aut Synagoga quondam filia, quam in toto orbe dispersi, licet inuideas, licet æmulatione crucieris, tamen de Æthiopia mihi victimæ deferentur, id est, de gentium populis. Albertus tamen, Hugo, Dionysius, Isidorus, Montanus, & Robertus sic contexunt. *Supplices mei fideles, qui dispersi sunt per vniuersum orbem;* iuxta illud Iohan. 11. 51. *prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt & filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum, deferent mihi munus.* Nam בת bath *filia dispersorum*, positum est pro *congregatio dispersorum meorum*, aut pro *dispersi mei*, vt LXX. & Chaldæus acceperunt; vsu Scripturæ, quæ filiam Sion, pro Sion vsurpat, & filiam Babylonis pro Babylone. Alii per accusatiuum transferunt; *supplices meos, filiam dispersorum meorum adducent munus mihi.* Hoc est, in remotissimis regionibus etiam habebunt præcones mei aliquos fideles dispersos, qui mihi supplicabunt, & quos adducent mihi munus. [illegible] sensum insinuat LXX. cum vertunt: *De finibus fluminum Æthiopiæ suscipiam dispersos meos: afferent victimas mihi*, vt habetur in Hieronymo, & in Codicibus Complutensi, & Regio. Nam apud Eusebium 2. lib. Demonstrat. Euangel. cap. 16 ita legimus: *Ex[s]cipiam supplicantes mihi, filii dispersorum afferent hostias mihi.* Eodem [illegible] Theodoretus: *A finibus fluminum Æthiopiæ suscipiam filios dispersorum, mihi supplicantes, afferent victimas mihi.* Sic quoque Symmachus: *A finibus fluminum Æthiopiæ, supplicantes mihi filii dispersorum meorum deferent munus mihi.* Hoc est, vt ait Theodoretus, [illegible] procreatis a b[illegible] præconibus spiritualis, quos in omnes [illegible] oras dispersit, spiritualia mihi dona afferent. Nam Apostolus dispersos fuisse per orbem vniuersum ad disseminandam legem Euangelicam, & alios Christo aggregandos, qui & filii dispersorum dispersorum [illegible] vocantur, notius est, quam vt oporteat [illegible] probare.

Atque hunc sensum habet lectio Vulgati. De vltra flumina Æthiopiæ Indicæ fideles supplices mei, qui sunt filii dispersorum meorum Apostolorum, & virorum Apostolicorum, deferent mihi munus. Vel filii dispersorum meorum, qui successerunt Apostolis in officio; multos mihi acquirent supplicantes mihi, & quos afferent mihi in munus; vt faciunt modo nostræ Societatis homines in Indiam, Iapponiam, & Sinas, aliasque remotissimas regiones [illegible].

19 *Non confunderis*] Heb. [illegible] *In illa die non pudebis te ab omnibus operibus tuis, quibus præuaricata es in me.* Loquitur cum Ierusalem, [illegible] cum Iudæa ad Christum conuersa, ex omnium [illegible]. Io [illegible] tempore, quo gentes ad me conuertentur; tu quoque Ierusalem cum filiis tuis, qui Christu[m] [illegible] non habebis, quo pudore afficiaris de omnibus tuis [illegible] operibus, quæ contra me [illegible] commisisti, [illegible] condonatis. Sic intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Montanus, & alii. Sed David Kimhi, quem sequuntur Vatablus, & Robertus [illegible] ineptè. Indè illa non congruere [illegible] Iudæorum, quæ facturæ [illegible], & [illegible] non vt modo, cum [illegible] ob mala, quibus [illegible] es in me præuaricata. Dat [illegible] las addit [illegible] non sit habitura quo pudeat; quia auferam illas occasiones superbiæ, quæ origo est omnium vitiorum. Aliter, *quia auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ.* Hebræe *qui exultant in superbia tua*, id est, de excellentia tua, & dignitate; qui nimium sibi placent ob beneficia, quibus dignatus sum te super gentes. Hos putant esse Scribas, & Pharisæos, Hieronymus, Remigius, Haymo, Lyra, & Montanus; [illegible] Iudæos intelligit, qui gentes ad [illegible] Euangelicam admitti ægrè ferebant, & se [illegible] dignos ea gratia gloriabantur: quos retundit liber Actuum cap. 10. & Epistola ad Romanos. Altera tunc [illegible] occasio erat: *& non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo.* Nempe de templo in monte Sion constructo, de quo maximè gloriabantur, dicentes Ierem. 7. *Templum Domini.* Quasi non in alio loco liceret Deum adorare, & colere. Sic [illegible] Theodoretus, Albertus, Hugo, Lyra, Vatablus, Robertus. Sed Remigius, Haymo, & [illegible] Ecclesiam exponunt, in qua [illegible] humilitatis, sub magistro humili [illegible] erat, vt [illegible] magistris [illegible] Scribis & Sacerdotibus. Iudæi [illegible] humiliter [illegible] quererentur, & non gloriarentur de templo, & religione.

Populum pauperem.] Id est, mansuetum, seu humilem, & egenum, afflictum; Chaldæus exposuit *tolerantem violentiam, & contumeliam.* Nempe residuum Israel, Apostolos, & omnes discipulos, qui pro Scribis, & Pharisæis superbis, electi sunt ad gratiam Euangelicam, & humilitatem sectandam, & mala ferenda pro Euangelio. Nam hos intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remig. Haymo, Hugo, Lyra, Isidor. Vatab. & Montan. qui omnia relinquebant pro Christo, & Euangelio: suam omnem spem in eo collocantes. Addit autem vitæ sanctitatem, quam acturi sunt huiusmodi reliquiæ; adeo enim Christi puritatem sequentur, vt nec iniquum quid admittant opere, nec ore mendacium vllum, aut dolum: maximè enim Christianum decet veracitas [illegible] rum. Huius autem tantæ sanctitatis causam adhibet; quia nancisceretur pastorem optimum & vigilantissimum; cuius oues nemo rapere valeat de manu illius, & nemo sit, qui exterreat accubantes in Ecclesiæ pascuis. *Quis enim accusabit aduersus electos Dei? aut quis separabit eos a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.* Remig. Haymo, Albert. & Hugo, hæc quoque explicant de posteriori Christi aduentu; quando peccato, morteque deuicta, [illegible] [illegible] cælestem patriam, in qua vitam agent omni culpa expertem, & à timore alienam. Verum cum [illegible] Prophete cum Ierusalem terrena, vt diximus, de plebe eius paruula per Christum mutanda in melius, loqui est deinceps intelligendus.

21 *Lauda filia Sion* ... A

te rex Iudæi, g ... m
munis habet exp ... ve
l explicate ... congregatis ... tis,
& Iudæis. S ... tempus ... preces.
Nam ... ymus, Haymo Albertus,
& Hug ... ut ad implenda post de-
structos piorum inimicos in extremo iudicio;
quando summa lætitia perfruentur sub rege
Christo in gloria. Sed verius ipse Hieronymus,
Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Ly-
ra, Dionysius, Vatablus, & Montanus, de primiti-
is fidelium Ecclesia exponunt; quam Christus
congregabit. Prorumpe in laudem Dei tui, ô
congregatio Sion, ait, iubilate Israel, lætate,
& exulta toto corde filia Ierusalem; nam in- B
de suam duxit originem. Huius tantæ læti-
tiæ causas accumulat, ex malorum remotione
p... ius.

Ecclesia e Ierusalem orta.

Lætitiæ causa remotio malorum.

Prima est, *Abstulit Dominus iudicium tuum.* Hebraicè, *Abstulit Iehouah iudicia tua.* Id est, peccata, quibus damnationi meruibaris adiudicari; vel iam etas adiudicata. Ita LXX. Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatablus, & Rob. ... Sed Isidorus, & Montanus *per iudicia* intelligunt mala pestis, famis, excæcationis, & similium; quibus Deus illum populum solebat punire; quasi de solis Iudæis conuersis sit sermo, & non de gentibus.

Iudicia peccata vel pœnæ.

Secunda est, *Auertit inimicos tuos.* LXX. dixerunt. *Redemit te de manibus inimicorum tuorum.* & Chaldæus: *extirpauit inimicos tuos.* Dæmones, de quorum seruitute liberauit, intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, & ceteri cum C Vatabl. & Montan. intelligit corpus peccati, omnibus peccatis compactum; quod Christus affixit cruci; & iuuat hunc sensum Hebræa lectio פִּנָּה אֹיְבֵךְ *pinnah obech* euerit peccatum tuum, vt solent euerti purgamenta, & sordes; repurgauit, aut euertit velut scopis. Idem verbum est Isaiæ 40. vers. 3. *parate viam Domini,* id est, repurgate viam.

Peccatum purgat & a fixum cruci.

Tertia est. *Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltra.* Christum intelligunt Hieronymus, & ceteri cum Lyra, & Vatabl. qui cum Ecclesia sua erit vsque ad consummationem seculi; D quo tutore, & seruatore non timebit malum vltra: quia sine timore de manu inimicorum liberati seruimus Christo, per hoc, quòd nullam videt fidelis afflictionem, quam non ferat æquo animo facili me Dei auxilio. Namideo Christum pastorem sequens Ieremias cap. 17. non est turbatus. Hæc nonnulli ad patriam supernam referunt.

Christus custos Ecclesiæ.

22 *Sion.*] Iam addit causas exultationis ex bonis Ecclesiæ tributis. Prima est: *Sion non dissoluantur manus tuæ.* Pro non dissoluentur manus tuæ præ timore. Hoc est, ne desistas ab incœptis metu persecutionum, sed serua susceptam fidem. Sic Lyra, E Vatabl. & Robertus, at Dionys. quia Dominus in medio tui, qui te seruabit, & eripiet è periculis: & gaudebit præ lætitia super te, cum te vident mala superantem, & cum gaudio; quod pro nomine eius contumeliam patians.

Exultatio Ecclesiæ pro bonis.

Secunda; *silebit in dilectione sua;* hoc est, non recordabitur ... amplius, neque obiurgabit p... eritas ... quod te diligat. Ita Chaldæus, ab-

... ico, dasius. ... Remigius, ... Albertus, Hu... Dionysius, Vatablus, ... Montan... bertus velalit.r. Cum ... bo... gi, & malu concuti, dissimulabit, quasi ... videatur, eo quod te dil... & o... paret. Vel vt lapis in cen... o, ... Ch... dilectione, qua hominem diligit quis ... De beatitudine hæc Hieronymus, & alij intelligunt.

Tertia: *Exultabit super te laude.* H... *exultabit super te in cant co, aut g...* ... est, exultabit ... laud..., ... qu... tu eum laudabis, aut te laud ... Hieronymum, Remigium, Haymonem, & ceteros. Vel quia præ ga... dio, & lætitia D... ipse... debitur canere, vt volunt Vatablus & Montanus. Quid enim mirum si ... plena ... conuiuiumque paretur in a... pr... gi, & gauderent Angeli super vno peccatore pœnitentiam agente; si gaudet Dominus Angelorum?

Nugæ.] Hebraicè נוּגֵי מִמּוֹעֵד *nuge mamobbed.* 23
Atque illud participium ... quod *tædio,* aut *mœrore afflictos* significat, aut *abstractos* ... Dauid Kimhi, & omnes recentiores ... interpretati ... LXX dixerunt, *congregabo confractos tuos,* & Chaldæus, *remotos.* & Vulgatus Threnor. 1.4. dixit *Virgines eius nugæ sub afflictæ* aut *squallidæ,* Hieronymus ... Hebræum reliquisse, quod ex illo deducitur ... Latinum *nugæ.* Nomen alterum *Moed* significat ... constitutum locum, aut tempus, vt Thr... nor. 1.4. *non est qui veniat ad Moed;* locum templi, ad festa celebranda constitutum. Th... nor. 1.15 *vocauit ad me Moed tempus,* meo interitui definitum. ... Hieronymus accepit pro conditione, seu conditione ... tuto, nam ita vocamus legem, cum ... mus, hac lege faciam, id est, hac conditione. Est ergo communis sensus Hieronym. Remig. Haym. & ceterorum, nugaces hominis, qui leuiter recesserunt à conditione, & conditione congregabo in vnam Ecclesiam. Theodoretus, & Dauid Kimhi intelligunt de Iudæis ... à captiuitate Babylonica: quos mœrore ... ad Sion congregaturum. Vatabl. ... & Robertus mœrore, aut ... diu sub tempus prolixum, quo sacrificarunt ... uentum ... congregabo in Ecclesia Christi. Et secundum lectionem Vulgati, Iudæos, quam desponderunt animum, de conditione, aut fœdere mittendi Messiam, congregabo ad meam Ecclesiam, nec iam probro affecerit ob probra illorum. Isidor. explicat; mœrore tuos, qui videbantur recessisse à cœtu tuo, resuscitabo; quasi de ex remo iudicio, & suscitatione generali sit sermo.

L... Hebræo nughim.

Lex ... Sensus.

Sensus.

Sensus ... de exercitibus Christianorum.

Interfectam.] Opportimam. de tempore primitiuæ Eccl siæ loquitur, secundum Theodoret. Remig. & Lyram. Vatabl. & Montan. quo Deus affligentes, & exprobrantes ... quod pietatem sequuntur, puniet. Aut ... dæos, qui adeo persecuti ... Apo... & discipulos; per Romanos vlciscetur ... exponunt Lyra & Vatab. ... gunt Hieronymus, Albertus, ... & Dionysius, & saluabit Ch... & præ labore, & fuga ... bus done ... Co... 4

Gens pu... et fide... secutorum.

ita Theodoretus, Remig. Haymo, Lyra, & Vatab. Montanus verò per *claudicantem* intelligit populum Iudæorum, de quo dicitur, 3. Reg. 18. *Vsquequo claudicatis in duas partes?* Sed de Christianis; quos Deus fecit gloriosos illis in locis, vbi prius pudore [illegible] affecti fuerant, antequam Christiani Imperatores fierent, vt intelligunt Theodoretus, Remig. & [illegible] cum Lyra, & Vatabo.

25 *In tempore illo* [illegible], quo supra dixerat, *interficiam omnes, qui afflixerunt te*; in tempore [illegible] quod dixi, faciam vos laudatos, & celebres in [illegible]bus populis [illegible] [illegible]am, qui Christo adhæsistis, & ab hostibus liberabo, & è latebris in lucem exibitis, cum Ecclesiæ sit pax reddita tempore Constantini, vt palam Christo iam seruiatis. Ita Albertus, Hugo, Lyra, & Vatablus, de Christianis primitiuæ Ecclesiæ exponunt. Montanus de Israelitis, & Iudæis in vnam Ecclesiam in fine mundi congregandis explanat. Hieronymus, Theodoretus, Remig. Haymo, Hug. & Dionysius de fidelib. [illegible] [illegible]unt, quos è captiuitate [illegible]tis, & dæmonum [illegible]ros est Deus, post [illegible] [illegible] gloriosum, ob res [illegible] illis benefi[illegible] mutatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]tatis, in [illegible] sphæris reportatis, & coronis donatos, ad beatam vitam ad[illegible] suis oculis aspiciant Deum omnes be[illegible], & [illegible]ces reddent in suo aspectu; quem [illegible] nobis videre ipse auctor bonorum I[illegible] Christus, Amen. Compluti die 12. Aprilis anni 1606. Gloria quibus donandi sunt in coelo sunt.

COMMENTARIORVM IN HAGGÆI PROPHETIAS

Liber Decimus.

PRÆFATIO.

Ostendit Haggæus populum, qui Babylone redierat, excitare ad templi instaurationem, metu, vel negligentia intermissam. Ac totum opus epigraphi, & tractatu absoluit. In epigraphi tempus explicat, in quo sermonem suum exorsus est: tum et personas tam dicentis, quàm ad quas dicitur: & rem demum, de qua sermo instituitur. Opus ipsum quatuor complectitur prophetias: in tribus prioribus falsas ostendit tres excusationes, quibus ab onere instaurandi templum populus se putabat exemptum. In posteriori in præmium muneris ea in re tam accuratè obiti, pollicetur Zorobabeli, in eius posteris, Christi regnum, aliis omnium gentium regnis subuersis, erigendum.

HAGGÆI PROPHETÆ.

Paraphrasis.

A

[1]In anno secundo regni [2] Darii filii Hydaspis regis Persarum die [3] sexti mensis [4] prima locutus est Dominus hunc in modum [5] per Haggæum [6] Prophetam Zorobabeli [7] Salathielis filio [8] duci Iudæ & Iesu [9] Iosedeci filio Sacerdoti magno [10] Populus iste, cui præfecti estis, rationi temporis tribuens quod suæ potius inertiæ, ac negligentiæ tribuendum est, [11] excusat se non semel de templo non ædificando, in ore versans hanc excusandi rationem. Nondum [12] venit tempus præstitutum, quo domus Domino est ædificanda: siquidem adhuc finitimarum gentium impedimentis non permittitur. Itane, [13] ait Dominus populo per suum Prophetam tempus sit s opportunum nacti estis, quo domos vobis ædificetis, [14] laquearibus ornatas in quibus habitetis, & domus mea hæc deserta adhuc permanebit, nemine quod destructa sit, ad eam ingrediente? [15] Aduertite, ait Dominus exercituum, labores manuum vestrarum, quibus iam solicite necessaria parare studuistis, & videbitis iram meam vobis impendere. quod iam ignaui fueritis iis, quæ ad gloriam meam pertinent. Seminastis multum frumenti, & me vobis reluctante, parum collegistis: comedistis, ac bibistis, & ob ciborum, vinique penuriam non estis satiati: cooperuistis vos, sed his vestibus propter omnium rerum, lanæque penuriam, quæ non sufficiunt frigori repellendo: & qui ex vobis [16] mercede ... vt aliquam pecuniarum copiam ex solutis mercedibus congereret, perinde eè manibus dilabebantur, ac si eas in marsupium perforatum mitteret, ex quo mox, vt concluduntur decidere, & cum magno cogentis dolore perirent. Hæc ergo attente considerate, ait Dominus exercituum. & consulite si placet, sapientius rebus vestris: & ascendite in montem Libanum, & præcidite ligna,

B

Cap. I.

1 [1] In anno secundo [2] Darii regis, in mense [3] sexto, in
die [4] vna mensis, factum est verbum Domini [5] in
manu Haggai [6] Prophetæ ad [7] Zorobabel filium Sala-
thiel, [8] ducem Iuda, & ad Iesum filium [9] Iosedec, Sacer-
2 dotem magnum, dicens: Hæc ait Dominus exercituum,
dicens: [10] Populus iste [11] dicit. Nondum [12] venit tempus
3 domus Domini ædificandæ. [13] Et factum est verbum Do-
4 mini in manu Haggai Prophetæ, dicens: Nunquid tem-
pus vobis est, vt habitetis in domibus [14] laqueatis, & do-
5 mus ista deserta? Et nunc hæc dicit Dominus exerci-
6 tuum: [15] Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis
multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis sa-
tiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non
estis calefacti: & qui [16] mercedes congregauit, misit eas in
sacculum pertusum. Hæc dicit Dominus exercituum.
Ponite corda vestra super vias vestras: Ascendite in
montem, portate ligna, & ædificate domum, & accepta-
9 bilis mihi erit, [18] & glorificabor, dicit Dominus. Re-
spexistis ad amplius, & ecce factum est minus: & intuli-
stis in domum, & exsufflaui illud: quam ob causam, dicit
Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos
10 festinatis vnusquisque in domum suam. Propter hoc su-
per vos [20] prohibiti sunt cæli, ne darent rorem, & terra
11 prohibita est ne daret germen suum. Et vocaui siccita

& componite, ac domum meam ædificate, & gratam ego illam habebo, [8] gloriam meam ostendens in ea, cum magnis [illegible] efficiam beneficiis. Etenim vndenam prouenisse putatis, quod instante messis tempore [19] spectabatis vos amplissimam frumenti copiam, & ecce modicam collegistis. & modicum id, quod in horrea condidistis, flatu à me misso volatile, ac ionne prorsus reddidi, folliculis tantum relictis? [illegible] onne, ait Dominus exercituum, ea sola causa est, quòd vestrum quisque mea domo neglecta, contendit omnino, vt domus vestræ affabre construantur, & exornentur? Ne ergo arbitremini aliam præter hanc fuisse causam, propter quam ego ea aere [10] nubes auerterim, ne rore solito terram vestram irrigarent; quo fit terra arida effecta, fructus annuos non posset germinare. Ego sum, qui adduxi ariditatem in terram hanc vestram, & in eius montes alioquin vberes, ſeque ne triticum produceret, nec vinum, nec oleum, nec alia quæcumque proferre soles humus Vt sic vos, & omnia iumenta, grata vestri creata, ariditatis malum sentiretis: denique, red idi inanem omnem laborem manuum vestrarum. Audierunt hanc Domini legationem, per Haggæum Prophetam exhibitam, [21] ad hoc ipsum missum à Domino, Zorobabel filius Salathielis, & Iesus filius Iosedec Sacerdos magnus cum reliquo populo qui timore Domini correptus, ne mala prædicta similia iterum experiretur, a[d] meliorem mentem se flexit, operi promouendo sese accinxit. Vt autem iam ad pietatem conuersum eum vidit Haggæus Domini legatus, [illegible] ad huiusmodi legationes obeundas ab ipso vir idoneus electus, dixit populo pergite, & neminem timeatis cœptum opus impedientem, [illegible] quia ego, ait Dominus, præsens vobis adero in omnibus. Confestim hac pollicitatione excitatos animus Zorobabelis ducis Iuda, & Iesu Sacerdotis magni, & reliquorum omnium de populo, Domino intus inspirante ad templi instaurationem accincti, omnia necessaria parauerunt, & aggressi sunt opus promouere [23] in die vicesima quarta sexti mensis eiusdem anni secundi Darii Persarum regis.

tem super terram, & super montes, & super triticum, &
super vinum, & super oleum, & quæcumque profert hu-
mus, & super homines, & super iumenta, & super o-
mnem laborem manuum. *Et audiuit Zorobabel filius* 12
Salathiel, & Iesus filius Iosedec Sacerdos magnus, & o-
mnes reliquiæ populi vocem Domini Dei sui, & verba
Haggæi Prophetæ, [21] sicut misit eum Dominus Deus eo-
rum ad eos: & timuit populus a facie Domini. *Et dixit* 13
Haggæus nuncius Domini [22] de nunciis Domini populo
dicens: Ego vobiscum sum, dicit Dominus. *Et suscitauit* 14
Dominus spiritum Zorobabel filii Salathiel ducis Iuda, &
spiritum Iesu filii Iosedec Sacerdotis magni: & spiritum
reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant
opus in domo Domini exercituum Dei sui, [23] in die vige-
sima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo
Darii regis.

ARGVMENTVM.

IN prima prophetia, quæ in priori capite continetur, remouet Haggæus de populi mente falsam illam excusationem, qua se excusabant, quod nondum tempus aduenisset templo ædificando præstitutum, cum finitimarum gentium con[tra]ribus impedirentur, quo manifesto indicio Deum ostendere asserebant, nolle se, vt [illegible] mus construeretur. Arguit ipsos falsitatis, ac negligentiæ, siquidem domos sibi ipsi ædificabant, & nullum ad hoc impedimentum esse causabantur. Tum deinde manifestam esse ostendit Dei voluntatem; cum terræ ariditas, & rerum necessariarum penuria, quam passi fuerant, satis indicarent, propter eam rem à Deo immissam; quibus Prophetæ verbis ad se redeuntes templi ædificationem aggressi sunt.

COMMENTARIVS.

1 Tempus Prophetiæ Anni regũ Persarum

IN anno.] Tempus designat Prophetiæ, iuxta annos regum Persarum, quibus subiecti viuebant; cum à die captę Ierusalem, & templi combusti, proprios reges liberè administrantes non habuerint. Octodecim autem numerantur anni, à primo, quo Cyrus iniuit imperium Persicæ Monarchiæ, vsque ad annum secundum Darii, per tempora quatuor Imperatorum. Nam Cyrus quidem, ex quo Monarcha factus est, octo tantum imperauit annos, auctore Xenophonte lib. 8. Cyripediæ: deinde eum secutus est filius eius Cambyses, quem Albertus Artarxerxem putat; sed Assuerus dicitur 1. Esdræ 4. 6. vt est communis sententia, Iosephi 11. Antiq. c. 2. Hieronym. super 1. cap. Zachariæ, & omnium Hebræorum, qui auctore Herodoto lib. 3. imperauit septem annis cum quinque mensibus. Post quem imperium occupauit Smerdis Magus cum fratre, per septem menses: qui videtur esse Artaxerxes 1. Esdræ 4. v. 7. Tum quod magnus bellator fuerit, cum bello adortus fuerit imperium occupare; quod nomen Artaxerxis innuit; vt docet Herodotus lib. 6 & manifestius faciunt idem Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. Tum quod ordine consequitur post Cambysem Assuerum, & ante Darium; quo loco ab Esdra statuitur. Tandem Artaxerxe hoc interfecto, de sententia septem familiarum suscepit Persicum Imperium Darius filius Hidaspis, imperauitq; triginta sex annos; vt tradunt Herodot. lib. 7. & Eusebius in Chronico. in cuius anno 2. locutus est Dominus Haggæo Prophetæ.

Assuerus. Cambyses Iosephus. Artaxerxes. Herodot. Iustinus.

Darii.] De Dario filio Hidaspis, cuius historiam referunt Herodotus lib. 3. & Iustinus lib. 1. hic fieri sermonem intelligunt Iosephus lib. 11. Antiq. cap. 3. Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum Eusebius in Chronico, & lib. 10. de Præparatione Euangelica cap. 3. Hieron. hic, & in 1. Zachariæ, Theodoretus; & Albert. cum ceteris ferè omnibus. Sed refellere oportet tres opiniones huic nostræ diuersas; vt illis refutatis, certior hæc comprobetur.

1 Darius Hidaspis. Iosephus. Clemens Alex. Eusebius. Hieron.

Prima sententia est Porphyrii, quem refert Hieronymus in cap. 9. Danielis; Tertulliani lib. aduersus Iudæos cap. de Passione Christi; Cyrilli

Sententia 1 de Dario Medo.

Porphyrii Tertull. [illegible] Ierosolym.

Ierosolym[illegible] [illegible] Genebrardi in [illegible], Ioan. Lucid. De edonis lib. 3. de sa[illegible] tutis c. 5. P. 3. & aliorum, qui sequuntur [illegible] Anni[illegible] existimantium hunc Darium, sub quo prophetauit Haggæus, esse Darium Medum, qui expugnauit Babylonem, vt refertur a Daniele. Sed falsitas huius opinionis constat. Primo, quia Darius Medus præcessit Cyrum, vt non obscurè colligitur ex Danielis 5. v. 31 vbi dicitur; *eadem nocte interfectus est Baltasar rex Chaldæus, & Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos* & ex cap. 6. 25. 28. *Porro Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darii, regnumque Cyri Persæ.* At Darius, sub quo prophetauit Haggæus, secutus est post Cyrum, imo post filium eius. Sic enim dicitur 1. Esdræ 4. v. 5. *Vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsque ad regnum Darii regis Persarum.* & v. 24 *Tunc intermissum est opus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darii regis Persarum*; & additur cap. 5. *Prophetauerunt autem Haggæus, & Zacharias ad Iudæos, qui erant in Iudæa. Tunc surrexerunt Zorobabel, & Iosue, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis Prophetæ Dei adiuuantes eos.*

Refutatio.

Darius Medus Cyrum præcessit.

Tunc denum quia hic Darius dicitur rex Persarum, cuius anno 6. completum dicitur templum, 1. Esdræ 6. 25. *Ille autem erat rex Medorum, & vltra annum post captam Babylonem non regnauit.*

Sententia de Dario filio Assueri & Esther.

Secunda sententia est Hebræorum in sua Chronologia tam minori, quam maiori. R. Abraham in Cabala historica, & R. Salumonis, quos sequuntur Lyra super 1. c. Esther, & hoc loco, Isidorus, & Montan. ac Genebrard. in Chronologia, asserentium hunc Darium fuisse filium Assueri, & Esther, & idcirco tam beneuolum fuisse Iudæis. Sed falsa omnino est eorum sententia. Primo, quia fuit hic Assuerus fuit Cambyses, semper Iudæis odio est prosecutus, vt patet 1. Esdræ 4. Deinde quia Assuerus libri Esther regnauit vltra duodecim annos vt ibi dicitur: Cambyses autem octo vix compleuit. Tertio, quia Esther vltimo affirmat Assuerus beneficio Dei regnum datum maioribus suis: quo significat longè se distare à maioribus: at Cambyses non longè aberat, siquidem filius erat Cyri primi Persarum imperii Monarchæ. Et demum quia constat ex omnibus historiographis Darium non fuisse Cambysis filium; nec successisse in imperio iure hæreditario, sed optimatum electione, quamuis Iosephus faciat Darium filium Cambysis. Quod si hic Assuerus est Xerxes, vt putat Scaliger, qui Esdræ 4. 6. dicitur Oxiaris, seu Assuerus, & Daniel. 11. prædicitur fore ditissimus, vt reipsa fuisse constat Esther 1. sanè hic Darium habuit patrem, & filium Artaxerxem Longimanum, non Darium.

Refutatio.

Sententia de Artaxerxe Longimano.

Tertia sententia est Genebrardi in Chronologia, Iansenii in concordia Euangelica P. 2. c. 19. & Palatii hic, existimantium hunc esse Darium, seu Artaxerxem Longimanum sextum Persarum regem, nostrique Darii nepotem. Ducuntur hi ea ratione, quod aliter non possit verum comprobari dictum illud Iudæorum Ioan. 2. *Quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc.* Comprobatur autem si Cyro demus 20. annos, Assuero quoque 20. & Darii anno 6. dicamus templum absolutum. Verum [illegible] historiographi [illegible] [illegible]ctores pro suo arbitratu reges

Refutatio.

[illegible] annos [illegible] distribuunt. N[illegible] [illegible] rex fuit Darius, seu [illegible] [illegible] Longimanus, sed sextus, Xerxis filius, [illegible] Hystaspis nepos, vt omnes historiographi [illegible] affirmant: nec Assuero Cambysi totannos [illegible] unt, aut Hebræi, qui quatuordecim, aut [illegible], & Latini, qui octo, vt maximum [illegible] assignant, & ab anno 30. Cyri, vt ipsi enumerant, vsque ad annum 2. Darii Longimani, non 46. tantum anni intercedunt, sed 56. & [illegible] re. Verbum autem illud Iudæorum etsi multis & grauissimis [illegible] [illegible] continere [illegible] erint, numerantes 30. annos Cyri 8. Cambysis, & 8. Darii vsque ad nonum illius, quo absolutum est templum, vt affirmat Iosephus. At verè antiquissim[illegible], Cyrus non ex anno, quo cœpit Persis imperare, Babylonem ingressus soluit captiuitatem, sed ex anno 22. quo Monarcha factus est, vt latius in Chronologia nostra monstramus, à quo vsque ad [illegible] Darii, quo vt legimus 1. Esdræ 6. 15. templum est absolutum, medii fuere tantum anni 22. vnde Iudæos non ex veritate locutos non verentur affirmare O[illegible] Origen. tom. 10. in Iohan, Lyra in 2. Iohan. Ekius [illegible], & recentiores alii non pauci qua de re alias disseremus. Maneat igitur certum Darium Hydaspis filium esse, sub quo prophetarunt Haggæus, & Zacharias.

Sexto.] Dubium est de quibus mensibus loquatur Haggæus, eum vocat mensem sextum, septimum, aut nonum; num de mensibus anni sacri, qui incipit à Luna proximiori æquinoctio vernali; an de mensibus anni vulgaris, qui sumit initium à Luna proximiori æquinoctio autumnali? Nam hanc duplicem anni rationem fuisse Hebræis in vsu, & in Chronologia facta monstramus, & certius est quàm vt hic ostendere lateat manifestare: & primus mensis anni sacri dicebatur *Nisan*, qui respondebat antiquo Martio Romanorum, at nostro partim Martio, partim Aprili. Primus quoque mensis anni vulgaris dicebatur *Rosch hasanna*, id est, caput anni, seu *Ethanim*, d[illegible] Chaldaicè *Thisri*, septimus mensis anni sacri, qui veteri respondet Romanorum Septembri: at nostro quandoque Septembri, & quandoque Octobri.

Igitur Lyra, & Vatab. in fine huius capitis de mensibus anni veteris, seu vulgaris exponunt nostrum Prophetam, ac proinde sextum mensem Martium intelligunt, qui sextus est ab Octobri, primo mense anni vulgaris. Probant: quoniam ineptus quidem esset Augustus, aut September sextus mensis anni sacri ad inchoandum templi ædificium; aptissimus autem mensis Martius, vel Aprilis, quo vernum tempus incipit. Deinde, quia annus sacer in vsu tantum erat in rebus sacris peragendis, at ædificare res sacra non est. Et demum quia Persæ, & Chaldæi, à quibus hæc mensium nomenclatura desumpta est, à Septembri seu ab Octobri suum annum exordiebantur; quam numerandi rationem secutum Ezech. 1. & 40. notauit Hieron. Eandem ergo secutum [illegible] Haggæum verosimilius est.

Verum de mensibus anni [illegible] mentionem fieri à nostro Propheta communior [illegible] sententia est, Iosephi lib. 11. Antiq. [illegible] Sextus adscribitur qui non habet [illegible] nitates Dei, sicut septimus, [illegible], mens[illegible]

3 De quibus mensibus [illegible] sit sermo.

Annus Hebræis duplex.

[illegible] de mensibus anni vulgaris.

2. S[illegible] m[illegible] [illegible] anni [illegible] hu[illegible]

pri[illegible] solemnitates sunt. & inferius nonum mensem Nouembrem explicat, vel Decembrem: Re[illegible] Alberti, Hugon. & ipsius Vatab. Hag. 2. [illegible] constat ex illis verbis c. 2. *Ponite corda vestra a die ista, a die vicesimaquarta noni mensis, a die, quo fundamenta iacta sunt templi: nunquid iam semen in germine?* quibus satis indicat Nouembrem, aut Decembrem, quando triticum seminatum solet germinare, & nondum spicas proferre; quod tempus nonum mensem appellat, à primo, *Nisan* videlicet. Deinceps quoque in Esdra, vbi hæc historia refertur, tantam mensium anni sacri mentio sit: dicitur enim 1. Esdræ 6. 14. *Seniores autem Iudæorum ædificabant, & prosperabantur iuxta Prophetiam Haggæi Prophetæ & Zachariæ filij Addo. & ædificauerunt, & construxerunt, iubente Deo Israel, & iubēte Cyro, & Dario, & Artaxerxe; & compleuerunt domum Dei istam, vsque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus Darij regis, & fecerunt dedicationem templi.* & v. 19. *Fecerunt autem Pascha quartadecima die mensis primi.* Hoc est, absoluerunt templum in 12. mense, qui dicitur *Adar*, & nobis est Februarius; & Pascha celebrarunt in sequenti mense *Nisan*, qui erat primus anni. Ergo Propheta noster similiter de his mensibus loquitur. Tertiò, quia Zacharias, qui eodem anno cum Haggæo prophetauit simul, ac de eadem re; de mensibus anni sacri apertissimè sermonem habet; cum c. 1. v. 7. dicat; *In die vicesimaquarta vndecimi mensis Sabath.* & cap. 7. v. 1. *In anno 4. Darij Regis, in quarta mensis noni, qui est Casleu: Casleu* autem noster fere Nouember est, sicut *Sabath* noster Ianuarius; vndecimus à *Nisan* primo mense.

Ad rationes oppositas respondemus: ad primam; Iudæos non curasse tempus veris; quoniam Domini præceptum vrgebat: sed inchoasse opus prope Autumnum, mense Augusto, vt perficeretur mense duodecimo *Adar*, qui est Februarius, vt possent Pascha celebrare in mense *Nisan*.

Ad secūdam rationem dicimus; annum sacrum fuisse quidem institutum ad res diuinas supputandas; at iam vsurpatum extra res sacras, vt constat ex Esdra, Zacharia, libro Esther c. 2. 3. 13. & 1. Machab. 4.

Ad tertiam: fatendum quidem est, nomina illa mensium desumpta à Chaldæis, & Persis, quibus, vt ceteris Orientalibus, primus mensis est *Thisri*, seu October; vt sentit Hieronym. Iudæos tamen suis me[illegible]us applicuisse; seruato ordine anni sacri. Alioqui Hieron. Ezech. 29. in ea verba. *In anno decimo, decimo mense.* decimum mensem exponit, quem Hebræi vocant *Tebeth*, qui est decimus anni sacri: & similiter intelligit c. 33. Isque vsus numerandi erat etiam ante captiuitatem, siquidem 3. Reg. 6. 1. dicitur, Salomonem cæpisse templum ædificare *Zio* mense secundo, qui est Aprilis: quem propterea Chaldæus vocat *mensem apertionis*, seu splendoris florum, iuxta Latini nominis significationem, vt quidam interpretantur. Igitur dum Haggæus dicit; in mense sexto, rectè Augustum explicamus, qui Sextilis dic[illegible]s est R[illegible]manis, quod à Martio sextus enumeretur: qua[illegible]uis in Septembrem incidere contingat, cum *Nisan* Aprilem occupat.

4 *Vna.*] Pro prima die dixit, vt intelligunt Hier. in fine capitis, enim ait, viginti duos dies fuisse medios a die primo, quo locutus est Dominus per Haggæum; vsque ad vigesimumquartum, quo cæptum est[illegible] opus. & Albertus, Lyra, Vatab & omnes, [illegible] Hebraica, qua cardinalis numerus *vnus*, pro ordinali, *primus*, crebro vsurpatur; vt Gen. 1. 5. *factumque est vespere, & mane dies vnus*, id est, primus, nam statim additur, dies secundus, tertius, cum [illegible]is. & Dan. 9. 1. idem nomen אחד *ehad*, quod prius vertitur *In anno primo regni Darij*, posterius exponitur, *in anno vno regni eius.* & Ioan. 20. 1. *vna sabbatorum*, positum est, pro prima die post sabbatum, quæ nobis est Dominica. Hac forma loquendi dixit Virg. Æneid. 2.

— — *Cadit Ripheus iustissimus vnus*
Qui fuit in Teucris, — —

pro, *qui fuit primus in Teucris*. Non ergo rectè Dionysius interpretatur, *vna die*; quadam die mensis sexti, quasi quamlibet notasset, non primam definiisset.

Licet autē hinc iure colligere, in primis; quam sit Deo facile corda imperatorum, quò v[illegible] inducere, & ad suam voluntatem temperare. Nam ad puniendum populum suum rebellem, Nabuchodonosore acri homine, ac crudeli[illegible] vsus est, qui, vti Dei flagellum, verberibus affligeret populum Dei, & 70. continuis annis in aliena regione affligeret. At nunc ad liberandum populum suum, tam mitiorem factum, & legi obedientem, Darium elegit, qui summa beneuolentia prosecutus, liberum in patriam, lætumque dimitteret: & ad ædificandum templum facultatem, sumptusq; tribueret: nam cor regis in manu Dei, & quo voluerit inclinabit illud; vt ad Deum primum oculos, & mentem conijciamus, à quo cetera pendent omnia.

At cur adeo singillatim annum, mēsem, diemq, notauit, quo verbum dicit factum per Haggæū? Vt intelligamus quanto in precio sit habendum a nobis verbum Dei, diuinæ inspirationes, admonitiones, documenta, & exempla, siue per Angelos, siue per homines iustos nobis præstita; siquidem & horam ipsam, in qua nobis offeruntur notari voluit, ne præteriri sinamus, & despiciamus; quasi rationem dati, & accepti Deo reddituri. Nam si de vno verbo otioso poscetur a nobis ratio; quid de tot inspirationibus, documentis, & exemplis, quibus ad ædificationem templi spiritualis inducimur, & excitamur? Neve nos vereamur beneficia nobis à Deo exhibita, ita notare, ac monimentis æternis mandare. Hoc n. grati animi est, ac donum donantemque magnifacientis; annum, mensem, diem occasionemque notare, quo Deus benefecerit, quod sanctos viros præstitisse, à maioribus accepimus.

In manum.] Haymo, Albert. & Hugo nomine manus hoc loco opera intelligūt, quod Haggæus non tātum verbo, sed opere prophetarit. Quem sensum videtur innuere Naz. orat. 40. in sanctum baptisma, cum manū sancti Prophetæ, vitæ probitatem intelligit, ac vim eam, quæ in agēdo versatur, vt explicat Nicetas; per q̄ quasi per manum quandam sermonem diuinū accipiat: nam ex honestæ, [illegible] laudabilis vitæ studio, contemplatio, & diuinus sermo nobis comparatur: quo ostenditur quantæ virtutis fuerit Haggæus, qui suis probis actionib. verbum Dei in fidem accipere meruerit, quasi magnum thesaurum expendendum, suæ fidei a Deo concreditum: vt tanquam *fidelis dispen-*

Nn 4 *sator*,

ona pro [illegible]

[illegible]rgilius.

Dei bonitas in puniendo, & parcendo.

Notatio anni mensis, diei, verbi.

Dei beneficia æstimanda.

Gratitudo

5 Manus pro opere.

Nazian.

Haggæi probitas.

A *fator, & prudens*, Luc. 12. 42. *quem constituit Dominus super familiam suam, det illis in tempore tritici mensuram*. Verum ex multiplici vsu huius nominis, *manus*, qui est apud Hebræos, sicut & apud nos, ille (Manus pro ministerio.) hoc loco magis conuenit, quo accipitur pro opera, aut ministerio Haggæi: quod manus organum sit, quo homines sua opera, negociaque conficiant. Sic intelligunt Theodoretus, Lyra, Tigurina. & Vatablus, vt Numer. 33. 1 dicitur *hæ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysis, & Aaron*, hoc est; ministerio Mosis, & Aaron. Hoc autem ministerium, aut operam satis exprimit præpositio *per*, pro qua solet in Scriptura poni *in*, vt notauit Theophylactus ad Ephes. 3. & 1. ad Timoth. 1. vt Numer. 12. B 2. *Num in Moyse solo locutus est Dominus?* hoc est, per solum Moysem. (In manu propter manum.) Hoseæ 12. 13. *in Propheta eduxit Dominus Israel de Ægypto*, id est, per Prophetam Matth 10. 20. *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, id est, per vos. Sic modo, *in manu Haggæi*, idem est, quod per Haggæum. Vel secundo, inde sumitur metaphora, quod vt homines manu gestiendo loqui soleant, sic Deus suam voluntatem exprimat per Prophetas, tamquam per quasdam manus, per (Per Prophetas suã voluntatem exercit Deus.) quas apud homines sua negocia conficiat. Hinc illud Hoseæ 12, 10. *manibus Prophetarum assimilatus sum*, idē erit ac si dicas: per Prophetas meos varias mei vobis vobis similitudines exhibui, variosque, C vt ita dicam, gestus, quò me amaretis; nam per verba eorum, & facta variis me depinxi imaginibus, & formis, vt vel hac ratione, ad mei amorem vos allicerem. Ita Deus factus est mirabilis in sanctis suis Prophetis, cum per illos sanctum suum mirificauit, id est, miris modis depictum hominibus exhibuit. Per eosdem etiam, tamquam per manus conficit sua negocia Deus, nam propterea Dei adiutores dicuntur à Paulo 1. ad Cor. 3. 9.

6 *Propheta.*] Nomen hoc Prophetæ, quamuis in sacris literis multa significet, hoc tamen loco propriè accipitur pro eo, qui ex officio hortatur populum, commonefacitque suorum scelerum pœnis Dei nomine commentatis; si in officio non se contineat; & præmiis promissis, si colat pieta- (Prophetæ concionatores, & os Dei.) tem. Quod munus nostrorum est concionatorum, & olim Prophetarum, qui concionatores erant, populique adhortatores; vt notat Hoseæ 6. Theophylactus: & Dei interpretes, vt vocauit Philo. libr. de præmiis, & pœnis: & os Dei, sicut Exod. 7. 1. dicitur Moysi, *Aaron frater tuus erit Propheta tuus* hoc est, vt cap. 4. 16. dictum fuerat, *ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum*. & Ierem. 15. 19. dictum est; *si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*, id est, eris dignus munere mei Prophetæ. Ad quod officium deligebantur, & mittebantur à Deo; cuius reuelatione, quid essent dicturi, accipiebant; siue vt præsentia vitia coarguerent, siue futura mala minarentur, aut bona, (Prophetæ ad concionandum purgati.) Christi præsertim, promitterent. Idcirco parabat eos prius, & expurgabat quos mittebat Deus, vel calculo igniro, vt Isaiam cap. 6. 7. *Ecce tetigit hoc labia tua*: aut manu sua, vt Ieremiam cap. 19. *misit*, ait, *Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, ædifices, & plantes* Et Ezechielem cap. 3. 17.

A 3 *. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me*. Ita hoc nomen accepit Paulus cum 1. ad Corinth. 14. 1 dicit. *Æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis: qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem & exhortationem, & consolationem: qui loquitur lingua, semetipsum ædificat, qui autem prophetat, Ecclesiam ædificat: nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis*. Atque ita intelligunt, illa verba 1. Corint 14. & ad Ephes. 4. 11. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas* Ambros. Hieronym. & August. in Epist. 58. Quod munus sibi creditum declarauit Paulus cum dixit 2. ad Cor. 5. 20. *pro Christo legatione fungimur tam-* B *quam Deo exhortante per nos*. & Haggæus hoc capite se vocat *nuncium Domini de nunciis Domini* quod legatione fungeretur pro Domino ad populum. Tanti autem hoc munus fiebat à veteribus, vt in extremis malis ponerent Prophetis destitui, & ex irato Deo putarent prouenire, Psalm. 73. 11. (Quarum malum concionatorum defectus) dicebant. *Iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius* & Prou. 29. 18. *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus*. Et tanquam ingens supplicium comminatur Deus Amos 8. 11. *mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei*. Verè autem desiderantur Prophetæ cum non sint qui loquantur ad cor & eo suos sermones dirigant, vt deleatur peccatum; hoc est enim *omnis fructus*, Isaiæ 27. Ceteri indigni sunt eo C nomine, cum Prophetæ non sint, & non loquantur, quæ decent Deum, cuius os sunt. Quod autem nomen Prophetæ non tantum pro eo, qui futura prædicit, sed pro populi ad pietatem adhortatore accipiatur, ex eo patet, quod quam plurima loquuntur Prophetæ, quæ futura non sunt, vt cum præsentia vitia coarguunt. Et noster Haggæus de præsenti negligentia populum reprehendit, & per quatuor menses, in quibus pro- (Haggæus 4 menses prophetauit.) phetauit, diffusè edisserens, quæ duobus his capitibus breuiter comprehendit; duo, aut tria verba locutus est futura prædicendo de Christo, & eius regno. Nec enim omnia scripta sunt quæcunque dixerunt Prophetæ, sed præcipua tantum capita D commemorantur, vt notat Theophyl. super 3. c. Ionæ, post Chrysostomum.

Zorobabel. Dubia res est, & difficilis explicatu, 7 (Quæstio de Zorobabele cuius sit filius.) quomodo Salathielis filius dicatur Zorobabel; cum ex verbis illis 1. Paral 3. 17. *Filii Iechoniæ fuerunt Asir, Salathiel Melchiram, Phadaia*; & v. 19. *De Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei*. Satis sit manifestum non Salathielis, sed Phadaiæ filium fuisse Zorobabel. Vt hunc nodum dissoluant diuersa sentiunt auctores.

Hieronymus quæst. in libros Paralip. eundem (Sententia 1.) esse existimat Salathielem; & Phadaiam. Sic enim interpretatur supradicta verba. *Filii Iechoniæ fuerunt Asir Salathiel*. vnum nomen est, ipse est Pha- (Phadaia, & Salathiel idem.) daia pater Zorobabel. Quam expositionem pro- E babilem putat eo loco Lyra, & videtur hic suam illam confirmare sententiam, dum inquit. *Legimus in Paralipomenon, Iechoniam, qui in Babylonem ductus est filium fuisse Salathiel, de quo natus est Zorobabel*. Sed Vatablo 1. Paral. 3. non placet hæc expositio, quia reuera verba illa plane ostendunt diuersos fuisse Salathielem, & Phadaiam.

Secundo igitur, Vatab. eo loco, & hic, è senten- (Sententia 2.) tia Dauidis Kimhi, affirmat diuersos quidē fuisse

Salathie-

A Salathielem, & Phadaiam, & hunc patrem fuisse Zorobabelis, illum verò auum: quoties autem dicitur Zorobabel filius Salathielis, auus ponitur pro patre, vt aliquando fieri cõsueuit. Probat autem suam sententiam verbis illis 1. Paral. 3. ex Hebræo sic deductis. *Filii Iechoniæ Asir, & Salathiel filius eius, Melchiram quoque, & Pedaia.* Hoc est, vt interpretatur Vat. cuius Asir filius fuit Salathiel, & Salathielis filii fuerũt Melchiram, Pedaia, qui fuit pater Zorobabelis. Quod verò hoc soleat fieri in Scriptura, patet ex 1. Esdræ 5. vbi dicitur: Prophetauerunt autem Haggæus Propheta, & Zacharias filius Addo; & tamen Zach. 1. legimus. Factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filii Addo. Vt constet Zachariam nõ fuisse filium Addo, sed nepotem; & auum solere poni pro patre, & filium pro nepote. Similiter Matth. 1. 12. dicitur, *Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.* Vbi Iechonias nepos Iosiæ, filius Ioakim ponitur pro filio: qui Iechonias ductus est Babylonem: vbi, vt hic aduertit Hier. genuit Salathielem. Verum hæc interpretatio extorta est, & ipsis verbis Hebraicis repugnans, quæ sic habent ad verbum. *Filii Iehoiakim. Iechoniah filius eius, Sedeciah filius eius: & filii Iechoniah Asir, Sealtiel filius eius. & Melchiram, & Pedaiah, & filii Pedaiah Zerubabel, & Simhi.* Falsò autem dictum esset, *filii Iechoniah Asir*, in numero plurali, si tantum esset vnus filius Asir, ceteri essent nepotes, non filii, vt Vatab. interpretatur. Sic etiam interpretati sunt Septuaginta, *Et filii Iechoniæ Asser, Salathiel filius eius, & Melchiram, & Phadaia.* Et clarius Vulgatus dixit. *Filii Iechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia. De Padaia orti sunt Zorobabel, & Semei.* Matthæi quoq; 1. Iechonias dicitur pater Salathielis, non Asir. Est autem satis probabilis Hieronymi sententia putantis Asir Salathiel, vnum esse nomen, quod significarunt sua versione Septuaginta.

Tertiò. Montano hoc loco videtur Zorobabel fuisse quidem filium Phadaiæ, vt dicitur 1. Paral. 3. Sed Salathieli, vel ob nominis splendorem, vel quod certius arbitratur, domesticæ, ac familiaris educationis causa, filium assignatum; quod is potissimum & nominis, & muneris heres fuerit delectus. Sicut Michol vxori Dauidis attribuuntur filii quinq; Merob sororis, 2 Reg. 21. 8. cum constet sterilem fuisse Michol ex 2. Reg. 6. nec vllum vnquam filium genuisse. At profectò mirabile est, vbiq; absq; vlla hæsitatione dici Zorobabelẽ filium Salathielis, 1. Esdræ 3. & 8. & 2. Esdræ 12. & in nostro Haggæo, & in Iosepho Antiq. 11. c. 4. & Matth. 1. 12. disertè scribi, *Salathiel autem genuit Zorobabel*, si filius eius non est, nisi ex adoptione, aut educatione.

Quare magis consentaneum Scripturæ videntur affirmare duos fuisse Zorobabeles, vnum filium Phadaiæ, de quo 1. Paral. 3. est sermo: alterum filium Salathielis, qui vbiq; huius filius appellatur, & fuit dux Iuda. Nam si Salathielis fuisset nepos, ex alio loco aliquando constaret; cum ergo perpetuò filius vocetur, filius verè habendus est. Et probari potest hac ratione; quia Zorobabeli diuersi filii assignantur, & diuersi patres: ergo ipse quoq; diuersus est. Illud patet, nam 1. Paral. 3. 19. dicitur, *Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum, Hasaban quoque, & Ohol, & Barachian, & Hasadian, Iosabhesed, quinque;* quorum prosequitur generationem per Hananiam, non per Mosollam, vsq; ad vndecimam generationẽ. At Matth. 1. v. 13. Zorobabel dicitur, *genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliachim*, & ita deinceps, vsq; ad vndecimum Ioseph. & 3. Esdræ 5. v. 4. Ioacim dicitur *filius Zorobabel filii Salathiel de domo Dauid ex progenie Phares de tribu Iuda* si ergo filii sunt diuersi, diuersi etiam patres necessariò. Hoc deinde probatur, quia ille Zorobabel fuit filius Phadaiæ: hic noster semper prædicatur filius Salathielis, est ergo longe diuersus. Quæ si vera sunt, perperam ac falsò Hebræi in sua Chronologia, Philo Annii, Mercator, ac Genebrardus, & multi alii, qui eos

B sequuntur; Zorobabeli filio Phadaiæ successorem faciunt in Ducatu Mosollam filium cum posteris eius, cum non ille Zorobabel dux fuerit Iuda; sed qui fuit Salathielis filius; & genuit Abiud; cuiusq; posteritas vsq; ad Iosephum, Christumq; deducitur. Verum autem Zorobabel, de quo loquitur Luc. c. 3. quiq;, licet filius dicatur Salathielis, habuit auum Neri, non Iechoniam, & filium Resa, non Abiud, sit idem cum nostro Zorobabele duce Iuda, in eum locum relinquimus explicandum.

Ducem.] Nam cum Iesu, populi suffragio princeps est constitutus, auctore Iosepho 11 Antiq. c. 4. approbante nihilominus Dario. Duces autem vocabantur, quod regio diademate vti illis non liceret per Persas, & Macedones, vsq; ad Aristobolum, qui iugo gentium de ceruicib. excusso, se

C regem appellauit. Æchmalotarchas, hoc est, caput exulum, vel Patriarchas vocatos ait Origenes in principio lib. 4. Periarchon. Dubium autem est, alio in loco latius explicandum; Num Zorobabelis ducatus ad posteros eius deductus fuerit, an in ipso finitus: Iosephus quidem eo loco, per solos Pontifices administratam dicit rempublicam Iudæorum: cuius sententiam approbat Hier. in 22. Ierem. in fine, & in 21. Ezech. B. & Sophon. 1. B. ac Theod. Ierem. 30. & 33. Sed Ambros. lib. 3. in Lucam, & lib. de benedictionibus Patriarcharum c. 4. Cyril. Alex. lib. 8. & contra Iulianum, & August. lib. 18. de Ciuit. Dei c. 45. Idque innuunt Iustinus M.

D Dialogo contra Tryphonem, Euseb. lib. 3 de Demonstrat. Euang. c. 2. & Chrys. Homil. 67. in Gen. sentiunt vsq; ad Christum huiusmodi duces permansisse: at non cum regia dignitate. Et ita eos constituit Hebræorum Chronologia, & eos secuti, Philo Annii, Mercator, Genebrardus cum multis aliis. Et confirmat Nehemias c. 5. 15 cum ait. *Duces primi, qui fuerunt ante me grauauerunt populum.* Perdurarunt igitur, sed non cum splendore vsq; ad Christum: nam summa potestas in Pontificibus erat; & propterea non mirandum si Iosephus, & qui eum sunt secuti, nullos huiusmodi fuisse existimauerint.

E *Iosedec.*] Dum summorum Pontificum successionem texit 1 Paral 6 14 ita dicitur. *Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec. Porro Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudam, & Ierusalem per manus Nabuchodonosor.* Videlicet patre eius Saraia in Reblatha interfecto, vt dicitur 4. Reg. 25. 18. Et cum 1. Esdræ 7. 1. Esdras dicatur filius Saraiæ, filii Azariæ & aliorum Pontificũ qui nemo tantum in lib. Paralipomenon, constat Iosedec, & Esdram fratres fuisse eodem patre Saraia natos

Margin notes (left):
Salathiel auus Zorobabelis.
Auus pro patre ponitur.
Reiicitur.
Sententia 3.
Salathiel pater adoptiuus Zorobabelis.
Refutatio.
Sententia vera. Duo Zorobabeles.

Margin notes (right):
Diuersi filii notant diuersos patres.
Zorobabel dux Iuda Salathielis filius.
Lucæ locus difficilis.
8
Duces populi cur dicti.
Iosephus.
Origenes.
Iosephus Pontificũ fuit administratio.
Hieron.
Theodor.
Ducum series perpetua.
Ambros.
Cyril. Alexand.
August.
Iustinus.
Eusebius.
Chrysost.
7
Series Pontificum.
Esdras frater Iosedec.

fator, & prudens, Luc. [illegible] *quem constituit Dominus super familiam suam, det illis in tempore tritici mensuram.* Verum ex multiplici vsu huius nominis, *manus* quod est apud Hebræos, sicut & apud nos, ille huic loco magis conuenit, quo accipitur pro opera, aut ministerio Haggæi: quod manus organum sit, quo homines sua opera, negociaq; conficiant. Sic intelligunt Theodoretus, Lyra, Figuerina, & Vatablus; vt Numer. 33.1 dicitur *hæ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto per turmas suas in manu Moysis, & Aaron*, hoc est; ministerio Mosis, & Aaron. Hoc autem ministerium, aut operam satis exprimit præpositio *per*, pro qua solet in Scriptura poni *in*, vt notauit Theophylactus ad Ephes. 3. & 1. ad Timoth. 1. vt Numer. 12. 2. *Num in Moyse solo locutus est Dominus?* hoc est, per solum Moysem. Hoseæ 12. 13. *in Propheta eduxit Dominus Israel de Ægypto*, id est, per Prophetam Matth. 10. 20. *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis*, id est, per vos. Sic modo, *in manu Haggæi*, idem est, quod per Haggæum. Vel secundo, inde sumitur metaphora, quod vt homines manu gestiendo loqui soleant, sic Deus suam voluntatem exprimet per Prophetas, tamquam per quasdam manus, per quas apud homines sua negocia conficiat. Hinc illud Hoseæ 12, 10. *manibus Prophetarum assimilatus sum*, idē erit ac si dicas: per Prophetas meos varias mei vobis similitudines exhibui, variosq; vt ita dicam, gestus, quò me amaretis, nam per verba eorum, & facta variis me depinxi imaginibus, & formis, vt vel hac ratione, ad mei amorem vos allicerem. Ita Deus factus est mirabilis in sanctis suis Prophetis, cum per illos sanctum suum mirificauit, id est, miris modis depictum hominibus exhibuit. Per eosdem etiam, tamquam per manus conficit sua negocia Deus, nam propterea Dei adiutores dicuntur à Paulo 1. ad Cor. 3. 9.

Manus pro ministerio.

In manu propter manum.

Per Prophetas suā voluntatem exercet Deus.

C

6 *Propheta.*] Nomen hoc Prophetæ, quamuis in sacris literis multa significet, hoc tamen loco propriè accipitur pro eo, qui ex officio hortatur populum, commonefacitque suorum scelerum pœnis Dei nomine intentatis; si in officio non se contineat; & præmiis promissis, si colat pietatem. Quod munus nostrorum est concionatorum, & olim Prophetarum, qui concionatores erant, populique adhortatores; vt notat Hoseæ 6. Theophylactus: & Dei interpretes, vt vocauit Philo. libr. de præmiis, & pœnis: & os Dei, sicut Exod. 7. 1. dicitur Moysi, *Aaron frater tuus erit Propheta tuus* hoc est, vt cap. 4. 16. dictum fuerat, *ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum.* & Ierem. 15. 19. dictum est; *si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*, id est, eris dignus munere mei Prophetæ. Ad quod officium deligebantur, & mittebantur à Deo; cuius reuelatione, quid essent dicturi, accipiebant; siue vt præsentia vitia coarguerent, siue futura mala minarentur, aut bona, Christi præsertim, promitterent. Idcirco parabat eos prius, & expurgabat quos mittebat Deus, vel calculo ignito, vt Isaiam cap. 6. 7. *Ecce tetigi hoc labia tua*: aut manu sua, vt Ieremiam cap. 1. 9. *misit*, ait, *Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt euellas, & destruas, ædifices, & plantes.* Et Ezechielem cap. 3. 17.

D

Prophetæ concionatores, & os Dei.

E

Prophetas ad concionandum purgat.

A

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Ita hoc nomen accepit Paulus cum 1. ad Corinth. 14. 1 dicit. *Æmulamini spiritualia, magis autem vt prophetetis: qui prophetat hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem: qui loquitur lingua, semetipsum ædificat, qui autem prophetat, Ecclesiam ædificat: nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis.* Atque ita intelligunt, [illegible] illa verba 1. Corinth. 14. & ad Ephes. 4. 11. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas.* Ambros. Hieronym. & August. in Epist. 58 Quod munus sibi creditum declarauit Paulus cum dixit 2. ad Cor. 5. 20. *pro Christo legatione fungimur tanquam Deo exhortante per nos.* & Haggæus hoc capite se vocat *nuncium Domini de nunciis Domini*. quod legatione fungeretur pro Domino ad populum. Tanti autem hoc munus fiebat à veteribus, vt in extremis malis ponerent Prophetis destitui, & ex irato Deo putarent prouenire, Psalm. 73. 11. dicebant. *Iam non est Propheta, & nos non cognoscet amplius* & Prou. 29. 18. *Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus.* Et tanquam ingens supplicium comminatur Deus Amos 8. 11. *mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.* Verè autem deliberantur Prophetæ cum iidem sint qui loquantur ad cor, & eo suos sermones dirigant, vt deleatur peccatum; hoc est enim *omnis fructus*, Isaiæ 27. Ceteri indigni sunt eo nomine, cum Prophetæ non sint, & non loquantur, quæ decent Deum, cuius os sunt. Quod autem nomen Prophetæ non tantum pro eo, qui futura prædicit, sed pro populi ad pietatem adhortatore accipiatur, ex eo patet, quod quam plurima loquuntur Prophetæ, quæ futura non sunt, vt cum præsentia vitia coarguunt. Et noster Haggæus de præsenti negligentia populum reprehendit, & per quatuor menses, in quibus prophetauit, diffusè differens, quæ duobus his capitibus breuiter comprehendit; duo, aut tria verba locutus est futura prædicendo de Christo, & eius regno. Nec enim omnia scripta sunt quæcunque dixerunt Prophetæ, sed præcipua tantum capita commemorantur, vt notat Theophy. super 3. c. Ionæ, post Chrysostomum.

B

[illegible] concionatores.

Ambros. [illegible] August.

Quantum malum concionatorum defectus.

C

Haggæus 4 menses prophetauit.

D

Zorobabel.] Dubia res est, & difficilis explicatu, quomodo Salathielis filius dicatur Zorobabel; cum ex verbis illis 1. Paral. 3. 17. *Filii Iechoniæ fuerunt Asir, Salathiel Melchiram, Phadaia*; & v. 19. *De Phadaia orti sunt Zorobabel, & Semei.* Satis sit manifestum non Salathielis, sed Phadaiæ filium fuisse Zorobabel. Vt hunc nodum dissoluant diuersa sentiunt auctores.

7 Quæstio de Zorobabele cuius sit filius.

Hieronymus quæst. in libros Paralip. eundem esse existimat Salathielem; & Phadaiam. Sic enim interpretatur supradicta verba. *Filii Iechoniæ fuerunt Asir Salathiel.* vnum nomen est, ipse est Phadaia pater Zorobabel. Quam expositionem probabilem putat eo loco Lyra, & videtur hic suam illam confirmare sententiam, dum inquit. *Legimus in Paralipomenon, Iechoniam, qui in Babylonem ductus est filium fuisse Salathiel, de quo natus est Zorobabel.* Sed Vatablo 1. Paral. 3. non placet hæc expositio, quia reuera verba illa plane ostendunt diuersos fuisse Salathielem, & Phadaiam.

E

Sententia 1.

Phadaia, & Salathiel idem.

Secundò [illegible], Vatab. eo loco, & hic, è sententia Dauidis Kimhi, affirmat diuersos quidē fuisse

Sententia 2.

Salathie-

Salathielem, & Phadaiæ, & hunc patrem fuisse Zorobabelis, illum verò auum: quoties autem dicitur Zorobabel filius Salathielis, auus ponitur pro patre, vt aliquando fieri cōsueuit. Probat autem suam sententiam verbis illis 1.Paral.3. ex Hebræo sic deductis, *Filii Iechoniæ Asir, & Salathiel filius eius, Melchiram quoque, & Pedaia* Hoc est, vt interpretatur Vat. cuius Asir filius fuit Salathiel, & Salathielis filii fuerūt Melchiram, Pedaia, qui fuit pater Zorobabelis. Quod verò hoc soleat fieri in Scriptura, patet ex 1.Esdræ 5. vbi dicitur: Prophetauerunt autem Haggæus Propheta, & Zacharias filius Addo; & tamen Zach.1. legimus: Factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filii Addo. Vt constet Zachariam nō fuisse filium Addo, sed nepotem; & auum solere poni pro patre, & filium pro nepote. Similiter Matth.1.12. dicitur, *Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.* Vbi Iechonias nepos Iosiæ, filius Ioakim ponitur pro filio: qui Iechonias ductus est Babylonem: vbi, vt hic aduertit Hier. genuit Salathielem. Verum hæc interpretatio extorta est, & ipsis verbis Hebraicis repugnans, quæ sic habent ad verbum. *Filii Iehoiakim, Iechoniah filius eius, Sedeciah filius eius: & filii Iechoniah Asir, Sealtiel filius eius, & Melchiram, & Pedaiah, & filii Pedaiah Zerubabel, & Simhi.* Falsò autem dictum esset, *filii Iechoniah Asir*, in numero plurali, si tantum esset vnus filius Asir, ceteri essent nepotes, non filii, vt Vatab. interpretatur. Sic etiam interpretati sunt Septuag. uta, *Et filii Iechonia Asser, Salathiel filius eius, & Melchiram, & Phedaia* Et clarius Vulgatus dixit. *Filii Iechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia. De Padaia orti sunt Zorobabel, & Semei* Matthæi quoq; t. Iechonias dicitur pater Salathielis, non Asir. Est autem satis probabilis Hieronymi sententia putantis Asir Salathiel, vnum esse nomen, quod significat: vnt sua versione Septuaginta.

In vigesima quarta die Nouembris eiusdem anni secundi Darii [illegible] regis, præcepit Dominus Haggæo Prophetæ, vt has duas de lege quæstiones Sacerdotes [12] interrogaret: [illegible] orem qui [illegible] hanc si quis in ora vestis suæ ligauerit carnem aliqu[illegible] hostiæ in altari immolatæ: & ipsa ora vestimenti tetigerit postea panem, pulmentum, vinum, aut oleū, aut aliquem quemcunque cibum, numquid cibus ille sanctificabitur, eo tantum, quod contactus sit ab illa veste. & Sacerdotes responderunt, nequaquam, sed manet vt prius. Rursus proposuit illis posteriorem huiusmodi: Si is, qui immundus est, quod mortuum tetigerit, aliquem ex dictis cibis & ipse tetigerit, num cibus ille contaminabitur, ac immundus reddetur? Responderunt illi contaminabitur quidem [13] Nō dissimiliter collegit Haggæus, populus iste, qui se falso putat sanctificatum, eo [illegible] quod altare habeat erectum in quo mihi carnes offerat, & cetera munera; non quidem sanctificatur, [illegible] manet [illegible] prius apud me, ait Dominus. Non enim purgant carnes sanctificatæ spirituales eorum maculas [illegible] immo cum sint ipsi polluti in anima eo quod [illegible] quod suas domus, meam ne[illegible] ædificauerint, omnia sua munera, quæ mihi offerunt, contaminant, ipsas etiam hostias, quas in [illegible] suo altari immolant, vt nulla mihi ratione placeant. Nunc ergo, [illegible] modus cognoscendi causam vestitatum [illegible] tantum [illegible] vel hic vobis satis esse deberet, [illegible] quæcunque vobis acciderunt [14] [illegible] omnia tempora retroacta, à [illegible] primo, quo nondum lapis superstructus fuerat lapidi in fundamento templi [illegible] accedebat vestrum quilibet [15] ad aceruum [illegible] spetans [illegible] se in eo [illegible] & postea non inueniebat nisi decem. Similiter cum [illegible] ad torcularia accedebat dominus, vt exprimeret amphoras vini quinquaginta, & non reperiebat denuo nisi viginti. Percutiebam ego fruges vestras vento vrente, [illegible], & grandine, ceteraque opera omnia manuū vestrarum, & [illegible] ominus nullus in vobis reperiebatur [illegible] resipiscens ad [illegible] ficationem domus meæ se accingeret. [illegible] autem à die hac vigesima quarta Nouembris per [illegible] tempora, considerate: & posteriora cum prioribus conferte, ad [illegible] quæ prima fundamenta iacta sunt [illegible] & aliamenti animaduertite, quam prospere vobis omnia in posterum [illegible] cedent. [16] Certe videtis triticum, quod terræ mandastis, nondum germinasse, sed adhuc sub terra esse; [illegible] etiam vitem, ficum, malagranatum & oliuam non dum flores, aut quippiam aliud protulisse. Ego vero ex hac die, sic mea [17] benedictione reddam fœcunda, vt fructus vberrimos inde colligatis.

regis, factum est verbum Domini ad Haggæum Prophetam,
dicens. Hæc dicit Dominus exercituum: [1] Interroga Sa- 11
cerdotes legem, dicens: Si tulerit homo carnem, sanctifica- 12
tam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius
panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnē
cibum; numquid sanctificabitur? Respondentes autem
Sacerdotes, dixerunt: Non. Et dixit Haggæus: Si tetigerit 13
pollutus in anima ex omnibus his, numquid contamina-
bitur? Et responderunt Sacerdotes, & dixerunt: conta- 14
minabitur. Et respondit Haggæus, & dixit: [13] Sic populus
iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, &
sic omne opus manuum eorum: & omnia, quæ obtulerunt
ibi contaminata erunt. Et nunc ponite corda vestra [14] a 15
die hac, & supra, antequam poneretur lapis super lapidem
in templo Domini. Cum accederetis [15] ad aceruum vi- 16
ginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcu-
lar, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant vi-
ginti. Percussi vos vento vrente, & aurugine, & gran- 17
dine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vo-
bis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. Ponite corda 18
vestra a die ista, & in futurum, à die vigesima, &
quarta noni mensis: a die, qua fundamenta iacta sunt
templi Domini, ponite super cor vestrum. [16] Num- 19
quid iam semen in germine est, & adhuc vinea & ficus, &
malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die ista
[17] benedicam. Et factum est verbum Domini [18] secundo 20
ad Haggæum in vigesima & quarta mensis, dicens: Lo- 21
quere ad [19] Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego [20] mouebo
cælum pariter & terram. Et subuertam solium regno- 22
rum, & conteram fortitudinem regni gentium: & sub-
uertam quadrigam, & ascensorem eius: & descendent e-
qui, & [illegible] eorum: vir in gladio fratris sui. In die 23
illa, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel
fili Salathiel serue meus, dicit Dominus, & ponam te
[21] quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exerci-
tuum.

In eadem vigesima quarta die Nouembris locutus est Dominus [18] secundo Haggæo, præcipiens ei, vt hæc diceret suo nomine [19] Zorobabeli duci Iuda. Ego [20] mouebo cælum pariter & terram, vt quo [illegible] subuertam Persicam monarchiam, & fortitudinem conteram regnorum gentium [illegible] subiectarum. Subuertam [illegible] regnum [illegible] cum quatuor capita [illegible] cum regibus eorum: & Romanorum equites cum eorum equitibus mutuis [illegible] confossi. Atque eo tempore inter tot regnorum casus, te tuamque posteritatem sub [illegible] protegendam assumam [illegible] Zorobabel [illegible] fidelis, procurasti cultum meum, domum mihi ædificando, & [illegible] mihi coniunctissimum, vt signaculum annulus alicuius dexteræ solet adhærere: quod elegerim te, tuam [illegible] posteritatem [illegible] humanam carnem ex ea assumam, & ipse [illegible] regnum erigam perpetuo duraturum, ait Dominus exercituum, qui [illegible] est [illegible] entiis.

ARGVMENTVM.

TRES prophetias continet hoc caput: in quarum prioribus duabus falsas duas refellit opiniones, quibus populus à templi retardabatur ædificatione. Nam primum dolebat, minoris gloriæ domum, quam ædificabat, videri, quam priorem: quippe qui ignorabat quanto maior illi gloria erat obuentura ex Christi in eam aduentu, quem pollicetur Deus, quam obuenisset priori. Deinde remissius agebant, quod satis sibi ad cultum Deo exhibendum putarent, altare à principio extructum: Quam opinionem reiicit, ostendens nihil Deo placere ex his, quæ super altari offerebantur, dum inobedientes, templum non ædificabant. In posteriori pollicetur Zorobabeli, ob Dei cultum rite curatum, Christum ex eius posteris carnem assumpturum, regnumque æternum erecturum.

COMMENTARIVS.

Q[illegible]. Tanquam certum relinquit Propheta superstites aliquos anno Darii secundo in septimo mense fuisse, qui vidissent templum prius à Salomone constructum.

A Et ita omnes huius loci expositores affirmant. Nec mirum [illegible] videri debet, cum à templo priori diruto vsque ad hunc annum secundum Darii, septuaginta tantum anni præteriissent, vt accurate super capit. 29. Ieremiæ probatum à nobis est. Et quidem Esdram putamus templum Salomonis

Superstites templum 1. vidisse aliquos.

Esdras vidit vtrumque.

monio vidisse dubitari non potest, cum filius fuerit Saraiæ Sacerdotis summi, vt notaui mox cap. 1. numer. 9. ex 1. Esdræ 7. 1. & Saraias interfectus est à Nabuchodonosore tunc, cum templum est dirutum, vt patet 4. Reg. 25. 18. & tamen perseuerauit vsque ad Xerxem filium Darii: imo vsq; ad septimum annum Longimani, quo ascendit Ierosolymam, Esdræ 7. 1. 7.

Daniel vidit vtrumque templum.

De Daniele præterea id probatur; quia cum Anania, Misaele, & Azaria ductus est captiuus anno quarto Regis Ioakim, cum esset quindecim annorum, auctore Abenezra in 1. Danielis: pusionem ductum ait Epiphanius in vita eius; Isidorus puerum: & duodecim annos natum Susannam liberasse asserunt Ignatius Epistol. ad Magnesianos, & Seuerus Sulpitius lib. 2. sacræ historiæ. Vixit autem, secundum Isidorum in lib. de Obitu Patrum veteris, & noui Testamenti, 110. annos. Atque ita anno secundo Darii, quo Propheta noster loquitur, ab anno quarto Ioakim, quo fuit ductus captiuus, ad annum peruenerat 89. Et si quindecim annos tunc natus erat, anno secundo Darii 104. compleuisset: & vlterius vixit annos octo iuxta Isidorum. Imo si Hebræis credimus, ad tempus Artaxerxis Longimani huius Darii nepotis, peruenit cum sociis suis; in quo magna illa Synodus celebrata est 120. hominum; in qua constitutus est ordo sacrorum librorum Canonicorum 22. quos enumerant Iosephus lib. 1. contra Appionem, & Epiphanius lib. de ponderibus & mensuris. Cui Synodo, auctore Elia præfatione 3. Masoreth, præfuit Daniel cum Hanania, Misaele, & Azaria, Ezra, Nehemia, Mardochæo, Zorobabele, Haggæo, Zacharia, & Malachia.

Synodus magna.

Iosephus. Epiphan.

Mardochæus vidit vtrumque templum.

Rursus de Mardochæo, ex 1. Esther cognouimus ductum cum Iechonia captiuum vndecim annis ante prius templum combustum: & tamen vixit plures ducentis viginti annis vsque ad Artaxerxem Memnonem sextum regem post Darium, vt volunt Iosephus 11. Antiq. c. 6. & Eusebius in Chronico: cuius tempore collocant historiam Esther: quamuis alii vsque ad Artaxerxem Longimanum, sub quo historiam Esther contigisse putant, vixisse referant. Sed anno secundo Darii in Iudæa fuisse constat Nehemiæ 7. vers. 7. & 3. Esdræ 5. v. 7.

Iosephus. Eusebius.

In vniuersum autem, multos fuisse anno secundo Darii seniores, qui viderant pristinam domum, & planctu magno ostendebant dolorem suum, deducunt quidam ex 3. Esdræ 5. Vbi quæ facta sunt ab anno secundo Darii per Zorobabelem, referuntur; vt intellexit quoq; Iosephus lib. 11. Antiq. c. 3. sed hi cum Iosepho plane decepti sunt, nam quæ referuntur 3. Esdræ 5 à v. 7. *sunt autem hi, qui ascenderunt in Iudæam*, &c. prorsus eadem narrantur 1. Esdræ 1. & 3. & 4. sub Cyro accidisse. Idq; constat, nam in principio capitis illius 5. refertur Zorobabel locutus sub Dario, anno eius secundo mense Nisan primo sermones mirificos; qui continentur c. 3. & 4. præcedentibus. & mox c. 5. v. 53. dicitur, templum Dei nondum fuisse ædificatum; & v. 57. additur, *& fundauerunt templum Dei nouilunio secundi mensis secundi anni cum venissent in Iudæam, & Ierusalem.* Impossibile autem est tantam multitudinem reduisse intra primum mensem, in quo Zorobabel locutus est sermones mirificos, vt in no-

Iosephus deceptus.

Multi vide-runt vtrum-que tem-plum.

A

uilunio secundi mensis templum fundassent. Vnde absoluitur caput illis verbis, *Gentes impedierunt ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis. & protraxerunt structuram per biennium vsque ad Darii regnum.* quo intelligamus superiora omnia à v. 7. sub Cyro accidisse, non sub Dario. Tum demum, quia in secundo anno Darii nõ est inchoatum opus vsque ad diem 24. sexti mensis, non in secundo mense, vt dicitur in nostro Propheta in fine prioris capitis. Satis ergo fit interrogatio Haggæi Dei nomine facta ad credendum nonnullos anno secundo Darii, Septembri mense superfuisse ex his, qui ante nouendecim annos 1. Esdræ 3. 12. sub Cyro doluerant, & planxerant, quod vidissent priorem domum, & collatione facta dolerent, ac plangerent de paruitate eius, quam ædificabant.

B

Ita sane multis contingit; qui memoria recolentes felicitatem, sanctitatem, & pacem prioris status, quem experti sunt, siue in vniuersa Ecclesia, siue in statu religioso, suspirẽt, doleant, & ingemiscant mutatos mores, sanctuarii despectum, & legum, ac regularum pristinarum contemptum, & obliuionem: qua de re nulla cura est his, qui priorem viuendi modum non sunt experti. Quemadmodum accidisse Adæ, ac filiis eius, philosophatur Magnus ille Gregorius lib. 4. Dialogor. c. 1. Ille enim è paradiso pulsus, & perpetuo fatigatus exilio; quia recolebat quæ amiserat, grauius ferebat; At filii in exilio nati, quia amissa non nouerant, huius mundi miseriæ contenti, læti degebant, nec poterant omnino callere bona perdita, etiamsi illis referrentur; vt accidit puero in carcere nato; qui non credit cœli claritatem, camporum vbertatem, montium altitudinem, & libertatis bonum; quæ nunquam est expertus, contentus tis tenebris, in quibus natus est; cum mater hæc omnia experta, & ad ea suspirans, doleat, & ingemiscat, quod ea obtinere non possit.

Temporis diuersi collatio quam proficua.

Gregorius.

Simile optimum.

C

Et quid.] Omnes interpretes fere hoc modo hanc interrogationem interpretantur. 2
Quid vos circumspicientes nunc hanc domum flocci penditis, & quasi nihili ducitis comparatam cum priori? vnde Septuaginta. *Et quomodo*, inquiunt, *videtis ipsam nunc, sicut non existentem in conspectu vestro?* & Chaldæus: *et quid vos videtis eam nunc? nonne quasi res nihili, sic & ipsa est in oculis vestris?* Hebræa quoque sic habent. *Et quid vos* vel, *& qualem vos videtis eam nunc?* Hoc est, qualis nunc vobis videtur ista? *Annon sicut illa, vel, similis illi tanquam nihil in oculis vestris?* Id est, nonne domus ista secunda, facta ad illius prioris similitudinem, nihil esse vobis videtur in comparatione illius? Ita illa verba, *& quid vos videtis eam nunc?* nihil aliud significant, quam; qualis nunc hæc vobis videtur? nonne parui ducitis comparatam cum priori, etiamsi ædificari videatur ad exemplar illius?

D

Vnde vero tanta prioris domus nota illis excellentia? Certe vel ex auditis, vel lectis: etiamsi multi essent, qui non vidissent. Nam in primis templum Salomonis ex lapidibus validissimis, ac politissimis constructum est, vt refertur 3. Reg. 6. & in Iosepho libr. 8. Antiq. c. 2. Hoc autem ædificabatur lapide impolito: deinde templum hoc posterius ex decreto Cyri altitudinem, ac latitudinẽ habebat 60. cubitorum, 1. Esdræ. 6. At prius illud duplo erat amplius, altiusque, vt ostendit Iose-

E

Excellentia templi Salomonis supra secundum.

Iosephus.

phus lib. 8. Antiq. c. 3. & lib. 15. cap. 14. & colligitur ex 2. Paralip. 3. Demum templum posterius intra priotis sepia fundatum est, alius ruinis ex ea in circuitu relictis, quibus solum noua postea imposuit Herodes, super quæ suum tēplum erexit longitudine centum cubitorum, latitudine totidem, & altitudine centum viginti, vt refert Iosephus lib. 15 Antiq. c. 14. vnde facile erat conijcere templi illius angustiam.

3 *Verbum.*] Hebræi, quos sequitur Montanus, dictionem *verbum*, legunt, ac coniungunt tanquam personam patientem, superioris verbi, *facite*; ad hunc modum; *& facite verbum quod pepigi vobiscum, quoniam ego vobiscum sum, ait Dominus exercituum*, ducuntur articulo את, et; præfixo nomini, *verbum*, qui articulus est accusandi vt apud Græcos τὸν λόγον: ac propterea Vatab subintellexit, *& faciam ego verbum, quod pepigi vobiscum.* Atque ita legamus, sensus erit. Præstate vos quod olim vobis constitueram; cum egrederemini de Ægypto, & spiritus meus cura, ac prouidentia erit in medio vestri. At ceteri, quasi suppositum sit exponunt: nam Septuaginta, Vulgatus, Chaldæus, Tigurina, & Pagninus cum sequenti verbo coniungunt, legentes. *Verbum, quod pepigi vobiscum, cum egrederemini de Ægypto, & spiritus meus erit in medio vestri.* iuxta illud Numer. 35. *Ego sum, qui habito in medio filiorum Israel.* Constat enim articulum illum iungi quoque recto, vt 2. Reg 6. 2. Et את *ferrum cecidit in aquam*, ac sic Chaldæus dixit: *Et facite, quoniam verbum meum erit vobis auxilio, dicit Dominus exercituum. Verbum quod decreui vobiscum, cum eduxi vos ex Ægypto, & prophetæ mei docebunt vos, ne timeatis.* Hieronymus, & qui eum sequuntur, coniungunt cum oratione superiori: *& facite, quoniam ego vobiscum sum. & verbum, quod pepigi vobiscum, erit quoque vobiscum.* Hoc est, semper adero vobis idem ipse, qui olim promisi, præstitiisque quod promisi fœdus; vnde Hieronymus ipse. Theodoretus, Haymo, Lyra, & Dionysius sensum exprimunt, addendo, *& ego præstabo verbum*, aut *complebo, quod pepigi vobiscum* quasi dicat: facite vos quod iubeo, & ego faciam, aut complebo quod olim vobis promisi.

Lectionis varietas.

Sed quodnam est illud verbum, quod pepigit in exitu de Ægypto? omnes prædicti interpretes illud fœdus esse intelligunt, quod multis locis refertur, sed præcipue Exod. 19 5. *Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* & Deuteronom. 29. 9. *Custodite verba pacti huius, & implete ea, vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando, quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum, vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus. sicut locutus est tibi. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc iuramenta confirmo, sed cunctis præsentibus & absentibus.* de hoc ergo ait modo. Ero vobiscum eo modo, quo promisi, fœdere inito, cum exiretis de Ægypto: nempe vt ego vestri curam haberem tanquam Deus, vos vero mihi seruiretis.

Verbum est fœdus inter Deum, & populum.

Albertus nihilominus, & Vatablus *verbum*, hoc, illud esse intelligunt, quo promisit Deus suscitaturum se Prophetam, nempe Christum, de medio fratrum suorum. Deuter. 18. 15. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies, vt petisti a Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti. Vltra non audiam vocem Domini Dei mei: & ignem hunc maximum amplius non videbo ne moriar, & ait Dominus mihi. Bene omnia sunt locuti; Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi.* Quibus verbis Christum promitti docemur Ioan. 1. 45 & Actuum 3. 22. & 7. Iuxta quam promissionem Vatab. sic interpretatur *verbum* Prophetæ nostri. *Faciam verbum*, id est, rem, quam inito fœdere, promisi vobis in patribus vestris, de mittendo Christo. Albertus tamen intelligit verba Prophetarum. Nam postquam dixerat. *Ego vobiscum sum, dicit Dominus.* subdit; qualiter cum iis sit ostendit, cum addit, *verbum, quod pepigi vobiscum*, suble per Moysen; quando scilicet promisi quod semper deberem Prophetas suscitare, Deuteron. 18. *Prophetam de gente tua*, &c. quod maxime factum est tempore Domini nostri Iesu Christi. Isa. 59. 21. *Hoc fœdus meum cum eis & Spiritus meus, qui est in te: & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, amodo, & vsque in sempiternum.* Confirmat autem hunc sensum, quod statim, quasi ratione reddita huius de Christi aduentu promissionis: subdit manifestam de Christo Prophetiam. *Quia hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc vnum modicum est*, &c. Nihilominus prior sensus simplicior est, & verior: & quæ sequuntur addita sunt ad maiorem posterioris domus excellentiam ostendendam.

Verbum est promissio de Christo Propheta.

Prior sensus verior.

4 *Et Spiritus*] De Spiritu sancto intelligunt Athanasius in Epist. ad Serapionem. Cyrillus Ierosolym. Catechesi 13. Greg. Nyssenus lib. testimon. aduersus Iudæos de Sancta Trinitate, Hier. Theodor. Remigius, Haymo, Dion. & Montanus. Sed per metonymiam pro effectis ab eo erga populum: pro amore videlicet, cura, prouidētia, patrocinio, protectione, ac fauore, ceterisque bonis, quibus populum est prosecutus: Dicitur autem in medio populi permansurus, hoc est, inter eos tanquam præsentissimus adfuturus, vt protegat. Vt illud 4. Reg. 4. 13 *In medio populi mei ego habito*, id est inter meos, qui si quid negotii haberem me iuuarent apud regem, omnibus enim nota sum. Nam & Cicero in 4 Verr. *in medio esse*, posuit, pro manifestum esse, vel in promptu esse. *Tabulæ*, inquit, *positæ sunt in medio*, id est, notæ, ac manifestæ omnibus sunt.

Sensus 1. de Spiritu sancto. Athanas. Cyrillus Ierosol. Nissenus. Hieron. Theodor.

Albertus spiritum illum intelligit, quem Dominus, inquit, ex Mose in seniores propagauit, Num. 11. illi similem, quo afflauit Christus discipulos suos, cum Lucæ 24. 45. aperuit illis sensus, vt intelligerent Scripturas, & quæ scripta erant in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de se. Nam illos Lxx. seniores delectos fuisse, vt mysticam sensum legis acciperent a Mose ad posteros deducendum: quem vocant legem spiritualem; & archetypam Philo lib. de plantat. Noe, & lib. de Gigantibus, & lib. 2. de vita Mosis: & Nazianz Orat. 1. Apologetica, & Orat. in laudem. Basilii. Hebræi docent, vt referunt Oleaster Numer. 11. & Genebrardus lib. 2. Chronographiæ, his verbis: *Moses accepit legem de Sinai, & tradidit eam Iosue, ipse vero senioribus, seniores Prophetis: Prophetæ vero tradiderunt eam viris magnæ Synagogæ qui fuerunt Esdras cum reliquis*; quos nominauimus, magnam illam Synodum celebrasse; à qua obliterata quodam modo lex restituta est

Sensus 2. de spiritu mysticæ intelligentiæ.

Senio[res] myst[ici] ... Phi[lo]. Nazianz.

pristino

Hilarius.

pristino candori: & ab his deriuata fuit in posteros. Quæ confirmat S. Hilarius super Ps. 2 ita loquens. Erat autem iam antea à Mose institutum in omni Synagoga Lxx. esse Doctores. Nam idem Moses quamuis veteris Testamenti verba litteris condidisset: tamen separata quædam, & occulta legis secretiora mysteria Lxx. senioribus; qui Doctores deinceps manerent, intimauerat. Cuius doctrinę etiam Dominus in Euangeliis meminit, dicens: *Super cathedram Mosi sederunt Scribæ, & Pharisæi.* Doctrina vero eorum mansit in posterum. His enim senioribus successerunt Scribæ, quorum erat sanctas Scripturas ad literã interpretari, legisq; difficultates explicare; qui in Euangelio vocantur legisperiti, & seniores. qua de re latius alio in loco. De hoc ergo spiritu mystice intelligendi Scripturas vult Albertus loqui hic Prophetam.

Senioribus Scribæ successerunt.

Chaldæus denique, & Hebræi accipiunt de Spiritu Prophetiæ, non multum dissentientes à præcedenti intelligentia. sic enim ait Chaldæus. *& Prophetæ mei docebunt vos ne timeatis.* quasi dicat. Non deerunt vobis Prophetæ, qui vos doceant, hortentur, & consolentur. Et si intelligant de Prophetis Haggæo, Zacharia, & similibus; qui populo adessent, iuuantes, & animantes ad opus templi, quod timebant impediendum; fortasse adiẽ interpretantur: si autem de Prophetis per sequentia secula vsque ad Christum futuris, falso loquuntur, cum à Propheta Malachia vsque ad Ioannem cessauerit Spiritus Propheticus, vt tanquam compertum asseruerunt Hebræi, quos supra retulimus c. 1. n. 18, & ipse etiam affirmat Hieronymus. Videtur ergo Propheta illis verbis, quibus confortat principes, & populum ad opus templi promouendum, & timorem impedientium remouendum, nihil aliud significare, quam Deum ipsum populo adfuturum iuxta promissa patribus, & suo fauore prosecuturum, ne quemquam timerent. Quod autem ex hoc loco nonnulli ex Patribus, vt Nyssenus, Haymo, & alii, deducunt mysterium sanctissimæ Triadis, quod pater locutus inducatur, promittens Verbum, & Spiritum sanctum: laudanda pietas est; nisi *verbum* hic pro fœdere positum intelligamus; & *Spiritum* pro totius Trinitatis præsentissimo fauore & protectione.

Sensus 3. de Spiritu Prophetiæ.

Sensus 4. verus.

5 *Adhuc.* Illustrem de Christi aduentu Prophetiam nobis hæc verba proferunt ac de primo quidem omnes intelligunt. Ambros. lib. 5. Epist. Epistola 12. Cyrillus Alex. lib. 5. in Gen. Hieron. hic, Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei c. 35. & 48 & lib. contra Donatist. post collatio. c. 20. Rupertus lib. 1. in Haggæum c. 2. & lib. 1. in Daniel. cap. 19. Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vat. Isidorus & Montanus; & qui contra Iudæos scripserunt, Galatinus lib. 4 de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 9. & 10. Adrianus Finus lib. 5. Flagelli Iudæorum c. 2. & Porchetus t. P. Victoriæ contra Iudæos cap. 7. qui Doctorum Hebræorum referunt sententias; quas adducemus n. 8. Probat autem de priori Christi aduentu esse sermonem, quod Deus consolatur tristem, ac afflictum populum ob domus, quæ ædificabatur, angustiam; ob quam minime fuisset comparanda cum Templo Salomonis. Id autem præstat Christi optatissimi pollicitationibus, cuius vel solo ingressu, gloriam domus posterioris ampliorem futuram multo, quam prioris promittit. Nunquam etenim labi sinebat occasionem Deus, qua felicitatem per Christum adducendam non poneret ante oculos illorum; vt ea expectatione se consolarentur. Vt nos modo in aduersis consolamur per patientiam, & consolationem Scripturarũ, spem habentes, finem tandem imponendum huic vitæ miseriæ, & à Christo labores nostros remunerandos.

Prophetia de Christi priori aduentu.
Ambros.
Cyril. Alex.
Hieron.
August.
Rupertus.

Ratio 1.

Consolatio per Christum fiet quos.

Deinde Paulus hunc locum iuxta Lxx. referens translationem, sensum prædictum confirmat. Sic enim ait ad Hebr. 12. 25. *Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus. Cuius vox mouit terram tunc; nunc autem repromittit dicens, Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram sed & cælum. Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem, tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia.* Quorum verborum is sensus est. Cauete ne recusetis modo Christum vobis loquentem, ne puniamini, vt in monte Sina olim ad Mosem loquentem, recusauerunt, & puniti sunt; cuius vox tunc ferentis legem mouit terram: nunc quoq; per Haggæum repromittit, alta vice se moturum cælum, & terram. Et illo verbo, *Adhuc semel*, declarat, mobilium, id est, legalium omnium translationẽ, tam consummatorum, vt maneant quæ sunt immobilia in lege gratiæ, nam regnum immobile suscepimus nũquam amplius remouendum. In quo sensu accipiũt Paulum Oecum. Lyra, Alb & Isidorus; quãuis grauissimi Patres Athanas. Chrysostomus, Nazianz. orat. in laudem Athan. Cyril. Theoph. Beda, Anselmus, & S. Thomas, de secundo Christi aduentu Paulum interpretentur.

Ratio 2. Paulo.

Pauli sensus.

Athanas.
Chrysost.
Nazianz.
Cyrillus
Theophyl.
Bed.
Anselmus

Quod autem Paulus Lxx. secutus dixerit, *Adhuc semel*, cum Vulgatus, & ceteri fere verterint, *Adhuc vnum modicum est*: non est mirandum, cum vox Hebræa אחת vtrumque significet. vt Exod. 30. 10 *deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum* Iob 33. 14. *semel loquitur Deus* quo etiam modo vertit hic Tigurina dicens *Adhuc semel*, idq; breui. Modicũ ac breue dicitur tempus quod restabat ab anno secundo Darii, quo hæc loquebatur Haggęus, vsque ad Christum natum, nempe spacium annuorum 526. quia, vt ait Petrus in 2. sua Epistola cap. 3. *apud Deum vnus dies, sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies.* Vel modicum dicitur iuxta Lyram. & Vatabl. si comparetur cum tempore transacto ab orbe condito, nempe 3462. annorum, qui complebantur anno secundo Darii. Vel respectu temporis secundi aduentus Christi, aut Christianæ pietatis, secundum eundem Vatabl. & Montanum: ex quo iam transacti sunt anni 1600. Vel demum respectu totius præteriti temporis; quo expectatus est Christus mundum in libertatem asserturus; quod quam longissimum est, ab ipso die, quo peccauit Adam, nam de eo dixit Habacuc c. 2. 3. *Si moram fecerit, expecta eum, nam veniens veniet & non tardabit.* Tardare autem illi videtur, & quam longissime abesse, qui expectat, ac desiderat aduentum eius.

Modicum tempus a Dario Christum

Commouebo. Vt locum hunc difficilem enucleatius intelligere valeamus, tria sunt nobis præmittenda. Primum ex Chrysostomo Homil. 14. in Matthæum, & Homil. 1. in epist. ad Roman. consueuisse Deum, quando nouum aliquid, atq; præcipuum facturus est, non solum ante multa tempora illud prædicere sed signa edere, ac mira prodigia; 6

Notatio prodigiis insignem mutationem con[...] Chrysost.

quo præstet quædam pignora suæ potentiæ, his, qui legem eius accipiunt. Sic Iudæis, cum esset legem laturus, prius mirabilia illa, & prodigia magna ostendit, quæ in Exodo referuntur; ac tum demum præcepta legis imposuit. Ita in Euangelio, cum sublimem quandam viuendi introduceret disciplinam, & quæ nunquam ab hominibus fuisset audita, auctoritatem mandati suis præstruxit claritate signorum.

Notatio 2. terræmotu mutationem rerum significari. Arethas.

Secundum præmittendum ex Aretha in c8. Apocalypsis, & ex Theophilo c.27. Matth. ex consuetudine Scripturæ, terræmotum mutationem rerum significare. Quemadmodum, inquit, vbi dicitur; *Adhuc semel ego mouebo cælum, & terram*: significat translationem eorum, quæ commouentur, vt declarat Paulus ad Hebræos 12. & in veteri Testamento egressus Israelitarum ex Ægypto dictus est terræmotus, vt cum ait David, *Terra mota est: etenim cæli distillauerunt*. Ps. 67. 9.

Notatio 3. tres insignes mutationes. Greg Naz.

Tertium præmitti oportet; tres adnotari insignes rerum, aut potius legum, religionisque in perfectiorem statum mutationes, quæ multis sunt præostensæ prodigiis: quas tradit nobis breuiter Gregorius cognomento Theologus Orat. in laudem Athanasii & Orat. 5. de Theologia, hisce verbis. *Duæ ex omni æuo illustres vitæ mutationes extiterunt, quæ etiam duo testamenta; atque ob rei celebritatem, terræmotus vocantur: Altera à simulachrorum cultu ad legem: altera à lege ad Euangelium. Ac tertium etiam terræmotum Scriptura nobis annunciat, nempe migrationem ab hac vita ad alteram illam motus omnis, & iactationis expertem.* His præmissis.

Quæstio, de qua cōmotione loquatur Haggæus.

Quæstio est, de qua harum commotione loquatur Haggæus? & quidē de prima illa ad legislationem deseruiente in monte Sina non posse hic esse sermonem, constans est, cum iam præteriisset. De secunda, ac tertia tantum inquiritur. Et licet in vniuersum quid verius sit indicauerimus, in n. 5 at in singulis reddere rationem eorum, quæ dicuntur, nostri muneris est.

1. Sententia de aduentu Christi posteriori.

Patres igitur illi omnes, quos adduximus, Paulum ad Hebr. 12 intelligentes de secundo Christi aduentu: de tertia mutatione legis gratiæ in gloriam per Christum in extremo iudicio facienda, intelligunt quoque nostrum Prophetam; quando transmutabitur omnis creatura corruptibilis, & mutabilis, in statum incorruptibilem, & immutabilem: quam commutationē præostendent signa illa, quæ erunt in Sole, & Luna, & stellis, & cetera; quæ Christus futura prædixit Lucæ 21. Post quæ veniet Christus cunctis gentib. desideratus; qui seliget seruos suos in gloriam amplius non mutandam. Videntur his quodammodo assentire Augustinus lib. 18. de Ciuit. c. 48. Damianus lib de institutione Monialis ad Blancam capit. 7. & Rupertus libr. 1. in Haggæum cap. 2.

August. Damian.

2. Sententia de Natali Christi.

Nonnulli alii, qui sibi videntur mentem Prophetæ melius attigisse, nempe Hugo, Lyra, Vatab. Isidor. Galat. & Adrian. ita verba Haggæi adstringunt ad Christi diem Natalem; & commotionem factam circa illam, vt omnino inficientur, ad vlteriora prodigia extendi; quod existiment de aduentu Christi desiderati in mūdum, cum prodigiis in lucem editi è ventre B. Mariæ, hic fieri sermonem.

3. Sententia de mutatione legis veteris in nouam.

Verum hanc Prophetiam in primis esse accipiendam de commotione per miracula, & prodigia, significante secundam illam mutationem legis veteris in nouam: & auctoritas Patrum; & interpretum vnanimis consensus, qui de priori Christi aduentu explicant Haggæum; nobis suadet, quos supra retulimus; & occasio sermonis prophetici. Siquidem, vt diximus, edita est Prophetia ad tristis populi consolationem, qua maiorem nullam tunc habebant, quam Christi desideratissimi priorem aduentum; quo in libertatem erant asserendi, & à tot, ac tantis calamitatibus eruendi. quod & ex singulis Prophetæ verbis inferius explicandis, erit manifestum. Et demum res ipsa, veteris scilicet legis in nouam mutatio, quam Paulus ad Hebr. 12. explicat: id aperte conuincit, cum subdit: *Quod autem adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaq; regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo.*

Occasio sermonis Haggæi.

Hoc est; declarat priorem rerum faciem, secundum quam leges, & religio erant mobiles, & ad tempus tantum factæ; in aliam multo illustriorem commutandam legis nouæ, quæ nunquam iam est immutanda, sed immobilis vsq; in finem permansura: & hanc vocat Paulus, regnum immobile. Ita Paulum intelligit Oecumenius. Quod ait, *adhuc semel*, inquit, significat, quod præter secundum sit additum aliud semel. Prius namque concussus est mundus in legis ratione facta in monte Sina: terra commota est, ait Dauid. Rursus in aduentu in carne commotus est mundus, nam commota est omnis Ierusalem: & concutientur omnia manufacta simulacra Ægypti. Concussionem autem siue commotionem dixit, veluti sonoritate prædicationis: per quam commoti, & translati sunt, puta à veteri statu, qui in errore agebantur. Ad eundem modum Lyra eo loco, Alb. Isid. & Mont. hic, Paulum intelligunt.

Oecumen.

Deinde; commotio prædicta sicut non vno loco, ita nec vno tempore Natalis Christi concludenda est. Sed se extendit ad signa præcedētia ortum Christi felicem, & subsequentia per vitam eius, & mortem, & in aduentu Spiritus sancti, & in promulgatione Euangelii per Apostolos edita, cum *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum* Ad hæc enim omnia verbis luculentis extendunt Ambros. lib. 3. Epist. 12. Hieronymus hic, Augustinus 18 de Ciuit. Dei cap. 35. & lib. contra Donat. post Collat. cap. 20. Rupertus lib. 1. in Daniel cap. 19. Remigius, Haymo, Albertus, Dionys. & Muntanus. Et ratio id probat; quia si, vt præmisimus è mente Chrysostomi, & Nazianzeni, hæc commotio, seu terræmotus notat translationem legis veteris in nouam: & hæc non facta est solo Christi ortu, sed vita, prædicatione, morte aduentu Spiritus sancti, & promulgatione facta per Apostolos: ergo hæc omnia comprehendit vno commotionis nomine Propheta.

Commotio inductæ legis Euangelicæ tempus comprehendit.

Ambros. Hieron. August. Rupertus.

Deinde: quia queādmodū nomine commotionis ad legē veterem ferendam factæ prædicti Patres non tantū intelligunt eam, quę in monte Sina contigit, sed signa omnia, quæ in Ægypto Mosis auctoritatem ostenderunt, per quam data est lex: & per 40. annos in deserto, & in introductione populi in Palęstinam per Iosue, ad promulgandam, & stabiliendam religionem. Ita nomine commotionis ad nouā legem inducendam factæ intelligunt omnia ostenta, prodigia, & oracula, quæ Christi aduentum ostenderunt, cuiusque diuinitatis manifestatem

Legis veteris & nouæ inductio similis.

decla-

A declaratum, legisque excellentiam, & Apostolorum promulgantium eam, auctoritatem significarunt. Horum enim trium declaratio necessaria erat ad inducendum populum ad legem suscipiendam & obseruandam; quo vniuersa Christi tendebat œconomia. Si quid autem sit, quod huic interpretationi aduersetur, in singulorum verborum expositione diluetur.

Nomine cœli, terræ, maris, & aridæ quid accipiatur

7 *Cælum.*] *Cæli* nomine, & aer accipitur, Scripturæ consuetudine: *terræ*; cætera orbis pars. Totum totum orbem commouendum ad Christi aduentū significat. Deinde, ne quis putet mare, & terram ab hominum conspectu longe dissitam, libera futura ab hac commotione, subijcit, *mare*, quo nomine Insulas, marinamque regionem intelligunt Aug. 18 de Ciuit. Dei c. 35. Hieron. hic, cum ceteris interpretibus. Et *arida* nomine terram desertam, B & inhabitabilem exponunt Hieron. Mont. & alij. idque satis indicat nomen Hebræum *Harabah*; quamuis eo nomine Lyra Insulas velit intelligi, quatenus mari opponuntur: ne idem per terram, & aridam accipiamus. Ait ergo Deus commoturum se cœlum, & terram, regionem marinā & continentem, vt vertit Tigurina. vel regionem habitabilem, & inhabitabilē, marinam, & continentem.

Ad Christum excipiendum mundus mirabiliter parabat se.

Quia ergo cōdecorandus erat orbis vniuersus, ac illustrandus tanti principis ortu, tantiq; magistri doctrina, cuius nomen, *Admirabilis, Deus fortis, princeps pacis, ac pater futuri seculi*: nimirū si admirabundus ad illum excipiendum se pararet; ac suam felicitatem præsagiret. Præsertim in ea vrbe, quæ totius orbis principatum adepta, doctrinæ Christi C disseminandæ fons, ac caput futura erat.

Cœli prodigia.

Cœlum in primis, vt miris rebus, insolitisque prodigijs commotum demonstremus. Per ea tempora, q̄ Christi exortum aliquantulum præcessere,

Orosius. Globus aureus.

auctore Orosio lib. 5. c. 18. cōplures Romani videre globum coloris aurei cœlo ad terram deuolui: maioremque factum, rursus à terra in sublime ad Orientem Solem ferri, ac magnitudine sua ipsum Solem obtexisse. Augusto quoq; Romam ex Apollonia ingredienti, quadraginta trib. ferme annis ante aduentum Christi, hora circiter tertia; repente liquido, puro, ac sereno cœlo, circulus ad speciem cœlestis arcus orbē Solis ambiit: quasi v-

Circulus Solem ambit.

num eū, ac potentissimum in hoc mundo, soluūq; clarissimum in orbe monstraret, cuius tempure D venturus esset, qui ipsum Solē solus, mūdumq; totū, & fecisset, & regeret. Sic idē Orosius refert lib. 6. c. 2. . . . Idq; ita narrant contigisse, Suetonius in Au-

Orosius. Suetonius. Seneca. Plinius. Dio. Tres Soles. Eutropius.

gusto c. 95. Seneca lib. 1. Natur. quæstionū c. 2. Plinius lib. 2. Natur. hist. c. 28. Dio Histor. Rom. li. 45. Eodem anno Romæ tres simul exorti Soles paulatim in eundem orbem coiere; auctore Eutrop. li. 6. in fine; & Euseb. in Chron. anno ante Octauij imperium. Sequenti anno, vt refert eo loco Dio visus est Sol intra tres circulos effulgere, quorum v-

Sol in tribus circulis. Soles tres. Plinius. Dio.

num corona spicarum ignita circumdaret. Visi quoque sunt eo ipso tempore Soles tres, vt refert Plinius li. 2 c. 31. & Dio lib. 47. Quin scripsit Arabs Albumasar priscus Chaldæus in suo introductorio maiori Tract. 6. defin. 1. quem refert Albertus E in speculo Astronomico c. 1. Diuu. lib. 1. de Laudibus Virginis, art. 30. & Canisius noster lib. 2. de B.

Pulchra virgo in signo Virginis.

Virgin. cap. 8 tempore Natalis Christi in prima facie Virginis visam pulchram Virginem, mundam, prolixis capillis, & pulchra facie, habentem

A in manu sua duas spicas, & in nutrientem puerum in loco, qui vocatur Iudæa. Et vocat, inquit, puerum quædam gens Iesum, quem nos Græce *Christum* dicimus. Præterea Angeli è cœlo demissi apparuere ipsa nocte, qua natus est Christus, canentes, *gloria in excelsis Deo. & in terra pax hominibus.*

Stella Magis visa. Ignatius Prudentius

Noua quoque, ac mirabilis stella: quæ, auctore Ignatio Epistola 4. ad Eph. & Prudentio in Hymno; suo splendore, non solum astra reliqua, sed Solem ipsum superabat: quæ, vt ex incerta quadam historia pios animos recreante refert Chry-

Chrysost.

sostomus in imperfecto Homil. 2. habebat in se formam quasi pueri paruuli, & super se similitu-

Chalcyd.

dinem crucis. De qua Chalcydius super Timæum Platonis: stella illa, ait, non fuit morbos, aut mortem denuncians, sed aduentum venerabilis Dei. B Quam cum Chaldæorum quidam, viri profecto excellentes, inspexissent, recentis Dei ortum quæsisse dicuntur. Eductus forte fuerat illam

Plato.

Platonis magistri sui sententiam lib. 4. de legibus, quam etiam docuerat lib. de Regno: asserentis. *Deus profecto nobis rerum omnium maxima sit mensura: multoque magis, si quis, vt ferunt, homo est.* Hoc est, vt quidam eius nobilis exposuit discipulus: si quando Deus fiat homo, vt ferunt oracula,

Homo hominum gubernando necessarius est, Deo opus.

scilicet Prophetarum. Dixerat enim prius, non posse homine gubernatorem hominum esse feliciter, sed diuinioris, præstantiorisq; generis naturam. *Quod nunc nos,* inquit, *in omnium gregibus, aliorumque eis vnum armentis facimus: non enim bobus oues, nec capris capras præsumimus, sed nos ipsis genus melius dominamur. Si,* inquit, *talis quandoque vir fuit, vt erit, aut* C *nunc inter nos est aliquis: & ipse beate viuit, & illi quoque beati sunt; qui fluentia ex ore modesto audiunt verba.* Verum hæc subdit, tanquam oraculorum ritu dicta sint. Fertur etiam eamdem Aristoteli pro-

Aristoteles comita sententia.

batam sententiam in Homeri Odyssea dicenti, vt Cœlius refert libr. 17. capit. 34. Non esse immortalibus Diis indecorum hominis induere naturam, quo ab erroribus seuocentur mortales.

Prædictis prodigiis è cœlo ostensis ad regis nostri Christi celsitudinē manifestandam, illud adu-

Solis deliquium Christo patiente. Phlegon

ciendum est Solis deliquium, q̄ Christo patiente accidisse animaduersum & à gentib. est. Phlegon .n. Adriani Imperatoris libertus, & insignis Chronographus in suo lib. 14. ita ait. *Quarto autem anno* D *202. Olympiadis magna, & excellens inter omnes, quæ ante eam acciderunt, defectio Solis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, vt stellæ cœlo visæ sint: terraq; motus in Bithynia Nicena vrbis multas ædes subuertit.* Refert eum Orig. Tract. 35. in Matt. & lib.

Origenes. Tertull. Lucianus. Eusebius. Orosius. Dionys.

2. contra Celsum, Tertull. in Apologetico c. 21. Lucianus in Actib sui martyrii, Euseb. in Chronico ad annū Christi 34. Orosius lib. 7. c. 4. Quod deliquium à secum Apolophane visum refert Dion. Epistola ad Polycarpum, & ad Apolophanem, eo magis admiratus quod tunc esset plenilunium, quando Solis Eclipsis contingere nulla ratione potest, nisi diuina potentia. Tunc .n. Luna relicto suo naturali cursu, ad Solē accessit, nobisq; occultauit. & propterea Dionys. exclamasse dicitur: *aut* E *Deus naturæ patitur aut mundi machina dissoluetur.* Sed ne cœlestia alia prodigia huc afferamus, q̄ ex Euangelijs, Actisq; Apostolicis nota sunt, ad mirabilem terræ commotionem accedamus explicandam.

Terra mota dicitur.

Terra prope aduentum Christi commota di-

citur

A

... ira, insolitaque, & oracula, & mi... ... p... id temporis accidere. Nam Si... ... ina, quæ Romæ, non sine nutu diuino ... b...nem, hoc tempore cœperunt in lucem proferri, & a Sapientibus, obscure licet, explicari.

Acrostichis præsertim Sibyllæ Erythrææ, cuius carmina attulit Magnus Constantinus in oratione, quam misit ad Senatum de Christo, relata ab Eusebio lib. 4. vitæ illius. Quorum copiam sibi fecisse Flaccianum Africæ Proconsulem asserit Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei c. 23. ex quorum carminum primis literis hæc consurgebat sententia. *Iesus Christus Dei filius seruator crux.* Certum est, ait, Magnus Constantinus, incidisse in poema Ciceronem, idque factum ab eo Latinum, eamque suis lucubrationibus annumerauisse: qui, tenente Antonio rerum summam, sublatus est. Acrostichorum horum carminum factam à Cicerone mentionem, manifestum est ex 2. illius libro de Diuinatione. Vbi refert interpretis cuiusdam de rege, Christo proculdubio, explanationem; his verbis. *Sibyllæ versus obseruamus, quos illa furens fudisse dicitur: Quorum interpres nuper falsa quadam, hominum fama dicturus, in senatu putabatur. Eum, quem reuera regem habebamus, appellandum quoque esse regem, si salui esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, & in quod tempus est?* & infra. *Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poema declarat, (est enim magis artis, & diligentiæ, quam incitationis, & motus) cum vero ea, quæ acrostichis dicitur, cum deinceps ex primis versus literis aliquid connectitur. Atqui in Sibyllinis ex primo versu cuiusque sententiæ, primis literis illius sententiæ carmen omne prætexitur. Cum Antistitibus agamus, vt quiduis potius ex libris illis, quam regem proferant, quem Roma posthac nec Dii, nec homines esse patientur.* Hæc Cicero. Erat Romanis à Tarquinii temporibus regis nomen exosum: cumque vnus ex decem interpretibus, quos ex Ciuitate delegerat Senatus aduersus Sibyllinos interpretandos, ex ariolis, & Vatibus; vt ait idem Cicero in principio prioris libri de Diuinatione, versus eos in Senatu interpretans diceret, si salui esse vellent Romani, regem habituros, sed neque quemquam designans, neque tempus, absque dubio Christum à Sibylla prænunciatum, ignorans significabat. Quibus cum fidem haberet Cicero, *iratus licet, agamus*, inquit, *cum Antistitibus ne ex libris Sibyllinis regem nobis proferant, quem nulla ratione patiemur.* Adde his Virgiliana carmina ex eisdem Sibyllis desumpta, falso Augusto, aut Pollionis filio applicata: sed vere Christi aureum seculum personantia. Sic enim habent.

Constant.

Euseb.

August.

Sibyllæ carminum sententia de Christo.

B

Acrostich.

C

Regis nomen exosum Romanis.

Christus à Sibylla prænunciatus.

D

Virgilius.

Iam noua progenies cælo demittitur alto:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo:
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Vaticinium de Christo.

Quæ Magnus Constantinus de Christo pie admodum declarat. Existimatur autem in Sibyllinis carminibus significatum quoque esse tempus, sub aliquibus literis inuolutis: indicata forte Olympiade, qua rex ille esset profetêdus: ac propterea dictum à poeta: *Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.* Ex dictis Sibyllinis carminibus Lentulus, auctore Lucio Floro lib. 4. c. 1. regnum sibi asciscere conatus, Catilinæ adhæsit. Eodemque prætextu M. Antonius in Lupercalibus Cæsari coronam regis imposuit: quod etiã refert Cassiodorus in Chron. sed ipso anno occisus Idibus Martiis decessit. Refert præterea Suetonius in Augusto cap. 94. Au-

E

Florus.

Cassiod.

Sueton.

A

ctor est Iulius Marathus, ante paucos, quam nasceretur menses, prodigium Romæ factum publice, quo denunciabatur, Regem populi Romani naturam parturire; Senatum exterritum censuisse; ne quis illo anno genitus educaretur. Hæc illi ignorantes, ad Augustum referebant; ego autem reuera ad Christum: sicut & illud quod idem auctor Vespasiano tribuit, in vita eius cap. 4. *Percrebuerat*, inquit, *Oriente toto vetus, & constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur. Id de Imperatore Romano, quantum euentu postea prædictum patuit, Iudæi ad se trahentes rebellarunt.* Eadem refert Cornelius Tacitus lib. Annalium 21. *Pluribus*, inquiens, *persuasio inerat, antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, vt valesceret Oriens: profectique Iudæa rerum potirentur.* Sumpsere ex Iosepho lib. 7. de bello Iud. c. 12. dicente. *Quod maxime eos ad bellum excitauerat, responsum erat ambiguum in sacris libris inuentum, quod eo tempore quidam esset ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium: id enim illi quasi proprium acceperunt: multique sapientes interpretatione decepti sunt: nam Vespasiani designabatur imperium.* Sed multo verius Egesippus lib. 5. de excidio Ierosolymitano cap. 45. ita corrigit Iosephum. *Inter quæ illud præcellentissimum, quod in literis atque vetustis, quas sacras vocabant, manebat, impressum, quod secundum illud tempus futurus esset vir, qui de regione eorum imperium adipisceretur orbem terrarum: quæ res eos in tanto furore posuit, vt sibi non solum libertatem, sed etiam imperium pollicerentur. Id alii ad Vespasianum referendum putarunt: prudentiores ad Dominum Iesum, qui eorum in terris secundum carnem genitus ex Maria, regnum suum per vniuersa terrarum spatia effudit.* Ex quibus patet rebellasse Iudæos, certos de temporis complemento, quo Christum venturum prædixerant Prophetæ, existimantes iam natum, totius orbis temporarium Dominum futurum. *Quam certam existimationem ortam censeo ex Scribarum & sapientum responsis, quos venientibus Magis ad Christum adorandum, Herodes interrogauit, vbi Christus nasceretur. Nam ea occasione omnes Prophetas euoluere, & tempus aduentus eius iam completum collegere.* His adice quod Orosius refert lib. 6. c. 18. & Eutropius lib. 7. & ante eos Eusebius in Chronico; tertio anno triumuiratus contigisse, quadraginta annis ante natum Christum. Nam cum ouans Augustus Romã ingrederetur, trans Tyberim è taberna meritoria, per totum diem, sine intermissione, fons olei largissimus terra fluxit, significans Christi gratiam ex gentibus, vt ait Eusebius, aut vt philosophatur Orosius, quo signo quid euidentius, quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis, futura Christi natiuitas declarata est? Petrus quoque Damianus Epist. 4. de Omnipotentia c. 12. *Romulus*, inquit, *vrbis conditor in hanc vocem, quasi de firmamento operis erupit. Certum est, & immobiliter fixum, quia ni virgo pepererit, domus ista non corruet; adeo impossibile iudicabat ædificium ruere. Sed nocte, qua Saluator ex virginali aluo processit, palatium corruit.* Quod si verũ sit, & à Damiano dictum non omnino ab re est, vt putat Baronius, id quod eius nomine refertur in Homil. quadam de Natiuitate apud Lipomanũ to. 8. & Suriũ tom. 6. Augustus Cæsar, auctore Suida in Augusto, & Nicephoro, lib. 1. Histor. cap. 17. Monarcha iam renunciatus ad Pythii Apollinis oraculum venit, & sacrificio omnium maximo, quod Hecatombe dicitur, dæmoni oblato, quæsiuit;

Natura Christum parturiens.

B

Tacitus. & Iudæi contra Imperator Iosephus.

Egesippus.

C

Iudæi de certo Christi tempore certi rebellarunt.

Magorum de Christo responsum

Orosius. Eutropius. Eusebius.

D

Fons olei Romæ fluxit.

Damianus.

Romuli de virgine præsagium.

E

Suidas. Nicephor.

quis-

quisnam post eum Romanum administraturus esset imperium? at cum nullum ederetur responsum: alterum quoque adiecit sacrificium, denuoq; rogauit, quid ita oraculum pluribus verbis vti solitum, nunc tandem obticuisset? Tuoc illud, parua interposita mora, ad hunc modum respondit.

Me puer Hebræus diuos Deus ipse gubernans,
Cedere sede iubet, tristemq; subire sub Orcum,
Aris ergo dehinc tacitus discedito nostris.

Tali responso accepto Cæsar Romam reuersus in Capitolio aram maximam extruxit, cum eiusmodi Latina inscriptione. *Ara primogeniti Dei.* Nec mirum iam Apollinem siluisse, ceteraq; oracula, cum aduentum sui regis præsentirent, qui venit vt dissolueret opera diaboli. Quam caussam silentii oraculorum eum inulti, ac grauissimi viri ignorarent, in ea inuestiganda diu, multumq; laborauere, vt Cicero in libris de Diuinatione, Plutarchus lib. de defectu oraculorum: Strabo lib. 9. suæ Geographiæ, Iuuenalis Satyra. 6. Porphyrius lib. de Responsis oraculorum, & Iulianus apud Cyrillum Alex. lib. 6. aduersus illum. Sed propius ad veritatem accedit ratio, quam reddit Cleombrotus apud Plutarchum eo loco. *Audeamus*, inquiens, *post multos & ipsi dicere, dæmonibus, qui operam, & oraculis præpositi sunt, deficientibus ea pariter deficere: cum autem fugientibus, aut demigrantibus, vires oraculorum cessare.* In cuius rei confirmationem Philippus Cleombroto assentiens, refert historiam illam; quam & Theodoretus lib. 10. Græcanicarum affectionum, & Euseb. lib. 5. de Præpar. cap. 9. ad verbum transtulere, ab Æmilio Rhetore narratam. Dum prope Paxis insulam, inquit, attentiores nauigarent, vocem magnam auditam, qua Thamus nauis gubernator, bis est vocatus, & tertio: & cum respondisset, multo maiori voce eaclamauit vox illa dicens. Quando iuxta paludem fueris, annuncia tunc, Pana magnum mortuum esse, qua re audita omnes timore sunt perculsi. Fecit ille, pronusque in mare respiciens dixit magna voce, Magnus Pan mortuus est. Confestim magnus mugitus, cum gemitu, imo vero innumerabilium miraculo quodam commixtus subito auditus est. De ea re spassus rumor Romam peruenit, & Thamus à Tiberio accersitus: & an verum esset, interrogatus, rem omnem, vt relata est, enarrauit. In Britannia rursus insula ingentem commotam tempestatem insulares dicebant; quod ex dæmonibus, vel heroibus aliquis defecisset. Quæ omnia cum Tiberii tempore contigerint, ostendebant, Dominum, ac Seruatorem nostrum, qui tunc cum hominibus conuersatus est, omne dæmonum genus in tartarum detrusisse. Sed ad Augustum redeamus. hic Coss. Ælio Catino, & Sentio Saturnino anno 2. à Christo nato; & testantur Dio lib. 55. & Suetonius in Augusto cap. 53. & ex eo Orosius lib. 6. cap. 22. Domini appellationem, vt homo, declinauit. Nam cum eo ludos spectante, pronunciatum esset à quodam mimo, *ô Dominum æquum, & bonum.* Vniuersi quasi de ipso dictum exultantes approbauissent: statim manu, vultuq; indecoras adulationes repressit; & sequenti die grauissimo corripuit edicto, Dominumq; se posthac appellari, neá liberis quidem, aut nepotibus suis, vel serio, vel ioco, passus est. Imo non ausus, qua verus totius orbis Dominus editus iam in lucem prodierat. Ex quibus prodigiis, ac fama toto orbe dispersa satis manifesta sit terræ commotio, qua in summam admirationem rapti magni quid tunc accidisse manifestabant omnes. Quibus si addas Christi mirabilium operum famam ad regem Abagarum delatam, & Pilatum ad Romanum Imperatorem Tiberium literas missas de ipso loquentes: Tum etiam insignem terræmotum, qui per vniuersam Asiam contigit Christo patiente, cuius supra meminimus: & vbi testes referunt Suetonius in Tiberio, c. 48. Dio. lib. 57. & Plinius lib. 2. c. 48 *qui maximus*, inquit, *terræ memoria mortalium extitit motus Tiberii Cæsaris principatu, duodecim vrbibus Asiæ vna nocte prostratis.* Quando superhinc inare tempit miræ magni ... conuenit, vt ex Euangelio N... refert Hieronymus, epistol. 150. ad Hedibiam q. 8. & prætid templi virtutes dixerunt; *Transeamus ex his sedibus* vt ait ... Hieronymus, & Euseb. in Ch... et columba è templo egredi visa est, vt refert Ephrem termone de Passione Domini. & cetera alia, quæ tunc contigisse ex Euangeliis nouimus, & ... aduentu Spiritus sancti, & prædicatione Apostolorum ex Actis & Epistolis Pauli, nulla remanebit dubitandi ratio de Prophetiæ iæ Haggæi adimpletione.

Mare præterea, & aridæ commotæ sunt bellis ciuilibus Augusti Cæsaris, & Antonii, apud Actium præsertim præter voces illas, & gemitus à dæmonibus editos, de quibus Plutarchus loco supradicto Commotæ sunt omnes gentes ... totius vrbis fama consentanea ... prodigiis, & oraculis propagata, vt diximus. Tum maxime ex August. Cæsaris edicto, quo iubebat, vt omnes imperio subiecti in sua ciuitate describerentur, binis didrachmis in singulos annos vicritim solutis. Sed & omnes gentes, insulanæ etiam, & marinæ, & gentes in desertis habitantes ad prædicationem Apostolorum commotæ sunt, dum quæ iam consurgebant, vt Euangelium extinguerent, quædam, vt suo etiam sanguine, tuerentur.

Et venient] vt illustrem de christo locum explicemus, operæ precium erit primis verborum rationem habere; vt deinde ad sensum ... germanum accipiendum deueniamus. Hebræa verba hæc sunt ובאו חמדת כל הגוים *ubaau chemddath col hagoim.* & *venient desiderium omnium gentium.* In quibus vides nomen singulare, *desiderium*, suppositum esse verbo plurali *venient.* Est autem hoc præterea tendum ad omnium interpretum ... acroinmodum, *desiderium*, dupliciter capi ... actiue, vt aiunt, pro ipsa voluntatis propensione in rem concupitam, quæ est ipse actus desiderantis, vt Prou. 13. 19. *desiderium si compleatur, delectat animã.* & cap. 21. 25. *desideria occidunt pigrum.* Lucæ 22. 15. *desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* aut passiue, pro ipsa re desiderata, vt Psalm. 20. 3. *desiderium cordis eorum tribuisti ei.* & Psalm. 77. 29. *desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo* Prouerb. 10. 24. *desiderium suum iustis dabitur*, id ... res desiderata. hoc præmisso.

Primo, nonnulli ex interpretibus, genitiuum pluralem, *omnium gentium*, faciunt verbi suppositum, consentientes in recto, & ... ingulari præfigunt præpositionem *cum*, ... *Et venient cum desiderio cuncta gentes*, ... rationem sequuntur Dauid Kimhi, Galatinus lib. 4. cap. 10. Munsterus, & Iudæi. Vt sit ... sensus, iuxta Galatinum, & Isidorum: & cuncta gentes

Abagarus ... Pilati literæ. Terræmotus ... Plinius. Ioseph ... Hieronymus. Eusebius. Columba è templo egressa. Ephrem. Maris commotio. Cæsaris edictum. Illustris de Haggæo Propheta ... Desiderium ... accipitur. Interpretationes ...

gentes venient cum suis bonis desiderabilibus & preciosis muneribus ad adorandum Christum; vt fecerunt tres reges Magi.iuxta illud Isa.60.6. *Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & nomen Domini annunciantes.* aut secundum Munsterū: singulæ gentes optima sua offerent, seipsos Domino consecrantes, & suis opibus pauperes Christi, hoc est, viua Dei templa ornantes. Addit Isidorus hanc interpretationem, *& venient ad desideratum cunctarum gentium, vel cunctis gentibus.* Hoc est, iuxta priorem sensum; venient cunctæ gentes ad Christum cunctis eis desideratum.

2. Interpretandi ratio. Regula. Secundo, per quandam hysterologiam, alii nomen singulare cum genitiuo plurali faciunt verbi suppositum, iuxta regulam ex scriptura obseruatam, qua genitiuus pluralis ponitur pro recto plurali, & rectus singularis pro adiectiuo cum illo concordante. Vt Iob 15.20 pro illis verbis. *Numerus annorum incertus est tyrannidis eius.* Hebraica habent. *& numerus annorum absconditi sunt tyranno.* Vbi genitiuus pluralis facit verbum plurale, eo modo quo vertunt Lxx. *Anni numerabiles absconditi sunt potenti.* Sic quoque Isa.28.3 pro illis verbis. *Pedibus conculcabitur corona superbia ebriorum Ephraim.* Hebraice legimus. *cum pedibus conculcabuntur corona superbia ebriorum Ephraim,* pro, *ebrii Ephraim coronati superbia conculcabuntur pedibus.* Eadem ergo ratione, *& venient desiderium cunctarum gentium,* vertunt, *& venient cuncta gentes desiderabiles* Hanc regulam secuti Lxx. transtulere. *Et venient electa omnium gentium.* vt habetur in codice

August. Complutensi, Regio, & Vaticano, & apud Aug. lib. contra Donatist. post collatio. c. 20. Vel, *venient qua electa sunt Domini de cunctis gentibus.* vt legit aliquando Hieronym. & Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei c. 48. Ad eundem modum vertit Pagninus. *& venient qua sunt desideratio omnium gentium.* & Vatab. *& venient desiderium, seu specimen omnium.* Hoc est, secundum Hieronymum hic, & Aug. loco dicto, explicantes versionem Lxx. & secūdum Vat. & venient ad Christum gentes desideratissimæ, & à Deo ex singulis gentibus electæ: quasi dicat; non solum à Iudæis, sed etiam ab electis gentibus recipietur Christus. Vel soli electi, quos elegit Deus ante mundi constitutionem, venient ad Christum, vt exponit Augustinus.

Ratio 3. interpretandi. Tertio, alii existimant, suppositum illud singulare, *desiderium*, accipi pro plurali *desideria*, & vertunt. *Et venient desideria omnium gentium.* quod videatur hoc loco, *desiderium*, accipi pro nomine collectiuo. Et quia gentes diuersis desideriis Christum desiderabant; vel multiplicia bona desiderata à gentibus apportauit Christus, propterea dicitur, desideria omnium gentium.

Ratio 4. interpretandi [illegible]. Quarto, præstat illa versio, qua verbum plurale accipitur pro singulari: vt solet accipi in Scriptura, Exod. 1. 10. quod in Hebræo legitur, cum ingruent bellum; vertit Vulgatus; *si ingruerit contra nos bellum.* & quod Isa.28 3. Hebraice dicitur. *cum pedibus conculcabuntur corona superbia.* Lxx. vertebant, *cum pedibus conculcabitur corona superbia filiorum Ephraim.* Sic ergo hoc [illegible] o verbum plurale *venient*, a[illegible] r pro singulari, *& veniet desiderium cunctarum gentium.* qua ratione vertit Chaldæus. & R. Akiba quem refert Galatinus lib. 4 cap. 9. exponeb[illegible] & add[illegible] desiderium cunctarum [illegible] & [illegible] us magister, & postea venit Messias.

Tigurina quoque sic vertit. *& veniet qui desideratur ab omnibus gentibus.* Quia ergo *desiderium* passiue accipitur pro re desiderata, recte Vulgatus interpres pro eo, quod in Hebræo dicitur, *& veniet desiderium cunctarum gentium;* vertit sic, *& veniet desideratus cunctis gentibus* cui interpretati [illegible] ceteræ accommodari possunt [illegible] *& veniet cum desiderio cunctarum gentium:* quia Christus venit onustus bonis preciosissimis, quæ omnes gentes cum eo ventura expetebant. His circa interpretationem præmissis, de sensu verborum erit iam disserendum.

Quæstio est igitur, quid nomine *desiderii*, [illegible] *desiderati* intellexerit Propheta, cum dixit post prædictam commotionem *& veniet desiderium*, [illegible] *desideratus cunctarum gentium?* Prima huius loci intelligentia est Dauidis Kimhii, Galatini, Munsteri & Isidori, qui nomen *desiderium* accipiunt [illegible] pro omni precioso dono. Scriptura vocat omne desiderabile, quod detractum sui gen[illegible] tibus. & e. [illegible] sensus; Et veniet ad Christum [illegible] quid gentes preciosum habent, [illegible] de[illegible].

Secunda expositio est Hieronymi, Aug[illegible], Vatabli, & Isidori, iuxta versionem LXX [illegible] pientium *desiderium* passiue, pro gentibus [illegible] à Deo, & preciosis, quæ sunt inter cæteras gentes. Hoc modo: *& veniet desiderium cunctarum gentium,* id est, è cunctis gentibus veniet ad C[illegible] illa portio, quæ est à Deo selecta, & vt preciosus thesaurus desiderabilis.

Tertia expositio est; vt *desiderium* accipiatur, vt dictum est, pro dono gentium precioso, seu pro parte selecta è gentibus, & dicat: Et veniet ad [illegible] plum hoc quicquid preciosum est in gentibus; nam & ipsæ venient ad adorandum in templo hoc, & sua preciosa quæque afferent ad offerendum Sed quia ex hoc nihil singulare, preciosum, aut gloriosum dicitur de hac posteriori domo; quod non habuisset domus Salomonis; cū tamen Deus velit gloriosiorem probare domum hanc supra priorem, ideo hæc expositio [illegible] ciencda est.

Quarta expositio est cæterorum [illegible], accipientium quidem nomen *desiderium* passiue pro re desiderata, se[illegible] bus. Ita vt di[illegible] *veniet desiderium* [illegible] *gentiū,* hoc est, & veniet in [illegible] um, postqua[illegible] modis fuerit commotus [illegible] ue omnes gētes desiderant, quique ea[illegible] omnium desiderium est completurus. Sed in hoc desiderato assignando varii sunt interpretes, quos oportet referre. 4. Expositio de desiderio à gentibus.

Quinta igitur exponendi ratio est Montani, qui hoc desideratū à gentibus, intelligit nō Christū, sed Spiritum sanctum: cuius maximo desiderio gentes omnes, [illegible] ia quæ Christum non expectassent, iam inde à principio, dummodo infir[illegible] ē sentirent suam, t[illegible] nebantur: quasi non sit Christus, sicut in primis promissus in vniuersa Scriptura, sic in primis expectatus, & desideratus, tamquā qui accessum nobis præbuit ad Patrem & Spiritum sanctum nobis meruit donandum. 5. [illegible] de [illegible] sancto.

Sexta huius loci intelligentia est August. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. [illegible]. & 48. & Dam[illegible] lib. de Institutione monialis ad Blancam [illegible] R[illegible] peri. lib. 1. de Operibus [illegible] 9. & lib. 1. in Haggæum cap. 2. qui [illegible] hunc desideratum fateantur esse Christum [illegible] at non de priori eius aduentu exponunt [illegible] do veniet 6. Exp[illegible] de [illegible] In fine [illegible] tu veni[illegible] August. Dami[illegible] uper[illegible]

niet iudex viuorum, & mortuorum. Ductus est autē Augustinus vt sic sentiret, hac ratione. Nullus desiderare potest eum, quem prius non dilexerit: nemo diligere quem non cognouerit. Atqui gentes non cognouerunt Christum, prius venturum, sed solum Iudæi; ergo neq; dilexerunt, neq; desiderauerunt. At iam conuersæ, & fideles factæ Apostolorum prædicatione, cognoscunt Christū, diligunt, desiderantque extremo tempore venturum, quando videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate magna, & maiestate. Ergo Christus nunc vere desideratus dicitur gentibus, postquam Ecclesia ex ipsis est congregata, non prius.

Septima nihilominus, & omnino vera huius prophetiæ interpretatio est, vt promittat Christum in priori suo aduentu salutem hominib. adducturum: cuius expositionis in primis testes habemus veteres Hebræos, quos referunt Lyra, Adrianus Finus, & Galatinus lib. 4. c. 9. his verbis. *In libro Sanhedrin in cap Helec, sic ad verbum dicitur: Rabbi Akiba exponebat. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & adducam desiderium cunctarum gentium; de diebus Meßia, & de rege Meßia, & de tempore, quod fuit post destructionem primæ domus.* Alia expositio. *Adhuc vnum modicum est, modicum scilicet regni venturi Israel post destructionem prioris domus; & post illud regnum: Ecce ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & omnes gentes, & postea veniet Meßias. Hæc omnia ibi: vbi per duas veterum Thalmudistarum expositiones palam ostenditur prophetiam hanc de Meßia debere intelligi, quemadmodum & nos ipsam intelligendam esse diximus.* hucusque Galatinus. Veteres quoque Patres ita intellexerunt, cum expositoribus; videlicet Ambros. lib 3. Epistola 12. Hieronymus hic, & Epistol. 150. ad Hedibiam q. 8. Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius.

Verum enim de priori Christi aduentu hæc verba interpretamur, non ea restringimus ad diē, quo Christus natus est, vt auctores quidam supra notati volebant. Sed nomine *aduentus Christi*, accipimus eius Epiphaniam, & ostensionem Apostolorum prædicatione factam; quomodo accepit Martha, cum Ioan. 11. 27. dixit, *Ego credidi, quia tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.* & Paulus vbique, præsertim 1. ad Timoth. 1. 15 *Fidelis sermo*, inquiens, *& omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Quo sensu implebatur hæc prophetia cum Christus natus sese ostendit Magis gentium paranymphis, tum etiam cum ex gentibus, ex fama operum eius mirabilium, vt excitationis Lazari Ioan. 12. intermedus Philippo, & Andrea, introductis ad Iesum, ille dixit. *Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit*, &c. & infra. *& ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Nempe, post aduentum Spiritus sancti, cum Apostoli gentibus euangelizauerunt Euangelium pacis. Qui sensus constabit magis ex his quæ subiicimus, ad dissoluendam Augustini rationem.

Dum prius adnotanero, id quod non est silentio prætereundum. Per iocunde quidem, & artificiose diuinum Spiritum eam loquendi formam indidisse Prophetæ, qua vno nomine חֶמְדַּת *chemdath*, quod *ardentissimum, inflammatissimumq; desiderium* significat cum dixit: *& venient desideratum cunctarum gentium*, vtriusque affectus exprimerentur: Christi videlicet sponsi veniendi ad gentes, & Ecclesiam ex illis congregatam sibi in sponsam acciperet per fidem, misericordiam, & miserationes, vt dixit Hoseas c. 2. & sponsæ ipsius, Christi amplexum vehementer expetentis. Qui affectus in diuino illo Salomonis Epithalamio, miris imaginibus, & figuris depinguntur. Propterea n. varie desiderium illud interpretati sunt expositores: dum quidam intellexerunt desideriū sponsæ veniendi ad Christū, quidam ipsius Christi veniendi ad spōsam ex gentibus. Nam profecto idem est aduētus: cum spiritualis n. sit, idem est dicere Christum venite ad gentes, ab eis desideratum, vt eis sua dona impertiat; seq; ipsum illis tradat: ac dicere; gentes venient desiderabiles, & electę, vel cum suis bonis desiderabilibus; seipsas scilicet per fidem, spem, & charitatem, suaq; omnia Christo offerentes, & tradentes, iuxta illud Isa. 12. & Michææ 4. 1. *& fluent ad omnes gentes.*

Iam ad Augustini rationem respondetur, primum, verum esse explicito desiderio non expeti nisi quod diligitur, neq; diligi, nisi quod cognoscitur. Atque ita Christum dici hic desideratum à gentibus, non in extremo die venturum, sed statim ac euangelizatus fuit ab Apostolis; tunc enim iam prædicatum, & cognitum desiderauerunt eū, ipseq; venit ad gentes iam desideratus, ab Apostolis portatus, iuxta illud Actuum 9. 15. de Paulo; *vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel.* Nam hunc esse huius loci sensum verba ipsa indicant, quibus dicitur. *& mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Hoc est, permouebo omnes gentes Apostolorum prædicatione, & prodigiis. Sic enim explicant Ambros. Hier. Augustinus, Albertus, & Dionysius. Et tunc veniet ad illas Christus ab eis desideratus. Quæ quoq; sic explanat Hier. Epist. 150. ad Hedibiam q. 8. *& veniet, inquit, desideratus cunctis gentibus*, vt ab Oriente, & Occidente veniant, & recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et lectio Septuaginta hunc eūdem sensum exprimit; vt exponunt Ambros. lib. 3. Epist. 12. Hieronymus hic, & Augustinus eo loco. *& venient, quæ electa sunt ex gentibus.* hoc est; venient gentes electæ, ad Christum Apostolorum prædicatione adductæ. Repetitur enim hic illustris illa prophetia de gentium vocatione per Christum, & Apostolos futura, toties à Prophetis prædicta, vt Iacob Gen. 49 10. *& ipse erit expectatio gentium.* Ps. 2. 8. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Isa. 2. 2. *Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes.* & à Paulo Gentium prædicatore crebro, præsertim in Epistola ad Romanos commendata.

Sed Christus quoq; dici iure potest à gentib. desideratus antequam veniret, ac prædicaretur, quod eius aliquam cognitionem habuissent. Nā gentibus annumerantur Iob cum amicis: qui cum populi subiecti Christum futurum vel implicite cognouerunt: Tum etiam Sibyllarum prædictione, quæ de Christo locutæ sunt. Tum ex communicatione cum Iudæis, siquidem confluebant ad adorandum Deum in templum Ierosolymitanum in quo fuit illis locus designatus, vt refert

Augustini ratio dissoluitur.

Christus prædicatus desideratus fuit à gentibus.

Ambros. Hieron. August.

Prophetia de gentium vocatione.

A

... cap. 13. de Antiq. ... & de bello Iu... de Ioan. ... *Erant autem quidam ... ex his, qui venerant, vt adorarent in die festo ...* ... vt explicite, ... implicite co... cum illumq; desiderabant, cum ... audirent.

Praeterea ... communem modum respondendi adhibere, qui praeclarus est, Christum nem... implicito quodam desiderio fuisse a gentibus desideratum, quatenus sentientes suam infirmitatem à Deo petebant, expetebantq; remedium, quod exhibere decreuit per Christum Iesum quem propterea simul implicite petebant, expectabantque. Sed oportet rationem hanc altius deducere, & explicare, quo gloriam Christi Iesu ostendamus, eiusque nobis collatas diuitias percipiamus.

Duplex est nobis mundus considerandus: vnus hic naturalis, quem oculis intuemur, menteque contemplamur ... spiritu alis, ac supernaturalis, quem fide credimus, affectu q; capessimus: tanto praestantior illo ac profecto ... quanto spiritualia corporeis praestantiora sunt, & humanis diuina perfectiora. Et quia vnus, idemq; est vtriusque & conditor, & gubernator Deus, quamuis diuersis consiliis rationibus finis dicatur ... alis, & supernaturalis ... idem conditum ... se metipsum, & extra ... gloriam suam. Et ... naturalis ... quam ornamento, & de ... exornatur, perficitur, condecoraturq, mundus naturalis; qui ad illum ... perficit ... da per omnia ... naturis condit, est, iuxta illud Sap. cap. 16. 24. *Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus iniustos; & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt. Propter hoc, & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiae tua deseruiebat ad voluntatem eorum, qui a te desiderauerunt.* In hoc ait vi ... oq; mundo duo sunt, quae Deus prouidet diuina sua prouidentia, & bona elargitur, omnia per ... ad meliora q; deducens: & remouet mala, quibus contaminatur, & turpis redditur. *Malum*, inquit Plato, lib. 10. de Repub. *puto omne quod dissoluit, atq, corrumpit: quod recte seruat, & iuuat, bonum.* In vniuerso ergo id communiter malum est, quo dissoluitur ordo aureus a Deo constitutus, secundum quem vniuersum hoc propter hominem factum est, tanquam propter finem: homo autem propter Deum ipsum. Quod fuit commune placitum ... orum, & Philosophorum, Cypriani in Epiphania Domini. Cyri ... Catechesi. Aristoteles lib. 2 Physicorum. Ciceronis li. 2. de Natura Deorum. Plinii lib. 7. de Natural. historia, in proce mio. Lanctantii Firmiani Diuin. Instit. lib. c. 10 & lib. 7. de diuino praemio c. 7. N... quis homo vniuersitatis veterum creaturis, non ... finem, ad quem creatae sunt, tuoc malum ... maxime, quia priuantur bono suo, et mepe fine, ... quem Deo condi ... & gubernantur. Ad ... in rebus vniuersis Deus ipse ... ad fines suos, quibus consecutis, felices ... Hoc ... quod dixit Aristoteles ... de partibus animal. c. 5. in omnib. na... ... pulchrumq; inest ... ... natura ... munctum ... ratia ... agan... ... Ne... ait, nat...

Deus duo prouidet in mundo.

B

sufficit, orbata salute, quam ille ferat: quapropter veteres nonnulli adducti sunt, vt dicerent, haec omnia deorum esse plena. Plenus est Deo mundus siue naturalis, siue supernaturalis: qui omnia, & singula, quantumuis rationis experti, ita adigit ad suum bonum acquirendum, & malum fugiendum, & ad remedium malo, si quod ad it, ... dum, vt nunquam ... quodam ... luceque trahatur ... Huic ... ipsum in illis cognoscens ... ipsis ... appetitum quendam indidit, ac amorem ... suum, pro ... boni maio ... maius bonum ... est ... auctore Ar... lib. 7. ... Ethicor. ... Eudemum, eodem ... gente malum fug... odioq; prolequuntur vehementior. Hoc ergo vtrumq; à Deo expetunt, largitore bonorum & malis liberatore ... homin ... quippe qui cognoscentes quanto indigeant Deo ad bona consequenda, & ... culpae, ... poenae, repe... eda, quae ... Multi ... Philoso... Plin. lib. ... & ... lib. de ... infi ... ientes, qua cupiditatib. superati, & miseriis affli... naturam non matrem humani generis, sed nouercam asseruerunt, ad eum confugiunt ab eoq; remedium expetunt. Dixit enim Plato lib. 5. de Natura hominis. *Vterque curatione indigemus, imo homines vniuersi.* Decreuit ergo Deus, vt suam in vniuersum orbem prouidentiam exerceret, & bona singulis largiretur, malaq, repelleret & maiorem ... gloriam hac diuina arte comparaturet, ... mundi con... tionem, Christum Iesum mediatorem con... re, p quē bona diuina toti orbi largietur, & mala ab vniuerso repelleret. Quod opus, quia praestantissimum omnium, De... magis glo... um, hominibusq, propterea, & vniuerso magis vtile. Nā is illud maximum opus Dei est, in quo maxime elucet, & Dei bonitas, sapientiaque, & po... in vna Christi Incar... ... ceat diuina, bonitas, ... vtroq; mun... ... nu hoc opere ... honor ... quod ... Quod si ... maxime propriu... Repub. & ... quodque ... bonum expetit, auctore Aristotel ... demum ad finem: & id semper magis ... quod maius est bonum, ... auctor lib. 1 Ethic. cap. 7 Ergo Christus, qui ... optimus est, maxime fuit expetitus, tanq ... proprium bonum, vt ... per quem tacito quodam ingenio expectant liberari a malo, in quo modo à prauis hominibus ... sunt, & bono sibi debito cumulari. ... Rom. 8. 19. *Nam expectatio creaturae reuelationem filiorum Dei expectat: vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum ... Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit ... adhuc.*

Vlterius, cum, vt auctor est ... quem ... Plutarchus in libro ... tate animae, Philo lib. 1 de M... ... 10. & Lactan.

C

D

E

lib. de

lib. de Ira Dei cap. 14. totus hic mundus tanquam fanum quoddam sacratissimum cõstitutus à Deo sit, in eo tanquam diuini templi Antistitem, quasi sacerdotio functurum pro creaturis omnibus, hominem constituit, qui pro beneficiis, eis omnib. collatis, gratias ageret, ac propitium illis redderet Deum, vt bona adderet, malaque repelleret. Sed quia huic muneri dignus inueniebatur nemo, summum Deus prouidit sacerdotem Christum Iesum, qui ab orbe condito, per homines ad id delectos suo hoc munere fungens, Deum vniuerso propitium redderet, vniuersum in seipso offerens Deo. Propterea enim summus Hebræorum sacerdos in veste sua totum orbem referebat expressum eum ingrediebatur in sancta sanctorum. *In veste enim poderis*, dicitur Sap. 18. 24. *quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Quod late Philo explicans lib. 1. de Monarchia concludit. Hoc cultu Pontifex vtitur totum mundum referens ornatu mirando, vel menti, vel oculis: qui non solum pro toto humano genere, verum etiam pro naturæ partibus, terra, aqua, aere, igne precatur, & agit gratias. Quippe qui existimat mundum (vt reuera est) suam patriam, solitis supplicationibus ei reddere propitium parentem, conditoremque suum.

Cum ergo vniuersus orbis Christo indigeret patrono, pontifice, & propitiatore apud omnium conditorem Deum, qui vna carne humana indutus excellenti quodam modo omnium creaturarum naturas indutus est, vt seipsum Deo offerens, eas omnes vna offerret, tanto præstantiores hostias factas, quando & offerens ceteris sacerdotib. præstat, & hostia quam offert, ceteris hostiis. Nimirum ergo si vniuersus mundus illum desideraret, experereturque, à quo tantum bonum sibi expectabat, ipso Deo ipsum adigente, ac permouente. *Vnde & ego*, inquit, *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum* Omnia, ait, traham: Angelos traham, qui in me desiderant prospicere: Cœlos traham à me renouandos: & terram, quam etiam sum instauraturus: traham gentes, quibus tandiu sum desideratus: traham colles æternos, qui mei tenti desiderio, à condito orbe me concupierunt: vniuersum denique ad me traham, tanquam ad centrum, cui coniungi appetunt omnia. Vtpote qui portem omnia verbo virtutis meæ, ad Hebr. 1. purgationem peccatorum faciens.

9 *Meum est argentum.*] Ita, vt diximus in Paraphrasi, exponunt Paulus Burgensis, Adrian. Galat. Dion. Vat. & Isid. tum etiam Hugo; quasi dixit. Ne argenti, & auri cupiam me in gloriam æstimare putetis, cum hæc, vbicunq; sint, mea sint: vel melius. Ne à me vos decipi putetis cum dico, me impleturum hanc domum gloria, & maiori quam priorem. Nã vnus ego; qui creator sum argenti, & auri. & lapidum preciosorum, & tãquam Dominus distribuo cui volo; sufficio ad illustrius reddendum hoc tẽplum, licet nullis esset opib. exornatum, Christi filii mei in illud adventu, & ex Ecclesia illius eo exorta. Itaq; non in auro, & argento posita est maior huius templi gloria: ad modum, quo dixit Ps. 49. 10. *Mea sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, & boues: cognoui omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum est: si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.* Hunc esse huius loci sensum, ex sequenti numero erit manifestius.

A Sed Hieronymus, Chrysostomus Homil. 34. in 1. ad Cor. epistolam, Theodoret. Remig. Haymo, & Lyra, videntur [illegible], polliceri Deum reuera aurum, & argentum ad templi illius ædificiũ, quasi diceret Ne putetis [illegible] meum est argentum [illegible] aurum, & meæ [illegible] opes. Ego [illegible] ornamentum templi aurum, argentumq; donabo [illegible] maior sit huius domus gloria, quam prioris. Non. n. necesse habeo aliunde mutuatis ornare templum: nam ego vndecunq; possum huc adferre quamcunq; auri, & argenti copiam velim, siquidem omnia hæc mea sunt. Verũ quia statim probabimus templo illi non prædici gloriam futuram ex ædificii magnificentia; sed B ex Christi Ecclesia, ideo non videtur hæc expositio ad rem, quam cœperat promittere Deus. Sensus 2.

Tertio, Ambros. lib. Epist. 3. Epist. 12. Hieron. dum explicat Lxx Rupertus lib. 1. in Daniel. c. 19. Albertus, & Montanus, de diuinis eloquiis, quæ sunt argentum igne examinatum, Ps. 11. 7. & de aliis spiritualibus donis, quib. Ecclesiam diuinis repleuit spiritus, explicant. Sed hi vel in sensu mystico loquuntur. Vel si in historico, vt Montanus; in eo sentit nobiscum, quod asserat, non polliceri Deum aurum, & argentum ad ornandum templũ illi materiale: dissentit vero in eo, quod negat illi templo gloriam ex Christo, & Ecclesia futuram: qua de re iam iam nobis dicendum est. Ex hoc dicto; *meum est argentum, & meum est aurum*, ita arguit C Aug. Homil. 30. ex quinquaginta tom. 10. Si Dei est argentum, & aurum, ergo cum iubet aliis communices, de re sua iubet. Sensus 3. Nota:

Gloria domus.] Circa illorum verborum explicationem [*Magna erit gloria domus nouissimæ, plusquã primæ*] duo nobis sese offerunt discutienda. Primum; de quo templo, vel domo loquatur Propheta? Num de domo spirituali, quæ est Ecclesia per materialem significata; vel de materiali tantum? & si de materiali, num de illa, quam ædificabant tunc, cum Haggæus loquebatur; vel de ea, quam postea Herodes construxit; vel de tertia alia, quam Iudæi expectant à suo Messia ædificandam? Secundum, de qua gloria loquatur? Nam cum gloria sit in ore multorum celebrata laudatio, ex aliqua excellentia profecta, dubitatur, num sermo sit D de gloria ex materialis ædificii orta magnificentia? vel ex loci sanctitate? & si de hac, num de gloria ex sanctitate legis veteris profecta, vel ex nouæ tantum? Tot enim sunt exponentium sententiæ, quot sunt huius membra diuisionis. Ex quibus probatior nobis seligenda est. Difficultas absoluenda.

Quæstio ergo prior sit, de qua domo sit intelligendus loqui noster Propheta? Prima omniũ sententia est Ambros. lib. 3. Epist. 12. Augustini lib. 18. de Ciuit. Dei c. 35. & 48. & lib. contra Donat. post collatio. c. 20. Cyrilli lib. 5. in Genes. Ruperti lib. 1. in Daniel. c. 19. Alberti, Remigii, Hugon. & Montani, qui nomine *domus nouissimæ*, Ecclesiam Christi intelligunt, quę tunc suam profectionem consequetur, cum in cœlo ex electis lapidibus construetur. Probant in primis hunc sensum Aug & E Mont. ex figura quadam sententiarum, quam Hebræi, vt super hunc locum docet Isaac Hispanus, vocant *Agargerara*. hoc est, post definitionem. & Cicero libr. 4. ad Herennium vocat significationem, quæ ex alio dicto aliud significat: & cum multis modis fiat, ea huic loco conuenit quæ fit Quæstio, de qua domo in sermo Propheta. Sententia de Ecclesia Ambros. August. [illegible] Rupertus. Figura significationis.

 per simi-

per similitudinem: cum aliqua re similiallata nihil aliud dicimus, sed ex ea quid sentiamus significamus. Vt cum Ioan. 2. 19. dixit Dominus: *Soluite templum hoc*: In sensu historico metaphorice corpus suum significabat. & cum Ioan. 1. 29. dixit Baptista *Ecce agnus Dei*, Christum signauit. Ita hoc loco, cum dicitur, *maior erit gloria domus huius*, per *hanc domum* significatur spiritualis Ecclesia. Deinde probant, quia in scripturis *primum*, & *nouissimũ*, nunquam dicitur de duobus, sed de pluribus; ergo per *nouissimam* non intelligi domum illam secundam, sed aliam, nempe Ecclesiam, per illam significatam.

Tertiò, probat August. lib. 18. de Ciuit. cap. 45. in quo assentiunt illi Lyra, Adrianus Finus, & Galatinus: quia nulla ferè fuit tẽpli secundi gloria, si quidẽ sæpe fuit profanatũ ab Antiocho 1. Mach. à Pompeio, auctore Iosepho lib. 14. Antiq. c. 8 & Egesippo lib. 1. de excidio Ierosolymitano. à Cassio, eisdem auctoribus, Iosepho cap. 13 & tandem à Romanis, vt rectè dictum sit 1. Machab. 42. *secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius.*

Templi 2. nulla ferè gloria. August. Iosephus. Egesippus.

Cyrillus Alex. in Haggæum, quem refert Turrianus lib. 2 pro Epistolis Pontificum cap. 20. horum Patrum rationes secutus, putat Haggæum ex abundantia loqui de templis Ecclesiæ, quorum gloria maior est, quam Templi Salomonis, quanto maior est cultus spiritualis, quam legalis. & veritas quam vmbra. Et quia illud vnum erat, at modo omnia loca munita sunt templis; nam vt dixit in Malachia Deus c. 1. 11. *Nunc in omni loco offertur thymiama nomini meo & sacrificium mundum*

Cyrillus. Alex.

C

Verum hanc expositionem non esse historicã, sed allegoricam, & spiritualem, ipsi patres suis verbis faciunt manifestum, & Hieronymus; sicut explicat versionem LXX S. & A. gust. & Montanus velle videntur esse literalem: sed rationes eorum non probant. Siquidem prima ex figura significationis desumpta soluitur ex hoc, quod significatio rei per nomen tropice illi accommodatum, metaphoram facit, aut allegoriam verborum, & tunc nomen primum rem significat sed per tropum; qua ratione Christus in sensu literali dixit de corpore suo, *soluite templum hoc*: sed in literali metaphorico. At significatio rei per rem, non facit sensum literalem, etiam tropicum; sed mysticum, & spiritualem, & hac ratione Haggæus designans domum illam, quæ ædificabatur, per illam explicite, aut implicite domum spiritualem Christi indicabat, quæ per illam mystice significabatur. Nam quomodo hanc, quæ nondum erat, ad literam demõstraret, cum significabat hanc domum non istimã quæ ædificabatur; At alteram rationem respondetur, de duobus etiam vsurpari *primum*, & *nouissimum*, vt 1. ad Cor. 15. 45. *Factus est primus homo in animam viuentem, nouissimus Adam in animam viuificantem.* & Apocal. 1. *Ego sum primus, & nouissimus.* Ad tertiam dicitur probare non esse gloriam illius domus accipiendam ex conditione ædificij, sed aliunde; non tamen sermonem non esse de domo illa materiali. Sub qua ex abundantia, & in sensu mystico significantur Ecclesia, & loca eius Christo dicata.

Refutatio

Augustini rationes soluuntur.

Allegoria verborum, & rerum differentia

D

E

Secundò ergo, quidam ex Iudæis, vt referunt Lyra, & Galatinus, exponũt de templo à suo Messia ædificando ad exemplar descripti ab Ezechiele. Sed plane decipiuntur, quia verba Prophetæ

Sententia 2. Hebræorũ falsa

A

nullum huic interpretationi locum relinquunt, cum dicat. *Huius domus nouissima* quam demonstrabat. Conati quidem sunt Iudæi templum à Romanis dirutum semel, & iterum, ac tertio reædificare, vt notat Chrysostomus Oratio 3. contra Iudæos, idque referunt Historiæ Ecclesiasticæ; sub Adriano, sub Constantino, sub Iuliano. Sed conatus illorum repressus est, primum quidem à militibus; rursus ab igni è fundamentis prorumpente; & illorum importunam peruicaciam retundente: quæ ratio conuincit venisse iam Christum antequã vastaretur secũdum templum.

Chrysost. conatus Iudæorum templum ædificantium diuinitus repressus.

Tertiò, quidam ex interpretibus videtur loqui Propheta de domo ab Herode constructa: nam de domo loquitur, cuius gloria, & magnificentia maior erat quam templi Salomonis. at hoc non comprobatur in domo illa, quæ ædificabatur, bene autem in domo constructa ab Herode, quæ magnificentior fuit, quam Salomonis, vt constat ex Iosepho lib. 15. Antiq. cap. 14 & lib. 6. de bello Iudaico cap. 6. & ex altero Iosepho Gorionis filio lib. 5. Historiarum Iudaicarum cap. 25. Quod verò nomine *domus huius nouissima*, intelligatur domus Herodis, probat; quia eadem domus dici solet, quæ in eodem loco ædificatur cum prima; & idem templum, eademque vrbs; quemadmodum Haggæus paulo ante dixerat: *Quis in vobis est relictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima?* eandem faciens domum secundam cum prima. & Iudæi Ioan. 2. 20. dixerunt, *quadraginta sex annis ædificatum est templum hoc*, tempus prioris domus accõmodantes posteriori octo annis ædificatæ, quia idem templum esse existimabant in eodem constructum loco. Hæc opinio vnum supponit; & alterum probat, ex quo suam de loco Haggæi sententiam deducit. Primo, supponit templum Zorobabelis omnino dirutum ab Herode, & in locum eius nouum alterum suffectum; vt etiam concedit Rupertus lib. 1. in Haggæum ca. 2. *Equidem Herodes*, inquit, *templum illud, quoniã erat priore minus, deposuit, & in antiquam magnitudinem reformauit, multo, & magno ædificiu decorauit* at hoc factum esse constat ex Historicis, qui templo veteri integro manente, & incluso, narrant, defossis, quæ sibi effecerant de templo Salomonis, fundamentis noua excitasse, quibus auxit, & ornauit templum Zorobabelis. Sic enim ait Iosephus lib. 15. Ant. q. c. 14. *Cumque omnem apparatum alacriter aggregasset, antiquis fundamentis solutis, noua imposuit, super quæ templum erexit longitudine centum cubitorum, latitudine centum, altitudine centum viginti.* Ex qua mensura colligitur templũ Zorobabelis intra illa fundamẽta conclusum, quod sexaginta tantũ cubitis amplum erat; nec dirutum esse, vt aduertunt Cardinalis Toletus in 2 Ioannis; Genebrardus lib. 2. Chronographiæ; & Baronius to. 1. Annalium. Idque satis suadet Egesippus, cum libr. 1. de excidio Ierosolymitano sic ait. *Herodes, vt se gratum cælestibus demonstraret templũ ornauit, omnem illum circa templum locum ambitu circumuallauit muro, geminatisque spatiis inclusit, immenso ædificandi sumptu, & exquisito decore. Inducto erant magna circa sacrarium porticus, quas extruxit ex fundamẽtis; nec minor tuendi, quam ornandi intentio.* Quibus satis ostenditur vera nostra sententia. Nam & Hieron. Zachariæ 11. in principio sic ait. *Quia templũ, quod inexpugnabili creuerat firmitate, & à diuersis regibus, & principibus, ac postea ab Herode constru-*

Sententia 3. de templo Herodis magnificentius Salomonis Iosephus.

Templum Zorobabelis non dirutum ab Herode.

Iosephus.

Egesippus.

ctum est, Romanis oppugnantibus deletum est. Ergo idem templum mansit vsque ad extremum excidium. Imo & porticum templi prioris Salomonis, cuius fit mentio Ioan. 20. Actuum 3. & 5. vsque ad Neronis ætatem integram perdurasse; sic refert Iosephus 20. Antiq. cap. 17. *Regi persuaserunt, vt Orientalem porticum altius eleuaret. Erat autem hæc porticus in exteriori templo posita, in conualle profunda: quadringentorum cubitorum parietes habens, ex lapide quadrato, alboque constructos, singulorum enim lapidum erat longitudo cubitorum viginti, altitudo vero sex, opus Salomonis Regis, qui primitus templum omne construxit.*

Porticus Salomonis. Iosephus.

Templum Salomonis magnificentius templo Herodis.

Alterum quiddam probat quod nulli poterit suaderi, magnificentius fuisse templum Herodis, siue ab eo fuerit constructum, siue ornatum tantum, templo Salomonis. Aduertantur omnes, qui supponentes gloriam huius domus non accessisse ad gloriam prioris; aliunde illi gloriam maiorē quærunt, nempe ex Christo. Potest vero facile colligi excellentia illius ex 3. Reg. 6. & 2. Paral. 3 & ex gloria Salomonis, quæ refertur Ecclesiast. 2 11. vt probant Galatinus lib 4. cap 9. & Adrianus Finus lib. 5 cap. 2. & alii. Quod si daremus superatum templum Salomonis à templo Herodis; nequaquam Haggæus de illo loquebatur, sed de eo, quod digito demonstrabat, pro nihilo reputatum ab his, qui conspiciebant. Cui gloria aliunde obuentura erat, quam ex magnificentia ædificii; vt statim dicemus.

4. Sententia vera de domo illa materiali.

Quarta igitur, ac verior sententia est, loqui Prophetam de domo illa materiali, quæ ædificabatur. Sic enim intellexere Hieron. Theodoretus, Haymo, Remigius, Hugo, Rupertus, Lyra, Burgēsis, Porchetus 1 P. Victoriæ c 7. Galatinus lib. 4. c. 9. Adrianus Finus lib. 5. cap. 2. Isidorus, & alii. Nam illam designabat Propheta, tanquam distinctam à quacunque domo eo in loco ædificanda; sicut distincta notabatur à priori domo Salomonis, licet in eodem situ extrueretur. Atque id verum esse constat ex iam dictis, & ex his etiam, quæ dicemus.

Quæstio, de qua gloria loquatur.

Quæstio posterior est, de qua gloria loquatur Propheta; quando dicit maiorem futuram gloriā domus illius, quam Salomonis? Num de ea, quæ ex templi duratione proueniebat; vel ex gentium in eam frequentia, & muneribus; vel ex magnificentia ædificii, aut externa, & legali sanctitate, vel ex Euangelica?

1. Sententia de gloria durationis.

Primum Hebræi, vt R. Salomon, ex maiore duratione templi secundi colligunt eius maiorē gloriam supra templum Salomonis, quia templum prius, inquiunt, durauit 410. annos: posterius 420. imo liber Sederholam dicit durasse 440. Sed inanis est gloria hæc, aiunt Lyra, Galatinus, & Adrianus, quę ex duratione prouenit templo toties à gentibus attrito, & profanato. Errant quoq; in annorum enumeratione. Nam Iosephus lib. 10. Antiq. capit. 10. templo Salomonis assignat 470. annos, menses sex, & dies decem: Templo autem Zorobabelis libr. 7. de bello Iudaico cap. 10 tribuit 639. annos, cum 45. diebus. Reuera autem iuxta veriorem Chronologiam templum Salomonis durauit 429. annos, at templum Zorobabelis 526. perseuerauit vsque ad natum Christum, & vlterius vsque ad cladem Ierosolymitanam anno Christi 72. atque adeo durauit 597. annos.

Refutatio.

Vera vtriusque templi duratio.

2. Sententia de gentium frequentia.

Secundo, Dauid Kimhi hanc maiorem gloriam expendit ex muneribus à gentibus templum secundum frequentātibus, oblatis. Vnde integram prophetiam sic exponit. *Adhuc vnum modicum est,* id est, iam cum ędificio templi operam impenditis, contradictionem omnium gentium sustinetis, at tunc commouebo cœlum, &c. Per hyperbolem, & commouebo omnes gentes, vt relictis suis sedibus, veniant ad aspiciendam huius templi magnificentiam. Et venient quidem secum afferentes quicquid preciosum, & pulchrum domi suæ habuerint, ad offerendum in eo. Sed ex superioribus constat de qua gentium commotione loquatur Propheta. Nec tamen si quæ gentes confluebant ad secundum templum, eius gloria ex hoc superabat gloriam primi, ad quod similiter multæ gentes accedebant.

Refellitur.

3. Sententia de opibus à gentibus deuectis.

Tertio, Theodoretus explicat de gentibus, quæ circum Ierusalem mutuis bellis sese occiderunt: quarum diuitias, aurum, & argentum, ædificantibus templum largitus est Deus. Quo miraculo stragis gentium quaquauersus diuagante, illustrior facta est domus illa; excitatique sunt incolæ cœli, & terræ ad glorificandum Deum, quæ est cōmotio cœli, terræ, & gentium. Sed quia nec ratione certa nititur hæc expositio, nec historia aliqua comprobatur, reiicienda est.

4. Sententia de gloria templi Herodis. Refutatio.

Quarto, Riberæ nostro visum est hanc maiorem gloriam prouenisse templo Zorobabelis ex templi ab Herode cōstructi excellentia; quæ omnino superauit magnificentiam templi Salomonis. Verum hoc, vt daremus, quod falsum esse notauimus supra, quæ maior hæc gloria fuisset: vt arguit Rupertus lib 1. in Haggæum c. 2. quod homo funestus, rex impius operatus est, exæquari, vel etiam præferri contendens regi magnæ opinionis, & Sapientissimo Salomoni? Præterea; quorsum Prophetæ illa verba, *& implebo domum istam gloria;* subiecisset illis, *& veniet desideratus cunctis gentibus;* aut quorsum hic Messiæ meminisset; nisi ex eo maiorem gloriam futuram ostendere voluisset, illi templo, quam non habuit templum Salomonis?

5. Sententia de gloria externæ sanctitatis.

Quinto; alii fortasse referent hanc maiorem gloriam ad externam templi sanctitatem: Nam cap. 1. pollicitus est Deus se glorificandum in hac domo. & hic dicit, implebo domum hanc gloria, & maiori, quam priorem domum. Consistebat autem hæc sanctitas, aut gloria ex ea profecta, in quinque illis, quæ cap. 1. retulimus num. 18. Nempe in præsentia Domini per fulgorem, aut nebulā: in igni cælesti: in oraculo è propitiatorio; in *Vrim & Thummim*: denique in spiritu prophetico: quæ affert Chrysostomus Orat. 3. aduersus Iudæos. Verum sanctitas hæc secundi templi, etiam si quinque illa integra in eo perseuerassent, non superat sanctitatem primi, in quo omnia illa celebriora erant, & frequentiora. Et Arcam quidem in secundo templo defuisse super 3. caput Ieremiæ satis, superque probatum à nobis est. Prophetię quoque cessatione fuisse gloriam domus illius diminutam, docet Augustinus lib. 18. de Ciui. Dei cap. 48. & communis sententia est. Aliunde ergo quærenda est huius domus nouissimæ gloria, quam ex hac visibili sanctitate; qua etiam magna ex parte caruit.

Quinque in templo Salomonis gloriosa. Chrysost. Refutatio.

Arca defuit templo 2.

Et prophetia.

6. Sententia

Sexto igitur: verissima omnium est intelligentia

vera de præsentia Christi.

A S. Thom. in. 29. Isaiæ, Burgensis additione 3.ad hoc caput; Lyræ, Ruperti, lib. 1. in Haggæum c.2. Hugonis, Porcheti, 1.P. Victoriæ capit. 7. Galatini lib. 4. cap. 10. Adriani lib. 5. Flagelli Iudæorum c. 2. Dionysii, Vatabli, & Isidori, quod sermo sit de gloria, quæ templo illi aduenit ex præsentia Christi Domini nostri: quæ merito gloria dicitur. Nam quemadmodum in templo Salomonis præsentia Dei nebula aliqua, aut fulgore declarata, dicebatur gloria Dei templum illustrans, & inhabitans: ita dispensatio carnis assumptæ cum patibulo triumphatoris, vt ait Hieronymus Epistol. 150. ad Hedibiam q. 9. quæ est nubecula, qua tectus est Sol iustitiæ Filius Dei, gloria vere dicitur, & illustriorem reddit posteriorem hanc domum, quam

Gloria præsentiæ Christi qualis.

B illa priorem, suo in eam aduentu, de quo Malachias c. 3. 1. vaticinatus dixit. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Et noster Propheta propterea diuino actus Spiritu prius promisit aduentum Messiæ omnibus desiderati, vt gloriam illius domus, quam faciebant, illustriorem ostenderet, quam prioris, per eum reddendam, vt supra etiam diximus. Per Christi autem aduentum in templum debemus, etiam intelligere, eius in carne dispensationem, quam *οἰκονομίαν* vocant Græci Patres. Nam illustrior reddita est gloria illius templi, quod in eo Christus suam inchoauit

Ex illo templo cœpit Ecclesia.

C Ecclesiam. Ad illud enim Christus conueniebat, cum Ecclesia vniuersa, tum ad orandum, tum ad eum loquentem audiendum, vt constat ex Euangelius, & Actis Apostolicis. Vnde in illo, & ex illo vniuersa per orbem Ecclesia disseminata originẽ ducit: quia *de Sion exiuit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Quare ex gloria Ecclesiæ, cum suo capite Christo procul dubio gloriosior fuit domus illa, quam prior. Et hunc sensum cum hac amplitudine esse huic loco germanum, patet ex his, quæ diximus, dum explicatemus prophetiam hanc iuxta Paulum, n. 9. Sicut enim per aduentum eius intellleximus omne consilium Christi circa nostram salutem, ita gloriam domus nouissimæ explicamus ex aduentu eius eo in loco Ecclesiam con-

D gregantis, & prima eius fundamenta iacientis.

11 *Dabo pacem.*] De pace spirituali quam attulit suo aduentu Christus, intelligunt Hieronym. Augustinus c. 48. lib. 18. de Ciuit. Hugo, Lyra, Dion. Isidor. & Montanus. Hanc enim sæpe Christus in hoc templo annunciauit, & inde ab Apostolis, per vniuersum orbem deducta est, prius ab Angelis decantata, cum Lucæ 1. dixerunt, *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.* Albertus, & Vat. Christũ ipsum pacis auctorem exponunt; qui Isaiæ 9. 6. dicitur *princeps pacis*, & ad Ephes. 2. 14. *ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum.* Nam ipse in templo sæpe docuit. Et recte quidem, sed metonymicωs, tãquam princeps, & effector pacis, pro pace ipsa accipitur fructu Spiritus sancti: quæ non tantum in eo consistit, vt cum alio non iurgemur, vt aduertit Hiero-

De pace Euangelica Christi.

Pax qualis.

E nymus ad Galat. 5. Sed tunc pax Christi, ait, hoc est, hæreditas nostra nobiscum, si tranquilla mens nullis passionibus perturbetur: si ita bestiæ perturbationum à principe pacis Christo mansuefiant, vt habitare possit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubare, & vitulus, & leo, & ouis simul morari, humili, ac mansueto homine mi-

A nante eos; vt canitur Isa. 11. Si enim vnusquisque pacem hanc internam comparauerit, pacem habebit cum Deo: Ecclesiam deinde tranquillam reddet, vt nemo sit qui noceat, nemo qui occidat in monte sancto Dei; quæ est Ecclesia; in qua factus est in pace locus eius.

De pace hostibus depressis.

Hieronymus tamen Theodoretus. Remigius, Haymo, & Dionysius videntur explicare de pace reddita cum gentibus, vt possent ędificare absque impedimento domum illam. Sic enim ait Hieronymus. Porro quia scio ad ædificationem inclytæ domus, & quæ superatura sit domum pristinam, nihil ita facere, vt pacem, idcirco & hanc spondeo, dabo enim in loco isto pacem. Nam quem-

B admodum, vt Salomon priorem domum ædificaret, Deus pollicitus est daturum se pacem, & ocium in Israel, vt requiesceret ab omnibus inimicis suis per circuitum, & ideo pacificus vocatus est, vt legimus 1. Paral. 22. Ita modo pollicetur pacem daturum ab inimicis impedientibus per circuitum, per decretum Darii, ad quem scripserant hac de re, qui pro voluntate respondit, vt legimus 1. Esdræ 6. & sic pace reddita seniores Iudæorum ædificabant, & prosperabantur, iuxta Prophetiam Haggæi Prophetæ, & Zachariæ filii Addo. Quam autem aliam Haggæi prophetiam intelligit præter hanc, quæ metum adimeret Iudæis, ne retardarentur ab ędificando? Vnde sub Dario pace data fruentes absoluerunt templum, vt in eo capite

C dicitur. Probabilis est hæc expositio, & probabilior ea, quam adhibet Ribera, promitti hic pacem, qua gauisus est Herodes, & refertur in Iosepho li. 5. Antiq. cap. 14 & in altero Iosepho Gorionis lib. 5. cap. 24. eo tempore, quo suum templum ædificauit: nam ante illud semper afflictati sunt Iudæi, & sub alieno nutu viuentes non satis securauerunt, vt eo loco asserit Iosephus. Nihilominus iidem Patres ad pacem recurrunt spiritualem tandem, ac de ea fieri sermonem constat in primis; quoniam sicut maior gloria domus illius, ita pax promittitur, vt bonum per desideratum Christum allatum, & effectum: ergo, post aduentum Christi pax futura promittitur. Deinde quia pacẽ Deus promittit; non ab inimicis per circuitum, quam

De pace per Christum danda in illa domo.

D iam superius non semel promiserat, cum suam opem, & præsentiam pollicitus est; sed pacem dandam in loco isto, nempe in templo iam ædificato; nam sicut per aduentum suum Christus in domum illam, magis gloriosam illam reddidit; ita in ea se daturum pacem, illam postulantibus, pollicetur id est, omnem benedictionem, & omne bonum pacis nomine significatum.

12 *Interroga.*] Alteram huius capitis prophetiam tradit, quæ duobus mensibus post præcedentem reuelata est Haggæo. In ea duas quæstiones breues proponit sacerdotibus, vt ex responsione increpet populum, qui altari contentus, tenuebat templum ædificare. Ac duas illas quæstiones, ita vt diximus in Paraphrasi fuisse propositas ab Hag-

Quæstiones duæ Sacerdotibus propositæ.

E gæo, docent omnes interpretes, Hieron. Theodoretus, Haymo, Alb. Hugo, Lyra, Dion. Vat. Isid. & Montanus. Legitimas autem fuisse sacerdotum responsiones ea Scriptura ipsa constat. Nam vestis tangens carnes sanctas id est, oblatas Deo, sanctificabatur eo contactu, vt dicitur Leuit. 6 27. *Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur, si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lauabitur.* At hæc vestis, quia

Vestis tactu carnis sanctæ sancta.

non

nõ erat per se sancta, vt caro ipsa oblata, sed per aliud per contactũ videlicet carnis sanctæ, non sanctificabat ea, q̃ tangebat, maxime, si vestis summitate res tangerentur: nusquã enim in lege tali contactu sanctificari quidpiam legitur. Et Propheta assensu suo ostendit legitime fuisse responsum; vnde ad alteram quæstionem statum progressus est.

Pollutus ex mortui contactu.

Ad secundam quæstionem clarior patet responsio ex lege. Pullutus anima dicitur immundus ex mortui contactu. Vnde Num. 19. 11. *Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus omnis qui tetigerit humana anima morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, immundus erit: & manebit spur. itia eius super eum.* & v. 22. *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima, quæ horum quippiam tetigerit immunda erit vsq; ad vesperum.*

Iuxta Hebræum, ex Chaldæo, & Pagnino in suis versionibus, colligitur suppositum illorum duorum verborum, *sanctificabitur*, & *contaminabitur*, non esse cibum, sed *hominem*; ac *virum*, nam ita legitur in Hebræo. *Si tetigerit immundus in anima omnia hæc, nonne erit immundus? & responderunt, immundus erit.* quasi inquirat. Sanctificabiturne ille vir, qui gestans in ora vestis suæ carnem sanctificatam, ora ipsa tetigerit panem, aut aliud quodcunque esculentum, ex hoc solum quod tetigerit ora sua illud esculentum? & responderunt, non. quia licet, si vir ille contingens carnes sanctas sanctificaretur, vt vestis ipsa erat sancta ex contactu carnis sanctæ, vt constat ex Leuit. 6. at contingens tacta á veste q̃ ex tactu carnis erat sancta, non sanctificatur. Deinde quærit, si pollutus ex tactu mortui, tetigerit aliquod esculentũ ex his tactum á veste illa, nunquid non immundus remanebit? & responderunt, immundus. Ex quib. colligimr; ergo esculenta illa á veste ea contacta, neq; sanctificant illum, qui ex carnis tactu sanctus iam est; neq; remouent immunditiam, q̃ quis contraxit ex mortui contactu. & tactus ille esculentorum neq; valet ad nouam sanctitatem concedendam, neq; ad contractam immunditiam remouendam.

Quæstionum intelligentia.

Theodoretus Antiochenus super hunc locum Haggæi ita esplicat has quæstiones. Pallium non potest, quia sanctum tetigerit, aliud quippiá sanctificare: pollutus vero ipsa sancta tacta polluit. Cũ tamen Propheta non quæsiuit, num pollutus tangens sancta, ea polluat; sed num tangens esculenta illa, aut poculenta, polluat ea, quamuis non sint sancta? Existimo primam lectionem esse veriorem, qua de esculentis illis, & poculentis quæritur, num sanctificentur tactu pallii sanctificati; & contaminentur tactu hominis polluti?

13 *Sic populus.*] Sic vt diximus in Paraphrasi applicant propositas quæstiones cum solutionibus ad rem, Hieronym. Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra Dionys. Vat. Isidor & Montanus: quamuis posterioris tãtum rationem habitam, relicta priori, dicat Haymo. Extruxerant altare statim, vt Babylone venere Iudæi, vt dicitur 1. Esdræ 3. & illo contenti non curabant templum ædificare; existimantes illud satis esse, vt omnia sancta essent, prosperequé succederent. Arguit ergo populum Haggæus ex his, quæ secundum legem responderant sacerdotes, de legali sanctitate ad internam sanctitatem efferens sermonem; huncin modum. Carnes in altari oblatæ, sanctæ quidem sunt; sed sicut vestis illa oblatione sancta tacta, non ita sanctificatur, vt possit illa sanctificare esculenta, quæ tangit: ita oblatio facta in altari, etsi sancta sit, tangens hominem offerentem, aut eam edentem, non eluit internam inobedientiæ impuritatem, ac proinde illum non sanctificat: dicitur enim Ierem. 11. *Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus glorificata es?* nec sanctificat esculenta, vel dona ab eo oblata, grataq; Deo reddit. Quin potius, vt ad posteriorem quæstionem responsum est; cum vir ille sit animo, menteque pollutus peccato inobedientiæ, quæcunq; in illo altari offert, dum templum non ædificatur, polluta sunt, & Deo nequaquam placent. Itaque non tantam vim habent hostiæ sanctæ ad sanctificandum inobedientem, quantam habet ipse ad polluendas ipsas hostias, quantumuis alias sanctæ essent. Quam rem sæpe docet Deus, cum clamat, sibi non placere victimas à populo vitiis contaminato oblatas; vt Isai. 1. 11. *Quo mihi multitudinẽ victimarum vestrarum? plenus sum Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui.*

Responsionum ad rem applicatio.

Oblatio externa non eluit internas labes.

Oblationes externæ placent Deo sine interno affectu.

Explicatius iuxta Hebræum argumentum colligitur. Sicut longius abest à sanctitate, qui tangit ea, quæ tacta sunt ora vestis sanctæ: imo remanet in sua immunditia, si immundus erat ex contactu mortui: sic Iudæi ipsi polluti peccato inobedientiæ, non solum non sanctificantur tactu oblatorum in altari; qui tactus similis est tactui oræ vestis, sed omnino polluti manent. & omnia, quæ tangunt, polluunt.

Ratio firmior.

Theodoretus Antiochenus vlterius procedit. *Voluit*, inquit, *docere Propheta, quod quemadmodum pallium non potest, quia sanctum tetigerit, aliud quippiam sanctificare; pollutus vero sancta tacta polluit. ita existimare oportet, cum vos temere, & sine vlla ratione religionis attrectatis sancta, vt vasa, & quæcunque alia ad Deum pertinent, non sanctificat vos illorum sanctitas; sed potius mores vestri polluti dedecus, & contumeliam inferunt sanctis; siquidem ea, non vt decet, tangitis. Vnde, inquit Propheta, quicunque appropinquauerit ibi, id est, consecratum tangit, si negligenter, & per contemptum, ac non vt decet, appropinquauerit, non solum nullum fructum ex tangendo percipiet, sed potius polluetur incommodo, & damno accepto.* hæc ille. Non omnino applicans ad rem, quam reprehendit in populo Propheta de non ædificando templo.

Ratio ea Theodor[eti].

Hac imagine indicatum esse ab Haggæo animaduertere Gregorius Nazianz. in Orat. 1. Apologetica, & Augustinus libr. contra Fulgentium Donat. capit. 16. hoc probitatem à vitio maxime superari; quod cum res quædam fecile imitabilis, & exprompta sit improbitas, nihilque minoris negotii, difficultatisque sit quam malum fieri; rara tamen, atque ardua sit virtutis adeptio, vt eam homines non nisi summo labore adipisci queant; siquidem sanctus nun satis est ad sanctificandum id, quod tangit; & tamen contra pollutus omnia ea, quæ contingit, polluit, ac immunda reddit: facilius enim sanctus improbis immixtus contaminatur, quam ipsi in melius commutentur: quia procliuius ad imitationem malorum curritur, quam ad virtutes bonorum animus excitatur.

Bonus facilius contaminatu[r] quam san[]ctificet i[m]probum. Nazianz. August.

14 *A die hac.*] Verba hæc; *à die hac, & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini.* eadem mox repetuntur vers. 19. *Ponite corda vestra à die ista, & in futurum: à die vigesima, & quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrũ.* Et quidem aduerbium illud, *& supra*, in Hebræo vnum, & idem est, quod postea vertitur, *& in futurum*, nempe מַעְלָה *mahblah.* quod vtrobique Chaldæus, Pagninus, & Vat. verterunt, *& supra.* Septuaginta vero priori loco vertẽt, *& supra*; in posteriori, *& vltra.* At Vulgatus, & Tigurina in priori loco verterunt, *& supra*, vel in superiora tempora: in posteriori vero, *& in futurum*, seu *in posteram.* & ratio huius diuersitatis est, quia aduerbium illud Hebræum, *mahblah*, deriuatur à verbo עָלָה *hhalah*, quod significat *ascendere*, & quia in enumeratione, si ab hoc die incipiamus enumerare annos, siue superiores, siue posteriores, non inepte loquimur post aliquot enumeratos, prout quod vulgo dicimus, *& cetera*, aut, *& deinceps*, si dicamus, *& supra*; quia siue versus præteritum, siue versus futurum, ascendimus in numerando: quẽadmodum Exod. 30. 13. dicitur, *à viro viginti annorum, & supra*, hoc est, & superius, seu deinceps versus futuros annos. Ideo & qui vtrobique dixerũt, *& supra*, explicari possunt iuxta sensum Prophetæ, versus superius, vel versus tempus posterius; & Vulgatus, & Tigurina explicuerunt. quod vno illo aduerbio voluit dicere Propheta, versus vtrumque tempus.

Versionis quoad aduerbium supra, ratio.

Quæstio de tempore incœpti templi.

Dubium tamen est de sensu verborum; quia dies 24. Nouembris præfigitur tempori anteriori, & posteriori. Tanquam in quo cœpit poni lapis super lapidem in templo Domini; & fundamenta iacta sunt templi Domini, vt dicitur in vtraque sententia præscripta, & tamẽ ex libris Esdræ constat fundamenta templi iacta esse à Zorobabale, & Iesu mox, vt rediere Babylone in nouilunio secundi mensis Aprilis, vt legimus 1 Esdræ 3. v. 8 9. 10. & 3. Esdræ 5. 57. anni 2. Cyri Regis Persarum. Deinde in fine capitis præcedentis dicitur, quod diuino Spiritu acti principes, & populus ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini in die 24. mensis sexti, anni 2. Darii. Ergo ante 24. diem Nouembris iam cœperat poni lapis super lapidem in templo Domini.

Respons. 1

Montanus sic respondet, die 24. Augusti, vt dicitur in fine capitis prioris, cœperunt principes, & populus facere opus, parando tantum omnia necessaria; quod prius præ timore facere non sunt ausi: ac post tres menses die 24. Nouembris iacta sunt omni ex parte fundamenta, & cœperunt erigi; cum tamen domus cœpta fuerit fundari mense Aprili anni 2. Cyri, vt ẽ diximus, & hoc est quod dicitur in hoc capite.

Respons. 2.

Lyra, Dionys. & Vatablus volunt eumdem esse horum verborum sensum: à die, quo fundamenta iacta sunt templi, & antequam poneretur lapis super lapidem, nam diem 24. Nouembris præfigit, in quo lapides serie quadam digesti sunt, supra fundamenta prius iacta, vt inde parietes exurgerent, non enim hoc die penitus iacta sunt fundamenta, sed supra iacta erecta sunt, & superaddita.

Respons. 3.

Iuxta lectionem Chaldæi, Pagnini, & Vatabli hic erit quoque sensus. Considerate ab hoc die omnes annos superiores, quando nondum lapis super lapidem positus erat in templo Domini: aut, vt inquit Chaldæus, priusquam ordo ordine apponeretur lapidum in templo Domini. Considerate ab hoc die 24. Nouembris superiores omnes annos; exorsi à die quo cœperunt iaci fundamenta templi, nempe à nouilunio Aprilis anni 2. Cyri regis Persarum.

Responsio vera.

At quia aduerbium illud, *& supra*, ex materia, qua de agitur, in priori loco, respicit superiores annos, vt omnes accipiunt; quia subiungitur, *Cum accederetis ad aceruum*, &c. in posteriori vero annos posteriores, quia additur; *Nunquid iam semen in germine est?* &c. ideo illa verba sic sunt accipienda. Conicite oculos mẽtis vestræ ad omnes superiores annos vsq; ad annum illũ, quo nondum cœperat poni lapis super lapidem; nempe vsque ad annum Cyri. Secundum quo cœpit fundari domus Domini. Conicite quoque oculos mentis vestræ in annos futuros post diem hunc 24 Nouembris. Conicite, inquam, oculos mentis in hanc omnem seriem annorum; quæ incipit à die 1. Aprilis anni secundi Cyri, quo iacta sunt fundamenta tẽpli, & desinit in futurum. & cognoscetis præteritæ vestræ infelicitatis, & calamitatis causam certam fuisse cultum Dei neglectum, & templum non ædificatum: contra vero futuræ felicitatis, qua per sequentes annos perfruemini, curã diuini cultus futuram, & templi ædificandi adhibitam diligentiam, vt hinc verum comprobetur consiliũ Christi Matth. 6. 33 *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Quid .n. illi desiderari potest qui Deum habet? atqui Deũ habet, qui cultor iustitiæ est, & pietatis amator. Hinc quoq; discere possimus quantum prosit ad prudentiam spiritualem adipiscendam diuersorũ temporum, & euentuum collatio; vt causas inde colligamus; & ei vitæ rationi adhæreamus, ex qua felicitas concluditur, ac cum Deo cõiunctior forma viuendi, vt fecit hoc loco Propheta.

Collatio temporis felicis, aut infelicis ex culpa, aut virtute orta.

Collatio ad prudentiam spiritualem.

Ad aceruum] Ita vt in Paraphrasi diximus, explicant Hieronym. Theodoretus, Remigius, Haymo, Albert. Hugo Lyra, cum ceteris. Est tamen aduertendum in Hebræo hoc loco adhiberi numerum sine mensura hoc modo. *Cum ipsi veniretis ad aceruum viginti, & erant decem. Et veniens quispiam in torcular ad hauriendum quinquaginta, in torculari erant viginti.* Interpretes tamen pro rei exigentia addunt mensuras. Nam in priori loco Septuaginta adiiciunt *sata*, tum etiam Tigurina. At Vulgatus, Chaldæus, Pagninus, & Vatabl. adhibent *modios.* In posteriori loco Septuaginta addunt, *quinquaginta amphoras.* Chaldæus *dolia vini*: Vulgatus *lagenas*, Tigurina *vrnas*, Pagninus *batos.* Est autem nomen singulare פּוּרָה *Purah* eo loco, *vt exprimeretis quinquaginta lagenas.* Hebraice, *ad hauriendum quinquaginta purah*: quod nomen Isa. 63. 3. *torcular* vertitur, cum dicitur, *torcular calcaui solus.* & ita accipit Pagninus vertens, *ad euacuandos quinquaginta batos, in torculari erant viginti*; vel, *ad hauriendum quinquaginta batos è torculari; & erant viginti.* At Kimhi ait hoc loco; *batos* significare; Chaldæus *dolia vini*; Robertus putat, liquorem, qui ex vuis exprimitur etiam significare. Vt necesse sit addere mensuram, & dicere; *& veniens ad torcular ad hauriendum quinquaginta musti batos*, aut lagenas, dolia, vel amphoras, *inueniebat viginti tantum*; & ostendit hanc significationem, quod singulare

15

Versionis ratio.

nomen

sit, & maledicatur, quinquaginta bati, aut lagenæ. De vento vrente, & aurugine supra locuti sumus Ioelis 1. & Hamos 4.

Multi inueniuntur minus habentes

Quam multi autem, cum tempus messis, aut vindemiæ accesserit, inueniendi sunt, quòd non ædificauerint templum Domini, hoc est proximos suos suo exemplo, etiamsi virtutis operibus studuissent, vel nihil habere, vel minus quàm putarant. de quibus dicitur Psalm. 75.6. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*; quia quantumuis diuites se putent, & multis meritis auctos, nihil inuenient in Dei iudicio, in quo appensus erit vnusquisque in statera. Daniel 5.27. & proh dolor, inuenietur minus habens, qui confidebat se multum collegisse. Non enim inueniet Christus opera eius plena coram Deo, Apocal. 3.2. ne sibi fidant, qui non curant per omnia ædificare fideles infirmiores; quasi nihil hoc necessarium sit, cum non satis fuerit Iudæis altare; sed templum ædificare postulauerit Deus, vt omnia illorum opera grata, ac plena coram Deo inuenirentur.

16 Lectionis variatio.

Numquid] Particula interrogantis, הֲ *h*, aliquando deseruit ad affirmandum, vt 1. Reg. 2.27. *Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto?* quasi dicat. Certè reuelatus apertè sum. & 1. Reg. 26.17. *Numquid vox tua est fili mi?* est certe. Aliquando ad negandum, aut verè interrogandū, quod nescitur. & vtroque modo hic accipiunt interpretes. Rursus nomen מְגוּרָה *Megurah*, Vulgatus accipit pro *germine*. Hieronymus in Commentario, Remigius, & Tigurina, pro *folliculo*, seu *theca frumenti*. Septuaginta & Chaldæus pro *area*. Hebræi omnes, Dauid Kimhi, Salomon, & eos secuti Pagninus, Vatablus, Munsterus, & Montanus vertunt *in horreo*. *Apothecam* vertit Vulgatus Ioel 1.17. cum dixit, *dissipata sunt apotheca*. Est enim locus, in quo congregatur, aut concluditur granum tritici, vel in quo asseruatur, aut continetur.

Sensus 1.

Sensus ergo horum verborum iuxta lectionem Vulgatam, ex Hieronymo, Haymone, Remigio, Alberto, Lyra, & Dionysio, est ille, quem produximus in Paraphrasi, ad hunc modum; Numquid semen, quod terræ mandastis, est iam in germine, progerminauit è theca, aut folliculo, in quo clausum sub terra tenebatur? certè nondum germinauit; sed adhuc sub terra manet, & clausum suo folliculo. Deinde numquid vinea, & reliquæ arbores fructiferæ aliquid tulerunt? nihil adhuc: quanto igitur longius absunt à prouentu, & fructu, tanto mirabilius sentietis messem copiosissimam, quod templi ædificationi tam lubenter incumbitis. Hunc sensum indicat sua versione Tigurina, iuxta Hieronymum, sic enim habet. *Num adhuc est semen in folliculo?* quasi dicat, adhuc certe est, quia nondum germinauit. Num adhuc vitis, & ficulnea, malum punicum, & arbor oleæ, nihil tulit? nihil certè. ab hac die fœcunda reddam.

Sensus 2.

Ab hoc sensu non longè abest, quem proferūt Dauid Kimhi, Vatabl. Masidorus, Montanus, & Rob. Num adhuc semen aliquod reliquum est vobis in horreo? certè nullum; nam totum serendum exposuistis, & terræ iam mandastis, horreis vacuis relictis: & arbores nullos adhuc produxere fructus, & propediem nullos poteritis colligere. Ego autem sic mea benedictione augebo, vt nullum defectum sentiatis. Vel quod residuum est in horreis, etsi paucissimum, ego augebo, vt vobis sufficiat.

Sensus 3.

Tertiò, Montanus sic Vulgatam lectionem exponit. Nonne iam germinauit, pullulauitque totum triticum, & hordeum; ita vt nullum vobis in horreis fuerit reliquum, quod non seminaueritis? & arbores nihil adhuc tulerunt. Ego hoc anno ita fœcunda reddam, vt vberes fructus colligatis.

Sensus 4.

Quartò, R. Salom. ita explicat, Annon semen totū in horreo est, quia hoc anno nondū seminastis, & arbores nondū progerminarunt? sed fructus, & ego fœcundā reddā. Hoc est quod dixerūt LXX. *Si vltra cognoscetur super terrā area? & si adhuc vinea & ficus & malogranata & lignum oliuæ, quæ non ferūt fructum?* Et Chaldæus: *An adhuc frumentum in area? & an adhuc vites, & ficus, & mala punica, & arbores oliuæ non ferunt?* Hoc est, vt licet quantam spem abieceritis copiosam messem habendi, & fructus ex arboribus colligēdi, vt dicatis, nondū amplius videndam esse aream in qua teratur triticum; neq; arbores, quæ ferāt fructū: at ego ab hac die multiplicabo. Qui sensus non contra sicut primo illi, sed augēt, ac mirabiliorē faciū Dei bonitatē promittentis copiosam messem, etiā tū cum nondū germinasset semē, imò cū adhuc esset in horreo; & quod amplius est, cum adhuc esset in area; vel nulla illi spes colligēdi, quo omnē fructū Deo acceptū redderent, qui ædificantibus templum, vt erat pollicitus, & abundantius, quam ipsi peterent, largissimè tribuit.

Dei bonitas ... ædificio.

17

Benedicam] Hoc est; fœcunda reddā, & multiplicabo, vt omnes explicant. Est autē mos [illegible] *benedicere Deum homini: & hominem benedicere Deo, & hominem, aut Angelum benedicere homini*. Quia enim dicere Dei facere est Deū alicui benedicere, est ei benefacere, id est, bona eius multiplicare, & augere. Et quia duplex est genus bonorum, duplex erit Dei benedictio, vt adnotat Hieronymus in c. 1. ad Eph. benedictio terrena, qua Deus auget bona terrena vt Iob. 1.10. *Operi manuum eius benedixisti, & substantia eius creuit in terra.* Gen. 39.5. *benedixit Dominus domui Ægyptii propter Ioseph tā in ædibus, quàm in agris, cunctā substantiā eius*; & hoc modo accipitur hoc loco. Et benedictio spiritualis, seu cælestis, qua Deus in Christo auget nobis spiritualia bona. Illa est, de qua dixit Abrahæ Gen. 22.18. *in semine tuo*, quod est Christus, *benedicentur gentes*. Et Paul. ad Eph. 1.3. *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cælestibus*. quā ibi Paul. vocat, & 1. ad Cor. 1.5. diuitias gloriæ hereditatis Christi.

Benedictio Dei spiritualis, & temporalis.

Benedicere Deo.

Benedicere verò hominem Deo, est laudare eū, vel optare Deo, vt bona eius augeantur eo modo, quo augeri possunt. Nempe vt eius nomē, gloria, & imperium cognoscatur ab omnibus, ac celebretur, si fieri posset, etiam ab omnibus aliis creaturis rationis expertibus: quod votum ex amore Dei procedit, cuius est bonum velle amato S. Psalm. 82.19. dixit Dauid. *Cognoscant, quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus super omnem terram*: & Psalm. 102.1. *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius.* Qua quidem ratione nostra quoque augentur bona. Nam dum benedicit nos Deus, ait Augustinus in Psal. 66. nos crescimus; & cum nos benedicimus Dominum, crescimus. Vtrumque nobis prodest, quam-

Augustin.

14 *A die hac.*] Verba hæc; *à die hac, & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini.* eadem mox repetuntur vers. 19. *Ponite corda vestra à die ista, & in futurum: à die vigesima, & quarta noni mensis, à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrū.* Et quidem aduerbium illud, *& supra*, in Hebræo vnum, & idem est, quod postea vertitur, *& in futurum*, nempe מעלה *mahhlah.* quod vtrobique Chaldæus, Pagninus, & Vat. vertunt, *& supra.* Septuaginta vero priori loco vertūt, *& supra*; in posteriori, *& vltra.* At Vulgatus, & Tigurina in priori loco verterunt, *& supra*, vel in superiora tempora: in posteriori vero, *& in futurum*, seu *in posterum.* & ratio huius diuersitatis est, quia aduerbium illud Hebræum, *mahhlah*, deriuatur à verbo עלה *hhalah*, quod significat *ascendere*, & quia in enumeratione, si ab hoc die incipiamus enumerare annos, siue superiores, siue posteriores, non inepte loquimur post aliquot enumeratos, pro eo quod vulgo dicimus, *& cetera*, aut, *& deinceps*, si dicamus, *& supra*; quia siue versus præteritum, siue versus futurum, ascendimus in numerando: quemadmodum Exod. 30. 13. dicitur, *à viro viginti annorum, & supra*, hoc est, & superius, seu deinceps versus futuros annos. Ideo & qui vtrobique dixerūt, *& supra*, explicari possunt iuxta sensum Prophetæ, versus superius, vel versus tempus posterius; & Vulgatus, & Tigurina explicuerunt quod vno illo aduerbio voluit dicere Propheta, versus vtrumque tempus.

Versionis quoad aduerbium supra, ratio.

Dubium tamen est de sensu verborum; quia dies 24. Nouembris præfigitur tempori anteriori, & posteriori. Tanquam in quo cœpit poni lapis super lapidem in templo Domini; & fundamenta iacta sunt templi Domini, vt dicitur in vtraque sententia præscripta, & tamē ex libris Esdræ constat fundamenta templi iacta esse à Zorobabale, & Iesu mox, vt rediere Babylone in nouilunio secundi mensis Aprilis, vt legimus 1 Esdræ 3. v. 8. 9. 10. & 3. Esdræ 5. 57. anni 2. Cyri Regis Persarum. Deinde in fine capitis præcedentis dicitur, quod diuino Spiritu acti principes, & populus ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini in die 24. mensis sexti, anni 2. Darii. Ergo ante 24. diem Nouembris iam cœperat poni lapis super lapidem in templo Domini.

Quæstio de tempore incœpti templi.

Montanus sic respondet, die 24. Augusti, vt dicitur in fine capitis prioris, cœperunt principes, & populus facere opus, parando tantum omnia necessaria; quod prius præ timore facere non sunt ausi: ac post tres menses die 24. Nouembris iacta sunt omni ex parte fundamenta, & cœperunt erigi; cum tamen domus cœpta fuerit fundari mense Aprili anni 2. Cyri, vt diximus, & hoc est quod dicitur in hoc capite.

Respons. 1

Lyra, Dionys. & Vatablus volunt eundem esse horum verborum sensum: à die, quo fundamenta iacta sunt templi, & antequam poneretur lapis super lapidem, nam diem 24. Nouembris præfigit, in quo lapides serie quadam digesti sunt, supra fundamenta prius iacta, vt inde parietes exurgerent; non enim hoc die penitus iacta sunt fundamenta, sed supra iacta erecta sunt, & superaddita.

Respons. 2.

Iuxta lectionem Chaldæi, Pagnini, & Vatabli hic erit quoque sensus. Considerate ab hoc die omnes annos superiores, quando nondum lapis super lapidem positus erat in templo Domini: aut, vt inquit Chaldæus, priusquam ordo ordine apponeretur lapidum in templo Domini. Considerate ab hoc die 24. Nouembris superiores omnes annos; exorsi à die quo cœperunt iaci fundamenta templi, nempe à nouilunio Aprilis anni 2. Cyri regis Persarum.

Respons. 3.

At quia aduerbium illud, *& supra*, ex materia, qua de agitur, in priori loco, respicit superiores annos, vt omnes accipiunt; quia subiungitur, *Cum accederetis ad aceruum*, &c. in posteriori vero annos posteriores, quia additur; *Nunquid iam semen in germine est?* &c. ideo illa verba sic sunt accipienda. Conicite oculos mētis vestræ ad omnes superiores annos vsq. ad annum illū, quo nondum cœperat poni lapis super lapidem; nempe vsque ad annum Cyri. Secundum quo cœpit fundari domus Domini. Conicite quoque oculos mentis vestræ in annos futuros post diem hunc 24 Nouembris. Conicite, inquam, oculos mentis in hanc omnem seriem annorum; quæ incipit à die 1. Aprilis anni secundi Cyri, quo iacta sunt fundamenta templi, & definit in futurum. & cognoscetis præteritæ vestræ infelicitatis, & calamitatis causam certam fuisse cultum Dei neglectum, & templum non ædificatum: contra vero futuræ felicitatis, qua per sequentes annos perfruemini, curā diuini cultus futuram, & templi ædificandi adhibitam diligentiam, vt hinc verum comprobetur consiliū Christi Matth. 6. 33 *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Quid .n. illi desiderari potest qui Deum habet? atqui Deū habet, qui cultor iustitiæ est, & pietatis amator. Hinc quoq; discere poterimus quantum prosit ad prudentiam spiritualem adipiscendam diuersorū temporum, & euentuum collatio; vt causas inde colligamus; & ei vitæ rationi adhæreamus, ex qua felicior concluditur, ac cum Deo cōiunctior forma viuendi, vt fecit hoc loco Propheta.

Responsio vera.

Collatio temporis felicis, aut infelicis ex culpa, aut virtute orta.

Collatio ad prudētiam spiritualem.

Ad acervum] Ita vt in Paraphrasi diximus, explicant Hieronym. Theodoretus, Remigius, Haymo, Albert. Hugo Lyra, cum ceteris. Est tamen aduertendum in Hebræo hoc loco adhiberi numerum sine mensura hoc modo. *Cum ipsi veniretis ad aceruum viginti, & erant decem. Et veniens quispiam in torcular ad hauriendum quinquaginta, in torculari erant viginti.* Interpretes tamen pro rei exigentia addunt mensuras. Nam in priori loco Septuaginta adiiciunt *sata*, tum etiam Tigurina. At Vulgatus, Chaldæus, Pagninus, & Vatabl. adhibent *modios.* In posteriori loco Septuaginta addunt, *quinquaginta amphoras* Chaldæus *dolia vini*: Vulgatus *lagenas*, Tigurina *vrnas*, Pagninus *batos.* Est autem nomen singulare פורה *Purah* eo loco, *vt exprimeretis quinquaginta lagenas*, Hebraice, *ad hauriendum quinquaginta purah*: quod nomen Isa. 63. 3. *torcular* vertitur, cum dicitur, *torcular calcaui solus.* & ita accipit Pagninus vertens, *ad euacuandos quinquaginta batos, in torculari erant viginti*; vel, *ad hauriendum quinquaginta batos è torculari; & erant viginti.* At Kimhi ait hoc loco; *batos* significare; Chaldæus *dolia vini*; Robertus putat, liquorem, qui ex vuis exprimitur etiam significare. Vt necesse sit addere mensuram, & dicere; *& veniens ad torcular ad hauriendum quinquaginta musti batos*, aut lagenas, dolia, vel amphoras, *inueniebat viginti tantum*; & ostendit hanc significationem, quod singulare 15

Versionis ratio.

sit, & maledicatur, quinquaginta ba.i, aut lagenæ. De vento vrente, & aurugine supra locum sumus Ioelis 1. & Hamos 4.

Multi inuenti minus habētes

Quam multi autem, cum tempus messis, aut vindemiæ accesserit, inueniendi sunt, quòd non ædificauerint templum Domini, hoc est proximos suos suo exemplo, etiamsi virtutis operibus studuissent, vel nihil habere, vel minus quàm putarant. de quibus dicitur Psalm. 75 6. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*, quia quantumuis diuites se putent, & multis meritis auctos, nihil inuenient in Dei iudicio, in quo appensus erit vnusquisque in statera. Daniel 5 27. & proh dolor, inuenietur minus habens, qui confidebat se multum collegisse. Non enim inueniet Christus opera eius plena coram Deo, Apocal. 3. 2. ne sibi fidant, qui non curant per omnia ædificare fideles infirmiores; quasi nihil hoc necessarium sit, cum non satis fuerit Iudæis aliare; sed templum ædificare postulauerit Deus, vt omnia illorum opera grata, ac plena coram Deo inuenirentur.

16 Lectionis variatio.

Numquid]Particula interrogantis, ה h, aliquando deseruit ad affirmandum, vt 1 Reg. 2. 27. *Numquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto?* quasi dicat. Certè reuelatus apertè sum. & 1. Reg. 16. 17. *Numquid vox tua est fili mi?* est certe. Aliquando ad negandum, aut verè interrogandū, quod nescitur. & vtroque modo hic accipiunt interpretes. Rursus nomen מגורה *Megurah*, Vulgatus accipit pro *germine*. Hieronymus in Commentario, Remigius, & Tigurina, pro *folliculo*, seu *theca frumenti*. Septuaginta & Chaldæus pro *area*. Hebræi omnes, Dauid Kimhi, Salomon, & eos secuti Pagninus, Vatablus, Muolterus, & Montanus vertunt *in horreo*. *Apothecam* vertit Vulgatus Ioel 1. 17. cum dixit, *dissipatæ sunt apothecæ*. Est enim locus, in quo congregatur, aut concluditur granum tritici, vel in quo asseruatur, aut conteritur.

Sensus 1.

Sensus ergo horum verborum iuxta lectionem Vulgatam, ex Hieronymo, Haymone, Remigio, Alberto, Lyra, & Dionysio, est ille, quem produximus in Paraphrasi, ad hunc modum; Numquid semen, quod terræ mandastis, est iam in germine, progerminauit è theca, aut folliculo, in quo clausum sub terra tenebatur? certè nondum germinauit; sed adhuc sub terra manet, & clausum suo folliculo. Deinde numquid vinea, & reliquæ arbores fructiferæ aliquid tulerunt? nihil adhuc: quanto igitur longius absunt à prouentu, & fructu, tanto mirabilius sentietis messem copiosissimam, quod templi ædificationi tam lubenter incumbitis. Hunc sensum indicat sua versione Tigurina, iuxta Hieronymum, sic enim habet. *Num adhuc est semen in folliculo?* quasi dicat, adhuc certe est, quia nondum germinauit. Num adhuc vitis, & ficulnea, malum punicum, & arbor oleæ, nihil tulit? nihil certè. ab hac die fœcunda reddam.

Sensus 2.

Ab hoc sensu non longè abest, quem proferūt Dauid Kimhi, Vatabl. M Isidorus, Montanus, & Rob. Num adhuc semen aliquod reliquum est vobis in horreo? certè nullum; nam totum serendum exposuistis, & terræ iam mandastis, horreis vacuis relictis & arbores nullos adhuc produxere fructus, & propediem nullos poteritis colligere. Ego autem sic mea benedictione augebo, vt nullum defectum sentiatis. Vel quod residuum est in horreis, etsi paucissimum, ego augebo, vt vobis sufficiat.

Sensus 3.

Tertiò, Montanus sic Vulgatam lectionem exponit. Nonne iam germinauit, pullulauitque totum triticum, & hordeum; ita vt nullum vobis in horreis fuerit reliquum, quod non seminaueritis? & arbores nihil adhuc tulerunt. Ego hoc anno ita fœcunda reddam, vt vberes fructus colligatis.

Sensus 4.

Quartò, R. Salom. ita explicat, Annon semen totū in horreo est, quia hoc anno nondū seminastis; & arbores nondū progerminarunt? sed seretis, & ego fœcūda reddā Hoc est quod dixerūt LXX. *Si vltra cognoscetur super terrā area? & si adhuc vinea & ficus & malogranata & lignum oliuæ, quæ non ferūt fructum?* Et Chaldæus: *An adhuc frumentum in area? & an adhuc vites, & ficus, & malapunica, & arbores oliuæ non ferunt?* Hoc est, vt licet quantam spem abieceritis copiosam messem habendi, & fructus ex arboribus colligēdi, vt dicatis, nondū amplius videndam esse aream in qua teratur triticum; neq; arbores, quæ ferā fructū: at ego ab hac die multiplicabo. Qui sensus non contra ficiunt primo illi, sed augēt, ac mirabiliorē faciū Dei bonitatē promittentis copiosam messem, etiā tū cum nondū germinasset semē, imò cū adhuc esset in horreo, & quod amplius est, nec adhuc esset in area; vel nulla illis spes colligēdi, quo omnē fructū Deo acceptū tederent, qui ædificantibus templum, vt erat pollicitus, & abundantius, quam ipsi peterent, largitus est tribuit.

Dei bonitas ... ædificio.

17

Benedicam]Hoc est, fœcunda reddā, & multiplicabo, vt omnes explicant. Est autem ... *benedicere Deum homini: & hominem benedicere Deo, aut hominem, aut Angelum benedicere homini*. Quia enim benedicere Dei facere est Deū alicui benedicere, est ei benefacere. id est, bona eius multiplicare, & augere. Et quia duplex est genus bonorum, duplex est Dei benedictio, vt adnotat Hieronymus in c. 1. ad Eph. benedictio terrena, qua Deus auget bona terrena vt Iob. 1. 10. *Operibus manuum eius benedixisti, & substantia eius creuit in terra*. Gen 39. 5. *benedixit Dominus domui Ægypti propter Ioseph tā in ædibus, quàm in agris, cunctā substantiā eius*; & hoc modo accipitur hoc loco. Et benedictio spiritualis, seu cælestis, qua Deus in Christo auget nobis spiritualia bona. Illa est, de qua dixit Abrahæ Gen. 22. 18. *in semine tuo*, quod est Christus, *benedicentur gentes* Et Paul. ad Eph. 1. 3 *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus*. quam ibi Paul. vocat, & 1. ad Cor. 1. 5 diuitias gloriæ hereditatis Christi: *Benedicere verò hominem Deo*, est laudare eū, vel optare Deo, vt bona eius augeantur eo modo, quo augeri possunt Nempe vt eius nomē, gloria, & imperium cognoscatur ab omnibus, ac celebretur, si fieri posset, etiam ab omnibus aliis creaturis rationis expertibus: quod votum ex amore Dei procedit, cuius est bonum velle amato Sic Psalm. 82. 19. dixit Dauid. *Cognoscunt, quia nomen tibi Dominus: tu solus altissimus super omnem terram*: & Psalm. 102. 1. *Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius.* Qua quidem ratione nostra quoque augentur bona. Nam cum benedicit nos Deus, ait Augustinus in Psal 66. nos crescimus; & cum nos benedicimus Dominum, crescimus. Vtrumque nobis prodest, quam-

Benedictio Dei spiritualis, & temporalis.

Benedicere Deo.

Augustinus

benedicere omnem omnes. u sil et augetur benedictione nostra. *Benedicere demum hominem* homi 1, nih l aliud est quam pacem. N tuletem i ipr candenique salutare. Vt 1. Reg. 13.10 *Egressusque est Saul obuiam Samueli, vt salutaret eum.* 4 Reg. 4 29. *Si occurrerit tibi homo, non salutes eum.* Quibus in l. eis si eadem verbum Hebraicū. quod vertitur, *benedicere*. Qui veru excellentiores erant dignitate, auctoritate quadam benedicebant. vnd. Paul. ad H 7.7 *Sine vlla dubitatione quod minus est à meliori benedicitur*, vt Melchisedech benedixit Abr. ha Gen. 14 18. *Benedictus Abraham Deo altissimo.* Et Patriarchæ benedicendo suis ad vndæ

Primogenitura benedictione deferebatur. hereditatis tribuebant primogenitis; vel, ad eos præcipua hereditatis portio deuolueretur (tilis enim dabantur, cum diuidebatur hereditas cuncta duplicis, vt patet Deut. 21.15.) Et vt essent principes fratrum suorum: cuiusmodi sunt modo nobilium primogeniti, quod f. cit Isaac Gen. 27. cū Deo inspirante minorem Iacob maiori præposuit, dicens: *Det tibi Deus de rore cœli & de pinguedine terræ benedictionem.* & Iacob, Gen. 4 . Ruben pri-

Duplicia primogenitorum. mogenitura destituto, cui quod esset principium liberorum debebatur, vt patet ex locis Deut. primogenitum fecit Ioseph, dicens: *Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper*, &c. sic asseritur 1. Paralip. 5.1. Propheta ergo noster loquitur de temporana benedictione, qua pollicetur vbertimos terræ fructus, si ædificium templi prosequerentur, & absoluerent.

18 *Secundo.*] Hæc est secunda prophetia in eodem ipso die 24 Nouembris facta Haggæo: quarta vero ac postrema ex quatuor, quæ factæ sunt huic

Prophetia de Christo. Prophetæ. In qua pollicetur Duci Zorobabeli ob curam diuini cultus accurate præstitam, fore illustrandum regno Christi, qui ex illo dicturus esset originem. Est ergo prophetia de Christo, & regno eius, secundum Hieron. Remig. Haymonem, Albertum, Lyram, Dionysium, Vatablum, & Montanum. Quamuis Theodoretus, & Hebræi de ipsa persona Zorobabelis explicent, diuersimode tamen, vt statim ostendemus.

19 *Zorobabel.*] Varia est inter expositores huius lo-

Quæstio, de quo Zorobabele sit sermo. ci interpretandi ratio, ob duplicem difficultatem, quæ in eo reperitur. Vna est, quis nomine *Zorobabelis* sit intelligendus, altera in quo *Zorobabele* sit complēda prophetia? Nam quidam in primis, vtrumque de ipso duce Iudæorum Zorobabele intelligunt. Secundo, alii vtrumq; de Christo, nomine Zorubabel s sign ficato. Tertio, alii vtrumq; putant in p eum in Christi fidelibus. Quarto, censent alii duc ipsi Zorobabeli f ctam esse promissionem, implendam tamen in eius posteris, quoad ducatum temporarium. Quinto demum, alius videtur implenda in Christo, & per Christum, vnum ex posteris Zorobabelis.

1. Sententia de Zorobabele. Primo igitur, Theodoretus, & Hebræi, ac Iaufenius super cap. 49. Ecclesiastici, vtrumq; in ipsa persona Zorobabelis exponunt. Theodoretus enim putat prænunciari subuersionem Gog, & Magog qui aggressuri erant populum Israel, quib. mutuis gladiis cæsis, promittit Deus se declaraturum illustrem Zorobabelem, quem suum procuratorem delegerat, & propter eum, tanquam signaculum, tuiturum, & conseruaturum populum. Hebræi quoque quos referunt Lyra, & Vat. asserunt promitti destructionem Persarum, hinc

A sermone. Me au ctore v due f orbis bel. is est abit, & subuertam regnum Persarum, quos tu formidas, cum ceteris gentium regnis Persico subiectis: & interior bella, & p riculis tanquam ego te seruabo Zorobabel, & præ oculis tanquam annulum habebo. Confirmat hunc sensum Ecclesiasticus cap. 49 13. dicens: *Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu [illegible]: & Iesum filium Iosedec, qui in diebus suis ad [illegible] auerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino paratum in gloriam sempiternam.* Propter quæ v. th. [illegible] ius existimat Haggæi [illegible] non [illegible] spect. re ad Christum, nisi in sensu [illegible]; ed ad ipsam personam Zorobabelis, at qua ratione non [illegible] plicat.

B Verum hæc intelligentia non probatur. Prior quidem, quia nusquam legitur neq; [illegible] ris literis, neq; in profanis, eiusmo [illegible] bel [illegible] um, & Zorobabelem illustrem declaratum. Posterior autem, quia Zorobabel non peruenit ad Alexandrum Magnum, qui Persarum Monarchiam transtulit ad Græcos: statim enim post templum ædificatum rediit Babylonem, vbi interiit. Refutatur.

Secundo, sunt alii, qui vtrumq; de Christo intelligunt nomine Zorobabelis significato, ea forma loquendi, qua solent nomina patrum in Scriptura, instar patronimicorum, pro posteris accipi, vt Salomon pro Salomonides, Dauid, pro Dauidides, vt Ezech. 34 23. *Pastorem suscitabo super eam meum Dauid*, pro Dauididem, Christum Hoseæ. 2. de Christo.

C 3.5. *Quærent Dauididem regem suum Christum*: ita hoc loco Christum Zorobabelidē vocat Zorobabel. Sed qui sunt in hac sententia in duas classes distributi sunt. Nam Ambros. lib. 3. Epistolarum, Epistola. 12. Hier. Haymo, & Hugo, de Christo quoad posteriorem eius aduentum explicant hunc locum; quando subuersis omnibus r gnis, & gentibus contritis, post cœli, & terræ commotionem, quando destruentur potestates, & pr ncipatus. 1. ad Cor. 7. omnia erunt subiecta pedibus Christi, quem pater constituit, vt signaculum; ad cuius imaginem omnes conformentur, vt qualis ipse cœlestis fuerit, tales & cælestes. At Dorotheus in Synopsi in vita Haggæi Remigius, Lyra, Dionysius, & Vatablus, Christum intellig int De [illegible] A [illegible]

D quoad priorem eius aduentum, quando post commotionem cœli, & terræ, de qua supra locutus loculi numer. 6. & subuersis regnis aliarum gentium, subiectisque Romano, assumpsit Deus carnem ex Zorobabele. Nam Christum pater elegit, tanquam seruum secundum humanitatem ad opus redemptionis, & vt signum fœderis inter Deum, & homines. Verumtamen Ecclesiasticus c. 49. 13. supradicto, verba hæc Haggæi propriè accipit, quali vere ipsi personæ Zorobabelis sint promissa. Quod si propriè explicari possunt, ratio postulat vt propriè explicentur. Cur enim in tam paucis verbis nominis Zorubabelis filii Salathielis significatio mutanda est? vt cum mittatur Propheta ad Zorobabelem filium Salathielis, statim se inueniat loquentem cum Zorobabelide Christo? De Christo priori aduentu. Refutatio.

E Tertio, M. & Isidorus vtrumq; exponunt in Christi fidelibus, eius imitatoribus, quorū regnu promittit Deus se suscitaturum, subuersis regnis impiorum: & magna cura eos seruaturum tanquam annulum; quod eos in seruos e egerit. Sed hunc esse mysticum sensum [illegible] bit or & pro Sententia de fidelibus. Reiicitur.

pter Ecclesiastici testimonium in ipsa Zorobabelis persona hanc Prophetiam explanandam.

Quarto, sunt qui existiment prophetiam ipsi Zorobabeli pronunciatam, ac promissam; at non impletam in eius persona, sed in eius dominio, & ducatu, quia cæteris regnis Alexandro subiectis, seruatum est dominium Zorobabelis, vt solet seruari annulus signatorius. Scimus enim ex Iosepho lib. 11. Antiq. c. vltimo, Alexandrum Magnum tunc cum orbem vniuersum subiiceret, Iaddi Pontificis Iudæorum pedibus prouolutum, cum orbis admiratione, & gentem illam multis donis, ac priuilegiis prosecutum recessisse: at tunc quemadmodum in sua potestate relicti sunt Pontifices; ita & duces perseuerauerunt, eo modo, quo diximus c. 1. 8. Sed si de posteris Zorobabelis est hæc prophetia explananda, cur non potius de Christo illius filio iuxta cæterorum sententiam interpretabimur?

Quinto demum: alii propius ad veritatem affirmant promissionem quidem factam Zorobabeli, sed implendam per aduentum Christi, in quo illustrissimus factus est Zorobabel. Atque hi dupliciter exponunt; Monarius prius sic. Ego mouebo cælum, & terram per varias regnorum mutationes, & subuertam solium regnorum Alexandri Magni, ac Græcorum, & conuertam fortitudinem gentium, nempe Romanorum, (qui mutuis dissidiis corruerunt circa tempus Natalis Christi.) Tunc temporis peculiarem tui habebo curam o Zorobabel: nam ponam te quasi signaculum, & in Christi catalogo te inseram, vt nulla tui memoria obliuione deleatur; quia te elegi, tuumque genus, ac familiam adoptaui, vt Christum ex ea orbi proferam, iuxta illud Ps. 131. 11. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eũ, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Absolutiorem expositionem adducunt alii, vt quoniam ex loco Ecclesiastici constat ipsi personæ Zorobabelis fieri promissionem; tum etiam non in ipso implendam, sed in eius posteris, siquidem sermo est de futuro, & de re longius futura, nempe post subuersionem regnorum: quod indicat illa loquendi forma, *in illa die*, quæ ad tempus longe futurum respicit, ad tempus videlicet Christi, ac propterea de Christo ipso loquitur. Vniuersam prophetiam in honorem explicemus Zorobabelis, & in præmium cultus diuini ab eo procurati. Ait ergo Deus Zorobabeli. Ego itaque omnia commouebo, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt, vt regna ex vna gente transferam in aliam: subuertam enim solium regnorum Persici imperii, quod tu formidas, & conteram fortitudinem regnorum gentium Persis subiectorum, & subuertam [illegible] regnum Græcorum in quatuor capita distributum, cum eorum regibus: & tandem Romanum imperium interibit equi, & equites eorum, mutuis gladiis, & bellis ciuilibus confossi cadent: & inter hos [illegible] casus, & tot discrimina rerum, & tam diuersas [illegible] mutationes ego sub mea cura te [illegible] custodiendum o Zorobabel fili Salathielis, quod instaurer cultum meum, domum ædificando, [illegible] seruus meus: & custodiam te, nempe tuam posteritatem, tanquam annulum signatorium in dextera manu mea, vt sis totius Israelis ornamentum singulare. Te enim elegi ego Dominus exer[illegible] tuum, vt ex te suam ducat originem Christus qui suum regnum eriget, & inter tot regnorum mutationes, & ruinas, suum exeret caput. Est huic similis illa Danielis prophetia capit. 2. 44. *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem, & consumet omnia regna hæc, & ipsum stabit in æternum.*

Erat olim celebre Deo, cum vellet suorum obsequia remunerari seruorum, Christum ex eorum progenie polliceri: quod in summo ipsi honore, & fauore collocabant, atque hac sola spe seipsos felicissimos censebant. Hinc Genes. 12. 3. vt Abrahæ remuneraretur, quod egressus esset de terra sua, & de cognatione sua; promisit illi Christum in posteris eius futurum, cum dixit. *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Et cap. 22. 18. propter obedientiam filii sacrificati, dicitur illi. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ quia obedisti voci meæ.* Eademque promissio facta est Iacob. Gen. 28. 14. Dauidi etiam vt vicem rependeret, quod iurasset Psalm. 131. 5. *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, &c. Iurauit Dominus Dauid veritatem de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Propter hoc ipsum tam auide expetebant filios prisci illi Patres, ne tanto filio orbarentur Christo. Atque ideo tam anxie dolebat se vita priuari Ezechias Isa. 38. 12. cum dixit. *Præcisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me.* Timet, ait ibi Hieronymus, ne in telæ similitudinem in ipso lucis exordio præcidatur, & nequaquam de semine eius Christus oriatur. Eandem ob causam S. Iacob. Genes. 49. & etiam Ioseph, monens præcepit filiis suis, vt ducerent se in terram Chanaan atque ibi sepelirent. & Ioseph adiurauit fratres, vt asportarent ossa sua in terram illam. *Fide enim moriens*, ait Paulus ad Hebræos 11. 22. *de ossibus suis mandauit.* Certi enim erant terram illam Christi pedibus calcandam, & sanguine eius irrigandam, per quem fit remissio peccatorum. quod adnotat Augustinus libr. 1. Quæstionum in Genesim Q. 161. Atque adeo, vel mortui volebant, optabantque non priuari tanto beneficio, quo ossa sua Christi pedibus conculcarentur, sicque sanctificarentur. Qua ergo ratione Dauidi, quod procurasset ædificare domum Domino, tabernaculum Deo Iacob, promisit Deus se illi ædificaturum domum, in qua rex esset Christus, cuius regni non erit finis, Lucæ 1. Ita Zorobabeli quod domũ alteram Deo ædificare curauerit, pollicetur Deus se illud illustraturum Christo Domino ex eo nascituro, & regno eius in æternum permansuro. Et hæc est causa cur soli Zorobabeli facta sit huiusmodi Prophetia, quod de eius posteritate nasciturus esset Christus. Ex quo possumus intelligere quantum excedant præmia diuina rationes nostrorum meritorum, siquidem pro temporariis officiis domus Domini ædificandæ, Christus promittitur cum æterno eius regno, & suo tempore donatur.

Christus olim promissus in præmium obsequiorum.

Vnde desiderium filiorum Hebræis.

Iacob, & Ioseph ossa sua portari in Palæstinam voluerunt, & cur.

August.

Pro templo terreno æternum promittitur præmium.

Præmia quam excedant merita.

20 [illegible] Commotionem hanc, quam præcel[illegible]
sui d[illegible] completion[illegible] promissioni [illegible] Zorobabeli, [illegible] pretes diuersimode explicãt iuxta sensum, quem legerunt. [illegible]am Hebræi in Persico imp[illegible] [illegible] pu[illegible] quod 24. anno templi ædi-

[illegible] vius com[illegible] [illegible] habeatur ratio.

pli ædificatione dicunt ad Græcos translatum; & Theodoretus tum cum templum ædificabatur, aut eum frequentabatur. Alii putant vniuersam hanc commotionem excitandam per Romanum Imperium, quod cetera omnia sibi subiiciet, & ipsum demum paulatim destruetur. Quod explicat in Haggæum Rupertus cap. 2. illis verbis Danielis cap. 7. 11. *Vidi quoniam interfecta esset bestia, & periisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni.* quod de imperio Romano intelligit. & hoc est, *descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui*, hoc est peribunt, aut morientur Romani. Nam, descendent equi, idem est, quod, descendent in sepulcrum, & interibunt, vt Ecclesiastes 3. 21. *Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum; & si spiritus iumentorum descendat deorsum?* Magis ad rem explicuimus in Paraphrasi de mutatione omnium regnorum, nam primum minatur Deus se euersurum Persicum regnum cum gentibus illi subiectis; deinde subuersurum quatuor regna, in quæ Alexander distribuit moriens suam Monarchiam, vt dicitur 1. Machab. 1. & ascensorem eius, nempe Romanum Imperium, quod illa subiecit: & demum se permissu suo vt Romani ipsi corruant, & cæde mutua se conficiant, vt Hier. Dion. & Vat. intelligunt: atque eo tempore cum pro Romano imperio decertabitur bellis ciuilibus, consurget ex posteris Zorobabelis regnum Christi perpetuo duraturum, & cetera omnia regna obscuratura.

Rupertus.

Commotio imperii sui et regnum [illegible] belli

Hieronym.

21 *Quasi signaculum.*] Nomen Hebræum חותם *chotham*, quod Latinus interpres solet vertere *signaculum*, proprie significat *annulũ signatorium*, quo obsignamus, sigillamus, aut claudimus aliquid custodiẽdum. Vt vero rationem metaphoræ perspiciamus, qua Zorobabel, aut Christus dicitur, *signaculum in manu Dei*, oportet adnotare tres fuisse veteribus annulorum vsus. Primus omnium, ac potissimus fuit ad obsignandum quicquid fideliter vellent custodiri. Sic affirmat Ateius Capito Pontificii iuris inter primos peritus, relatus à Cecinna Albino, apud Macrob. lib. Saturnal. 7. capit. 13. qui cum nefas esse sanciret deorum formas annulis insculpi. Veteres, inquit, non ornatus, sed signandi causa annulum secum circumferebant. Vnde nec plus habere quam vnum licebat: nec cuiquam, nisi libero, quos solos fides decerneret, quæ signaculo continetur. ideo ius annulorum famuli non habebant. Imprimebatur autem sculptura materiæ annuli, siue ex ferro, siue ex auro foret, & gestabatur, vt quisque vellet, quacumque manu, quocumque digito. Multa his similia Plinius libr. 33. capit. 1. & libr. 7. capit. 1. & ex ipso Budæus libr. 3. de Asse; Alexander ab Alex. libr. 2. dierum Genialium capit. 19. & Cœlius Rhodig. in suis antiquitatibus. Nec literæ tantum obsignabantur his annulis, sed cetera omnia. Vnde Plinius lib. illo 33. Quæ fuit, inquit, illa priscorum vita? qualis Innocentia, In qua nihil signabatur? at nunc cibi quoque, ac potus annulo vindicantur à rapina: & claues quoque ipsas signasse non est satis. Sed vetustior hic annulorum vsus reperitur in Scriptura sacra. Iudas namque filius Iacob Genes. 38. 18. annulum suum signatorium dedit pro arrhabone Thamar; & Pharao Genes. 41. 42. tulit annulum de manu sua, & dedit eum in manu Ioseph. Iezabel etiam vxor Achab 3.

Vsus annulorum triplex.

Annuli vsus obsignare.

Ateius.

Albinus.

Macrobius.

[illegible]us.

[illegible] annulorum [illegible]

Reg. 21. 8. scripsit literas nomine Achab, & signauit annulo illius. fit etiam mentio Esther 3. 12. literarum annulo regis signatarum; quem tulerat de manu sua, & dederat Aman. Et postea sorte commutata cap. 8. 2. tulit rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Iam & rex Darius Daniel. 6. 17. lapidem positum super os laci obsignauit annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. & cap. 14. 10 dixerunt sacerdotes, *Tu rex pone escas, & misce vinum, & claude ostium, & signa annulo tuo.* & vers. 13. *Egressi clauserunt ostium, & signantes annulo regis abierant.* Hac ratione Cant. 4. 12. fons dicitur signatus.

Secundus annulorum vsus super priori adiectus, ad ornatum fuit, ad opum ostentationem & ad delicias. Sic asserit Capito superadducto loco. Postea, ait, vsus luxuriantis ætatis signaturas preciosis gemmis cœpit insculpere: & certatim hæc omnis imitatio lacessiuit, vt de augmentu precii, quo sculpendos lapides parassent, gloriaretur. Hinc factum est vt vsus annulorum exemptus dexteræ quæ multum negotiorum gerit, in læuam relegaretur, quæ otiosior est; ne crebro motu, & officio manus dexteræ pretiosi lapides frangerentur. Electus autem est in ipsa læua manu digitus minimo proximus, quasi aptior ceteris, cui commendaretur annuli preciositas: quia à pollice, & minimo clauditur, & minus officii gerit; & ideo seruando annulo magis accommodatus. Et Plinius lib. illo 33. Multis, ait, hoc modis, vt cetera omnia, luxuria variauit; gemmas addendo exquisiti fulgoris: mox etiam effigies varias cælando, vt alibi ars, alibi materia esset in precio: nam Deorum, & hominum charorum imagines sculpebantur in annulis. Sic Lentulus aui figuram; Africanus filius patris effigiem sculpsit annulo: Augustus sphingis, mox imaginem Magni Alexandri. Atque hac ratione bellicæ virtutis insigne erat, & triumphantibus donabatur, auctore Plinio cap. 1. His etiam, qui legati ad exteras nationes mittebantur, annuli aurei publice dabantur, quoniam ita exterorum honoratissimi intelligebantur. Nam propterea Pharao Iosepho, Assuerus Mardochæo, & Antiochus Philippo, 1. Machab. 6. 14. annulum dederũt tanquam fidelissimis, & coniunctissimis, & qui ceteros honore præcellerent, & dignitate. Quo etiam modo Lucæ 15 pater prodigi iussit proferri stolam & dari annulum in manum eius. Vnde deinceps commune erat ornamentum. Constatque Exod. 35 22. vbi dicitur; viros, & mulieres dedisse armillas, & inaures, annulos, & dextralia. & Isa. 3. 20. se minatur ablaturum Deus annulos, & gemmas in fronte puellarum pendentes. & Iudith c. 10. 3. assumpsit dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se.

Annuli vsus ad ornatum.

A[illegible]

Plinius.

Annuli [illegible] sculptæ

Tertius annulorum vsus fuit ad amorem significandum inter sponsos: mittebatur enim à sponso sponsæ, atque ob id pronubus dicebatur; [illegible] ferreus erat, vt ait Plin. lib. [illegible] Sed aur[illegible] se & Clemens Alexandrinus affirmat lib. [illegible] Pædagog. cap. 11. & Tertullianus in Apolog[illegible] gẽtes cap. 6. Vbi, aurum, ait, nulla [illegible] norat, præter vnico digito, quem spo[illegible] notasset pronubo annulo. E[illegible] amoris præcipui, quo maris, & f[illegible] iungebãtur.

Annulorum amo[illegible]

Obid-

Figura medius anulo gestando. Ambros. Macrob. Digitus sagittus.

A Obidque in digito medico sinistræ manus gestabatur; cum reliquos quacumque manu deferre licuisset; quod in eo digito quarto vena sit ad ipsum contendens, vt ait Ambrosius in lib. de Patriarchis, refertur q; cap. feminæ 30. q. 5. Eapropter, auctore Macrobio lib. 7. Saturnal. cap. 13. Ægypti Sacerdotes circa deorum aras hunc in singulis digitum, confectis odoribus illiniebant. Vnde & veteres Græci, ac Romani homines sic plerumque annulis vtebantur: quia, vt ait Gellius lib. 10. Noctium Atticarum cap. 10. ex Appione in libris Ægyptiacis; in sectis, apertisque humanis corporibus per anatomen, vt mos in Ægypto fuit, repertum est neruum quendam tenuissimum ab eo vno digito ad cor hominis prouenire: propterea non inscitum visum esse, eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens, & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. Quamuis Clemens Alex. eo loco, hos annulos aureos solitos dari asserat ab sponso sponsę, quos semper digito portaret, non ornatus causa; sed vt eodem annulo obsignaret quæ domi sunt. Nam custodiam rerum domesticarum ad vxorem pertinere Xenophon docet in Oeconomico.

Gellius. A digito medico ad cor neruus. Clemens A ex. Vxoris custodire domum. Xenopho. Similitudo quo vsu annuli desumpta.

His ita præstitutis, inuestigere conuaniet; ex quo annuli vsu sit illa ducta similitudo, qua de Zorobabele dictum est, *Ponam te quasi signaculum.* Eamque deinceps explicabimus in Christo, qui verè est per Zorobabelem adumbratus.

1. Expositio ex vsu obsignandi.

C Theodoretus igitur, iuxta primum annulorum vsum, de Zorobabele declarat, ad hunc modum. In illa die, te Zorobabel, quem in seruitutem meā, & procurationem delegi, illustrem, ac præclarum declarabo; & propter te omni studio populum tuebor, te vtens tamquam signaculo quodam: nā signum foribus admotum, & arcas, & omnia, quę intus reposita sunt, tuetur, & conseruat. Itaque in hoc putat esse similitudinem: quod signaculum accipit pro sigillo impresso, vt quemadmodum eo conseruatur res intus existens, ita Zorobabel conseruaturus esset, & tuiturus populum Israeliticum ab hostibus. Verùm quia quod hic promittitur Zorobabeli, longè post futurū promittitur; nam quod intelligit Theodoretus iam habebat; siquidem iam populum, tanquam dux eius, tuebatur. Ideo aliter explicanda est similitudo, ex sigillo cō signāte, & imprimente desumpta, nō ex impresso.

Refutatio

2. Expositio ex vsu ornandi.

Ac ita secundò ex secundo annulorum vsu alii explicant. Ponam te vt signaculum in manu Israel, hoc est, Ego efficiam vt sis decus; & ornamentum populi tui Israel, cui insertus es; sicut annulus dexteræ insertus ornat habentem; vt sis vnus ex his, qui propter sua egregia gesta, & eximiam virtutem, illustrarunt, exornaruntque Israelem; vt de Iudith, cap. 15. 10. dicitur; *Tu gloria Ierusalem; tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* Quem sensum indicat Ecclesiasticus cap. 49. cum dicit. *Quomodo amplificemus Zorobabel, nam & ipse quasi signum in dextera manu Israel?* Sed quia Propheta dicit, *assumam te, & ponam te vt signaculum;* & quia Ecclesiasticus addidit, *in dextera manu.* ideo pro annulo in dextera manu Dei inserto est intelligendum, non Israelis. Nam in Græco non est *Israel;* quare, vt ibi notat Iansenius, in dandi casu est ponendum Israēl, *in dextera manu Israeli;* id est, ad gloriam Israelis.

3. Expositio ex seruandi.

A Tertiò, propterea Hebræi quidam, quos refert Lyra, & sequuntur Vatab. Isidorus, & Robertus, sic explanant. Ego te ô Zorobabel ea cura seruabo, atque habebo semper ante oculos; qua princeps aliquis, aut rex seruaret, ac tueretur annulum suum preciosum signatorium, quem in dextera haberet. Qua similitudinis ratione vsus est Dominus Ier. 22. 24. cū dixit, *Viuo ego, quia si fuerit Iechonias filius Ioakim annulus in manu dextera mea, inde euellam eum:* vt quidem hunc vtrumque locum intellexit Cardinalis Ostiensis Petrus Damianus lib. de Institutione Monialis ad Blancam 2. capite. Sed hi non explicant, vnde proficiscatur cura illa tam accuratè seruandi Zorobabelem, nempe ex B promissione Christi ex Zorobabele orituri.

4. Expositio ex honore in collatione.

Quartò, hanc explicat Montanus hac ratione. Quemadmodum sigillum in certa annuli parte solet constitui, ita ait Dominus, polliceor tibi ô Zorobabel me nomen tuum nobili Iesu Christi catalogo insertum, vt nulli possit obliuioni subiacere. Quod factum est Matth. 1. 13. Lucæ 3. 27. cum in Christi genealogia honorificè inseritur dux ille. Sed Zorobabel tali annulo comparatur à Propheta; & Ecclesiastico in dextera manu inserto, non gemmæ soli, aut figuræ sculptæ.

5. Expositio de homine Christo tale annuli.

Quintò igitur sic explicabimus similitudinē Assumam tuā carnem ô Zorobabel, q tanquā annulū signatoriū aureū inseram dexteræ Dei, nempe eius filio, vt tali filio ex te profecto tolaris ab omnibus, & honorificentissimè nōmineris. imò super C exalteris, & deificeris in natura humana ex tua posteritate à filio assumpta. Nam & vnigenitum Dei filium, vocari Patris dexteram omnes Sancti tradunt, & colligit Didimus lib. 3. de Spiritu sancto ex illo Psalm. 127. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me.* & Hieronym. in 52 Isa. ex Psalm. 97 *saluauit sibi dextera eius* & Isa. 63. *Iurauit Dominus in dextera sua.* Vel efficiam, vt tua humanitas, quasi anulus signatorius, ita manui dexteræ Dei inseratur, eique summo adhæreat amore, vt nunquam à se illam abiiciat, sed semel vnitam retineat semper, atque conseruet. Vel ponam te quasi signaculum, hoc est, faciam cognationem tuam, quasi in orbem annularem redactam, cuius extrema vniantur, coniunganturque cum preciosissima illa margarita, Sardoniche, aut Smaragdo, Dei filio; qui est sigillum, character, & imago Patris; vt fiat perfectissimus annulus signatorius. In linea enim Christi Matth. 1. & Lucæ 3. posita, protoparentem Adam: *qui fuit Dei*, per filium Dei creatum, tanquam vnum extremum coniunxit idem filius cum altero extremo, nempe Virgine Maria, *de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus*, Filio Dei homine facto; vniuersam illam familiam ab Adam vsque ad Virginem circumferente, & sibi coniunctissimo vinculo adstringente; numquam dissoluendo. Circa quem circulum dum philosophatur Rupertus in cap 1. Matthæi, sic inquit. Nonne quasi lineam, siue virgam longè subtilem, siue subtiliter longam, auream, siue ferream, à Iesu Christo incepit, & in Iesum Christum reduxit, dicendo, *qui fuit Adam, qui fuit Dei*, cum vnus, idemque Iesus Christus, Deus, & homo sit; nec alterius plasma fuerit Adam, quàm huius Dei? Verum igitur, ô diabole, ille est circulus; quem Deus in naribus tuis posuit, Iob 40. Ista est armilla, qua maxillam tuam perforauit. Is n-

Filius dextera Didim. Hieron. Modus exponendi. Modus. Circulus linea Christi. Rupert. Circulus naribus diaboli.

xit se initium fini, id est Deus homini. & ita hæc, scilicet, initium, & finis occurrerunt sibi in vtero Virginis, vt nares tuas transfixas teneret firmiter circulus inflexibilis. Potest & sic explicari; *Ponam te vt signaculum*, id est, sicut manus habentis preciosum annulum, exornatur illo; ita carne ex tua assumpta posteritate, tamquam annulo exornabor, & glorificabor. Nam si Filius Dei turba credentium coronatur, & martyres suis victoriis, quasi gemmarum varietate illi diadema imperij distinguunt, iuxta illud Isaiæ 62. 3. *& eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui*; vt notat ibi Hieronymus. Vnde & Paulus ad Philippen. 4. 1. vocabat fideles, *gaudium, & corona mea*, cur non iure optimo Christi humanitas esset corona filij Dei, diadema regni, & summa gloria, & preciosus, quo exornetur, annulus, quamuis ab ipso suam omnem susceperit preciositatem?

Modus 4.

Humanitas ornatus fuit.

Quoniā verò Zorobabel, sicut & Iesus, Christum sua persona, & gestis expressit, tanquam imago, & figura eius præstantissima: non erit abs re, demonstrare qua ratione fuerit Christus quasi signaculum in manu Dei. In eo autem Zorobabel typum Christi gessit, quod quemadmodum Zorobabel eduxit populum Israeliticum è captiuitate Babylonica, redeuntemque est prosecutus cum musicis, cum tympanis, & tibiis, vt dicitur 3. Esdræ 5. 2. & cum eo extruxit templum Domino, liberans ab hostibus impedientibus, & tandem Babylonæ obiit res gerens populi sui. Ita Christus eduxit populum suum fidelem è captiuitate dæmonis, & peccati, magna cum hominum lætitia, & Angelorum exultatione: & ex ipso tamquam ex preciosis lapidibus templum Ecclesiæ construxit, liberans eum ab hostibus impedientibus. Atque suam rem agens, & credita fungens legatione, in ipsa ciuitate Babylone extinctus est, nempe in hoc misero mundo, pleno confusionis, vnde ducet tandem suum electum populum in cælestem Ierusalem, in Psalmis lætantem, vbi ædificetur Deo gloriosum templum in æternum duraturum. Sicut ergo hic Zorobabel positus est quasi signaculū in manu Dei, ita Christus, quod explicare oportet. Ambrosius igitur lib. 3. Epistol. Episto. 12. Hieronymus hic, Rupertus lib. 1. in Haggæum, Remigius, Haymo, & Hugo, in eo aiunt Christum esse signaculum, quod sit imago Dei inuisibilis, splendor patris, & figura substantiæ eius, vt dicitur ad Hebr. 1. 3. sitque sigillum carentis principio, vt asserit Gregorius Nazianzen. in Hymno de Christo, quem pater posuerit in manu sua; quasi annulum, vt eo consignet omnes fideles. Cum enim velit nos conformes fieri imaginis filij sui, ad Roman. 8. 29. & imitatores eius fieri: vult quoque vt omnes Christo consignemur, eius imaginem tamquam in cera, in nobis imprimentes, vt in eandē imaginem transformemur, 2. Cor. 3. 18. Vtque qui portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis, 1. ad Corinth. 15. 49. Hac ratione signatus est filius prodigus, vt explicat Hieronymus in Episto. 146. cum datus est annulus in manu eius, Lucæ 15. signaculū similitudinis Christi. Hac ratione sponsus petit ab sponsa Cantic. octauo sexto. *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*; vt mei effigies ita cordi tuo infixa permaneat, & brachio, vt quicquid cogites, quicquid loquaris, & agas, semper me tuum sponsum referas. Huiusmodi sigillo signatus fuit Paulus, qui adeo in seipso Christi imaginem expresserat, vt verè dixerit de se ad Galat. 2. 20. *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus*. & ad Galat. 5. 17. *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto*: dum lapidem illum preciosissimum; cuius sculpturam pater cælauit, Zachar. 3, in annulo diuini verbi insertum, Christi scilicet humanitatem, ita verè cordi, corporique suo impressit (quod etiam donatum legimus B. Francisco) vt semper crucem, & mortificationem Iesu Christi in corpore suo portaret; in nullaque re alia gloriaretur, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: quam velut sigillum ex Dei annulo Christo sibi impressam, per orbem vniuersum omnium oculis ostentabat.

Christus signaculū in manu Dei.

Zorobabel typus Christi.

Ambros. Hieron. Rupert.

Christo vt signaculo consignantur fideles.

Signaculū sponsæ

Paulus obsignatus Christo.

Secundò, Christus dicitur ponendus quasi signaculum ad custodiendos, & conseruandos fideles, vt nemo rapiat eos de manu sua; sicut signaculo solebant in loco aliquo, vt in arcis, recondita conseruari. Sicut enim olim circumcisione signabantur Israelitæ, quæ signaculum fidei dicitur ad Rom. 4. 11. atque eo, in numero Dei populi custodiebantur: ita modò charactere baptismi, tamquam fidei signaculo, & Christi, fideles consignantur, & intra Ecclesiam custodiuntur. & quemadmodum olim, Exod. 12. 13. sanguine agni oblitis postibus, & superliminaribus filiorum Israel, Angelus percutiens pertransibat eos: & Ezechiel. 9. 4. nullus, in quo erat *Tau*, signū Dei viui; Apocal. 7. 3. percutiebatur; quod, vt ait Origenes Homil. de Epiphania, Hieron. & Isid. esset crucis Dominicæ figura, qua obsignabantur in fronte gementes, & dolentes: ita crucis diuinissimo signaculo consignati, ac veri Dei agni sanguine obliti, custodiuntur, ne quis eos audeat attingere. Vnde de illo Hebræo, quem refert Gregorius cognomento Magnus lib. 3. Dialog. cap. 7. quod se cruce consignasset, dixit hostis crucis: *vas, vas vacuum, sed signatum*. Qua etiam ratione sponsi verba possunt intelligi. *Pone me vt signaculum super cor tuum*. Hoc est, cura, vt cor tuum, me tamquam signaculo, ita clausum custodias, & brachium tuum ita saluum conserues, vt nulli ad te vllum accessum permittas; sed mihi te illæsam, intactamque conserues. Quia adeo durus est amor, zelusque ex eo profectus, vt mortis instar sit, atque inferni, horum aliquid in amore persentiscere; & brachiū tuū contorquendū alteri, quàm mihi permittere, aut cor tuū alteri, me despecto, reserare, & tradere.

Christus signaculo custodit fideles.

Baptismo consignati fideles.

Origenes. Hieron.

Cruce signati.

Gregor.

Tertiò, Christus dicitur rectè signaculum ad conscribendos milites suos, ac distinguendos seruos suos de hostibus triumphantes, à seruis dæmonis, qui sub eius militant vexillo. Solebant Imperatores olim suis ducibus characterem militiæ suę, nomine suo insculptum, tribuere; vt cōmprimerent militibus, quos castris eorum congregabant, nomē imperatoris manui singulorū insigentes: quē regiū, aut imperatoris characterē nuncupabant. Vt refert D. August. lib. 1. contra Crescon. Grammaticum cap. 30 & sermo. super gestis cum Emerito Episcopo Donatista. & Tract. 6. in Ioan. Ita Christi charactere consignantur, ac describuntur eius milites, & diuersi sic cognoscuntur ab aliorum militibus, ac seruis. Erant quoque

Christus militum signaculum.

Signum militare.

August. Christo signati milites distincti ab aliis.

insignia quædam è collo pendentia, qualis erat Romanis bulla; gestamen triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant inclusis intra eam remediis quę crederent aduersus inuidiam valentissima, auctore Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 6. & in scutis, & peltis concedebantur brachiis adfixis, vt gens vna, aut familia distingueretur ab alia: quę vel suo Marte comparassent, vel amore alicuius prælegissent. Non dissimiliter Christianis conceditur Christus, qui tamquam monile è collo pendens pectori adhęreat, cordisque sedem exornet; scutumque fidei brachio affixum, in quo & ipse Christus, quasi effigies præstantissima, depingatur, vt tali stemmate diuisi ab aliis, & amuleti cuiusdam cælestis instar ab omnibus hostium inuidiis, ac fascinationibus contutati, eum tantum cogitemus, ei militemus. Et hoc est, *Pone me vt signaculum super cor tuum*, tamquam monile è collo super pectus cordis sedem pendens: *& tamquā signaculum in scuto brachii tui.* Tu enim es signum sagittantium, vt quidam conclamat; vexillum pugnantium, brauium currentium, distinctio ouium, custodia cordium, exemplar optantium, forma, normaque seruorum, & sigillum, ac character militantium. Vt eo viso hostes fugiant, ceterique omnes dicant: *Ecce gens, cuius Dominus Deus eius, populus, quem elegit Dominus in hereditatem sibi.* Quod nobis vtinam concedat ipse Iesus Christus æterni patris signaculum, & nostri, quo consignati salui, incolumesque, ac de hostibus triumphantes ad eum perueniamus, qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in perpetua secula. Amen. Compluti die Septembr. 13. anni 1603.

[Margin: ...tamen triumphā...um. | Macrobius. | Amuleta cōtra inuidiam. | Christus monile fidelium. | Amuleti vice Christus contra hostes. | Christus signum ...dis & b...hii.]

COMMENTARIORVM IN ZACHARIÆ PROPHETIAS

Liber Vndecimus.

PRÆFATIO.

STATV misero,in quo Iudæi captiui iacebant, coram posito, Dei ope, & summa felicitate promissa, roborat Zacharias, tum principum animos,tum populi timidi,ad vrbis Ierusalem, templiq; extructionē. Prædicit quoque varium statum, quem sub exteris Regibus vsque ad Christum, sit illa respublica habitura; casumque eius miserum: atque interim Christum, eiusque bona numquam minuenda pollicetur.

ZACHARIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] IN octauo mense, anni secundi [2] Darii Hydaspis Regis Persarum [3] fecit Dominus sermonem [4] ad Zachariam filium Barach æ [5] filii Addo [6] Prophetam in hunc modum [7] Ad magnam iram concitarunt me Dominum suum hactenus suis flagitiis patres vestri: adeo vt eos captiuos duci, vrbem hanc, & templum diruí permiserim. Verùm his non obstantibus, conuertimini vos ad me verè pœnitentes & ego conuertar ad vos, in meam vos gratiam recipiendo. Ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant similibus verbis Prophetæ priores, dum nomine Domini exercituum dicebant illis, conuertimini ad me, relictis malis vestris actionibus, & pessimis vestris cogitationibus, & noluerunt, neque attenderunt ad me, qui eos monebam. Patres illi vestri vbinā sunt? [8] & Prophetæ, qui illos admonebant, nonne etiam sunt mortui? Homines enim erant, & in æternum viuere non poterant. Attamen licet illi decessissent, nihilominus comprehenderunt patres vestros [9] supplicia, quæ iam in lege, iam denuo sum comminatus per seruos meos Prophetas. Quæ experti, [10] conuersi ad se pressi calamitatibus Babylonicæ captiuitatis, coacti sunt fateri: ipsa Dominus nobis in-[illegible] pœnas, quas nostra opera, & studia nostra merebantur, quemadmodum fuerat nobis comminatus.

[11] Die vigesimo quarta mensis [illegible], qui dicitur Sebath, eiusdem anni secundi Darii ostendit Dominus Zachariæ huiusmodi spectrum, nocturno tempore [12] Vidi, ait Propheta, [illegible] [13] Archangelum Michaelem, [illegible] equo rufo insidentem, paratum ad vltionem sumendam de hostibus populi Dei. Stabat autem [14] inter myrtos [illegible] in profunda valle [illegible], nempe inter Iudæos Babylone captiuos: sequebantur autem illum Angeli custodes vicinarum prouinciarum [illegible] rufis equis, varijs, & albis quasi insidentes, diuersos gentium mores, quibus præerant, præ se, colore ferentibus. Admiratus ego, rogaui ipsum Michaelem, qui mihi visum, & eius intelligentiam [illegible] quid sibi illi vellent. Respondit [illegible] ostendam tibi quinam hi sint. Hi sunt Angeli prouinciarum finitimarum, qui missi sunt à Deo, vt perlustret quisq; prouinciam sibi creditam, num tranquillo animo [illegible], & pacatè

CAP. I.

[1] IN mense octauo, in anno secundo [2] Darii regis; 1
[3] factum est verbum Domini ad [4] Zachariam,
filium Barachiæ, filii Addo, [6] Prophetam, dicens.
[7] Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. 2
Et dices ad eos: hæc dicit Dominus exercituum: Con- 3
uertimini ad me, ait Dominus exercituum: & conuer-
tar ad vos, dicit Dominus exercituum. Ne sitis sicut 4
patres vestri, ad quos clamabant Prophetæ priores, di-
centes: Hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini de
viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: &
non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus.
Patres vestri vbi sunt? [8] & Prophetæ numquid in 5
sempiternum viuent? Verumtamen [9] verba mea, & 6
legitima mea, quæ mandaui seruis meis Prophetis, num-
quid non comprehenderunt patres vestros. [10] Et conuer-
si sunt, & dixerunt: sicut cogitauit Dominus exercitu-
um facere nobis secundum vias nostras, & secundum
inuentiones nostras fecit nobis?
[11] In die vigesima, & quarta vndecimi mensis 7
Sabath, in anno secundo Darii factum est verbum Domi-
ni ad Zachariam, filium Barachiæ, filii Addo, Prophe-
tam, dicens [12] Vidi per noctem & ecce [13] vir ascen- 8
dens super equum rufum, & ipse stabat [14] inter myrte-
ta, quæ erant in profundo, & post eum equi rufi, varii,
& albi. Et dixi: Quid sunt isti, Domine mi? Et 9
dixit ad me [16] Angelus, qui loquebatur in me: Ego osten-
dam tibi quid sint hæc. Et respondit vir, qui stabat in- 10
ter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit Dominus, vt
perambulent terram. Et responderunt Angelo Domi- 11
ni, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambula-
uimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit

virent, tametsi modo hic conuenerunt, vt rationem mihi redderent sui muneris obiti; ac mox accesserunt ad Michaelem inter myrtos consistentem, dixeruntque ei singuli, Prouinciam nobis creditam [17] perlustrauimus, ac deprehendimus hanc refertam ciuibus, nullis bellorum tumultibus perturbari, sed omnes pacatè viuere. Hæc cum audisset Angelus Domini Michael populi sui misertus, conuertit se ad Dominum, dixitque ei: Domine exercituum, quid est, quod cæteris prouinciis in pace degentibus, tu differs misereri Ierusalem, & cæterarum vrbium Iuda, quibus hucusque iratus fuisti; cum iam aduenerit [18] annus ille septuagesimus, adeò exoptatus? hic enim est. Certè nihil promissi boni videtur apportare. Dominus ad commiserationem commotus respondit Angelo Michaeli [19] verba bona, hoc est, plena consolatione, quæ ego populo denunciarem voce contenta. Erant autem huiusmodi. Hæc dicit Dominus exercituum: ex summo amore, quo prosecutus sum vrbem Ierusalem, & arcem eius Sion castigaui eos. ideò excandesco ita contra gentes illas opulentas, quæ securè conuersantur. Nam enim ego irascerer parum populo, ad cuius perditionem tantùm illæ desæuierunt in eum, vt perderent. Non ita fieri patiar. sed [20] redibo ego in gratiam cum Ierusalem, pristinis eam cumulans beneficiis, & domus mea ædificabitur in ea, & ipsa vrbs [21] ad perpendiculum, nemine impediente, construetur. Iussum præterea est, vt contenta voce adiicerem. Adhuc præ summa felicitate, ciuitates [22] latiores, ac frequentiores erunt, & consolabitur Dominus incolas Sion, & eliget adhuc Ierusalem cultui suo. Rursus elatis oculis perspexi [23] quatuor cornua ferrea, & cum Angelum Michaelem interrogassem, quæ illa essent? respondit, illa significare potentiam hostium, qui ex quatuor plagis protriuerunt Iudam, & Israelem, & ipsam Ierusalem; & confestim ostendit mihi Dominus quatuor fabros ferrarios, & quærenti mihi quid illi vellent facere? respondit: dixi cornua esse hostium tyrannicam potentiam, quæ adeò Iudam protriuerunt, vt nullus superstes fuerit qui posset caput leuare: & Angeli, veluti fabri ferrarii veniunt, vt conterant, & nullo timore deterreant gentes illas, quæ impedire conatæ sunt vrbis ædificium, & templi.

‖ *Et respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exerci-* 12
tuum, vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbi-
um Iuda, quibus iratus es? [18] *Iste iam septuagesimus an-*
nus est. ‖ *Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur* 13
in me, [19] *verba bona, & verba consolatoria.* ‖ *Et dixit* 14
ad me Angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens.
Hæc dicit Dominus exercituum: zelatus sum Ierusa-
lem, & Sion zelo magno. ‖ *Et ira magna ego irascor su-* 15
per Gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi verò
adiuuerunt in malum. ‖ *Propterea hæc dicit Dominus.* 16
[20] *Reuertar ad Ierusalem cum misericordiis: & domus*
mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: [21] *&*
perpendiculum extendetur super Ierusalem. ‖ *Adhuc* 17
clama, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc
[22] *affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Do-*
minus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. ‖ *Et leuaui ocu-* 18
los meos, & vidi, & ecce [23] *quatuor cornua.* ‖ *Et dixi* 19
ad Angelum, qui loquebatur in me. Quid sunt hæc? Et di-
xit ad me: hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, &
Israel, & Ierusalem. ‖ *Et ostendit mihi Dominus quatuor* 20
[24] *fabros.* ‖ *Et dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait, di-* 21
cens: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam per sin-
gulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & vene-
runt isti deterrere ea, vt deiiciant cornua Gentium, quæ
leuauerunt cornu super terram Iuda, vt dispergerent eam.

ARGVMENTVM.

HORTATVR Iudæos è captiuitate liberos, vt Deum colant, ne incipiant sustinere filii, quod olim sustinuere parentes; declarat calamitosum statum captiuitatis, & pollicetur summam pacem ad ædificandum vrbem, & templum.

COMMENTARIVS.

1 IN *mense octauo*] Primis his verbis libri proœmium continetur, quod epigraphis loco sit. In quo auctoris libri dignitas explicatur: quo fidem sibi conciliat à tempore, ab officio, à nomine, à generis nobilitate. A tempore quidem, dum ait, in mense octauo; nempe Octobri, qui octauus est a Nisan mense primo anni sacri. Nam de his mensibus loqui Prophetam ostendimus iam super prius caput Haggæi nu. 3. Atque inde compertum fit duobus post Haggæum mensibus cœpisse vaticinari Zachariam: siquidem ille Sextili qui Augustus nobis vocatur, hic octauo, qui October, in secundo anno regni Darii.

Auctoritas Dignitas.

Zacharias prophetat 2. mensibus post Haggæum.

2 *Darii.*] Filii Hydaspis est accipiendum, non Darii Medi, aut cuiuslibet alius, vt probauimus super idem Haggæi caput nu. 1. & 2. sub eodem enim rege Persarum prophetarunt hi duo Prophetæ.

3 *Factum est*] Cum de tempore constet sermonis facti ad Zachariam, de loco nonnihil dubitatur, vbi factum est hoc verbum? Nam Babylone adhuc permanenti Prophetæ factum fuisse non desunt qui existiment: vbi vidit virum stantem inter myrteta, & Iesum, vt torrem erutum de igni Babylonico. Vbi quoque ad Iudæos dicebat, *ô fugite* A *de terra Aquilonis, &c. ô Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis.* At certè non est cur nouam ingrediamur viam, quam nemo hucusque forsitan ingressus est. Siquidem testem habemus Esdram, qui 1. Esdræ 4 v. 24. *Tunc, ait, intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darii regis Persarum* &c. 5 *Prophetauerunt autem Haggæus, & Zacharias ad Iudæos, qui erant in Iudæa. Tunc surrexerunt Zorobabel, & Iosue, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis Prophetæ Dei adiuuantes eos.* Deinde Haggæus cœperat ad opus vrgere Zorobabel, & Iosue, duobus mensibus ante Zachariam. Iam ergo Iudæi cum duce, & Pontifice Babylone redierant. Nihilominus, quia multi adhuc Babylone remanserant, ad eos etiam suum sermonem ex Iudæa Propheta conuertebat, vt consolaretur & ad eorum reditum hortaretur.

Zacharia in Iudæa prophetat non Babylone.

B 4 *Zachariam.*] Auctorem libri demonstrat ex nomine suo, patris, & aui, ne vlla sit errandi occasio, & vnum pro altero accipiamus eiusdem nomenclaturæ. Nam hac nominis ductus notatione Chrysostomus Homil. 1. in Lucam de Natiuitate Ioannis Baptistæ, Vatablus, Montanus, & nonnulli alii recentiores arbitrati sunt hunc illum esse, de quo dixit Christus Matth. 23. 35. *vt veniat super vos omnis sanguis iustus, à sanguine Abel vs-*

Auctoris nomen.

Chrysost.

que ad fang. . . in Zachar a fi u Barachia, quem occidis fits inter templum, & altare. Ex Lucæ autem vndecimo constat loqui de Prophetis. Ve ùm licet nomen huic conueniat, non tamen tempus, & locus cædis. Nam de Zacharis loquebatur Christus sua ætate vltimo Propheta occiso: cuiusmo di fuit pater Ioannis, qui Lucæ 1. prophetauit dicens, *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis*; & occisus est ab Scribis, & Pharisæis, vt multorum Patrum testimonio probamus in nostra historia Deiparæ capit. tt. noster vero Propheta moltis annis ante Christum sub Dario vixit; nec occisus deperiit. Siquidem Epiphan. in lib. de vita, & obitu Prophetarum, in Zacharia, & Isidorus in libr. de eadem re cap. 51. referunt eum senem obiisse, & cum Haggæo simul humatum. Nec vlla fuit occasio post reditum è Babylone illum occidendi, cum omnes lætitia summa, & in Deum pietas occupabat.

Zacharias noster non occisus. Epiphan. Isidorus.

5 *Filii Addo*] Fuit igitur Zacharias filius Barachiæ, & nepos Addo. Quod autem 1. Esdræ 5. dicitur filius Addo, illis verbis. *Prophetauerunt autem Aggæus Propheta, & Zacharias filius Addo.* ita est accipiendum vt filius pro nepos intelligatur. Idcirco autem vterque nominatur, quod illustres essent viri, quorum nobilitate filius illustratur; vel quod, vt placet Hebræis, Prophetæ & ipsi fuissent; quod magnam conciliat fidem Zachariæ. Existimat autem Hieronymus, & qui eum sequuntur Haymo, Remigius, Albertus Hugo, & Dionysius, hunc esse illum Prophetam, qui scripsit gesta Roboam, vt scribitur lib. 2. Paralip. 22, 15. *Opera autem Roboam prima, & nouissima, scripta sunt in libro Semeia, & Addo videntis.* & qui missus dicitur ad Ieroboam 3 Reg. 13. Quod si verum est, non potuit certè Addo esse auus Zachariæ, qui ante quadringentos annos prophetauerat: plures enim fluxerant à tempore Roboam vsque ad captiuitatem. Est ergo diuersus habendus, qui tempore vixit captiuitatis, propter nobilitatem generis, aut propter munus prophetandi omnibus notus.

Zacharias. Addo nepos.

6 *Prophetam.*] Verum profectò, qui non à se cõficta, sed a Deo ei reuelata denunciet. Siquidem *factum est ad eum verbum Domini.* Vnde & singulis suis dictis subiicit, *Dixit Dominus exercituum:* quo teste, & auctore, & fidem summam conciliat, & timorem intentat non recipientibus suas Prophetias: & excitat spem fore, vt omnia præstet Deus, quæ promittit. Hactenus procœmium.

Fidem conciliat.

7 *Iratus.*] Exorditur tractatum, in quo tria præstat: Nam primum miserum captiuitatis statum coram proponit, in quo iacuerant, quo magis ex animo ad Deum conuerterentur. Deinde consolatur spe felicitatis habendæ, vrbe ædificata, roborataque tum Zorobabel, & Iesum; tum populum, ad vrbis, templique ædificationem, & tandem statum illustrem publicæ, quem habitura esset vsque ad Christum prophetando depingit.

Tria præstat Zacharias.

8 *Et Propheta*] Hieronymus, Albertus, Hugo, Lyra. & Dionysius de pseudoprophetis hæc intelligunt: quasi obiiciat Deus Iudæis, vbinam sunt patres vestri, & Prophetæ illi, qui pacem vobis pollicebantur, contra minas meorum Prophetarum, nonne omnes perierunt, & inciderũt in mala, quæ auertere conabantur? maximè, & vos quidem: estes ellis, iuxta illud Ierem. 27. 14. *Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis: non seruietis regi Babylonis, quia mendacium ipsi loquuntur vobis, vt eiiciant vos, & pereatis, tam vos. quàm Prophetæ qui vaticinantur vobis.* Sed Theodoretus, Vatablus, Isidorus, & Montanus exponunt verius de Prophetis veris: Patres, inquit, vestri interierunt, & ipsi Prophetæ quoque, qui eos admonebant, non enim erant in æternum victuri. Et tamen supplicia quæ illi minabantur comprehenderunt eos; quia ego sum æternus, qui illa inflig o; & iden pressi calamitatibus conuersi sunt ad me: & vos igitur similiter facite. Isidorus per *Prophetas* vult accipi *Prophetias.* Patres, inquit, vestri mortui sunt; at Prophetiæ, & comminationes seruorum meorum Prophetarum annõ manent in æternum, vosque comprehendent remanent certè. Vel vt alii: Numquid oportebit vobis semper adesse Prophetas, vt reducamini? aut num semper habebitis ad manum Prophetas, qui vos admoneant? minime quidem; ideoq; consulite vobis, cum videatis prædicta à prioribus Prophetis, euenisse iam.

1. Sensus de pseudo prophetis.

2. Sensus de veris Prophetis verius.

3. Sensus.

Verba mea] Cum dicat, patres verbis, & legitimis comprehensos, conuersos fuisse; notat certè Propheta, per *verba Dei* intelligi comminationes diuinas, quas iussit Deus populo intentare; & per *legitima*, seu *statuta*, pœnas in lege statutas, contra eius transgressores. Sic fere Albertus, Hugo, & Dionysius Isidorus, & Montanus. Nam vtrumque supplicium patres illorum comprehendere: Quidni verò comprehenderent cum à Deo sit comminatum, siue in lege, siue per Prophetas? non ergo per *verba* intelligit promissiones, vt vult Vatablus. 9

Supplicio à Deo statuto reducti Hebræi.

Et conuersi sunt] Pressi calamitatibus Babylonicæ captiuitatis resipuerunt, & per veram pœnitentiam ad cor, & Deum redierunt; vt volunt Hieronymus, Lyra & Vatablus, quia *vexatio dat intellectum.* Vel certè secundum eundem Vatabl. Montanum, & Isidorum; Babylone pressi calamitatibus ad mentem reuersi, coacti sunt fateri se iure punitos. Vt illi apud Sapientiam cap. 5 *dicentes, intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperii: ergo errauimus à via veritatis.* & qui in inferno sero resipiunt. Hunc autem esse veriorem sensum, docent illa verba, quæ præcesserunt: *Ne sitis, sicut patres vestri, ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes. hæc dicit Dominus exercituum: conuertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me.* Videlicet opportunè; sed tunc tandem, cum malis sunt oppressi. Vos igitur opportune vestram salutem curate. 10

Vexati ad bonam frugem reducti.

In die vigesima quarta.] In eodem anno secundo Darii, in mense vndecimo Ianuario, quarto à prima prophetia mense, in die mensis vigesima quarta, factum est verbum ad Zachariam, quod declarat ei per visum Dei miserationem in liberãdo populo, & significatum eius ostẽdit. & hoc est; *factum est verbum Domini ad Zachariam*; nam Dominus locutus est Zachariæ per visum: siquidem & factis loquitur Deus, & verbis. 11

Verbis, & factis loquitur Deus.

Vidi per noctem.] Noctis tempore, quod propter tranquillitatem aptius est reuelationibus, visa est Zachariæ hæc imago in somnis putant Albertus, & Dionysius. Montanus verò in vigilia, 12

quia

A quia vid t per noctem: & quidem externum visum oon fuit, quod luce externa indigeret illuminari; sed imaginarium, quod in noctis tranquillitate viuidius exprimitur. Per tempus autem nocturnum significari volui: Deus calamitatem, in qua adhuc iacebat populus; quam statim erat conseeutura dies vrbis, templique eattuctionis; vt intelligunt Hieronymus, Haymo, & alii. nam & tempus ad rem significatam pertinet; sicut & locus. & in noctis calamitate melius visa Dei videntur, & percipiuntur.

Noa capt. uitatis tempus nota.

13 *Vir ascendens.*] Hoc est visum; vir insidēs equo rufo, nempe Archangelus Michael Dei populi custos, & tutor, ac princeps; vt dicitur Danieli ca. 10. 21. vt est communis intelligentia tum Hebræ-

Michael Archangelus.

B orum, quam nostrorum interpretum, vt Hieronymi, & Theodoreti, ac cætrrorum. nam ex verbis subiectis. *Et responderunt Angelo Domini, qui erat inter myrteta.* Angelum esse constat, & tutorē populi, qui precatur dicens. *Domine exercituum vsque quo non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es?*

Equo ruso insidebat: qui instar equitis insidētis equo concitato, & celeri, paratus erat ad obeundum munus sibi iniunctum, tuendi populum ab hostibus, nam rufus color vltionem, seu furorem notat, qui sanguinarius est, vt notat Theodoretus; Hebraicè *adom*; a Chaldæo Paraphraste, & Arabibus dicitur *Summach*; à planta, à medicis

Rufus color sanguinarium notat.

C dicta *rhus*, ab Hispanis *zumaque*; estque in equis color dictus *alaz an tostado*, nempe sanguineus, significans vltionem de hostibus sumendam celeriter; vt in fine capitis significatur, & ca. 6 & Apoc. 6. Atque ita intelligunt ioterpretes. Vult ergo Deus in suum populum misericors, gestu etiam ipso consolari eum, & ostendere curam, quam adhibet in vltione de eius hostibus sumenda,

14 *Inter myrteta.*] Locum describit, in quo Angelus equo insidens, considebat, nempe in Babylone; quæ in demisso loco, & aquis fossatum ea Euphrate deductarum, irrigua erat: vt intelligunt Chaldæus, Vatabl. & Montan. & alij recentiores. & propterea hinc inde myrtis referta, quæ locis demissis gaudent, & aquosis, iuxta illud Virgilij 4. Georg.

Locus designatus Babylonis.

D ——— *& amantes littora myrtos.*

Virgil.

Et licet Lyra per has arbores significari velit summam exultationem capiendam de vrbis, templique reædificatione, & ea valle, in qua consitæ erant, augendam. Communior tamen intelligentia est Hieronymi, Haymonis, Remigij, Alberti, Hugonis, Dionysij, Vatabli, & aliorum, per myrteta significari Iudæos, iustos propter legem, & pulchros ob religionem; qui summo timore ex captiuitate concepto, se numquam caput elaturos putabant: atq; ita pressi calamitatibus in profundo aquarum detecti silebant: myrtus enim pulcherrima arbor, & odorifera est. Isaiæ 41. 19. inter

Myrti Iudæi.

Myrtus odorifera.

E eiusmodi arbores ponitur. *Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ*, & propterea Esther capit. 2. dicitur *hadasah*, myrtea, seu myrtina: nam de Mardochæo dicitur, qui fuit nutritius filiæ fratris sui Edissæ. Dum ergo essent in limo profundè infixi, & in profundis aquarum constituti, quibus augentur, & virescunt arbores pulchræ, & odoriferæ iustiorũ in medio stabat Angelus Domini equo rufo insidens, cito liberandos

Esther myrtina.

Spes salutis præsignata.

A suo gestu significans. Nulla est enim tam profunda calamitas, in cuius medio non reluceat aliquid spei, de certa per Deum ex ipsa ereptione.

Et post eum.] Per equos intelligit equites equis insidentes, nam statim dicitur. *Isti sunt, quos misit Dominus.* Diuersus autem equorum color diuersa equitum ministeria, & mādata eelenter exequenda significat, vt notant Theodoretus, R. Salomon, Dionys. & Vatabl. Sed cum omnibus idem sit impositum mandatum circumlustrandi terram; diuersitas colorum diuersitatem morum, & affectuum in Iudæos, gentium, ad quas mittebantur, significabit, & quibus ipsi præerant: vt illi Angeli, 15

Colorum diuersitas morum diuersitatem notat.

B Danielis 10. qui Persis præerant, & Græcis. Sic Hieronymus ex Hebræorum quoq; sententia Haymo, Remig. Albert. Hugo, & Dionysius. Et color quidem *albus* lætitiam indicat, & prosperitatem, vt Ecclesiastes 9. 8. *Sint candida vestimenta tua.* & Apoc. 6. 2. *Ecce equus albus, & qui sedebat super illum, exiuit vincens, vt vinceret. Rufus* sanguinarium, & tristem, & vltorem. *Varius* autem statum Gentiū lætum, ac tristem, beneuolum, & inuisum. & vicissitudine implexum. Hebraicè dicitur שרוקים *seru-kim, sericum*, seu *sericeum colorem* notat *fuluum* videlicet. *quo sericum antequam fuco alio inficiatur, conspicitur*; vt Montano videtur. Est autem lanæ preciosissimę genus, ex arborum frondibus, aut ex herbis potius depexum: à sono vox dicta, quem edit, dum contrectatur, aut discinditur: nam שרק *sarak*

Color albus prosperitatis index.

Rufus color tristia.

Varius va... rum affe... ctū notat.

Sericeus color.

C est *sibilare*: spadiceum colorem quidam vertunt, nempe rubeum splendidum, qui Hispanicè *vayo* vocatur. Sed Septuaginta cum Vulgato, & recentiores interpretes, *varios* hic transtulerunt, *maculatos, manchados*. Et quidem Hieronymus ex Hebræorum sententia, Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, tres monarchias putāt per hos equos significari: per *albos* Persas, & Medos, sub quibus soluta captiuitas, & tēplum instauratum: per *varios* Macedones; inter quos quidam beneuoli, quidam infensi fuere Iudæis: per *Rufos* Romanos; qui cruenti fuere, & sanguinarij. Verùm quia scopus visionis est pacatos reddere Iudæos, & eorum timorem excutere, quo metuebant vrbem suam, templumque ædificare; oportet vt vi-

Tres monarchiæ significatæ.

D sio equitum in eum tendat vniuersa. Atque ita nihil aliud significat, quam diuersitatem Angelorũ circumeuntium regiones gentium, quas sibi infensas prius experti erant Iudæi, à moribus earum colorem equorum exprimentium. Nam Angeli Assyriorum, & Chaldæorum, qui populo crudeles fuerunt, insidebant equis rufis: at Angeli Persarum, & Medorum, albis, & variis, quia tales extitere illæ gentes Iudæis. Hi igitur prouincias sibi creditas Dei iussu perlustrarunt, & viderunt nihil timoris ex illis concipiendum, Deo auctore. Itaque statum præsentem significat visio: nempe Angelos ex perlustratione redeuntes.

Angeli gentibus præfecti, populo male, aut bene affecti.

E *Angelus.*] Vtrum idem sit Angelus, qui stabat inter myrteta, & qui respondit Zachariæ, & in eo loquebatur; decertant interpretes? Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, diuersum esse putant. Nā qui stabat inter myrtos, & Dominum orabat, custos populi erat Michaël: at qui loquebatur Zachariæ; & fecit vt Michaël ostenderet quinam illi equites essent, erat Angelus Prophetæ custos. Verùm Theo- 16

doctus, Vatab & Mont. cum Hebræorum doctoribus, eum putant esse Michaëlem, qui cum esset populi custos, Prophetæ suggerebat, quæ in populi forent vtilitatem. Et probatur quia cum Zacharias interrogaret, qui illi essent? respondit Angelus, qui in eo loquebatur. *Ego ostendam tibi* vel videre te faciam *quid sint hæc*. & subiicit: *& respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: isti sunt, quos misit Dominus, vt perambulent terram. Et responderunt Angelo Domini qui stabat inter myrteta*. &c. Itaque idem Angelus Zachariæ instructor, promisit se ostensurum visionem, & ipse ostendit, implens suam promissionem, & idem erat vir, seu Angelus existens inter myrteta. Quia enim volebat hoc viso consolari populum, & tranquillum reddere à timore, quo premebatur, ille ipse id ostendit, & declarauit Zachariæ. Nam per hominem homines volebat instruere sibi creditos.

17 *Perambulauimus.*] Iam visio Angelorum detegitur: & in explicatione non parua lis est. Hieronymus, Haymo, Remigius, Hugo, & Dionysius existimant Angelos regnorum iussos mediis suis regnis finitimas gentes debellare, & subiicere: & munere suo ritè obito redisse ad Michaëlem, vt rationem redderent de subiectione facta, & pace: quo permotus est Michael ad precandam pacē Iudæis. Et quidem in hoc rectè loquuntur, quod nō in futurum completionem relinquunt, in regno Alexandri Magni, & successorum eius, vt Montano videtur. Visio enim ad præsentem spectat statum. Vt enim intelligit Isidorus ex M visio equorum illorum sub myrtis consistentium, pacem significat, pristinamque ablatam formidinem, qua Iudæi semper tremebant, quoties equos, & equites videbant, multiplici hostium malo castigati; vt etiam formidarent inchoare ædificium templi, ne crabrones iterum irritarent, vt constat irritasse ex Esdra. Ostensa est igitur visio, & audita vox, quod vniuersa terra pacata sederet, & nullus amplius metus habendus; & Dei adiutorio vrbem fore instaurandam, & templum inchoandum, & absoluendum feliciter, nemine obsistente. Ostensi sunt igitur Angeli dati Michaeli in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, missi ad finitimas gentes. Assyrios, Medos, & Persas, inter quas dispersi fuerant Iudæi, vt viderent vtrū iam pacato animo essent in Iudæos, vel potius vtrum ipsæ gentes pace fruerentur, qua Iudæi carebant; & visi sunt redeuntes, vna voce respondētes, pacata esse omnia, & quieta. Atque hinc sumpta occasione rogat Michael Deum, vt, siquidem gentes omnes pacatè agunt, ne permittat suum populum adhuc in afflictione, ac timore esse; sed eos omnes reducat, & bono animo esse iubeat, vt possint vrbem, templumque instaurare. Cum alii loquit, in pace degant, cur tu differs misereri Ierusalem? sic Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, de optata populo pace, ex collatione cum gentibus explicant.

18 *Iste iam septuagesimus.*] Quoniam de completione annorum septuaginta tam celebrium magna fuit inter expositores dissensio, variaq; sententia: varia etiam secundum ipsam est horum verborū expositio. Nam qui septuaginta annos finitos putant primo Cyri anno; dictum Angeli Michaelis anno hoc secundo Darii, vel interrogantes efferunt. Iste iam septuagesimus ille annus iam diu transactus, multumque optatus: cum nondum potiamur promissa libertate, ac pace? Vel certè affirmanter, vt Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, iste iam septuagesimus annus est diu transactus; vel cum iam sit transactus annus ille septuagesimus ab Ieremia promissus. Alii qui arbitrati sunt illos annos absolutos anno Hydaspis secundo, in quo loquitur Michael; affirmanter, & de præsenti accipiunt: Iste iam est annus septuagesimus desolationis, in quo promisisti vrbem, templumque instaurandum: miserere igitur Ierusalem, & vrbium Iuda: & absoluta captiuitate, redeant omnia in optatam pacem, & reædificēt vrbem, & templum. At qui existimarunt duplicem inueniri septuagesimum annum: alterum captiuitatis, comprehendentem Chaldæorum vniuersam Monarchiam, à primo anno Nabuchodonosoris, vsque ad primum Cyri, ab Ieremia prædictum: alterum desolationis vrbis, & templi ab decimonono anno Nabuchodonosoris vsque ad 2. Darii Hydaspis, de quo loquitur Zacharias; quam sententiam nos amplexi fuimus super caput Ierem. 25. hoc verbū Angeli, de completione vera anni septuagenarii Zachariæ exponunt. Itaque Ieremias ca. vigesimoquinto, & 29. locutus est de septuaginta annis, quibus durauit monarchia Chaldæorum, & captiuitas Iudæorum, quæ cœpit anno primo Nabuchodonosoris, & quarto Ioakim regis Iuda; & finita est in anno Cyri primo, & tertio Balthasaris. Atque de hoc non licet dubitare, cum 2. Paralipomenon 2. 20. & 1. Esdræ 1. dicatur. *In anno primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per Scripturam dicens. Hæc dixit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem*, &c. Tum Daniel cap. nono. *In anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum qui imperauit super regnum Chaldæorum. Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni.* Erat autem Darius Cyri auunculus, quicum imperium accepit Chaldæorum. Zacharias autem, cum inducat Angelum in anno secundo Darii filii Hydaspis, asserentem, *iste iam septuagesimus annus est*; profectò de altero septuagesimo anno loquitur, qui finem habuit in secundo Darii filii Hydaspis.

Verba bona.] Quamuis expositores his verbis bonis, & consolatoriis diuersa velint significari: at certè verba bona, eadem sunt, & cōsolatoria, quæ mox subiicit Angelus Zachariæ; non. n. bona verba dat Deus, quæ non efficiant, & præstent quod dicūt. Sunt autem hæc, quæ voce contenta iubetur, vt lætum nunciū, populo denunciare. *Zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno; & ira magna ego irascor super gentes opulentas.* & quidem licet *zelum* hic quidam accipiant pro *ira*, seu vltione. Vel ad hunc sensum; hactenus valde iratus sum Ierusalem, & Sioni propter sua peccata, sed nunc contra gentes conuertam iram meam; vt exponunt 19

Haymo,

Michael u[...]

[...]sio ad præsentem [...] statum spe[...]

[...]ax signa[...] pulsa formidine.

Ceteris gentibus pacatis pax Iudæis promissa.

Sensus ex varia septuagesimi anni acceptione.

Duplex annus septuagesimus.

Captiuitas 70 annorū. Desolatio 70. annorū.

Ieremias de captiuitatis annis locutus.

Zacharias de templi desolatione.

Verba bona sunt consolatoria.

Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, & Dionys. Vel secundum Hieronym. Theodoretum, & Montanum. Magna irascar pro Ierusalem, vel vlciscar Ierusalem, & Sion, vltione magna de Babylonijs. Verius tamen accipiunt Lyra, Vatab. & Tigur. pro amore, quo quis prosequitur rē amatam, nolens vllum habere eius participem. Atque hæc sunt verba bona; persuadere populo, Deum ex summo amore ipsum castigasse, non ex odio, ac proinde excandescere in Chaldæos, qui vltra Dei iussa desæuierunt in illum. vt Isaiæ 47. 6. dicit Deus: *iratus sum super populum meum, contaminaui hereditatem meam, & tradidi eos in manu tua, non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde, & dixisti, in sempiternum ero domina.* Chaldæos autem vocat gentes opulentas, שַׁאֲנַנִּים *saananim, quietas, & tranquille agentes, & nihil sibi timentes aduersi.* quod ex opibus multis sibi diuites pollicentur. Quamuis ergo Chaldæi nihil sibi timerent, me tamen habent vltorem, qui vlciscar vos de illis. Hæc sunt verba bona.

20 *Reuertar.*] Hæc sunt verba consolatoria; quæ compleuit Deus sub Zorobabele, & Nehemia in vrbis, templique instauratione, vt Hieronymus, Theodoretus, Haymo, & omnes exponunt. quod autem dicit in misericordijs, Hebraicè dicitur בְּרַחֲמִים *Berahamim, in miserationibus ex visceribus paternis manantibus*; & huius amoris Dei immensi tas declaratur numero multitudinis: vnde Gen. 43. 29. dixit Vulgatus: *commota sunt viscera eius super fratre suo.* & Prou. 12. 10. *Viscera autem impiorum crudelia*, quia dum corpori indulgent, in seipsos deseuiunt, vt videas qualibus visceribus excipiat Deus filios suos afflictos, in quibus visitauit nos Oriens ex alto, & quæ expetebant qui Isaiæ 63. 15. dicebant, *Vbi est multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum?*

21 *Et perpendiculum.*] Hebraicè קָו *Kau*, quod nomen funiculum significat, quo mensores, lignarij, & latomi vtuntur, & cæmentarij in ordine redigunt lapides murorum, ne quis promineat, *regulam aut lineam* legunt Chaldæus, & Vatab. *mensuram* transfert Vulgatus Isa. 28. 17. & hac periphrasi pollicetur extruendam vrbem, nemine impediente, ad regulam, vel lineam; *accordel.* Vulgatus hic vertit *perpendiculum*, vt & Pagninus; *la plomada*. aut autem Vitruuius lib. 7. longitudines ad regulam, & lineam, altitudines ad perpendiculū; anguli ad normam respondentes exigantur. & quia hoc genus instrumenti deseruit & extruentibus, vt Isa. 44. 13. *artifex lignarius extendit normam.* & destruentibus, cum nihil superemineere volunt, vt Isa. 34. 11. *Extendam super eam mensuram, vt redigatur ad nihilum.* & 4. Reg. 21. 13. *& extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & de[l]ebo Ierusalem.* Hoc loco, ædificandos muros Ierusalem, & vrbis pa[r]ietes exæquandos profitetur.

22 *Affluent.*] Hæc promissa de felici statu sub Zorobabele, & Nehemia, templo, vrbeque constructa, Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius cum ceteris intelligunt: quamuis Hieronym. Lyra, Vatab. & Montanus ad tempora Machabæorum, & melius ad tempora Christi omnino referant implenda. Pro affluent est verbum Hebræum תְּפוּצֶנָה *Tephutsenah*, quod est, *redundabunt ciuitates meæ præ bono.* vel secundum Pagnin. & Vatab. *diffundent se, vel dilatabunt se* è *præ abundantia bonorum.* Aut *adhuc segregabuntur, vel dispergentur ciuitates meæ præ felicitate*: quasi dicat. Tanta erit abundantia boni, & pacis, vt non cogantur, vt olim præ metu, sese intra muros vrbium continere, sed poterunt sese dilatare, & vbique habitare.

23 *Quatuor cornua.*] Eamdem securitatem, & tranquillitatem promittit hæc visio Iudæis, ne formidarent gentes vicinas impeditricis ædificiorum. Nam ostendit Zachariæ Angelus quatuor cornua, nempe fortitudinem, & potentiam, sumpta metaphora à Rhinocerote, vel ab irato boue obuia quæque ferire, illuc dispergere: gentium, quæ è quatuor plagis infestæ erant Iudæis, & eos impediebant, ne ædificium prosequerentur; à Meridie erant Idumæi, & Ægyptij: à Septentrione Assyrij, & Chaldæi, ab Oriente Ammonitæ, & Moabitæ: ab Occidente Palæstini. Sic intelligunt Theodoretus, R. Salomon, & Isidorus. Quia igitur ad statum præsentem spectat hæc visio, non est intelligenda de quatuor Monarchijs sibi inuicem succedentibus; cum in patrocinium Iudæorum nullus faber venerit contra Romanos.

24 *Fabros*] Quatuor fabros ostendit Angelus Prophetæ, qui mittuntur in patrocinium populi contra gentes prædictas. & sunt quatuor Angeli prouinciarum, Iudæorum custodes, qui Iudæos sibi commissos liberant, & hostes ventilant, vel metu formidine, vel exagitando ipsos, [illegible] deuorent. Sic Hieronymus, Cyrillus, & Theodoretus, Haymo, Remigius, cum ceteris. Sed quia ratione instituti venerunt fabri non dicitur, quia nomen חָרָשׁ *haras fabrum* absolute, vt Latinum, significat. fabros lignarios, aut cæmentarios, vel lathomos explicant Tigur. & Montanus. At Hieron. & M. ædificatores, qui vnum opus destruentes, construant alterum. Sed quia Angelus dicit fabros missos ad cornua deterrenda, & confringenda; magis ad rem videtur intelligere fabros ferrarios, qui missi sunt, vt deijcerent cornua, videlicet ferrea ferentes suis instrumentis, quæ Iudam ventilauerunt: iuxta illud 3 Reg. 22. 11. *Fecit quoque sibi Sedecias cornua ferrea*; de quibus subditur, *his ventilabis Syriam.* Si ergo cornua erant ferrea, ferrarijs fabris erant conterenda a talibus ferrarijs [illegible] sic contriti possint Iudæi [illegible] opus vrbis, & templi [illegible] promouere.

Porro his omnibus significatur structio spiritualis Ierusalem, quæ est Ecclesia, & regni Christi. Nam vir insidens equo rufo est Christus in humana natura, in hoc mundo apparens inter iustos. Qui eum sequuntur Apostoli sunt: fabri cornua conterentes doctores sunt, in verbo potentes, contra iniquos opus spirituale impedientes.

ZACHARIÆ PROPHETÆ

Paraphrasis.

[1] Leuaui rursus oculos meos, & [2] vidi virum ferentem in manu sua funiculum mensorium ad demetiendum locum, vt ipso vultu indicabat. Cui ego, quò te confers, dixi, & ille, [3] vt metiar spatium vrbis Ierusalem; quotque cubitos habitura sit in latum, & quot in longum. Hæc dum mihi referebat Angelus ille, qui sub specie viri mihi apparuerat, Michael nomine, attendens alium Angelum sibi obuiam prodeuntem è conspectu Domini, sedulò à me egressus occurrit ei, vt quid vellet, intelligeret. Cui ille, curre, ait, & loquere [4] iuueni huic Zachariæ in hæc verba. Tu ô Propheta, quia videbas me cum funiculo mensorio, cogitabas de angusta ciuitate Ierusalem construenda. At ego polliceor tibi [5] adeo amplam illam futuram, & hominibus refertam, vt intra muros continere eos non possit, & ne timeas hostibus patere, Dominus ipse erit pro [5] muro igneo, qui nequeat transiri: [6] & gloriam suam, vt olim super Arca, ostendet in medio eius. Idcirco ad Iudæos conuerte sermonem, ac dic: [7] O vos omnes, qui remansistis in terra Aquilonari, per omnes eius plagas dispersi, ad perfugium venite, & vos Ierosolymitæ qui adhuc Babylone moramini, eruite vos, & redite Ierusalem in patriam vestram. Quia sic promittit Dominus exercituum, [8] Postquam cultum suum in media Ierusalem instaurauerit, templo ædificato, missurum me contra gentes finitimas, quas timetis, quæ spoliauerunt vos, terras vestras, & bona, vt vos de illis vlciscatur, vt merentur: nam adeo vos vnicè diligit, vt perinde sit vos tangere, & affligere, ac si noceat pupillæ [9] oculi eius. Sic enim [10] oppressurus est gentes illas, vt quæ prius vobis se putabant dominari, in prædam abeant vobis, & posteris vestris Machabæis, qui solebatis illis aliquando seruire. quod cùm videatis impleri, cognoscetis Dei fuisse promissiones, quas nunciaui vobis. [11] Gaude igitur, & age summas Deo gratias ciuitas Ierusalem, quia redibit Dominus in gratiam tuam, & habitabit in medio tui, vt antequam captiui duceretis; in templo, & multi ex gentibus accedent ad cultum verum illius, & omnes eritis illi populus, & ille morabitur in templo exædificato. Et tunc quoque probabis certum, id quod tibi promitto. Tunc possidebit Dominus Iudam [12] partem suam in terra sanctificata Iudææ, & adhuc eliget sibi ad cultum suum in ea constituendum, vt prius, Ierusalem. Pro tam insigni beneficio omnis homo [13] conticescat præ timore, & reuerentia coram tam liberali benefactore, & vltore, qui consurrexit de cœlo habitaculo sancto suo, vt populum suum reuocaret ac contra suos hostes tueretur.

Cap. II.

| [1] *Et leuaui oculos meos, & vidi: &* [2] *ecce vir, &* 1
in manu eius funiculus mensorum. | *Et dixi:* 2
Quo tu vadis: & dixit ad me: [3] *vt metiar Ierusalem,*
& videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitu-
do eius. | *Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egre-* 3
diebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius.
| *Et dixit ad eum: Curre, loquere* [4] *ad puerum* 4
istum, dicens: [5] *Absque muro habitabitur Ierusa-*
lem, præ multitudine hominum, & iumentorum in
medio eius: | *Et ego ero ei, ait Dominus,* [5] *murus* 5
ignis in circuitu: [6] *& in gloria ero in medio eius.* | [7] *O,* 6
ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus; quoniam in
quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus. | *O* 7
Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis: | *Quia hæc* 8
dicit Dominus exercituum: [8] *Post gloriam misit me ad*
gentes, quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos,
tangit pupillam [9] *oculi mei.* | *Quia ecce* [10] *ego leuo ma-* 9
num meam super eos, & erunt prædæ his, qui seruiebant
sibi; & cognoscetis, quia Dominus exercituum misit me.
| [11] *Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, &* 10
habitabo in medio tui ait Dominus. | *Et applicabuntur* 11
gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in
populum, & habitabo in medio tui: & scies, quia Domi-
nus exercituum misit me ad te. | *Et possidebit Domi-* 12
nus Iudam [12] *partem suam in terra sanctificata: & eli-*
get adhuc Ierusalem | [13] *Sileat omnis caro à facie Do-* 13
mini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

ARGVMENTVM.

SEcuros iterum reddit Iudæos, qui timebant propter vicinas gentes redire è captiuitate: pollicetur instaurandam vrbem Ierusalem, & ciuibus complendam, & templum ædificandum, in quo Deus sit habitaturus vt prius, & gentes impedientes compressurus: quo remanentes in Chaldæa inuitat ad reditum, depulso timore.

COMMENTARIVS.

Cõsolatur populum.

ET *leuaui.*] Eadem nocte, & ad verba illa consolatoria pertinentia hæc visa fuisse Prophetæ, arbitrantur Theodoretus, & Hugo; vt scilicet confidenter bonas promissiones exciperet, & vt populus his sermonibus exactam fidem haberet, audiendo, non modo verba supradicta, sed res etiam ipsas præformatas videndo, nam & verbis, & signis, quid fieri velit manifestat.

Ecce vir.] Tres Angelos hic distinguunt Hieronymus, Theodoretus, Haymo cum ceteris interpretibus: vnus agit vicem metatoris vrbis: nempe ille, qui stabat inter myrtetа, quem diximus esse Michaëlem: alter est Angelus Zachariæ: tertius est, qui egressus à Domino locuturus Michaëli, quem existimant esse Gabrielem. V[illegible] 2

cap. primo, cœpimus dicere, eundem esse metatorem Angelũ, & qui loquebatur Zachariæ, nempe Michaelem. Nam ille ipse, qui respondit Zachariæ quærenti quo pergeret? loquebatur in Zacharia; & nihil aliud loquebatur quam quod responderat, *vt metiar Ierusalem*: & ipse egressus obuium habuit alterum Angelum. Michael ergo rerum Iudaicarum curator strenuus erat, qui reipsa exequi visus est promissa in præcedenti capite.

De Ierusalem terrena ad fiendum.

3 *Vt metiar.*] Nullus est interpretum, qui non exponat hunc Angelum sub specie viri cum funiculo mensorum, formam præferre metatoris accedentis ad aream, in qua construenda erat terrestris Ierusalem, ad consolationem Iudæorum, qui in captiuitate fuerant. Volebat enim Angelus Michael certum reddere Prophetam, & per ipsum populum, completionis illius promissi in primo capite traditi; *perpendiculum extendetur super Ierusalem, adhuc affluent ciuitates meæ bonis.* & ita veniebat cum funiculo, vt metiretur in area longitudinem, & latitudinem vrbis construendæ. de Ierusalem ergo terrena, vt dixi, omnes explicant, tam veteres, Hieronymus, Theodoretus, Haymo; quàm posteriores, qui eos secuti sunt.

4 *Ad puerum.*] Angelus absque dubio superioris ordinis visus est egredi è conspectu Dei, qui Angelum Michaelem doceret, quæ suggesturus esset Zachariæ, quem נער *nahhar puerum* vocat; vel officio, quia Dei minister, quomodo Isa. 43. 10. Christus vocatur *puer*, seu *seruus*. *Ecce ego, & puer meus, quem elegi* & Apostoli Isaiæ 8. 18. *Ecce ego, & pueri mei*; aut minister Angelorum. Vel puerum natura, respectu Angelorum, quorum homines pueri sunt; vt aiunt Hieronymus, Albertus, & Dionysius. Vel potius ætate, vt accipiunt Vatabl. & Montanus erat enim adolescentulus, vt vertunt Septuaginta. Ad Zachariam ergo, vti Ieremiam, adolescentulum accurrere videtur Michael: quasi correcturus quod prius dixerat, se aduenisse ad demetiendum spacium vrbi cõstruendæ requisitum; tam quoad longitudinem, quàm quoad latitudinem. Nõ enim Ierusalem est funiculo definienda; imo sine muris ædificanda est, & vndiquaque dilatanda.

Zacharias adolescentulus.

5. *Absque muro*] Graue dubium est, vtrum Angelus hæc verba protulerit de Ierusalem materiali, an de spirituali, quæ est Ecclesia? Cyrillus, Theodoretus, Hugo, & Dionysius, cum Hebræis de materiali Ierusalem hæc intelligunt dicta; quasi corrigendi gratia subiecta. curre, ait Angelus, ô Michael, & expone Zachariæ, ne cum te vidit vti metatorem, putet angusto in spacio construendam, & continendam Ierusalem; existimet potius, spacium coæquandum multitudini habitãtium: & quia tanta futura est ciuium copia, vt intra muros continere se non possint: extra muros etiam suas sedes extensuros, in villas, & vicos: adeò vt verè dici possit, nullis muris sepiri Ierusalem. Hũc sensum verum ostendit nomen פרזות *Perazoth*, quod proprie significat *oppida*, aut *villas non muratas*, vt per circuitum exponitur Deuterony n. 3. 5. *Parazim, absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros.* Vnde hic vertitur, *vicatim habitabitur Ierusalem*, vel *quasi villa non murata, quæ sese possunt vndiquaque diffundere*: *vel in villis habitabunt Ierosolymitani.* ad verbum; *Villa habitabitur in Ierusalem.* Supplendum, vt sæpe solet: *sicut villa habitabitur Ierusalem.* quod securitatis indicium est, quam securitatem vult Deus hac similitudine Prophetæ significari, vt rectè notat Dionysius, quo magis consoletur Iudæos. Hac ratione hic sensus excerptus, cum rectè quadret historiæ; nam multitudo redeuntium securè habitabit in Ierusalem, & abundanter, rectè etiam quadrat verbis Angeli. Nihilominus quia illa verba, *absque muris habitabitur Ierusalem*, putant non omnino consonare veritati, si de materiali Ierusalem accipiantur, quæ muris à Nehemia est circumsepta; de spirituali Ierusalem, quæ est Ecclesia Christi, amplissima, & omnibus vndique patens, intelligunt omnes alii expositores, Haymo, Remigius, Albertus; Lyra, Vatablus, Isidorus, & Montanus; & videtur in eorum sententiam Hieronymus propendere. Vnde R. Salomon, absque muris, ait, habitabitur Ierusalem, vt qui voluerit ingredi possit, augebiturque ciuitas de die in diem.

De terrena Ierusalem amplitudine.

De Ecclesiæ Christi amplitudine.

Murus igni.] Obiectioni respondet; nam si vti villæ non munitæ futura est Ierusalem, propter hominum frequentiam, in qua securè habitent: quisnam eam ab hostium incursibus tuebitur, & eius securitatis causa erit? Villarum enim frequẽtia securitatem ciuium præfert. Iudicum 5. 7. *Cessauerunt Parazim in Israel, & quieuerunt donec surgeret Debora*: Ezech. 38. 11. *Ascendam ad terram absque muro, veniam ad quiescentes, habitantesque securè: hi omnes habitant sine muris, vectes, & portæ non sunt eis, vt diripias spolia*, &c. Respondet igitur Dominus se illi futurum murum igneum per circuitum, qui transiri, & transcendi non possit, vt ait Theodoretus, qui hostium impetus frangat & consumat: & ciues recreet, & foueat, vt Hieronymo videtur. & multis aliis: sic dixit Dauid in Ps. 125. 2. *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui.* 6.

6. Obiectioni respondet.

Deus pro muro igneo.

Et in gloria.] לכבוד *lecabod. in*, vel *pro gloria ero in medio eius*: nempe Ierusalem materialis, iuxta supradictos interpretes: quod Theodorus sic explicat. Non modo ei omne robur suppeditabo: sed & illustrem, & admirandam reddam, vt eius gloria per omnem orbem terrarum peruagetur. id constat ex Iosepho lib. 12. cap. 26. Potest & *gloria* accipi pro *Arca*, quæ gloria populi dicitur 1. Reg. 4. 21. nurus Heli, *vocauit puerum Ichabod, dicens, Translata est gloria de Israel, quia capta est Arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo: & ait, Translata est gloria ab Israel, eo quod capta esset Arca Dei* sic ergo ait Deus, ero murus igneus per circuitum; & in medio eius pro Arca ero: nam quemadmodum ad Arcam vndique omnes accurrebant, & inde Deus vrbem gubernabat: ita Deus promittit se pro Arca, & pro anima, in medio Ierusalem futurum, vt omnes inde animet, foueat, gubernet, & regat, qui fuerint in medio eius. Sed Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, & Montanus, de gloria intelligũt, quam effecit Christus in medio Ecclesiæ, sua diuina vita, dum, vti caput, influxit in membra: & suæ gloriæ maiestatis fecit præ omnibus nationibus participem: quia *non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* 7

Gloria templi 2.

Arca ill... gloria.

Ecclesiæ gloria Christus.

O ò fugite.] הו *hoi*, idem quod, *heus* vocantis particula est, & geminata contentionẽ, studiumq; 8

notat voc. otis. verbum נוס *nusu*, vt notat Montanus, significat *illam fugã, quæ salutis causa ad asylum, aut munitum perfugium fit*. vt Numer. 35. *Sex oppida erũt ad fugitiuorum perfugium separata, vt fugiat ad ea, qui effuderit sanguinem*. Aduocãtur ergo Iudæi, quia non omnes redierant, sed multi vxorum amore, & liberorum in Babylone remanserant, parui pendentes promissa Dei, ne ad terrenam redirent Ierusalem; vt videtur Hieronymo, Theodoreto, Haymoni, Remigio, Alberto, Hugoni, Dionysio, & Isidoro: tamquam ad salutis perfugium.

Vocantur Iudæi ad perfugium patriæ.

Vocat autem de terra Aquilonis eos omnes Iudæos, quos Deus fecerat dispergi per omnes plagas terræ ipsius Aquilonaris: nam per omnem illam regionem, & in omnem partem fuerant dissipati. Vocat ergo, vt sese colligant vndiquaque, & redeant in patriam suam. Vocat etiam peculiari nomine ciues Ierusalem, seu Sionis, qui adhuc morabantur Babylone, vt sese eruerent. Nam verbum אמלטי *imalti*, est propriè *euadere*, aut *liberare*; vnde Chaldæus exponit, *Euade, veni, & profuge*. alii *eruere, seruare*, aut *saluare*, vel *erue serua*, aut *salua te*; quod Vulgatus vertit, *fuge*. Vocantur ergo à Deo Iudæi, qui adhuc remanserant in terra captiuitatis: vt veniant ad perfugium patrium. Lyra tamen, Vatablus, & Montanus, sicut nomine *Ierusalem* accipiunt Ecclesiam; ita nomine *Babylonis* accipiunt captiuitatem errorum, & peccatorum: nam inde vocantur, vt redeant ad Ecclesiam.

Vocantur Iudæi ad Ecclesiam.

Melius Isidorus vocari ait Iudæos è terra Aquilonis in terrenam Ierusalem, vnde incipere debuit Ierusalem spiritualis, & per orbẽ vniuersum diffundi: & ita explicat, vocari ex Aquilone, quia in omnes mundi plagas erat eos dispersurus ad promulgandum Euangelium.

8 *Post gloriam.*] Hæc verba Montanus Prophetæ esse putat, ita loquẽtis: Post gloriam, quam à Deo omnipotente vobis prædicere iussus sum, cum Dei nomine dixi, *& in gloria ero in medio eius*; missus sum etiam ad gentes. Persas videlicet, qui spoliauerunt vos, & oppresserunt graui imperio, & tributis intolerabilibus, vt futuram in illis ex diuino consilio vltionem per Græcos sumendam prædicerem; eruntque serui Græcorum, qui illis seruierant; & tunc scietis, quàm verè ad vos missus fuerim.

Prophetæ verba. 1. Sensus.

Chaldæus, & Hugo verba Angeli hæc esse putant, quem Michaelem nominauimus; qui cum omnia verba superiora ab altero Angelo Dei nomine, iussus sit denunciare: nunc post gloriam, quam dixit effecturum Deum, illis verbis: *& in gloria ero in medio eius*. Nempe postquam in Ierusalem pacificè consederitis, & Deus ipse consederit in medio vestri, pristinum cultum in templo renouando, in eoque, vti prius, in Ares se præsentem ostendendo, misit me, vt vltionem sumã de hostibus vestris, qui spoliauerunt vos, nempe de Chaldæis: vel potius de omnibus finitimis loquitur; qui omni ex parte, cum captiui ducti sunt in Chaldæam Iudæi, irruerant in eos, & inter Chaldæos eos spoliauerant, vt dicitur in Abdia, de quibus videtur dictum illud; *O fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus*. Hoc est; conuenite omnes Iudæi, qui estis in terra Aquilonari dispersi, & venite ad antiquas sedes; quia per quatuor cæli plagas dispersi vos: paraui enim vobis in terra vestra sedes; ad Occidentem, regionem Palæstinorum, ad Orientem, Galaad, Moab, & Ammon: à Meridie, Idumæam: ab Aquilone, Samariam, & vtramque Galilæam: quarum omnium regionum incolæ spoliauerũt Iudæos, cum capti sunt, & terram eorum vsurparunt; atque hæ fuere prædæ iis Iudæis, qui illis seruiebant, cum inter eos viuerent: quod cæpit sub Zorobabele, & postea sub Machabæis, & tunc applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa liberationis, quia Iudæi redeuntes ex regionibus gentium, vt Actuum 2. 8. earum mores, idiomaque imbiberant: & ad cultum Dei iterum instaurandum conueniebant in Iudæa.

2. Sensus. Michaelis potius verba vltionẽ sumentis de finitimis.

Vltio sumpta de gentibus finitimis.

Hic sensus, quoniam consonat aliis Prophetis, vt Abdiæ, & Sophoniæ, qui tempore reditus promittunt Iudæis multa bona, & dominatum in vicinas gentes: non videtur alienus à veritate, & proprietate literæ, maximè cum dicat se missum ad gentes puniendas, quæ spoliauerant Iudæos. Non enim Propheta, sed Angelus hoc munere functus videtur.

Verùm his obstat modus loquendi Prophetæ: *quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriam misit me ad gentes*. in quibus verbis, Dominus ipse exercituum mitti se dicit ad gentes; & durè admodum de alio possunt accipi. Idcirco Eusebius lib. 6. de Demonstrat. Euang. cap. 16. Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Lyra, & Dionysius, Vatablus, & Isidorus, Christum hic loquentem inducunt, qui est Dominus exercituũ, missus à patre suo; licet diuersis explicent modis. Aut post gloriam, quam habeo apud patrem, mittet me ad hominem, humanam naturam assumpturum. Aut post gloriam meam mundo ostensam, per doctrinam & miracula; aut post gloriosam meam ascensionem mittet per meos Apostolos ad gentes. Aut certè, post gloriam, quam habebo in medio vestri, postquam ex captiuitate redieritis, mittet me ad gentes adducendas ad verum Dei cultum, vt prædam; quia applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa. Itaque pollicetur reditum, & multa bona post reditum, & præcipuè vltionem sumendam de gentibus, quibus seruierant Iudæi. Nam sicut gentes olim nitebantur Iudæos auocare à cultu veri Dei: ita Christus, & Apostoli hostes Iudæorum, conati sunt spoliare religione falsa; & hac ratione vlcisci de eis Iudæos.

3. Sensus. Christi verba missi à patre.

Euseb. Hieron. Theod.

Hic sensus licet communis sit, & meritò amplectendus, tamen si literæ cõueniret omni ex parte ille, qui Prophetam loquentem inducit, & suam fidem conciliantem, non erit reiiciendus. Sic ergo excepta ab Angelo Propheta proloquitur, ô filii Sionis, qui Babylone remansistis, redite securi in Ierusalem, ne timeatis gẽtes vicinas vobis aduersas; quia hæc dicit Dominus exercituum mihi, Post instauratum cultum in templo, & Dei in eo consessum, mittet me ad gentes vicinas, quæ spoliauerunt vos, & propterea timetis eas, vt eis vastitatem denunciem: & fiet quidam, nam ecce leuo manum meam super eos, & erunt prædæ iis, qui seruierunt illis, nempe iis, qui ad eos profugerunt: & cum hoc videritis, cognoscetis me verum fuisse Prophetam, & venient multi ex gentibus ad colendum Dominum, & tunc etiam scietis me vera vobis prophetasse. Sanè cum comminetur vltionem se sumpturum, & ad Deum verum con-

4. Sensus magis literalis.

uertere

uertere non sit vltio, sed insigne beneficium, non videntur propriè accipi illa verba. *& erunt præda tis qui seruiebant sibi.* & Christus quidem non fuit missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, & illis non suscipientibus, conuertit se ad gentes.

9 *Oculi mei.*] Hebraicè עינו *bbeno oculi sui*, vel *tui*, vt habet editio Vulgata apud Hieronymum, Haymonem, & translationem Complutensem, & Regiam, & Septuaginta: & Græcus textus, Chaldæus, & Hebræus, & dupliciter accipitur. Aut qui tangit vos, aut afficit iniuria, tangit pupillam oculi sui, nocet sibi ipsi in præstantioribus bonis, hoc est, sibi ipsi accersit grauissimum supplicium. Sic Cyrillus, Vatabl. & alii intellexerunt. Veriùs Hieronym. Theodoretus, Haymo, & multi alii, relatiuum referunt ad Deum, qui tangit vos, tangit pupillam oculi eius, nempe Dei. Nam ita sentit Deus vos affligi, ac sentit quiuis hominũ pungi pupillam oculi sui; alluditque ad Deuteron. 32. 10. *Custodiuit quasi pupillam oculi sui.* & Psalm. 16. 8. *à resistentibus dextera tua custodi me vt pupillam oculi.* Nihil enim ita accuratè custoditur à læsione, ac oculus; & in oculo, vt pupilla eius; quod delicatissimus, & preciosissimus, & summè necessarius. Hunc sensum Vulgatus secutus in correcta editione; quasi Dei proferens verba, dicit, *qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*, & ita mei muneris est vos ab eis vindicare, qui spoliauerunt vos; ne putetis res vestras pro nihilo ducturũ: aut de malis vestris, & de illatis iniuriis me non curaturum.

Lectionis ratio.

Deus nos, vt se vindicat à nocentibus.

10 *Ego leuo.*] Etsi *leuare manus* diuersa habeat significata, iuxta diuersos leuantis affectus: at *leuare manum super aliquem*, opprimentis est, & vltionem de illo sumentis, vt Psal. 73. 3. *Leua manus tuas in superbias eorum in finem.* 3. Reg. 11. 26. *Leuauit manum suam contra Regem.* & Iob 31. 21. *Si leuaui super pupillum manum meam.* Atque hac ratione hoc loco accipi omnes concedunt, vbi dicitur, *Ecce ego leuo manum meam super gentes*, vt eas puniam, & vos de illis vlciscar. De Christi victoria de gentibus reportanda Vatabl. & nonnulli alii intelligunt, medio Euangelio. Leuaturus est enim manum, vexillum Euangelicum erigendo super gentes; & tyranni, qui prius fideles afflixerant, sunt ipsis fidelibus subiiciendi, & annumerandi. Plures alii, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius & Montanus de vera gentium oppressione, & vltione exponunt. Pollicetur enim Zacharias nomine Dei, duram suam manum leuaturum super gentes, vt eas opprimat, & Iudæis subiiciat: idque quamprimum post reditum è Babylone. Et quia securitatem his verbis promittit, quam remouebant circumuicinæ gentes; has esse subiiciendas Iudæis promittit, qui eis prius seruierant, & quia hoc erant suis oculis quàm citissimè perspecturi, conciliat fidem Propheta ex felici exitu, & complemento harum promissionum. Nam alias gentes Persarum, vel Græcorum nunquam legimus subiectas fuisse Iudæis, præter finitimas illas, vt alii quoque Prophetæ promiserant, vt diximus.

Leuare manus super aliquem opprimentis est.

Christum subiectum sibi gentes.

De finitimis gentibus subiiciendis Iudæis.

11 *Lauda.*] Filiam Sion alloquitur, nempe Ecclesiam ex Iudæis, & gentibus congregatam, vt putãt Theodoretus, Remigius, Albertus, Lyra, Dionys. Vatablus, & Montanus: iubet Ecclesiam gratias agere, & lætari, quod ad eam sit venturus filius Dei, & in medio eius moraturus vsque ad consummationem seculi, vel vt cum hominibus conuersetur, vt intelligit Eusebius lib. 2. de Demonstrat. Euãg. cap. 18 & lib. 6 cap. 17. Vel potius alloquitur cœtum Iudæorum è captiuitate redeuntium, admonens eos, vt laudent, & lætẽtur in patria sua, quod habituri sint tandem Dei filium ex se carnem indutum, & in medio eorum habitaturum, vt Hieronymus exponit. Haymo vero, Remigius, Hugo, & Dionysius existimant, inuitari Iudæos redeuntes è Babylone ad gratias agendas Deo, quòd qui recesserat ab eis, veniat, & gaudeat habitare in medio eorum, vt olim suum cultum in medio eorum instaurando: & quod quàm multi ex Iudæis in gentes dispersi, & non pauci ex ipsis gentibus facti proselyti, accedent ad veram Dei religionem, & erunt Deo populus, & Deus in medio eorum; quod cum fiet cognoscetis, ait, me missum à Domino; hoc addit vt certiores reddat de hoc promissu.

Ecclesia ex Iudæis & gentibus cõgregãda.

Eusebius.

Gratias agit de cultu restituto in nouo templo.

Partem suam.] Hoc est, totam Ecclesiam, quæ est portio Dei, vt Hieronymus, Cyrillus, & Montanus intelligunt; vel partem, quam sibi delegit in terra Iudæa, nempe Apostolos, & discipulos, & alios fideles ex Iudæis, & ipsam Ierusalem, in qua tot beneficia contulit hominibus. vel potius, tũc Dominus possidebit in Iudæa partem suam Iudã è Babylone reductã. Nam *pars Domini populus eius, & funiculus hæreditatis eius.* Deuteron. 32. 9. & eliget adhuc Ierusalem ad suum cultum in ea instaurandum, vt prius, templo ædificato. 12

Ecclesia portio Dei.

Aut Iudæi pars Dei à Deo curãdi.

Sileat.] Conticescat omnis homo præ timore Domini, qui vt suum populum vlcisceretur de gentibus aduersis, consurrexit de cœlo excelso suo habitaculo. Interpretes, qui de Christi aduentu hunc locum exponunt, quidam de posteriori eius aduentu intelligunt: vt Hieronymus, Haymo, Remigius, Hugo, Lyra, & Vatabl. quasi dicat: vos ô Iudæi, qui adhuc carnales estis, continete vos à blasphemiis contra Christum; quia tandem, quasi à somno excitatus descendet de cœlo iudicaturus viuos, & mortuos. Alij de priori aduentu accipiunt, vt Cyrillus, Theodoretus, Isidor. & Montanus. Sileat omnis homo, & ne huic ordinationi repugnet, non dicat Iuda se portasse pondus diei, & æstus, nam Deus de cœlo descensurus est vt humanam nostram induat naturam, & nobiscum conuersetur. Taceat caro, ait Montan. & eius impetus furentis, quæ fons est, & scaturigo malorum omnium cogitationum, & cupiditatum, quiescat, & compescatur à virtute, & efficacitate præsentis gratiæ Christi, qua vniuersus fons vitiorũ exhauritur. Cyrillus, & Theodoretus exponentes Septuaginta lectionem dicentium; quia surrexit de nubibus sanctis suis: intelligunt, ex sanctis Patriarchis; ex quibus sumpsit suam carnem Christus. Itaque Propheta ex affectu laudandi Deum pro tot beneficiis promissis suo populo, optat illi gloriam, & vt omnes eum timeant, & colant. 13

De Christi aduentu posteriori.

De Christi priori aduentu.

Caro scaturigo malorũ Christi gratia mitigatur.

Gloriam Deo precatur pro tot beneficiis.

ZACHARIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] RVrsus ostendit mihi Dominus [2] Iesum filiū Iosedec Sacerdotem magnum, [3] stantem vti reum ante Dei tribunal, [4] coram Angelo Michaele, qui ei patrocinabatur, [5] Satanas quoque quasi superior in causa, [6] dexteram eius tenebat, [7] suis accusationibus impediturus, ne Dei cultum renouaret. Cuius ingenium, vt vidit Michael, ira Dei succensus: [8] Compescet Dominus te ô Satan, & obmutescere faciet, qui cum in gratiam redierit cum Ierusalem, hunc Iesum, quem tu vis omnino extinguere, [9] quasi torrem semiustum ex igne captiuitatis eripuit, vt templum iterum, religionemque instauraret. Porro Iesus indutus erat [10] vestibus sordidis, quas duxerat ex captiuitate, & quasi de sua causa diffidens intuebatur Angelum, in cuius erat conspectu, vultu ipso postulans sibi vt adesset. Qui illius annuens votis, iussit [11] Angelis sibi ministrantibus, auferte ab eo sordida vestimenta, & induite sacerdotalia. & [13] ponite ei tiaram mundam super caput eius: quo facto, dixit illi Michael, ecce abstuli a te sordes contractas in captiuitate, & [12] indui te vestibus Sacerdotalibus, cumque persisteret in populi procuratione, [14] cum iurisiurandi attestatione, Domini nomine dixit. Si ô Iesu in viis meis ambulaueris, & præcepta mea custodiens, ego quoque concedam tibi [15] vt præsideas in templo meo, & custodias etiam per tuos posteros atria mea, vti Pontifex, & [16] fac his tibi patebit aditus ad me inter hos Angelos, qui mihi assistunt, vt te iuuent in functione sacerdotii. Audi sublimior ô Iesu Sacerdos magne, tu, & ceteri socii, qui tecum sunt [17] ad futura portendenda nati. Ecce ego quidquid desideratis complebo, nam in primis adducam è cælis [18] Christum germen seruum meum, qui templum, quod es ædificaturus, sua præsentia cohonestabit. [19] Lapidem enim angularem, quem [20] multiplicibus apertitis vulnerum cælatum ostendi tibi, ego enim pulcherrime, ac variis [21] sculpturis, clauis, lanceaque permittam aperiri, ait Dominus exercituum. Tunc enim [22] die vna, qua crucifixus obibit, totius orbis, & Iudææ præsertim auferet iniquitatem. Ex quo tanta sequetur pax, tantaque securitas spiritualis, tantaque bonorum mutuum communicatio, [23] vt omnia communia futura sint, & ex eadem vite, ex eademque ficu simul fructus amicè decerpant.

CAP. III.

[1] ET ostendit mihi Dominus [2] Iesum Sacerdotem 1
magnum [3] stantē [4] coram Angelo Domini: [5] &
Satan stabat [6] à dextris eius, [7] vt aduersaretur ei. Et 2
dixit Dominus ad Satan: [8] Increpet Dominus in te Satan:
& increpet Dominus in te qui elegit Ierusalem: numquid
non iste [9] torris est erutus de igne? Et Iesus erat 3
indutus [10] vestibus sordidis: & stabat ante faciem Angeli.
Qui respondit, & [11] ait ad eos, qui stabant coram 4
se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo: & dixit
ad eum: Ecce abstuli a te iniquitatem tuam, & [12] indui
te mutatoriis. Et dixit: [13] Ponite tiaram mundam 5
super caput eius. Et posuerunt tiaram mundam
super caput eius, & induerunt eum vestibus: & Angelus
Domini stabat. [14] Et contestabatur Angelus Domini 6
Iesum, dicens. Hæc dicit Dominus exercituum: si in 7
viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris:
tu quoque [15] iudicabis domum meam, & custodies atria
mea, & [16] dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic
assistunt. Audi Iesu Sacerdos magne, tu, & amici tui, 8
qui ambulant coram te, [17] quia viri portendentes sunt:
ecce enim ego [18] adducam seruum meum Orientem.
Quia [19] ecce lapis, quem dedi coram Iesu: super lapi- 9
dem vnum [20] septem oculi sunt: ecce [21] ego cælabo sculpturam
eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem
terræ illius [22] in die vna. In die illa, dicit 10
Dominus exercituum, [23] vocabit vir amicum suum subter
vitem, & subter ficum.

ARGVMENTVM.

IESVM filium Iosedec sordidas captiuitatis exutum vestes Sacerdotales induit Michael, in Pontificiamque dignitatem restituit, vt templum, & religionem instauret; Christumque templi spiritualis Pontificem, primariumque lapidem promittit, per quem omnium peccatis deletis, pax summa summaque securitas adducenda sit.

COMMENTARIVS.

1 Visio eadē nocte ostēsa.

ET ostendit.] Eadem ipsa nocte, qua superiora visa ostensa sunt Zachariæ, vt Ruperto, Alberto, & Hugoni videtur. Et quamuis in Hebræo non sit, *Dominum*, vt nec in Chaldæo Paraphraste, neque in textu Hieronymi, neque in recentioribus interpretibus; quia tamen Septuaginta paraphrasticè adiecerũt, quia Dominus, aut Angelus eius personam gerens, vt notat Vatablus hanc visionem ostendit, Vulgatus eos secutus dixit; *& ostendit mihi Dominum.*

2 De quo Iesu sit sermo. 1. Sententia de Iesu Christo. Origenes. Tertullian. Ambros. Chrysost. Lactantius. Gregorius. Rupertus.

Iesum] Quis fuerit Iesus ostensus Zachariæ in hoc spectro, dubitatur? Multi ex Patribus Iesum Christum Dei Filium existimant visum Zachariæ, non filium Iosedec. Sic Origenes Homil 9. in Leuiticum. & Homil. 14. in Lucam, Tertullianus in fine libri aduersus Iudæos; Ambrosius lib. 3. de Fide cap. 4. & sermo. 5. in Psalm 118. Chrysostomus Homilia 5. ex variis in Matthæum locis. Lactantius lib 4. cap. 14. Gregor. 20. Moral. cap. 20. & Rupertus; & propterea putant

Senſus allegoricus eſt de Chriſto. Iuſtinus. Euſebius. Hieron. Auguſtin.

non eſſe additum, vt ſolet, *filium Ioſedec.* Ad hunc potius eſſe allegoricum ſenſum, primum ex alijs Patribus, qui id ita ſentiunt, manifeſtè docemur: Iuſtino M. in Dialogo cum Tryphone verſus finem. Euſebio libro quarto, de Demonſtratione Euangel. cap. vltimo. Hieronymo hic, & libro ſecundo, contra Iouinianum & in Pſalmo 109. Auguſtino libro duodecimo contra Fauſtum capit. 36. Theodoreto, & Ruperto hic. Deinde ex multis verbis huius capitis, quæ monſtrant non de alio, quàm de Ieſu filio Ioſedec eſſe ſermonem, vt mox adducemus.

2. Sententia de poſteris Ieſu Machabæis.

Montanus nouam induxit intelligentiam, non de ipſo Ieſu, ſed de poſteris eius Machabæis loqui Prophetam; ſub illius perſona: quod Ieſus vita functus eſſet cum viſus eſt ſtare coram Angelo Domini. Idque ſibi perſuadet, & Hebræorum auctoritate, Abenezræ; Iſaac Hiſpani, & Salomonis, qui ita affirmant; &

Ieſus non erat ſuperſtes.

ratione ex verbis Scripturæ ducta: nam Higgæus cap. 2. miſſus eſt ad interrogandum ſacerdotes legem, quaſi iam ſummus Sacerdos ſuperſtes non eſſet, cuius erat quæſtionem ſoluere. Deinde quia à die 21. ſeptimi menſis nulla fit mentio Ieſu, ſed tantum Zorobabelis, vt patet ex 2. Haggæ. Ergo cum Zacharias vidit Ieſum, iam vidit vita functum, nam ſi viueret,

Refutatio.

quid opus erat in ſpectro videre? Sed Montanus verè in ſua ratione deceptus eſt, cum communi ſenſu expoſitorum in anno ſecundo Darij Ieſus ipſe viueret: imo vſque ad finem Darij, iam templo abſoluto: infra enim capit. ſexto, 11. ſermo fit de eo, cum dicitur. *Sumes aurum, & argentum; & facies coronas, & pones in capite Ieſu, filij Ioſedech Sacerdotis magni, & loqueris ad eum.*

Ieſus vixit vſque ad templi dedicationē, imo vſque ad Xerxē.

& Eccleſiaſtici 49 13. ipſum abſoluiſſe templum cum Zorobabel dicitur. *Quomodo amplificemus Zorobabel? ſic & Ieſum filium Ioſedec? qui in diebus ſuis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum ſanctum Domino, paratum in gloriam ſempiternam.* Vixit ergo vſque ad dedicationem templi, factam anno ſeptimo Darij. & refertur 1. Eſdræ ſexto,

Ioſephus.

19. imo ſi Ioſepho credimus lib. vndecimo, Antiquitat. cap. 5. vſque ad finem Darij, nam tem-

Ieſu ætas.

pore Xerxis Darij filij cæpit eſſe princeps Sacerdotum filius Ieſu Ioachim: cui ſucceſſit Eliaſib filius poſt annos quadraginta, circa annum 20. Artaxerxis, cuius fit mentio 2. Eſdræ 3. verſic. primo. Quod autem viuentem ſub ſpecie imaginaria viderit Zacharias, non mirum, quia non erat præſens, nam etiam vidit Zorobabelem; & quia aliqua rem circũſtant, quæ oculis corporeis videri non poſſunt.

De Ieſu filio Ioſedec eſt ſermo.

Certum igitur eſſe debet viſum eſſe Prophetæ Ieſum filium Ioſedec, vt videtur Cyrillo, Theodoreto, Bedæ in Epiſtolam Iudæ; Euthymio in Pſalm. 103, Haymoni, Remigio, Alberto, Hugoni, Lyræ, Dionyſio, Vatabl. Iſidoro cum Hebræis illis omnibus, quos ſupra diximus de Chriſto in ſenſu allegorico explicuiſſe. Atque illud ſatis corroborat hanc intelligentiam, quod promittit Chriſtum Ieſum filio Ioſedec, illis verbis. *Audi Ieſu Sacerdos magne, tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt. Ecce enim adducam ſeruum meum Orientem.* De Ieſu ergo filio Ioſedec loquitur Zacharias.

3

Stantem.] Tanquam reum ante Dei tribunal iudicandum, vt Chaldæo, Hieronymo, Lyræ, & Vatablo videtur. in quo iudicio Satan accuſator exſtitit: Angelus vero Michael populi patronus, eius Pontifici patrocinatur, ac tandem ſuperior euaſit in cauſa.

4

Michael patronus Ieſu.

Coram Angelo.] Michaele, populi Iſraelitici protectore, & idcirco cauſam agebat Pontificis Ieſu, vt explicant Remigius, Hugo, Dionyſius, & Vatabl. idque ex præcedentibus conſtat capitibus.

5

Satan quid notet.

Et Satan.] Hebræum nomen שטן *Satan inimicum, & ex odio aduerſantem alicui, eiuſque conatus impedientem* ſignificat. Vnde Dauid dicebat 2. Regum 19. 22. *Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in Satan?* id eſt, cur mihi obſiſtitis, ne miſerear Semei? Et Chriſtus Matth. decimoſexto, 23. dixit Petro, reuocanti ipſum à cruce, *Vade retro me Satana,* hoc eſt, ne me impedias. Et quia dæmon nuſquam non aduerſatur nobis, peſſimaque ſuadet, & calumniis inſequitur, Satan dicitur per Antonomaſiam, vt 1. Paralippomen. vigeſimoprimo, 1 *Conſurrexit autem Satan contra Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael.* & Pſalmo 108. 6. dicitur, *& Satan ſtet à dextris eius.* Septuaginta ſemper ferè hoc nomen Græco διάβολος tranſtulerunt, quod propriè calumniatorem ſeu criminatorem ſignificat. Vt oſtenditur Apocal. 12. 10. *proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die, ac nocte;* idcirco Græci διάβολον vocare cæperunt, quem Hebræi *Satan;* & Petrus vtrumque complexus, dixit 1. Petri quinto, 8. *Aduerſarius veſter diabolus, tamquam Leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.*

Satan & diabolus differentia.

Eſt autem inter vtrumque nomen, quod attinet ad Scripturam hæc differentia, à Montano adnotata libro de arcano ſermone capit. quinto, nam Satan dicitur dæmon, cum palam impugnat, & ſe ſuumque conſilium manifeſtè prodit: diabolus autem cum callidè, doloſè, & tectis artibus agit. Sic Iob. 1. & 2. Satan tentauit Iob. & 2. ad Corinth. 12. 7. datus eſt Paulo Angelus Satanæ. & Matth. 4. prius vocatur diabolus cum tectè Chriſtum tentabat; deinde cum ſe prodidit, & dixit, *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me:* Satan; cum dictum eſt ei, *vade retro Satana.* & Apocal. 20. 2. vtroque nomine vocatur, *Apprehendit draconem ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & Satanas.* In præſenti ergo loco omnes per *Satan* dæmonem accipiunt, qui aduerſabatur palam Ieſu Sacerdoti magno: præter vnum

Dæmō palam Ieſu aduerſabatur.

Montanum qui Antiochenum Epiphanem intellexit præter rem. in quo vero aduerſaretur dicemus poſtea.

6

August. Gregor. Stare à dextris ... præponere opera diaboli operibus Dei.

A dextris eius.] Quid ſit Satan ſtetiſſe à dextris Ieſu, vt aduerſaretur ei, peruestigare oportet. Auguſtinus in illud Pſal. 108. *& diabolus ſtet à dextris eius.* & Gregor. libr. 20. Moral. capit. 20. ſtare à dextris explicant opera diaboli præponere operibus Dei, & partem dexteram, ac potiorem tribuere diabolo: ſiniſtram autem, & inferiorem Deo: ducta ſimilitudine ex conſuetudine veteri dextram partē dandi honoris cauſa, vt mos fuit Ægyptiis. & Pſal. 44. dictum eſt, *Adſtitit regina à dextris tuis.* & Pſalm. 109. *dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* qui idcirco dicitur ſedere ad

dexteram patris, quod sit constitutus in potioribus bonis patris. Verùm in præsenti adstat à dextris Satan ad accusandum Iesum, qui ab Angelo Michaele patrocinium expetebat, & nec dū dexteram dederat Satan.

2. est conari Iesum impedire.

Secundò, Hieronymus & Euthym. in Psalm. 108. Rupertus, & Montanus hic, exponunt, *stare à dextris Iesu*, esse, conari impedire opera eius dextera, eaque impugnare, & ideo additum, vt aduersaretur ei. Sed annon posset impedire constitutus in sinistra?

3. est præsto esse lateri Iesu ad negocia sinistre peragenda.

Tertio, *Satan esse à dextris Iesu*, est præsto esse lateri eius dextero, tanquam assiduum satellitem, qui nullam patiatur occasionem labi, quin illi aduersetur dexteram protegens, & corroborans ad negocia sinistre peragenda. Scitū enim est quàm præsentissimus adsit, qui semper circuit quem deuoret, vbicumque de negocio, & salute hominis comparanda, & augenda agitur; vt Iob. 1. *cum venissent filii Dei coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* & 3. Reg. 22. 21. *stetit spiritus coram Domino, & ait, ego decipiam Achab.* Itaque semper adest, vt aduersetur homini, Dei honorem, suamque salutem procuranti. Quemadmodum ergo qui olim dextro lateri adhærebant, illique præsto aderant protecturi, ideoque laterones, seu latrones dicebantur: & Deus ipse, quod præsentissimus adsit ad ferendam opem in quouis periculo, dicitur esse à dextris, vt Psalm. 15. 8. *à dextris est mihi ne commouear.* & 108. 31. *Qui astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.* & Psalm. 109. *Dominus à dextris tuis confregit in die iræ suæ reges.* Id est, præsentissimus adest dexteræ virtutem tuam aucturus, vt victor de regibus omnibus euadas. Ita Satan quod præsentissimus sit Iesu, vt eum accuset, & à causa sua cadere faciat, dicitur à dextris eius stare, vt aduersaretur ei.

Deus à dextris præsentissimus adest.

4. est superiorem esse in causa, quæ agitur.

Quarto, à dextris stare dictus est, quod superior esset in causa, quæ tractabatur; nam vera erat accusatio, qua accusabatur, vt ex Hebræis docet Hieronymus: & se putabat superaturum. Sicut enim Deus dicitur à dextris alicuius stare, quia dexteram obtinet Deus, & pars Dei superat; ita quia est dextera iniquitatis, Ps. 143. 8. *dextera eorū dextera iniquitatis*, quæ aliquando superat, partis iniquitatis diabolus à dextris stare dicitur, quia pars dextra pro eo stat: & nihil habet, quo se homo tueatur in causa, quin exeat condemnatus; iuxta illud Psalm. 108. 6. *Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius*; tanquam si superet, cum iudicatur, exeat condemnatus. Volebat ergo Satan ita damnatum reddere Iesum, vt indignum ostenderet, cui templi ædificatio committeretur: vt quoquo modo religionem Dei veram impediret.

7 *Vt aduersaretur ei.*] Eumque accusaret commissæ iniquitatis. Nam in delicto verè iacuisse, Angelus ipse ostendit, eum, *auferte*, ait, *vestimenta sordida ab eo: & ecce abstuli à te iniquitatem tuam.*

Delictum fuit in Iesu.

Sed quænam quæso fuit iniquitas? Hieronymus cum Hebræis hic, & lib. 2. aduersus Iouinianum, Haymo, Remigius, Hugo, & Dionysius existimant crimen, quod imponebat Iesu Satan, id esse, quod vxorem ex alienigenis duxisset, contra præceptum Domini. Deuteron. 7. Verùm cum hoc crimen Scriptura non imponat huic Iesu, nec nos imponere debemus. Theodoretus peccatum agnoscit Iesu, non quidem proprium, sed populi, cui sese conjungebat, legatione pro eo fungens apud Deum. Legationem autē exordiebatur ab accusatione sui, quemadmodum Esdras orauit 1. Esdræ 9. 6. dicens. *Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum* &c. cum non constet Esdram fuisse populi peccato obnoxium. deinde legationem pro populo obibat, in qua, secundum Bedam super Epistolam Iudæ, postulabat populum de captiuitate Babylonica liberari; atque ad patriam omnes redire. Secundum Vatabl. autem Robert. & Montanum, postulabat, vt ædificium templi ad finem deduceretur feliciter; curabat enim cultum Dei auctum, florentemque esse, vti Sacerdos. at Satan adfuit, vt obsisteret ei, & à proposito, institutoque deterritum abduceret. Nihilominus Prophetia Zachariæ proprium peccatum indicat Sacerdoti.

1. Delicti erat vxorē alienigenā duxisse.

[illegible] erat [illegible] populi.

Quare rectè Chaldæus, Lyra, & Vatab. cum aliis affirmant, crimen Iesu fuisse negligentiam in auertendis filiis cum cetero populo ab vxoribus alienigenis ducendis. Constat enim id ex 1. Esdræ 10. 18. vbi dicitur. *Et inuenti sunt de filiis Sacerdotum, qui duxerunt vxores alienigenas. De filiis Iosue filii Iosedec, & fratres eius.* quod & Chaldæus subdidit. Erant autem ipsi Iesu filij, qui duxerant vxores, quæ non erant dignæ sacerdotio. Tum etiam in populo continendo in officio, & ab aliis vitiis remouendo, quæ in Haggæo referuntur.

3 crimen erat negligentia in auertendis filiis ab alienigenis.

8 *Increpet Dominus.*] Hanc increpationem esse Dei patris imprecantis Satan, vt à Domino filio increparetur, sentiunt Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Remigius, Dionysius, & Isidorus, in quo indicatur diuersitas personarum in Trinitate; vt in illo Genes. 19. *pluit Dominus à Domino.* Albertus, & Hugo ipsum Dominum de seipso loqui putant in tertia persona, vt vulgatum est in Scriptura, ac si dicat: & dixit Dominus, ego te compescam, & reprimam o Satan: vel o Satan abi retro, & obmutesce; vt Christus Marci 4. 39. *exurgens comminatus est vento, & dixit mari. Tace, obmutesce.* quod alii Euangelistæ dixerunt increpauit, aut imperauit vento, & mari. Albertus demum, & Hugo etiam, Dauid Kimhi, Vatablus & Montanus, verba esse Angeli putant, qui quod legatus sit Domini, personam eius sustineat; vt sæpe in Scriptura Angelus missus à Deo, modo Angelus, modo solet Dominus nūcupari, vt Angelus missus Gedeoni Iudic. 6. 12. *Apparuit ei Angelus Domini, & ait, Dominus tecum virorum fortissime. Dixitque ei Gedeon. Si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hæc omnia? Respexitque ad eum Dominus, & ait, vade in hac fortitudine tua.* & in sequentibus. Modo ergo similiter dixit Angelus Michael, Domini personam gerens: increpet te, vel compescat te, aut reprimat Dominus ô Satan, quod obsistas Sacerdoti populi causam agenti.

Quis lo[quatur] Satan.

Angeli ba[bent] De[i per]sonam [geren]tis.

9 *Torris est.*] Causam adijcit, cur reprimi ac retundi mereatur Satan aduersarius Iesu; quod cum iam in gratiam redierit Dominus cum Ierusalem: eamque iterum elegerit ad suum cultum in ea restaurandum, iniquè sese opponeret eius Pontifici Iesu, qui ædificaturus erat templum, erutus cum iam esset è captiuitate [illegible] semiustus. Satis, inquit, non est, quod [illegible] populum vniuersum ob peccata sua permi[sit] [illegible], tu etiam vi[illegible]

reli-

relictum hunc titionem auferre? non ita erit. Sed hic incolumis euadet, vt templum ædificet. Torrem de igne erutum vocat Iesum, erutum de igne captiuitatis Babylonicæ semiustum, vt intelligunt Hieron. Remig. Albert. Hugo, Dionysius, & Isidorus; iuxta illud Amos 4. 11. *Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & non redistis ad me.* Hoc est, & eripui vos, vt solet eripi de incendio titio semiustus, ne omnino cõburatur. Sic ergo cum Deus hunc Iesum eripuerit de captiuitate Babylonica, ne omnino periret, vt templum ædificet in Ierusalem, quam elegit, & proprium Dei sit calamum quassatum non conterere, & linum fumigans non extinguere. Isa. 42. 3. & titionem semiustum ex igni eripere: cur tu ô Satan conaris hunc Iesum conterere, extinguere, & omnino perdere? non ita erit. Sed incolumis remanebit, vt possit templum ædificare, cultumque Dei restaurare. Inepte igitur quidam de ipso Satan explicant hæc verba, eruto ex incendio inferni, cum non possit esse erutus, ne omnino comburatur igni illo inferni.

10 *Vestibus sordidis.*] Quod sordidis vestibus appareat Iesus, ex squalore captiuitatis id factum, ostendit Theodoretus; nam cum paulo ante rediisset, signa captiuitatis ferebat, paupertatem, & summam inopiam: & ideireo dictus torris semiustulatus à Theodoreto. Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo Lyra, & Dionysius sordidis fuisse indutum intelligunt, ex culpa suscepta explicata. Nam mox, cum dixisset Angelus, *auferte vestimenta sordida ab eo*, subiiciens quænam hæc essent, subdidit, *Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis.* Quid si ablata culpa, propter quam eum squalorem sustinuerat, & cõtraxerat in captiuitate, iam quasi purum à culpa, iubeat Angelus sordes auferre vestium, & induere eum mutatoriis? Isidorus per *sordida vestimenta* indicari ait, sacerdotium post captiuitatem non tam splendidum fuisse ac antea. Sancti per Allegoriam hæc omnia Christo accommodant nostra peccata portanti, qui dixit Isa. 63. 3. *omnia indumenta mea inquinaui.*

11 *Ad eos.*] Nempe inferiores Angelos, quos habebat Michael in ministerio, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, & Vatablus. Solus Montanus præter communem sententiam, putat sermonem factum ad ministros sacerdotis, qui adstabant illi; qui mox dicti sunt amici, qui ambularent coram ipso Iesu.

12 *Indui te mutatoriis.*] Hebraicè מַחֲלָצוֹת *Machalatsoth* à verbo חָלַץ *chalats*, quod est *detrahere*, seu *extrahere*, vestes sunt extractæ, seu preciosæ, quæ à communi vsu extractæ sint, & solennioribus, festiuisque diebus sint tantum in vsu: quales duplices datæ sunt à Naaman Syro Giezi 4 Reg. 5. Hoc autem loco metaphoricè accipiunt pro vestibus puris gratiæ & virtutum, pro sordidis iniquitatis, & peccatorum mutatis. Albertus, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Isidorus. quia Chaldæus ita explicuit, & te induerim iustitia. Addit ex Hebræis Hieronymus & ce en superacitati, abiectam esse iniquitatem, dum abiecta vxore alienigena, copularetur Iesus Israelitidi. quod & Chaldæus confirmat cum ait: *imposuerunt cidarim & accepe-*

Vestes sacerdotales. — Vestes mutatoriæ. — Sordida ve… culpæ … secu…

A *runt ei vxorem decentem sacerdotium.* Nam commutationem vxorum vocare videtur mutatorias vestes. At verius sordidis captiuitatis vestibus detractis, sacerdotales, vt Pontificem, indutum Iesum, affirmant Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus, dictas mutatorias, quod ad rem tantum diuinam vterentur, qua finita eas deponebant, & suas induebant sacerdotes, vt dicitur Leuitic. 16. & confirmant Septuaginta; qui transtulerunt, pro *mutatoriis* hoc loco, *poderem*, vestem talarem, propriam sacerdotis. & quia simul iussit Angelus capiti eius cidarim imponi, quæ tiara est sacerdotalis.

13 *Ponite cidarim.*] In Hebræo legimus. *Et dixi, ponent cidarim mundam super caput eius* vt legunt
B Chaldæus, & recentiores omnes interpretes; quasi verba sint Zachariæ rogantis Angelum, vt cidari iuberet ornari caput eius, cuius vestes iam mutasset, vt volunt Dauid Kimhi, & Montanus. Verùm omnes alij, Hieronymus, Theodoretus, cum reliquis, vt verba Angeli exponunt, qui mutata persona addidit; *& dixi eisdem, ponant cidarim super caput eius.* & vt eadem series seruaretur in loquendo, Vulgatus cum Septuaginta, vertit per tertiam personam, *& dixit ponite cidarim.* Est autem צָנִיף *Tsaniph* ornamentum capitis sacerdotale ex bysso, aut lino; quod capiti circumuoluebatur, instar tiaræ Orientalium, dictæ, *turbante.* & Iosephus optimè describit 3. Antiquit. capit. 8.
C & Hieronymus in Epistola 128. ad Fabiolam de veste sacerdotali; de qua Isaias cap. 22. versicul. 18. sic ait, pro illis verbis, *coronans coronabit te coronatione, cidarizando cidarizabit te cidari*, hoc est, iterum, atque iterum te circumcinget, atque constringet, vt quasi in globum compactus facile transporteris. Est igitur Iesus sacerdotij vestibus indutus contra ac diabolus nitebatur.

14 *Et contestabatur.*] Angelus Michael perseuerabat in officio; & Iesum sui admonebat officij, & testibus adhibitis, aut attestatione iurisiurandi; pollicebatur ei, si custodierit, quæ ad eius munus spectarẽt, in populi gubernatione perseueraturũ. Hoc est; si custodiam meam, id est, præcepta mea, quæ custodiri iussi custodieris.

15
D *Iudicabis domum*] Hebraicè, *& etiam tu iudicabis domum meam*, id est, templum. De Pontificia dignitate, quam erat exerciturus in templo, explicat Chaldæus, cum ait, Tu iudicabis eos, qui in domo Sanctuarij mei ministrant, & seruabis atria mea; tum & Hieronymus, Theodoretus, Hugo, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Montanus, simulque promittitur quamdiu sit perseueraturus in ea dignitate, & ad posteros deducturus, vt iisdem fere videtur. Idque probat quod adiecit, *& custodies atria mea.* & quidem de Sacerdotis dignitate agi videtur ab initio capitis. Sunt tamen qui putent tribui Iesu etiam populi administrationẽ vna cum Zorobabele, quod post
E reditum è captiuitate populus gubernabatur per duces, & Sacerdotes; quamuis summa auctoritas penes Sacerdotes esset, vsque ad Asamonæorum familiam, vt ait Iosephus libro vndecimo Antiq. capit. 4. Et per domum meam intelligunt populum, qui ita vocatur Numerorum 12. 8. à Deo dicente. *At non talis seruus meus Moses, qui in omni domo mea fidelissimus est.* Et confirmat illa sententia quod dicitur *Tu quoque tempore vt Zorobabel, iudicabis do-*

Cidaris qualis. — Administratio templi Iesu promittitur. — Summa auctoritas penes Sacerdotes post reditum. Iosephus.

num meam. Pr ortamen intelligentia verio; nec qui, quam iouat supradicta forma loquendi, quę ad verbum sic habet. *Si in viu meu ambulaueru, & si custodiam meam custodieru: & tu etiam iudica bu domum meam, & etiam custodies atria mea*, hoc est, si tuo munere obeundo, mihi famulando recte te gesseris, ego rependam tibi vices; nam etiam tu præsidebis meæ domui, & tu etiam custodies atria mea.

16 *Dabo tibi ambulantes*] Hebraicè, מַהְלְכִים *Mahlecim*, quod nomen est, cuius singulare est *Mahalec*, quod significat *deambulatorium, viam, iter*, aut *transitum*, vt Ezechi. 42. 4. *& ante gazophylacium, deambulatio decem cubitorum*, Ionæ 3. 3. *itinere dierum trium.* & ita Hebræi, vt Dauid Kimhi, & recentiores eorum secuti, Pagninus, Tigurina, Vatablus, & M. transferunt. dabo tibi vias, transitus, vel deambulationes inter stantes hos. Tripliciterque exponunt Primò, non tantum præmio temporali in hac vita donaberis iudicis, & custodis templi mei; sed & in futura inter Angelos istos ambulabis, sedemque sortieris. Quem sensum habet Chaldæus, dum sic exposuit: *In resurrectione mortuorum suscitabo te, pedesque veloces inter Seraphim istos ambulantes tibi donabo.* & hi per *stantes*, aut qui mihi hic assistunt, intelligunt Angelos, qui erant in ministerio Michaelis. Secundò Theodoretus M. & Montanus per *illos stantes* intelligunt Sacerdotes, qui famulantur, & adstant Deo, nam Angelos eos vocat Malachias: & iuxta dictam lectionem est sensus. Dabo tibi transitus inter Sacerdotes meos, qui mihi assistunt, quibus annumerari mereberis. Tertiò, erit sensus optimus, Dabo tibi transitus inter stantes istos Angelos, hoc est, facilis tibi patebit aditus inter hos Angelos, vt opem ab illis implores, & auxilium impetres ad munus rectè obeundum: aderunt tibi, & preces tuas suscipient, vt eas ad Deum perferant.

Promittitur Iesu Angelorum consortiū.

Promittitur consortium Sacerdotum.

Promissus facilis aditus ad Angelos.

Septuaginta verò, Vulgatus, & Montanus videntur legisse in Hebræo מְהַלְּכִים *Mehalcim* participium, quod est *ambulantes*, seu *conuersantes in medio stantium istorum.* Et erit primus sensus, Dabo tibi de his Angelis, qui mihi adstant, aliquos, qui ambulent tecum, & ab omni periculo tueantur; ideo Vulgatus vocauit *protectores.* Sic exponunt Hieronymus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Isidorus, vel dabo tibi ex his Angelis, qui ambulant inter eos, qui mihi assistunt, aliquos, qui te protegant. Secundò Montanus explicat de posteris Iesu. Dabo tibi de posteris tuis eandem dignitatem habituros, qui tanquam familiares, & continuò ambulent in cœlo inter Angelos hos, sociati eorum adiuncti. Tertiò, Theodoretus sic exponit; Dabo tibi, qui conuersentur in medio stantium istorum, id est, hæc dum facies, in hoc honore viues & ipse, & vsque ad posteros tuos populum hunc administrantes [illegible] manere efficies. Et quidem si ue legamus ex Hebræo ad verbum, *Dabo tibi ambulantes inter stantes istos:* siue, *dabo tibi transitus inter stantes istos*, idem erit sensus, si de sacerdotio fiat sermo; Dabo tibi inter hos Sacerdotes, qui mihi ministrant, [illegible] aut qui ambulent ex posteris tuis. Aut dabo tibi, qui tecum ambulent, & qui tanquam custodes tecum [illegible] Angelos, qui stant cum [illegible] quos Vulgatus vocauit *protectores.*

Opem Iesu promittit Angelorū.

Quia viri portendentes.] Hebraicè *quia viri* מופת *Mophet potentes ipsi.* Et Septuaginta quidem, Τερατοσκόποι *portentorum spectatores sunt* verterunt. Sub duplici sensu; nam [illegible] portentorum spectatores vocat, quia à Prophetis edita monstra, & signa assiduo speculabantur, & finem eorum expectabant, vt illi, de quibus Ecclesiasticus capit. 44. 3. *Nunciantes in Prophetis dignitatem Prophetarum, in peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina Scripturarum.* Cyrillus autem explicat, amantes signa; nam proprium erat Iudæorum signa petere; quasi dicat; quia viri sunt, qui amant prodigia videre; audiant ingens hoc portentum; de quo mihi est dicendum: vt dixit Gabriel Danieli capit. 9. 23. *Ego veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es.* Atque ad hunc sensum propriè accedit sensus Chaldæi, Dauidis Kimhi, & Vatabli qui *viros portenti* declarant dignos quibus fiant miracula, & reuelationes de aduentu Christi; aut ante quorum conspectum fiant prodigia. Montanus interpretatur; quia viri admirabiles sunt; aut propter vitam admirabilem, & excellentem in sanctitate: aut propter dignitatem. Isidorus, & Robertus exponunt; quia viri sunt apti ad facienda miracula, & prodigia; vt Apostol.; nam, vt dicitur Actuum 2. 43. *Multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant.* & cap. 5. 12. *Per manus autem Apostolorum fiebant prodigia, & signa multa in plebe.* Dionysius vult significari viros, qui futura prædicant, quod omnes fuissent Prophetæ. Verùm quia & in Scriptura sacra, & in profanis auctoribus *portentum* dicitur opus insolitum in natura, quod aliquid futurum portendat, idcirco sensus communis Hieronymi hic, & super quarto Ezechielis, Haymonis, Remigij, Hugonis, & Dionysij præferendus est ceteris; vt Iesus, & amici eius Haggæus, Zacharias, Malachias, Ananias, Azarias, Misael, & Daniel, cum ceteris, Sacerdotis synchroni Iesu, dicantur viri portentosi, seu portendentes, quod futura suis personis, gestisque portendant; nempe Christum, & Apostolos Ecclesiæ primates. Sic Isaiæ 8. 18. *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel a Domino exercituum.* & cap. 20. 3. *Sicut ambulauit seruus meus nudus, & discalceatus, trium annorum signum, & portentum erit super Ægyptum, & super Æthiopiam.* Ierem. 50. 38. *quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.* Ezechielis 12. 5. *Faciem tuam velabis, & non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israel.* & cap. 24. 24. *Eritque Ezechiel vobis in portentum omnia: iuxta omnia, quæ fecit, facietis, cum venerit istud.* In eadem significatione Latinum nomen accipiunt Latini, ostenditque illud Ciceronis 1. de Diuinatione, *Nam quod de sole ostensum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore.* hac ratione Iesus cum omni suo collegio, vt vocat Theodoretus, *viri portenti* dicuntur, id est, viri portendentes futura; ac propterea digni, quibus Michael declaret Christum, quem ipsi portēdunt; quantæ futurus sit dignitatis & maiestatis. 17

Portendē-tes qui di-cantur.

Iesus cum sociis por-tendebant futura.

18 *Adducam.*] Hoc est vaticinium, quod post captiuitatem attentionem summi Sacerdotis, & sociorum eius, maximè cum ipsi id portenderent, profert Michael; & verbis eximiis annunciat cum admiratione. Ecce ego adduco, seu venire facio ser-

Germē promissum.

uum meum Orientem. Hebraicè צמח *Tsemah*, germen; qui est tener arboris surculus, qui, quod ea arbore oriatur, & crescat, solet quandoque verti *Oriens*, non ab exortu Solis, vt latè ostendimus super Ieremiam. Sed quis Dei seruus hoc nomine indicetur videndum est. Eusebius lib. 4. de Demonstrat. Euang. cap. vltimo; Theodoretus hic, & ex Hebræis nonnulli, putant intellig Zorobabelem, qui verum est Dauidis germen; & Christum regem in se continet. Verùm non video qua ratione hæc Prophetia conueniat Zorobabeli, quem præsentem quid portendere opus erat? aut quid magni in eo adducendo continebatur, vt tam accuratè sibi Michael attentos redderet amicos Iesu? quid illi cum oculato lapide, & sculpto? Aut cur germen, aut Oriens promitteretur, qui iam in virum creuerat multo ante ortus? Numquid hoc nomen illi soli tributum, aut commune est cum aliis? sanè commune non est, cum ergo in Ierem. & Isaia nõ tribuatur Zorobabeli, sed Christo ea illo ca orto, proprium erit Christi, non Zorobabelis. Nam commune esse nemo dicet, cum præterquam vni vel Christo, vel Zorobabeli, nusquam alij in Scriptura tribuatur.

Zorobabel putatur Eusebius Theodot.

De Christo igitur vaticinium induci communis est intelligentia, nomen *Orientis*, seu *germinis*, illi tribuentium. Sic Chaldæus, qui pro nomine *Tsemah*, vbique transfert *Messiah*. Hieronymus, Cyrillus, Haymo, Remig. Rupert. Albert. Hugo. Lyra, Dauid Kimhi in secunda expositione, Dionys. Vatab. Isidor. Mont. & Rob. & ceteri, vt tam vnanimi consensu roborata intelligentia, nisi impiè negari non possit. Pollicetur ergo aduẽtum Christi, qui sit Sacerdos æternus, & extructurus spiritualem Ierusalem, quem qui susceperint sint viri admirabiles; qua ratione plenam dignitatem, & felicitatem consequetur Iesus filius Iosedec, cui promittitur Iesus Filius Dei. Rationem autẽ huius nominationis *germinis* Christo tribuere reddere hoc loco, etsi non fuisset alienum, at cum latè sup. per Ieremiam eam assignauerimus, superfluum fuerit replicare.

Christus germẽ promittitur.

19 *Ecce lapis.*]Locus est explicatu difficilis, & quoad contextum verborũ, & quoad sensum. Nam quod attinet ad verba, hyperbato permista sunt; quæ hoc modo rectè coordinantur. Quia ecce, super lapidem vnum, quem dedi coram Iesu, septem oculi sunt; Ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum. Quod attinet ad sensum communis sententia est, Hieronymi, Haymonis, Ruperti, Remigij, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, Vatabl. Isidori, & Roberti, per lapidem Dominum nostrum Iesum Christum accipientium; qui lapis frequenter in Scriptura vocatur; vt Psalm. 117.22. *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Isa. 28. 16. *Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum.* & Daniel. 2.34 dicitur; lapis de monte abscissus sine manibus & 1. ad Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.* Dictus est autem lapis Christus, quod sit fundamentum, & basis totius spiritualis ædificij: consuetudine Scripturæ, quæ eum, qui multorum pater est, & origo, lapidem vocat; vt Gen. c. 48. 24. dicitur de Ioseph, *inde pastor egressus est lapis Israel*, quia videlicet patrem suum Iacob, patrem totius Israelitici

Lapidem Christum accipiunt

Christus lapis fundamentalis Ecclesiæ.

populi, pauit, & custodiuit. Vel pauit totum Israelem, nempe patrem cum filiis, lapidem dictum; quia lapis vnus totus cum sit, vt ait Dauid Kimhi, totum, & vniuersum aliquod significat. Illa autem verba, *quem dedi coram*, vel *ante faciem Iesu*, variè exponunt interpretes. Nam qui apud Hieronymum historiam sequuntur, *ante faciem* exponunt, post Iesum, quia Christus lapis secutus est post Iesum filium Iosedec, qui eum à longe prospiciebat. vt Lucæ 10. *Designauit Iesus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.* Nam ipse Christus præmittebat, eos secuturus. ita Deus dedit lapidẽ Christum post Iesum filium Iosedec, suo tempore venturum. Alij, vt Lyra, & Vatabl. explicant, *quem dedi coram Iesu*, hoc est; quem fide, aut reuelatione ostendi Iesu. Alij ostensum putant Iesu lapidem verum, aut imaginarium septem oculis cælatum, dictumque illi. Ecce hic lapis, quem inspiciendum tibi proposui, refert vnum illum lapidẽ Christum Iesum, quem ego cælabo, super quem erunt oculi septem. Aut certè. Ecce, ait, quẽ promisi me adducturum seruum meum germen, ipse est lapis, quem tibi reuelaui; super quem septem oculi futuri sunt, egoque illius sculpturam cælaturus, nempe Christus Iesus.

Theodoretus tamen lapidem putat Zorobabel. in typum Christi, quem in se gestabat, tamquã in semine, & in stirpe gratiis omnibus præfulgentem, firmum, & robustum, vt lapidem.

Expositio 2. de Zorobabele.

Hugo melius, Isidorus, & Montanus, lapidem pro templi materia extruendi accipiunt, in typum templi per Christum extruendi; vt dicatur Iesu. Ecce lapidem, ex quo constructurus es templum, multos habet inspectores, qui opus ædificij vrgeant, & ego quidem in meam curam suscipiam, vt affabre sculpatur, & cæletur; vt tandem templo per te absoluto, ærumnarum sordes, & opprobrium in captiuitate contractum, finiantur, cultu Dei instaurato, & pax summa succedat. ita enim seruus meus germen Christus templum Ecclesiæ est ædificaturus, quod septem oculis intueor, id vt exornem & absoluam; cuius ipse erit lapis angularis, & fundamentum. Nam quemadmodum infra capit. 6. postquam dictum est: *Ecce vir oriens nomen eius*, subiicitur, *& subter eum orietur, & ædificabit templum Domino*: ita hic, post illud, *ecce adducam seruum meum germen*, subiicitur, quid esset facturus; templum, nempe spirituale. Ipse, inquit, cum sit materia ædificij ædificabit templum, illudque fundabit, multis illud opus vrgentibus, Apostolis, & viris aliis Apostolicis. Vel certè ô Iesu, & amici, qui bona, & consolatoria promissa spectatis, & vestris factis vos ipsi portenditis; ecce ego omnia pro votis quæ desideratis, complebo. Quod magis desideratis templum est, in quo seruus meus Christus videndus est, & audiendus. Ego certè præstabo quæ optatis omnia, ecce adducam seruum meum Christum, qui sua præsentia templum, quod extruere contenditis insigne reddet; Ecce lapides coram habetis ad ædificium: habetis etiam inspectores, & præsides, qui instent operi; habetis & me propitium, qui vltimam ei manum imponam, & sculptoris, cælatorisque fungar officio. denique vna die auferam omne opprobrium, & pacem restituam cum vera religione coniunctam. Hæc ita cõuenire historiæ

Extructio ædificij templi prædicitur in typum Christi.

De Christo vectus accipe.

nunc gerit si ostenderemus, prædictum quoque literalem sensum probaremus, in typum Christi, & Ecclesiæ. Verùm cum vnus singularis lapis cō structus coram Iesu cum septem oculis propunatur, non ita facile est aliud quid, quam Christum ipsum angularem lapidem intelligere.

80 *Septem oculi.*] Numerum septenarium pro vniuersali accipiunt ferè omnes, & multos oculos super lapidem vnum, si per lapidem, Christum accipimus: interpretes, aut intelligunt illi insitos, aut extrinsecus adiectos. Qui oculus extrinsecus adiectos accipiunt; quidam, vt Lyra, & Vatablus exponunt Angelos, qui Christo adstant, vt administri regi suo, ad exequenda iussa illius, in Ecclesiæ fidelium gubernatione; & ad illi prouidendum; vel ad curandum, vt Iudæi vni illi lapidi insistantur. Probat huic sensum idem Zacharias cap. 4. 10. cum ait, *& videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi sunt domini, qui discurrunt in vniuersam terram.* & Ioannes Apocal. 5. 6. *Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, tamquam occisum habentē cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.* Dicuntur autem hi Angeli oculi Christi, quia sicut homo suis oculis circumlustrat omnia, & cauet, quæ sibi nocere possunt, & commoda sibi conquirit: ita Christus ministerio Angelorum vniuersam Ecclesiam circumlustrat, & auertit quæ nocere possint suo corpori mystico; & quæ ei sunt vtilia conquirit. Eo modo quo Petr. apud Clem. Epist. 1. ad Iacobum, diaconos vocat oculos Episcopi.

1 Sensus. Oculi super Christum quem accipiendi

Angeli vt oculi Christi.

Clem.

Alij accipiunt oculos super Christum passiuè, quod omnium oculos fidelium hominum, & Angelorum in se coniectos habeat, tamquam ea quo salutem, & omne bonum spectent; quemadmodum in serpentem Moisis æneum vulnerati prospicientes sanabantur. Dicitur autem super lapidem Christum septem oculos coniectos, quod omnium oculos in se conuertat, aut quod omnes ei videndo insistant, figentes in eum oculos.

2 Sensus. Oculi omnium in Christum conuersi.

Isidorus, & Montanus similiter oculos lapidis passiue accipiunt, pro oculis Domini, qui omni studio vigilantia, ac diligentia obseruet, ne quis et lapidi noceat: & curam adhibeat in eo cælando, & aptando: tum etiam in templo spirituali collocando, & conseruando. Hac ratione diceretur Christus lumen oculorum patris sui, quem videre delectet. vt Tobias cap. 9. filium dicebat, *lumen oculorum nostrorum*: quia de illo cogitabant semper, & loquebantur, & eius bonum per omnia curabant.

3. Sensus. Oculi Domini super lapidem eius studiendo eum.

Qui oculos lapidi ipsi insitos, quasi capiti accipiunt, Hieronymus, Hayino, Remigius, Lyra, Dionys. & Vatab. dona Spiritus sancti exponunt, quæ animam oculatam, & illustrem reddunt: ita Christi anima est illuminata, & oculata reddita. Alij existimāt esse Christi summam prouidentiā & protectionem, qua prospicit sponsæ Ecclesiæ. vt 2. Par. 16. 9. dicitur, *Oculi Domini contemplantur vniuersam terram.* Iucundius, & elegantius alij putant dictum lapidem oculatum, aut oculis multiplicibus distinctum, sumpta metaphora à vestibus pulcherrimè elaboratis, opere phrygionico, quale quibusdam ... ... Gen. ...6. fuit ... ... datum Saræ ab Abi... cum di... *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo;*

4 Sensus de donis Spiritus sancti Christo insitis. 5. Sensus.

6. Sensus Christus oculatus ... & virtutibus.

A

B

C

D

E

hic erit tibi in velamen oculorum. Hoc est, vt quidam explicant, his argenteis emes tibi opermentum pulcherrimum oculatum, id est, plenum oculis. Talis erat tunica summi Sacerdotis, Exod. 28. 4. *Tunica stricta*, in Hebræo legitur, *tunica ocellata.* & vestis sponsæ, Psalm. 44. 10. *in fimbriis aureis.* Hebr. *in vestitu ocellatis auro.* Hac ratione Christus lapis ita erat elaboratus, & variis cælaturis distinctus, vt plenus oculis esset oculis, quo significatur varietas gratiarum, virtutum, & donorum illi inditorum, iuxta id, quod sequitur *ego cælabo sculpturam eius.* aut certè de vibicibus, & vulneribus dicitur, quibus quasi quibusdam oculis erat corpus Christi distinctum, & pulcherrima varietate exornatum. Atque hic de Christo lapide hi interpretantur, pro cuiusque intelligentiæ ratione.

Demum qui per lapidem templum materiale, aut materiam templi accipiunt, aliter explanant. Hugo quidem sic: super lapidem vnum septem oculi sunt; id est, multiplices sunt præsides, aut operatores, seu fabricatores, qui operam suam ponant in templo ædificandu, ex lapidibus sculptis, & bene politis, & cælatis. Alij vero sic exponunt: super lapidem vnumquemque multiplices sunt oculi, multa orificia; erant enim impoliti, ac qui ex latomia præcisi erant, vtulatis rimis, & quasi oculis distincti. Ne verò dolerent de hoc, quod per tempus, & inopiam non liceret expolire lapides; adiecit Deus, *ego cælabo sculpturam eius.* ego limas ita cumponam, & expoliam varijs cælaturis; vt non sit vobis amplius quod desideretis. At quid mirabile prædixisset Deus, cum illis verbis vsus est? *Ecce lapis, quem dedi coram Iesu super quem vnum lapidem septem oculi sunt. Ecce ego cælabo sculpturam eius*, quid attentum reddit Iesum ad loquendum de lapide materiali? de alio igitur loquitur vtuo, & vero Domino nostro Iesu Christo: super quem oculos suos conlecerunt omnes, qui præcedebant Patriarchæ, & Prophetæ, & qui sequebantur, clamantes *Hosanna filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Ego cælabo.] Hebr. *Ecce ego aperio aperturam eius.* quod Aquila, Theodotio, & Symmachus dicunt, *ego sculpam aperturam eius.* & Chaldæus: *Ecce ego visionem eius reuelo.* Et quidem si de materia templi ædificio intelligeremus cū Hebræis, Dauide Kimhio, & Hugone, sic liceret interpretari: *Ecce ego cælo cælaturā eius*, ecce ego perficio ædificium, & vltimam ei manum impono. Nam tunc absoluitur opus, cum ei adijciuntur picturæ, flores, & poma; quæ sculpuntur, & pinguntur in extrema superficie. Vel certè, quia Dei ope officia, & aperturæ lapidum, non solùm impolita, sed maxima pulchritudine compacta, & distincta mansi runt. Montanus de templo spirituali Ecclesiæ melius intelligens; *ecce ego*, declarat, *cælabo*, hoc est omnibus numeris absoluam, omnibus gemmarum, virtutumque virtutibus exornabo. Verum cum communis interpretum intelligentia de Christo accipiat; vt sunt illi diuersi, diuersam adhibent expositionem. Lyra, & Dionys. de ... Christi exponunt, in viero Virginis, diuina formatu, cæloq; virtute. Alij de verbo Dei in natura humana cælato, & cum ea hypostatice vnito. Alij de varijs dotibus ... & ...tibus, quibus ea con

7 de ...

Resp...

... Sensus de templo materiali.

Sensus ... de ... spirituali Sens... de Ch...

ceptu in vtero Virginis cælatus est, & omnibus numeris absolutis, vt tamquam basis in templo Ecclesiæ collocaretur. Alij ex significato verbi Hebræi, *ego aperiam*, id est, manifestam faciam omnibus hominibus, & Angelis, ac celebrabo aperturam eius, cælatam variis virtutibus, & sculptam eius humanitatem tot donis: quæ manifestatio potissimum enituit in Christi perpessione, quando omnes, & excellentes virtutes enituerunt. Magis ad verba, Hieronym. Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Dionys. Vatabl. Isidorus, & Rob. Patris verba esse dicunt promittentis, se cælaturum aperturas Christi, manuum, pedum, & lateris, & aperturum eius vulnera in emundationem peccatorum. Sicut enim Isaiæ 53. 8. dixit, *Propter scelus populi mei percussi eum*, id est, permisi percutere. ita nunc; *aperiam*, ait, pro permittam aperire, *aperturas eius*. Recteque consequitur hic sensus illum præcedentium verborum, *super lapidem vnum* Christum *septem oculi sunt*, quia Christi corpus, velut lapis, quàm multiplicibus vulneribus, tamquam pulcherrimis oculis opere sculptorio factis, erit excauatum, & perforatum, cum cruci affixus fuerit: quo die auferet totius orbis iniquitatem.

Sensus cō- munior de corporis a- perturis.

21 Deletæ passionis Christi.

In die vna.] Passionis Christi omnes intelligunt, Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, cum ceteris. Nam sanguine fuso è vulnerum apertura, iniquitas non solum Iudææ, sed & orbis vniuersi deleta est; quia sufficiens precium exolutum. Quod autem dicit; iniquitatē terræ illius, quamuis omnes communiter non restringant ad Iudæam: at modus relatiui, vt notat Isidorus, terram illam, in qua passus est, significat; quod in consolationem Hebræorum hæc dicantur: & significatur, iam legale sacerdotium abolendum, cum exurgat nouus Sacerdos, qui vere deleat iniquitatem terræ illius, quā vetus Sacerdos non poterat auferre.

Vocabit vir.] Periphrasis est pacis, & securitatis per Christum, & eius legem efficiendæ Scripturæ vsitata; vt 3. Reg. 4. dicitur de tempore Salomonis. *Habitabat Iuda, & Israel absque timore vllo, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dan vsque Bersabee, cunctis diebus Salomonis.* Ad eundem modum de pace, & securitate, Christi tempore futura; de qua sub alia forma dixerunt Isai. 2. 4. & Michææ 4. 3. *Concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens contra gentem gladium, & non discent vltra belligerare:* promittit Deus tam insignem fore, vt Apostoli, vtique Apostolici inuitaturi sint amicos suos Iudæos, aut Gentiles subter vitem, aut ficum Euangelij, vt ait Rupertus, aut subter vmbram Christi, qui est vitis vera, vt Hieronymus, Remigius, & alij. aut ad legis intelligentiam. Tum etiam ad bonorum spiritualium, & temporalium communicationem: ideò enim dictum est, *subter vitem, & subter ficum*, & non subter vitem suam, aut ficum suam, quia vt dicitur Actuum 4. 32. *Nec quisquam eorum, quæ possidebat, dicebat aliquid esse suum, sed erant illis omnia communia*: vt notant Albertus, & Montanus. Omnes enim erant fruituri fructu vitis, & ficus in summa pace: & socios inuitaturi ad tuto considendum, & ociandum sub vite, & ficu: qui est fructus passionis Christi. Hugo de temporali pace secuta post constructum templum secundum, sub Simone Machabæo, explicat; quæ refertur 1. Machabæorum 14. à versu 4. sed maiora excellentioraque bona promittit Deus per Christum adducenda, & perpetuò duratura in adhærentibus illi.

23 Pax summa per Christum adducenda.

Communia omnia sub Christo.

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

1 Reuersus rursus idem ipse Angelus Michael, qui mecum hactenus fuerat locutus, vt difficile aliud mihi visum reuelaret, excitauit me quasi de somno, sibi attentiorem reddens, vt ea, quæ dicturus erat, perciperem. Dixit ergo mihi. Quid vides Zacharia? ego respondi. Ecce video candelabrum totum aureum, quod habet in hastilis summitate [3] rotundum vas in modum gulæ, & per circuitum septem lucernas: ac [4] septem canaliculos ad subministrandum per eos oleum ex vase in lucernas: video etiam [5] duas oliuas vnam ad dexteram, alteram ad sinistram candelabri quæ demittunt duos ramusculos bacciferos in duas fistulas aureas, euacuantes ex eis purissimum oleum quasi aurum, quod subministrant vasi candelabri, vt ex illo per quatuordecim illos canaliculos prouideatur lucernis. Quæ, vt admiratus, vidi, conuersus ad ipsum Angelum rogaui, vt explicaret mihi quidnam hæc essent, qui dixit: Hæc non nosti quid sint? Non Domine mi, inquam ego. Tunc ille, [6] hoc, inquit, est negotium Domini cum Zorobabele, quo illi significatur, ipsum absoluturum esse opus templi, nullo deinceps impediente. non quidem virtute bellicæ apparatu, atque potentia, sed diuino naturum spiritus virtute. [7] Quid est enim grande istud regnum Persarum, quod hactenus vobis fuit, quasi mons terribilis operi cœpto obiectus, vt eum diuina virtute conteratur, quo minuitur Zorobabel? educet igitur Zorobabel lapidem in

CAP. IV.

[1] Et reuersus est Angelus, qui loquebatur in me, 1
& suscitauit me, quasi virum, qui suscitatur
de somno suo. ‖ Et dixit ad me: Quid tu vides? Et di- 2
xi: vidi, & [2] ecce candelabrum aureum totum, [3] &
lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius
super illud: & [4] septem infusoria lucernis, quæ erant
super caput eius. ‖ [5] Et duæ oliuæ super illud, vna à dex- 3
tris lampadis, & vna à sinistris eius. ‖ Et respondi, & 4
aio ad Angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid
sunt hæc Domine mi? ‖ Et respondit Angelus, qui lo- 5
quebatur in me, & dixit ad me: Numquid nescis quid
sunt hæc? & dixi: non, Domine mi. ‖ Et respondit, 6
& ait ad me dicens: [8] Hoc est verbum Domini ad Zo-
robabel, dicens: non in exercitu, nec in robore, sed in
spiritu meo, dicit Dominus exercituum. ‖ Quis tu 7
mons magne coram Zorobabel? in planum: & [9] edu-
cet lapidem primarium, [1] & exæquabit gratiam gra-
tiæ eius. ‖ Et factum est verbum Domini ad me, di- 8
cens: ‖ [11] Manus Zorobabel fundauerunt domum i- 9
stam, & manus eius perficient eam: & scietis quia
Dominus exercituum misit me ad vos. ‖ Quis enim de- 10

capite ædificii cum applausu conclamantium, acclamantium, gratia, ac felicitas consummati ædificii respondeat gratiæ, ac felicitati, qua cœptum est. Sic enim pollicetur Dominus. [11] Zorobabel iecit huius templi fundamenta, ipse certè vltimam ei manum imponet: & tunc ipsa comperietis me verum fuisse Prophetam Domini. Quæ cum ita verè futura sint, quis est vobis ille, modicæ fidei, qui recordatus prioris templi magnificentiæ, despexit [12] dies illos, in quibus noui templi iaciebantur fundamenta, quasi ex quo haberet initia, desperans vlla ratione posse perfi[ci]? Lætabitur absque dubio, præter omnem suam spem, cum viderit ducem Zorobabelem, habentem in manu [13] perpendiculum, quo demonstret opus excrescere, rectosque extolli parietes. Nam multiplex ille [14] septenarius lucernarum, & canaliculorum, oculos Domini significat, quibus tanta cura, ac prouidentia operi sui templi insistit, ac beneuolè prospicit populo suo, quanta cura, ac prouidentia discurrit pro[u]idens terræ vniuersæ. Cum autem viderem Angelum exponentem mihi visum candelabri, interrogaui deinceps illum, quid significarent [15] duæ illæ oliuæ, quæ erant sitæ ad dexteram, & ad sinistram candelabri? & rursus quid significarent duo illi ramusculi oliuarum, qui attingunt rostra fistularum duarum aurearum euacuantium ex eis in seipsis oleum purum? & ille mihi; hæc inquit nosti quid sint? & ego, non Domine mi. Et ille statim: [16] hi duo, inquit, ramusculi significant duos Christos populi, Iesum Sacerdotem magnum, & principem Zorobabelem, qui tanquam ministri assistunt Deo Dominatori vniuersæ terræ, vt templum eius ædificent, & populum in se diuina, ciuilique gubernent.

spexit [12] dies paruos? & lætabuntur, & videbunt [13]
lapidem stanneum in manu Zorobabel. [14] Septem isti
oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam ter-
ram. | Et respondi, & dixi ad eum: quid sunt [15] 11
duæ oliuæ istæ, ad dexteram candelabri, & ad sini-
stram eius? | Et respondi secundò, & dixi ad eum: 12
quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo ro-
stra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? | Et ait 13
ad me, dicens: Numquid nescis quid sunt hæc? Et
dixi; Non Domine mi. | Et dixit: Isti sunt [16] duo 14
filii olei, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ.

ARGVMENTVM.

SPECTRO candelabri ostenso, & explicato ab Angelo, Zacharias confirmat ducem populi Zorobabelem ad templum construendum, qui adhuc formidabat potentiam Persarum: quæ tamen cum diuina comparata, qua nitebatur Zorobabel, ostenditur nulla esse.

COMMENTARIVS.

1 ET *reuersus.*] Existimat Hieronymus, & eum secuti Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius, Angelum, quem putamus Michaelem, non loco abiisse post præteritam visionem; sed tantum à sopito Zacharia dictum abiisse, & reuersum fuisse, cum somno sopitum excitauit ad nouam reuelationem. Ex magnitudine enim præcedentis reuelationis attonitus, & extra se positus Propheta remanserat, vt notant Hieronymus, Theodoretus, & Montanus. Reuera autem abiisse, & è conspectu Domini reuersum Michaelem ad nouam reuelationem ostendendam Zachariæ, asserit Lyra cum aliis, & verba Prophetæ id satis præferunt.

Michael redit a Prophetæ reuelandum nouū visum.

2 *Ecce candelabrum.* Descriptio plena visi candelabri ex principio, & fine capitis collecta, quia non tota initio proposita est, sic habet ex Hebræo. *Ecce candelabrum aureum totum, & gula super caput eius, & septem lucernæ eius super illud, septem, & septem infusoria lucernis, quæ super caput eius, & duæ oliuæ super illud; vna a dextera gulæ, & altera ad sinistram eius; & duæ spicæ oliuarum in manu duarum fistularum aurearum, euacuantium ex eis aurum.* Et quidem Albertus, Hugo, Lyra, & Vatablus, eandem esse huius descriptionem candelabri, ac eius, quod demonstratum est Mosi Exod 25. arbitrantur. Sed facile conuincuntur erroris ex ipso textu, & ex declaratione, quam iam subiicimus. Sed prius vniuersæ descriptionis reddemus rationem.

Candelabri descriptio.

Et lampas super caput.] Hebraicè, & גֻלָּה *gullah super caput eius*, quod nomen *vas rotundum*, seu *circulare, lenticulæ instar*, omnes affirmant significare; nam & *lampadem* LXX. & Vulgatus transferunt, *lenticulam* alii, vt sæpe Vulgatus, *vasculum rotundum*, alii instar peluis, *coronam auream circularem* Montanus, quæ totum candelabrum ornando superius ambiret. Videtur certè significare vas circulare varios habens meatus, per quos oleum suscipiat, & lucernis subministret. Nam verbum, vnde nomen deriuatur *galal* voluere, ac reuoluere significat; & inde gula vas est, quod liquorem suscipiens, reuoluit in se, absorbet, ac deuorat. Vnde nomen Latinum *gula* deductum putatur, quæ secundum Plinium lib. vndecimo cap. 37. è duabus fistulis exterior est, qua cibus, & potus deuorantur, vt tendant in stomachum, & inde ad ventrem. Nam interior arteria ad pulmonem pertinens, & cor. Est ergo *gulah* vas aureum rotundum capax, oleo suscipiendo deseruiens, & distribuendo per varios meatus, & canaliculos in septem lucernas, quæ erant in circuitu illius vasis, & ex eo oleum suscipiebant. Nun verè igitur Hugo, Lyra, & Vatablus accipiunt singulare pro plurali; *lampadem* aut *lenticulam*, pro lampadibus, aut lenticulis septem, in quibus tanquam in septem calamis collocatæ essent lucernæ: aut quod loquatur Propheta de vna lampade, aut lenticula constituta in capite, seu stipite candelabri, cum sex aliis. Quia reuera, vt verba ipsa proferunt, & ceteri auctores explanant;

3

Gulah quod genus vasis.

vnum

vnum tantum erat vas ad continendum oleum; cuius mentio in Exodo nusquam facta est. Præsertim cum in hac visione maior olei habeatur ratio; nam propterea apparuerunt duæ oliuæ exprimentes oleum, & duæ fistulæ, per quas defluebat in dictum vas. de quorum omnium significatione mox dicemus.

4 *Septem infusoria.*] Apud Septuaginta, Vulgatum, & Hieronymum, & expositores Græcos, & Latinos, semel tantum legitur, *septem.* Sed Biblia Hebræa, & Chaldæus, cum interpretibus, Tigur. Pagnino, Vatabl. Montano, & codices nonnulli Vulgatæ editionis, bis legũt *septem, & septem.* Nomen autem מוצקות *mutsakoth*, quod *infusoria* trãslatum est, fistulas quasdam, aut canaliculos fuisse, per quos ex vase illo rotundo defluebat oleum in lucernas, asserunt Vatabl. & Isidorus. Montanus verò existimat non ad vas illud rotundum pertinuisse; sed ad ipsas lucernas, quibus liquor per eos canaliculos ministrabatur. Alij putant, vasa esse oleum continentia, ad infundendum, cum opus esset, lucernis. Itaque R. Salomon, & Montanus putant singulis lucernis septem infusoria ad olei ministerium fuisse destinata. R. Dauid, & Vatab. existimant vnicuique lucernæ suum fuisse, infusorium designatum; & geminatum numerum *septem*, ad lucernas refert Vatablus, *septem*, inquit, *lucernæ erant, & septem infusoria.* Sed planus sensus habet quatuordecim fuisse illos canaliculos, qui ex vno illo vase per septem ora prodirent, & è singulis oris duo canaliculi tendentes ad singulas lucernas: itaq; ex vno vasis ore duo prodirent, vnus in vnam lucernam, & alter in alterã, & ex ore præcedenti proximo duo alij prodirent: quorum vnus, seruata proportione tenderet in priorem lucernam, alter in sequentem, & sic de singulis. Qui quidem quoniam per septem ora prodibant ex vase, seu peluí circulari, septem infusoria dicuntur; quæ quia singula in duos canaliculos distinguebantur, quatuordecim faciunt: & bini, & bini, in singulas lucernas effundebant oleum.

Infusoria quæ sint.

Sensus verus.

5 *Et duæ oliuæ.*] Duas oliuas super illud, hoc est, iuxta candelabrum sitas, vnam ad dexteram alteram ad sinistram describit, & cui ministerio deseruirent ex fine capitis constat, vbi dicitur. *Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro?* Spicas vocat duos ramusculos, seu surculos oliuæ baccis plenos, oleũ stillantibus qui per metaphoram ductam à frumenti spicis granis plenis, dicti sunt spicæ. Quod autem sequitur. *Quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro*; ex Hebræo legitur. *duæ spicæ oliuarum, quæ in manu duarum fistularum aurearum euacuantium ex eis aurum.* Pro *fistularum* est. Hebræum nomen צנתרות *tsanteroth*, quod *nares* verterunt L X X. *rostra* Vulgatus, & Tigurina, Chaldæus *keytbos* Pagninus *fistulas*, seu *canales* vocat, è mente Dauid Kimhi, qui in libro radicum dicit esse vasa ad similitudinem fistularum. Vatablus, Robertus, & Montanus vasa putant esse, in quibus oleum excipiebatur, *ampullas* illi, Montanus verò, voce paululum ab Hebræa deflexa, *centarus* vocat. Certius videtur *fistulas, seu canales* significare. Nam 2. Reg. 5. 7. ita Vulgatus transtulit, *proposuerat Dauid præmium, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas*, id est canales, pro

De duabus oliuis.

Fistularum officium.

quos aqua è tectis defluebat, secundum Dauid Kimhi. Tum quia hic statuuntur hi canales, vt oleum absque humana industria ex oliuis deflueret in vas illud rotundum, & ex vase in lucernas. Tum demum quia consonat lectioni Vulgatæ, nam vas illud rotundum habebat versus vtramque oliuam prominentem canalem, instar rostri aquilæ, aut naris sublimatorij, sursum elatæ, vt vocarunt L X X. intra quam narem, rostrum, aut fistulam demittebatur ramusculus oliuæ, in eoque premebatur, vnde oleum continuo stillabat in peluim, seu in vas rotundum, & ex ipso in lucernas.

Præterea quod dicit Vulgatus: *in quibus sunt suffusoria ex auro*; sic habet ex Hebræo המריקים *Hammerikim ex eis aurum*, & vt participium multi accipiunt à verbo *rarak*, quod significat *euacuare.* & potest coniungi nominatiuo *spicæ*, hoc modo. *Quid sunt duæ spicæ oliuarum euacuantes*, aut quæ effundunt ex se aurum, vel oleum? vt Montanus accepit; aut potest coniungi cum genitiuo *canalium*, aut *fistularum euacuantium*, effundentium, aut exonerantium *ex ipsis aurum*; vt coniungunt Tigur. Pagn. & Vatabl. Septuaginta verò, & Vulgat. acceperunt pro nomine, & ita verterunt, *suffusoria aurea*, putantes fuisse vasa aurea

Deinde illa dictio composita, מעליהם *meughalehem*, idem est, quod, de super se, aut de super eis, & si pronomen referat *spicas* sic legemus: *spicæ euacuabant de super se aurum*, id est, de superioribus ramusculis exprimebatur aurum in canalia, vt Montanus intellexit. Si verò fistulas; erit sensus: fistulæ euacuabant, seu exonerabant spicas de super eis, id est, superiores ramusculos, & oleum ex eis excipiebant. Vel certè seipsas euacuabant, emittentes ex seipsis oleum in vas illud rotundum, quasi dixisset; euacuantium ex seipsis aurum. & ita acceperunt Chaldæus, R. Abraham, Dauid Kimhi, Pagn. Tigur. & Vatab.

Demum nomen זהב *zahab* omnes transferunt, *aurum*, quod accipiunt pro oleo purissimo auri instar, R. Abraham, & Dauid, Pagninus, Vatablus, & Montanus. Chaldæus autem cum M pro vase accipiunt; & supplent præpositionem, *in*, & legunt, *quæ euacuant ex seipsis oleum in aurum*, aut *in lucernas aureas.* Septuaginta, & Vulgatus supplent præpositionem, *ex suffusoria ex auro*, aut aurea, *aurum* pro materia accipientes, ex qua illa vasa confecta sunt. Potest autem lectio Vulgati ad sensum lectionis aliorum explicari, si ita describamus. Canales duo siti in duobus rostris, in duobus lateribus vasis rotundi excauatis, per quorum cauitates fluebat oleum aureum; & ideo dicuntur suffusoria ex auro, quia effundebant ex aureo illo oleo spicarum oliuarum in vas rotundum, & ex vase in lucernas. Atque hactenus de visionis intelligentia; nunc ad explicationem sensus eius transeamus.

Aurũ pro oleo.

Hoc est verbum.] Descriptæ visionis declaratio adeo difficilis Hieronymo visa est, vt nullam ex propria sententia prosequatur. Et sane qui de Christo, & Ecclesia explicant, vt illi, quos refert Hieronymus, Rupertus, Vatablus, Isidorus, & Montanus, difficillimè omnia verbis applicant, & pro difficultate, satis diuersis modis, vt ipsa diuersitas expositionum mysticum sensum, seu allegoricum se sequi ostendant, cum omnia in figura 6

conti-

cooragissent illis. Satius ergo erit vniuersum caput de re præsenti ipsi Prophetæ explanare; cum verba propriè accepta possint rectè illi accommodari. Sicut ergo in superiori capite animatus est Iesus, cum indueretur vestes Sacerdotales, ne Satanam vllo modo timeret: ita modo animatur Zorobabel, subministrante oleum, & opem Deo per suos Prophetas, ne quemquam opus templi metueret impediturum; sed feliciter ipsum confecturum. Sic explicant Theodoretus, Remigius. Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & M. Atque hanc expositionem prosequemur.

7 *In spiritu meo.*] Hoc breui sermone explicuit Angelus visionis significatum. Sed quia breuitas obscuritatem parit, non satis intelligunt expositores quid Angelus voluerit indicare: atque in varias sententias partiti sunt: ex multis autem, qui de negocio Euangelico intelligunt, Rupertus, Vatablus, & Robertus de sola Christi persona accipiunt, sub persona Zorobabelis à quo duxit originem. Nam Zorobabel, id est, Dei filius, induit humanitatem, quæ est aurum; conceptus non humana virtute, sed Spiritus sancti opera, & è Virgine natus; vt hoc candelabrum aureum à nemine factum videtur, sed à solo Deo. sic Vatablus & Rob. secundum Rupertum verò. Christus est candelabrum illuminans Ecclesiæ templum; totus aureus, post resurrectionem gloriosus, cum antea solo capite diuinitatis esset aureus; in eo fuit lampas septiformis donorum Spiritus sancti: & in spiritu contra spirituales hostes pugnauit. Cæteri de Christo, & Ecclesia exponunt. In Ecclesia tamquam in candelabro est Christus lampas: lucernæ septem, multitudo sunt iustorū, qui admirationem Christi lucent, vt Ioan. 5. 35. de Ioanne dicitur: *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* & ad Philip. 2. 15. *inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Ad hos confouendos septem sunt Sacramenta & septem dona Spiritus sancti. In quæ Sacramenta per duo rostra, seu canales, nempe per duas Christi naturas, gratiæ oleum defluit, non humana, sed diuina virtute, duæ autem oliuæ significant Christi Sacerdotium, & Regnum: quod Angelus dicit à Christo constituendum, & stabiliendum: cum tamen de Enoch, & Elia explicent alii, vt mox dicemus.

Verum de negocio cum Zorobabele plures accipiunt. Hebræi, quorum meminit Haymo, de sua republica declarant, in qua candelabrum lex est. Haymo ipse, Remigius, & Albertus de captiuitate Babylonica soluenda. Atq; modum tradit Theodoretus: candelabro Dei prouidentia significatur, quæ cælestia, ac terrestria moderatur; septem lucernis, septem hebdomadis dies, numero æquales, quæ assiduitatem, ac perpetuitatem demonstrant diuinæ curationis. Septem infusoria diuinam misericordiam significant, & lampas gratiam illuminantem. Cum autem humanis ductis rationibus incredibile putaret Zorobabel, pa[illegible] viros, & pauperes, & qui vix longam tandem captiuitatem effugissent, tot ac tanta facinora gerere potuisse: confirmatur Dei promissis, non eorum viribus, sed sua gratia id conficiendum: nec enim ait, in præsentem tenuitatem ô Zorobabel respiciēs, prædictorum desperabis exitum: neque rursus cum quippiam præclarum gesseris tibi victoriam adscribes; mea enim benignitate adiutus de gentibus triumphabis. Sic ille. Hugo verò; Lyra, & Dionysius putant significari templum absoluendum per Dei Spiritum inspirantis Dario, 1. Esdræ. 6. consummare illud: nā candelabrum nisi in absoluto templo non ponitur; quasi hoc candelabrum sit idem cum templi candelabro. Verius Isidorus, candelabrum ait significare Spiritum Dei, qui offertur per verbum; oleum est gratia Spiritus sancti, canales sunt Prophetæ docti à Deo, per quos verbum Dei in alios deriuatur; lampades septem, sunt varia Spiritus dona: candelabrum autem erat formatum, ardebat, & suscipiebat oleum absque humano ministerio. Angelus ergo paucis verbis comprehendit candelabri significatum, cum dixit, hoc est negocium Dominicum Zorobabele: quia quemadmodum formatum est hoc candelabrum, & omnia ad illud necessaria ministrantur, non humana, sed diuina virtute: ita templum à Zorobabele perficietur, & respublica ad suum decorem redibit, non ope humana, sed tantum Spiritu Domini vrgente ad opus per suos Prophetas. Atque hoc videtur visionis verum significatum.

Verum significatum visionis.

8 *Quis tu mons magne.*] Per *montem* Satanam, seu diabolum intelligunt multi; cui ait Propheta secundum Vatablum & Robert. quantus es tu, ô princeps mundi huius, vt te opponas Zorobabeli Christo, & velis cum eo conferri? sanè deiicieris, & humiliaberis. Montanus exponit de Christo, cum quo Zorobabel comparatus est quasi vallis plana cum monte excelso comparata. Sed montis extenuationem, & Zorobabelis exaltationem his verbis Angelus significare nititur. De negocio ergo Zorobabelis tempore Prophetæ melius plurimi intelligunt; & per *montem* Hebræi, quos refert Hieronymus Remig. Hugo, Lyra, & Dionysius accipiunt Satanam qui aduersabatur Iesu, & concitabat principes ad templi opus impediendum, & se extollebat contra Zorobabelem, & populum Iudæorum; minatur eum deiiciendum, & proterendum, nihil que consecturum contra Zorobabelem. Haymo hostes Iudæorum in vniuersum explicat, qui opus impediebant. Albertus regnum Chaldaicum, quod idem erat iam Persicum: de quo intelligunt Chaldæus, Theodoretus, & Isidorus. *Quid tu reputaris,* ait Chaldæus, *regnum stolidum coram Zorobabel? nonne quasi planities?* quasi dicat. Ne nt ll Zorobabel quod timeas grāde hoc regnum Persarum, habes me protectorem, quasi montem maximum; cum regnum illud vix sit vallis quædam. Vel regnum, quod hactenus tibi fuit quasi mons terribilis, iam erit quasi grata planities: quia non impediet conatum tuum ad opus: imo potius adiuuabit ad ædificium conficiendu. Ita Deus mutat regum corda in suorum seruorum commoda.

De Christo cum diabolo comparato.

De Zorobabele [illegible]

Persicum regnum [illegible] obiectum [illegible] Zorobabeli.

9 *Educet lapidem.*] Nempe Deus pater Christum, & mundo manifestabit, & crescere faciet in magnum montem; qui ostensus est Danieli. De Christo intelligunt Cyrillus Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Dionysius. Vatablus, Robertus, & Montanus, & ita accepit Chaldæus cum dixit: *& emerget Messiah, cuius nomen ab æterno est, & potietur imperio omnium regnorum.* qui lapis quidem fuit, non tantum fundamentalis Ecclesiæ, sed & angularis.

De Christo [illegible] mysticè.

Zoro-pis [illegible]

Et [illegible] lapis [illegible] primarij [illegible] ex antecedentibus, & [illegible] perspicue colligitur [illegible] Zorobab[illegible], nam in dictum est, ne timeret, & nunc [illegible] eductururn lapidem [illegible] quod vt declararet Angelus ad [illegible] *manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam.* [illegible] lapidem [illegible] Atque ita [illegible] David Kimhi, D[illegible] Isidorus, & Robertus; [illegible] verbum quod [illegible] proprie conuenit Zorobabeli [illegible] verba [illegible] proprie possunt explicari, cum ad [illegible] omine autem [illegible] *primarium*, in [illegible] bræo est, *lapidem* [illegible] putant præd[illegible] in fundamentis [illegible] Zorobabel, qui [illegible] lapidem, [illegible] altum, [illegible] fundamentum, sed de eo aedificio [illegible] solet [illegible] nam Zorobabel [illegible] & [illegible] nunc [illegible] quæ cœptum est, [illegible] & clamo ibit.

10 *Et exæquabit.*] Nomen Hebræum תשאות *Tesuoth* quidam deducunt a verbo שאה *Saah* quod est *desolare, resonare, tumultum facere.* Vnde illud nomen significat strepitus, vociferationes, & tumultuationes. Pagninus, & Montanus deriuant [illegible] שוא *Saua clamare, eleuare vocem, & tumultum facere*, vt [illegible] amores vrbis, acclamationes, vt Iob [illegible] *parturit [illegible] rugitus emittunt.* [illegible] hoc significatum locus [illegible] : *vociferationes gratia illi*, vt [illegible] omnes Hebræi, R. Abraham, R. Salomon, David Kimhi [illegible] Pagninus, Vatablus, Montanus, & alij, quasi dicat: & educet lapidem primarium cum acc[illegible] magno strepitu [illegible] applausu populi [illegible] clamantis, gratia, gratia, [illegible] est, omnia [illegible] fausta, & felicia succedant omnia, aut gratia, gratia sit [illegible] fauor a Deo.

Et Vatablus ac Montanus de Christo lapide primario [illegible] cui tunc acclamatum est, cum [illegible] clamarunt. *Hosanna filio Dauid.* Aut, [illegible] in fine conuersi fuerint ad Christum, [illegible] *gratia illi, omnia illi sint fau[illegible]* [illegible] auctores de lapide primario a Zorobabele [illegible] exponunt, nam totus populus cum [illegible] plausu clamabat; *gratia illi, [illegible] illi, & [illegible] successus.*

nego- gratiæ. [illegible], Vulgatus, & Hieronymus [illegible] nomen illud a שוה *Sauah*, quod [illegible] *aquare*, *aquare* [illegible] *aquale esse*, & in nomine א aleph ponunt [illegible], quæ sunt [illegible] transitiua [illegible] od, *exæquationes, aut æqualitates.* [illegible] *æqualitates gratia gratia eius*, aut [illegible] *quatientes gratia gratia ei*, quod Septuaginta dixerunt, *æqualitatem gratia gratiam eius.* & Vulgatus per [illegible] *& æquabit gratiam gratia eius.* & erit sensus de nego[illegible] [illegible] fundum Hieronymum [illegible] est [illegible] Angelus; vt æqualem [illegible] acci[illegible] [illegible] Iudæis cred[illegible] vero; exæquabit gratiam, qua [illegible] ur, & sumus, gratiæ eius, qua [illegible] nobis [illegible] est, cœ[illegible]

gius [illegible] patet. De nego[illegible] robab [illegible] Hebræi ab Hieronymo [illegible] Remi[illegible]. Albertus, Hugo [illegible] gratia [illegible] Christi [illegible] eos, quos [illegible] [illegible] quam in [illegible] Aut [illegible] Lyra, & Dionysius [illegible] æquabit [illegible] æqual [illegible] vt compre[illegible] pulus suis [illegible] exæqu[illegible] ipsius Zorobabe[illegible] consummati[illegible] cit tem, qua cœpa[illegible] quitur, *manus Zorobabel fundauerunt* [illegible] B *num istam, & manus eius* [illegible]

Manus Zorobabel.] De Zorob[illegible] æd[illegible] cant hæc verba omne[illegible] nymus, Theodoretus, Haymo [illegible] Albertus, Rupertus, Hugo, [illegible] Vatablus, Montanus, & alij: quibus [illegible] cat vt ienem [illegible] do verba propria ad [illegible] ad [illegible] detorqueant nonnulli. [illegible] autem Zorobabelem fundasse templum, [illegible] cundo anno aduentus sui in Ierusalem [illegible] to rege Persarum, vt dicitur 1. Esdræ 3. 8. auctum secundo anno Darij, 1. Esdræ 9. & 2. Esdræ 5. 56. & manus eius absoluisse, 1. Esdræ 6. 15. Ac tunc quidem euentu [illegible] C omnibus Zacharia[illegible] verum fuit. Prophetæ [illegible] Deo [illegible] Nam [illegible] *verba [illegible] quia Dominus exercituum misit me ad vos* esse Zachariæ omnes [illegible] fatentur, præter Montanum qui putat esse verba Angeli; & Vatablum, qui vt verba Christi explicat, dicentis: & scietis me missum a Domino in hunc mundum ad vos redimendum.

Zorobabel fundauit templum 11

Dies paruos.] Hebraice. *Nam quis despexit diem* לימים קטנות *Ketanoth paruarum* - nempe rerum: nam pro neutro vtuntur Hebræi femineo. & Hebræi quidem supplent [illegible] consolationum, aut acclam[illegible] diem, quando iacta sunt templi fundamenta exigua: vnde Pagninus, Vatablus, [illegible], Montanus, Isidorus, & Robertus, qui [illegible] despexit illum D diem, qui exigua habuit initia? quasi dicat: illi, qui prius fugillabant ædificium, & fere desperabant se illud posse incipere, videntes iam animos principum confirmatos, & viriliter progredientes, læti sunt. Montanus [illegible] sic vertit. *Nam quis despexit diem paruitatum* paruitatis diem exponit primam & [illegible] septimi mensis anni secundi Darij quæ cum celebrari esse debuisset ob populum restitutum [illegible] exceptionis ædis magnificentiæ desiderio despecta, ac lugubris [illegible] iuxta illud Haggæi 2. *Quis ex vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima* [illegible] fletus similis mentio fit 1. Esdræ 3. [illegible] hi quidem vere, & ad rem intellexere verba Angeli. E Septuaginta, & Vulgatus *diem* pro *tempus* [illegible] *dies* transtulerunt, & extra significationem *paruorum*, dies paruos exiguos, aut [illegible] dixe[illegible] propter [illegible] paruas in eis [illegible] tentas. A[illegible] [illegible] ore Zorobabelis exp[illegible] [illegible] Haymo Remigius, Al[illegible] Hugo, & [illegible] lius: Rarus, [illegible] quinin[illegible]

12 Dedie fu[illegible] la Zoro[illegible] abele.

Ss est,

[illegible] ebus [illegible] in priorem [illegible] Lyra, & Dion[illegible] sius etiam [illegible] ad hunc modum declarant [illegible] E[illegible] c. 4. [illegible] inquit, Gentiles illi, qui vos [illegible] despiciebant in illis exiguis diebus, cum te[illegible] ibat [illegible] è Babyl[illegible] Denique Rupertus his verbis [illegible] commentationem [illegible] lorum: *& scietis quia Dominus misit me ad vos.* Videlicet, murum videbitis intra tam par[illegible]os dies, ab vndecim[illegible] qua ta [illegible] decimi mensis [illegible] secundi Darij, vsque ad tertium diem m[illegible]s Adar, qui [illegible] est annus sextus Darij Regis [illegible] templum absolut[illegible] [illegible] ergo [illegible] tantem [illegible] tanti temporis, [illegible] domum [illegible] non accipiat pro [illegible] non [illegible] quod Dominus [illegible] sensum pro[illegible] acciperet [illegible] ob [illegible] templo comparati. [illegible] eorum expositio, & val[illegible] de diebus Antichristi expo[illegible] qui [illegible] non [illegible] fieret omnis [illegible] omnes interpretes de tempore Zorobabelis & reditus [illegible] Babylone hæc exponant.

13 *Lapidem stanneum.* Hebraicè, lapidem הבדיל *Habbedil stanni.* Na[illegible] *Bedil* Septuaginta, Chaldæus [illegible] omnes Hebræi, Pagninus, Vatab[illegible], [illegible] & Robertus, pro *stanno* [illegible] pe[illegible]unt. [illegible] pro *perpendiculo*, quod est *lapis stanneus*, exponunt [illegible] supra capit. 1. promissum est, *& perpendiculum extendetur super Ierusalem.* Lætabuntur [illegible], & summo gaudio afficientur, cum viderint perpendiculum in manu Zorobabelis ad fundamenta, & parietes erigendo[illegible] gaudebunt quidem videntes opus excrescere. Lyra, & Dion[illegible]sius lætitiam inde capiendam putant, quod viderint contegi sacram ædem opera Zorobabelis plumbeo, seu stanneo lapide [illegible] commo[illegible] per[illegible] c[illegible] udinis, & [illegible] pl[illegible] abi[illegible]. Apud Hieron[illegible] mu[illegible], Haymo[illegible] R[illegible] & H[illegible] oper lapi[illegible] cum. [illegible] unt, antequam ipse [illegible] ba[illegible] qui [illegible] Ec[illegible] R[illegible] nam [illegible] Ch[illegible] ectionem; quam postea, [illegible] cta [illegible] a.

Sed Hier[illegible], & Montan[illegible] ne [illegible] *adal*, q[illegible] *arare*, [illegible] vertunt [illegible] *videbunt lap[illegible] aratio*-[illegible] [illegible]

[illegible] pu[illegible] C[illegible] lapi [illegible] ad [illegible] to [illegible] sti[illegible] nstruat & [illegible] b[illegible] o[illegible] es

Septem isti oculi [illegible] Hebræo [illegible] tur hæc [illegible] ulula. [illegible] *dem stanni* [illegible] *man*[illegible] *si dis*[illegible] sunt exp[illegible] pidem *stanneum* [illegible] *manu Zo*[illegible] *ba*[illegible] *oculi, qui* [illegible] *vniversam terram* [illegible] ille [illegible] lapis stanne[illegible] pter [illegible] Al[illegible] Rupertus, Hugo [illegible] hunc [illegible] m [illegible] plicat [illegible] rum, qui lapidi [illegible] & qui [illegible] signifi[illegible] septem il[illegible] eo loco diximus. V[illegible] tamen hæc p[illegible] us distincta omnino ponit[illegible] a præced[illegible] quasi ad illam non pertine[illegible] cipi[illegible] gelus explicare Prophetæ [illegible] Nam in primis Septua[illegible] V[illegible] H[illegible] nymus, Vatablus, T[illegible] dotus [illegible] tanus, & Robertu[illegible] bis, *& videbunt lapidem stanneum in man*[illegible] *bel*, incipiunt [illegible] *isti oculi Domini* [illegible] Vuntque p[illegible] del[illegible], a [illegible] nestrab[illegible] eam [illegible] in[illegible] c[illegible]

[illegible] pu[illegible] perficiat: habet [illegible] in eu[illegible] totu[illegible] lus [illegible] oculi [illegible] pr[illegible] nd [illegible] & [illegible] canu[illegible] V[illegible] m am[illegible] medio [illegible] te [illegible] onst[illegible] nd de o[illegible] and[illegible] ur.

Duæ oli[illegible] uabus [illegible] um, [illegible] bus, & [illegible]

olei dicemus esse Iesum, & Zorobabel. Regnum tenet dextram, quod prius est, & antiquius, sinistram Sacerdotium. Montanus duas Christi naturas intelligit per duas oliuas, vt dicemus.

16 *Duo filij olei.*] Quosnam intelligat Angelus esse duos filios olei, diuersa sentiunt expositores. Multi commentatores Apocalypsis Ioannis cap. 11. volunt hos esse Enoch, & Eliam, qui illuminaturi sunt Iudæos in fine mundi. Remigius putat significare duos Christi testes, qui Christo astiterunt in monte sancto, Matth. 17. Montanus, vt cœpimus dicere, dicit duas oliuas notare duas Christi naturas, Regis, & Sacerdotis; qui ministrat gratiæ oleum omni humano candelabro: & propterea vnctus dicitur aureo oleo, ac purissimo, ex Patre, & ex matre ducto. Verius tamen, & magis ad historiam, Chaldæus cum Hebræis, Theodoretus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, Isidorus, & Robertus, duos filios olei explicant, Iesum, & Zorobabelem; qui vti Sacerdos, & Rex, solebant inungi oleo; aut certe, quia ipsi, quasi spicæ oliuarum subministrabant oleum candelabro, vt luceret: Vnde Chaldæus vocat eos filios magnatum, qui fideliter assistebant operi templi dominatoris vniuersæ terræ, Deus igitur suo spiritu vrgebat Prophetas ad opus: illi vrgebant duos hos principes; qui, vti ministri Dei, subministrabant oleum, & ope sua efficiebant, vt ædificium excresceret, & candelabrum semper luceret, & absolueretur opus. Et hoc est, assistere operi dominatoris vniuersæ terræ, id est, templo toto orbe celeberrimo, in quo dominator orbis erat colendus.

Filij duo olei Iesus, & Zorobabel qui operi templi intendebant.

ZACHARIÆ PROPHETÆ

Paraphrasis.

Rvrsvs excitatus ab Angelo ad nouam aliam reuelationem extuli mentis oculos, & ecce vidi [1] chartam oblongam per aerem volantem. Et dixit mihi Angelus, Quid vides? & ego: chartam volantem longam viginti cubitis, latam decem. & ille dixit mihi. [2] Hæc est maledictio, quæ comprehensura est [3] omnes huius terræ habitatores longe, lateque per eam diffusos; quia omnis fur puniendus est pœna in ea contenta, [4] sicut in ea continetur, & [5] omnis mendaciter iurans pœna, sicut in ea continetur, puniendus est, & ceteri similiter flagitiosi. Verum iam mitior factus, ob longam vestram captiuitatem, ait Dominus exercituum, [6] proiicio eam in domum furis, & in domum iurantis in nomine meo mendaciter, & in domum quorumcumque flagitiosorum: vt ibi considat, & requiescat, consumens eum cum omnibus bonis suis, vos autem amplius non comprehensura. Deinde ad consolationis confirmationem rediens Angelus ille, iussit vt eleuarem oculos, & viderem, quod sub aspectum veniebat. & cum vidissem quærerimque quidnam esset, & respondit Hæc quę prodit in medium, [7] mensura est à Deo definita æquæ, & iustæ punitionis, in quam incolæ huius terræ Iudææ [8] respiciebant, vt suis peccatis implerent. Portabatur simul [9] globus plumbeus, & mulier apparuit considens in medio mensuræ, [10] quæ erat populi impietas, quæ cumulum auxit peccatorum, quam Angelus proiecit intra mensuram, vt repleret eam, & globo illo plumbeo compressit impietatem, & [11] obstruxit os mensuræ, ne vltra exiret, & populum contaminaret. Hic rursus sublatis oculis, apparuerunt mihi [12] duæ mulieres, duæ videlicet tribus Iudæ, & Beniamin, quæ [13] duabus alis, quasi milui agitatæ, sustulerunt mensuram illam punitionis, vna cum impietate sub ea comprehensa, & celeri cursu portarunt in Babylonem, cum ductæ & ipsæ captiuæ sunt, vbi tamdiu remanserunt, donec [14] domus ædificata est per impietatem Babyloniorum, & ipsa stabilita est, & super basem collocata, ibi perpetuo permansura, nec amplius in Iudæam reditura.

Cap. V.

Et conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi, 1
& ecce [1] volumen volans. Et dixit ad me: Quid 2
tu vides? & dixi: ego video volumen volans: longitudo
eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubito-
rum. Et dixit ad me: [2] Hæc est maledictio, quæ egredi- 3
tur super faciem [3] omnis terræ: quia omnis fur [4] sicut ibi
scriptum est, iudicabitur & [5] omnis iurans, ex hoc simi-
liter iudicabitur. [6] Educam illud dicit Dominus exer- 4
cituum: & veniet ad domum furis, & ad domum iuran-
tis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in me-
dio domus eius, & consumet eam, & ligna eius, & lapides
eius. Et egressus est Angelus, qui loquebatur in me: & 5
dixit ad me. leua oculos tuos, & vide quid est hoc, quod
egreditur. Et dixi: Quidnam est? & ait. hæc est am- 6
phora egrediens. Et dixit. [7] hæc est oculus eorum in vni-
uersa terra. Et ecce [8] talentum plumbi portabatur, & 7
ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: [10] 8
hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, &
misit massam plumbeam [11] in os eius. Et leuaui oculos 9
meos, & vidi. & ecce [12] duæ mulieres egredientes, & spi-
ritus [13] in alis earum, & habebant alas quasi alas milui:
& leuauerunt amphoram inter terram, & cælum. Et 10
dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quo istæ defe-
runt amphoram? Et dixit ad me: vt ædificetur ei do- 11
mus [14] in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi
super basem suam.

Argumentum.

Consolatvs fuerat Dominus Principes Iesum, & Zorobabelem, & animauerat contra hostes, Dei opus impedientes: nunc id similiter facit cum populo, ostendens pœnam, quam culpis suis meruerant, iam amplius non incursuros: sed in domos flagitiosorum, quibus definita est, ablegandam: & pœnam impietatis, quæ cum mensura diuinæ iustitiæ serpserat per vniuersam Iudæam, proiiciendam in Babylonem, vt ibi non sub modio, sed tamquam in ampla domo, consideret, & stabiliretur; Iudæis ipsis

iam & pœna, & culpa exolutis, & liberis redeuntibus: proiicit enim flagellum, quo percussit filios pater, e manibus excutiens, quasi indignabundus, quod adeo grauiter flagellauerit eos, in flagitiosos, & impios Babylonios, vt filij liberi à culpis, & pœna persoluta, læti Deo suo seruiant, & neminem amplius timeant persecutorem.

COMMENTARIVS.

1 Volumen volans.] Hebræum nomen מְגִלָּה Meghillah à verbo Galal dicitur, quod voluere, aut circumuoluere significat, vnde & Latinum nomen volumen vocatum est; quod libri Hebræorum non multis foliis essent, vt nostri, compaginati, sed vna tantum longa membrana constabant, aut multis assutis, quæ circum cylindrum, aut axem ligneum voluebantur, cuiusmodi libris modo vtuntur Orientales, qualis liber ostensus est Ezechieli cap. 2. 9. *Ecce*, inquit, *manus missa est ad me, in qua erat circumuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris.* Qualis etiam fuit liber, qui Lucæ 4.17. traditus est Iesu, qui reuoluit librum, & legit locum Isaiæ: *& cum plicuisset librum, tradidit ministro, & sedit.* Vnde Aquila, & Theodotio [illegible] transtulerunt, auctore Hieronymo, hoc est, pellem seu membranam caprinam, instar pellis Amaltheæ, in qua Poetæ à Ioue res humanas scribi solitas, fingebant. Symmachus vertit [illegible], *capitulum*, vel *summa*; iuxta illud Psalmi 39. 9. *in capite libri scriptum est de me.* Septuaginta transtulerunt, [illegible] *falcem volantem*, & secuti sunt eos omnes Græci: putarunt enim nomen *Meghillah*, idem esse quod מַגָּל *magal*, absque punctis, & seruili ה he, *falx*, cum *Meghillah* deriuetur à *Galal*, vt diximus; *Magal* vero, à *Nagal*. Atque ita Chaldæus, & omnes recentiores interpretes, libellum, seu volumen volans explicuerunt. Volumen hoc longum dicit fuisse viginti cubitis, latum decem; instar porticus templi Salomonis, quæ vt 3. Reg. 6. refertur, tot cubitis in longum, & in latum constabat, vt notant hic Hebræi, Dauid Kimhi, Lyra, Vatablus, & Montanus. nam inde volumen egrediebatur. E templo enim volumen egressum hi auctores existimant: quamuis Chrysostomus Homil. 16. & 27. ad populum; è cœlo, & è supremo Dei tribunali putet demissum.

Liber qualis veteribus.

Liber è templo egressus.

Chrysost.

2 *Hæc est maledictio.*] Hoc vno verbo declarat Angelus visionem voluminis volantis, Zachariæ: erat enim charta oblonga, in qua erant scriptæ pœnæ debitæ singulis flagitiis, ac propterea necessario continebat quoduis peccatum cum pœna illi definita à Deo; hoc enim significat maledictio, supplicium, sicut beneficium, & bonum nomine benedictionis accipitur. Et quia hoc supplicium scriptum erat in libro, seu volumine, significat Dei mentem, & cognitionem, in qua tamquam in volumine, habet decretum, & definitum supplicium cuique flagitio commensuratum, & debitum: nempe quali, quantaque pœna puniendus sit fur; & quali, quantaque peierans: iuxta illud Danielis 7. 10. *Iudicium sedit, & libri aperti sunt.* & Apocalyp. 20. 12. *Vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri*

Supplicium cuiq. peccato definitum.

Libri ad iudicandum aperti.

A *aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui, ex iis, quæ scripta erant in libris, secundum opera eorum*; ita videntur intellexisse Hieronymus, Theodoretus, Albertus, & Hugo: quamuis alij aliter intelligant. Nam Haymo vetus nouumque Testamentum vult significari. Gregorius lib. 15. Moral. cap. 6. sacram ipsam Scripturam, quæ continet pœnas debitas peccatis. idemque sentit Remigius. Rupertus legem ipsam, in qua scripta sunt maledicta, vt dicitur Deuteron. 27. 28. & 29. vbi iratus fertur Dominus contra terram istam, vt induceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt.

Gregor.

B Volumen autem volans idcirco apparet, vt significet velocissimam vltionem, & puniendum quemuis sine dilatione flagitiosum. Vt explicant Chrysostomus Homil. 27. ad populum, Rupertus, Albertus, Hugo, Dauid Kimhi, Isidorus, & Robertus. Potest & sic non inepte intelligi, ideo volans videri volumen, quod supplicium semper immineat capiti sceleratorum, semperque in aere pendeat. Dei tantum præstolans annutum, vt sibi peccatores timeant, & caueant flagellum Dei: quemadmodum Ieremias cap. 1. vidit virgam vigilantem, seu baculum populo imminentem, quo Deus eum erat percussurus: vt beati hominis capiti iussit Dionysius, vt refert Cicero in Catone maiore, fulgentem gladium e lacunari seta equina appensum, demitti, vt impenderet eius ceruicibus.

Volans ad velocitatem vltionis.

Volans quod semper immineat capiti flagitiosi.

C Sed cur latum decem, & viginti cubitis longum visum est volumen: Hieronymus, Hugo, & Dionysius respondent: vt notet læta miscenda tristia: & vt corriperetur populus, flagellari: numerus enim denarius clementiam significat, & prospera; quod, vt ait Hieronymus, Haggæi 1. & infra cap. 8. apud Hebræos, & Græcos, tum etiam & Latinos, iota quæ inchoat nomen [IESV] eum numerum designat. Vicenarius vero austera, & tristia: mixtus autem hic numerus miscendam pœnam cum lætitia, & iustitiam cum misericordia, significat. Albertus, & Hugo, pœnam diuturnam, & culpam contra Decalogum putant significari. Rupertus pœnam temporalem,

Volumen longius quam latum quæ ratio.

D & æternam: qua hac puniantur omnes illius temporis Iudæi. Chrysostomus, & Isidorus existimant nihil aliud significari, quam vehementiam, & magnitudinem malorum. Auctores, quos supra citauimus, è mensura porticus Salomonis, vnde egressum est volumen, putant sumptam esse eius mensuram. Commodior rei, qua de agitur, illa cubitorum distinctio videtur sumi à longitudine, & latitudine terræ Iudææ, ad quam vniuersam egrediebatur volumen, [illegible] nam illa longior multo, quam latior. Nam [illegible] ait Hieronymus in Epistol. 129. ad Dardanum; à Dan vsque Bersabee, quæ est longitudo [illegible]ius, vix centum sexaginta mi[illegible] [illegible]um spacio tenditur.

Terra Palæstinæ longior multo [illegible], quam la[illegible]

Hieron.

Lati[illegible]do

Latitudo autem ab Ioppe vſque ad Bethlehem quadraginta ſex millibus conſtat. & vt ait Brocardus in deſcriptione terræ Sanctæ, longitudo à Dan vſque Berſabee leucas 67. complectitur. Sed latitudo ab Iordane vſq; ad mare magnum mediterraneum, non excedit ſedecim leucas. Volumen igitur volans longum viginti, & latum decem, ſignificat diuinam vltionem diſcurrentem in terram illam longam multo magis, quam latam. quem ſenſum indicant Theodoretus, Lyra, & Vatablus, dum hac menſura terram ſignificari aiunt, longiorem quam latam, ſuper quam volumen volabat.

Brocard.

Terra ſignificatur longior multo quam lata.

3 *Omnis terræ.*] In vniuerſum orbem volumen egreſſum ex templo, vel ex Ieruſalem, aut ex Iudæa, putant Theodoretus, Lyra, & Vatablus. Sed verius Rupertus, Albertus, Hugo, & Montanus, vniuerſam Iudæam accipiunt, de qua eſt prophetia: idque illud verbum probat ſatis, *& veniet ad domum iurantis in nomine meo mendaciter:* non enim gentes in Dei nomine iurabant. Deſcribitur autem quadam veluti hypotypoſi vltio, quam ſolet Deus ſumere de ſceleratis, & ſupplicium, quo illos conſueuit punire: quod ad praxim deductum eſt in vniuerſa terra Iudææ.

Supplicium in vniuerſam Iudæam.

4 *Sicut ibi.*] Hebraice ad verbum: *Quia omnis furans ex hoc ſicut ipſum* נִקָּה *nikkab; & omnis iurans ex hoc ſicut ipſum* נִקָּה *nikkab;* & pronomina, quia referunt Latinum volumen, neutra ſunt, cum feminea ſint Hebræis, quibus *meghillah* femineum eſt. Et quidem verbum illud *Niphal* cum duo habeat communia ſignificata, nam immunem eſſe, mundum, ſeu innocentem ſignificat, vt Pſalmo 19. 14. *& emundabor à delicto maximo;* & Ierem. 25. 29. *Et vos quaſi innocentes, & immunes eritis? non eritis immunes.* & ſuccidi, aut deſolari, vt Ierem. 30. 11. *Sed caſtigabo te in iudicio, & ſuccidens non ſuccidam te.* & ſic accipiunt Septuaginta hoc loco vertentes: *Quia omnis fur ex hoc vſque ad mortem punietur, & omnis iurans ex hoc vſque ad mortem cruciabitur.* Et Chaldæus: *omnis*, inquit, *qui furatur, & negat ex hoc (volumine) percutitur: & omnis, qui iurat in nomine meo mendaciter, ex hoc percutitur.* In hac quidem ſignificatione acceperunt hic verbum illud omnes tam Hebræi, quam Græci, & Latini, ad hunc communem ſenſum: quia omnis fur, pœna in ea charta contenta puniendus eſt, & omnis iurans mendaciter ſimiliter pœna punietur ibi definita. Sic explicant Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Rupertus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra cum reliquis. Pagninus tamen, Vatablus, & Montanus è mente Dauidis Kimhi, licet eum ſenſum ſequantur: at illa pronomina ad hunc modum explicant. Nam primo illa duo *ex hoc, & ex hoc*, ita declarant, ex hac parte, & ex hac parte voluminis: quia volumen erat ſcriptum ante, & retro: interius, & exterius; vt liber oſtenſus Ezechieli cap. 2. erat ſcriptus intus, & foris. Sic in eo volumine, ex vna parte erat ſcripta maledictio furantis, & ex altera maledictio iurantis mendaciter. Vatablus putat in vtraque facie vtramq; maledictionem repetitam. Deinde alia duo pronomina, *ſicut ipſum*, volunt denotare formam illam loquendi, 1. Reg. 22. 3. *Sicut ego, ſicut tu,* hoc eſt, ego ſicut tu, & tu ſicut ego, & Iudic. 8. 18. *Sicut tu, ſicut ipſi*, id eſt, tu ſicut ipſi, & ipſi ſicut tu. Vt velint dicere: vnum erat ſicut alterum, quia ſicut facies voluminis vnius, ſic facies eius altera: nam eodem modo ſcriptum erat in ipſis. Ideo Pagninus vertit; *Quia omnis fur ſicut ſcriptum eſt ex vna parte ipſius ſuccisus eſt, & omnis iurans, ſicut ſcriptum eſt ex altera parte ipſius ſimiliter ſuccisus eſt*, & Vatablus. *Omnis furans ex hoc latere, vt in altero latere eius, ſuccisus eſt, aut ſuccidetur: & quiſquis iurat ex hoc, ſicut in altero latere eius, ſuccisus eſt.* Et erit ſenſus: omnis fur, ſeu iurans, ex vtraque membranæ facie, vt in ipſo volumine ſcriptum eſt, damnabitur. Verum in priori ſignificato pro abſolui, aut innocentem fieri, accipiunt alij verbum prædictum, quomodo Tigur. vertit: *Quia omnis, qui furatur ab eo, quemadmodum ipſum eſt, abſoluitur: & quiſquis peierat ab eo, ſicut ipſum eſt, abſoluitur,* aut mundatur, aut innocens, & immunis redditur: quaſi velit dicere; per hunc librum ſignificari parcitum eſſe populo, & ei dimiſſa peccata furti, ac periurij, & reliqua, poſt latam æquo animo pœnam captiuitatis: propterea oportere æquo animo eſſe, nec vllo iam timore quati. Nam ſicut Sacerdos magno veſtium mutatione oſtenſa ſunt deleta peccata: ita modo oſtenduntur deleta populo peccata è Babylone redeunti; vt ſit ſenſus: Iam fur eſt abſolutus à peccato ſuo, quod in hoc libro ſcriptum erat: & ipſumet peccatum ab eo libro, vt ſcriptum erat, deletum eſt. At quis non videt in ſignificato ſuccidendi hic accipi illud verbum; cum explicandi gratia adiecerit Deus, ſe illud proiecturum in domum furis, & peierantis, vt conſumat eam?

Senſus prior, omnis ſceleſtus pœna in charta definita puniendus.

Ex vtraq; membranæ parte pœna deſinebatur.

Senſus poſterior pro abſolutione à peccato.

Prior ſenſus verus.

5 *Omnis iurans.*] Cur tantum furis, & peierantis ſupplicij meminerit Deus in hac viſione, & non aliorũ facinoroſorum merito quærunt interpretes? Communis ſolutio huius difficultatis eſt, hæc duo tantum crimina in eo volumine damnata, quod fuiſſent magis in vſu Iudæis: nec alia in eo libro contenta. Sic ſentiunt Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, & Lyra. Quod ſi in his, quæ minora putantur, ait Hieronymus, tanta pœnarum comminatio eſt, quid dicemus de fornicatione, adulterio, homicidio, ſacrilegio, cunctiſq; criminibus, quæ ab Apoſtolo inter carnis opera numerantur? Verius Theodoretus, Vatablus, Montanus, & Iſidorus, hæc duo ſola in volumine ſcripta apparuiſſe, quod ſub eis omne genus flagitij in Deum, & in proximum contineatur: nam periurij nomine impietas in Deum: furti vero fraus, & iniuſtitia in proximum deſignatur: quæ ſunt contra duo illa præcepta, ex quibus vniuerſa lex pendet, & Prophetæ; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & proximum tuum, ſicut teipſum.*

Duo memorata, quod vſu frequentia.

Sub duobus cetera contenta in Deum & in hominem.

6 *Educam illud.*] Verba Hebræa præterita ſunt, eduxi, ieci, aut exire feci eam, feminео genere, vt poſſit referre tam volumen, quam maledictionem, quæ in Hebræo feminei generis ſunt. Ferendam hanc pœnam in Iudæos, niſi reſipuerint, putant Rupertus, Dionyſius, Vatablus, & Montanus, nempe per Antiochum, tempore Machabæorum. Theodoretus, & Dauid Kimhi, & Iſidorus iam eſſe egreſſam ſignificant; magis ad rem, quia omnia tunc temporis erant conſolatoria, & timorem, quo tenebantur, remouentia; & ſatis contriti è captiuitate redibant. Videtur hoc verbo ſignificari, iam proiectam eſſe maledictionem in illo volumine contentam; aut certe

proiiciendam procul à Dei populo in domum furis, aut peierantis cuiusque, quemadmodum postea impietas procul pellitur, & eiicitur in Babylonem; quo Deum sibi propitium, ac beneuolum sperent, & gaudeant. quem sensum videtur indicare Theodoret. Certe Propheta totus in eo est vt consoletur populum meticulosum, qui pœna captiuitatis satis eruditus, Deo obediens, eiusq; religionis cultor redibat. Vtque eum, eiusque principes confirmet ad opus cœptum absoluendum, & religiosum cultum Dei instaurandum: ac proinde pingitur Deus quasi flagellum habens in manu, quo flagellauit populum ob sua flagitia, ac iam mitior factus, & populi sui miserescens, qui proiiciat illud è manibus, nunquam amplius illud correpturus: vt absoluto diluuio, arcum pacis ostendit, dicens; Genes. 8. 21. *Nequaquam vltra maledicam terræ propter homines: sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* & cap. 9. 11. *Nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuii, neq; erit deinceps diluuium dissipans terram.* Per *domum furis*, aut *peierantis* Vatablus intelligit familiam; sed Chrysostomus Homil. 15. & 19. ad populum, de domo materiali accipit destruenda, vt destructæ sunt Sodoma, & Gomorrha. Potest accipi non inepte de aduersitate, quæ accidere solet peccatori, dum paulatim eius domus illustris quoad honores, & diuitias; in dies magis extenuatur, & conteritur, Deo puniente eius scelera. vt sæpius experimur, ob peccata habitantium in ea. Atque ita dicat Deus; proiiciam maledictionem, & iaculabor eam quasi fulmen in domum furis, & peierantis, quasi in domum execrandam: Vos autem, qui contriti iam ex captiuitate rediistis, longe eritis ab ea.

7 *Amphora.*] איפה *Ephah*, aridorum est mensura tres modios capiens, vel sex celemines, nam Vulgatus Isa. 5. v. 10. vbi legimus Hebraice; *corus sementis faciet Ephi*, ille vertit, *triginta modii facient modios tres.* idque notat ibi Hieronymus. Verum pro mensura in vniuersum solet in Scriptura vsurpari, quod vulgo vsus *Ephah* frequentior foret, Prouerb. 20. 10. Ephah, ephah, *mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum.* Amos 8. 5. *Vt imminuamus Ephah mensuram.* Atque ita hoc loco *mensuram* transtulerunt Septuaginta, Chaldæus, Hieronymus in Commentario, Pagninus, & recentiores interpretes: è quibus vnus *modium* vertit; Vulgatum imitatus, qui Leuit. 19. 36. pro *Ephi iustus*, dixit, *modius iustus. & sextarius iustus erit vobis.* apparuit ergo modius magnus, seu mensura, quæ caperet sex nostros celeminas; seu amphora, Romana videlicet, quæ capit quantum Bathus; quæ pars decima liquidorum est cori, vt aridorum. Ephah cori pars decima est. Huius autem mensuræ nomine Chaldæus, & Montanus volunt intelligi fraudem publicam, quæ iam tunc in populo grassabatur. Vatablus, & Robertus, pœnam talionis, quæ infligitur à Deo, quod peccasset in eum populus. Sed Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Rupertus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius pro cumulo peccatorum accipiunt, ad perfectam mensuram coacto à populo Israel, vt iusta extrema pœna puniretur, vt Genes. 15. 16. dicitur; *Nondum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum*; & Matth. 23. 32. *& vos implete mensuram patrum vestrorum*, thesaurizantes iram in diem iræ. Sed hunc cumulum complendum putant quidam tempore Machabæorum, cum Iudæi per Antiochum puniti sunt. Rupertus, cum Christum crucifixerunt, propter quod à Romanis sunt exterminati. Melius Hieronymus, Theodoretus, & ceteri, tunc mensuram impletam affirmant, cum meruit populus duci captiuus ad Assyrios, & Chaldæos. Itaque non est sermo de cumulo peccatorum tunc, cum loquebatur Propheta, commissorum; quis enim credat ipso anno reditus è Babylone, cum adhuc populus pœnas lueret, effrœnem in vitia labi, & cumulum nouum aggerare? Ponit ergo ante oculos Zachariæ Angelus cumulum præteritorum, cui debebatur quoque pœna extrema per diuinam iustitiam definita, nempe captiuitatis, cui cumulo impietas idololatriæ superadiecta est, quæ illi deerat. Nam cumulus peccantium huc accedere, seu conscendere potest, vt Deum neget, eiusque cultum alteri tribuat.

8 *Hæc est oculus.*] Nomine *oculi* manifestationem, seu publicationem peccatorum populi coram oculis omnium, intelligunt plures, nam *oculum* passiue accipiunt, quo videndus est ab omnibus cumulus, qui latebat peccatorum, cum ductus est populus captiuus. Sic Chaldæus, cum ait. *Ecce ipsi manifesti fiunt coram omnibus habitatoribus terræ.* & Hieronymus, hæc mensura, ait, est oculus, id est, ostensio peccatorum eorum, vt quorum vitia dispersa latitabant, in vnum coaceruata oculis omnium panderentur, & egrederetur de loco suo Israel, & qualis in terra sua fuerit, cunctis gentibus monstraretur. Eodem modo accipiunt Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius. At Rupertus de peccato in Christum accipit, quod notum factum est in vniuersa terra. Dauid Kimhi, & Vatablus, passiue etiam *oculum* accipiunt, pro diuina prouidentia. Hæc est oculus Dei perlustrantis omnia, & dimetientis pœnam culpæ eorum, qui habitant in vniuersa terra. Proprius Montanus *oculum* actiue intellexit. Hæc mensura est oculus eorum, qui in vniuersa hac terra Iudææ morantur. Hoc est, huc respiciebant omnes vt adderent peccata peccatis. Omnium huius terræ habitatorum mens, & oculi ad implendam mensuram hanc intenti erant, quasi nihil aliud haberent, quod curarent. Statum describit Iudæorum antequam captiui ducerentur; quia adeo effrœnate peccabant, quasi nihil aliud agerent, aut curarent, quam cumulum suum augere, & mensuram complere, vt punirentur; vt recte ait Theodoretus: quemadmodum ad regem Iudæ Ierem. 22. 17. dixit Propheta. *Tui vero oculi, & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis.*

9 *Talentum plumbeum.*] כִּכַּר *Kikar plumbi; talentum plumbi*, Torta, seu massa plumbi erat incondita, quamuis pondus esset, aut nummorum summa; hoc loco pro massa, seu globo; aut patella accipitur: Nam statim, vbi dicitur, *misit massam plumbeam in os eius*, in Hebræo est, *misit lapidem plumbi.* Vbi Hieronymus; *ipse est igitur lapis plumbi, qui & talentum plumbi, quod nos manifestius exponentes massam, vel sphæram plumbi interpretati sumus.* Ferebatur autem, ait Hieronymus ve[…]suo impetu, vel

Marginal notes (left): […]ocul[…] iã […]ená pec[…]atorum […]biturum […] populo. / […]xeutit […]eus è ma[…]ibus fla[…]ellum. / […]duersitas […]ccupat […]eccato[…]m. / […]phah […]ensura […] genere. / […]ensura […]o cumu[…] pecca[…]tum.

Marginal notes (right): Cumulus […] superadi[…] a impi[…] ducit. / Sensus 1. […] omnibus peccatorum […] oculis de[…] / Sensus 2. pro diuina prouidentia. / Sensus 3. pro cura populi peccandi sine pudore. / Plumbi talentum.

vel Domini iussione, vel ferebatur ab alio, cuius nomen tacitum est. *Plumbi* autem nomine grauissimum pondus peccatorum significari volunt Hieron. Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. Grauitatem punitionis Rupertus, & Montanus. Dauid Kimhi, & Vatab. diuturnitaté pœnæ; Ionathas, & Isidorus abductioné in captiuitatem; q̃ vocat Theodoretus punitionem grauissimam in os amphoræ proiectá, quo obstruerent eos, & finis notaretur punitionis. Itaque ad significandum procul pellendam cum amphora impietatem, & eius os obstruendum, ne egrediatur, aut redeat, lapis plumbi portabatur.

Impietas procul in captiuitatem pellenda.

10 *Hæc est impietas.*] Vidit mulierem ad eam visionem spectantem, quam Angelus declarauit esse impietatem. Quo nomine idololatriam intelligút Hieron. Hugo, Lyra, Dionys. quæ omne peccatum consequitur. Cyrillus, Theodoret. & Albertus voluptaté accipiunt, quę origo est multorum peccatorum. Aliud, verius est, vt idololatria accipiatur, quæ Deum induxit tandem ad puniendum, & abducendum populum in captiuitatem. Vt constat ex lib. 4. Reg. 24. 2. & 2. Paralip. 36. 14. Cum autem mulier illa consideret in medio amphoræ, aut super mensuram, apparens medio corpore extra illam, proiecta est intra illam, vt ait Vatab. a Domino; vel ab Angelo, vt ait Hieronymus, vt quæ prius gloriabatur sedens in medio scelerum suorum, postea mittatur in medium captiuitatis, diuturno labore punienda. Vnde Haymo in medium Babylonis proiectam dicit; vel vt ait Dionys. in medium scelerum, inter quæ primatum tenet. Plumbum igitur secundum Theodoretum punitio est, qua contrita, & compressa impietas in medium amphoræ coacta est constipari.

Idololatria proiecta in captiuitaté.

11 *In os eius.*] Relatiuum *eius* quia femineum est, potest referre, & *os mulieris*, & *os amphoræ*, quæ etiam in Hebræo feminea sunt. & Theodoretus quidem, Vatab. & Montanus, *os mulieris* referre volunt, quia punitio tanquam pondus grauissimum, ait Theodoretus, ad os iniquitatis incumbebat, iuxta illud Psal. 106. 42. *Omnis iniquitas oppilabit os suum.* Sed verius Hieronym. Remig. Albertus, Hugo, & Dionys. cum Hebræis, *os amphoræ* referri putant, nam *Kikar* hic *tortam*, seu *massam*, seu *lapidem plumbeum*, aut *patenam* significat, qua vasa contegi solent; vt sic amphora illa, quasi olla contegeretur, intra muliere compressa vi plumbi considente. & Theodoretus quidem putauit ore amphoræ obstructo, exolutas iam pœnas, & populi impietatem procul ablegará, & dimissam; vt ita liber maneret à culpa, & pœna, & libertate donatus lętus ageret. Alii putant significari pœnam ob culpam completam, ductis Iudæis in captiuitatem, & 70. annis Babylone perseuerantibus.

12 *Duæ mulieres.*] Diuersæ sunt interpretum expositiones de duabus his mulieribus. Quidá duos malos spiritus accipiunt, qui sub forma duarum mulierum, quæ efficacius possent cultum idolorum persuadere, vt Salomoni persuaserunt, 3. Reg. 11. acceperunt idololatriam, & procul à Iudæa ablegantes, portauerunt Babylonem, vt locú, & sedem ei per diuturna secula pararent. Theodoretus, & Iudæi, quos refert Hieronymus, accipiút duas gentes, Persarum & Medorum, quæ ita Babylone vastauerunt, vt pœna perpetuo in ea duraret, sedem suam in eá collocans; alter quam in Ierusalem, in qua definito tempore, id est, septuaginta durauit annis. Hieronym. Haymo R. mig. Rupertus, Albertus, Hugo, Dionys. & Montan. Israel, & Iudam intelligunt; seu Samariam, & Ierusalem, ad modum, quo hæ duæ ostensa sunt Ezechieli cap. 23. quarum maior Oolla vocabitur, quæ est Samaria, minor Ooliba, quæ est Ierusalé. Verius tamen Lyra, Dauid Kimhi, Dionys. Vatab. & Rob. duas tribus accipiunt, quæ celeri cursu vectæ sunt Babylonem; quo ducta est amphora. Cui sententiæ suffragatur Chaldæus, qui intelligit populos leues, & expeditos, quales fuerunt Chaldæi; à quibus ducti fuerunt Iudæi in terram Sennaar; cum tamen Israelitæ non in Sennaar, sed ad Assyrios ducti sint, nunquam inde reuersi. Duæ enim tribus duxerunt suam iniquitatem, cum iusta pœna, eaque grauissima, Babylonem, vbi perpetuo victura remansit.

Duæ tribus ducunt Babylonem punitionem.

In alis earum.] Spiritum, diabolum videtur intelligere Hieronymus, qui spiritus vocatur Eccles. 10. 4. & Lucæ 11. 24. Ventum accipiunt alii, quia vt aues vento, ita duæ illę mulieres agebantur, quasi vento vehementi, hostili potestate Chaldæorum versus Chaldæam. Ita Theodoret. Haymo. Dauid Kimhi, Vatab. & Montan. & Remig. Hugo, & Dionys. qui alas explicant principes, à quibus ducebantur: & Chaldęos qui intelligit leues, & celeres populos, & expeditos ad ducendum Iudæos, vt dicitur Baruch 4. 26. *Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis.* Alæ autem quas habebant erant quasi alæ חסידה *Hasidah*, quam ciconiam vocant, multi *herodium* vocant, multi *miluum album*. L X X. *vpupam*, sed de ea diximus super 8. Ieremię. cuiuscunque auis alæ sint, celerem, fortemque volatum notant, quo duæ mulieres extraxerunt amphoram, & extulerunt in aera prope terram, vt omnibus manifestæ fierent. 13

Vehementi furore Chaldæorum extractæ duæ tribus Babylonem.

In terra Sennaa.] Babylonem ductam à mulieribus mensuram, nemo est, qui non intelligat Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, præter Montanum, qui eo nomine incertam significari terram existimat, q̃ Israelitæ in omni mundi plaga vagentur. Idcirco Babylonem ducta est, vt ibi suam sedem stabiliat amphora super basi sua. Et Albertus, & Vat. hoc significari putant moram. 70. annorú, quos duæ tribus Babylone pmanserunt domos ædificantes, vineasq; plantantes, vt dicitur Ierem. 29. Lyra tamen, & Dionys. portatá aiunt amphoram Babylonem, vt ibi perpetuo maneret, nunquam amplius in Iudæam reditura: quia à tempore captiuitatis scelus idololatriæ longe abfuit à Republica Iudaica. 14

Idololatria Babylonem ablegata nunquam rediit.

Expositionibus huius visionis recte perspectis; ea commodior, & verisimilior censenda est, quæ verbis Prophetæ magis applicari possit, vt parabolæ, & similitudini res inuentis per omnia conuenientes eiciuntur significata. Cú ergo hoc spectro significari possit vel historia præterita, vel res præsentes, vel futuræ. Res futuras non comode fuisse significatam ostendi potest; quia vel res tépore Machabæorum contigit: & hæc non; quia tunc Iudæi non sunt extracti e patria, vt ducerétur in terrá Sennaar: nec peccatis adeo grauibus, nec idololatria fuere contaminati. Nec strages p Romanos facta significata est; quia licet Christú

Visionis totius expositio cõpendiaria.

Visione nulla res futura significatur.

A cruci affixerunt: non tamen illud peccatum portatum est à duabus mulieribus Babylonem, vel Romam, vt ibi consideret, quasi ibi repereretur Christi crucifixio. Nec aliquid futurum in fine mundi, quando potius conuertentur Iudæi ad Christum; nec peccata eorum portabuntur Babylonem ibi permansura: nec ipsi extra patriam facti, cum iam dispersi sint per orbem vniuersum.

Historiam autem omnino præteritam captiuitatis quorsum repeteret Deus, nisi vt beneficii liberationis admoneret; ne à recto decederent legis tramite, sed permanerent in vero Dei cultu? atque adeo consolatorium est hoc visum, hac ratione explicatum. Consolatur duas tribus, quæ Babylone redierant, in quam ductæ fuerant captiuæ; non decem; quæ ad Assyrios ductæ sunt, nec vmquam reuersæ. Ponit ante oculos amphoram, modium, aut mensuram, æquam videlicet, iustamq; punitionem, quam suis peccatis cõpleturi erant Iudæi; de qua non semel dicitur in libris Regum, vt 4. Reg. 21. 12. *Ecce ego inducam mala super Ierusalem, & Iudam, vt quicumque audierit, tinniant ambæ aures eius: & extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab, & delebo Ierusalem sicut deleri solent tabulæ: & delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius.* Mulier autem, quæ est impietas, significat multitudinẽ peccatorum, præsertim idololatriæ, quibus irritauerunt Dominum, vsque ad dimensum dimetiendum modio, seu amphora, id est, vsque ad eam congeriem, vt modium punitionis æquarent: ideoque coniecta est in modium, & ne caput efferret, massa plumbi compressa est intra modium, pœna Dei sententia stabili, & firma, à qua eripi non posset. Duæ præterea mulieres, nempe duæ tribus Iudæ, & Beniamin, portauerunt modium, id est, punitionem suorum peccatorum, præsertim idololatriæ, in Babylonem, vbi tandiu permanserunt ferentes pœnam captiuitatis, quamdiu domus ædificata est, in qua consideret impietas, & collocaretur ibi super basim suam perpetuo permansura; hoc est, donec Babylonii suis sceleribus impleuerunt modium, & meruerunt B punitionem vastitatis per Cyrum, & Darium efficiendæ; tunc enim exoluto dimensu, & modio absoluto, duæ tribus redierunt, iam numquam vltra modio illo puniendæ, relicta Babylone, liberatæ ab impietate sua, & à pœna illam consequente. Vel certe Angelus impietatem, quæ diucusque viguerat inter Iudæos, tamquam ab ea longe iam remotos, in amphoram proiecit, & plumbea patella cooperuit, inde numquam exituram, & per duos malos spiritus velociter portari fecit Babylonem, vbi consideret, numquam in Iudæam reditura: ideo enim numquam amplius crimen idololatriæ visum est inter Iudæos.

Visio consolatoria est.

Punitio mansit Babylone quousque ipsa per Cyrum Darium dissipata est.

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

EXCITATVS rursus ab Angelo, conuersusque ad spectrum aliud mirum, oculis altius subleuatis, ecce vidi, ad populi mei consolationem [1] quatuor quadrigas egredientes [2] è medio duorum montium æreorum: [3] quadriga prima equis rufis ducebatur: [4] secunda equis nigris: [5] tertia equis albis: [6] quarta equis variis, ac robustis. Quæ vt vidi, quæsiui ab Angelo Michaele, quid quatuor illæ quadrigæ significarent? & ille: [7] hæ sunt quatuor quadrigæ cœlestium spirituum, qui egrediuntur ex insuperabili diuinæ prouidentiæ regimine, [8] vt iniuncta sibi mandata exequantur, a Dominatore vniuersæ terræ. Et quidem quadriga Angelorum, quæ [9] nigris equis vehebatur, missa fuit in terram Aquilonarem, extremum Chaldæis exitium illatura hostibus Iudæorum, per Medos, & Persas. Quadriga Angelorum [10] equorum alborum missa est post priorem, vt Iudæos libertate donatos per eosdem, hilares in patriam reducerent. Quadriga Angelorum [11] equorum variorum missa est versus Austrum, vt hostes Iudæorum, eis felicitatem inuidentes, pro varietate gentium, continerent, ne vlla in re eis nocerent. [12] At Angeli reliqui virtute superiores, cum viderentur velle discurrere per vniuersam terram, vt si quos offendissent Iudæis infensos, comprimerent: missi sunt vt perlustrarent terram, vt quidem perlustrarunt velites. Quibus cum attentus essem, accersiuit me Angelus, ac dixit, [13] vide, vt consoleris, quam feliciter voluntati meæ fecerint satis in terra Aquilonari illi Angeli, qui missi sunt ad eam, [14] vt vltionem sumerent de Chaldæis, & populum tuum liberum remitterent in Iudæam. Præterea [15] mihi præcepit Dominus, dicens: [16] Confer te in domum Iosiæ filii Sophoniæ, in die qua oblaturi sunt [17] Holdai, Tobias, & Idaias, qui venerunt de Babylone, & sumes aurum, & argentum, quod obtulerint ex parte transmigrationis adhuc Babylone existentis, [18] & facies duas coronas, [19] & pones, vnam quidem in capite Iesu

CAP. VI.

‖ ET conuersus sum, & leuaui oculos meos & vidi: 1
& ecce [1] quatuor quadrigæ egredientes [2] de medio
duorum montium, & montes, montes ærei. ‖ In [3] qua- 2
driga prima equi rufi, & in [4] quadriga secunda equi
nigri, ‖ & in [5] quadriga tertia equi albi, & in [6] qua- 3
driga quarta equi varii, & fortes. ‖ Et respondi, & dixi 4
ad Angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc Do-
mine mi? ‖ Et respondit Angelus, & ait ad me: [7] isti sunt 5
quatuor venti cæli, qui egrediuntur, [8] vt stent coram
Dominatore omnis terræ. ‖ In qua erant [9] equi nigri, 6
egrediebantur in terram Aquilonis: [10] & albi egressi
sunt post eos: [11] & varii egressi sunt ad terram Au-
stri. ‖ [12] Qui autem erant robustissimi, exierunt, & 7
quærebant ire, & discurrere per omnem terram. Et di-
xit: ite, perambulate terram: & perambulauerunt ter-
ram. ‖ Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens: 8
[13] Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, [14] requie-
scere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis. ‖ Et 9
factum est verbum Domini ad me, dicens. ‖ [16] Sume 10
à transmigratione, [17] ab Holdai, & a Tobia, & ab Idaia
& venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filii So-
phoniæ, qui venerunt de Babylone. ‖ Et sumes aurum, & 11
argentum, & [18] facies coronas, [19] & pones in capite Ie-
su filii Iosedec Sacerdotis magni, ‖ & loqueris ad eum 12
dicens. Hæc ait Dominus exercituum, dicens. [20] Ecce vir
oriens nomen eius: & [21] subter eum orietur, [22] & ædifi-
cabit templum Domino. ‖ Et ipse [23] portabit gloriam, 13
& sedebit, & dominabitur super solio suo, & erit Sacer-
dos super solio suo, & [24] consilium pacis erit inter illos,

filii Iosedec, Sacerdotis magni, dicens ei: Hæc dicit Dominus exercituum: [20] Ecce vir ille Christus, cui nomen est Oriens, [21] de sub illo orietur, nempe Zorobabele, qui [22] & ædificare cœpit, & ipse perficiet templum Domino: quo absoluto [23] portabit alteram coronam, & considebit tanquam dux in throno suo, res populi ciuiles administraturus, sicut & tu Sacerdos summe considebis in throno tuo, res sacras, ac diuinas curaturus: [24] summusque erit consensus inter vos duos.

duos. ‖ [25] *Et corona erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, &* 14
Hem filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini. ‖ *Et* 15
[26] *qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo*
Domini: [27] *& scietis quia Dominus exercituum misit*
me ad vos. [28] *Erit autem hoc si auditu audieritis vocem*
Domini Dei vestri.

Et mox [21] duæ illæ coronæ suspendentur in templo Domini ad perpetuam memoriam illorum quatuor virorum, qui eas fabricarunt, Helem, ipse est Holdai, Tobiæ, Idaiæ, & Hem, vel Iosiæ filii Sophoniæ. Ad quorum exemplum non tantum qui præsentes, [26] sed etiam procul dissiti venient, & suis donis iuuabunt ad opus ædificii templi Domini. Ac tunc compertum vobis fiet ex ipso euentu, [27] me verum fuisse Prophetam a Deo missum, qui hæc promiserim futura. Nam [28] certo euenient, si tamen obedientiam præstiteritis voci Domini Dei vestri.

ARGVMENTVM.

MIRVM in modum consolatur populum, prius ostendendo quatuor quadrigas Angelorum paratas ad vltionem sumendam de inimicis impedientibus populi incolumitatem, & libertatem; præsertim de Chaldæis, qui eum captiuum tenuerant: deinde posterius promittit subsidium ædificando templum profuturum, & rempublicam ciuilem, & Ecclesiasticam, per summos, ducem Zorobabelem, & Sacerdotem Iesum, in summa pace administrandam, Christi filii Zorobabelis virtute.

COMMENTARIVS.

1 Quatuor quadrigæ quales. Sensus 1. de 4. Monarchiis.

QVatuor quadrigæ.*] Communis expositorum intelligentia haber his quadrigis quatuor monarchias significari se inuicẽ pellentes, Chaldæorum, Medorum, & Persarum, Græcorum, & Romanorum. Ita Chaldæus, Hieron. Cyril. Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dauid Kimhi, Dionys. Vatab. & Montan. In harum enim apparatu vult Deus notare; Dei nutu omnia imperia mutari: nihilq; esse coram Deo, quod possit lædere Iudæos quod ab ipso non sit contritu perfacile.

Sensus 2. de 4. Euangeliis.

Quidam apud Hieron. Paul. Burgens. & Isidor. per quatuor quadrigas intelligunt Euangelia per orbẽ euulgata à viris Apostolicis quorum alii martyrio rufi: alii profundorũ mysteriorum cognitione nigri: albi alii gratia virginali: alii varii, & fortes pro diuersitate gratiarum: qui expugnauerunt orbem, & Christo lucriferunt, impulsi vento, seu Spiritu Dei, varia Spiritus dona hominibus impertientes.

Sensus 3. de 4. Angelis.

Theodoretus his quatuor quadrigis vult significari potestates inuisibiles, seu Angelos. Quam expositionem, quoniam Angelus paulo post videtur probare, cum dicit, *esse quatuor ventos cæli*, illucusque differamus nostram intelligentiam.

2 Montibus æreis quid significetur.

De medio duorum montium.] Æreorum videlicet, aut chalybeorum, vt exponunt Dauid Kimhi, Vatab. & Montan. & quidem Dauid Kimhi, & Vatab. per *montes* potentiam illorũ imperiorũ intelligunt, quæ cũ æreis montibus possit conferri. Montanus consiliũ, & virtutem, quibus pollebant ad omnia conficienda. Albert. Hugo, Lyra, & Dionys. intelligunt sanctos Prophetas è Iuda, & Israel profectos, & virtute ac verbo insuperabiles, qui horum Imperiorum successum, & exitum prophetarunt. Alii significari volunt regimen diuinæ prouidentiæ, cuius vi conclusæ tenebantur illæ potestates, vt feræ intra caueam cancellis chalybeis conclusam, pro libito ne exirent, gentesque perderent: sed pro Dei nutu, vt de Æolo fabulantur Poetæ, ventos conclusos te-

A nuisse, & speluncæ fores aperuisse, quoties vellet tempestatem ciere. Qui de Euangelio intelligunt, duo testamenta accipiunt per montes, quorũ est firmissima auctoritas, & insuperabilis.

Quadriga prima.] Equis rufis constabat, qui sæuos, & sanguinarios reges putantur significare, nempe Chaldæos, vt volunt Hieron. Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dauid Kimhi, Dionys. Vat. & Montanus. Alteram rationem reddunt Dauid Kimhi, & Montan. cur rufis equis Chaldæi intelligantur, per allusionem ad vestiũ colores, quibus vtebantur. Nam de Chaldæis dicitur Nahum 2. 3. *Clypeus eius ignitus, viri exercitus eius in coccineis*, & Apoc. 17. 3. dicitur. *Vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, & mulier erat circumdata purpura, & coccino, & nomẽ eius Babylon.* & c. 18. 16. *Va ciuitas illa*

3 Chaldæorum vis declaratur à sæuitie vel [illegible] te vestiũ.

B *magna, quæ amicta erat bysso, purpura & cocco.* Ideo frequenter Hieron. in Epist. purpuratam meretricem vocat Babylonem, quod his vestibus indui solerent Babylonii. Quod si de aliis gentibus probari posset, hæc expositio esset præferenda.

4 Persarum Medorũque conditio in Iudæos.

Quadriga secunda.] Equis nigris ferebatur, quales fuere Persæ, & Medi Iudæis formidabiles, vt putant Hieronymus, aliique auctores citati: vel propter Assueri edictum mortem Iudæis minitans, ex libro Esther, vt asserunt Hieron. & Lyra.

5 Macedonum ingenium placidum.

Quadriga tertia.] Ab albis equis ducebatur; quales Macedones fuere Iudæis beneuoli, & clementes, vt iidem auctores asserunt, ob Alexandri Magni clementiam, de quo Iosephus lib. 11. Antiquit. cap. vltimo, vt notarunt Lyra, & Vatablus:

C aut propter victorias, quas sub Græcis reportarunt Machabæi, vt ait Hieronymus: aut propter felicitatem, & variam rerum cognitionem, quæ apud Græcos viguit, quæ candidum eorum reddidit imperium, vt ait Montanus.

6 Romanorum varia conditio in Iudæos.

Quadriga quarta.] Hæc varios, & fortes equos habebat: qui Romanos imperatores notát, prædictis auctoribus, quia ex Romanis Imperatorib. quidam clementes fuere Iudæis, vt Caius Cæsar, Augustus, & Claudius; quidam inclementes ac terribiles, Caligula, Nero, Vespasian*, Adrianus, vt aiunt Hieron. & Lyra. Sed notandum equos

varios

Equorum colores ra... in.

varios Hebraice dici בְּרֻדִּים *Berudim grandinatos*, aut *grandinosos*, aut *maculis albis, instar grandinis, respersos*, aut *variegatos*; *Varios*, aut *maculosos* solet vertere Vulgatus: & significaretur varia Romanorũ Imperatorum ingenia, ratioque varia, multiplexque, ac vehemens instar grandinis, quæ obtinuerunt imperium, secundum Vatab. & Montanũ. Fortes Hebraice dicuntur אֲמֻצִּים *amutsim*, & *fortes* itidem vertunt Aquila, & recentiores interpretes propter fortitudinem, & virtutem, qua Romani cætera Imperia superarunt. Septuaginta *sturninos*, apud Vaticanam editionem legunt, seu *rufos*, vt Dauid Kimhi, & Vatab. ad significandũ nec omnino fuisse clementes, neque omnino inclementes Iudæis: Chaldæus vocat *cinereos*, aut propter celeritatem puluerem excitantem.

7 ...ensus 1. ... Angelis ...guntur ...nperia.

Isti sunt venti.] Expositio Angeli indiget etiam nostra expositione. Lyra, Hugo, Dionys. & Montanus quatuor imperia ventos dici putant, quod ad modum ventorum per terram discurrant. Atque adeo nota similitudinis adiici debet, *isti sunt veluti venti cæli*; aut propter spiritum à Deo aduenientem, & excitatum in regnis; nam Deus dicitur suscitare spiritum quatuor regnorum; vt 1. Esdræ 1. 1. dicitur suscitasse spiritum Cyri. & Ierem. 51. 11. spiritum Regum Medorum, & Haggæi 1. 14. spiritum Zorobabelis. Isti ergo, ait Angelus, sunt quatuor spiritus, quibus quatuor aguntur Imperia. Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Dauid Kimhi, Dionysius, & Vatab. per ventos quatuor orbis plagas, aut climata intelligunt, ad quæ sunt egressæ quadrigæ; ideo Dauid Kimhi, & Vatab. subaudiunt præpositionem, *ad*; vnde cum Hebraice dicatur; *istæ quatuor venti cælorum egredientes*; illi legunt; *istæ quadrigæ ad quatuor ventos*, aut *plagas cælorum egrediuntur*.

...ensus 2. ...Plagæ, ...t clima... notan...r.

Verum expendere oportet rectene, & satis aperte Angelus ad interrogatũ Zachariæ responderit? ille interrogauit. *Quid sunt hæc Domine mi?* Angelus visum aperturus respondit: *istæ sunt quatuor spiritus cæli egredientes ab stando coram Dominatore vniuersæ terræ*; quibus verbis vel obtegit visionem: cuius reddi causa non potest; cum ad docendum Zachariam, & populum consolandum missus fuerit, vel aperuit, & ita apertus sensus est; quadrigis significari quatuor cœlestes spiritus, seu Angelos, qui egrediuntur è cœlo, vbi assistunt Deo Dominatori terræ; nempe ad diuersa mandata exequenda, à Deo suscepta, quo vero singuli egrediantur, mox declarabit. Vel quadruplices spiritus cœli, qui instar quadrigarum paratarum ad eundum quocumque iuberet Deus, egrediebantur ad mandata sua quæque obeunda; & quidem Danielis 7. 2. in illis verbis. *Ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno*; de Angelis præpositis præcipuis prouinciis, sermo est, vti Hieronymus, & alii intelligunt. Qua forma locutus est Angelus nostro Prophetæ, & à consuetudine Scripturæ non abhorret, ad metum populo adimendum, hostibusque incutiendum, quadrigas Angelorum ad Dei nutum paratorum ante oculos ponere. vt Habacuc 3. 8. *Quia ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.* & 4. Reg. 6. *Aperuit Deus oculos pueri Elisei, & vidit montem plenum equorum & quadrigarum igneorum in circuitu Elisei*, qui sine dubio Angeli erant. Vt Angelos explicuimus illos equorum ascensores, qui ostensi sunt Zachariæ, c. 1. equis diuersicoloribus insidentes.

...uadri... ...rum no... ...ne An... ...i à Deo ...ssistunt ...cipien...

Colores non significant gentium ...es.

Sed videamus verum equorum colores gentibus iis conueniant, quas supradicti auctores intelligunt, capite 1. Per *equos albos* Hieronymus cũ cæteris, exposuit Medos, & Persas: per *varios* Macedones: per *rufos* Romanos. At in hoc caput iidem per *equos nigros* intelligunt Persas, & Medos propter sæuitiem in Iudæos; cum tamen Cyrus, & Darius beneuolentissimi in eos fuerint; siquidem beneficium libertatis in eos contulerũt; quale nulli alii Monarchæ: etsi alii nonnulli reges illis sint aduersati, pro humana fragilitate. Similiter in eo capite per *varios* accepti Macedones, in hoc vero per *albos*, quasi hi beneuolentiores fuerint Iudæis, quam Persæ. Demum ibi *rufis equis* significati sunt Romani, hic *variis*. Sed nunquid non omnium grauissimi fuere Iudæis Romani: & quidem merito: cur ergo nigri sunt Persæ, & varii Romani: Num vel Angelus sui oblitus est, qui primo capite Persas albo colore notauit, vario Græcos, rufo Romanos; & in hoc capite, Persas nigro, albo Macedones, & vario Romanos? Aut tam cito intra quatuor, aut sex Darii annos, mutarunt mores, mutarunt conditionem hæ gentes? Deinde si ad consolationem Iudęorum hęc visio ostensa est, quid solatii afferret præsentium illorum formidini amouendæ describere Persarum sæuitiem, Macedonum aliqualem beneuolentiam, & Romanorum varios mores, & robur, quod in ipsos Iudæos exeruerunt? Satius ergo erit intelligere hoc loco Angelos diuersis coloribus pro diuersitate mandatorum significatos, vt in primo capite diximus, paratos Iudæos defendere pro diuina voluntate, vel pro diuersitate morum, respectu Iudæorum, earum gentium, quibus præerant.

Angeli ...ersa Dei mandata exequentes sunt quadrigæ.

8 *Vt stent.* Hebraice מֵהִתְיַצֵּב עַל אֲדוֹן *Mehithiatseb nghal Adon ab stando prope Dominum vniuersæ terræ*; vt vertit Vatab. Vel *à loco, vbi stabant coram Dominatore vniuersæ terræ*, vt Pagnin. & Tigur. Vt intelligamus hos spiritus egressos è conspectu Dei, cui assistebant; sed bene LXX. & Vulgatus, vt stent, quod præpositio, מ, min pro *propter*, non infrequenter inueniatur; *propter standum*. & 2. Reg. 21. 5. pro illis verbis, *vt ne vnus quidem residuus sit in cunctis finibus Israel*, in Hebræo legimus: *Virum, qui insidiatus est nobis perdemus ab stando in omnibus finibus Israel*, hoc est, ne stent, sic modo, egredientes ne stent iuxta Dominatorem vniuersæ terræ, sed stent coram ipso in administratione mundi, illi famulantes, & parati facere eius voluntatem, quocumque velit, adeundi.

Angeli egressi sunt exe...urum mandata.

Sed quæritur, cum quatuor quadrigas equorum præmiserit, rufoum, nigrorum, alborum, & variorum; & mox Angelus exposuerit esse quatuor ventos, seu spiritus egredientes, vt stent coram Domino; cur statim prima rufoum quadriga præteritur, nec ostenditur quo sit egressa. Respondent Hieronymus, Haymo, Remig. Hugo, Lyra, Vatab. & Montan. quod imperium Chaldæorum iam transisset, & translatum esset ad Persas. Qui vero hos Angelos esse putant, respondent, rufos, id est, vltores & sanguinarios egressos quidem è conspe... Domini, mãsisse in terra Iudæo-

E... ...rufoum cur præ...ita mentio.

[illegible] reg [illegible] Assyrios, & Ch[illegible] [illegible] os Iud[illegible] lium [illegible] nstanter [illegible] oppetierunt, sign[illegible] [illegible] io non [illegible] egr[illegible]

9 *E qui nigri.* [illegible] ferre [illegible] tium, hi sunt P[illegible] [illegible] Chal[illegible] rufos. Sunt qui [illegible] putant esse [illegible] Chaldæos, qui in terra A[illegible] is rufos Assyrios destruxerunt. Melius Theodoretus Angelos furibundos, & vltores nigros [illegible] eius Babylone [illegible], vt exitium illis pararent [illegible] futurum per Medos & Persas; & albi egressi sunt post eos, non vt Babylonis bona largirentur, sed [illegible] illis plexi [illegible] [illegible] ias captiuorum Hebræorum in Iudæam redu[illegible] nt, per Cyrum & Darium. Ad quas gentes [illegible] um est etiam Euangelium, an Iudorus, prius sæuas, deinde mites factas.

Et albi. Nempe Macedones egressi sunt post Persas in terram Aquilonis, vt volunt Hieronymus, & cæteri supradicti, nam Magnus Alexander Babylone deuicit Darium regem vltimum Persarum; vbi bello apud Arbelam profligato Dario, Alexander rex Asiæ proclamatus est, & Babylonem ingressus, omnem eius regionem in suam redegit potestatem; auctoribus Q. Curtio lib. 5. Plutarcho in vita Alexandri, Diodoro, & Zonara. [illegible] quid hęc ad Iudæos? Verius ergo albi sunt A[illegible] Persarum, qui eos induxerunt ad donandam libertatem Iudæis, vastatis Babylonijs. Nec enim Angelus dicit, albus egressos post nigros, vt eos perderent, sed vt mandata Dei apud Aquilonem exequerentur, mites, & beneuoli, nempe Iudæis, quales fuere Persæ, & Medi.

11 *Et varij.* Qui Romanos intelligunt per *varios*, putant ad plagam Australem egressos in Ægyptum, translato Imperio à Macedonibus ad [illegible] non per Iulium Cæsarem, vt putant Dauid Kimhi, Vatab. & Montanus; qui primus debellauit Ægyptum, sed per Augustum, qui deuictis Antonio, & Cleopatra apud Actium, primus Ægyptum fecit Prouinciam; vt refert Suetonius in Augusto [illegible] & 18. quod Iulius non est aut[illegible] [illegible] esse[illegible] t in eius vita cap. 39. Et Mo[illegible] [illegible] factus est [illegible] regno Græcorum o[illegible] [illegible] Theodoretus rectius Angelos in[illegible] [illegible] versus Austrum, minabantur [illegible] ntra Ierosolymam insurgebant, & [illegible] b nefaciebant. Varietas autem [illegible] [illegible] lorum Meridionalium, [illegible] aliquando lenes fue[illegible] [illegible] Ægyptus, & Æthiopibus ad quo [illegible] Euangelium, vt ait Isid[illegible] rus.

12 *Qui autem.* [illegible] m Romanorum quadriga, equi robustissimi [illegible] Romanorum omnem terram quaquauersus penetrarunt, qui [illegible] virtute & diuturnitate imperij omnia alia superant: nam illud potentia præstat, nec [illegible] succedere d[illegible] b[illegible], quamuis n[illegible] [illegible] Danielem Hieronymus [illegible] [illegible] los accipiunt. Dauid K[illegible] [illegible] putant Ismaelitas Mahometa[illegible]

[illegible] in Romanorum [illegible] Dan[illegible] *dum* [illegible] *r m* [illegible] *ram, am diuisæ* [illegible] Goth[illegible] qui [illegible] du Alanic[illegible] [illegible] bi cer[illegible] V[illegible] ex [illegible] s, qui præstiterot [illegible] dæam, terram [illegible] haris virtute pararentur [illegible] quadrigas Angelorum [illegible] tantes intelligimus, [illegible] discurrerent per terr[illegible] hoste aliqui [illegible] it.

Et qui. Quoniam Angeli [illegible] gnat [illegible] egressi sunt in terram Aquilonis [illegible] tam nigri, quam albi. Hieronymus [illegible] bæ[illegible] [illegible] nqa, Haymo, Remi[illegible] [illegible] ns [illegible] d[illegible] alios, [illegible] est d[illegible] nem [illegible] ent, qui breui [illegible] Medorum qui Persarum, cir[illegible] Babylonem de[illegible] terun[illegible] ra, Vatab. & Montanus intelligunt equos [illegible] Persarum, & Medorum, qui Cyro duce, [illegible] Iudæos de Chaldæis: [illegible] & [illegible] [illegible] que accipiunt, quia vtrique egressi sunt in terram Aquilonarem. Et quidem si de Angelis loquimur cum Theodoreto, Medi ipsi, & Persæ dicuntur acti in terram Aquilonarem [illegible] irruerunt in Chaldæos, [illegible] uerunt; & prouin[illegible] as cum [illegible] que hi Angelis [illegible] [illegible] deinde ijdem ipsi ab Angelis [illegible] Iudæorum curantibus, permoti sunt vt Iudæos libertate donarent, ac [illegible] & [illegible] patriam reducerent, propter hęc duo officia [illegible] rut in Aquilonem egressi prius nigri, & vltores, deinde albi, consolatores, & seruatores Iudæorũ.

Requiescere. Lyra, Montanus, sumpta metaphora ab homine irato, cum [illegible] tus fuit, quatenus vlciscitur de inimicis, & vltione sumpta, iam conquiescit [illegible] & pro voto ca[illegible] [illegible] sanguine [illegible], inquiunt, sic Deus vltione sumpta de Chaldæis, qui [illegible] mandatum deseuierant in Iudæos [illegible] [illegible] nam suam, & sedatam fuisse. Cui sensui [illegible] tur, quod non tantum dicit conquiescere [illegible] tum suum, sed conquiescere in terra Aquilonis, & ibi consedisse. Quare Theodoretus, Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Dionys. Vatab. n[illegible] [illegible] spiritus su[illegible] [illegible] dere [illegible] enim in terr[illegible] [illegible] [illegible] s[illegible] [illegible] ad supp[illegible] [illegible] C[illegible] [illegible] prom[illegible] [illegible] LX. qui [illegible] hic pro *spiritum* [illegible] & Cyrillus. H[illegible] [illegible] dam, Remig. Hug. & Dions [illegible] exponunt, qui per [illegible] [illegible] de end[illegible] C[illegible] [illegible] uni conqu[illegible] C[illegible] [illegible] meum e pl[illegible] [illegible] Propl et[illegible] [illegible] Noc[illegible] A[illegible]

[illegible] Angeli vl[illegible] [illegible] missi [illegible] Chaldæos.

[illegible] [illegible] nem.

[illegible] Alexander [illegible] Babylone [illegible] Darium deuicit.

Plutarch. [illegible] beneuolos [illegible] derũt [illegible] Persæ, & [illegible] Iudæis.

Sueton.

Angeli in Australes gentes [illegible]

[illegible] hostes [illegible]

4 [illegible] Vltione sumpta de Chaldæis conquieuit Deus.

Romanorum Imperium.

[illegible] tior D[illegible]

De spiritu propheti[illegible]

[illegible] Dei [illegible] qui [illegible] Chaldæos [illegible] introduce[illegible] sunt [illegible] ctum erat [illegible] R[illegible] lega- [illegible] erunt, & Dei [illegible] & [illegible] sa- [illegible]. Hoc enim, quia ad consolationem [illegible] æorum, repetiuit A[nge]lus, cum de [illegible] vatis, & robusti [illegible] memi[n]erit. Itaque & hæc [illegible] conclusa est Zachariæ ad [illegible] cerum Iudæorum [illegible] excitandum, & eos consolandum, atque adeo [con]solatoria est populi, & rem præsentem exprimit, non futuram.

[illegible] Isidorus putat in prædictorum [ro]bur & confirmationem datum hoc signum [c]oronæ duplicis. Verum nemo est, qui non hanc [ta]nquam diuersam à præcedenti reuelationem [pr]oponat. Et Lyra quidem existimat adiectam ad consolandum Iudæos, ostensa templi absolutione, adeo enim profecturum est ædificium, vt in eo, suo officio functurus videndus sit Iesus corona adornatus. Alijs videtur additam hanc reuelationem ad significandum Iudæis non defuturos sumptus ad ædificium. Nam cum duo Iudæi timerent, & hostes circumquaque impedientes, & defectum sumptuum: priori malo subuenit quattuor quadrigis, posteriori oblatione, & muneribus venientium ex captiuitate, & aliorum, qui cum procul sint, venient, & ædificabunt in templo Domini. Atque adeo ostendit omnes Iudæos vndiquaque redituros, & templo absoluto potituros.

26 *Sume a transmigratione.* Hoc est, ab his, qui ex transmigratione in Iudæam redierant, vel ab his, qui e Babylone transmigrauerant in Iudæam; quos statim [v]ocat, *qui venerunt de Babylone.* Mon[tan]us putat hanc esse Prophetiam, qua prædicit Propheta aliquos venturos e Babylone, qui munera sint in templo oblaturi, ex quibus conficiendæ essent duæ coronæ: ex cuius impletione credibile redderet id, quod post paucos annos futurum præsignat duabus illis coronis. & probat illo verbo, *& venies tu in die illa*, nempe, qua venerint, non qua obtulerint. Verum cæteri omnes tamquam historiam referunt, quod venerint viri hi [ex] parte captiuitatis, & obtulerint aurum, & argentum ad templi ædificationem.

27 *Ab Holdai.* Iubetur Propheta sumere munera ab Holdai, Tobia, & Idaia. Et dubium est vtrum illis sit annumerandus Iosias, tamquam qui obtulerit etiam simul. Hieronymus insinuat tres illos tantum obtulisse munera, quæ reposita sunt apud Iosiam. & ita sentiunt Haymo, Remigius, Albertus, & Montanus: existimantque hysterologiam esse in verbis: nam post illa verba *ab Holdai, Tobia & Idaia*, legendum, *qui venerunt de Babylone*: quæ ordine præpostero, post Iosiam sunt collocata. Quod si dicas, quatuor horum nomina [illegible], in eorum munerum monimentum. Respondetur: Iosiam numeratum cum alijs, quod [illegible] cuset [illegible] sum[ptib]us coronas. [N]am ap[illegible] onebantur, qui re[illegible] custo[illegible] tutus, vt ex Hebræis ait Hieronymus, [illegible] R[e]mig. & Hugo; & gaz[illegible] habebat, vt ait C[illegible]us, [illegible] p[illegible] ædifi[can]do, & ne[illegible]is. Verum Theo-

[illegible] vel Io[illegible] pu[illegible] T[illegible] nas [illegible] H[illegible] D[illegible] [illegible]ns, vtin tam [illegible] de [illegible] vt [illegible] nerint ad templum [illegible] quo in [illegible] Chronologia dictum est [illegible] tio alias.

Facies coronas. עטרות *Hataroth* plurale [nume]ro est, & *coronas*, [aut] *diademata* [illegible] interpretantur. Sed & Hieron[ymus] [illegible] etiam esse putat, & du[as] coronas iussum con[fice]re Prophetam. atque ita recentiores interp[retes] secuti Danidem Kimhi, duas coronas transtulerunt, auri, & argenti varietate distinctas, vt ait [Hiero]nymus, & qui eum sequuntur. Solus Mon[tanus] arbitratur vnam argenteam, alteram auream. Sunt quibus probetur vna sola confl[ata] corona ex auro, & argento, magna, ac preciosa: & propterea plurali nomine vocetur, more Scripturæ, quæ eo numero rẽ magnam, & insignem solet significare. Ita Septuaginta in fine capitis dixerunt: *& corona erit.* & Chaldæus vertit: *& facies coronam magnam.* & in Hebræo legimus: [illegible] *corona erit Helem*, &c. At certe nihil est quod nos cogat vnam tantum coronam accipere, nec plures duabus, quæ quod duobus principibus iubentur imponi, duæ esse sunt existimandæ.

Et pones. Multi subintelligunt eas q[uod] [illegible] dictum sit Prophetæ, & pones eas du[as in c]apite Iesu. ita videtur veteribus Do[illegible] in expositione Septu[ag]inta re[illegible] rillo, Theodor[et]o, [illegible] L[yr]æ, Vatablo, Isidoro, & Roberto [illegible] qu[illegible] Zoro[ba]bel [illegible] cuius capiti altera [co]rona imponenda [illegible] tur. At Hieronymus vere[illegible] Hebræos Remigius, Albertus, Hugo, Dauid Kimhi, Dionys. & Montanus, vnam tant[u]m [illegible] imponi capiti Iesu exponunt: alterã Zorobabeli reseruatam. Et verba quidẽ satis hunc sensum [illegible] nam Angelus, [cu]m iussit, *& facies coronas*, [&] *pones in capite Iesu*, non dixit, *& pones eas*, sed subdidit [illegible] *& pones*: quasi diceret: vnam quidem [in c]apite Iesu, alteram in capite Orientis: nam duo [di]stinguit, & duos principes, inter quos erat fu[tur]um fœdus pacis: quorum capitibus coronæ iubentur imponi, vt Montanus distingu[it] [argen]team Iesu, aureã Zorobabel, aut eius [illegible] sto. Quin & Hieronymus in al[illegible] ex[posit]ione nõ abnuit vnam tantum [illegible] p[illegible] Iesu.

Ecce vir. Cum in[illegible] p[illegible] Iesu, addit se[illegible] [illegible]us co[nso]lationem. *Ecce vir O[riens]* [illegible], *subter eum* [o]*rietur.* [illegible] Oriens

[illegible]

seu ex Hebræo *germen*, Zorobabelem intel[illegible] nt Hieronym. e[illegible] niente Hebræorum ve[illegible] Theodor. Haym. Remig. Albertus, Hugo Dion[illegible]. & Montanus; qui *Oriens* dicitur, quod [illegible] plantæ germinantis, & Oriens, cæpit templ[illegible] ædificando, oriri, & illustris fieri, & [illegible] Hieronymus, ex humili, atq; captiuo in ducẽ populi repẽte [illegible] onsurgens, ædificauit templum Domino. nec est quam intelligentiam faci[illegible] omnia contexu[illegible] tur; nam ex seipso veluti emortuo, eme[illegible] sit in ducem, & ædificabit templũ Domino, & absoluet. & portabit alteram coronam, nam & ipse habebit solium suum ad bene gerendas res populi, sicut Iesus Sacerdos habebit etiam solium suum ad res sacras administrandas. Atque inter duos hos principes de cõseruanda pace consilium erit. Lyra in priori expositione, hæc omnia explicat de Sacerdote Iesu, nescio qua ratione. Itaque de Zorobabele omnia Prophetæ verba propriè accepta facillimè contexuntur. Verũ de viro nominatissimo Christo, vno de posteris Zorobabelis, ipsi Hebræi locum hunc intelligunt, vt Chaldæus, qui sic exponit: Ecce vir, cuius nomẽ est Messiah, & Iehosuas filius Leui, & Rahinõ, quos refert Galatinus lib. 3. de Arcanis Catholicæ veritatis cap. 16. Idcirco, & nos secuti Hieronymum in posteriori expositione ex maiorum sententia, Haymonem quoq;, & Albertum, Rupertum, Lyram, Vatab. & Isidorum de Christo intelligimus; quia licet verba Zorobabeli, absque vllo negocio aptè contexta, conueniant: at nomen illud צמח *tsemah germen*, seu *Oriens*, Christi proprium esse, qui, vt germen, & plantula è terra virginea ex sese exoriens, paulatim creuit in magnam arborẽ, sub qua omnes fideles consederunt, ipsi etiam Hebræi fatentur, & nos super 23. Ieremiæ probauimus: ac propterea alij, quam Christo tribuere non possumus qui ex ipso Zorobabele oriturus erat.

De Christo germine verus.

21 *Subter eum.*] ומתחתיו *mitachthau, de sub se orietur*, vel *de loco suo germinabit*: nam verbum est, vnde nomen illud *tsemah, Oriens, seu germen*, deducitur; vt Exod. 10. 23. dicitur, *nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco suo.* quo videtur ratio nominis reddi, nam dicitur *Oriens*, seu *germen*, quia de suo loco humili, & infimo, quemadmodum plantula de loco interri, & humili terræ germinat, & crescit in arborem: ita ille orietur, germinabit, & crescet in illustrem, & principem virum. Potest & sic verti: *& de loco eius, aut de sub illo germinabit.* & quidem de Zorobabele ita explicatur, *de sub se*, vel *de loco suo germinabit*, nempe ex suo trunco, & ex emortuis radicibus regum Iuda propter captiuitatem, ipse quasi nouum germen prodibit, & sub eo ædificium templi, & cultus Dei, & lætitia prosperabitur, secundum Remig. Albertum, & Lyram: & vt ait Hieronymus, quia ex humili, & captiuo in ducem populi repente consurgens ædificauit templum Domino. De Christo verò sic accipimus, secundum Chaldæum. *Ecce vir, cuius nomen est Meßiah futurus est vt reueletur, & magnificetur.* quando, vt ait Vatablus, *proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines*, Lucæ 2. secundum Hieronymum, subter eum orietur multitudo fidelium, & ædificabit domum Domini Ecclesiam: Lyra de eius exponit natiui[illegible] tet eum, qui Deus, orietur vt homo; Rupertus de resurrectione; v[illegible] explicat, cuius nomen est

De Zorobabele.

De Christo varia explicatio.

A Oriens, qui semper est in Ortu, & numquam [illegible] Occas[illegible]. N[illegible] fuerit in [illegible] nus apud [illegible] nteros, orietur timentibus nomen Domini, & ascendẽs, terræ, cælo que orietur viuus, & numquam iam moriturus, & per eum multitudine credentium [illegible] & [illegible] surgentium magnifi[illegible]. Vel certe: ex se ipso orietur, & verè [illegible] non indig[illegible] alienis auxilius, virtute sua multiplicabi[illegible] quaquauersum extendet. Sic magis ad [illegible] potest hic locus explicari. Ecce vir, cui nomen est, Oriens. Christus, de sub illo orietur Zorobabele, qui ædificaturus est tẽplum Domino, quin & absoluturus ipse. Q[illegible] explicationem probat Montanus, nam è Zorobabele, eiusque poste[illegible] ortus est Christus.

Christus Zorobabele or[illegible]

B *Et ædificauit.*] Templum, Ecclesiam fidelium exponunt de Christo Hieronymus, Lyra, Vatablus, Isidorus, & Rupertus; qui repetitionem accommodat Ecclesiæ militanti, & [illegible] mphanti. Hebræi tamen, quos refert [illegible] vinus, Theodoretus, Remigius, A[illegible] Dionysius, & Montanus de Ze[illegible] b[illegible] qui ædificaturus erat te[illegible] Domino, & [illegible] affirmationi ve[illegible] deserui repeti[illegible] quamuis Montanus priora verba de Zorobabele explanet, posteriora de Christo: P[illegible] *& ædificauit templum Domino, & ipse met ædificauit templum Domino*: quasi dicat. N[illegible] dubites de ædificio, quia & ipse qui cœpit ædificare promouebit opus, & absoluet. Est enim in Hebræo idem verbum, in priori loco præteritum, in posteriori futurum: quod de Zorobabele in t[illegible] pum Christi vi[illegible] detur explicandum, quia illi apte conuenit.

Christus ædificat[illegible] templum [illegible] clesiæ.

C *Portabit gloriam.*] Dum triumphum de hostibus reportabit, vt volunt Lyra, & Vatablus. Sed de corona gloriæ, quam accepit, cum sedit ad dexteram patris, factus rex regum, & Dominus dominantium, gloriam omnium electorum suorum in se reportans exp[illegible] unt Hie[illegible] mus, Rupertus, Lyra, Vatabl[illegible] Montan[illegible] Isidorus, cui dictum est Apo[illegible]: *Dignus est agnus qui occisus est, accipere laudem, virtutem, diuinitatem & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.* quæ omnia Hebræo nomine *hod* significantur; quam hæreditatem [illegible] sibi cum dixit, *Data est mihi potestas in cælo, & in terra*, Matth. 28. 8. Theodoretus cum Hebræis ab Hieronymo relatis, Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius, de Zorobabele declarant, qui ædificato templo, portauit gloriam, id est, coronam alteram ductam, vt etiam dixit Hieronymus, & sedit in solio, re[illegible] p[illegible] s tractatis, vt Iesus sacras, & d[illegible] n [illegible] solio, in typum Christi [illegible] Dauid, vt rex, & vt Sacerdos.

Zorobabel [illegible] ceptum [illegible] templum [illegible] De gloria Christi surgentis.

D

De Zorobabele, corona imposita est ablata templo.

E *Consilium pacis.*] Id est summi consensus erit inter illos duos, nempe il[illegible] onos, seu dignitates, vt volunt Hieronymus, Rupertus, Vatab. Isidorus, Montanus, & Robertus: quamuis enim solium neutrius sit generis, at Hebræum nomen כסא *chise* masculini generis est, cum quo concordat pronomen, *illos*. in Christum etiam conuenerũt duæ dignitates, regia, & Sacerdotalis, quæ prius, cum inter duas personas consisterent, non omni modo conueniebant. Sed Hieron. ex sententia Hebræorum, Theodor. Remig. Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. de Zorobabele, & Iesu exponunt,

23 In Christo Sacerdotalis & regia dignitas.

Consensus summus inter Zorobabel & Iesum.

nunt,

sunt, summos [illegible] illos prin[illegible] [illegible]nsum fac[illegible] vnde [illegible] tuaginta d[illegible] *consilium pa[illegible] eru inter vtrosque.* Ad [illegible] nem populi, qui pace fruiturus præc[illegible]tur, & ab externis, & domesticis.

24 *Et corona.* Coronæ detractæ capitibus Iesu, & Zorobabelis co[illegible] abunt in templo Dominiam absoluto, incisis in [illegible]s nominibus quatuor illorum virorum, qui e[illegible]s fabricarunt, Holdai, qui hic dicitur *Helem*; Tobiæ, Idaiæ, & Iosiæ, qui hic vocatur *Hem*. erant enim binomij, & nomina ea electa sunt, vt ait Motanus, quæ pauciores haberent literas, ad incidendum: *vt sint memoriale in templo Domini.* Nempe ad memoriam celebrandā illorum quatuor virorum, qui aurum, & argentū obtulerunt. & coronas fabricauerunt. Sic sentiūt [illegible]um Hebræis Hieronymus, Theodoretus, Remig. Albertus, Hug., Lyra, Dionysius, & Vatab. nominibus eorum [illegible] illis incisis, vt notant Hieronymus, Remigius & Montanus; qui ex libro Midaoth de mensuris, hæc verba refer[illegible]. Et ca[illegible]næ aureæ fixæ fuerunt in commendatione porticus, per quas Sacerdotum flosculi ascendere, coronasque in fenestris locatas videre solerent: de quibus scriptum est: *Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hem filio Sophoniæ, in memoriale in templo Domini.* Sacerdotum flosculos vocant Sacerdotum filios sacris rebus addiscendis operam in templo dantes. Montanus, & Isidorus volunt locatas in templo coronas in memoriam Christi: quem Iesus, & Zorobabel referebant, qui venturus erat ad liberandum eos, qui erant in captiuitate. Alius videtur coronas in templo locatas in memoriam consensus futuri inter duos illos thronos, seu principatus. Sed præstat prima expositio, quamuis vtraque corona significetur Christus vtraque dignitas, quam Iesus, & Zorobabel adumbrarunt.

24 *Qui procul sunt.*] Qui de templo spirituali hæc accipiunt Hieronymus, Rupertus, Vatab. Isidorus, & Mōtanus, quod modo ædificatur, & semper ædificabitur, per remotos intelligunt, vel qui erant in veteri lege abenati à promissione Euangelica; vel qui longe erant per infidelitatem, & peccatum; venient per fidem, & obedientiam ad ædificandum templum Ecclesiæ per variarum profectum virtutum, iuxta illud ad Ephes. 2. 13.

[illegible] *Christi,* [illegible] *qui longe fuistis* [illegible] *non est* [illegible] *tes,* [illegible] *& do*[illegible] *Apostolorum* [illegible] *Prophetarum ipso summo* [illegible] *Christo* [illegible] *in quo omnis ædificatio constructa cr*[illegible] *in templum* [illegible] *in Domino.* V[illegible] de temp[illegible] ædi[illegible]abant, intelligunt H[illegible] Theodoretus, Remig. Alber. Hug. & Dionys. Vel quia tempore Machab[illegible] 2. Machab. 3. reges, & princi[illegible]s lo[illegible] cebant, & templum maxi[illegible] muni[illegible] illust[illegible]bant, ita Lyra. Melius Theodo[illegible] bus ad adiuuandum opus templi [illegible] telligit, inquiens; non modo vos præ[illegible] facietis, verum etiam populi a vobis habitantes vndique concur[illegible], & commu[illegible] vobi[illegible] hos pulchros labores [illegible]cipient.

15 *Et scietis.* Tunc, inquit Montanus, cum videritis templum ædificatum, & coronas suspensas in eo, cognoscetis vera esse, quæ de Christo prædico. & Euseb. quidem lib. 5. de Demonstrat. Euang. cap. 25. vt Christi verba hæc accipit; sunt tamen verba Prophetæ veritatem suæ Prophetiæ ex euentu promittentis: quasi dicat, non cogo vos mihi fidem modo adhibere, expectate paulisper euentum, cum videritis templum ad prospere ædificatum, vt dixi, tunc affirmabitis me verum fuisse Prophetam.

15 *Erit autem hoc.* Hæc bona, quæ promitto, euenient vobis, si Christo credidentis euangelizanti; ac sic cognoscetis me verum fuisse Prophetam. Quod si non credideritis, nihil mirum si cum bonorum experimento, mea promissa non completa videatis. Quod si de fide aduentus Christi, & ædifici Ecclesiæ loquitur. Numquid non veniet Christus, aut Ecclesia ædificabitur, si Iudæi non audierint vocem Christi? nequaquam. Idcirco Theodoretus cum Hebræis intelligit de templo tunc ædificato, & tempo[illegible] prosperitate, quæ sub hac conditione promissa sunt Si obedierint voci Domini, & legem eius obseruauerint. Quod si non fecerint, non [illegible] propterea falsus Propheta h[illegible]bendus est; qui sub ea conditione promisit.

* *

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

1 IN anno quarto Regis Darii filii Hydaspis, quarta die mēsis Nouembris, qui dicitur Casleu, locutus est Dominus ad Zachariam, post obitam legationem Iudæorum finitimorum, qui redierant e captiuitate. Etenim cum audirent quantum opus templi augeretur, [2] mi[illegible] Ie[illegible] Sarasar. & Rogom-melech, cum al[illegible] qu[illegible]usdam comitibus [illegible], ad domum Dei, quæ [illegible] ad Deum deprecandum & vt interroga[illegible] acerdotes templi & [illegible] quid sibi fa[illegible] m esset [illegible] usque ob[illegible] [4] Num[illegible] tandum est [illegible] in ieiunio consueto [5] ce[illegible] o ad omnium non [illegible] mbustionis

CAP. VIII.

E*T factum est* [1] *in anno quarto Darii Regis, fa-* 1
ctum est verbum Domini ad Zachariam in quar-
ta mensis noni, qui est Casleu. ‖ [2] *Et miserunt ad* 2
domum Dei, Sarasar, & Rogom-melech, & viri, qui
erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini ‖ *vt* 3
dicerent Sacerdotibus domus Domini exercituum, &
Prophetis, loquentes: Numquid [4] *flendum est mi-*
hi in quinto mense, [illegible] *vel* [illegible] *ficar*[illegible] *me* [illegible]*, sic-*
ut iam feci multis annis [illegible] *est verbum Do-* 4
mini exercituum ad [illegible] *loquere ad omnem*

tem-

templi,& abstinendum à cibo, & potu, ac delicijs,vt fecerant hisce præteritis septuaginta annis? an potius ab his iam supersedendum? Hac motus legatione interrogauit Dominum de præsenti quæstione Propheta: vnde & illi in hunc modum respondit Dominus,dicens. Loquere omni populo terræ huius,qui redijt Babylone,& Sacerdotibus. [6] Cum per hos septuaginta annos ieiunastis, in quinto, & septimo mense ob ruinam templi instaurandam,ieiunastis in gratiam mei,vt mihi placeretis: an potius,vt vestro dolori satisfaceretis? & cum modo liberi iam cum lætitia comedistis,& bibistis,id fecistis,vt mihi gratum faceretis,an potius, vt vos exhilararetis? Numquid non [7] his verbis admonebat vos Dominus per priores Prophetas, cum Ierusalem adhuc opulenta perstaret, cum vrbibus illi vicinis, & quæ sunt ad Austrum,& 10 campestribus? nempe,qui iudicis officio fungimini verum iudicate iudicium: & quicumque bene cupiat fratri suo,eius necessitatibus ex misericordia succurrens: viduam,pupillum,peregrinum, & pauperem ne calumnijs opprimatis: nullus denique vestrum malum moliatur aduersus fratrem suum. Hæc,& huiusmodi intimabant vestris patribus Prophetæ priores. At illi audire noluerunt,imo terga vertentes, despexerunt Deum, aurésque suas,quasi graui pondere contexerunt,& cor suum indurauerunt vt adamantem, ne legem audirent, & verba, quæ loquebatur Deus per Spiritum suum, per priores illos Prophetas, & idcirco meritissime in illos indignatus est Dominus exercituum, tradiditque eos hostibus, vt comminatus fuerat. [8] & clamabant afflicti ad Dominum,qui eos non audiebat,sicut ipsi non audierant eum, per suos Prophetas clamantem; & dispersit eos [9] per regna eis ignota,& terra eorum adeo mansit [10] desolata,& deserta,vt nemo esset,qui per eam iret,aut rediret;& suis peccatis effecerunt,vt feracissima terra,cuius [11] omnes tenebantur desiderio, in solitudinem conuersa remaneret.

populum terræ, & ad Sacerdotes, dicens: [6] Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto, & septimo per hos
septuaginta annos: numquid ieiunium ieiunastis mihi?
‖ Et cum comedistis, & bibistis, numquid non vobis co- 6
medistis, & vobismetipsis bibistis? ‖ Numquid [7] non 7
sunt verba,qua locutus est Dominus in manu Propheta-
rum priorum,cum adhuc Ierusalem habitaretur,& esset
opulenta,ipsa. & vrbes in circuitu eius, & ad Austrum,
& in campestribus habitaretur? ‖ Et factum est ver- 8
bum Domini ad Zachariam,dicens: ‖ hæc ait Dominus 9
exercituum,dicens: Iudicium verum iudicate,& miseri-
cordiam,& miserationes facite,vnusquisque cum fratre
suo. ‖ Et viduam,& pupillum,& aduenam,& pauperem 10
nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet
in corde suo. ‖ Et noluerunt attendere, & auerterunt 11
scapulam recedentem, & aures suas aggrauauerunt ne
audirent. ‖ Et cor suum posuerunt vt adamantem,ne au- 12
dirent legem, & verba. quæ misit Dominus exercituum
in spiritu suo per manum Prophetarum priorum. & fa-
cta est indignatio magna à Domino exercituum. ‖ Et fa- 13
ctum est sicut locutus est,& non audierunt: [8] sic clama-
bunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum.
‖ Et dispersi eos [9] per omnia regna, quæ nescierunt: & terra 14
desolata est ab eis,[10] eo quod non esset transiens & reuer-
tens: & posuerunt terram [11] desiderabilem in desertum.

ARGVMENTVM.

LEGATIONI factæ circa ieiunium propter captiuitatem consuetum, vtrum esset deinceps obseruandum,responsurus in sequenti capite Propheta, admonet prius, Deo magis placere obedientiam,& pietatem; siquidem ob non obseruatam legem,tot ærumnas incurrisse compertum habeant.

COMMENTARIVS.

A

1 IN anno quarto.] A vigesima quarta die Ianuarii anni secundi Darii cœpit Zacharias prophetare,& prosecutus est per diuersa tempora annorum duorum præteritorum; nunc iam quartum annum numerat eiusdem regis,& diem quartam Nouembris,in qua legatio facta est de ieiunio dimittendo,cum iam absoluta esset captiuitas, ante duos annos, & templum pene esset constructum. & de Dario quidem, qui Hebraice dicitur *Darianes*, & ab Strabo.lib.16.Geographię in fine refertur,quondam dictum fuisse *Dariacem*,diximus super Haggæum; ac de mensibus etiam, quod opus erat, docuimus.

Tempus huius Prophetiæ.

De Dario Strabo.

B

2 *Et miserunt.*] Vndenam facta legatio dubitatur,vtrum ex Babylone,an alio ex loco? ex Babylone venisse legatos ex parte transmigrationis affirmant Rupertus, Lyra, Vatab. Montanus,& Isidorus. Vnde Montanus ex domo Dei,hoc est, ab iis, qui conuenire solebant Babylone ad res sacras,legationem venisse putat. Persas fuisse duces regis Darii proselytos autumant Hebræi apud Hieronymum, Haymo, Remig. Albertus, Hugo,& Dionysius, qui iuxta Hebræorum consuetudinem,& ipsi ieiunabant. Alii apud Theodoretum Cuthæorum duces fuisse existimarunt, qui postea Samaritæ dicti sunt, ex iis, quos Salmanasar in Samariam transtulit. Vnde iuxta hos, ex Samaria facta est hæc legatio. Theodoreto visum est fuisse finitimos accolas, qui mittentes in templum sacrificia. scire cupiebant, an conuenienter domus Dei esset ornata: & an oporteret per ieiunia adhuc placare Deum? Nec enim alienum est à verbis Prophetæ, hanc legationem factam ab Iudæis, qui habitabant in vrbibus vicinis Ierusalem; qui cum viderent se iam liberatos à captiuitate, & templum extructum, existimabant absolutam iam esse causam ieiuniorum, ac proinde à ieiunio cessandum;& propterea id cognoscere voluerunt ex Sacerdotibus,& Prophetis. Atque hanc intelligentiam confirmat,nullum verbum esse, quod indicet nullos legatos Babylone. At illa verba Prophetæ dicta,quibus respondetet. *Loquere ad omnem populum terræ, & ad Sacerdotes,dicens cum ieiunaretis*, &c. satis indicant ad populum terræ illius è captiuitate reductum fieri responsum, ac propterea ex illo quæstionem subortam.

Iudæi fiorum qui redierant Babylone miserunt legationē

3 *Ad domum Dei.*] Hebræa sententia hic amphibologica est,& quæ coegit interpretes valde à se discrepare; sic enim habet. *Et misit Bethel Saretser, & Regem melech,& homines e[illegible] precandum faciem Domini.* En vides quis init[illegible]otnant, ex his

Lectionis varia.

verbis non constare. Et Vulgatus quidem, cuius lectionem sequitur Hieronymus ... omnibus Latinis, sic vertit, *& miserunt ad domum Dei Sarasar, & Redem-melech, & viri qui erant cum eo*; facitque hos omnes mittentes. Recentiores interpretes cum R. Salomone, Pagnin. Tigur. Vatab. & Isidor. hos viros missos interpretantur, hoc modo. *Etenim populus, aut captiuitas misit in domum Dei ipsum Sareser, & Regem-melech, & viros eius ad orandum.* Septuaginta, vt legimus in editione Complutensi, Regia, & Vaticana, tum etiam in Cyrillo, & Theodoreto, sic vertunt. *Et misit in Bethel Sarasar. & Arbach-sager rex, & viri eius, vt deprecarentur Dominum.* & conueniunt cum Vulgato, & Chaldæo, qui legit etiam, *misit in Bethel*, quamuis apud Hieronymum legamus, *misit de Bethel.* quod Montanus secutus est; nisi quod illi putant esse vrbem *Bethel*, quæ decem millibus distabat ab Ierusalem versus Septentrionem, quam habitabant, qui redierant è captiuitate, & miserunt hanc legationem in Ierusalem. Montanus tamen existimat esse conuentum Babylonicum eorum, qui ad sacros conuentus conueniebant, & ita vertit. *Et miserunt ad domum Dei pertinentes, quorum erant præcipui princeps repositionis, Sarasar, & regim dux, & viri, qui erant cum eo*, nempe cum Bethel, quia Hebræum nomen *Beth domus* masculini generis est. Verum cum nunquam viderimus in Scriptura pro conuentu hominum vsurpari nomen *Bethel*, nec hoc loco sic accipiendum est. Satius ergo est in re dubia Septuaginta, & Vulgati sequi lectionem. Præsertim cũ verbum, *misit*, sine mittente quoquam difficile credamus relictũ; quare ei suppositum damus, *Sareser, & Regem melech*, & viri cuiusq; illorum, qui miserunt legatos domũ Dei ad orandum Dominum. Iam de illis nominibus dicamus; tria nomina quidam distinguunt, *Sareser, Regem, Melech*, & appellatiua esse putant officiorum R. Abraham, & Montanus; nam *Saraser* est princeps repositionis, apud quem reponebantur tributa, vel pecuniæ collectæ asseruandæ. *Regem Melech* est princeps; aut dux regius, vt ait R. Abraham in Psal. 68. v. 28. hunc locum citans. Cæteri putant esse duo propria nomina, virorum optimatum, & piorum, qui miserunt, cum muneribus fortasse, legatos ad Sacerdotes.

Qui legationem miserint.

4 *Flendum est mihi.*] Ieiunia publica, & solennia indici solebant singulis annis obseruanda, ad casum aliquem tristem, & miserandum cum fletu commemorandum; & placandum Deum: sicut solebant stata festa cum lętitia, & exultatione celebrari ob beneficium insigne aliquod susceptũ. Cumque in quinto mense, qui dicitur *Ab*, & respondet nostro Iulio partim, & partim Augusto; duo ieiunia eiusmodi essent indicta; vnum ob seditionem ortam propter exploratores, Num. 14. vt ex Hebręis notat Hieronym. Alterum decima die eiusdem mensis, quod eo die sit templum incensum à Chaldæis, vt legimus 4. Reg. 25. 9. & Ierem. 52. 12. & in eo replicabant Lamentationes Ieremiæ. De hoc, non de illo ieiunio quærunt, nunc, cum impletis septuaginta annis, soluta iam sit captiuitas, & templum instauratum, cessandũ illis sit ab hac tristi commemoratione, & cum fletu solito ieiunandum? an potius lætandum, & exultandum? sic ... unt omnes expositores.

Quæstio ... de ieiunio ob templum incensum habita.

5 *Vel sanctifi*... Hebræo sic legimus ad verbum. *Num lugebo in mense quinto, nazaraeando, sicut feci hn quamplurimis annis:* Verbum הנזר *hinnazer* infinitiuus passiuus est, vel gerundium, & significat sanctificari, separari, & Dei placandi, aut exorandi gratia interdicere se cibo, & potu, & omni genere deliciarum; vt fecerunt Iudæi Babylone, cum suspensis instrumentis, Psal. 136. dicebant. *Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Vt faciebant quoque Nazaræi, iuxta nomen suum, ab illo verbo dicti, qui dum se Deo deuouebant, simul se separabant à vino, & potu statuto, & eleganti habitu. Vnde Chaldæus hic exposuit. *Numquid prohibebo animam meam à deliciis?* & recentiores interpretes: *numquid religiose abstinebo*, aut *subducam me*, vel *separabo à cibo, & potu*, aut *abstemius ero, vt hucusque feci per hosce septuaginta annos?* quod totum verbo, *sanctificare*, dixit Vulgatus: nam ieiunium abstinendo à cibo, & potu, ac deliciis, purificat se, ac sanctificat qui ieiunat, & pro eo die Deo Nazaræatum præstat.

... est Deo ... care a ... us semo- ... ium.

6 *Cum ieiunaretis.*] Priusqnam respondeat ad interrogata, quasi infensus adhuc, & qui nondum iram sedauerit, Deus obiurgat Iudæos, dicens. Quid coram me opponitis ieiunium tot annis à vobis obseruatum? Numquid in mei gratiam, ob pietatem, & religionem, ieiunastis, & non potius ob memoriam ærumnarum vestrarum, sicut modo non ad charitatem celebratis conuiuia; sed ob vestram libertatem. Sic Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Vatab. Numquid aliquẽ fructum, vel vtilitatem ego percepi ex vestro ieiunio, aut ex vestris conuiuiis? Vel neque liberaui vos è captiuitate, quod ieiunaretis per hosce septuaginta annos, quasi ego ieiunio vestro dolerem, quod me non attingebat; neq; vestris conuiuiis inuitatus hic conseruabo, quasi ego illis delecter: siquidem & vestra scelera expulerunt vos ex terra vestra in alienam; vt Prophetæ priores admonebant vos; & huc vos reduxit mea misericordia.

Ieiunia, & festa ... sit non ... gratia ... cepta De...

7 *Non sunt verba.*] Hieronymus, Haymo, Remig. Hugo, Dionys. & Isidorus, per *verba* intelligunt admonitiones Prophetarum: quas mox declarat Zacharias, & admonet obseruandas: nempe, *iudicium verum iudicate, &* sequentia. Theodoretus, & Lyra accipiunt admonitiones toties repetitas à Prophetis contra male ieiunantes, cum in suis vitiis perseuerent. Verius Albertus, Vatab. & Montanus de pœna captiuitatis, quam cõminati sunt Prophetæ, explicant; quasi dicat: Numquid non videtis reuera vobis euenisse omnia mala, quæ Prophetæ priores minitabantur vobis, nisi resipisceretis, cum staret Ierusalem, & res essent integræ: cumque montana regio, & campestris nullis tutata munitionibus, absque vllo hostium timore, habitaretur, vt ait Vatablus: aut vt Hieronymus, cum vtraque hęc regio frugibus abundaret, & fidissima pace frueretur? Itaque illa forma loquendi, *numquid non hæc sunt verba mea?* id significat: numquid non hæc sunt facta ad complenda verba mea? Vt dixit adolescẽtulus Dauid fratri suo Eliab obiurganti, quod oues reliquisset; *Quid feci? Numquid non verbum est?* hoc est, nõ vult Deus per me compleri, quod ipse definiuit de hoc gigante occidendo? & in libris Regum cum cõpletur ali-

Verba sunt admonitiones Prophetarum.

qua pro-

qua prophetia, dicitur, *sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam, dicens, In agro Iezrael comedent canes carnes Iezabel*, 4.Reg.9.36. & cap.10. 20.& sæpe alias. Nihilominus primus Hieronymi sensus videtur magis conuenire verbis Prophetæ. Numquid hæc vos non admonui per priores Prophetas, & noluistis audire? Nempe, quæ modo repetet vobis Zacharias. *Hæc ait*, Hebraice, *hæc dixit*, pro dicebat, aut solebat dicere Dominus exercituum dicens. *Iudicium verum iudicate*. & noluerunt attendere patres vestri. Itaque refert monita data patrib' inutiliter: propter quod iratus est illis Deus, & dispersit in omnia regna.

8 *Hic clamabunt.*] Futura pro præteritis ponit, quod ita Deus indignatus sit Iudæis, vt cum in captiuitate clamarent, non exaudirentur: nec enim hæc modo minatur iis, quos iam ex captiuitate reduxerat. ita videtur Hieronymo, Theodoreto, Montano, & Roberto.

9 *Per omnia regna.*] Non tantum Chaldæorum, vt indicant Hieronymus, & Dionys. sed etiam Assyriorum, Persarum, & Medorum, vt vult Lyra, in quæ proturbauit Deus omnes tribus Israel, & Iuda. Nam licet verba fiant modo ad Iudæos, indignationem suam ostendit in omnem populum, eandem ob causam, exercitam, siquidem terram campestrem ponit ob oculos, quæ ad decem tribus pertinebat.

10 *Eo quod.*] In tantam solitudinem terram relictam esse dicit, vt non esset transiens; aut reuertens, videlicet, quia nullus remansit in ea habitator, qui per eam ambularet, vt intelligunt Hieronymus, Albertus, Hugo, & Dionys. Putat Montanus ea forma loquendi significari, neminem ex finitimis per illam iter facere, quę erat frequentissima; nam ibant, & redibant quocumq; vellent circumuicini populi, Theodoretus propter lectionem Septuaginta, quæ sic habet. *Terra desolata erit post eos à perambulante, & reuertente*: & Montanus propter Hebraicam, quæ habet: *terra desolata est post eos à transeunte, & reuertente*: Hac ratione explicant; ita relicta est, & vacua defensoribus, vt hostes post Iudæos eiectos relicti, transeuntes libere per eam, & redeuntes penitus vastauerint. Sed primus sensus aptior est. Nam pro ea phrasi solet Scriptura dicere, eo quod non sit habitator.

Solitudo

Iudææ ab habitatoribus destitutæ.

11 *Desiderabilem.*] Id est, fertilissimam, & cuius propterea omnes prius desiderio tenebantur quod optima esset, lacteque, ac melle manaret. Sic omnes, Albertus, Hugo, Dionysius, & Robertus: quamuis Lyra non tam dici asserit ob fertilitatem; cum Ægyptus vberior esset, quam propter Christum, qui operaturus in ea erat salutem. Et quod additur, *in desertum*, Hebraice est, לשמה *lesamah*, *in stuporem*, Montanus exponit quasi dictionem triplicem: *in ibi quid*: *Ponere fecerunt terram appetitionum in ibi quid?* In terra, de qua interrogabant viatores; ibi quid boni remansit? fecit enim terra sabata sua cunctis diebus desolationis, vt legimus 2.Paral.vltimo.

Terræ desolatio.

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

HVNC deinde prosecutus est sermonem Dominus ad sui populi consolationem. [1] Iusta ira, meritaque indignatione hactenus succensus sum in ciues filios Sionis, dum eos premi captiuitate permisi. Sed iam placatus redibo in gratiam cum Sione: & habitabo in templo Ierusalem, numquam illud amplius relicturus, & vocabitur Ierusalem [2] ciuitas fidelis, & mons templi mons sanctus, in quo cultus verus exercebitur. [3] Tanta vero pace fruetur, vt senum copiosus numerus, & anuum, & qui baculo nitantur præ multitudine dierum, per plateas incedant: quin & infantes, & puellæ ludent in eis. Quod etsi vobis, qui reliqui estis ex captiuis, difficile videatur aliquando futurum, at mihi perfacile est. Nam [4] saluos ego reducam vndecumque, siue ex Oriente, siue ex Occidente: multo certius ex Chaldæa, & habitabunt in medio Ierusalem, & erunt mihi populus [5] verax, seu fidelis, tum etiam veritatis amator: & ego similiter ero eis Deus, qui efficiam quod promitto. [6] Confortate manus vestras ad cœpti templi absolutionem, qui a die, qua iacta sunt eius fundamenta, ad hos vsque dies audistis Prophetas meos vos cohortantes. Siquidem ipsa comperistis ante dies illos, quibus cœptum est templum ædificari, quantum vos cum iumentis vestris laborauetitis in terræ cultura, & tamen nec prouentus labori respondebat: nec liber patebat aditus ad vrbem, aut exitus vobis, propter inimicorum infensorum odia, quod ego permisissem vt in se inuicem homines desæuirent. At modo non ita vobis accidet, qui prosequimini opus templi. Sed [7] fruges prouenient, quales solent tempore pacis. Nam vinea dabit fructum suum, & terra vberes proferet fruges, & cœli dementent rorem suum, denique frui vos faciam his, & similibus aliis bonis, adeo, vt sicut prius omnes nationes, apud quas exulastis, vos execrabantur domus Iuda,

Cap. VIII.

ET factum est verbum Domini exercituum, di- 1
cens: | Hæc dicit Dominus exercituum: [1] Ze- 2
latus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. | Hæc dicit Dominus exercituum: Reuer- 3
sus sum ad Sion, & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem. [2] Ciuitas veritatis, & Mons Domini
exercituum, mons sanctificatus. | Hæc dicit Dominus ex- 4
ercituum: [3] Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis
Ierusalem: & viri baculus in manu eius præ multitudine
dierum. | Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & 5
puellis ludentibus in plateis eius. | Hæc dicit Dominus 6
exercituum: si videbitur difficile in oculis reliquiarum
populi huius in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum? | Hæc dicit Domi- 7
nus exercituum. [4] Ecce ego saluabo populum meum de
terra Orientis, & de terra Occasus Solis. | Et adducam 8
eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi
in populum, & ego ero eis in Deum, [5] in veritate, & in
iustitia. | Hæc dicit Dominus exercituum: [6] confor- 9
tentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones
istos per os Prophetarum, in die, qua fundata est domus
Domini exercituum, vt templum ædificaretur. | Siqui- 10
dem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti, neque exeunti
erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines,
& vnumquemque contra proximum suum. | Nunc 11
autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi

& qui accessistis ad eam ex Israelitis: sic iam incolumes, ita vos benedicam. Idcirco ne timeatis; sed confortate manus vestras ad cœptum opus. Quia sicut cum patres vestri me suis peccatis prouocauerunt, eos absque misericordia afflixi, hostibus tradeos: sic è conuerso (credite mihi) hisce diebus decreui benefacere domui Iuda, & vrbi Ierusalem. Non est ergo cur timeatis, hæc vero curabitis obseruare, si in mea beneuolentia vultis permanere: semper vera loquimini proximis vestris: verum æquumque iudicabitis in portis vrbium vestrarum: neque malum quodpiam moliamini in corde in proximum quemque, iuramento falso ne assuescatis; quæ omnia semper sum odio prosecutus. De ieiuniis autem hisce annis obseruatis, ne vos cura solicitet: quia ego, ait Dominus exercituum, efficiam, vt [8] ieiunia omnia, quæ in memoriam extremarum vestrarum calamitatum ieiunabatis, siue in quarto mense ob interruptum murum Ierusalem, siue in quinto ob templum incensum; siue in septimo ob cædem Godoliæ, siue in decimo ob obsessam vrbem, conuertam in gaudium, & lætitiam, & in hilares, festasque solennitates. Tantum curate fidelitatem studiosæ vitæ erga me custodire, pacemque erga proximos. Et si mihi credītis, addam & hæc præstantiora, dicit Dominus exercituum. [9] Nam eousque vestra crescet felicitas, quousque multi populi veniant, ad vrbes implendas: & ciues vnius ciuitatis dicent ad ciues alterius, eamus simul in templum, & deprecemur Dominum, & quæramus eum ibi sese exhibentem, quod cum audierint ciues alterius ciuitatis, dicent: [10] ibimus & nos vobiscum. Quin & gentium veniet copiosa multitudo, etiam [11] ex potentioribus, ad quærendum Dominum exercituum Christum in Ierusalem, & gratiam eius conciliandam. Tunc temporis [12] multi homines ex vnaquaque gentium natione apprehendent virum Iudæum Christo fidelemque dicent, ibimus vobiscum Ierosolymam, audiuimus enim Deum vobiscum esse.

huius, dicit Dominus exercituum. sed [7] semen pacis erit,
vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum,
& cœli dabunt rorem suum. & possidere faciam reli-
quias populi huius vniuersa hæc. | Et erit sicut eratis ma- 13
ledictio in gentibus, domus Iuda, & domus Israel: sic sal-
uabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur
manus vestræ. | Quia hæc dicit Dominus exercituum 14
Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiam pro-
uocassent patres vestri me, dicit Dominus: & non sum
misertus: | sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt bene- 15
faciam domui Iuda, & Ierusalem: nolite timere. | Hæc 16
sunt ergo verba, quæ facietis loquimini veritatem vnus-
quisque cum proximo suo: veritatem, & iudicium pacis
iudicate in portis vestris. | Et vnusquisque malum con- 17
tra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris. & iu-
ramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt,
quæ odi, dicit Dominus. | Et factum est verbum Domini 18
exercituum ad me, dicens: | Hæc dicit Dominus exerci- 19
tuum: [8] Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiu-
nium septimi, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in
gaudium & lætitiam, & in solennitates præclaras: ve-
ritatem tantum, & pacem diligite. | Hæc dicit Dominus 20
exercituum: [9] Vsquequo veniant populi, & habitent in
ciuitatibus multis: | Et vadant habitatores vnus ad al- 21
terum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini,
& quæramus Dominum exercituum: [10] Vadam etiam
ego. | Et venient populi multi, [11] & gentes robustæ ad 22
quærendum Dominum exercituum in Ierusalem, & de-
precandam faciem Domini. | Hæc dicit Dominus exerci- 23
tuum: In diebus illis, in quibus apprehendent [12] decem ho-
mines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

ARGVMENTVM.

POLLICETVR Deus Iudæis è captiuitate reuersis summam pacem, summamque felicitatem; ieiuniorumque in festiua conuiuia commutationem, si legem obseruent, templo ædificato, cultuque vero instaurato, & gentium vndique ad illud concursum, & ad Christum demum conuersionem.

COMMENTARIVS.

Quæstio de sensu literali capitis huius. Sententia 1. de temporali felicitate. Sententia 2. de tempore Christi.

QVÆSTIO est breuis non contemnenda, de quibus in sensu historico, & literali sit hoc caput exponendum? Plures, ac præstantiores interpretes, Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, totum fere caput de Iudæorum temporali felicitate post templum secundum ædificatum, in typum tamen Christi, explicant. Rupertus, Vatab. & Montanus vniuersum item de negocio Euangelico exponunt: quod videant tantam felicitatem, quanta hic promittitur, nunquam populo illi, secundum carnem contigisse; vt affirmarunt Hebræi apud Hieronymum, & Dauid Kimhi, qui propterea ad aduentum sui Messiæ eæci referunt. Nam & verba illa, *ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus Solis, & habitabunt in medio Ierusalem*, minime con-

A uenire possunt, neque decem tribubus adductis ad Assyrios; nec duabus adductis ad Chaldæos, qui sunt ad Septentrionem, sed spiritualibus Iudæis. Præterea & illa, *sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda, & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio*; non possunt conuenire Iudæis, cum decem tribus nunquam redierint saluæ ex sua captiuitate temporali; recte autem reductis ex spirituali peccati, ad libertatem Christi. Sunt nihilominus alii ex his, vt Theodoretus, Lyra, & Isidorus, qui cum vniuersum caput de populo illo exponant, finē intelligunt de gentium ad Christū conuersione. Profecto nemo inficiabitur, quod & alias adnotatum à me est, plus concipi ex quacunque rei cuiusque descriptione, quam res ipsa ferat; quod ita res habeat, vt verba vel simpliciter dicta excellentiorem, & pulchriorem rē faciant, quam ipsa sit. Videmus vrbes descriptas, hortos, prata, flumina, quæ sane gratiora apparent imaginationi, quam cum oculis intuemur. Sic ergo mirandum non est si felicitas à Zacharia

Sententia 3 de temporali & spirituali felicitate.

Verba plus menti significant quam habeat humana

B

præenun-

prænunciata verbis, maior videatur, quam reipsa fuisse intelligimus. Sed singula verba expendentes quem sensum proferant, ex ipsis deducemus.

1 *Zelatus sum.*] Verbum hoc cum ablatiuo constructum ardentissimum studium significat tuendi, ac vindicandi dignitatem, & auctoritatem rei, ad quam refertur: atque ita Hieronymus, Isidorus, & Montanus hanc clausulam sic exponunt; magno studio teneor restituendi Sion, & eam de suis hostibus vindicandi. Ceteri vero, Theodoretus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Vatablus de zelotypia explicant, ac de ira, quam concepit Deus in populum suum, quem & castigauit, hostibus Chaldæis eum tradens, quod se viro suo antiquissimo, & beneficentissimo relicto ad idola confugerit; quasi dixisset: iusta ira, meritaq; indignatione hactenus sum in Iudæos indignatus, & eos premi captiuitate permisi. Sed quanto prius eos longius abieci, tanto nunc eos propiores mihi faciam, reuersus ad eos, vt pti*. Atq; ex adiecta consolatione reuersionis, seu reditus ad Sion, ostendit prius de eius punitione se locutum fuisse.

Sensus 1. zelo pro amore sumpto.

Sensus 2. zelus pro ira.

2 *Ciuitas veritatis.*] De Ierusalem ipsa explicant Theodoretus, Rupertus, & Montanus, quatenus Christi præsentia, doctrina, & officiis constituta est metropolis, & magistra veritatis; de qua exiuit lex, & verbum Domini de Ierusalem, & mons sanctitatis; vnde omnes gentes, tanquam ex fonte suam decerpebant pietatem, & sanctitatem. Vatablus ipsam Ecclesiam intelligit, quæ *firmamentum est, & columna veritatis*, 1. ad Timoth. 3. & *mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo.* Quin & in ipsa Ierusalem cœpit suam veram promulgare doctrinam, qui est via, veritas, & vita. Verum Hugo, Lyra, & Dionysius de ipsa terrena Ierusalem exponunt in typum spiritualis; quæ, post cultum in nouo templo instauratum, dicenda erat ciuitas veri cultus Dei, ac veræ religionis, & mons sanctus; quod, auctore Hieronymo cum iisdem; in ea legis sanctitas, quæ in victimis Deo immolandis, & in cæremoniis consistit, erat obseruanda. Vel certe; vt ait Isidorus, ciuitas veritatis, hoc est, fidelitatis, stabilitatis; nam id nomen אמת *Emeth* etiam significat, hoc est, quæ fidelis Deo perseueratura erat, nunquam amplius ruitura. Nam & hac ratione Ecclesia Christi dicta est columna, & firmamentum veritatis; vti petra, aduersus quam portæ inferi non præualebunt: perstitit enim in vero cultu Dei Ierusalem toto tempore secundi templi, nec ad idola colenda recessit, vt est communis opinio.

Ciuitas veri cultus Dei, in eo deliter permansura Ierusalem.

3 *Adhuc.*] De pace, prosperitate vrbis terrenæ Ierusalem, & multiplicatione ciuium, ac vitæ eorum longæuitate, omnes explicant, Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Rupertus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Montanus. Constatque ex 2. Machab. 2. cum sancta ciuitas habitaretur in omni pace, pacem per multos annos perseuerasse. Vatablus de Ecclesia explicat, in qua multa pax prædicitur futura, & fidelium omnium ætatum multiplicatio.

Ierusalem terrenæ post reditum prosperitas.

4 *Ecce ego.*] Dionysius, Vatablus, & Montanus, de reductione populi Iudaici, & gentium ad Christum, intelligunt; quia ab ortu, & Occasu, per quas duas plagas, & Meridies, & Septentrio accipiuntur, vocatæ sunt cum Iudæis gentes in vnum populum ad Euangelium Christi. Quin & Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & ipse Dionysius, qui tempus post Zorobabelem, & Nehemiam hic prædici putant, propter hæc verba; *saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus*; extendunt Prophetiam ad tempus Christi, quod Matth. 8. dixerit, *multi de Oriente, & Occidente venient, & accubabunt in regno cælorum cum Abraham, Isaac, & Iacob.* Verum satis apte, & proprie Theodoretus, Rupertus, & Lyra, vt & Hieronymus cum prædictis, in typum conuersorum ad Christum, hæc intelligunt de reductione Iudæorum, qui dispersi fuerant in varias mundi plagas, quos pollicetur Dominus se reducturum in Ierusalem, cum templum, & vrbs essent omni ex parte constructa. Quis enim ignorat ex reliquiis Iudæorum, non paucos inter finitimas gentes ad Orientem Ierusalem, & Occasum sitas delituisse, vt inter Moabitas, Ammonitas, Ægyptios, Philisthæos; qui cum nouerunt omnia instaurata, & restituta, redierunt in metropolim Ierusalem.

Israelitæ vndiquaq; reducti in typum fidelium.

In veritate, & iustitia.] Hæc duo videntur applicare populo Hieronymus, Hugo, Dionysius, & Isidorus, vt legatur; *& erunt mihi in populum, in veritate, & iustitia*: nempe verum, qui veram religionem sequatur, & iustum, qui studeat virtuti, & probis moribus. Vatablus, & Montanus ad Deum, & ad populum referunt; nam Deus verax, & fidelis in promissis adimplendis futurus dicitur, & iustus, qui secundum iustitiam reddat quæ promisit; & custodiat populum. Populus etiam Deo vicem rependat, fidelis ei existens, & verax, legem eius custodiens, vt promiserat, & iustus, studiosis operibus id reipsa exequens; quod Iudæis prius exhibitum est in typo, & in veritate cum fidelibus præstitutum. 5

Deus populi verus, & iustus, & populus Deo.

Confortentur.] Nemo est, qui hæc non intelligat de templi ædificatione, ad quam Deus populum exhortatur, in memoriam reducta inopia, qua premebatur ob desidiam templi incœpti relicti; nam vt dixit cap. 2. Haggæus, labori fructus non respondebat agrorum; & omnia perturbata erant. 6

Semen pacis erit.] Iudæi, quos sequuntur Vatablus, Montanus, & Isidorus, volunt hæc accipi de pace, & benedictione tempore Christi futura, quæ temporali significatur. Sed Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra; & Dionysius, de populo carnali intelligunt, cui pro penuria dicta, & rixa, ac discordia; multa pax, & benedictio promittitur, in typum bonorum Ecclesiæ. Quod si obiicias illa verba; *Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda, & domus Israel, sic saluabo vos, & eritis benedictio*; quibus promittit Deus saluaturum decem tribus, quæ minime reductæ sunt in patriam suam, bene autem ad Christum. Respondet Hieronymus, factam mentionem vtriusq; populi in maledictione; at cum cogitat benefacere, tantum Ierusalem, & Iuda, quod non videtur prædictis verbis conuenire. Quare verius dicendum, eo modo, quo dixit reducendos, qui erant in Oriente, & Occasu dispersi; ita hic dicit, non populum Israeliticũ reducendum ad regnum prius, bene autem aliquos ad societatem cum Iuda; vt factum fuisse probauimus super Ieremia. Itaq; pacem promit- 7

Israelitæ aliqui cum Iudæis reducti.

tit contra rixas; & frugum abundantiam, quantæ ſolent colligi tempore pacis: & tantam bonorum affluentiam futuram dicit; vt gentes illis inuideant, eoſque felices admireotur.

8 *Ieiunium.*] Iam reſpondent quæſtioni à legatis propoſitæ in præcedenti capite; vt volunt Hieronymus, Rupertus cum ceteris, Lyra & Montanus. Obſeruabant Iudæi quatuor hæc ieiunia; ieiunium quarti menſis à *Niſan*, qoi eſt *Tammuz*, & noſtro Iulio reſpondet; vt vult Hieronymus, & partim Iunio; & nona eius die celebrabatur ob interruptum murum Ieruſalem à Chaldæis; vt diximus ea Ierem. 52.6. & Ezech. 24.1. & affirmant Cyrillus & Hieronymus. Erat & 17. die eiuſdem ieiunium ob legis tabulas confractas, Exod. 32. vt notat Hieronymus, & ea illo Haymo, Remigius, Rupertus, cum reliquis. Ieiunium quinti menſis. *Ab*, hoc eſt, Auguſti, aut Iulij, decima die menſis ieiunabant ob templum à Chaldæis incenſum, Iere. 52.12. Ieiunium ſeptimi *Ethanim*, ſeu *Tiſri*, qui nobis eſt September, aut October, die 3. ieiunabatur ob cædem Godoliæ, 4. Reg. 25.25. Ierem. 41.2. Ieiunium decimi *Thebet*, qui eſt December, ieiunabant decimo die, quod eo die obſeſſa eſt Ieruſalem, vt dicitur 4. Reg. 25.1. & Ezech. 24.1. aut quia eo die audierunt Ezechiel, & qui cum eo erant, templum eſſe ſubuerſum. Et quidem cum in eiſdem menſibus diuerſa ieiunia obſeruarentur ob cauſas diuerſas indicta, vt attigimus; non de alijs hic eſt ſermo, vt ex Hieronymo exiſtimant Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, & Dionyſius; ſed de illis, quæ obſeruabant ob captam, incenſamque vrbem, & templum à Chaldæis. Nam de his quærebant legati, quod viderent vrbem reſtitutam, & templum ædificatum. Reſpondet ergo, hæc triſtia ieiunia conuertenda in gaudium, & lætitiam, & ſolemnitates præclaras, ſeu bonas, aut epulares, aut iocundas. Pſal. 33.13. *Quis eſt homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* hilares, & ſaturitate plenos. Si tamen, ſubdit; *pacem, & veritatem diligatis*, pacem cum proximis, & veritatem, ſeu fidelitatem ad Deum.

Ieiuniorum ratio de quibus quæſitum eſt.

Reſponſum ad quæſtionem.

9 *Vſque quo.*] Hebraice עַד אֲשֶׁר *Hhad aſer*, proprie eſt, *vſque quo*, aot *donec*, vt Geneſ. 49.10. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt.* Hoſeæ 5.15. *Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam.* & ſenſus pendet ex ſuperioribus. Mæror ieiuniorum conuertetur in hilares ſolemnitates, adeo certe iocundas, quouſque veniant populi ad eas celebrandas; aut adeo vt veniant, vel in tantum, vt veniant populi, ſicut Hieronymus, & Vatablus explicant. Alij putant eſſe aduerbium temporis hoc modo: pro ieiunijs habebitis ſolemnitates præclaras, vſque quo maiores ſuccedant, cum venient populi. Septuaginta vero, Chaldæus, & recentiores interpretes quaſi nouam promiſſionem incipiunt; accipientes pro, *adhuc*. *Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc venient populi.* Et Hieronymus quidem, Theodoretus, ac Remigius de populo Iudæorum intelligunt poſt ſecundum templum ædificatum; quando populi, etiam gentiles, aſcendebant Ieroſolymam tribus diebus feſtis in anno adoraturi. Quod & perdurauit vſque ad tempus Euangelij; nam multi Gentiles leguntur ad templum Ieroſolymitanum veniſſe, vt in eo adorarent. Vel certe venient è captiuitate multi Iudæorum populi, & implebunt multas Iudææ ciuitates, & vadent habitatores vnius ciuitatis ad alteram, vt habetur in Hebræo, & in Septuaginta, Chaldæo, & in Hieronymo, & recentioribus interpretibus: inuitabunt enim habitatores vnius vrbis ciues alterius ad aſcendendum in templum. Verum iidem Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, è mente etiam Hebræorum, Dionyſius, Vatablus, Montanus, & Iſidorus de fidelibus ad Chriſtum accedentibus intelligunt, qui copioſi multitudine complebant ciuitates, & ſe inuicem inuitabant ad fidem Chriſti, & ad illius ſequelam; quæ initium ſumpſit Ieroſolymis: quemadmodum & Iſaias cap. 2. & Michæas cap. 4. ſunt vaticinati.

Lectionis ratio.

De concurſu Iudæorum in vrbem & templum.

De concurſu fidelium ſe inuitantium ad ſequendum Chriſtum.

10 *Vadam.*] Theodoretus, Hugo, Vatablus, & Montanus, de ciuibus ſingulis explicant, cum hac diſtinctione: dicet vnuſquiſque ciuium; vadam: & alter reſpondebit: etiam ego ibo. Hieronymus tamen, Haymo, Remigius & Hugo, verius dicunt; ſermonem eſſe inter duas ciuitates; & tertia quæ audierit, dicet inducta earum voce; Vadam etiam ego vobiſcum. Sic & Chaldæus. *Iſta huic dicet, ibo etiam ego.* Itaque, vt diximus; inter ciuitates contexitur dialogus: ſed quia ciuitas pro ciuibus inducitur, Vulgatus inter ciues ſermonem contexuit.

Vrbes ſe inuicem concitabunt ad fidem.

11 *Et gentes robuſtæ.*] Potentes, & quæ alijs dominabantur, turpeque putabant cuiquam ſubdi. Vatablus, *robuſtas* pro, *multas* accipit, quia copioſius numerus robuſtus eſt, & fortis. Chaldæus ſic expoſuit. *Venient populi complures, & regna magna confluent in Ieruſalem poſtulanda doctrinæ cauſa à Domino Deo exercituum.* Sic enim explicat illud: *ad quærendum Dominum exercituum.*

Regnorum conuerſio.

12 *Decem homines.*] Hoc eſt, multi, vt ait Cyrillus; more Scripturæ. Leuit. 20.26. *Ita vt decem mulieres*, pro multæ, *in vno clibano coquant panes.* Iob 19.3. *En decies confunditis me.* Multi ergo ex Gentilibus apprehendent alam veſtis, ſeu fimbriam Angelorum palliorum, vt dicitur Numer. 15. Viri Iudæi, quem Chriſtum exponunt Hieronymus, Haymo, & Albertus: ſed Iudæum pro pluribus accipit; nam ſubiicit; *ibimus vobiſcum.* Verius Apoſtolos intelligunt Hieronymus, Cyrillus, Remigius, Hugo, & Dionyſius, qui erant ex Iudæis: quibus enunciantibus Euangelium adhærebant Gentiles. Theodoretus, & Iſidorus de proſelytis etiam expoſuit, qui ex Gentilibus ad Iudaiſmum conuertebantur tempore ſecundi templi. Nam cum poſt captiuitatem Babylonicam multi Iudæi adhuc manerent per varias Prouincias diſperſi: vnde Paulus Tarſenſis erat; & Damaſci Synagoga erat, vti Romæ, & in alijs ciuitatibus, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ & Bithyniæ, vt ait Petrus 1. ſua Epiſtola cap. 1. quamplurimi ex Gentibus, per eos ad Deum verum conuerſi, cum Ieroſolymam aſcenderent, adhærebant illis: adoratoque Deo in magnis feſtiuitatibus, in propria læti redibant, quod iam fideles facti per viros Apoſtolicos verius, & vtilius faciebant.

Gentes adhærebunt Apoſtolis.

De proſelytis ad verum Deum conuerſis.

* * *

ZACHARIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] VLTIO onerosa à Domino intentatur: compressura terram [2] Hadrach, & terram [3] Damasci nec enim inultam relinquet Deus iniuriam populo suo illatam, ad quem [4] respicit oculus cuiusq; hominis, quanto magis Tribuum Israel, vt se vindicet? [5] Emath quoq; non effugiet onus, sicut nec Tyrus, & Sidon, sed intra terminos eius continebantur: quamuis [6] sapientia humana præstent, qua se tueantur. Muniuit quippe se Tyrus multis propugnaculis congessitq; argentum instar pulueris, & aurum vt lutum platearum sed frustra. [7] Nam Dominus subiugabit eam per Alexandrum, qui admotis tormentis machinis, expugnabit eam, & admoto igni comburet. Quod cum nouerit Ascalon timebit. Gaza item & summo dolore præ metu afficietur: & Accaron, quia inanis euadet spes, quam sitam habebat in Tyro. [8] Rex Gazæ nullus relinquetur, nullus habitator Ascalonis Et Iudæus, [9] qui causa erat separationis inter illos, sedem sibi constituet in Azoto: sic superbia, qua in Dei populum efferebantur Palæstini, reprimetur. & [10] auferentur minæ cruentæ, quas contra illum proiiciebant, & blasphemiæ, quas dentibus frendentes effundebant in Ierusalem; & [11] relinquentur deuoti Deo, eiusque populo subiecti, cuius curabunt incolumitatem vti duces, & Accaronitæ inter Ierosolymitanos, viuent vt Iebusæi [12] Et circumdabo, castri instar, templum, quod ædificatis, protegamque ab his gentibus, quæ militant contra me, a quocumque potente ei nocere. & iam nullus erit extraneus tributorum exactor, qui vos diuexet. Et fiet sane quod dixi, nam miseret me vestri, [13] quos oculis meis perspicuo in summa afflictione iacere, & quo magis cōsoleris, [14] multum exulta cœtus Sion, iubila cœtus Ierusalem: ecce enim rex tuus desideratus Christus veniet tibi iustus, [15] & saluans, & ingredietur ad te [16] pauper, & humiles: insidens [17] asinæ, & pullo filio eius Iam deinceps non pugnabit Israel [18] quadrigis, nec equis egebit Ierusalem, nec arcu ad iaciendas sagittas; nam pacem gentium conciliabit, & extendet [19] dominatum suum a mari vsque ad mare, & ab Euphrate vsq; ad fines orbis terrarum. [20] Tu quoque hem, ô congregatio Sion, exulta; quia recipies vinctos tuos liberos [21] de lacu limbi, in quo non est aqua. Et quicumq; spe [22] deuincti tenemini, venite ad Christi Ecclesiam, tanquā ad munitionem, [23] nam multo maiora nunc vobis annuncio redditurum bona, quam vos cogitatis. [24] Seligam enim ex Iuda Apostolos, vt quasi extentis arcubus iaciant sagittas verbi Dei, instruam quoq; alios ex Israel. Excitabo quoque ex filiis tuis ô Sion, qui Græcos subiiciant. Itaque reddam te fortissimam, vt gladium fortium necem efficientem; & Dominus Deus aderit eis, & emittet iacula fulgurantia illustrationum internarum, & quasi classico concitabit ad pugnam, & vt turbo ex Austro flans, inuolabit in eos. Ita protecti a Domino exercituum duces Euangelici, obuios sibi deuorabunt infideles, & lapidibus fundæ suæ prædicationis subiicient Christo, tanto eos adquirendi illi desiderio, quanto expetunt vltores haurire inimicorum sanguinem. [25] nam quasi vino temulenti, complebunt se vt phialam, & aspergent se, vt aspergi solent cornua altaris: & seruabuntur a Domino Deo suo, tamquam grex è populo suo selectus: nam [26] vt lapides sancti, in sublime efferetur in Ecclesia eius. Nec mirum, cum tales sint cibo pascendi, potuque potandi [27] Nam quid in ea optimum, quid pulchrum inter cetera omnia bona: nonne frumentum corporis Christi; quo selecti iuuenes fortes fient, & vinum sanguinis eius, quod puellas exhilarabit, & castas reddet?

CAP. IX.

[1] ONus verbi Domini in terra [2] Hadrach, & Da- 1
masci [3] requiei eius: quia [4] Domini est oculus
hominis, & omnium Tribuum Israel. [5] Emath quoque 2
in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: [6] assumpserunt quip-
pe sibi sapientiam valde. Et ædificauit Tyrus munitio- 3
nem suam, & coaceruauit argentum quasi humum, &
aurum, vt lutum platearum. [7] Ecce Dominus possidebit- 4
bit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc
igni deuorabitur. Videbit Ascalon, & timebit, & Ga- 5
za, & dolebit nimis, & Accaron, quoniam confusa est
spes eius: & peribit [8] rex de Gaza, & Ascalon non habi-
tabitur. Et sedebit [9] separator in Azoto, & disperdam 6
superbiam Philisthinorū. [10] Et auferam sanguinem eius 7
de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius,
[11] & relinquetur etiam ipse Deo nostro; & erit quasi
dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus. [12] Et circum- 8
dabo domum meam ex his, qui militant mihi, euntes, &
reuertentes, & non transibit super eos vltra exactor: [13]
quia nunc vidi in oculis meis. [14] Exulta satis filia Sion, 9
iubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus veniet tibi iustus.
[15] & saluator: [16] ipse pauper, & ascendens [17] super asi-
nam, & super pullum filium asinæ. Et [18] disperdam qua- 10
drigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipa-
bitur arcus belli: & loquetur pacem gentibus, & [19] po-
testas eius a mari vsque ad mare, & a fluminibus vsque
ad fines terræ. [20] Tu quoque in sanguine testamenti tui 11
emisisti vinctos tuos [21] de lacu, in quo non est aqua. Con- 12
uertimini ad munitionem [22] vincti spei: hodie quoque [23]
annuncians duplicia reddam tibi. Quoniam [24] exten- 13
di mihi Iudam quasi arcum, impleui Ephraim: & suscitabo
tabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia: & ponam te
quasi gladium fortium. Et Dominus Deus super eos vi- 14
debitur: & exibit vt fulgur iaculum eius: & Dominus
Deus in tuba canet. & vadet in turbine Austri. Domi- 15
nus exercituum proteget eos: & deuorabunt, & subii-
cient lapidibus fundæ: [25] & bibentes inebriabuntur quasi
à vino, & replebuntur, vt phialæ, & quasi cornua altaris.
Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gre- 16
gem populi sui: [26] quia lapides sancti eleuabuntur super
terram eius. [27] Quid enim bonum eius est, & quid pul- 17
chrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum ger-
minans virgines?

ARGVMENTVM.

AD consolationem populi sui è captiuitate reuersi pollicetur Deus vi quasi bellica omnem circa regionem, quæ ad Philisthæam in primis pertinet, illi fore subiiciendam: atque ita è terra omni exactore remoto regem Christum ingressurum in vrbem triumphatorem, & mitem; qui abiecta è populo suo omni belli occasione, suos milites, quos in libertatem asseruerat, missurus est in omnem terram, etiam longe dissitam, eam vt Christo regi suo, Deoque subiiciant; donec gentium spoliis onusti in patriam victores redeant.

COMMENTARIVS.

Quæstio de sensu huius capitis.

CAPVT hoc explicatu est difficillimum, quod non intelligatur an de de corporali bellu, an de spirituali, in illo sermo sit. Atque ita expositores in valde diuersas abierunt commentationes. & quidem posteriorem capitis partem ab illis verbis, *exulta satis filia Sion*; omnes de Christi triumpho Ierosolymam ingredientis, & gentium per milites ab eo missos subiectione, & conuersione, indubie intelligunt.

Posterior pars de Christo loquitur.

Prior pars docet hostes Iudæorum subiugandos.

Priorem tamen tripliciter explanant in populi e captiuitate reuersi consolationem. Pollicetur illis Philisthæos, quos inimicos infensos senserant, suæ libertati, pacique inuidentes, debellandos esse cum Syris, & in eius, Deique venturos potestatem. Sed per quos id sit exequendum dissentiunt interpretes.

Sententia 1. asserit id per Alexandrum conficiendum. Iosephus. Curtius. Plutarch. Iustinus. Zonaras.

Nam quidam per Alexandrum Magnum facturum id Deum existimant, vt Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, quod ex historiis constet, has prouincias, & vrbes hic nominatas, illi fuisse subiugatas. Nempe ex Iosepho lib. 11. Antiq. cap. 8. Q. Curtio in fine lib. 3. & in 4. initio. Plutarcho in vita Alexandri, paulo post initium, Iustino lib. 12. & Zonara 1. Annalium lib. P. 31. Damascus enim ab vrbis præfecto dedita illi est, cum Darij Gaza, & Parmenionem Cælesyriæ præfecit ipse Alexander, & in Phœnicem descendit; Sidonemque ab Stratone rege per deditionem accepit: Tyrum per septem menses expugnauit, igneque tectis etiam iniecto, euertit. Gazam deinde obsedit, & cepit, Beti vrbis præfecto circum vrbem raptato: deinde in Ægyptum secessit. Itaque Syriam, Cyprum, & cunctam tradentibus regibus Phœniciam recepit, Palæstinam etiam, vbi Gaza sita erat. Atque adeo vere onus durum impositum est his gentibus portandum, per Zachariam.

Refutatio.

Verum huic expositioni obstat, quod Zacharias videtur prædicare has gentes Dei populo subiiciendas: nam dum loquitur de subiugandis Philisthæis, subdit. *Et relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus:* & postea promittit filios Iuda mittendos in Græciam, & gentes alias. At certe Alexander sibi subiecit Phœniciam Palæstinam, & Syriam, non Deo, aut populo eius: nec ita liberauit populum Dei, eius hostibus deuictis, vt vltra exactor non transierit super eum: cum paulo post fuerit ab iisdem gentibus grauiter afflictus.

2. Sententia dicit per Machabæos id faciendum.

Alij has gentes subiiciendas exponunt per fortes Machabæos, ipsis Iudæis. Nam ex 1. Macb. 5. v. 68. constat Iudam declinasse in Azotum in terram alienigenarum. & c. 11. 59. Simon constitutus est dux à terminis Tyri vsque ad fines Ægypti, & Ionathas cum exercitu Syriæ venit Ascalonem, & Gazam, & perambulauit regionem vsque Damascum. Atque onus denunciatur his gentibus per Machabæos Deo subiugandis.

Refutatio.

Sed quando quæso Machabæi possederunt Tyrum, & Sidonem? quando ceteras ciuitates? debellarunt quidem aliquando, sed nunquam in pace duratura possederunt; vt dici potuerit de Tyro. *Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur.* & de Philisthæo: *Relinquetur ipse Deo nostro; & erit tanquam dux in Iuda;* quo significat ipsum Philisthæum ita Deo subiiciendum, vt religionem eius amplectatur.

3. Sententia vniuersum caput de Christo explanat.

Communior expositio interpretum vniuersum caput intelligit de Christo, & gentium habitum ad ipsum conuersione. Sic videtur Hieronymo, Theodoreto, Ruperto, & magistris quibusdam Hebræis apud Galatinum lib. 8. cap. 8. Haym. Vatablo, Isidoro, & Montano. Et ratio est, quia si de corporali bellu nun potest exponi, cum nullum fuerit aliud, quod sciamus, præter gestum ab Alexandro, & Machabæis; & huic conuenire non possint per omnia verba Prophetæ, vt iam notauimus, cogimur recurrere ad bellum spirituale, per quod gentium collum Euangelio subiugatum est. Ex vno enim, vel altero verbo longæ metaphoræ, nempe ex illo; *& sedebit separator in Azoto, & relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron, quasi Iebusæus;* colligimus de gentium illarum ad verum Deum conuersione vniuersum sermonem institui.

4. Sententia veriot priorem de subiectione gentium, posteriorem de Christo accipit.

Verum si ordinem in Prophetia consideremus, cum post subiectas gentes vicinas promittat Christum sedentem in asina venturum, qui, omni bellico apparatu amoto, missurus est filios Iuda ad debellandas gentes Euangelio: sequitur illam vicinarum gentium subiectionem non intelligi factam Euangelij annunciatione; maxime cum in vltionem futuram prædicatur pro Iudæis; vnde & nomen oneris illi præfixum est: quare potius erit illam priorem capitis partem de subiugatione gentium illarum facta, accipere, siue per Alexandrum; siue per Machabæos, siue per vtrosque: nam vltio per quoscumque sumpta est; sicut olim per Assyrios, Chaldæos, & Persas: posteriorem de Christo & gentium conuersione. Quæ vero obiecta sunt explicabuntur opportune in loco suo.

1 Onerosa Prophetia contra gentes.

Onus.] Nomen hoc, vt alias non semel diximus, duram, ac tristem significat Prophetiam, quæ quasi onus premit eos, in quos profertur. Atq; adeo his omnibus vrbibus dura denunciat Propheta, nempe subiiciendas, ac deuastandas ab Alexandro Magno, siue à Machabæis, quod non recte se gesserint cum Ierusalem, & Iudæis in afflictione sua. Sic exponunt Cyrillus, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Qui autem de subiiciendis gentibus his Euangelio explicant, Hieronymus, Haymo, Remigius, Vatablus, Isidorus, & Montanus, lætissimum nuncium onus esse declarant renuentibus cuiuerit, vt Hieronymus. Vel quia onus est, etsi leue, & iugum, etsi suaue, vt volunt Vatablus, & Montanus. Aut potius, quia Euangelica prædicatio apparatum bellicum offert gentibus terribilem aduersus idololatriam; & eam tuentes, quem deferunt Apostoli ad has gentes, quas hic Deus pollicetur subiugandas.

2 Hadrach quæ vrbs, aut regio.

Hadrach.] Quid hoc nomen significet incertum est, quia nusquam alias reperitur. Syriam esse vult Lyra: insignem aliquam vrbem Damasco proximam putant esse Hieronym. de locis Hebraicis, R. Iosceus, quem refert Montanus, R. Iudas apud Galat. Vatablus, & Isidorus: Cyrillus regionem iuxta Hemath: Theodoretus vrbem Arabiæ. Montano videtur probabilius esse terram Australem ierosolymę, cum Syria Damasce-

na sit

na in Boreali; ita Chaldæus significauit, cum dixit: *Verbum Domini in terra Australi, & Damascus conuertetur vt sit pauimentum domus diuinitatis eius.* & confirmat hoc, quod hic tantum fit mentio de Syriæ vrbibus Damasco, & Hemath. De Phœniciæ Tyro, & Sidone: & Palæstinæ Gaza, Azoto, Ascalone, & Accaron; & Hadrach videtur regio Australis, in qua hæ vrbes sunt sitæ. Hebræi quidam apud Galatinum lib. 8. cap. 8. dicunt *Hadrach* significare Messiam, qui erat חד *had acutus* gentibus, רך *rac* autem *mollis*, aut *tener* Israeli. Quod etiam Hieronym. adnotauit de ipso Domino, qui fuit austerus renuentibus conuerti, clemens autem in conuersos. Est ergo Prophetia hæc onerosa vrbi, vel regioni *Hadrach*.

3 *Requietus eius.* De Damasco, & vrbibus Palæstinæ hic enumeratis diximus super 1. cap. Amos; solum explicandum est quid referat pronomen *eius*, cum dicitur, *in terra Hadrach, & Damasci requiei eius.* cuiusnam requies dicitur Damascus? Lyra, Hugo, & Dionysius referunt ad *Syriam*, quam putant Hadrach, quod Syria in Damasco, tanquam in metropoli, requiescat; *quia caput Syriæ Damascus.* Alij, nempe Hieronymus, Remigius, & Hugo etiam, cum magistris quibusdam Hebræorum, referunt ad *Iehouah*, quia pronomen est masculinum: & Damascus erit requies Domini, cum in ea coletur. Vel, vt exposuit Chaldæus: *& Damascus conuertetur, vt sit de terra maiestatis eius*, hoc est, de iurisdictione Ierusalem. Verius Albertus, Vatablus, Isidorus, & Montanus, ad *Massa onus* referunt; quia hæc dura Prophetia dicitur consessura, aut requietura in terra Hadrach, & in terra Damasci; & vtramque vrbem occupatura, aut comprehensura.

Onus, seu prophetia residebit in terra Hadrach.

4 *Domini est oculus.*] Hieronymus, & Theodoretus sic explicant hæc verba; quia Dominus etiam respicit, & procurat gentium salutem, sicut & tribuum Israel, vt dixit Paulus ad Roman. 3. 29. *An Iudæorum Deus tantum; nonne & gentium?* Ideo & ad gentes etiam mittit leue unus Euangelij. quem sensum proferunt LXX. vertentes: *quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel.* Montanus aliter, *quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel.* quia videlicet Dominus Christus est spes, desiderium, expectatio omnium filiorum Adæ, & tribuum Israel, in quem respiciunt tanquam eum, à quo suam expectant salutem. Ex Hebræo legimus. *Ad Dominum est oculus hominis, & omnium tribuum Israel.* Hoc est, ad Christum, vt vult Vatablus, vel vt Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, ad Dominum respicit oculus cuiusque hominis, quanto magis tribuum Israel, vt vindicet eas, & puniat gentes, quæ illis mala intulerunt? & propterea onus meum premet has vrbes. & hoc voluit Vulgatus dicere, cum vertit; *Domini est oculus hominis*: hoc est, ipse Dominus conuertit ad se oculum hominis, & omnium tribuum Israel; vt eas vindicet; vt respiciant eum, & postulent ab eo vltionem: vt dicitur Psalm. 122. 2. *Ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* & Psalm. 24. 15. *Oculi mei semper ad Dominum: quia ipse euellet de laqueo pedes meos.*

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3. Oculi hominum ad Dominum vindictam postulantes.

5 *Emath quoque.* Cum duplicem *Emath* notauerimus super 6. caput Amos, vnam metropolim Cœlesyriæ Antiochiam: alteram ab *Epiphane* dictam Epiphaniam, alias, magnam Emesam: & licet Montanus putet Zachariam loqui de illa; at [illegible] Cyrillus, & Theodoretus de Epiphania loquentem exponunt, quæ erat terminus terræ promissionis ad Septentrionem. sed [illegible] Cœlesyriæ, in qua mansione cunctibus a terra promissionis in Mesopotamiam, vt scribit [illegible] Hieronymus. & in Epistola 129. ad Dardanum. Iuxta Hieronymum, & Theodoretum, & Dionysius pronomen *eius* semineum refert *Damascum*, aut *Hadrach*. Emath quoque, inquit, sita in terminis Damasci, & Hadrach, erit similiter oneri subiecta; Tyrus, & Sidon; nam hæ quoque vrbes Euangelio subiicient collum. Vatablus, & Montanus dicunt [illegible] terram, seu Ierosolymam spiritualem, ad hunc modum. Emath quoque erit in terminis terræ promissæ. Aliis videtur referri nomen requiei, Emath quoque erit in terminis requiei Domini, Tyrus, & Sidon, qui in [illegible] iam requiescet. Vnde Chaldæus dicit. *Emath quoque conuertetur, vt sit de terra domus maiestatis eius, & Tyrus, & Sidon.* Clarius est, & verius, vt referat *Massaonus*, quod femineum est in Hebræo. Nam dixerat, onus requieturum in terra Hadrach, & Damasco, nunc addit; Emath quoque intra terminos eius oneris erit, Tyrus, & Sidon. Hoc est, non effugient onus, sed ad eas vrbes vsque perueniet. Sic explicant Albertus, & Hugo.

Emath geminа.

De Epiphania est sermo.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3.

Emath oneri illi subiicietur.

Assumpserunt. Hebraice legimus, *Tyrus, & Sidon, quia sapientiam valde*, vel *quia sapiens valde.* & particula כי *quia*, accipitur pro quamuis, vt Isa. 12. 1. *Confitebor tibi Domine, quoniam* pro quamuis *iratus es mihi.* Exod. 13. 17. *Cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philisthiim, quia,* pro, quamuis, *vicina erat.* Sic modo, in terminis illius oneris; vel onus perueniet ad Tyrum, & Sidonem, quamuis sapiens valde sit aut reputetur. 6
& interpretes plures sapientiam illam referunt ad vtramque ciuitatem. Vt LXX *quoniam sapientes fuerunt valde*; & Vulgatus, *Assumpserunt quippe sibi sapientiam*; Hieronymus Theodoretus, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra Dionys. & Montanus; vtraque enim ciuitas & sapientia præstitit, & de ea gloriabatur. Quippe Phœnices, si famæ libet credere, vt auctor est lib. 4. Q. Curtius; aut literas primi docuere, aut didicere. Vatablus tamen, & Isidorus ad solam Tyrum hæc verba referunt; quæ licet valde sapiens fuerit in sapientia seculari, tamen nõ poterit resistere Sapientiæ Dei; nec vllam in sua sapientia habebit fiduciam, cum Deo dederit manus. Et sane de Tyri sapientia loqui solet Scriptura, Ezech. 27. 8. & cap. 28. 3. *Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum a te. In sapientia, & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, & acquisisti aurum, & argentum in thesauris tuis*: quam sapientiæ Tyri rationem hic repetit Zacharias: nam sapientiam ostendit in muniendo se, & in acquisitione auri, & argenti. Verum quia Phœnices sapientiores, & prudentiores ceteris habebantur; vt ostendimus etiam super cap. 3. Baruch, ad vtramq; vrbem referre non est cur abnuamus, cum & LXX. & Vulgatus id sua versione significauerint.

Ab onere, non eripit sapientia Tyrum, & Sidonem.

Curtius. Phœnices literarum auctores.

Ecce Dominus. Per Alexandrum Magnum has prouincias, & vrbes subiiciendas Domino, asserunt Albertus, Hugo, Lyra, Montanus, & Dionysius: 7

fius: nam ..., vt hic ... has vrbes ... gauit, vt sup... in capitis principio ostendimus. Alij putant id factum per Machabæos, vt ... etiam monstrauimus; & ne hæ ... tes, quando Christus natus est, vni regi Iudæorum parebant Tyrij, & Sidonij, & Palæst..., ... videmus apud Tyrios, & Sidonios prædicasse Christum. Nam Matth. 15. 21 *Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis.* & Marci 7. 24. *Inde surgens abiit in fines Tyri, & Sidonis, & ingressus domum neminem voluit scire, & non potuit latere. Mulier enim, &c.* & iterum, *Exiens de finibus Tyri venit per Sidonem.* & Marci 3. . *Multa turba a Galilæa, & Iudæa, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, venerunt ad eum.* & Actuum 12. 2 . de Herode dicitur. *Erat iratus Tyriis, & Sidoniis. At illi vnanimes venerunt ad eum, & postulabant pacem.* Et ex Actibus Apostolicis satis constat, quam tuta pateret via in Damascum, Gazam, Azotum, cete...sque vrbes Palæstinæ: vt hinc certum fiat ante Christi aduentum, & ante Euangelium annunciatum, has omnes vrbes, in quas fæuit Propheta, subiugatas fuisse Iudæis, vt via ad Christum, & eius Euangelium pararetur. per quem autem, vtrum per Alexandrum, vel Machabæos, incompertum. Illud compertum; videri nobis satis impletam Prophetiam: *Ecce Dominus possidebit eam, Tyrum, & percutiet in mari fortitudinem eius.* Id factum creditur per Machabæos, aut eorum posteros. Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Remigius, Rupertus, Dionysius, Vatablus, Montanus, & Isidorus, de vastatione Idololatriæ per Euangelicos denunciatores facta explicant, qui in his vrbibus multos habuere discipulos; vt ex supradictis locis constat. Sed quid ad idololatriæ destructionem metus Ascalonis, dolor Gazæ: & pernicies regis Gazæ: & quod Ascalon sine habitatoribus futura est, & alienus in Azoto moraturus? Sane sicut Abdias, & Sophonias vaticinati sunt vrbes vicinas Ierusalem subiiciendas venientibus è Babylone, sic modo vaticinatur Zacharias. Quod ipsum prænunciauit Ezechiel cap. 28. contra Sidonem, & Tyrum locutus v. 25. *Quando congregauero domum Israel de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus, & habitabunt in terra sua confidenter, cum fecero iudicia in omnibus, qui aduersantur eis per circuitum.* Igitur omnes per circuitum gentes Iudæis subiectæ sunt per Dominum, etsi quo duce ociscimus; nec enim omnia scripta sunt: & quod non legamus alicubi; non idcirco gesta esse negandum est.

Vrbes has subiugatas Iudæis ante Christum.

De spirituali subiectione.

Prior expositio confirmatur.

8 *Rex de Gaza.* Regulus, aut dux per Darium constitutus Betis, vt vocat Curtius; aut Bibimasis, vt Iosephus, qui se dedidit Alexandro, vt putant Albertus, Hugo, & Dionysius. Idolum explicat Vatablus, per Euangelium de suo loco deiectum, *& Ascalon non habitabitur*: quia, vt ait Sophonias cap. 2. post reditum è Babylone, ibi oues erant Iudæorum pascendæ. *Et erat funiculus maris, requies pastorum, & caula pecudum. Et erit funiculus eius, qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent.*

9 *Separator.* Hebraice dicitur ממזר *Mamzer*, hoc est, *nothus*, aut *spurius*, *incerto patre natus*; vt Vulgatus vertit Deuter. 23. 2. cum dixit: *non ingredietur mamzer in Ecclesiam Dei*, id est, *de scorto natus.* & sic ... interpretes. & ... ducunt à verbo זור ..., quod est *alienare*, aut *alienum esse*, vt ostendunt Septuaginta cum dicunt; *& habitabunt alienigenæ in Azoto.* & Chaldæus *extraneum* exposuit. & Dauid Kimhi ... aut ... spurius alienus dicitur; quia ex alieno, & ignoto patre natus, qui separat sanguinem patris legitimi. Putant autem Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, significari Mamzer Alexandrum, quod vel spurius esset, vt ait Lyra ex Hammone Ioue & Olympiade natus; aut potius ex ... Nectabano mago, qui ductu se Iouem simulabat ... d hoc fabulosum est, cum Alexander fuerit ... timus filius Olympiadis, & Philippi Macedonum regis. Vel quia per se, aut per Principes suos ... ceteri aiunt, separabat, & distribuebat ... nes Philisthinorum. Aut quia ipse, & Græci, aliæque gentes, quas ducebat in exercitu, alieni, extraneique essent à gente Philisthæa, vt Theodoreto videtur, & Montano. Pagninus intelligit ipsos Philisthæos, cum nota similitudinis, *Philisthæus tamquam extraneus habitabit in Azoto*; quia sub dominio, & potestate Israel, vnde additur; *& disperdam superbiam Philisthinorum.* quem sensum habet Chaldæus: nisi quod Iudæum intelligit per *extraneum*. ait enim; *habitabit familia Iacob in Asdod qui fuerunt in ea sicut extranei, qui non habent patrem.* Hoc est; Iudæi, quos prius tamquam extraneus à se repulerant Azotij, habitabunt in Azoto. quod ita accidisse per tempora illa, paulo ante Christi exortum, satis certum fit, cum ex historia Euangelica, & Apostolica sciamus per omnes eas vrbes dispersos habitasse Iudæos. Nec vero Alexander, aut Græci habitarunt ibi, etsi eas vrbes subiugauerint. De conuersis aptem ad Christum explicant Vatablus, Isidorus, & Robertus, quod qui in Azoto fideles erant, ab aliis infidelibus reputabantur vt spurij, & extranei. Hieronymus, Haymo, Remigius, & Albertus intelligunt Christum qui separat oues ab hœdis, patres à filiis, vocando hos, illis relictis.

Separator nothus, alienus.

Alexandrum multo fallo accipiunt.

Iudæus extraneus Philisth... in illis vrbibus.

Christus separator.

Et auferam sanguinem eius. Minas cruentas, 10
& verba minantia cæde, ac ... seu verba blasphema, intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Isidorus, & satis id ostendit quod ait, *de ore auferendum*, hoc est, de sermone. Sed quem referat pronomen, *eius*, de cuius ore sanguis dicitur auferendus, videre oportet. Albertus, Lyra, & Dionysius, putant referre *Mamzerem*, Alexandrum; qui cum ingrederetur Ierusalem, spirans minarum, & cædis in Iudæos, occurrente ei Iaddo Pontifice cum omni populo, ita placatus est, vt ad eius pedes se prouoluerit, & multis vrbem affecerit muneribus, & priuilegiis. Verum ceteri Philisthæum quemque intelligunt, qui minas iactabant plenas sanguine aduersus Iudæos, & blasphemias aduersus Deum ipsorum, & verba abominanda. Vnde Septuaginta numero multitudinis dixerunt: *& auferam sanguinem eorum de ore illorum*, quo nihil aliud significat, quam, ... vt Philisthæi, qui fuerant hostes ... Iudæorum, eis subiiciantur, ... non ... :aut vt gaudeant cultu ... Dei se dedere, & Iudæorum proselyti fieri ... delium ... : vt nonnulli volunt. M... proprie accipit sanguinem

Minas ... primen... Philisthinorum.

nem ... ium, quem ... in lacte aut vino gentes libabant; & abominationes, epularia conuiuia, quibus epulabantur sacrificatis carnibus: à quibus iusserunt Apostoli Actuum 15. gentes abstinere. Hæc auferenda ait omnia per fidei susceptionem.

Sacrificia reprimenda gentium

11 *Et relinquetur etiam ipse.*] Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius intelligunt Magnum Alexandrum, qui etiam deuotus Deo, ait, manebit. Melius ceteri intelligunt; Philisthæus relinquetur subiectus Deo, & amicus, aut subditus Iudæis, & quasi dux; qui res curet, vt socius Iudæorum. De conuersione ad Christum explicant alii: Etiam ipse Deo relinquetur, & Christo subiectus: *& erit quasi dux*; quia ex ipsis etiam fuere electi, qui ceteros in fide, & in religione instruerent. *& Accaron quasi Iebusæus*, quia Accaronitæ erunt vt Ierosolymitani, ad eandem fidem admissi. Aut potius, vt dicunt Albertus, Hugo, & Dionysius, sicut Iebusæi subiecti sunt à Dauide Iudæis, ita Accaronitæ illis subiicientur, per Machabæos videlicet, vt supra diximus.

Philisthæus subiicitur Deo.

12 *Et circumdabo.* Hebraicè; *Castrametabor domui meæ à militia, à transeunte, & à redeunte, & non transibit super eos vltra exactor.* Vulgatus communem sensum explicuit: *circumducam castra domui meæ*; vel *ero castri loco domui meæ*, vel *circumdabo, quasi castro domum meam à militia*, hoc est, à meis militibus Machabæis, vt intelligunt Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius, qui templi curam habuerunt, & mundauerunt. Hieronymus de his, qui ministrant Deo, intelligit, de Ecclesia, qui huc illucque discurrunt: aut de præsidio Angelorum, qui sunt in assiduo ministerio Dei; castri loco ero domui meæ, templo videlicet temporali, & spirituali. At interpretes recentiores præpositionem מן min, à, accipiunt pro contra. *Ero castri loco domui meæ contra militiam, contra transeuntem & redeuntem* vel vt Pagni. *vt non timeat ab exercitu, à transeunte & redeunte.* Quem sensum protulerunt Septuaginta cum dixere. *Et substituam domui meæ eleuationem, ne pertranseat, neque reuertatur vllus, & non superueniat super eos vltra exactor.* & de Machabæis explicat Theodoretus, per quos Deus tutatus est templum suum ab hostibus suis. Tum etiam de Ecclesia, quam ita protegit Deus, vt nulla aduersa potestas possit nocere: & hunc sensum habent etiam verba Vulgati: *circumdabo domum meam*, vt eam protegam à quacumque militia, à quocumque transeunte, aut redeunte, qui ei nocere velit.

1. Sensus
Tutela Dei promittitur.
2. Sensus.

13 *Quia nunc vidi.*] Montanus putat hæc verba esse Prophetæ dicentis: quia oculis meis conspexi ingressum Christi. Ceteri omnes verba Dei esse volunt; & plurimi ad superiora ea referunt, vt sit sensus Alberti, Dauidis Kimhi, & Lyræ; idcirco superiora præstabo, quod videam vestram afflictionem, & illi compatiar, & Theodoretus, quoniam sic, inquit; ad præsens curare constitui. Vel vt Hugo, quia nunc respexi, vt liberem eos à seruitute. Vatabl. videtur referre ad sequentia; vt connectantur cum præcedentibus, quasi dicat: hæc quæ hactenus promisi video iam oculis meis teipsa præstita, dum video simul desideratissimum illum ducem Christum venientem, per quem hæc sunt omnia conficienda: Ecce enim veniet. Verum planior sensus est; ego protegam eos & liberabo ab his gentibus; quia nunc misereret me vestri; quos video in summa iacere miseria & afflictione.

Connexio verborum.

14 *Exulta.* At compleat suam sui populi consolationem, vltra superiora promissa, & hoc subiicit desideratissimum. Quasi dicat: non his contentus, quæ hactenus dixi, vos liberaturum, ac vindicaturum ab omnibus inimicis in circuitu existentibus, & hoc plenum lætitia addo, quod ... exultationem, & iubilum permouere debet. Et hæc Hebræi quidam ad Zorobabelem; ad Esdram alii, ad Machabæum nonnulli detorquent ... quantum stuporem merito demiratur Theodoretus: nemini dubium esse potest de Christi Ierosolymam ingressu in die palmarum; hanc etiam esse prophetiam; cum Matth. cap. 21. 4. dicat de illo ingressu: *Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion.* & Iohan. cap. 12. 15. *Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion.* Atque hoc in sensu literali, & historico, vt omnes Patres agnoscunt: imo ipsi Hebræorum magistri. Nam R. Salomon super hunc locum, impossibile est, inquit, vt interpreteris de alio, quam de Messia, cum in nullo alio hoc videamus impletum: *dominabitur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad fines terræ*, & non inuenimus talem dominatorem in domo secunda, & R. Moyses Hadarsan, in illud Genes. 49 *ligans ad vitem pullum suum.* Cum venerit, ait, Messias in Ierusalem, ipse erit cingens asinum suum, & equitabit, & super eum veniet in Ierusalem, vt ducat seipsum in paupertate, sicut scriptum est Zachar. 9. *pauper, & humilis, equitans super asinum.* Vide Galat. lib. 8 cap. 9. Nec vllus legitur, qui asino insidens, ingressus fuerit triumphans Ierosolymam, vt Christus. Vnum illud hic breuiter est perscrutandum, qua ratione Matthæus referat hanc prophetiam sub illis verbis. *Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit*; & Iohannes. *Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit*: cum Zacharias sic exorsus sit. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem?* Respondetur, Iohannem verba quoad sensum paulo immutata adduxisse, idem enim est; *exulta filia Sion*, quod, *noli timere.* Nam abiectis hostibus, & Christo venturo est quod exultes, & non est quod timeas. Matthæus autem ex duobus Prophetis consarcinauit testimonium. Ex Isaiæ 62. *Dicite filiæ Sion, ecce Saluator tuus venit.* Et ex Zacharia, *Ecce rex tuus venit.* De eodem enim ipso Christo erat vtriusque prophetia, & idcirco non mirum si vtramque coniunxerit Matthæus.

De Christo certa prophetia.
Concordia Euangelistarum cũ Propheta.

15 *Et Saluator*] Hebraice, נושע nosa, participium præteriti est verbi *Niphal* passiui, quod idem est in Psalm. 33. 16. *Non saluatur rex per multam virtutem.* Et vertitur, *saluatus*, vt vertunt Pagninus, Galat. Vatab. & Isidorus, & ponitur intransitiuè *saluatus à seipso*, & idcirco significatur mors, & resurrectio Christi, vt notat Vatablus, nam iustus, & innocens in mortem adigetur; verum erit à seipso seruatus resurgendo. Potest etiam idem esse, quod salute plenus, aut salute circumdatus, vt ait Isidorus. Verum Septuaginta, Vulgatus, Hieronym. Figurina, & Isidorus, acceperunt pro actiuo & verterunt, *saluans* seu *saluator.* & rationem reddit Isidorus, quia mos est Hebræis ponere pro actiuo passiuum. Vt Prouerb. 29. 9. pro illis ver-

Lectionis ratio.
Passiuum pro actiuo ponunt Hebræi.

... *Vir sapiens si ... contenderit*, ... in Hebræo ... *Vir sapiens ... cum viro stulto*. Ier. 2.35. ... *ego iudicio contendam tecum*; in Hebræo est: *Vir sapiens, ecce ego diiudicabor tecum*. & Ezech. 20.36. *Sicut iudicabo vos*, pro, *sic iudicabor vobiscum*. Sic ergo hoc loco *saluatus*, positum est pro *saluans*, aut *saluator*.

16 *Ipse pauper*.] עני *hani pauperem* significat, vt hic vertunt Vulg. Vatab. Isidor. Montan. & Hebræi apud Galatinum, vt Isa. 3.14. *rapina pauperis in domibus vestris*. Psal. 72.2. *& pauperes tuos in iudicio*. Si autem legatur cum ... ענו *hanau* significat mansuetum, humilem & ita hic LXX. transtulerunt, *mansuetum*, vt etiam interpres Matth. 21. ... frequenter confunduntur, præsertim apud LXX. & quidem humilis vere ... vere pauper dicitur, quasi omni ope extrinsecus a Deo ad ... indigus.

17 *Super asinam*.] Hebr. *super* חמור *chamor*, *& super pullum filium* אתנות *athonoth asinarum*. & quidem nomen chamor vt masculini generis Vulgatus alias *asinum* vertit; vt Gen. 49.14. *Issachar asinus fortis* 4 Reg. 6.25. *Donec venundaretur caput asini octaginta argenteis*. & 2. Reg. 19.26. *Dixi vt sterneret mihi asinam, & ascendens abirem cum rege*. Et huc loco recentiores interp. *asinum* vertunt. Atque ita habent Codices aliqui; & auctores quidã *asinum* hic legisse, & in Matthæo. Verum magis probandum est quod Septuaginta, Vulg. & pluribus auctorib. probatur, vertentiũ *asinam*; quod certa regula sit, nomina generum & specierum animalium vtriusque sexui conuenire apud Hebræos, vt docet Pagnin. in suis Hebraicis institutionibus: quod etiam verum est in Græcis, & Latinis nominibus animalium. Ita tamen bhamor femineum putatur in 2. Reg. 19. citato. Nam ad verbum ex Hebræo sic habet. *Dixique ei ega femalm tum, vt sterneret mihi hamor, & ascendam* עליה *haleiah, super eam*. & LXX. hic verterunt, *ascendens super subiugalem, & pullum nouum*. & Christus ipse ita vocauit Matt. 21.2. cum dixit: *& inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea*. *Vt impleretur quod dictum est per Prophetam, Ecce rex tuus venit, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Et adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt*. Ex quibus verbis ita certum fit Christum sedisse super asinam, & super pullum, vt aliter loqui non liceat; vt quidem affirmant Chrysostomus Homil. 65. in Ioannem, Theophylactus, Lyra, & Caietanus; & hoc loco Remigius, Albertus, Hugo, & Dionysius: quamuis super vnum tantum sedisse, super Matthæum asserant Chrysost. Hieron. Auctor imperfecti, Euthymius, & Abul. q. 13. n. 21. Matth. Sedit ergo super vtrumq; non simul, sed in vno post alium, ad significationem mysterii, & completionem prophetiæ.

Lectionis ratio.

Christus sedit super asinam & pullum diuerso tempore.

Chrysost.

Hieron. Auctor imperfect. Euthym.

18 *Dispe**r**dam quadrigam*.] Eusebius lib. 2. de Demonstratione Euang. c. 28. & lib. 8. cap. 4. & lib. 9. cap. 17. & Theodoretus putant sermonem esse de confracto Iudæorum exercitu per Romanos, & virtute eorum bellica contrita: quos nomine Ephraim significat per contemptum. Quin & Vat. putat per Ephraim intelligi filiam Sion. At verius Hieron. & Rupert. Hugo, & Montan. de vtroque populo intelligunt, Israel, & Iuda, quod à Christo sint conuertendi, non vi armorum, sed virtute verbi, & miraculorum: non enim vi armorum regnum suum est obtenturus, sed pace; & Hieronymus quidem de pace in qua erat orbis, cum natus ... Christus ... & ... pace, Regnum ... intelligit ... quã ... moloquid pace ... effecta ex animi ... mansuetudine, quã efficit suagratia ... , emanat man..., & pax ... mali hominis ... non bellico ... apparatu ... Dei verbo, in omnibus vbiq; gentib. eff... q... De... in ... se exte...

Euseb. Theod.

19 *Potestas eius*.] Ampl... finem ... totum orbem ambientis præ... ... dixit Matth. 28. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*. ... autem termin... eisdem, quibus David Psal. 71. *& dominabitur à mari vsque ad mare & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum*; omnem ... patente ... significari existimant Remig. Albertus, Hugo, Dionys. Varab. & Montan. cum Rupert... Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem, ac sic distinguunt illos terminos ... mari ... Meridiano vsque ad mare Oceanum Septentrionale; & à flumine Phison qui circuit omnem terram Heuilah Orientalem, vsque ad terras versus mare Occiduum, quæ adhuc designantur. Verum hoc non est necesse, sed iuxta consuetudinem Scripturæ, quæ terminos terræ Iudæis promissæ hos constituit Exod. 23.31. *Ponam terminos tuos à mari rubro vsque ad mare Palæstinorum, & à deserto vsque ad fluuium*. Mare rubrum term... ... Orientalem designabat; mare Palæstinorum, seu Mediterraneũ Occidentalem: desertum ad Meridiem versus Occasum, & fluuium ad Orientem, nempe Euphratem; nam antonomasticè flumen hoc vocatur, vt constat Genes. 15.18. *Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad flumen magnum Euphratem* Deut. 11.24 & Iosue 1.4. *A deserto, & à Libano, & à flumine magno Euphrate vsque ad mare Occidentale erunt termini tui*. Atq; ... Chaldæus hic dicit; *Et dominabitur à mari vsque ad Occidentem, & ab Euphrate vsque ad fines terræ*. Quia ergo ... Iudæis loquebatur Propheta, qui amplissimum regnum putabant, si ad illos terminos extenderetur, ad quos nullus regum suum dom... extend... ob suam desidiam fortasse, vt ait H... *Quæris ô Dardane*: idcirco hos etiam ... ad ... ne designauit Christo, ... vbi ... dominaturus. Quod autem, cum in Hebræo legamus, vt in Psal. 71 *& à flumine* Vulgatus verterit, *à fluminibus*, id fecit imitatus LXX. qui ita transtulerunt, aut fortasse duo flumina voluit comprehendere, Euphratem, & Tygrin; quæ ad Orientem fluunt terræ Palæstinæ.

Termini terræ Palæstinæ.

20 *Tu quoque*.] Hebræa sic habent; *Etiam tu, in sanguine fœderis tui, emisi vinctos tuos de lacu, non aqua in eo*, & pronomina tam primitiuum, *ta*, quam possessiua, *tui*, & *tuos*, & feminea sunt את *at*, & ך. & verbum primæ personæ est שלחתי *silathi, emisi*. Atque ita legunt Chaldæus, R. Salomon, Galat. lib. 8. cap. 20. & recentiores omnes; & ita explicat Pagnin. Tu etiam Ierusalem exulta in sanguine fœderis tui. Vel vt alii: Tu etiam filia Sion, vel ... filia Ierusalem saluata es, vel saluaberis in sanguine fœderis tui; vel in sanguine auctoris fœderis tui, sicut Messias saluatus est in sua ... Itaq; sunt verba Prophetæ alloquentis Sion ... supra; *exulta satis filia Sion, & iubila filia Ierusalem*, ac dicentis ...

Lectionis ratio.

De ... per Christum ...

Etiam

Etiam exulta non solũ, quia rex tuus ingredietur mitis, sedens asinæ, & pullo; sed etiam in sanguine eiusdem; quo confirmauit fœdus nouũ, quod tecũ iniuit. Aut vt Salomon, Galat. Vat. Isid. Mont. & Rob. Tu etiam congregatio Sion saluaberis in sanguine Christi, quo confirmauit fœdus tuum; sicut ipse Christus veniet iustus, & saluus, & omnea saluans. Sed verius sunt verba Dei alloquẽtis Sion. Tu quoq; Ecclesia Sion exulta, quia saluaberis in sanguine Christi auctoris fœderis tui. Vnde idem dicit; nam emisi, pro, *emittam* vinctos tuos è lacu limbi, in quo non est aqua, resuscitans eos. Sunt ergo verba Dei, vt aiunt Hieronym. & Isidor. loquentis ad Ecclesiam Sionis. Verum Septuaginta, Vulgat. Hieronym. & Græci omnes, & Latini Patres legunt: *Tu quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos.* Et sunt verba vel Dei, vel Prophetę Christum alloquentis, vt volunt Origen. Tract. 14. in Matthæum, Hieronym. Cyrill. Theodor. Augustin. 18. de Ciuit. Dei c. 35 Remig. Rupertus, Albert. Hugo, Lyra, & Dionys. in hunc sensum. Et tu ô Christe merito sanguinis, quo coborasti fœdus tuum nouum, quem pro hominib. effudisti, eduxisti è limbo patres iustos, qui ibi detinebantur, donec tu eos liberares. Diuersitas lectionis Hebraicę sci è tantum in mutatione punctorum inuenitur. Aut certè Vulgatus commodiora verba contexuit ad sensum explicandum. Nam & sensum, quem proferunt verba Hebræa, profert Vulgatus; si Deus, vel Christus, aut Propheta alloquatur filiam Sion. Tu quoqu ô Ecclesia Sion, virtute sanguinis mei, aut Christi, quo roboratum est testamentum, seu fœdus tuum, quod cũ eo iniisti, emisisti, pro *emittes*, filios tuos vinctos de limbo, in quo conclusi tenebãtur iam à multis annis. Hoc est, liberos videbis, & patietis, Christo dimittente. Nomine autem *sanguinis*, licet Hebræi quidam intelligant illum, quo confirmatum est fœdus ad calcem montis Sinai, Exod. 24. tamen certum esse debet de sanguine Christi hic esse sermonem, quo confirmatum est fœdus, seu Testamentum nouum; vt est communis sententia Patrum, Hier. Theod. Cyrilli, Ruperti, Remigii, Albert. Hugon. Lyrę, Dionys. Vatab. Montani, & Isidori, de cuius incunda ratione quoniam late diximus supra c. 31. Ier. hoc loco ab ea disputatione supersedendum putaui.

De eductione patrum è limbo.

21 *De lacu.*] De בור *bor cisterna*, aut *carcere*, aut *sepulchro*: quo nomine diuersi diuersa intelligũt. Nam Chaldæus, & R. Salomon, explicant ferream Ægypti seruitutem, de qua olim sunt Iudæi liberati; Hugo accepit Babylonicam captiuitatem; quasi prædicta sanguine Christi facta salus terrena sit. Augustinus eo loco intelligit naturæ humanæ miseriam in peccatis iacentis; Theodoretus cultum idolorum; Montan. & Isidorus legis iugum, & seruitutem infructuosam, & duram. Verius Hieronymus, Rupertus, Remig. Albert. S. Thomas, Lyra, Dionys. Vatab. & Galatinus, de limbo patrum.

De quo lacu sit sermo.

22 *Vincti spei.*] Albertus, & Hugo intelligunt Iudæos Babylone vinctos, qui hoc tempore nulli erant, cum omnes iam essent donati libertate. Rupertus, & Remig. patres limbi, qui vincti tenebantur Christum liberatorem sperantes, qui ad cælestem paradisum, vt explicat Hier. tanquam ad munitionem euocantur. Verum proprius vinctos spei vocat Iudæos, qui spe suæ salutis per Christum adducendæ ita deuincti tenebantur, vt vita eorum tota ea ex spe penderet, sic Vat. Montan. & Isidor. Ait ergo: Conuertimini ad Christum, tanquam ad arcem, vel ad Ecclesiam, & salutem Euangelicam, quæ in ea offertur, vt Cyrillus; qui ea spe quasi vinculis quibusdam stricti tenebamini existitis, qui omnem vestram salutem è Christo speratis.

Vincti spe qui sint.

Annuncians duplicia.] Quamuis quidam hæc Machabæis promittit, aut eius temporis Iudæis putent; Albertus, & Hugo, redeuntibus è Babylone: tamen ceteri ferè de negocio Euangelico exponunt. Et sunt qui putent verba esse Christi ad patrum congregationem in limbo existentium; Hodie, ait, annuncio vobis me vobis redditurum duplicia bona, & meæ intuitionem humanitatis, & diuinitatis, & cęlestem gloriam, & Angelorum societatem. Alii existimant esse Dei ad Christum verba, promittentis ei & mortuorum filiorum suscitationem, & nouorum filiorum ex gentibus auctionem. Melius est, vt ad vinctos spei sermo Christi producatur, ô vos, quos solicitos, & attentos tenet, quod spe teneamini, confidite, quia etsi interim laboretis, at modo vobis promitto me vobis multo maiora, & sublimiora redditurum quàm speratis. Non enim dum spe viuitis, potestis agnoscere quæ latent sub spe; re autem ipsa reuelabuntur postea. Ita duplicia, id est, duplo maiora quam speratis, capit. Hieronymus, & Montanus. & alii; & auctores volunt propriè intelligi; Theodoretus vitam, & honorem: Lyra gloriam animæ, & corporis: Isidor. remissionem peccatorum, & à iugo legis libertatem, alii, alia sed duplicia multo plura significat vsu Scripturę.

23

Duplicia bona id est, multo maiora promittit vinctis spe.

24 *Extendi.*] Hebræi, quibus assentire videntur Hieronymus, & Theodoretus, Albert. & Hugo, de Machabæorum gestis hæc explicant, & de victoriis per eos reportatis; qui erant ex tribu Iuda: At non erant ex Ephraim. Remig. & Lyra intelligunt Christum in cruce, quasi arcum extentum, qui fuit de tribu Iuda. Sed ceteri continua quadam allegoria putant depingi bellum spirituale, & duces electos Apostolos ex Iuda, & Israel, & victorias de gentibus ab eis reportatas. sic Theodoretus, Cyrillus, Remigius, Rupertus, Lyra, Dionys. & recentiores omnes. Ait ergo: extendam mihi Iudam, assumam ex Iuda mihi duces Apostolos, quos, vt arcum in manu mea contentum accipiam, & iaciam in gentes verbi sagittas, quibus eas configam. *Impleui Ephraim.* Ephratæi præstabant arte iaculandi sagittas, vt constat Psal. 77. 9. *Filii Ephrem intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli*; ac de eis ait, *impleui dexteritatem Ephraim*, dabo enim illis citam occasionem plenè, & pro votis exercendi artem iaculandi, qua pollent. Impleui desiderium eorum ostentandi artem suam. Vel instruai Ephraim arcu, & sagittis, vt opportunè iaculentur. Vt Psalm. 126. *Sicut sagitta in manu potentis, ita filii excussorum; Beatus vir, qui impleuit pharetram suam ex ipsis.*

Bellum spirituale per Apostolos indictum.

25 *Et bibentes.*] Hebraicè, *& biberunt, strepitum fecerunt vt vinum, impleuerunt vt phiala, vt cornua altaris.* Atq; hæc omnia præterita pro futuris accipiunt recentiores omnes interpretes; & bibent, & strepitum, seu fremitum facient, aut tumultuabuntur vt vinum, implebunt vt phialam, vt cornua

altaris. Describit graphicè stragem cruentam, quam facient in hostibus, & desiderium eos discerpendi, & perdendi, expetendo eorum sanguinem bibere, vt in Ouidio 13. Metam.

Ouidius.

——— *copiasque dolenti*
Me tibi forte dari. Tyriumq; haurire cruorem.

Et illud. *Non dormiet donec comedat praedam, & sanguinem vulneratorum bibat.* Atq; Albert. & Hugo de bellis cruentis, & victoriis Machabæorum exponunt. Ceteri, & veteres, & recentiores alij gottam esse dicunt stragis spiritualis, quam facturi erant Euangelici duces, & prædicatores. Nam quemadmodum duces, qui vltionem vehementer sumere capetunt de hostibus suis, dicuntur haurire sanguinem, & repleri, & ita feruere copia illius, ac si vino essent temulenti; ita duces Euangelici sic discurrunt per orbē, capetentes omnem idololatriam destruere, vt infidelium sanguinis haustu, vsq; ad summum se ingurgitantes; capetere dicā-tur; & hoc est, & bibent cupidi effundere sanguinem: & vt vinum, cū feruet, strepitum facit; sic illi frement quasi ebrii, implebunt se vt phiala, quæ sanguine victimarum replebatur: & vt cornua altaris quę aspergi solebant hostiarum sanguine, vt patet Leuit. 4. & c. 16. 18. Sic Apostoli, vti sancti, de quibus dicitur Psal. 149. 5. *Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus*; reddent vltionem hostibus suis, Deut. 32. 41. *Inebriabunt sagittas suas sanguine, & gladius eorum deuorabit carnes. & vestes eorum aspergentur sanguine*; vt Christus, de quo dicitur Isa. 63. 1. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Quare rubrum est vestimentum tuum, & indumenta tua sicut calcantium in torculari? Calcaui eos in furore meo. & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinaui.* Simul etiam cum victoria promittitur magnum Deo sacrificium offerendum, vt ait Montan. & insinuat Theodor. & vt sacrificium ingens, maximè placitum fore ministerium Apostolorum, vt ait Hier. Septuaginta aliter legerunt licet ad eundem sensum. *Bibent sanguinem eorum sicut vinum. & implebunt phialas sicut altare*; vel vt habet Hieron. *& implebuntur, sicut phialas, altare.* Tanta erit strages occisorum, aut tam copiosum erit sacrificium, vt supersit sanguis ad potum, & ad aspersionem cornuum altaris.

Describitur animus Apostolorum, & strages spiritualis hostium, quā facient.

26 *Quia lapides sancti.*] Hebr. legimus. *Quia lapides* נזר *neZer eleuabuntur super terram eius*: & nomen *neZer* significat *separationem*, & *selectionem*, ac *sanctitatem*, & ita LXX. & Vulgatus dixerunt: *lapides sancti*, in genitiuo, vel *sanctitatis*, aut *selecti, & preciosi*, eleuabuntur de sua humilitate, vt habeantur in honore, & precio. de Machabæis accipiunt Albert. & Hugo. Melius Hier. Theodor. Remig. Lyra, & Dionys. de Apostolis, qui in ædificio spirituali Ecclesiæ locum habent eminentem. Aut eleuabuntur, aut vexillabuntur, hoc est, ferent vexillum, eruntq; vexilliferi in terra Ecclesiæ. Vel vt ait Mōt. in viis, & compitis eleuabūtur, vt designent viam transeuntibus ne errent. Significat etiam nomen illud, coronam, tiaram, aut diadema, vt Exod. 29. 6. *Pones nezer tiaram in capite eius*; 2. Reg. 1. 10. *& tuli diadema, quod erat super caput eius*, & ita hic verterūt Pagnin. & alii, *& lapides coronæ*; quia Apostoli, qui Ecclesiā coronarunt vt lapides preciosi coronam aut caput eius Christum, in ipso coronæ fastigio collocabuntur, vt ipsi coronati, simul & coronēt.

Eminens locus Apostolorum in Ecclesia.

Quid enim.] Hebr. *Nam quid bonum eius, & quid pulchrum eius.* Aut *quanta bonitas eius, & quanta pulchritudo eius?* vt vertunt Pagnin. Tigur. & Vat. *frumentum iuuenum, & vinum cenobeb puellas.* & nomen quidem *bahurim* LXX. & recentiores omnes vertunt, *adolescentum*, seu *iuuenum*; quos tamen, quia ad quoduis opus eliguntur relicto sene, vt ait Dauid Kimhi, idcirco Vulgat. *electos* trāstulit; seu vocauit. Verbum autē *cenobeb*, à verbo נוב *nub*, quod est germinare, crescere, & loqui, idem est, quod succulentas, & vegetas reddens puellas, aut succrescere faciēs, aut cantare faciens, vel exhilarans, vt Pagn. Vat. & Mont. Vnde Dauid Kimhi frumentum, & vinum, ait, lætificabit iuuenes, ac virgines, & loqui, id est, cantare faciet eos cantiones, & laudes. Septuaginta verterunt, *quia si quid pulchrum eius, & si quid bonum eius? frumentum iuuenibus, & vinum bene odorum ad virgines* Iam ad sensum explicandum accedamus. Theodor. cum Hebręis de temporali terræ fertilitate explicat; Albert. & Hugo de tempore Machabæorū, in quo cultus diuinus, eorum opera instauratus est, nam ea est frumentum iuuenum, & eadem est vinum virginum. De qua intelligat Chaldæus, cum dicit; *Nam quod bonum, & quæ pulchritudo? doctrina legis. & iudicium pulchritudinis stabilitum in Ecclesia.* & hanc explicationem adducit Hieron. ex Hebræis. De verbo Dei per Christum, & Apostolos seminato, exponunt Vatab. Isid. & Robert. quod mox vt auditum, & meditatione gustatum fuerit, iuuenes fortes reddit, & alacres in spiritu: & puellas pulchras, & castas. vel vt Mont. Quis fructus, quæ suauitas, aut iocunditas expectanda Dei erit ex terra naturæ humanę, tam accurate, ac peramanter à Deo ipso, eiusq; ministris exculta, nisi frumentum adolescentium, & vinum, quod puellas floridiores reddat? Vel quod faciat cantiones, laudesq; decantare Deo. De pane, & vino Eucharistico, quē eisdē fructus producit cum ipso Euangelio in tte suscipiente, intelligunt Hier. Pascas. lib. de corpore, & sanguine Domini c. 21. Haymo. Remig. Lyra. & Dionys. Nam vt illa terra inter omnes commēdatur, quæ ferace ssima est frumenti. & vini: atque idcirco robustiores iuuenes, & puellas vegetiores nutrit; ita terra Ecclesiæ. & Christiana religio, quæ frumento, vino & oleo abundat, hoc est, pane corporis Christi, & vino sanguinis eius, & sacro oleo, omnium est præstantissima: vtpote quæ tali alimento iuuenes alat robustissimos, & puellas vegetas, & fortes, quæ possint hosti cuique repugnare, & in fastigium virtutis conscendere vsque ad ipsum Deum. 27

Lectionis ratio.

Sensus 1. de felicitate temporali.

Sensus 2. de verbo Dei per Christum & Apostolos seminato.

Sensus 3. de sacra Eucharistia.

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

POstulate à Domino opportuno tempore serotinam pluuiam ad fruges maturandas: & coget ille quidem [2] nubes niueas, & copiosam emittet pluuiam, & faciet, vt singulorum agri herbæ virescant: & ariditas procul absistat. Ne vos tangat vlla simulachrorum memoria, vt ab eis speretis vbertatem, cum compertum habeatis [3] simulachra semper inutilia, & noxia respondisse, & diuinos promisisse falsa, & somniorum inspectores vana pronunciasse: itaque omnes vanè vos consolabantur & ideirco vos omnes, qui eis fidem habuistis, abducti fuistis quasi grex in captiuitatem. & afflicti estis, quia nullum bonum sequebamini pastorem. Et excanduit grauissimè in falsos illos pastores Dominus: in eos, inquam, qui hircorum instar gregem miserum per deuia ducebant. At nunc misertus Dominus populi sui, [4] decreuit visitare gregem suum, nempe domum Iuda, & constituere ex eis duces Machabæos, qui generosi instar equi, ad bellum cum exultatione procedant, non ex gentibus præsidiariis militibus conductis. Nam [5] ex ipsis met prodibit reipublicæ administrator ex ipsis proceres, & magnates: qui ceteros sustentent: ex ipsis imperator, qui militibus præsit ad bellum eunt bus: ex ipsis etiam, qui obsequia debita exigant a subditis, qui ita fortiter hostes sibi subiugabunt in bello, vt conculcant sicut lutum viarum, & bellabunt quidem, quia Dominus aderit eis: & pudore afficientur qui in equis fiderint, ab illis expugnati. & confortabit Dominus Iudæos, vt illustres victorias reportent & [6] Israelitas saluos faciet: & illorum misertus reducet, vt habitent pacifice, sicut antequam permisit eos duci captiuos: quia ipse, vt Deus eorum, statuit exaudire eos, & omnes ipsi erunt quasi quidam heroes è tribu Ephraim, qui generosè bellabunt bella Domini. Et ob frequentes victorias lætabitur cor eorum, vt illi, qui optimo exhausto vino hilarescunt. Et posteri videbũt maiorum suorum trophæa, & lætabuntur, & corde exultabunt in Domino. Hac felicitate vt perfruantur, quasi quodam edito sibilo, vndiquaque congregabit eos Dominus: nam statuit eos liberare, & multiplicabit sicut prius. Nam licet disperserit eos inter populos, ibi eius recordabuntur, ac viuent ancti filiis, & reuertentur. [7] Cum reduceret eos ex terra Ægypti, in quam ducti fuerant, & de Assyria reducet, & collocabit in terra Galaad, & Liban, & occupabunt adeo regionem hanc, vt nullus superfit eis locus vacuus. Et cum venerint, omnia itinera illis peruia erunt, nullum mare, nullum flumen erit impedimento, quæ, si opus fuerit, vt olim, Moyse virga percutiente, cedent eis: cedet & superbus Assyrius, & Ægypti dominatio recedet. Confortabit enim eos Dominus ad fugam, & in virtute eius in patriam proficiscentur, vt in ea optatam transigant vitam. Nam præstabit id Dominus, vt pollicitus est.

Cap. X.

1 ‖ PEtite à Domino [1] pluuiam in tempore serotino, &
Dominus faciet [2] niues, & pluuiam imbris dabit eis,
2 singulis herbam in agro. ‖ Quia [3] simulachra locuta sunt
inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores
locuti sunt frustra: vanè consolabantur: idcirco abducti
3 sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor ‖ Super
pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo:
[4] quia visitauit Dominus exercituum gregem suum
domum Iuda, & posuit eos, quasi equum gloriæ suæ in bel-
4 lo ‖ [5] Ex ipso angulus, ex ipso paxillus ex ipso arcus prælii,
ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi
fortes conculcantes lutum viarum in prælio & bellabunt.
quia Dominus cum eis; & confundentur ascensores equo-
6 rum. ‖ Et confortabo domum Iuda, & [6] domum Ioseph
saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum: & e-
runt sicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim
7 Dominus Deus eorum, & exaudiam eos. ‖ Et erunt quasi
fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino: Et fi-
lii eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eo-
8 rum in Domino. ‖ Sibilabo eis, & congregabo illos, quia
redemi eos; & multiplicabo eos, sicut ante fuerant mul-
9 tiplicati. ‖ Et seminabo eos in populis. & de longè recorda-
10 buntur mei: & viuent cum filiis suis, & reuertentur ‖ [7] Et
reducam eos de terra Ægypti, & de Assyriis congregabo
eos, & ad terram Galaad, & Libani adducam eos & non
11 inuenietur eis locus. ‖ [8] Et transibit in maris freto, &
percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia pro
funda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sce-
12 ptrum Ægypti recedet ‖ Confortabo eos in Domino, & in
nomine eius ambulabunt, dicit Dominus.

ARGVMENTVM.

TERRÆ vbertatem à Deo impetrandam, non ab idolis ostendit, propter quæ abducti sunt in captiuitatem. Deinde pollicetur se missurum inclytos duces Machabæos, qui suis victoriis tam illustrem, & tranquillam regionem suam reddant, vt vndiq; ad eam confluant tam Iudæi, quàm Israelitæ qui morantur apud Assyrios, & Ægyptios: quos Deus adducet, omnibus itinerum periculis superatis.

Omnis hic locus, ait Hieronymus, obscurus, & dubius est. Hebræi, Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albert. & Hugo, de temporali felicitate, & Machabæorum victoriis exponunt. Remigius, Rupertus, Lyra, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus, de Iudæorum ad fidem, & Euangelium reductione interpretantur. Et cum prior sensus verbis propriè acceptis consonet; posterior spiritualis erit, vt vocat Hieronymus, illo plenè expressus.

COMMENTARIVS.

1 Lectionis [v]atio.

Pluuiam.] Hebr. *Petite à Domino pluuiam in tempore, pluuiam serotinam,* Septuaginta putarunt vtramque pluuiam postulari, temporaneam, & serotinam; illam opportunam seu matutinam, hanc serotinam vocauerũt. Vulgatus, & ceteri interpretes solam serotinam peti putant, quæ opportune cadit, si desiderio satisfaciat: nam hæc coronã imponit annó, & vltimam manum adhibet. Et quamuis multi de temporali felicitate putent sermonem esse, & occasione frumenti, & vini, nunc postuletur pluuia maturans segetes, ne Iudæi ad idola recurrant, postulaturi, vt Theodoretus, Haymo, Albertus, & Hugo assentiunt: at Hieron. Remig. Rupertus, Lyra, Vatabl. Montanus, Isidorus, & Robertus, *pluuiam* exponunt doctrinam Euangelicam, quæ serotina dicitur perficiens, & ad finem deducens, & ad maturitatem segetes virtutum; cum vetus lex fuerit doctrina matutina, seu temporaria, quæ iacta semina germinare facit: vt notat hic Cyrillus. Nam doctrinam pluuiæ nomine per metaphoram significari ostendit Moyses Deuter. 32. 1. dum ait; *Concrescat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum.* Vnde & Prophetæ dicuntur stillare. Enimuero cum in præcedenti capite Iudęos anxius cõsolatus sit commendatione terrę tritici, viniq; feracis: modo eorum obiectioni respõdet, querentium de Deo, quod opportune pluuiam non immittat, ideoq; in idola propenderent, vt eam ab eis postulent; ait ergo; ne despondeatis animum, neque figuras, diuinos, & somniatores consulatis, qui vos non poterunt consolari, sicut nec cum ducebamini captiui; sed à Deo potius petite, & dabit vobis pluuiam abundantem, non solum temperariam, sed & Euangelicam spiritualem.

Vbertas temporalis postulata.

Vbertas Euangelica potius.

Doctrina pluuia dicitur.

A Deo vtaque pluuia postulanda.

2 Niues] Hebræum nomen, חזיזים *chaZizim*, à verbo חזה *chazah, vidit*; vnde vates dicti sunt *videntes*, vt videtur Dauidi Kimhi cum aliis Hebręis quos sequuntur recentiores omnes interpretes, significat irradiationes illas, quæ tonitrum, & ingentem pluuiam solent præcedere; quas vocant *coruscationes, emicationes, radiationes, fulgurationes* seu *fulgetra*. Septuaginta nominarunt *phantasias*, hoc est, *fulgura*, vt volunt Cyrillus, & Theodoretus, quod videntes terreant, aut quod subito appareant. Vulgatus Iob. 28. 26. vertit, *procellis* cum dicit. *Quando ponebat pluuiis legem, & viam* לחזיז *lahhaziZ procellis sonantibus.* Pro quo alii vertunt; *viam radiationi, seu coruscationi tonitrui* & c. 38. 25. dixit. *Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam haZiz sonantis tonitrui.* & alii verterunt, *& viam fulguri*, aut *coruscationi tonitrui.* Septuaginta in his locis Iob. verterunt, *in vibratione sonante*; aut *viam tumultui*, seu *turbationi*: Symmachus, *ad strepitum vocum.* Sunt qui *nubem procellosam, cum coruscatione, & tonitru aquam demittentem.* Sic Chaldæus locum Iob. 38. exposuit. *& viam nubibus, quæ descendunt aquam cum tonitruo.* & Thalmudici, vt notat Pagninus in Thesauro, dicunt hoc esse vnum ex nominibus nubis. & M. *Dominus faciet nubes candidas,* vertit hic. & Hieronymum vertisse hic, *nubes*, existimat Pagninus, & Complutense Dictionarium. Qua ratione Apostoli rectè nubes dicuntur; quæ cum tonitru verbi, & cum diuinis irradiationibus a-

Lectionis [v]atio.

A quam Euangelicam dispergunt. Vulgatus hoc loco, & Hieron. *niues* interpretantur, ob candorem; & quod aqua sit concreta, & refrigerans; & conuenit iisdem Apostolis, qui refrigerarunt hominum ardorem, & ideo hominibus, & Deo fuere gratissimi, iuxta illud Prou. 25. 13. *Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit illum;* faciet ergo Dominus niues coruscantes, & pluuiam imbris, vel pluuiam pluuiæ, id est, copiosam, per Hebraismum, vehementem, & largissimam; & in singulis agris dabit herbam.

Copiosam per Apostolos pluuiam cum coruscatio[ne] [ser]motum immittendam, [n]otat Propheta.

3 Simulachra.] Hieronymus. Lyra, Vatab. de gentibus explicant conuertendis, quæ prius responsis falsis deceptæ in deuia trahebantur. Alii de Iu-B dæis, tempore secũdi templi; cum tamen certum sit per id tempus idololatriam in populo Iudaico non viguisse. Verius Hieronymus ipse, Cyrillus, Albertus, & Hugo, de Iudæis explicant hæc ante captiuitatem Babylonicam: quasi dicat; A Deo pluuiam exorate, qui dabit affluenter & vbertatem herbarum, & fructuum; & despicite simulachra, diuinos, & somniatores, quos olim solebatis consulere; & vos suis responsis decipiebant, consolabanturque, læta, ac prospera promittentes. Siquidem huius criminis causa abducti estis in captiuitatem, populus cum principibus; in quos magis defæuit furor meus: & hircos huiusmodi puniui, quod scandalo fuissent gregi, & ad C idola deducerent. Itaque quæ hic sunt futura pro præteritis sunt accipienda.

Deo simulacris ab[i]ectis fidendum.

Quia visitauit.] כי *chi* quia, vel *cha*, hoc loco non est rationalis particula; nec enim causam reddit eorum, quæ dicta sunt; sed vel redundat, vt sæpe solet; ideoq; Septuaginta prætermiserunt dicentes; *& visitauit Dominus omnipotens gregem suum;* & Hieron. in Commentario. Itaque ornatus causa solet etiam poni, & asseuerãdi, vt hic ait Mont. pro *sane*, aut *etenim*; vt Ps. 17. 30. *Quoniam*, pro etenim, *in te eripiar à tentatione* & v. 31. *Quoniam quis* pro etenim, *quis Deus præter Dominum*: Psal. 51. 13. *Quoniam*, pro sane, *si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq.* Ita hoc loco. *Quia visitauit Dominus*; vel redũdat ad ornatum, vel asseuerat, & inchoat perio-D dum, *Etenim*, aut *sane*. quamuis hucusque punierit gregem cum pastoribus; at nunc decreuit Dominus visitare, ac curare gregem suum, domum Iuda, Iudæos reuersos è Babylone. De Christo, qui ex tribu fuit Iuda hæc explicant Vatabl. & Mont. nam ipse fuit angulus, paxillus, & arcus Ecclesiæ suæ, iuxta Chaldæum dicentem: *Ex ipso rex eius, ex ipso Christus eius, ex ipso fortitudo belli sui, ex ipso magnificabuntur omnes gubernatores eius simul.* Haymo, Remig. Lyra, & Isidor. de Christi ducibus Apostolis interpretantur, qui ex ipso grege domus Iuda orti sunt, & quasi generosi equi, robore, & omni genere virtutis exornati procedent, & indicent bellum toti mundo. qui ipsi anguli, duces scilicet, fu-E erunt; & ex ipsis prodierunt claui constantes, & arcus ad bellum gerendum: & exactores morum proborum. 4

Sensus 1. de Christo, & Apostolis.

Sed Hieronymus Theodoretus Haymo, Remig Albert & Hugo hæc intelligunt dicta de Machabæis: belli tempore, ait Theodoretus, eos præstabo tanquam equum quendam, pulchritudine, & viribus exultantem, & confidenter in hostes progredientem, & non indigebunt auxiliis externis; non aliorum armis vtentur; nec externos

Sensus 2. de Machabæis.

milites

milites mercede conducent; sed ex sese erit belli Imperator, & administrator; ex ipsis omnes ductores exercitus; atq; præclaris rebus gestis victorias referent; & veluti lotum hostium legiones conculcabunt. Et Hier. *Visitauit Dominus gregem suum domum Iuda*: suscitauit enim Iudam Machabæum, & ceteros ex eo, contra duces Antiochi; & posuit eum quasi equum gloriæ, *ex ipso angulus*, id est, regia potestas, quod parietes contineat; *ex ipsa paxillus*, id est, Sacerdotium; *ex ipso arcus prælii*, id est, fortes; nulla erit dignitas, quæ non illius arbitrio disponatur: apud Machabæos enim fuit potestas regia, Sacerdotium, & virtus bellica. Enimuero cum series historiæ absque vllis ambagibus ex verbis propriè acceptis colligitur, quid opus est ad metaphoricos sensus assurgere, qui varii sunt, quod sunt expositorum mentes, analogiam expendentes inter res propriè expositas, & translatè sumptas? Cum ergo de Machabæis propriè, & accommodè hæc declarentur, de illis accipiemus sensum primum, & literalem; licet de Christo, & Apostolis sensum principalem, & allegoricum.

5 *Ex ipso angulus.*] Explicemus proprietatem horum vocabulorum, & eorũ accommodationem. *Angulus* פִּנָּה *Pinah angulus* à verbo *Panah* pr. *spuere, declinare*; quod angulus sit exterior flexa acies ædificii, quæ in vtramque partem prospiciat; & duos parietes coniungat; ac sustentet ædificium, atque adeo lapidibus, & grandioribus, & politioribus constet; ideo transfertur, ad significandos principes, qui sunt veluti anguli populorũ; Iudic. 20.2. *Cõgregati sunt quasi vir vnus omnes anguli populorum, & cuncta tribus Israel in Ecclesiam*, 1. Reg. 14. 38. *Dixit Saul: applicate huc omnes angulos populi, & scitote per quem acciderit peccatum hoc hodie*, Isa. 19.13. *Deceperunt Ægyptum angulum populorum eius.* Tales fuere Machabæi, tales Apostoli, talis Christus, qui fuit lapis angularis faciens vtraque vnum. *Paxillus* est palus firmiter parieti affixus, instar claui, qui sustinet, quæ ex ipso suspenduntur: & proceribus, & primatibus applicatur, quod ex ipsis pendeant ceteri, ac sustentetur. Sic Eliachim Isa. 22. 23. dicitur *& figam illum paxillum in loco fideli, & erit in solium gloriæ patris sui.* Ezech. 15.3. *Quid fiet de ligno vitis? Numquid fabricabitur de eo paxillus, vt dependeat in eo quodcumq; vas?* Huiusmodi fuerunt etiam Machabæi, & viri Apostolici, constantes, & fixi Ecclesiæ parieti; vt Christus etiam ipse, ex quo omnes pendemus. *Arcus belli*, dux est fortissimus, belli administrator, qui ducat, exciteque milites ad aggrediendum: *Exactor* ille est, qui exigit tributa, & debitam suo regi obedientiam, & constanter vrget ad obsequia, officiaque præstanda, *præfectos* vertit Pagnin. Huiusmodi exactores designabant Machabæi, qui vrgerent ad Dei cultum, & ad tributa pendenda; & Apostoli, qui Dei verbo ad Christum suscipiendum vrgebant, & ad virtutem amplectendam.

Anguli populi principes.

Primates sustentantes plebem paxilli.

Arcus belli dux.

Exactores debitorum

6 *Et domum Ioseph.*] Israelitas intelligit eo nomine & nomine *Israelitarum* Remig. Lyra. & Vatab. volunt intelligi omnes ad fidem vocatos. Dionysius tamen, & Montanus, veros Israelitas intelligunt, qui conuertendi sunt ad Christum, *cum omnis Israel saluus fiet*, ad Rom. 2. loqui autem Prophetam de conuersione, ostendit quod dicit, *& domum Ioseph saluabo, & conuertam eos, quia miserebor eorum.* Hieronymus, Albert. & Hugo de Iudæis intelligunt, & Israelitis, qui tempore Machabæorum pugnarunt contra Græcos, & lætabantur tam illustribus victoriis: tunc enim Deus confortauit fortes milites Iudæos, & Israelitas, qui ad eos accesserãt, seruauit incolumes, & reduxit ad terram Iuda, misertus eorum. Nam verbum *Hosebothim* compositum à *sub* conuerti, & *iasab* habitare, significat; *reducam ad habitandum*, vel *habitare faciam eas*, nempe tranquillè.

Domus Ioseph fideles Christi.

Israelitæ tempore Machabæorum

Et reducam eos.] Remigius, Dionysius, Vatabl. Montan. & Isidorus hæc omnia allegoricè explicant. Nam sicut olim liberati sunt filii Israel ex Ægypto, transito mari: ita fideles liberabũtur, omni angustia superata, & collocabuntur in vberi campo Ecclesiæ; nec sufficiet eis locus; adeo multiplicabuntur; vt si in terram Israel inducentur, regnum illud eos minimè posset capere: non enim regnum Christi tam angusto coarctatur loco, quam olim regnum Israel. Sunt qui reductionem hanc in Galaad & Libanum ad patriam cælestem intelligant. & idem tunc erit; *non inuenietur eis locus*, quod non apparebunt, alio translati. vt Psalm. 36. 16. *quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*. Apoc. 12. 8. *non locus inuentus est eorum amplius*; sic modo non inuenietur eis locus in Ægypto, aut in Assyria; quia nullus ibi manebit, . . . omnes ad gloriam sint transferendi. Qu . . . ur . . . lsum sit; nam licet sint omnes communiter ad Ecclesiam inducendi, non tamen ad cælestem patriam; idcirco sensus alius verior est. Hieronymus, Albertus, & Hugo, cum aliis; hæc ad literam explicant de temporibus præsertim Machabæorum. Nam Iudæi, qui erant in Assyria, videntes libertatem Iudæorum è Babylone, & reditum in patriam, & ipsi redibant, & tempore Machabæorum Iudæi, qui erant in Ægypto magna copia à tempore Alexandri Magni, & Ptolomæorum; vt constat ex Iosepho, qui lib. 12. Antiquit. cap. 2. refert Philadelphum anno 3. Regni sui centum viginti millia Iudæorum ex Ægypto liberos remisisse in Iudæam cum muneribus; vt impetraret ab Eleazaro sacram Scripturam, & interpretes, qui eam Græcè transferrent. Hi autem vel erant ex iis, qui fugerant manus Assyriorum, & Chaldæorum, vt constat Hose. 8. *Ipsi in Ægyptum conuertentur*, & cap. 9. *Ecce profecti sunt a vastitate. Ægyptus congregabit eos, & Memphis sepeliet eas*; & Ieremiæ cap. 44. Vel erant ex his quos Ptolomæus Lagi filius duxit captiuos in Ægyptum, & munificentissimè tractauit, auctore Iosepho lib. 12. Antiq. cap. 1. & Eusebio in Chronico. Hi enim redierunt, vel principum beneuolentia remissi, vel sponte ducti, vt potirentur terra Patrum suorum, cum audirent munificentiam Principum, aut illustres Machabæorum victorias, & patriæ bene administratæ tranquillitatem, & felicitatem.

7

De reditu Iudæorum in Iudæam tempore Machabæorum

Iosephus . . . Philadelphus m . . . gnam co . . . pam ren . . . sit.

Et transibit.] Pro, & pertransibunt, vt legunt Septuaginta, de Iudæis redeuntibus in patriam optatam, & de Israelitis, qui ad eos accedebant. Locus est difficilis, iterumne, vt olim transierunt per aridum mare, & siccũ flumen? Dionys. Mont. & Isid. propriè mare, & fluuios accipiunt, ille quidem de fidelium nauigatione per maria in Ierusalem. Hi autem intelligunt fluctus maris, etiam Oceani, per Deum compescendos; vt Euangelii nuncii peruenire possint ad interiores, & remo- 8

De fidelium transeuntibus mar . . . & flumin . . .

niores maris insulas, & ad Indos vsque nauigare. Theodoretus, Vatabl. Isidor. & Robert. metaphoricè putant significari omnia pericula, etsi adæquent maris tempestates, superanda; aut sumpta metaphora ex his, quæ acciderunt populo ex Ægypto redeunti in mari rubro, & in Iordane, vt ait Cyrillus; iuxta illud Isaiæ 11.15. *Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui, & percutiet in septem riuis ita vt transeant per eum calceati: & erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israeli in die illa qua ascendit de terra Ægypti.*

De periculis superantibus.

Sunt qui hoc explicent de Alexandro Magno, qui mare Pamphiliæ transiuit sicco pede; cum alia ei via non pateret ad Persas; vt tradunt Iosephus lib. 2. Antiq. cap. vltimo, & Plutarchus in vita Alexandri. Sed cur Propheta tam subito de Alexandro prophetaret, aut quid ad Iudæos attinebat hæc narratio? Hebræi, quos refert Hieronymus, & sequuntur Remig. Albert. & Hugo, narrant ex Septentrione vocatos à Deo Iudæos, pertransisse in mari angusto, Propontidis angustias, quæ Chalcedonem, & quondam Bizantium breui freto diuidunt, tempore Machabæorum. Sed si hoc tunc factum est; vbi illud impletum est, *& percutient in mari fluctus*; vt olim Moyses virga percussit mare: *& confundentur profunda fluminis*, aut vt LXX. & siccabuntur omnia profunda fluuiorum? Potius ergo erit, vt cum Theodoreto per metaphoram propheticam, per allusionem ad priorem exitum de Ægypto, dicat Zacharias; omnia obuia impedimenta perrumpenda, omnia pericula superanda; & si quod mare, si quæ flumina occurrant, tranquillum transitum præbitura; nec Assyrios, aut Ægyptios impedituros reditum; etiamsi velint repugnare: quia Dominus ipse iter planum, vt olim, parabit populo suo, sed ad Christum redeunti, vel in patriam tempore Machabæorum: nam vtique conuenit redituі metaphora.

Alexandro patuit via per mare Pamphiliæ. Iosephus. Plutarchus.

Omnia plana futura populo redeunti, vt olim redeuntibus ex Ægypto.

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

O Noua Ierusalem, quæ vti Libanus excelsis arboribus, ita tu nunc florens es, & magnificis ædificiis, caue ne à Dei obedientia recedens, opus sit, vt prius, [1] aperire portas hostibus, qui ignem subiiciant [2] domibus ex cedro cōstructis. Quod [2] domus cedrinæ ceciderunt, cum magnificis earum habitatoribus in priori tua vastitate; quid si abietes domorū tuarū commiseratione mea ad vlulandum inducant ciues habitantes? Vrbs illa Ierusalem munitissima, vti saltus circumseptus, vastata decubuit, quando ad vlulatum adigunt domus ex quercubus Basan exædificatæ dominos suos. [3] Dolent nunc magistratus, quod videant adeo extenuatam magnificentiam, qua priore vrbe stante, solebant administrare rempublicam. Rugiunt principes vti leones, quia videant modo splendorem illum antiquum Ierusalem obscuratum. Sed non est quod doleatis, sed periculo præterito edocti, gratias agite: quod opportune admoneo vos, ne ob statum, in quo nunc estis, decidatis in similem captiuitatem, à qua nunc estis liberati. Quod vt melius expendatis, en coram vobis propono Dei erga vos prouidentiam, & curam sub parabola pastoris. [4] Iussit ergo mihi Dominus, vt pascerem oues occisioni assuetas; nam qui solebant eas pascere, occidebant absque vllo dolore, & si quas vendebant, pretio læti, dicebant, benedictus Deus, qui ita diuitias auget. Denique nulli ouium parcebant, earum ducti miseratione. Et ego dicebam: [6] nolo parcere habitatoribus terræ huius, sed tradam eos discerpendos in potestatem conciuis sui, & in potestatem regis sui, male pro regno contendentis, qui Iudæam vniuersam euertant seditionibus; & nulla me tanget cura eos eruendi. [7] Cœpi ergo pascere, misertus vestri, ô pauperes reliquiæ ex grege Dei, [8] qui vos eriperem de manibus illorum pastorum & elegi mihi [9] duo peda pastoralia, vnum vocans Decorem, designans suauem gubernandi modum per amorem: alterum Funiculum, id est, asperum, & terrorem incutientem, & pauigregem, [10] & conduxi pastores aliquot, qui singulo quoque mense tædio affecti malo ouium genio recedebant: quamobrem [11] ipsas cœpi detestari, sicut & ipsæ me sunt detestatæ. Ideoque [12] decreui curam earum abiicere, & ceteris: quæ perit, moriatur, & quæ enecatur à lapis, enecetur, & quæ reliquæ fuerint sese inuicem discerpant. Et tuli pedum, [13] id est, meum Decus, & confregi illud, nolens iam amore agere cum populo meo: [14] sed irritum facere fœdus cum hominibus ab initio initum, humanitus cum illis agens, vt & ipsi tamquam homines me colant & ament:

Cap. IX.

‖ [1] APeri Libane portas tuas, & comedat ignis [2] ce- 1
dros tuas ‖ Vlula abies, quia cecidit cedrus quoniā 2
magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniā suc-
cisus est saltus munitus ‖ [3] Vox vlulatus pastorum, quia 3
vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum,
quoniam vastata est superbia Iordanis ‖ [4] Hæc dicit Do- 4
minus Deus meus. [5] Pasce pecora occisionis, ‖ quæ qui pos- 5
sederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea,
dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pa-
stores eorum non parcebant eis. ‖ [6] Et ego non parcam vl- 6
tra super habitantes terram dicit Dominus: Ecce ego tra-
dam homines, vnumquemque in manu proximi sui, & in
manu regis sui: & concident terram & non eruam de
manu eorum ‖ [7] Et pascam pecus occisionis [8] propter hoc, 7
ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi [9] duas virgas, vnam
vocaui Decorem, & alteram vocaui Funiculum: & paui
gregem. ‖ [10] Et succidi tres pastores in mense vno, [11] & 8
contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eo-
rum variauit in me. ‖ Et dixi: [12] non pascam vos: quod 9
moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & re-
liqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. ‖ [13] Et 10
tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam,
[14] vt irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum o-
mnibus populis. ‖ Et in irritum deductum est in die illa: 11
[15] & cognouerunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mi-
hi, quia verbum Domini est. ‖ Et dixi ad eos: [16] si bonum 12
est in oculis vestris: afferte mercedem meam: & si non,
quiescite. [18] Et appenderunt mercedem meam triginta
argenteos. ‖ Et dixit Dominus ad me: Proiice illud [17] ad 13
statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab
eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum
Domini ad statuarium. ‖ [19] Et præcidi virgam meam se- 14
cundam, quæ appellabatur Funiculus, [20] vt dissoluerem
germanitatem inter Iudam, & Israel. ‖ Et dixit Domi- 15
nus ad me. [21] Adhuc sume tibi [22] vasa pastoris stulti.

& ita

& ita deinceps eos vt homines tractare. Id cum animaduerterent humiles, & mansueti in grege, qui custodiunt Dei voluntatem, stupefacti hac commutatione agendi cum hominibus, dicebant, Domini opus id esse, qui sceleratos impunitos abire non permittit. Et quia illi rogabant me: dixi eis: [16] si placent vobis operæ meæ, numerate mihi pretium aliquod pro mercede, sin minus, cessate rogare me. Et [17] nomerauerunt triginta argenteos, quos iussit Dominus, vt proiicerem [18] ad pedes statuarii templi, vt in templi vsibus insumeret, tanquam vile pretium, quo meas operas æstimarant; fecique vt iussum mihi fuit. Quare quemadmodum abieci modum guberoandi ex amore, [19] cæpi gubernare pedo altero dissipante, [20] quo dissipaui germanitatem, quæ erat inter Iudam, & Israelem sub Roboam, & deinceps, v. & dissipabo in posterum, donec confregi tandem id pedum, & abieci omnem populi gubernationem, tradens eos in captiuitatem, sæuo pastori discerpendos. [21] Quare deposita persona prudentis pastoris, iussit mihi Dominus induere [22] habitum, & arma pastoris stulti, & sæui: significans se traditurum eos [23] sæuissimo Tyranno Romano, vt olim Chaldæis: [24] qui ouem ægrotam non visitabit, [25] qui nellum agnum à grege semotum non quæret, saucium non sanabit, & quod pedibus, [26] præ lassitudine consistit, non portabit ad pastum, sed carnes pinguium comedet, & vngulas earum baculo diffindet. Hunc scilicet merentur [27] pastorem, qui vmbra pastoris sit, qui non solum non curet gregem pascere, [28] sed pro baculo pastorali gladium in manu portet ad ouem cædendam, & ad nihil aliud, quam ad iugulandum oculo suo dextro respiciat: brachium eiusmodi exarescat, & oculus dexter ille contenebrescat. Timeat ergo pusillus grex in tam dirum incidere tyrannum.

| *Quia* [23] *ecce ego suscitabo pastorem in terra,* [24] *qui de-* 16
relicta non visitabit, [25] *dispersum non quæret, & contri-*
tum non sanabit, & [26] *id quod stat non enutriet, & car-*
nes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. | [27] 17
O pastor, & idolum, derelinquens gregem: [28] *gladius su-*
per brachium eius, & super oculum dextrum eius: bra-
chium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius te-
nebrescens obscurabitur.

ARGVMENTVM.

CONSOLATVR populum pauperem è captiuitate reuersum, tristem ob sortem præsentem eum splendore pristino comparatam. Admonet, vt in officio pietatis constans, sit Deo gratus, cuius semper cura fuit, paterno eum amore gubernare, aut terrore certè, suppliciis erudiendo: quæ cum nihil proderant, curam tandem abiiciebat, & tyranno alicui, vt Nabuchodonosori tradebat, similiter de ipsis acturus, ac Romano dominatui subiecturus, nisi sub Dei permanserint obedientia.

COMMENTARIVS.

1 Sensus 1. Vastitas vicinarum gentium.

APeri Libane]Hac vastationis hypotyposi Chaldæus, & Theodoretus volunt intentari vastitatem omnibus gentibus vicinis, quæ in superbiam elatæ, & inuidia diruptæ Dei populi felicitatis, qua potiturum subodorabantur, post cæptam libertatem, dentibus, frendebant in eum, & abolere de medio cupiebant: quas omnes gentes, quantumuis excelsas, & fortes, vt cedros, & vt abietes, euertendas denunciat ab ipso Iuda, *quia vastata est superbia Iordanis.* Hæc omnia mala euenient eis, quia spiritus magnos contra Iudæam, nomine Iordanis significatam, sumpserunt, dicentes: Vastata est à nobis superbia Iordanis: vel facilè comprimetur à nobis hæc gloria, hæc felicitas Iudææ; *quia excitata est super eos,* ait Chaldæus, *elatio Iordanis,* quia nempe felicitas Iudæorum, & potentia valuit contra eos. Et hi quidem rectè, nisi illa verba obstarent. *Vox rugitus leonum, quia vastata est superbia Iordanis,* quę satis ostendunt superioribus contineri vastitatem Iudæorum, non gentium finitimarum: ac propterea nemo est qui non interpretetur de Iudææ vastatione. Nonnulli ergo Libani nomine ferè templum secundum intelligunt, quod tunc cum Zacharias prophetabat, absoluebatur. Sic Euseb. libr. 8. de Demonstrat. Euang. Demonst. 4. Hier. Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatab. Isidor. & Rob. ita dictum vel propter celsitudinem, quod præeminerer in terra Iudæa, sicut Libanus in terra promissa: vel quod constructum fuisset è cedris Libani, vt refert Iosephus lib. 15. Antiq. c. vlt. & lib. 6. de bello c. 13 & ad huius prophetiæ complementum referunt Lyra, & Galat. lib. 4. aduersus Iudæos c. 8. ex traditione Hebræorum in lib. Ioma, & ex Talmud Ierosolymitano, & Babylonico, 40. annis ante euersum templum à Romanis, portas templi, quæ claudebantur vespere, nocte sponte apertas, & cū primo mane sic reperirentur; R. Iohanan filius Zachai, sic eas increpabat. Templum, templū cur destruis teipsum? Ego cognosco imminere tui desolationem; nam super te prophetauit Zacharias. *Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuas.* Refert etiam Ioseph. lib. 7. de bello c. 12. portam Orientalem æneam, sponte apertam, quasi indicaret Romanis patefaciendam. Mont. & Isid. quoq; eo nomine Iudæam intelligūt vniuersam: & per portas vrbem Ierusalem, per q̄ ingressura erat in Iudæam vastatio, amœnissimam, & florentissimam regionem. Eādem expositionem secutus fuerat Cyrill. Verum ne lōgius diuagemur, Euseb. loco iam dicto, & Cyrill. inferius, nō semel, vrbem Ierusalem exponunt: & ipsa Prophetæ verba satis hunc sensum innuunt. Ait n. *Aperi Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas.* & vt significet quid intelligat per cedros, addit. *Vlula abies quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt.* Ergo per cedros intelligit magnates, & vrbis principes, & nobiles per quercus Basan & gloriā Ierusalem per superbiam Iordanis. Atq; adeo de ipsa vrbe loquitur, cū dicit *Aperi Libane portas tuas.* Quod si per cedros intelligat tēpli Sacerdotes; magnifici non impropriè appellati sunt, quod si templum, & eius ministri destructi sunt, quid fiet de abietibus, & quercubus?

Sensus 2. Vastitas templi prænunciatur nomine Libani. Euseb. Hieron.

Iosephus.

Iosephus.

Sensus 3. Vastitas Iudęæ prædicitur.

Sensus 4. Ipsius Ierusalem vastitas præmittitur.

2 *Cedros tuas.*] Sunt qui hæc omnia propriè ac-

cipiant,

Primo hæc propriè accipiuntur.

cipiant; quod ignis voraturus esset cedros, ex quibus nouum templum constructum est: desæuiturusque in abietes, & in alia vrbis magnifica ædificia. Tum etiam in quercus Basan: nam eam quoq; regionem vastaturus est hostis. Certè templum conflagratum est, vt refert Iosephus lib. 7. de bello Iudaico c. 9. At hæc omnia per allegoriā dicta de vatiis vrbis Ierusalem statib. certius est apud oēs.

Iosephus. Deinde varius allegoricè sunt dicta.

sumptam è montia conflagratione: in qua igni in cedros desæuit, in abietes, & quercus, ceterasq. excelsas arbores. Sic quoq; hostilem impetum irruiturum in cedros, nempe in eos, qui regia dignitate, & Sacerdotali magnificati sunt, & in abietes, minores magistratus: in quercus Basan, opulentos, & diuites, qui in sua opulentia confidunt in saltum munitum, in ipsam Ierusalem, metropolim; aut etiam templum. Aliter alii allegoriam applicabunt vtiliter. Profectò videor mihi videre Prophetam cōiicientem oculos in templum nouum, in nouam Ierusalem, & conferentem cum veteri, & admonere illam vt sibi caueat, ne ei succedat quod priori accidit templo, & vrbi. O vrbs Ierusalem, loquiens, consule tibi, ne in tam miserum decidas statum, vt opus sit tibi fores hostibus reseráre, quatigoem subiiciant excelsis ædificiis, vt prius. Nam si celsissima ædificia ex cedris cōstructa, quale fuit templum Salomonis, solo sunt euæquata, & combusta: quid fiet de templo hoc, & aliis sublimibus ædificiis, quæ abietibus constant? & si vrbs illa Ierusalem tot rationibus munita cōcidit; quid de hac fiet, quę quercubus Basan compacta est? Quod si magistratus huius reipublicæ cum maiestate illorum comparentur, vlulare merito deberent, quia illa prisca magnificentia, qua tunc administrabant omnia, in seipsis valde extenuatam vident. Quid si comparem præsentes principes, qui instar leonum, aliis præferuntur, cum principib. illius temporis, merito irrugiant, quia vident concidisse gloriam illam antiquæ Ierusalem, quæ ipsos gloriosos, & superbos efficiebat. Non dissimiliter ac cum Christus visis templi ædificationibus dixit Matt. 24. 2. non relinquendum in eis lapidem.

Collatio præsentis status Iudæorum cum antiquo.

3 *Vox vlulatus*] Ad pastores loquitur, nempe ad Sacerdotes, & legisperitos; & ad leones principes, & Magistratus; vt volunt Dionys. Montan. & Isidorus; & ab illis quidem honorem ait aufferendū, quod per ambitionem omnia administrarent, ab his autem dominatum, quo omnia conuerterbant in auaritiam. Hieronym. eosdem putat pastores, quos leones, nempe primos populi, tam Ecclesiasticos, quam laicos: & per magnificentiam, & superbiam, templum, de quo gloriabātur, & in quo confidebant. Ducta est similitudo à pascuorum vbertate; qua dominorum augebatur magnificentia: & à copia leonum, qui in nemorosis Iordanis lucis morabantur, & vltra Iordanem prædabantur, vnde viuerent: nam ibi erant Sanir, & Hermon. Psal. 41. 7. *Memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonim, à monte modico.* Cantic. 4. 6. *De vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* & Ierem. 4. dicitur: *Ascendit leo de cubili suo*, id est, de Iordane, vbi erat leonum copia. Itaq; magnificentia pastorum, opulentia, gloria, & potentia deficiebat, deficientibus pascuis; ac proinde gregibus. Fastus quoque, & superbia Iordanis vastata sunt; gregibus deficientibus, ex quib. leo-

Contra principes tum laicos, tum Ecclesiasticos.

nes viuebant, deficientibus quoque latibulis, & saltibus, in quibus latebant: aut, vt ait Hieronymus, quia exiccata aqua Iordanis, necesse erat leones præ siti fremere, & rugire in deserto vicino, & lata solitudine vastata. Simili ratione, templo deuastato, vnde pascebantur Sacerdotes, & aqua gloriæ, & auxilii Dei in eo habitantis, exsiccata, pastores, ac leones potentes, qui ex ea nutriebantur, peribunt. Quibus in verbis, vel comminatur pœnam præsentibus pastoribus ob greges male pastos; & leonibus potentibus ob direptionem crudelem ouium, & violentiam subditorum: & difficile creditu est tam citò, cum paulo ante è captiuitate rediissent, in ea vitia decidisse; ob quæ traditi sunt illorum maiores Chaldæis, cum potius Zacharias, vt item Haggæus, id potissimum agat, vt consoletur populum tristem, & omnium indigum, & Deo propterea deuotum: maximè cum videamus viros sanctissimos tunc Iudæis fuisse pastores, qui administrarent Rempublic. & omnia ex legis præscripto conficerent, Zorobabel, Iesus filius Iosedec, Esdras, Neemias, cum Prophetis Zacharia, Haggæo, & Malachia. Vel comminatur iisdem ob vitia in posterius irrepsura. Et sanè præter consuetudinem est; pœnas grauissimas propunere futuras, nisi vt præsentes admoneantur, sibique caueant, eisdem vitiis contaminati.

Quare mihi verius videtur, quod cœpi dicere, quod doleret populus, & rectores eius, quod tunc non tanta esset gloria, & splendor principum, tanta opulentia ciuium ipsorum, sicut nec templum, & vrbs coæquabant antiqui templi, & vrbis magnificentiam, & gloriam, vnde 1 Esdræ 3. 12. *Plurimi de Sacerdotibus, & Leuitis, & Principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius cum fundatum esset & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna.* nunc Zachariam, amanter eos sui officii admonere, sibi vt caueant: Nam si templum illud prius tam celebre, & vrbs toto orbe memorabilis, ob ciuium delicta vastata sunt, & combusta; idem proculdubio timendum fore de hoc templo, & vrbe: & Deo gratias agi debere, quod eis pepercerit, & liberos reduxerit, vt hęc possideant, immeriti.

Admonitio Zachariæ, vt contentus sit præsentibus populus.

Hæc dicit.] Quis cui iubeat videndum est. Theodoretus quidem, & Isidorus putant esse hæc verba Dei Patris suum Filium Christum Dominum alloquentis, *pasce pecus*; nempe populum Iudaicum, tua doctrina, paulo post occisioni tradendum Romanorum. Verum ceteri omnes verius, verba Dei esse Prophetæ præcipientis, vt pecus ipse pasceret occisionis. Sic Hieronymus, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. & Montanus existimant; & si de pastu præsentium ouium; rectè Zachariæ, vt præsenti committitur; si de repræsentatione artis pastoritiæ, quam Deus exercuit in gubernando populo suo; rectè etiam eidem iubetur, vt pastoris agat personam. Vnde in fine capitis; postquam egerat personam pastoris prudentis, iubetur agere personam stulti pastoris: quod Christo certè non conuenit. 4

Zachariæ iubetur agere personam pastoris.

Pasce pecora. Hebraicè sic leguntur hæc; *pasce pecora occisionis, quæ ementes occident, & non delinquent, & vendentes ea dicet, benedictus Dominus, ditatus sum, pastores eorum non parcet super ea.* Etsi in 5

Interpretatio nominum variatio. Hebræo [illegible] ratum, iam non omnes t. e. prop. æ teritis acciplunt. Septuaginta dum vertunt *Pasce oues occisionis quas qui possederunt interficiebant, & non agebant pœnitentiam: & qui vendebant eas, dicebant, Benedictus Dominus, & diuites facti sumus, & pastores eorum nihil patiebantur super eis.* Sic habentur in Hieronymo, Theodoreto, in editione Complutensi, & regia. At Cyrillus, & editio Vaticana habet, *pascite*. Chaldæus sic habet. *Vaticinare aduersus gubernatores qui constituti sunt ad gubernandum populum meum, & ipsi dominati sunt in eos, quasi in oues occisionis, dicentes, non imputabitur nobis peccatum.* Recentiores quoque sic vertunt. *Pasce oues occisionis, quas possessores earum occiderunt, nec peccare putabant; & qui vendebat eas, dicebat: benedictus Dominus, quod ditatus sum: nec miserabantur eorum, qui pascebant eos.* Et verbum quidem יֶאְשָׁמוּ *iesamu*, delinquent, aut peccabunt, significat, vt transtulere Pagnin. quoque, & Var. pro, *non se putabunt delinquere*, aut non se culpæ obnoxios putabunt: & ita non agebant pœnitentiam, quod Vulgatus dixit; *non dolebunt*, quia qui impune peccat non dolet, quia non timet puniri. Quod vero nomen plurale iungitur [illegible] singulari, ideo est, quia pluraliter accipitur distributiuè, quilibet vendentium ea dicebat, & [illegible] bat eis.

Ad sensum veniamus. Hæc verba Prophetæ de [illegible] iam prænotauimus. *Pasce pecora occisionis*, [illegible] occisioni destinata. Et quidam quidem intelligunt occisioni futuræ per Romanos, vt Hieron. [illegible], Rem. g. Albert. Hugo, Dionys. Vatab. & Mon. iubetur enim Zacharias pascere oues, pinguefaciendo eas, quæ occidendæ sunt à Romanis, & vendendæ sine commiseratione. Theod. & Isidor. oues occisionis explicant, propterea quòd à malis gubernatoribus expilarentur, & occiderentur impune. Lyra de occisione per Ægyptios facta, cum apud eos exulasset populus, explicat. Et sanè de iniqua magistratuum, & Sacerdotum gubernatione, & crudeli; qua populum in suum commodum, et cum eius exhausto sanguine, gubernabant, loqui Propheta & Chaldæus sua interpretatione ostendit & multi ex interpretib. & ipsa verba Propheta satis id innuunt. Nam iubetur Zacharias, ac si pastoris artem exerceret, eleuare officium prophetandi, quo Deus pascit populum suum in diuersis temporibus. Et rationem huius fabulæ assumendæ, docet Deus esse, quod [illegible] pastores fuerint causa, cur ipse populum deseruerit, & cum pastoribus in captiuitatem duci permiserit. Ait ergo Dominus; Age ô Zacharia, sume personam pastoris sapientis, & pasce oues meas, quas stulti pastores, & occidunt, & occisioni parant. Nam illi, quibus eas, vt curarent, permisi, iugulant eas, suum emolumentum, non earum salutem quærentes: nec dolebant, quasi culpam nullam commisissent; & vendebant eas, & aucti precio, laudabant Deum dicentes; Benedictus Deus, quia ditati sumus: itaque pastores huiusmodi non parcebant eis. Hac forma loquendi consueuerunt vti & alii Prophetæ. Ierem. c. 23. 1. *Væ pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ* Ezech. 34. 2. *Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis.* Non ergo loquitur de Ægyptiis, apud quos exulauit po-

Deus op[pressionem] ponit suam

A pulus, vt vult Lyra, neque de Romanis, vt multi iam dicti. Sed de ipsis populi pastoribus, & gubernatoribus. & de his quidem, non qui tempore Christi gubernabant populum; aut de iis, qui à templo secundo gubernarunt, sed in vniuersum loquitur de malis pastoribus, qui ante captiuitatem [illegible] gubernarant, & in causa fuerant cur populus captiuus ductus fuerit, vt sæpe comminabatur Deus per Prophetas. Et ratio huius intelligentiæ est; quia Deus vult per Zachariam pastorem agentem, ponere ante oculos populi, quam gubernandi rationem, illi malorum pastorum oppositam, quam seruauit ipse in gubernando populum suum; vt populum consolaretur & admoneret Dei curæ, & causæ suæ ruinæ, eam vt in sequenti tempore cauerent, quam vt illustriorem

B reddat, coram ponit impiorum pastorum in vniuersum curam, & regimen. Atq. hanc intelligentiam, vt explicationem sequemur.

Et ego non parcam eis.] Lyra de Ægyptiis explicat, qui puniti sunt à Deo, & aquis submersi, quod inique populum tractassent. Alii de Romanis, Theodor. & Isidor. de malis, quæ acciderunt Iudæis ex contentionibus pro Sacerdotio, & regno intelligunt à tempore Machabæorum vsq; ad extremam Iudææ per Romanos euersionem. Hier. Albertus, Hugo, Dionys. Vatab. & Montanus, de vltimo excidio per Romanos facto explanant, quando vnusquisq; traditur in manu conciuis sui per sceleratissimos irruptores, vt scilicet Ioseph. lib. 1. de bello Iudaico c. 1. & lib. 6. cap. 2. & 4. & in

C manu regis sui, id est, principum fact. omnium, vt ait Vatabl. aut Herodis Agrippæ, Vespasiani, & Titi, qui conciderunt omnem Iudæorum terram; nec amplius liberati sunt de Romanorum potentia. Verum, quemadmodum diximus proponi in vniuersum tyrannicum regimen improborum pastorum, ita subiicit pœnam, quam illis comminabatur, & executioni demum mandauit. Sic dices, illi quidem nolebant parcere ouibus sibi creditis; & ego dicebam; nolo parcere habitatoribus terræ huius, sed tradam eos discerpendos in potestatem eius, quem proximum sibi putant, & in potestatem regis sui, qui eos vndequaque cōcidat; & non

D me vlla tanget cura eos eruendi. Hoc autem tunc implebatur, cum se induceebant Iudæi ad cultum vitulorum, & inde ad crudelem iniquitatem exercendam dilabebantur, & violentiam in seipsos; quam & reges inferebant subditis, vt constat ex historia Regum, & ex comminationibus Prophetarum.

Et pascam.] Hebrçum verbum וָאֶרְעֶה *vaerch*, futurum pro præterito ponitur, propter *vau* conuersiuum, vt Lyra, & recentiores interpretes accipiunt; *pascam* pro *paui*, aut *nutriui*. & licet Theoretus, Vatab. & Isidor. Christi verba esse putent boni pastoris, qui venit propter oues, quæ perierunt domus Israel; tamen communis sensus est, Hier. Remigii, Alberti, Hugon. Dionys. & Montani. Hæc

E verba Prophetæ suscipientis onus pascendi sibi à Deo impositum; ait enim, *& pasui*, pro *& cœpi pascere pecus occisionis*, vt mihi iniunxerat Deus Nam & futurum pastionis diuturnitatem significat, vt notat Montanus.

Propter hoc.] Particula Hebræa לָכֵן *lachen*, duo habet præcipua significata. Nam id est. quod ideo [illegible]

Gubernatorum gubernat quicquid in [illegible] factum populus.

6

Diuersæ expositiones.

Iosephus.

Verius de improbo regimine magistratuum.

7

Propheta cæpit agere pastorē.

8

ductus est populus meus. & v. 14. *propterea dilatauit infernus animam suam.* qua ratione Vulgatus hic vertit, propter hoc, I g. t. & Vatabl. Est etiam asseuerationis aduerbium, profecto. & ita accepit Pagninus cum dicit, *Pascam pecus occisionis, profecto pauperes gregis.* ... d inde p on meo feminetum c im arti... id m, quod ... vel *propter vos*, & ita vetti ... ostendunt Isido. & Montan. ego, ait, nutriui oues occisionis propter pauperes oues. ... sic ac... pit in Commentario; cum dicit ... ô pauperes gregis. Iam quorsum ita sit Propheta locutus ostendamus. Hieron. Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, & Dionys. nullo respectu habito ad superiora, sic efferunt: *Pascam oues occisionis, propter hoc, vel propterea ô vos pauperes gregis attendite iis, quæ dicturus sum.* Alii ad superiora referunt, vt Mõtanus: *pascam oues occisionis propter hoc,* quia mihi iniunctum à Deo est *pascere oues occisionis*. Vel vt Vatab. *pascam oues occisionis, propterea pascam pauperes gregis.* Hoc est, pascam gregem occidendum, quanto magis pascam mansuetos illius gregis? Tertiò alii, vt idem Montanus, exponunt. Pascam, seu nutriui oues occisionis, propter vos ô pauperes gregis. Hoc est; interim dum tempus mactationis appetit; sustinebo impios Iudæos occidendos, propter paucos iustos, qui inter eos conuersantur; de quibus dicit Christus Luc. 12. 32. *Nolite timere pusillus grex.* & Marc. 13. 20. *Propter electos breuiauit dies hos.* Itaque propter pusillum gregem conseruandum, quem non perdidit, patienter pauit eos, qui perdendi erant. Quem sensum innuit etiam Theodoretus. Est & optimus sensus, vt hæc particula reddat rationem initio redditam, assumendi onus pastorale. Dixit Deus Zachariæ: Pasce oues occisionis, quia alii pastores eas occidunt, & perdunt. Nunc eam ipsam rationem repetit. Et paui oues occisionis propter hoc, nempe, vt liberarem eas è manibus illorum improborum pastorum, assumpsi ego tam graue onus, misertus vestri, ô pauperes gregis.

In ostendit Deus propter iustos.

Sumit officium pastoris propter pauperes.

9 *Duas virgas.* Duos baculos pastorales, aut duo peda intelligunt alii, quæ diuersis temporibus assumpsit. Vnam vocauit נעם *nobham*, alteram חבלים *chablim*; quorum nominum prius inquiramus rationem, vt postea quid significent explicemus. Prius nomen, quia deductum est à verbo נעם *nagham*, quod est, pulchrescere, iocundum, pulchrum, decorum esse, rectè translatum est; decorem, pulchritudinem, iocunditatem, dulcedinem, mansuetudinem, seu elegantiam; significantem suauem, iocundum, ac pulchrum modum gubernandi, quo populus est gubernatus. Posterius est participium plurale verbi חבל *chabal, chobelim*, quod verbum significat, *obligare, corrumpere, dissipare.* Isa. 10. 27. *computrescet*, seu *dissoluetur iugum à facie olei.* & ita *chobelim* erit, dissipantes, corruptores. Significat & naucleros, seu gubernatores maris, vt Ionæ 1. 6. *& accessit ad eum* חבל *chobel, gubernator*; & Ezech. 27. & 8. quod inter nauis funiculos dissipantes versentur. Est & nomen חבל *chebel*, cuius plurale est *chabalim*, quod significat funiculos, quomodo vertit Vulgatus, vt & Aquila, & Symmachus; vt ait Eusebius lib. 10. de Demonstratione Euang. c. 4. & ipsi Septuaginta: sic formam gubernandi appellando, quod populum coërceret, quasi funibus, & quasi laqueo intercipere... quam n... en... m significat, quo capiuntur aues, ... quæ ... 18. 10. *Abscondita est in terra pedica ... eius*, ... *funiculus eius.* & cap. 40. 20. *An extrahere poteris Leuiathan hamo & fune ligabis linguam eius.* LXX. ... cunt; *Aut circumpones capistrum circa ... eius*... funiculos explicat ad metiendum ... Alia ... metiendas hæreditates ... populu ... dicitur est *funiculus hæreditatis eius.* ... duo omnino ... modi gubernandi hic explicantur, vna dulcis, ex amore nata, blanditiis alliciens. altera amara, terribilis, minis, ac suppliciis plena; quæ cædit, & dissipet, ac illaqueet subditos. & ...

Eusebius.

Duorum pedorum ratio, & etymologia

Iam ad varia significata harum duarum virgarum veniamus & ab antiquioribus exordiamur, vt inde in recentiores ... quamus. Et in primis Hieronymus, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, & Dionys. priorem virgam volunt esse tempus, in quo omnes sub Noë gubernabantur, sine discrimine, à Deo; posteriorem ... quando ceteris gentibus relictis, elegit ... populum, in funiculum hæreditatis suæ à tempore Abrahæ, vel exitus Israël de Ægypto. ... supracitato *virgam decorem* putat esse legem veterem, & vetus testamentum. at *virgam funiculum*, multitudinem illius gentis, cui data est lex. ... cur ita conceperit: ratio est, quia nomen *chebel*, quod vertitur *funiculus*, significat etiam turbam, aut cætum; vt 1. Reg. 10. 5. *Cum ingressus fueris vrbem, obuium habebis chebel gregem* aut cætum, aut chorum Prophetarum. Cyrillus, & Isidorus existimant *decorem* esse legem Euangelicam: *funiculum* vero legem veterem, quæ multiplicibus suis præceptis damnat, terret, & punit. Moyses Ægyptius libr. 2. Directoris cap. 44. per *decorem* intelligit tempus, quo ab exitu de Ægypto regebatur populus à Deo per Moysem, & ceteros duces ac reges: per *funiculos* tempus à rege Roboam; quando per impios reges gubernabatur. Alii per *decorem* intelligunt modum, quo populus administrabatur per vnum regem Saulem, Dauidem, & Salomonem: per *funiculum*, alterum à diuisione regni seruatum. Chaldæus Paraph. & ... per *duas virgas* duo regna accipiunt, in quæ post Salomonem, diuisum est regnum. Nam pulchrum fuit sub Ieroboam, qui populo libertatem promittebat: durum, & asperum sub Roboam, qui de consilio iuuenum dure populo locutus est. Montanus intelligit duos gubernandi modos, quibus per Sacerdotes populus est gubernatus: Priorem per tres illustres Machabæos, Iudam, Simonem, & Ionathan: Posteriorem per ceteros, qui eos secuti, per fas, & nefas, regium nomen vsurparunt. Vatablus *decorem* intelligit tempus præcedens Christi passionem; *funiculum* tempus subsequens vsque ad excidium Ierosolymitanum. Alii demum per *decorem* accipiunt doctrinam suauem, qua Christus vsus est in principio suæ prædicationis: per *funiculum*, asperam, plenam parabolis, & væ, in fine prædicationis. Sic sentiunt interpretes; quorum in sentiendo diuersitas ostendit summam rei difficultatem; nec satis tot sententiis exhau... ceat & hanc adiicere intelligentiam, ... virgas, seu duo peda simul sumpta ... habita, non vnum post alterum ... & ... care duos modos, quibus Deus vsus est in ... ando suo populo: non tempore dis... vnum post alterum

Expositiones duarum virgarum.

...uo m... more &

sed

A sed quando ratio prudentiæ exigebat, vt commune est cuique prudenti reipublicæ administratori. Vnus est per amorem, blanditiis, & beneficiis, & præmio alliciendo, alter per terrorem, minis, calamitatibus, & pœna afficiendo. Ille patris est in probos amorem suum ostendentis: quia oderunt peccare boni virtutis amore: hic domini, sæuique iudicis ac tyranni, suam sæuitiem in malos exercentis: nam oderunt peccare mali formidine pœnæ. Et illa quidem dicitur virga ferrea, qua supplicium infertur subditis non parentibus, iuxta illud Psal. 2. 9. *Et reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos.* Hæc vero dicitur aurea, & decora. Deus ergo cum aliquando amore vellet ducere
B populum suum; & non id succederet, vt putarat; confracta virga aurea; assumpsit ferream, & cœpit populum suum permittere suæ voluntati, & sinere Deum cultumque eius relinquere, donec discissus, ab hostibus perditus est. Atque hæc modo in vniuersum sint dicta, postea sigillatim explicanda.

10 *Et succidi tres.*] Mosem, Aaronem, & Mariam, exponunt Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, & Dionys. Diximus autem Michææ 6. Mariam præfuisse feminis, sicut fratres viris in ciuilibus, & sacris: & conuenit quod dicitur, vno mense succisos, quia ex Numer. 20. cap. colligitur, eo ipso mense Martio, quo Maria mortua est, latam esse illam mortis sententiam contra Mosem, & Aaron, v. 12. *Quia non credidistis*
C *mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Alias autem intra vnum annum decesserunt quadragesimo anno exitus de Ægypto; Maria quidem mense primo *Nisan*, Numer. 20. 1. qui nobis est Martius, die secunda, Aaron mense quinto prima die mensis, Numer. 33. 38. nempe nostro Iulio: & Moses die septima mensis *Adar*, qui est Februarius eiusdem anni quadragesimi exitus de Ægypto, vt constat Deut. 1. 3. c. 31. 2. & 34. 7. Sunt qui intelligant tres primos reges, Saulem, Dauidem, & Salomonem, qui populo vniuerso præfuere. Lyra, Ioram, Ochoziam, & Iezabel, quos interfecit Iehu, Dei iussu. Dauid Kimhi tres Iosiæ filios
D numerat, Ioachaz, Ioachim, & Sedeciam, qui intra 22. annos sublati sunt. Montan. putat esse tres filios Mathatiæ, Iudam Machabæum, Simeonem, & Ionathan, qui vno mense annorum, nempe triginta annis gubernarunt rempubl. eam. Alii tempore Christi sublatos putant reges Iudæorum, Prophetas, & Sacerdotes, qui breuissimo prædicationis Christi tēpore sublati sunt, vt vult Theodoretus: vel principes gentium, Israel, & Iudæ, qui tunc gubernabant, vt Isidorus: vel Sacerdotes, Magistratus, & Iurisperitos, seu Sacerdotes, Iudices, & Prophetas, vt Vatablus. Nam cessante lege per Euangelium, cessauit gubernatio legis, & ministri eius. Itaque hi fere vnum mensem breuissimo tempore explicant, & hyperbolice dictum putant.
E Videtur sane Propheta ad pastionis munus sibi commissum vti principalem, alios sibi inferiores pastores acciuisse, ac conduxisse, quibus partem gregis pascendi pro pastoritiæ artis peritia distribueret, solicitus de gregis incolumitate, & statim in primo limine impegisse: nam in ipso primo mēse sui officii adeo male successit pastio, quod grex

Tres pastores qui intelligantur.

Pastoris solicitudo in conducendis aliis ministris.

A ductus, & assuetus errare quacunque mallet, pastorum non subiiceretur curæ, nec sineret se ab illis duci, vt gregis dominus pastores conductos remiserit, & à gregis cura successerit, & gregem ipsum suæ voluntati permiserit, vt faceret quæ luberet, exerraret in deuia, & in se inuicem insurgeret, ac sese discerperet. Iuxta hanc pascendi rationem videtur Deo summo pastori accidisse in deserto; cum in ipso initio gubernationis populi, delegit Mosem, Aaron, & Mariam, vt dixit Hieronymus; & propter gregis duram ceruicem tædio affectus, voluit dimittere, & hostibus tradere, nisi Mosis precibus quiescere compelleretur, donec tandem, in petræ percussione, vitio rebellis gregis, Deo
B infidi, succidi iussi sunt, & propterea vno anno interiere. Dicuntur autem tres hi pastores succisi vno, id est, primo mense: nam vnus dici solet primus, vt Genes. 1 *factum est vespere, & mane dies vnus*, pro primus; & Haggæi 1. *in die vna*, pro prima mensis. & *mensis* capitur non precise, sed pro vna, & prima parte temporis pastionis. Nam primum cœpit Deus pascere populum suum ab exitu de Ægypto in deserto per Mosem, Aaron, & Mariam. Sumpta similitudine à conductione pastorum per menses, qui primo mense muneri cedunt, & abeunt nimio labore fatigati. Verum quia non tunc dereliquit populum Deus, quin Iosue, ceterosque duces, & reges illi præficeret, verius dicemus, tres pastores dictos succisos pro
C numero incerto, nam sic accipi ternarium numerum diximus super 1. Amos, vt *vno mense*, sit idem quod, singulo aut vnoquoque mense: atque ita dicat; cœpi pascere gregem; & ad id melius agendum conducebam necessarios pastores. At illi tædio affecti, ac defatigati infido gregis genio in vnoquoque mense abibant; cumque hoc sæpius accideret, ego quoque pastione eiusmodi fessus, succidi omnes illos pastores, & dereliqui gregem voluntati suæ, vt sine rege exerrarent, & sine Sacerdote, & absque Prophetis. Hoc tædio, ac dolore sæpe Deum constrictum voluisse populum illum durum, & inobedientem abiicere, ex libris sacræ historiæ, & ex Prophetis ipsis satis compertum est: & pro-
D pterea decreuit Deus decoram virgam abiicere, & funiculis vti; iuxta illud Christi Lucæ 13. 35. *Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos sub alas, & noluisti, ideo relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Expositio planior.

Numerus certus pro incerto.

Et contracta est.] Verbum Hebræum קָצַר *Katsar*, vnde oritur futurum: *Vatiktsar* quod hic ponitur, angustiari, & coarctare significat, & adiecta anima afflictionem notat, quam quis accipit ex re graui, & difficili, cum tædio, & nausea illius rei. Vnde Vulgatus Numer. 21. 5. vertit, *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* & sæpe exponitur verbo abbreuiari; & quidam hic dixit: & nauseat anima mea in eis. & Septuaginta, &
E grauabitur anima mea in eis: Symmachus, & Theodotion, & exanimata est anima mea in eis. *Et anima eorum variauit in me.* verbum בָּחַל *Bachal*, quod nusquam alias in sacris literis reperitur, est tædio, & angustia affici, & ex tædio abominari, & detestari rem. Septuaginta dixerunt: *Etenim animæ eorum rugiebant super me.* Aquila: *Anima eorum immaturauit in me.* Symmachus: *inualuit in me.* Re-

11 Interpretationis ratio.

 centio-

A

centiores vertunt, *anima eorum nauseauit in me.* vt Pagninus, aut, *abhorruit à me*, seu *detestata est me.* quod Vulgatus dixit, *variauit*, quia temere, & inconstanter fluctuarunt in cultu veri Dei. Sed quos refert pronomen, *meus*, & *eorum*? Multi putant *pastores* referre, qui propter imperitiam, & segnitiam male pascebant gregem, & idcirco succisi sunt à Deo tadio affecto. Vnde Moses Ægyptius loco citato notat, hic fieri allusionem ex permutatione literarum: nam quos cœpit Deus abominari, quod pessime pauissent gregem, vocauit *bhobelim*, à verbo בהל *bhabal*, dissipantes, seu demolientes: & actiuo hunc detestandi בחל *bakhal*. hi enim male pascebant gregem, & propterea Deus eos detestatus est, quod ipsi quoque eum fuerunt detestati. Verum quid dicemus de bonis pastoribus Mose, Aarone, & Maria; aut Saule, Dauide, & Salomone: aut tribus Machabæis? nunquid his ea verba conueniunt, minime, cum succisis illis pastoribus greges non fuerint relicti, vt statim hic dicitur. Quare verius accipiuntur hæc verba ouibus conuenire, quas Deus minatur se deserturum, ferens ægre quod nullum rectum pastorem reperiat, qui eas beneuole, & ex animo pascat: & propterea conclusit; *non pascam vos.*

Expositio communis contra pastores.

Expositio altera contra populum.

12 *Non pascam vos.* Despondentis animum verba sunt hæc de omnium incolumitate, & deserentis eas hostibus, & sibi inuicem diripiendas, iuxta prædictas expositiones. Nam Hieronymus, & qui eum sequuntur, explicant de defectione in deserto, cum nollet Deus Mosi; *sinite me, vt disperdam eos*, neminem vt eorum ingredi deinde terram promissam. Alii, vt Vat. Isidor. de defectione, quæ Christus Iudæos deseruit, quoque tradiderit Romanis. Alii aliter. At cum diae [illegible] ad ea quæ congruunt tempori Prophetæ, in ea parte pastore hos accipimus, verius est hoc intelligi de vniuersa populi defectione, quæ peccatis est in varia decidere detrimenta, in aduersa, violentias, & in ruinam, & huiusmodi, & tandem in captiuitatem, vt inimicum denotauit.

Defectio populi quousque capti vos ducere sit.

13 *Et tuli virgam.* Hieronymus explicat de abiectione omnium nominis, & electione populi Israel, quam vocat *funiculum*. Verum omnes alii intelligunt contentionem virga *decorem*, significare Deum pertæsum & infestum omnibus male sibi deditis, & indemnabiliter, abiecto omnino decore eum illum modum in pascendi, & gubernandi per amorem, & paternam beneuolentiam. Nam hoc est, dicere fregi ouem, & suæ voluntati reliqui, abiecta pietate, & virga, pro sollicitudine legis, [illegible] & Iudæos, tum [illegible] [illegible] hostibus tradens.

Abiecto amore, cœpit eius populum punire.

14 *Irritum.* [illegible] hoc fœdus, quod irritum fieri dicitur post [illegible] suam virgam decorem, difficile explicatur. Hieronymus, & alii omnes fœdus sunt [illegible] intellegunt, quo gentes olim reiectæ sunt contra Iudæorum & cultu Dei, & à populo electo, vt Genes. 17. 2. *Pactum meum sanctum inter me, & te & semen tuum.* & Deut. 7. 6. *Te elegit Dominus Deus vt sis ei populus peculiaris, de cunctis populis qui sunt super terram*, propterea dicebat Christus, *non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Quod fœdus irritum factum est, nam ostio gentibus aperto, [illegible] ad ullæ sunt ad gratiam Euangelii, [illegible] populo Iudæorum [illegible] Montanus exponit [illegible] Machabæorum cum Romanis,

Fœdus quondam irritum.

B

C

D

E

& Spartiatis, quod paulo post illos cœpit labefactari, donec omnino discissum est. Quod si modus gubernandi paternus abiicitur, abiecta virga dicta *Decore*: & ex consequendi irritum fit pactum cum omnibus populis initum, non aliud esse potest id scilicet, nisi quo Deus tenetur cum hominibus agere, vti patet ex charitate, & clementia, & homines tenentur Deo vti filii obedire, & eum beneuole colere; iuxta illud Hoseæ 11. 4. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis*, id est tractabo eos vt homines, qui amore, quasi fune trahuntur, & ligantur, quasi vinculis, charitate: non vt belluas, quæ fuste ducuntur, & calcari. Qui ergo abiicit humanum modum agendi cum hominibus, abiicit simul fœdus amoris, & charitatis cum omnibus populis initum, vnum Deum colendi ex amore, atque perpetuo adhærendi. Vt sane irritum est ab ea die, & hora, qua Deus decreuit homines, non vt homines tractare, sed vt belluas.

Pactum Dei agendi cum hominibus amore, non timore.

Et cognouerunt. Nempe Israelitæ, gentibus abiectis, se in peculiarem populum electos, & ita impletum verbum Domini, quod promisit Abrahæ Isaac, & Iacob, de semine suo eligendo. Sic Hier. Remig. Albertus, Hugo, & Dionys. Alii explicant de iis qui Christo crediderunt, qui quidem pauci agnoscebant vere esse verbum Dei Christi doctrinam, nec offendebantur, vt Scribæ, & Pharisæi, iuxta illud Matth. 11. 6 *& beatus, qui non fuerit scandalizatus in me.* His enim datum est, intelligere verbum Dei, de quibus dicit, *& agnouerunt sic pauperes*, aut *humiles gregis, custodientes mihi*, vel me, hoc est, mandata mea. Vel *qui fecerunt voluntatem meam*, vt ait Chaldæus: sic ergo cum illis, qui in grege eo erant mansueti, & humiles, & obseruabant Dei voluntatem, videbant à pastore, abiecto decore amoris, & humanitatis, & clementiæ, gregem rebellem perrumpi, & omnino deleri, tradique discerpendum lupis, stupefacti dicebant, verbum Dei esse id quod Deus iussit fieri, qui non permittit se latam abire impunitum; nempe id contemplantur, & obseruant, qui Deum, vti preciosissimum thesaurum custodiunt, pauperes spiritu, humiles, & inertes, ac tam copioso diuites thesauro. 15

[illegible], & miteres contemplantur, & colunt Dei iudicia in improbis delendis.

Si bonum est. Quos his verbis alloquatur non conueniunt interpretes. Communiter intelligunt auctores ad Iudæos esse sermonem in vniuersum, quos Deus obiecerat. Nempe ad gregem durum, & rebellem, quem decoro pedo nolebat pascere Propheta. Hieron. tamen cum iis, qui eum sequuntur, affirmat, ad pauperes gregis loqui Prophetam; & constat ex illis verbis. *& dixi ad eos*, nempe ad pauperes gregis, paucos illos quidem, & qui custodiuntur mihi nempe Deo, vt legunt LXX. & qui animaduerterant, Dei opus esse, quod in grege repellendo, & dissipando fiebat. At his paucula aliquas reliquas, quæ seruatæ erant prophetæ, qui vt notat Montanus, tenera in herba, vt is fertur, in sua persona expressit, qua personam Christi, & gesta in eo [illegible] rep æsentauit, sic locutus est. Reliquæ [illegible] abiere à [illegible] pro [illegible], absque vllo mercede emolumento impenso, absque vllo mercede persoluta, pro mea in illis pascendis opera, pro toto labore, & solicitudine: Vos, quæ mihi seruatæ estis, 16

Loquitur pauperibus gregis.

Deus mercedem postulat pro sua cura pastorali.

vultis abire? Quod si mea opera, mea cura, & solicitudo pastoritia placet vobis, decernite aliquā mercedem pro meo munere obeundo. Quod si mea custodia non placet, cessate, & me liberum abire permittite. Id scilicet agebat Propheta cum ipsis ouibus, quod olim fecit Iacob cum Laban, qui peiores partes semper tulit ex gregibus. Id quoque Christus cum ouibus, ad quas pascendas missus fuerat; cuiusq; gestum repræsentabat Propheta, Iudæ proditione diuenditi, vt hic omnes affirmant, Hieron. Theodoret. Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatabl. Mont. & Isidor. cum Matthæo ipso cap. 27. qui de Iudę proditione est hunc locū interpretatus. Aut certè mercedem postulat pro obito iam munere, tempore, quo gregem pauerat: at postquam pedo exciso illum abiecit, aut paucolis ouibus: statuite aliquam mercedem, ne abeam absque emolumento, ex præterita cura suscepto: quod si nihil dare velitis, nihil curo, vos cessate, ego contentus meo munere rectè obito, quo libuerit discedam. Et hoc significat quod dicit; *afferte*, vel *date mercedem meam.*

17 *Et appenderunt.*] Hoc est, ponderauerunt mihi, nempe sub pondere soluerunt; non enim numerabant precium alicuius rei, sed ponderabant, vlu gentis, vt Ierem. 32. 9. *Appendiq; ei argentum septem stateres.* Isaię 55. 1. *quare appenditis argentum, & non in panibus.* Appenderunt ergo Zachariæ pro mercede impensæ operæ in pascendo oues triginta argenti, nempe siclos. Nam sic loqui, & subintelligere solet Scriptura: & Vulgatus solet, & *argenti siclos*, & *argenteos* vertere. Sic Gen. 37. 28 Ioseph dicitur vēditus *viginti argenti*. Chaldæus dixit, *viginti argenti siclis* Vulg. *viginti argenteis*. & quod 3. Reg. 10. 29. & 2 Paral. 1. 17 dicitur, *educebatur quadriga ex Ægypto sexcentis argenti*, Vulgatus dixit *sexcentis argenti siclis*, & *sexcentis argenteis*. Ita eadem summa pecuniæ erat appensa Zachariæ pro suis operis; & pro pretio Christi, triginta argenteorum, siue siclorum argenti. Cumq; siclus tetradrachmos sit, & singulis drachmis respondeat ferè regalis Hispanus, triginta argentei valebunt centum viginti regales Hispanos; vt latius diximus super 8. caput Amos num. 8.

Precium sinium Prophetæ pro pastione.

18 *Ad statuarium.*] Hebraicè, *proiice eam ad* היוצר *haiotser.* quod quidem nomen à radice יצר *iatsar, fingere*, aut *ex luto facere, figulum, plastem*, seu *fictorem*, propriè significat. Isaiæ 29. 16. *Quasi si lutum contra figulum cogitet: & figmentum dicat fictori suo.* & cap. 44. 9. *Plastæ idoli omnes nihil sunt.* Threnor. 4. 2. *quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?* Atque ita acceperunt Aquila apud Eusebium lib. 10. de Demonstratione 4. Dimitte eos in conflatorium; proiice illud ad plastem, & proieci illud in domo Domini ad plastem. Et Hieronymus in huius loci commentario: Proiice, inquit, illud ad statuarium; pro quo in Hebræo legitur יוצר *iotser*, id est, τὸν πλάστην, quem nos fictorem, & figulum possumus dicere. Et statim; pro plaste, atque fictore statuarium olim interpretatus sum, verbi ambiguitate compulsus, quod statuarium, fictoremque vno sermone significat. R. quoque Abraham sic intellexit, tum & Tigurina, Montanus, Isidor & Robertus.

Lectionis ratio.

Ita nomen acceptum Deo rerum omnium primo effectori accommodant Hieronymus, Rupertus, Lyra, & Dionysius: proiice eos, inquit, ad Deum formatorem omnium, qui nouit quo pretio quæque res sit æstimanda, vt perpendat vilitatem pretii, quod mihi solutum est pro mearum operarum labore. Vnde subdit: & proieci illos in domum Domini ad statuarium. Et cum LXX. Aquila, & Symmachus vertunt, *proiice illos in conflatorium*, hunc sensum insinuarunt, vt exposuit Theodoretus, id est, in domum Domini, vt periculum faciat Deus an hæc sit iusta tanti beneficii merces. Montanus ex Matth. 27. interpretatur argenteos illos iussos proiici ad figulum, vt darentur figulo pro agro suo. Certè Propheta iussus est proiicere argenteos ad figulum templi ministrum, qui ex officio fingebat, vel curabat effingi necessaria templo vasa, nam ex eo quod subiicit, proiecisse in domum Domini, certum facit fuisse templi ministrum, aut officialem.

Loco datum & fumandū.

Vulgatus interpres, cum sæpe alias prædictum vocabulum *iotser* plastem, figulum, aut fictorem transtulerit, qui ex luto format aliquid, hoc loco statuarium vertit; nempe eum, qui ex ære, aliove metallo fusoria arte signa conficit, aut statuas; qui idem conflator dicitur, qui igne liquefacta metalla commiscet, & conflat sculptile; aut statuam aliquam; vnde fornax euiusmodi conflatorium dicitur; qua ratione LXX. Aquila, & Symmachus verterant hunc locum; *proiice eos ad conflatorium*: nempe, vt artifex conflet ea, & in massam commisceat: nam statuarium in templo fuisse quemquam, vbi statuæ confici vetabantur, credi non potest.

Statuarius non semper faciebat.

Chaldæus Paraphrastes, & Dauid Kimhi, quos sequuntur Pagninus, & Vatabl. putant in eo vocabulo *iod* positam pro *aleph*, quod hæ literæ facilè permutentur pro אוצר *otser* autem *thesaurarium* significat, seu præpositum thesauri; vnde Chaldæus sic exponit. *Proiice illud in domo sanctuarii Domini, sub manu præpositi magni*: nempe ad thesaurarium, vt alii vertunt: & tamen nusquam alias eiusmodi constat facta in hoc vocabulo permutatio literarum.

Sed quorsum iussum est Prophetæ vt proiiciat 30. argenteos coram cōflatore, statuario, aut thesaurario templi? Nempe per despectum quēdam, vt proiectione sua indignabundus ostenderet, quam vili pretio sese, suasque operas æstimarent. Vt constat ex illis verbis ironice dictis; *decorum pretium quo appretiatus sum ab eis.* Num proiecit vt cultui diuino deseruiret, quod suo vsui non foret tam vile pretium? vt accepturi vilem pecuniam, despicientes iubemus eam donari pauperibus, aut in templorum arculas mitti, seu in gazophylacium, in quod mittebant quod lubebat; vt vides in Marco cap. 12. vers. 41. vbi sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs; & multi diuites iactabant multa. & vidua pauper misit duo minuta. Aut certè, vt proiiceret ad conflatorem, aut effictorem vasorum templi, vt ex illis argenteis conflatis vas aliquod conficeret, aut alii adduceret, quod templo deseruiret. Aut demum quod ex templi ministris pretium illud accepisset, illis restituisset, siue conflatori metallorum, siue thesaurario, quorum intererat; ne putarent tales operas tam vili pretio comparandas: scilicet volebat significare Deus non suo officio, quo tam benigne populum il-

Argentei proiecti per quendam despectum.

Non satis faciunt ca-

lum curabat; satisfactum fuisse externo illo templi cultu, & sacrificiis; quibus putabant, Deum sibi deuinctum tenuisse, quasi eo vili pretio comparatum.

Iam pro huius Prophetiæ plena intelligentia videre oportet, num eam referat Matth. c. 27. 9. cum ait. *Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam dicentem; Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus?* Communis interpretum sensus est referri hanc Prophetiam à Matthæo. Ad id verò quod opponitur, Ieremiam citari ab illo, non Zachariam, respondent Euseb. libr. 10. de Demonstrat. c. 4. Rupertus, & Caiet. super Matthæum, librarii erratum fuisse, qui pro Zacharia posuerit Ierem. Alii binomium fuisse Prophetam, dictumque & Ieremiam, & Zachariam, quod non fuit infrequens Iudæis, auctore Hieronymo aduersus Heluidium. Aut certè Matthæum non nominasse Ieremiam, sed tantum dixisse; *quod prædictum est per Prophetam* Nam ita olim in quibusdam codicibus reperiebatur, & ita habet Syriacus, quem omne legimus, idque notat Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum c. 7. Refertur autem Prophetia nonnihil immutata, quia applicata ad rem præsentem, ideoque non mirum si personæ mutentur: sic enim solent Prophetiæ veteres ab Euangelistis citari.

Sunt alii, quibus videatur non esse hanc Prophetiam citatam à Matthæo, sed alteram ab Ieremiis prænuociatam, quę non extat. Sic sentit Tertullian. libr. 4. aduersus Marcio. cap. 39. Origen. Tract. 35. in Matthęum, Eusebius loco iam dicto, Hieron. in Matth. Rupertus, & Caietanus. Idque in primis certum facit; quod Matthæus refert Ieremiam, non Zachariam, vt legerunt etiam vetustissimi Patres, Origenes, Eusebius, Hieronymus, Augustin. & correctiores codices habent; & tandem iussu Concilii Tridentini correctus, quare nulla ratio cogit affirmare erratum esse librarii. Deinde quia satis longe diuersa sunt verba Zachariæ; *Et appretiauerunt mercedem meam triginta argenteos: & dixit Dominus ad me. Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini, ad statuarium*, à verbis citatis ex Ieremia. *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.* Demum quia longè quoque diuersus est sensus. Nam Zacharias pretium postulauit pro suis operis. & dati sunt triginta argentei. Et quod vile pretium esset, iussit Dominus Zachariæ, proiicere illud ad statuarium, qui erat in domo Domini, nempe ad Deum, vt multi interpretantur, non ad figulum, vt contendunt interpretes; aut eo nomine explicãt Deum rerum effictorem, non figulum agri dominum, vt quidem proiecit iussu Domini Propheta. quid autem factum sit de eo pretio nihil dicit Zacharias. At Ieremias quid de eo pretio futurum esset explicuit, cum dixit; & templi ministri acceperunt triginta argenteos, quod erat pretium Christi appretiati à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, vt eum emerent, sicut constituit mihi Dominus: quod quidem non videmus iussum Zachariæ. Et Zacharias quidem ipse est appretiatus, & ipse acceptos nummos iussu Domini proiecit in domo Domini, ad statuarium, præ indignatione vilis pretii. At Ieremias dicit, Sacerdotes templi accepisse illud pretium, oblatum a Iuda, & emisse ex illo agrum figuli: vt constituerat illi Dominus.

Nihilominus sicut Zacharias in sua persona referebat Christum; ita & facto suo. Nam quemadmodum pro suo munere pastoritio exigebat pretium, fidem, & pietatem ex corde; & datũ est pretium vile triginta argenteorum. Ita Christus postulabat à Iudęis pro suo euangelizandi munere, vt sibi crederetur, & vt Deus coleretur. At illi pretio 30 argenteorum eũ æstimauerunt; & ut Propheta indignatus, quod tam vili pretio fuisset æstimatus, & precium proiecit, & eos, qui pretium illi dederunt: ita Christus proiecit Iudæos, & tradidit Romanis deuastandos.

Ne verò dicamus Zachariam Iudæ personam, & Christi simul retulisse; videtur verius diuersam esse Prophetiam Zachariæ, & Ieremiæ. Nam & Hieron. super 27. Matth sic ait: legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazaręæ sectæ mihi Hebræus obtulit, Ieremiæ apocryphum, in quo hæc ad verbum scripta reperi.

Et præcidi virgam.] Mox, vt abiiciebat, aut confringebat virgam decorem; quando populũ Deus ducebat amore, cæpit illum gubernare altera virga funiculorum dissipantium omnia, & percutientium rebelles, suppliciis afficiens, & populum ipsum paulatim dissoluens; & ita dicebat: non pascam vos baculo suaui, & virga decore; quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnusquisq; carnem proximi sui. Sic sane cœpit dissoluere germanitatem, quæ erat inter Iudam, & Israel sub Dauide, & Salomone: & diuisum est regnum sub Roboam in duas partes, & deinceps se inuicem mordebant, deuorabant, interficiebant, & dissipabant Ideoq; variis virũq; regnum suppliciis, & captiuitatibus puniebat Deus; nam partim Assyriis, partim Chaldæis tradidit. Libertate donata iterum in eandem germanitatem conuenerunt; & cum ab ea defecissent, similiter variis modis plexi sunt, donec tandem sub Christo Domino, cui subiici, vt regi, deberent, in varia studia discessi, quidam ei adhæserunt, nempe Iudas; sic vocantur, qui factionẽ veri Dauidis secuti sunt: quidam, & plurimi adhæserunt eius aduersario Ieroboam, dæmoni, qui dicuntur Israel. Sic quoque dissoluit germanitatem pristinam & grauiora cœpit quotidie inferre supplicia, donec tandem dissoluit & hanc virgam; & noluit nec illum populum dure gubernare, sed omnino disperdere, ita vt nunquam amplius ad solitam dignitatem regni, ac reipublicæ redierit. Ita dissoluit alteram virgam, quæ dicebatur funiculus, dissoluta omninu germanitate, quę erat inter Iudam, & Israel, sub eodem cultu, & regno. Hanc formam ducendi populum ponebat ante oculos Zacharias pauperi gregi populi redeuntis è captiuitate, vt sibi caueret; ne caderet ab statu, in quo erat, vt maiores ceciderant. Tunc ergo omnino confregit virgam secundam, quando populum rebellem permisit Romanis dissipandum, & perdendum, vt videtur Hieron. Theod. Albert. Hugoni, Lyræ, Dionysio, & Vatablo, abolita lege quæ eos in germanam societatem, coniungeb.

Sententia referri à Matthæo Zachariam.

Zacharias & esse ... Christum.

Diuersa Prophetia Zacharia & Ieremiæ.

19

Modo ... cœpit Deus ... dato rege.

A Montanus intelligit de debili modo regendi; post Machabæos, quando Hircanos, & Aristobolus fratres de regnu contendebant; tunc enim res Iudæorum cœperunt labefactari, & in deterius abire. Alii aliter; sed quod diximus communius est, & omnia comprehendit.

20 *Vt dissoluerem*] Quemadmodum cum præcidit virgam decorem, omnem rationem gubernandi ex amore reliquit, ita modo præcidens virgam dissoluentem, aut dissipantem, & perimientem, relinquit alterum modum gubernandi, & omnino relinquit gregem dissipatum, lupis, Romanis, vt iam seorsim viuant, qui sunt ex Iuda, sub Christo, & qui sunt ex Israele, cum diabolo. Sic intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Hugo, & Dionys. cum aliis, dissolutam germanitatem, quam Septuaginta vocant fœdus, in quo omnes conueniebant sub eadem lege, & cultu. Nam infideles Iudæi dispersi per orbem, non solum non sunt aliorum germani, sed serui; nam sub fidelium dominatu degunt. Montanus germanitatem dissolutam dicit per factiones fratrum, Hircani, & Aristobuli. Vatablus etiam sic; omnes Iudæi conuenerunt in vnum, clamantes, *crucifige, crucifige eum*; in cuius peccati pœnam per Romanos in varias orbis partes dispersi, soli a illa ipsa germanitate, qua erant colligati, ignorant ex qua sint tribu, aut familia. Vnde particula, *inter*, non ponitur vt condistinguat Iudam carnalem ab Israele sed pro, in, sumitur, vt cum dicimus, *inter Christianos quidam probi sunt, quidam reprobi.* Si *inter Iudam, & Israel*, hoc est, ex Iudæis, & Israelitis quidam Christo adhærebunt, quidam obstinati iiæ impiæ opinioni: & ita dissoluetur fraternitas, qua colebant vnum Deum, vno cultu, sub eadem lege veteri.

Germanitas populi dissoluta per Romanos.

B

C

Germanitas dissoluta dum quidam Christo, a Iudæismo adhærebant.

21 *Adhuc sume*] Postquam egit, Dei iussu, Propheta peritum, ac prudentem pastorem, qui omni modo, modo terrore, modo beneficiis alliciendo, modo suppliciis agitando, pascit gregem, ad eius salutem curandam, & incolumitatem. Nunc iubetur agere personam pastoris imperiti, & stulti, qui sola in intendat suã vtilitatem, cum quocunque gregis incommodu, etiamsi oporteat interitum obire; quo doceat Iudæos è captiuitate redeũtes, in quem captiui pastorem inciderint, quod respuerint Deum bonum, prudentissimumque pastorem: & in quem casuri sint, si Deo, à quo fuerant liberati, non paruissent.

Stultum pastorem tempore captiuitatis opponit Deo prudentissimo.

D

22 *Vasa pastoris stulti.*] כלי *Chli* singulare nomen est *vas*, vt vertunt Pagninus, Vatab. & Isidorus: significatque hoc loco *peram pastoralem*, vt explicat Vatablus; vsu Scripturæ, quæ sic solet accipere, 1. Reg 17.49. *Misit Dauid manum suam ad vas*, id est, *ad peram, tulitque vnum lapidem.* & v. 40. *Elegit sibi limpidissimos lapides, & misit eos in vase pastorum*, id est, in pera pastorali. Verum Septuaginta, Vulgatus, & Tigurina vt plurale vertunt, *vasa pastoralia*, accipientes singulare pro plurali, aut certè plurale כְּלֵי *chele* legentes, quod in vno puncto *tsere*, aut *chiric* differt à singulari. Et cum nomen generatim quodcumque instrumentum significet ad quoscumque vsus vtensilia; instrumenta musica, & supellectilia, hic, ex adiecto possessore, significat instrumenta pastoralia. Sed quæ dicuntur hæc vasa? quis sit pastor stultus? Theodoretus stulti pastoris nomine non accipit pastorem imperi-

Lectionis ratio.

E

Pastor stultus iniquus & sæuus.

A tum, ignorantem, aut rudem, qui nesciat oues custodire: sed sceleratum, & suæ vtilitatis amatorem & prudentem conquisitorem, deniq; iniquum, & sæuum, vt 2. Reg. 13.12. dixit Thamar fratri suo, *noli facere stultitiam hanc*, id est, tantum facinus. Psal. 13.1. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Vasa autem huiusmodi pastoris Dauid Kimhi, & Vatab. intelligunt peram pertusam, quæ nihil valeat cõtinere: existimant scilicet, inscium, rudemque describi pastorem, è cuius pera ipsa necessaria dilabantur. Hieronymus, Lyra, & Dionysius, insignia pastoris explicant, habitum, peram, baculum, fistulam, & sibilum; eadem quæ probus pastor afferret, vt referret habitu prudentem pastorem; reuera longe abesset ab eius officio, vt vocari merito posset idolum, quod præter pastoris figuram amplius habet nihil. Verius Cyrillus, & Montanus diuersa instrumenta designant sceleratí, sæuique pastoris, illi peculiaria, ad tondendum oues, confringenda earum crura, & cædendum: arma scilicet, baculum grauem, gladium ad iugulandũ, forcipes ad tondendum, peram ad sibi necessaria portandum; & amplius nihil ad curandum oues. Atq; ita esse constat: quia iubet Deus Prophetæ, vt sumat vasa pastoris stulti, opposita vasis pastoris periti, vt pelliculam abiiciat, qua pastor similis sit ouibus: sibilum, vt alliciat, pro clamore terrente; pro leuiori baculo sumat grauiorem; pro fistula vocante, toruum, & fugantem vultum, & linguam malè gregi precantem; gladiumque necem comminantem, & eiusmodi. Deinde, quia ex effectis constat, his vasis adornatum esse pastorem istum, qui nihil boni curet ouibus, sed earum comedat carnes, & vngulas dissoluat: & demum quia grauiter increpatur, quod derelinquat gregem, & gladium habeat in brachio, & in voluntate; quo iugulet oues.

Vasa pastoris stulti, ad exercendã sæuitiem.

B

C

23 *Ecce ego suscitabo.*] Iam explicat quis sit ille stultus pastor, quem suo habitu retulerit Propheta. Induc, inquit, habitum pastoris illius, quem ego sum suscitaturus, & creaturus in terra hac, nempe in Iudæa, vt indicat Hieronym. dum probat Antichristum sedem suam constituturum in templo Dei, in Ierusalem; & asserunt Vatabl. & Montan. Pastorem hunc stultum, & immanem Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Haymo Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Isidorus, Antichristum explicant, quem sibi præponent caput Iudæi, qui Christum accipere noluerunt, iuxta illud Christi ipsius Ioan. 5.43. *Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Sed hanc intelligentiam facile conuellet, qui conditiones pastoris stulti à Propheta, Deoque subiectas paululum expendat: qui futurus prædicitur crudelis in oues sibi ad pascendum assumptas, quas non sit curaturus, sed nociturus, & omnino perditurus, non quoad animam, sed quoad corporis incolumitatem. Cũ enim tamquam vltor, & carnifex adducatur hic tyrannus ad supplicium ouium, quæ Dominum pastorem repulerunt, quoad corpora, tyrannidem, & sæuitiem exercitarus prædicitur in Iudæos. At Antichristus suscipiendus est à Iudæis tamquam proprius rex, & Messias, quem expectant, eumque sunt adoraturi, & sequuturi, tamquam pastorem lenem, & benignum, qui pro eis sit contra omnes reges pugnaturus. Iudæis itaque

Sententia 1. Antichristus pastor stultus.

D

Refutatio

E

venturus est, qui eum honorificè excipient, & vt
regem salutabunt; vt asserunt Hyppolitus martyr
in Orat. de consummatione mundi, Ambros. in
c.13. Apocalypsis, Hieronymus q.11. ad Algasiam,
& Damascenus lib.4. fidei c. 27. quos sequuntur
reliqui. Quomodo ergo Antichristo conuenire
poterunt conditiones stulti, crudelisque pastoris?
qui licet in fideles, qui non erunt ex ouibus illius,
sed Christi, crudelissimus futurus sit; non tamen
in Iudæos, & reliquos, qui eius dominatui se sub-
diderint. Idcirco sunt qui hoc nomine intelligāt
somniatores, & vaniloquos, quales erant Phari-
sæi, qui humanas, propriasque doctrinas populo
obtrudebant, suaque commoda quærebant: qui-
bus adhærebant, qui Christum repellebant, eu-
iusmodi multi fuerunt pastores in populo Dei,
contra quos loquuntur Prophetæ, vt Ezechiel.
cap. 34. qui similes pastoris Zachariæ refert con-
ditiones. Verum hi erāt sub Deo pastores ouium,
quos propterea increpabant Prophetæ, quod suo
munere, iuxta Dei leges, nō fungerentur. Hic au-
tem, de quo loquitur Zacharias, oues à Deo re-
pulsas suscepit, ut est sub suo dominatu. Monta-
nus Herodem magnum, eiusque posteros, vsque
ad Agrippam intelligit, qui adeo crudeles fue-
runt in Iudæos, sua vt omnino commoda quære-
rent, & nihil vlterius. Theodoretus, & nonnulli
alii volunt hunc esse Antiochum Epiphanem re-
gem impiissimum, qui, vt dicitur 1 Mach. 1. v. 57.
*Ædificauit abominandum idolum super altare Dei, &
aras per vniuersas ciuitates Iuda erexit*, in figuram An-
tichristi.

Sententia 2 de malis populi pastoribus.

Refutatio.

Sententia 3 de Herode & Antiocho.

Etenim, si oues, quod noluissent Deo pastori
bono & sapienti subiectæ esse, & neque baculo
ab eo duci decoro, & suaui, neque graui, & percu-
tiente ad emendationem, idcirco desertæ ab illo,
in pœnam traduntur pastori stulto, & insipienti,
qui eas confringat, & enecet, cogimur hunc pa-
storem intelligere illum omnem, cui Deus per-
misit populum suum percutiendum captiuitate.
Contendit sane Zacharias, vt iam non semel di-
xi, exemplo præteritorum, inducere Iudæos, qui
redierant Babylone, in officio permanere, & ve-
rum Deum pastorem benignum semper sibi re-
tinere, ac vereri; ne tradantur pastori stulto, qui
turbulenter, & crudeliter eos gubernet. Scilicet,
ne quemadmodum prius ita Deus Iudęorum gu-
bernationem reliquit, vt eos gubernandos tra-
diderit tyrannis Assyriis, & Chaldæis, vt Salma-
nasari, & Nabuchodonosori; qui eos captiuos ea-
pulerunt è patriis sedibus in Assyriam, & Chal-
dæam: ita posterius illis accidat, vt relinquantur à
Deo, & tradantur Romanis dissipandi, & disper-
gendi in mundum vniuersum, sine rege, sine le-
ge, sine sacerdotio, & templo, & sine forma rei-
publicæ; subiecti alieno dominatui eorum, qui
eos grauiter affligant, & puniant verbis, verberi-
bus, & duris oneribus. Hoc est enim quod dicit
Propheta, *quia ego suscitans pastorem in terra*, hoc est,
ego sum, qui suscitare soleo pastorem aliquem,
aut tyrannum, qualem suscitaui Nabuchodono-
sorem: qui vlciscatur me, quem deseruistis, de vo-
bis: nisi in officio permanseritis; nam in Hebræo
participium est præsentis, quod consuetudinem
agendi significat. Hos verò tyrannos pastores
vocari, non difficile constabit. Isa. 44. 28. ait Deus,
Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem

Sententia 4. de Romanis quibus traditi sunt Iudæi à Deo derelicti.

A *meam complebis*. & Ierem. 6. 3. duces Nabuchodo-
nosoris pastores vocantur, *Ad eam*, inquit, *venient
pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in cir-
cuitu; pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt*;
qui Iudæos duxerunt, vt gregem direptum in
Chaldæam, vt refertur Baruch 4. v. 24. & de prin-
cipibus Assyriæ, & Niniues dicitur Nahum 3.
vers. 18. *dormitauerunt pastores tui rex Assur*. Simi-
les his pastores fuerunt Romani, qui quasi gre-
gem direptum in omnem orbem duxerunt Iu-
dæos.

Quæ derelicta.] הַנִּכְחָדוֹת *nichadoth*, oues excisas, seu 24
succisas significat, vt verterunt Pagnin. & Tigur.
hoc est, lassa pecora & grauiter ægrotantia, vt Hie-
ron. in Comment. explicuit, & Vatabl. Significat
B & occultas, seu absconditas oues: quam rationem
sequuti Septuaginta, & Vulgatus, verterunt *dere-
lictum*, seu *derelicta non visitabit*; hoc est, ouem, quæ
remanet intra dumeta præ lassitudine latens, non
inuiset: multo minus quæret, vt bonus pastor,
qui ouem perditam tanto cum labore requisiuit.

Stulti pastoris incuria.

Dispersum non quæret.] הַנַּעַר *hanahhar* puerum 25
significat; vt hic verterunt recentiores, secuti Daui-
dem Kimhi, vt Pagn. quod pusillum est non quæ-
ret: Vatab. quod iuuene est, vel vt alii, nec agnellū
masculum requiret. Hoc est; agnos teneros, qui
ludi gratia à cetero grege remoti, per varias partes
discurrunt, & vel per incuriam, vel inscitiam ad
gregem non redeunt, non requiret. Quod si ad
C nominis etymologiam respiciamus, nahar dictus
est puer à verbo nahar, quod significat excutere,
vt puer dicatur, quasi excussus à cura; quam ratio-
nem secuti Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus
hic dixerunt; *excussum*, vel *dispersum non quæret*, hoc
est, agnellum longè remotum à grege non cura-
bit requirere. Contritum, saucium, confra-
ctum aut læsum baculo pastorali, aut casu ali-
quo non sanabit, vt constet pastoris huius crude-
litas.

Teneros agnos non requirit.

Id quod stat.] Nempe ouem, quæ præ lassitudi- 26
ne, aut præ macilentia consistit, & alias oues sequi
non potest, vt Dauid Kimhi, Vat. & Mont. intel-
ligunt. Aut ouem firmam, integram, & validam,
D vt Septuaginta, & Tigurina. Aut quod stat reclu-
sum in caulis, vt alii, non יְכַלְכֵּל *iecalchel*, à verbo
calcel, quod significat *cibare*, *alere*, aut *ferre*, aut *conti-
nere*; non portabit humeris lassam ouem, aut non
sustentabit, vt Vatab. explicat & Pagnin. & ante
eos Hieron. cum dicit; lassa sustentat: non enim
æquè fert iniquus pastor remorari paululum, cum
ouis lassa consistit, vt faciebat Iacob cum paruu-
lis suis agnellis: nec curat eam accipere, & hume-
ris portare. Aut vt alii cum Vulgato; non cubabit,
non alet, aut pascet, nec sustentabit, ducens ad
pascua feracia. Aut non curat pastum ferre ouib.
remanentibus in caulis reclusis. Itaq; neque curat
E ouium commoda, sed magis illis infert grauia in-
commoda.

O pastor.] Hebraicè *Hui pastor* אֱלִיל *elil*. Hoc 27
nomen significat, *nihil*, *vanum*, *inutile*; & ita hic Va-
tabl. cum aliis vertit, *ô pastor nihili*, aut pastor inu-
tilis. Aliis videtur deduci à nomine אֵל *Deus, Fortis*,
seu אֱלֹהִים *Elohim*, quasi paronomasia quadam
factum sit אֱלִילִים *Elilim*, quod nomine, & simi-
litudine cultus, referat verum Deum, non sit tamē
Deus, sed quasi dicas לֹא אֱלֹהִים *lo Elohim non Deus*,
vmbra Dei, seu inops, quòd nullam consolationem,

opem

Paſtor ool-lum ſpem afferens omnibus.

opem nullam ferre poſſit. Ideo Iob. 13. 4. quod dicit Vulgatus, *& cultores peruerſorum dogmatum*, alii dicunt ex Hebræo, *inopes medici vniuerſi vos* vbi pro *inopes* eſt *Elilim*, aut idoli medici vniuerſi vos, hoc eſt, ſine ope. Hoc modo hic tranſtulerunt Vulgatus, Pagnin. & Tigur. *O paſtor idoli*, aut væ paſtori idolo. Rationem nomenclaturæ affert Hieron. & ex illo Haymo, & Remig. cum reliquis, quod ſe coget, vt Deum adorari, de Antichriſto intelligens. Montan. aliam affert, quod præter nomen amplius nihil habeat, aut quia ita inops ſit, & conſolationis expers, vt gregem lupis permittat deuorandum: aut quia ita ſit inclemens, vt non curet opem ferre. Quis non fugiat incidere in manus tam diri paſtoris?

28 *Gladius ſuper.*]Cõmunis horum expoſitio verborum, Hieronymi, Theodor. Remigii, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionyſ. Vatab. Montani, & Iſid. eſt, vt ſint comminatio ſupplicii contra paſtorem prædictum. Vltio, ait, diuina comprehendet te, oam gladio ſuæ vindictæ robur brachii tui, quo ad cædem oues ducis, confringet, & feriet; & oculum tuum dextrum, hoc eſt, verſutiam, & noxiam intentionem iugulandi, eruet. Nam per brachium robur, ſeu potentiã accipiunt interpretes: per oculum dextrum intentionem, ſeu ſcientiam vel verſutiam, qua ſe plus omnibus ſcire præſumet: quam Deus ſpiritu oris ſui deſtruet in Antichriſto, & illuſtratione aduentus ſui, vt ait Paulus. 2. ad Theſſal. 2. nam brachium ſiccabitur, vt nihil roboris habere poſſit: & oculus contenebreſcet, ita vt omni ſapientia abiecta, nihil ſciat, quod ei poſſit prodeſſe. Sic igitur his verbis *brachium ſiccabitur, & oculus obſcurabitur*, declarat modum vltionis diuinæ, qua dixit, Deum gladio irruiturum in brachium eius, & in oculum dextrum eius. Nihilominus Chaldæus non inepte ſubiecta verba exponit, quaſi explicent acerbum fatum paſtoris, ad quem voce minanti cõuerſus dixerat Propheta; *ô paſtor idolum, derelinquens gregem.* Hoc eſt, ô paſtor gregi inutilis, qui nil commodi illi affers paſcendo, quem omnino deſeris: nec hoc contentus es: ſed gladium ſemper habes in manu, vt occidas, & oculo dextro reſpicis ad pinguia, vt iugules; ſic enim habet Chaldæus; ſimilis eſt lanioni, qui habet gladium in manu ſua, & oculus eius reſpicit ad pinguia, vt iugulet. Habet igitur paſtor hic gladium in manu, & in oculo: in oculo vt eligat ouem pinguiorem, quam manu iugulet. Vnde ſubiicit imprecationem; brachium eiuſmodi meretur ſiccari, & oculus talis erui, aut tenebris offundi. Vt quidem ſiccabitur, & obſcurabitur.

Vlcio de Antichriſto fiet per Chriſtum

Imprecatio eſt in paſtorem ſtultum ad terrorem populi, vt caueat ſibi.

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

[1] DVra prophetia, quam verbis comminatur Dominus Iſraeli, re vera ab ea liberaturus: ſic enim pollicetur Dominus, & implebit, quia potuit [2] cælum creare, & ſcruit terram ſuper ollium fundare, & quotidie immittit animam in corpus hominis, eumque vult conſeruari. Ecce ego proſtituo vrbem Ieruſalem, [3] quaſi poculum ad inebriandum omnes vicinos populos, qui eius guſtandi deſiderio, limen attingent, eam vi expugnent. Sed & [4] ex Iudæis ipſis non deerunt, qui ſeſe coniungant illam obſidentibus. Exponam itaq; Ieruſalem [5] quaſi lapidem onera omnibus populis, ad eorum vires exercendas; quem dum leuare volent, id eſt, pro virium diuerſitate vaſtare, concisi pondere, & lacerati, recedent. Itaque omnes finitimæ gentes cogentur ad expugnandam Ieruſalem, ſed fruſtra: nam ego iuebor eam, hoſtes illius percutiens: [6] equos enim eorum ſtupidos reddam, & cæcitate excæcabo, & aſcenſores eorum amentes, omniſque conſilij expertes. [7] Et ſuper Iudæos oculos meos aperiam, eos vt ab hoſtibus eripiam. Et dicent duces Iuda, fortes Machabæi in corde ſuo, [8] Conforter Dominus Deus exercituum ciues Ieroſolymitanos ſeruos ſuos, vt ſub noſtra militia poſſint hoſtium impetus confringere. [9] Ipſoſque duces reddam ita conſtantes, vt ſicut caminus ignis ligna, & ſicut fax ignis fœnum ſolent comburere, ita ipſi omnes finitimos populos deuaſtent ad dexteram, & ad ſiniſtram. Et [10] habitabitur rurſus pacifice Ieruſalem in loco ſuo, vt ſolebat, nullo, qui exterreat, exiſtente. [11] Et eripiam ante omnia, oppida, ac villas Iuda, [12] ne nobiles Dauidis poſteri, & cæteri ciues Ieruſalem ſe iactent contra Iudæos villanos, & oppidanos, quaſi ipſi eos liberaſſent. Nihilominus adeo protegam ciues Ieruſalem, vt qui in eis infirmus videatur, [13] & pedib. offendens, ſit bellator egregius ſimilis Dauidi, & qui fuerint de regia Dauidis ſtirpe, ſint quaſi heroes, & quaſi Angelus miſſus à Domino, vt illis præeat aduerſus hoſtes. Denique [14] dabo tunc temporis operam, vt gentes omnes, quæ venerint oppugnaturæ ciuitatem Ieruſalem, conterantur, vt pace potiatur. Sic enim fiet, vt domui Da-

Cap. XII.

‖[1] OXnus verbi Domini ſuper Iſrael. Dicit Dominus 1
[2] extendens cælum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo: ‖ Ecce ego ponam Ieruſalem 2
[3] ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: [4] Sed
& Iuda erit in obſidione contra Ieruſalem. ‖ Et erit: In die 3
illa ponam Ieruſalem [5] lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eam, conciſione lacerabuntur: & colligentur aduerſus eam omnia regna terræ. ‖ In die illa, di- 4
cit Dominus, [6] percutiam omnem equum in ſtuporem, &
aſcenſorem eius in amentiam: & [7] ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. ‖ Et dicent duces Iuda in corde ſuo: [8] Con- 5
fortentur mihi habitatores Ieruſalem in Domino exercituum Deo eorum. ‖ In die illa [9] ponam duces Iuda ſicut 6
caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in fœno: &
deuorabunt ad dexteram, & ad ſiniſtram omnes populos
in circuitu: & [10] habitabitur Ieruſalem rurſus in loco ſuo
in Ieruſalem. ‖ Et [11] ſaluabit Dominus tabernacula Iuda, 7
ſicut in principio: [12] vt non magnifice glorietur domus
Dauid, & gloria habitantium Ieruſalem contra Iudam.
‖ In die illa proteget Dominus habitatores Ieruſalem, & 8
erit, [13] qui offenderit ex eis in die illa, quaſi Dauid, &
& domus Dauid quaſi Dei, ſicut Angelus Domini in
conſpectu eorum. ‖ Et erit in die illa; [14] quæram 9
conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Ieruſa-
lem. ‖ [15] Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper 10
habitatores Ieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum: &
[16] aſpicient ad me, quem confixerunt [17] & plangent eum
planctu, quaſi ſuper vnigenitũ, & dolebunt ſuper eum, vt
doleri ſolet in morte primogeniti. ‖ In die illa magnus erit 11

undis, & ciuibus Ierusalem, qui me sunt conspecturi, [15] mentem gratam immittam, mei commiseratione affectam & exteriùs lamentis, vlulatuque deprecantem, & ex pia condolentia me lancea confossum [16] aspicient, [17] & plangent planctu maximo qualis fieri solet in obitu vnigeniti, & dolebunt super me, vt sole dolori in morte primogeniti. Tunc certè renouabitur planctus in Ierusalem, qui fuit quondam editus in campo Mageddon pro cæde inclyti viri [18] Adadremmon: planget itaque terra populus viris à feminis [19] separatis, vt vnaquæque familia suum obeat in plangendo officium. [20] Familia Dauidis regia, seorsum viris à feminis plangentibus, familia Nathan, familia Leui, & familia Semei, & familiæ reliquæ similiter, viris plangentibus seorsum à feminis.

planctus in Ierusalem, sicut planctus [18] Adadremmon in campo Mageddon. | *Et planget terra: familia, & familia* 12
[19] seorsum: [20] familia domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum. | *Familia domus Nathan seorsum, &* 13
mulieres eorum seorsum. Familia domus Leui seorsum, &
mulieres eorum seorsum. | *Familia Semei seorsum, &* 14
mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familia, seorsum, & mulieres eorum seorsum.

ARGVMENTVM.

COMMINATVR Ierusalem ab omnibus finitimis gentibus, etiam à transfugis Iudæis oppugnandam: Dei tamen munere ex omnium eruendam potestate, per fortes Machabæos: demum hostibus vndique contritis, in pace rursus incolendam; ac tunc Christum transfigendum, & à piis viris seorsum, ac feminis, luctu, gemituq; ex commiseratione ducto, prosequendum.

COMMENTARIVS.

A

DIFFICILIS est huius capitis veram intelligentiam venari; & Hieronymus, quando acciderint quæ prædicuntur in eo, definite non audet. Sunt autem duo dicendi modi. Nã Lyra, Vatab. Mont. & Isidorus de Ierusalem spirituali, quæ est Ecclesia fidelium, totum caput exponunt. Nisi quod Lyra de persecutione ab Antichristo concitanda contra Ecclesiam; ceteri de persecutione Ecclesiæ primitiuæ, intelligunt. Alii, Hieronymus, Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo & Dionys. de terrestri Ierusalem explanãt, quamuis in singulis non omnes conueniant, vt videbimus. Ille simplicior sensus videtur, qui seriem temporis seruat, vt prius prænunciet terrenam Ierusalem à finitimis populis oppugnãdam, & per Machabæos liberandam, vt quidem ex historia eorum comprobabimus, & tunc demum, in pace illa constituta Christum esse crucifigendum, cum luctu omnium piorum virorum, & feminarum.

Intelligentia totius capitis.

B

Vera intelligentia.

1 *Onus*]Oneris nomine significari imminentem calamitatem ei cui imponitur, ferendam, communis est interpretatio, vt sæpe notauimus. Quare Montanus hic, in bonam partem accipiens, pro firma Dei, constantiq; sententia implẽdi sua promissa, longè ab vsu Scripturæ aberrat. Onus ergo Domini super Israel, est dura Prophetia prænuncians calamitatem futuram Israeli. Sed quis sit iste *Israel* inquiritur? Lyra, Vatab. Isid. Montan. & Robertus intelligunt Israel Dei; hoc est, fideles, aut Ecclesiam Christi, quibus denunciat persecutiones à tyrannis excitandas, vt se parent. Alii arbitrantur nomine *Israelis* accipi debere Iudæos incredulos diros Ecclesiæ hostes; qui vel per seipsos, vel per gentes concitatas, inter quas morantur, conati sunt nomen Christianum euertere; quos Deus profligabit per duces Iuda Apostolos. Itaque onus contra Israel, erit contra omnes impugnantes Ierusalem Ecclesiam, non contra ipsam

Dura Prophetia cõtra Israel

Ierusalem. Sed magis ad rem est propriè accipere *Israel*, pro populo Iudæorum; qui redierat è Babylone, & vno Israelis vocabulo nuncupabatur sine discrimine; sicut tempore Dauidis, antequam decem tribus separarentur à tribu Iuda. Hoc ergo verbum onerosum profertur contra populum Iudaicum. Sic sentiunt Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo, & Dionys. & insinuat Hieronymus; prænunciat enim contra Ierusalem excitandos omnes populos; sed Deo patrono, ab omnium potestate eruendam. Vnde non dicitur, onus Israel, vt onus Babylonis, onus Moab, quasi imponendum Israeli, illum premens; sed onus verbi Domini, quod Dominus verbo imponit, quod leue est. quia integra, & incolumis mansura est Ierusalem, & de hostibus triumphans. quare onus leue est, & consolatione plenum.

Onus contra populũ qui Babylone redierat.

Extendens]Quoniam onus denunciat pauperi populo suo è Babylone reuerso, ne solo nomine oneris contristetur, ad oneris leuamen, & populi consolationem, simul promittit Deus se miris modis ex impugnantium manibus erepturum; vt cui fidentiam ingeneret, præmittit id se quidem posse, qui cœlos fecerit; tum etiam scire, qui fecerit terram super nihilum stabilitam: tum demum, & velle liberare; quia formauerit animum in hominis corpore; nec permissurum interfici, atq; interimi. Hæc enim tria spem in Deum mirum in modum conciliant, dum certi efficiunt de potentia Dei, sapientia, & voluntate erga nos, quæ maxime credibilia faciunt promissa Dei. 2

Spem erigit populi ex Dei cõditione.

C

Superliminare crapulæ.] Hebraicè, סף־רעל *saph raahal*, & nomen *saph scyphum* significat, *craterem*, *calicem*, aut *vas quodcumque potorium*: *Hydrias* vertit Vulgatus Ierem. 52. 19. & 3. Reg. 7. 50. & ita hic acceperunt Chaldæus Paraph. Dauid Kimhi, cum omnibus recentioribus. Deinde significat limen, vt Iudic. 19. 27. *Sparsis in limine manibus.* Ezechiel. 40. 7. *Et mensus est limen portæ*, & vers. 8. *& limen portæ iuxta vestibulum.* Solet & Vulgatus cum LXX. vertere *superliminare*. vt Isaiæ 6. vers. 4. *Commota sunt superliminaria cardinum.* Amos 3

Lectionis ratio.

9.1. & Sophoniæ 2. 14. *Corum in superliminaribus*; qua ratione hic vertunt LXX. *Ecce ego pono Ierusalem vt superliminaria, quæ mouentur omnib. populis in circuitu*; aut, vt legimus in Eusebio lib. 8 de Demonstrat.

4. *Ecce ego pono Ierusalem, vt vestibula, quæ quatiuntur omnibus populis in circuitu.* & cum eis Vulgatus. Alterum nomen *rahhal*, significat tremorem, aut concussionem, crapulam, ebrietatem, venenum, aut soporem; quomodo accepit Vulgatus Isaiæ 51.17. cum dixit; *vsque ad fundum calicis soporis bibisti*; aut operimentum cordis, omne robur eripiens præ stupore.

Sensus 1. Iuxta prius significatum sensus primus erit. Ecce ego ponam Ierusalem scyphum veneni soporiferi, quem qui bibere conati fuerint ex omnibus populi vicinis, opprimentur sopore, & ebrietate tali, vt totis membris contremiscant, & concutiantur, virib. destituti, & corruant. Vel secundò, Ponam Ierusalem quasi calicem mero plenum, quem omnes vicini populi exhaurire conabuntur, vini odore, & suauitatis opinione allecti vt vel sorbitiunculam ex eo capiant: & bibent quidem, sed ebrii redibunt, robore destituti. Sumpta est metaphora à scypho vini odoriferi, sed veneno infecti, & valde soporiferi; ebriis hominibus exposito, quem appetentes aggrediuntur, bibuntque, & statim corruunt, vini robore superati. Ita sane Ierusalem vrbs ditissima, & celeberrima, omnibus gentibus erat desideratissima, & inuidiæ exposita, suæq; ditioni subiicere conabantur. Sed Dei ope dum captare volebant capiebantur: & conuersus est dolor in caput eorum: & in verticem eorum iniquitas descendit.

Sensus 2. Iuxta posterius significatum, sensus secundus est. Ponam Ierusalem superliminare crapulæ, aut ebrietatis, vt qui limen eius ausus fuerit attingere ex omnib. populis vicinis, perinde sit, ac qui mero soporifero plenus, inebriatus, corruit viribus destitutus.

Sensus 3. Hunc sensum indicant Hieron. Remig. Hugo, & Dionys. At Euseb. & Theodoretus putant vastitatem Ierusalem prædici. Similem faciam Ierusalem superliminaribus commotis, & ruinam à gentibus, vt accidit ebriis: quam hostes eum videant, inuadant Iudæos, obsideant, & destruant: de Romanis loquitur. Sed quia Deus promittit suam protectionem, & hostium subuersionem, hic sensus non est ad sensum Prophetæ: sicut nec explicatio Alberti. Ponam Ierusalem patentem introitum omnibus aduenientibus ad eam, sicut ad crapulam, qua insatiabilis eorum pascatur cupiditas.

Sensus 4. Verius dicemus: Ponam Ierusalem, velut superliminare minans ruinam omnib. ingredi volentibus, quos tremere faciet, quasi ebrios, ac veneficio potu infectos: nam vt limen attingent, contremiscent, & corruent. Loquitur autem Zacharias de tempore Machabæorum, quibus aptè quæ ubi dicuntur, seruato ordine historiæ, accommodantur, vt ostendemus.

4 *Sed & Iuda*] Hebraicè, *Et etiam super Iudam erit, in obsidione super Ierusalem*. Hoc est, non solum peribunt gentes, quæ oppugnabunt Ierusalem inebriatæ: sed & super Iudæos erit ebrietas illa, qui [illegible] cum gentibus obsidebunt Ierusalem Nam& Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Vt C[illegible] dæus. & Vulgatus vertunt. Qui nomine Ierusalem Ecclesiam accipiunt, sic interpretantur. Sed & Iuda, principes Ecclesiæ in ea obsidione, seu persecutione, quæ excitabitur contra Ecclesiam, & ipsi patientur, & incumbent. Aut secundum Lyram, & Vatabl. falsi Christiani, qui à fide defecerint, se coniungent persecutoribus Ecclesiæ. Aut verius enim Vatabl. & Montan. Sed & ipsi Iudæi, quibus factæ sunt repromissiones, expugnabunt Christianum nomen, & gentem. vt constat, ex Actuum 8. & ex Ecclesiastica historia. At qui propriè accipiunt *Ierusalem*, quidam de Iudæis explicant, qui Romanis adhæserunt expugnantibus Ierusalem.

Sed verius cum Dionysio, & aliis, de Iudæis accipimus, qui tempore Machabæorum ad gentes transfugerunt oppugnantes Ierusalem; vel sponte, vt Hieronymus declarat: vel per vim, vt Chaldæus. Constat enim id ex 1. Machab. 1 44. *Nam consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi, & multi ex Israel consenserunt seruituti eius.* & v. 55. *Congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini, & fecerunt mala super terram, & effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorum locis.* & 2. Machab. 5 5. *Iason Simonis Pontificis filius assumptis non minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem, & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehendit illam.* Antiochus aggressus vrbem cepit, & multam cædem fecit; aususque est intrare templum vniuersa terra sanctius, Menelao Iasonis fratre ductore, qui legum, & patriæ fuit proditor, vt dicitur vers. 15. Hæc eadem latius refert Iosephus libr. 12. Antiquit. cap. 6 & libro 13. capite 2. Contra hos ergo ira Dei deseuit, qui cum hostibus expugnarunt Ierusalem. (margin: Sensus verus de Iudæis qui adhæserunt gentibus contra Ierusalem)

5 *Lapidem oneris.*] Seu lapis ponderosus ille dicitur, qui iuxta consuetudinem Palæstinæ, vt notat Hieronymus, & ex eo omnes, publicè expositus erat robustis adolescentibus ad vires exercendas: & ad decertandum de illo subleuando supra verticem capitis. Seu certè ille dicitur, qui ad periculum faciendum de viribus corporis publicè exponitur, vt arte, virtuteque sublatus, humerisq; impositus, ad certum spacium exportetur; quem qui leuasset, soliditate, asperitate, & pondere pressus, manibus primum, deinde toto corpore fractus, laceratusque oneri succumbebat. Hunc lapidem probationis vocat Ecclesiasticus cum capite 6. vers. 23. ait: quasi lapis probationis validus erit in ipso, vt enim imbecillis illum abiicit, quia portare non potest, sic stultus sapientiæ studium vt intolerabile à se abiicit. Chaldæus *lapidem offensionis* exposuit, quem secuti sunt Vatabl. & Isidor. & Robert. de Ecclesia intelligentes. Nam sicut Christus fuit Iudæis petra scandali, & lapis offensionis, in quem offenderunt Iudæi: & lignum, cui semper contradicitur: Sic Ecclesia est lapis offensionis omnibus gentibus, & Iudæis, in quem qui impingunt, læduntur: & qui volunt alio exportare lacerantur; & sicut solent manus eorum incidi, qui saxum graue, & asperum alio transferre conantur, ita illi concidentur. Nec poterit Ecclesia ab hostib. extingui: sed quanto annixi fuerint; opprimentur ab hoc lapide, quidam in commodum suum, quidam in damnationem. Remig. Albert. (margins: Lapis oneris qualis. — Lapis offensionis Ecclesia est [illegible] omnibus.)

Hugo,

Hugo, & Dionysius videntur similitudinem explicare de Ierusalem à Romanis expugnata: cum ei minimè conueniat; quæ iuste punita est ob Christi necem; nec Romani propter id malè habiti. Verius de terrena Ierusalem ab omnibus gentibus vicinis expugnata, & à Deo liberata tempore Machabæorum; vt ea eorum historia satis est exploratum. Nam in primis Ptolomæus Philopator dum templum ingressus, vellet in sancta Sanctorum penetrare, Sacerdotibus opem diuinam implorantibus, pene mortuus cecidit, & enecaretur diuina vi, nisi citissime è templo à suis educeretur, vt in 3. Machabæorum libro refertur. Heliodorus missus à rege Seleuco ad spoliandum ærarium templi, flagellatus discessit, 2. Machab. 3. Iason vi ingressus ciuitatem, per diuersa loca profugus, interiit, honore sepulturæ priuatus, 2. Machab. 5. Antiochus Epiphanes vrbem, templumque spoliauit, per seipsum, 1. Machab. 1. & 2. Machab. 5. deinde per Apollonium, & Lysiam. Sed malè periit iniquus, vt dicitur 1. Machab. 6. & 2. Machab. 9 *postulans impius miseri cordiam ab eo, à quo non erat adepturus.* Alcimus deinde missus à rege Demetrio obsedit Ierusalem, 1. Machab. 9. & præcipiens destrui atrium interius, & opera Prophetarum, percussus paralysi, & grauiter tortus interiit. Antiochus Sedetes Iudæam deuastauit, & Ierosolymam obsedit, sed diuinitus tactus sacrificium obtulit, & fœdere inito recessit, vt refert Iosephus lib. 13. Antiq. cap. 15. Post hos, Romanorum Pompeius primus Iudæam subiugauit, Ierosolymam templique adyta ingressus; nunquam deinceps prosperè se gessit in bellis, donec in acie Pharsalica vniuersus eius exercitus, verso ad Ierosolymam cecidit vultu: ipseque, fugiens in Ægyptum, cæsus est. Denique M. Crassus contra Parthos profectus, templum Ierosolymitanum spoliauit; ideo à Parthis cum filio, & vniuerso exercitu trucidatus, liquato in os eius auro iniecto sui sacrilegii pœnas exoluit, vt referunt Iosephus lib. 14. Antiquit. cap. 13. & Plutarchus in Pompeio, & Crasso. Ex quibus constat per multos annos vrbem Ierosolymam à multis regibus, ac ducibus obsessam, & Dei munere liberatam, non sine eorum concisione. Verum quoque deducitur collecta fuisse aduersus Ierosalem omnia regna terræ.

Ierusalem terrena fuit lapis ponderis vicinis gentib.

Hostium Ierusalem expugnantium audacia, & interitus.

Antioch.

Pompeius

Iosephus. Plutarch.

6 *Percutiunt.*] Diuinam opem in conseruanda Ierusalem terrestri ab omni hostium impetu & robore, describit, vt volunt Hieron. Theodor. Haymo, Remig. & Dionys. siue hostis fuerit Antiochus, siue Macedones, siue Pompeius, siue alii. Constat enim quam potenter Deus per Machabæos eripuerit Ierusalem de exercitu Antiochi, & ceteris, è 1. Machab. 3. & 4. Nam vt dicitur illo c. v. 38. Lysias iussu Antiochi misit exercitum quadraginta millium virorum, & septem millium equitum contra Iudam. Ex quibus Gorgias c. 4. 1. sumpsit quinque millia virorum, & mille equites electos: & Iudas cum tribus millibus contriuit gentes, & nouissimo gladio percussit, & spoliis onustus rediit. Similia his multa in libro illo referuntur; vt hinc pateat qua ratione equites, & equi cæcitate & amentia percussi, ex vehementi timore, & ex imminente strage aufugerint, ignari quid facerent. De persecutoribus Ecclesiæ Albert. Hugo, Isidor. & Robert. explanant; qui nullis viribus equorum, aut equitum poterunt aduersus eam præualere, neq; superbi ipsi præsides illam extinguent, quantisuis valeant viribus, Deo illam contutante.

Deus mi... liberde ... ostibus eripuit Ierusalem.

7 *Super domum Iuda.*] Hos Iudæos intelligunt Hieronym. Remig. & Dionys. de quibus supra dixerat; *sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem.* super hos pollicetur se oculus apertutū, vt eorum misereatur Deus. Quod multis ex iis, qui legem deseruerant; accidisse, credēdum est. Verum Theodoreto, & aliis videtur sermonem hic esse de omni populo Iudaico, opposito gentibus illum oppugnantib. Deus enim respiciens eum à gentibus circumseptum, & variis modis pressum, ea omnium eripuit potestate, ducibus Machabæis. Albert. Hugo, & cæteri, qui hæc de Ecclesia exponunt: per filios Iuda intelligunt fideles omnes, quos Deus è persecutorum manibus liberat: vel certè Iudæos incredulos, qui fideles persequebantur, & obsidebant Ecclesiam. Ex his enim multi diuina miseratione conuersi adhæserunt Euangelio.

8 *Confortentur mihi.*] Hebræum אמצה *amitsah,* quidam vt futurum interpretantur, *Confortabo mihi habitatores Ierusalem:* Aquila, quem refert Hieronymus, & Tigurina pro imperatiuo accipiunt, *conforta,* seu *corrobora mihi:* qua ratione dixit Vulgatus. *confortentur mihi.* Pagn. Vat. & Isidor. vt nomen transferunt. *fortitudo,* aut *robur mihi erunt.* vel *fortitudini mihi erunt habitatores Ierusalem in Domino Deo exercituum.* Albert. Hugo, & Munt. ... de Apostolis obsecraturis Deum, vt si ... fortes in fide, & pietate; aut hortabuntur ... vt orationi insistant. Aut dicent Ecclesiæ duces: omnia Ecclesia cum eius filiis, auxilio nobis erunt suis precationib. in hoc animarū negocio, quod tractamus. Verum de ciuibus propriè Ierusalem explicant Hier. Remig. & Dionys. Nam Chiliarchi, tribuni, vel duces Iuda dicent in corde suo, non voce, ne audiri possint, & vota nuncupabunt, quia per vim adducti sunt, vt obsiderent Ierusalem: ac precabuntur; Confortentur ciues Ierusalem, vt vincant: nam victus Iudas cum hostibus, vincet cum ciuibus suis. Videtur & hic esse sensus: vt duces Iuda inuicti Machabæi, obsecrationibus à Deo exorarent ciuibus Ierusalem robur, & fortitudinem per Dominum Deum exercituū, ne vllo tempore hostibus cederent. Vt orauit Iudas 1. Machab. 4. 30. dicens, *Benedictus es saluator Israel, qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui David. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundantur in exercitu suo, & equitibus. Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum in hymnis.* Nec verò hic est sermo de concionibus, quas ad suos habebant milites, vt Iudas habuit 1. Machab. 3. cum dixit. *Ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram, vos autem ne timueritis eos.* & sæpe alias: sed hic sermo est de precibus ex corde missis.

Lectionis ratio.

De Apostolis.

Machabæi petebant à Deo suis militibus virtutem in hostem.

9 *Ponam duces Iuda.*] Illustres Machabæos, qui *omnes populos in circuitu ad Austrum, & Aquilonem,* vt ait Chaldæos, *euerterunt,* vt late refertur in eorum historia. Nam 1. Machab. 5. 3. *Iudas debellauit filios Esau, & filios Bean, & incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in eis erant; & diuertit in Masphà, & cepit eam, & succendit eam igni ... occupauit Carnaim, & fanum succendit igni. ... omnibus, quæ erant in*

Machabæi ... vrbes ... uebant.

ipso, & expugnauit filios Esau ad Austrum, & percussit Chebron, & filios eius, & muros eius, & turres succendit igni in circuitu. Et declinauit in Azotum, & diruit aras, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni. De Ionatha etiam dicitur 1. Machab. 10. 84. quod *succendit Azotum, & ciuitates, quæ erant in circuitu eius, & templum Dagon, & omnes, qui fugerunt in illud, succendit igni.* Ioannes quoque frater eius 1. Machab. 16. 10. *turres, quæ erant in agris Azoti succendit igni.* Albertus, & Hugo exponunt de Apostolis, qui omnia vitia gentium, & peccata conuersorum destruent suo exemplo, & virtute. Vat. Mon. & Isidor. de feruore, efficacitate, & virtute, qua Apostoli, & fideles Christi ministri deuorabunt gentes sua prædicatione, declarant. Nam Christum igni Spiritus sancti succensi inter Gentiles erunt, vt ignis in lignis, aut vt flamma in stramine, aut aridis manipulis: multosq; deuorabunt, Christoque adiungent.

Apostolorum virtus.

10 *Habitabitur Ierusalem*] Sic de tempore Machabæorum explicant Theodoretus, & Dion. quando Ierusalem pace fruebatur, vsq; ad Christi aduentum: nam pauci cum essent, & barbaram multitudinem tota è regione profligassent, famosissimum in toto orbe templum recuperauerunt, & ciuitatem: & leges patrias violatas restituerunt: ac sic, vt dicitur 1. Machab. 2. 58. *facta est lætitia magna in populo, & auersum est opprobrium gentium*: templi dedicatione facta, vt refertur 1. Machab. 4. & 2. Machab. 10. & 1. Machab. 14. 4. dicitur: *Siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæsiuit bona genti suæ. Et vnusquisque colebat terram suam cum pace: & terra Iuda dabat fructus suos & ligna camporum fructum suum: seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant se gloriam, & stolas belli, & nominatum est nomen eius vsq; ad extremum terræ: Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna, & sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & non erant, qui eos terrerent,* &c. Propterea Romani, & Spartiatæ societatem cum Israel contraxerunt. Et quidem vsque aduentum Christi permansit ciuitas libera, in pace, & cultu Dei, quãuis semel, aut bis obsessa, tamen ex pactis initis intacta relicta. Fuerunt nihilominus non pauca inter ciues bella de Principatu, & Sacerdotio: at integra permansit, vt prius. Qui de rebus Ecclesiæ hæc accipiunt, Lyra, & Vatab. explicant de fidelibus conuersis ad Christum, qui in ipsa eadem terrestri Ierusalem permanserunt, vt antea. Melius Albertus, Hugo, Montan. & Isidor. dicunt, non obstante infidelium persecutione, Ierusalem spiritualem mansuram, constantem in loco suo, & in fide sponso Christo debita. Vel certe, etsi Ecclesia ex prouinciis aliquibus, Hæreticorum astu sit proiecta, at prædicatione fideli um ministrorum Euangelii reducenda tamen prædicitur in locum suum, à quo est proiecta.

Pax & prosperitas Ierusalem sub Machabæis.

De Ecclesiæ pace.

11 *Saluabit Dominus.*] Acceptam referent Domino incolumitatem, & restitutionem villarum, oppidorum, quæ sunt circum Ierusalem; & hæc in primis, & ante omnia. Nam in Hebræo sic legimus. *Et saluabit Dominus tabernacula Iuda in principio.* Nam sicut ab ipsis cœpit vastitas, ita & instauratio; sed Domino agente. Sic Hieronym. Theodoretus. & Dionys. *Cognoscent*, inquit Theodoretus, *quod sine Dei nutu nihil præclarum gerere potuerunt.* Ita Machab. Iudas 2. Machab. 8. 18. dicebat: *illi quidem armis confidunt, simul & audacia; nos autem in omnipotente Domino, qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus.* Nam sex mille tantum ex ipsis, ait, peremerunt centum viginti millia in Babylonia; propter auxilium illis datum de cœlo. Refertur etiam 2. Machab. vltimo, extendisse manum Ieremiam, & dedisse gladium aureum Iudæ, ac dixisse; *Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.*

Machabæi Deo acceptam ... victoriam.

De Ecclesia Albertus, Hugo, & Vatabl. Saluabit Dominus, inquiunt, particulares Ecclesias, ne se iactent præsules, Sacerdotes, & religiosi contra communem plebem fidelium. Montanus, saluabit Dominus primum Apostolos, ceterosq; discipulos, qui hospites erant Ierusalem, vtpote Galilæi, & in tabernaculis habitantes. Iuxta illud Ierem. 35. 7. *domos non ædificabitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis multos dies super terram, in qua peregrinamini.*

De Ecclesia.

Vt non magnifice.] Ne ii, qui erant è regia Dauidis familia, & qui gloriose iactabant se ciues esse Ierusalem, se iactent de virtute, & felicitate contra Iudam, qui morabatur in oppidis circum Ierusalem. Nam in vrbe erant posteri Dauid, & in altera parte Beniamitæ; sed qui è tribu Iuda, etsi aliqui domicilia haberent Ierosolymis, at plures habitabant in villis vicinis; & de his explicant Hieron. Theodoretus, & Dionys. Non enim erat Ierosolymitis, quod sibi arrogarent singulare, quod aliis donatum non fuisset; siquidem æque omnes liberauerat Deus. Sunt qui nomine *Iuda* intelligant Iudæos, qui defecerant ad hostes, quos Deus eripuit sua misericordia, non Machabæorum virtute. Sed in eo gloriam aufert habitantibus Ierusalem, quod dixerat. *Et saluabit Dominus tabernacula Iuda in initio*: primi enim liberati sunt à Domino oppidani, & villani: ne se iactent ciues Ierusalem. Nam & Deo curæ sunt inferiores. De Ecclesia Vatab. sic explicat; ne familia Dauid, & ciues Ierosolymitæ se iactent contra Ecclesiam Christi. Isidorus vero ait, ne sit illud nobilitatis discrimen inter familiam Dauid, & ciues Ierusalem contra Iudam; nam in Ecclesia Dei eiusmodi personarum discrimen non habetur in pretio, sed esse Filium Dei. 12

Iudæi in villis morantes primo Deo liberati.

Filii Ecclesiæ eadem sunt nobilitate.

Qui offenderit ex eis.] Hebraice, *Et erit infirmus ex eis in die, sicut Dauid, & domus Dauid quasi Elohim, sicut Angelus Domini ante eos.* Sic infirmum, debilem, vel viribus imbecillum transtulere L. X Chaldæus, & cæteri. Vnde sic habet Chaldæus. *Qui infirmus fuerit in eis, erit sicut Dauid, & domus Dauid instar heroum feliciter agent, ac si Angelus Domini in conspectu eorum esset.* De Machabæis accipiunt Hieronymus & Theodoretus. Qui fuerit imbecillior ex illis, similis erit in virtute Dauidi egregio bellatori; & qui fuerit similis in robore Dauid: erit dux præstantissimus, aut Deo similis, aut Angelo; nam ducet eos, sicut Deus duxit populum per solitudinem; *Dominus enim dux eius fuit*, aut sicut Angelus Domini, qui in persona Dei ducebat per desertum populum. Theodoretus optime sic declarat. Tanto robore eos Dominus complebit, vt nobilissimus quisque regiæ domui Dauid comparetur: atque diuinæ domus asylum imitetur; quia omnes ad eum, tamquam ad diuinum asylum confugient, & tamquam Angelo 13

Machabæorum virtus, & gloria.

ad la

ad salutem misso confidentiores fient. Tantam, addit, ex victoria gloriam collegerunt Iudas, & Ionathas, vt accolæ, & finitimi auidissime hos sibi socios adiunxerint: neq; id solum finitimi; sed qui multorum dierum viam abfuerunt: itemque in Occidenti habitantes Romani; & Spartiatæ maximo studio horum adiunctionem amplexati sunt.

De fidelibus.

De Ecclesia diuersis modis explicant interpretes; Albertus, Hugo Lyra, & Dionys. ex Gregor. Homil. 20. in Ezechielem. Qui offenderit ex eis peccando, resurget sicut Dauid pœnitens, & viri perfecti similes erunt Angelis, & Deo ipsi. Montanus sic. Minimi Sanctorum noui Testamenti comparati cum sanctis veteris Testamenti, poterunt cum Dauide comparari, & qui in nouo Testamento sunt selectissimi, vt Virgo Deipara, & Apostoli, vt fuit olim Dauid, si debent comparari, nonnisi cum Diis debent, id est, cum Angelis comparari. Vel qui inter Christianos fuerint fortiores, & constantiores, erunt sicut *Elohim Dii*, seu magnates, & quasi Angelus Domini coram tyrannis intrepido animo vsque ad mortem occurrentes. Aut qui infirmiores censebuntur, erunt firmi sicut Dauid, qui cum pusillus esset, deiecit tamen fortissimum Goliath. Vatabl. Isidor. & Rob. sic exponunt.

Fidelium gloria collata cum veteris legis fidelibus.

Qui infirmus fuerit in fidelibus, erit tanquam Dauid bellator egregius. & domus Dauid, id est, Christus de domo Dauid, sicut Deus, tanquam Angelus Domini, quia tuebitur suos ab omni malo, sicut Angelus in exitu de Ægypto Israelē. Denique secundum alios: omnes Christiani, quantumuis infirmi, erunt sicut Dauid, reges, & Sacerdotes. Iuxta illud. 1. Petri 2. *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium*: & domus Dauid Christus, qui caput est illius familiæ, rex regum, qui & Deus, & magni consilii Angelus.

14 *Quaram conterere.*] Hoc est, dabo operam, vt gentes omnes, quæ venerint eo tempore oppugnaturæ ciuitatem Ierusalem, conterantur. Sic Theodoretus intelligit, quia à tempore Machabæorum, gentes, quæ contra Ierusalem insurrexerunt, contritæ sunt vsq; ad regnum Herodis, qui templum Salomonis simile construxit, & magnificis ædificiis exornauit vrbem: & vsq; ad imperiū Augusti, sub quo pace multa orbis fruebatur, vt Christus sub ea nasceretur princeps pacis. De Ecclesia Hier. Remig. Albertus, Hugo, Dion. Vat. Mont. & Isidorus explicant: pollicetur enim Deus deleturum se omnes gentes, quæ oppugnauerint Ecclesiam. Conteret autē, inquit Hier. gentes, non in perditionem, sed in emendationem, vt desināt esse contra Ierusalem, & illi incipiant adhærere. Montanus vero sic. *Curabo delere omnes gentes*, id est, conatum dæmonis anxie prohibentis ne Christus moriatur; quod fecit per vxorem Pilati, quia videbat Christi mortem idolorum, errorumque magnam futuram depopulationem; retundam eum, &, factamq; vt in suis consiliis, dum vult capere, capiatur.

Pax summa à tempore Machabæorum contritis gentibus.

Gentium subiugatio sub dominatu Ecclesiæ.

15 *Et effundam.*] Hucusq; deduxit Zacharias Prophetiam vsq; aduentum Christi; iam loquitur de tempore Christi; in quo præter incolumitatem vrbis Ierusalem, promittit effusurum se super familiam Dauid, & super habitatores Ierusalem, spiritum gratiæ, & precum. Duo pollicetur duob. nominibus significata, ab eodem verbo Hebræo

Promittit Christi aduentu, spiritum gratiæ, & precum.

חנן *chanan* deriuata, quod est misereri, rem gratam facere, aut precari. Nempe spiritum, hoc est, amorem, & inclinationem inditam à Deo חן *chen gratia*, vt Septuaginta, & Vulgatus, & omnes transferunt, & nomine *gratiæ* omnes fere eam accipiūt, qua placemus alicui tanquam amico, cui nos nostraque grata sunt omnia, vt Genes. 6. *Noe inuenit gratiam in oculis Domini*. Genes. 39. 2. *dedit Iosepho gratiam in conspectu principis carceris*. Hic ergo accipitur pro gratia, quæ nos reddit gratos Deo. De qua Paulus ad Ephes. 1. 5. dixit, *qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua ἐχαρίτωσεν gratificauit nos*, id est, recepit nos in gratiam, *in dilecto filio suo*. Montanus gratiam accipit pro animi motu, quo optimum quemque virum, indignaque passum prosequimur; quam compassionem dicimus, qua cuipiam iniuria affecto, innocentia perspecta, compatimur, & miseremur, ex affectu grato, quo ei afficimur. Alterum nomen est תחנונים *Thachanunim, preces*, seu *deprecationes* significat, vt vertunt Vulgatus, Var. & Montanus, vt Psalmo 139. 7. *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ*. Daniel 9. 17. *Exaudi Domine orationem serui tui, & precationes eius*. Lxx. vertunt *misericordia*, & Chaldæus, Pagninus, & Tigur. *miserationum* Isidorus *propitiationis*, vt significet animum ad miserendum proximis propensum. Et quidem hunc animum gratiæ, & precum immittendum putant per aduentum Spiritus sancti in primæua Ecclesia, Hieronymus, Remig. Albertus, Hugo, & Vatab. At Theodoretus, Haymo. & Dionys. à nato Christo, & per eius prædicationem, elargitum esse Iudæis ad se conuersis spiritum gratiæ, & precum. Magis ad rem videtur Montan. exposuisse; nam cum de Christi immerita nece sit locuturus, quā qui spectarent lugere, ac lamentari necesse fuerit, pollicetur se mentem posteris Dauid, & habitatoribus Ierusalem, qui eum aspicient, iniecturum gratam in eum, & propensam ad ei miserendum, & sentientem eius dolorem innocentis; & precationes, quæ gestu, ore, habitu, & pronuntiatione commiserantis animi affectum indicant, vt Psalmo 27. 2. *Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.* Ait ergo Propheta, immittam domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem, qui conspecturi sunt me cruci affixum, mentem gratam, & mei commiseratione tactam; & precationes externo gestu, lamentis, & clamore dolentis, & vltionem deprecantis habitas.

Gratia reddimur grati Deo.

Spiritus cum ad ... proximum.

Deus inditurus Ierosolymitis mentem gratam, & commiserantem in Christi nece.

Aspicient ad me.] Prophetia est expressa de Christi confossione, seu transfixione clauis, & lancea in cruce facta, vt agnouit Ioannes cap. 19. 33. cum dixit. *Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: videbunt, in quem transfixerunt.* Atque de Messiæ morte veteres Hebræi intellexerunt, vt notans Galatinus, & Montanus, & Latini, Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatabl. Montan. Galatinus libr. 8. contra Iudæos capit. 17. Sed de quo aspectu locutus est Propheta cum 16

De Christo cruci affixo.

ait,

ait, *aspiciens, aut videbunt, in quem transfixerunt*? & Isidorus quidem suppositum verbi *aspicient*, facit Christianos omnes per orbem diffusos, qui vbique gentium aspiciunt, & agnoscunt Christum propter sua peccata à Iudæis transfixum, & mortuum. Cæteri Iudæos ipsos, qui Christum transfixerunt, per seipsos, aut per maiores suos re ipsa, aut voto, seu postulatione. Et inter hos sunt qui de Iudæis incredulis explicent; plures de iis, qui veritate deuicti conuertebantur.

Iudæi aspexerunt in Christum crucifixum.

1. Intelligentia. Eusebius. Cyrillus.

Eusebius igitur lib. 8. de Demonstratione Euangelica cap. 4. & Cyrillus hic intelligunt de Iudæis, qui in excidio Ierosolymitano per Romanos facto cognouerunt Christum, quem transfixerant, fuisse causam suæ stragis, & vastitatis, de quibus dictum est, *& gement, plangéntq; se super se*. Verum etsi vera causa illius exitii fuit cædes Christi; at ipsi Iudæi non eis illud tribuerunt; cuius nec meminerunt; sed peccatis ciuium, & seditionibus, vt refert Iosephus libr. 6. de bello Iudaico c. 16. & lib. 7. c. 18.

2. Intelligentia, in extremo iudicii tempore. August. Theodor.

Augustinus libr. 2. de Ciuitate Dei, cap. 30. & libr. 1. de Trinit. cap. 13. Theodoretus, Remig. etiam, Rupertus, Albertus, & Lyra hic, ad iudicii tempus referunt, quando venientem Dominum aspicient, & agnoscent à suis transfixum, & planctum edent ingentem, desperantes de salute sua, agnoscent enim, licet inuiti, malum suum. Hunc sensum probat Christus Matth. 24. 30. cum ait, *Et tunc parebit signum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa, & maiestate*. & ipse Iohannes cap. 1. Apocal. 7. *Ecce, ait, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ*. Ex quibus certum efficitur in die iudicii Iudæos sero sapientes, aspecturos Christum in gloria venientem, & dolore correptos planctūros suam sortem, quod sero sapuerint, sed frustra, non credentes in eum, quem patres eorum transfixerant. Verum constat Christum, & Iohannem accommodasse verba Prophetæ ei facto, quod tetentura futurum erat in die iudicii, cui maxime conueniebant.

3. Intelligentia de tempore passionis Christum illudentibus.

Quare aliis videtur hoc completum in passione Christi, cum Iudæi videbant eum, & illudebant dicentes; *vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud, salua temetipsum: si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes Sacerdotum illudentes cum scribis, & senioribus dicebant, &c. id ipsum & latrones dicebant*, Matth. 27. 39.

4. Intelligentia vera de fidelibus pie Christum affixum cruci aspicientibus.

Verius tamen videtur Prophetiam editam de iis, qui Christum lancea confossum aspexerunt ex commiseratione, & pietate. Vt auctores initio citati intellexerunt, qualis fuit Centurio, & qui cum eo erant, *qui, viso terræmotu, & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes, vere Filius Dei erat iste*. Matt. 27. 54. *& mulieres, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, & aliæ multæ*. Marci 15. 40. *& omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa, hæc videntes*, Lucæ 23. 48. Denique omnes fideles, qui Christum crucifixum deflebant. Et probat hunc sensum, quod ad hoc præmissum est, Deum effusurum spiritum gratiæ, & precum, id est, iniecturum mentem gratam, & propensam ad comparandum; & precationes propitiationis ad Patrē pro Filio Christo postulantes vltionem, vt statim doceret causam gratiæ, & precum futuram Christum perfossum, quem quicumque aspicerent, tangendi erant spiritu illo commiserationis, & propitiationis. Deinde quia de gemitu, & planctu ex condolentia consecuto mortem Christi, loquitur hic, vt dicemus: non ex pœnitentia sera mali patrati, vt fiet in die iudicii; quando verba Prophetiæ accommodate implebuntur in incredulis, qui sero cognoscent Christum transfixum, & nullam capient vtilitatem.

17 *Et plangent eum.*] De planctu, ac dolore, qui consecutus est mortem Christi apud propinquos eius, cæterosq; illi deuotos fideles, cuius mentio fit in Euangelio, intelligunt Hieronymus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Vatablus, Montanus, & Isidorus. Quidam, vt Dionysius referunt ad tempus post aduentum Spiritus sancti, quando ad prædicationem Apostolorum multi ex Iudæis conuertebantur, & dolebant, quod Christum crucifixissent. Alii de dolore, quo singulis annis, dum celebramus Christi passionem, eum prosequimur. Irenæus libr. 4. aduersus hæreses cap. 66. & Tertull. lib. aduersus Iudæos cap. 14. Theodoretus, Remigius quoque, Albertus, Hugo, & Lyra, ad tempus iudicii hæc referunt, quando Iudæi conuersi, cum videant Christum in sua claritate regnantem, dolebunt à suis crucifixum; aut nō conuersi lugebunt suam amentiam, quod illum non susceperint. Vnde & Septuaginta verterunt, *& planget super se planctum*. Et vero ex similitudine, *quasi super vnigenitum, & primogenitum*, & ex exemplo planctus Adadremmon; colligitur, ex dolore summo, & commiseratione pia excitatum hunc planctum à fidelibus, non ab incredulis, & ex dolore compatientis malo, quod viderant Christum in cruce ferre, non ex cogitatione necis præteritæ eius, quem regnantem videbant. Nam ex hac parte cur dolerent?

Planctus piorum pro Christi nece.

Irenæus. Tertull.

De tempore iudicii.

18 *Adadremmon.*] Hieronymus hic, quem cæteri fere sequuntur, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Isidorus, & Robertus, refert vrbem quondam dictam Adadrimmon, postea Maximianopolim, sitam in planitie Mageddon iuxta Iezraelem, vbi Iosias à Pharaone Nechao interfectus est: super cuius obitu lamentationes scripsit Ieremias, vt dicitur 2. Paralip. 25. Atque planctus Iosiæ inchoati in illa vrbe facit hic mentionem Zacharias. Confirmant Septuaginta, qui transtulerunt: *sicut planctus ῥοῶνος malogranati, quod in campo succiditur*, quasi sit locus malis granatis consitus, in quo planctus editus est pro Iosia. Sed quid dicemus quod 4. Reg. 23. 30. tantum dicitur, Iosiam occisum esse in Mageddo, id est, vulnere mortifero percussum? Nam portauerunt eum serui sui de Mageddo in Ierusalem. Vnde 2. Paral. 35. 24. & 3. Esdræ 1. 31. dicitur in campo Mageddo vulneratum asportauerunt eum in Ierusalem, & mortuus est ibi, & omnis Iuda, & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maxime. Vbi nulla fit mentio Adadremmon. Nec planctus in ea edici; & Septuaginta nomen *Adad* prætereire, & *Rimmon*, vertere tantum; & *Mageddo* vt nomen appellatiuum accepere; cum tamen sit vibs tribui Manassis adscripta à Iosue cap. 17. 11. Salomone

Sententia 1. Adadremmon vrbem esse dicit, vbi Iosias occisus.

Refutatur.

[illegible] *propterea dilatauit* [illegible] *manum* [illegible] Vulgatus hic ver- [illegible] *hoc*, [illegible] & Vatabl. Est etiam [illegible] [illegible], & ita accepit Pagninus [illegible] *Pascam pecus occisionis, propter hoc o pauperes* [illegible] mentem [illegible] cum arti- [illegible] vel *propter vos*, & ita verti[illegible] & Montan. ego, ait, nu- [illegible] oues occisionis propter pauperes oues. Et [illegible] sic accepit in Commentario; cum dicit, vos [illegible] pauperes gregis. Iam quorsum ita sit Propheta locutus [illegible] Hieron. Remig. Rupertus, Albertus, [illegible] & Dion. [illegible] respectu habito ad superiora, sic efferunt: *Pascam oues occisionis, propter hoc*, vel *propterea ó vos pauperes gregis attendite iis, quæ dicturus sum*. Alii ad superiora referunt, vt Montanus, *pascam oues occisionis propter hoc*, quia mihi in- [illegible] a Deo est *pasce oues occisionis*. Vel vt Vatab. *pascam oues occisionis, propterea pascam pauperes gregis*. Hoc est, pascam gregem occidendum, quanto magis pascam mansuetos illius gregis? Tertiò alii, vt idem Montanus, exponunt: Pascam, seu nu- [illegible] oues occisionis, propter vos ô pauperes gregis. Hoc est, interim dum tempus mactationis appetit; sustinebo impios Iudæos occidendos, propter paucos iustos, qui inter eos conuersantur; de quibus dixit Christus Luc. 12.32. *Nolite timere pusillus grex*. & Marci. 13. 20. *Propter electos breuiauit dies hos*. Itaque propter pusillum gregem conseruandum, quem non perdidit, patienter pauit eos, qui perdendi erant. Quem sensum innuit etiam Theodoretus. Est & optimus sensus, vt hæc particula reddat rationem initio redditam, assumendi munus pastorale. Dixit Deus Zachariæ: Pasce oues occisionis, quia alii pastores eas occidunt, & perdunt. Nunc eam ipsam rationem repetit. Et paui oues occisionis propter hoc, nempe, vt liberarem eas è manibus illorum improborum pastorum, assumpsi ego tam graue onus, misertus vestri, o pauperes gregis.

[illegible] Sumit officium pastoris propter pauperes.

9 *Duas virgas*. Duos baculos pastorales, aut duo [illegible] intelligunt alii, quæ diuersis temporibus assumpsit. Vnam vocauit נעם *nobham*, alteram חבלים *choblim*; quorum nominum prius inquiramus rationem, vt postea quid significent explicemus. Prius nomen, quia deductum est à verbo נעם *naghem*, quod est, pulchrescere, iocundum, pulchrum, decorum esse, rectè translatum est; decorem, pulchritudinem, iocunditatem, dulcedinem, mansuetudinem, seu elegantiam; significantem [illegible], iocundum, ac pulchrum modum gubernandi, quo populus est gubernatus. Posterius est participium plurale verbi חבל *chabal*, *chobelim*, quod verbum significat, *obligare, corrumpere, dissipare*. Isa. 10. 27. *computrescet*, seu *dissoluetur iugum à facie olei*. & ita *chobelim* erit, dissipantes, corruptores. Significat & naucleros, seu gubernatores maris, vt Ionæ 1. 6. *& accessit ad eum* רב החבל *rab hachobel, gubernator*; & Ezech. 27. & 8. quod inter nauis funiculos dissipantes versentur. Est & nomen חבל *chebel*, cuius plurale est *chabalim*, quod significat funiculos; quomodo vertit Vulgatus, vt & Aquila, & Symmachus; vt ait Eusebius lib. 10. de Demonstratione Euang. c. 4. & ipsi Septuaginta: sic forsan gubernatores appellando, quod populum [illegible] aret, quasi [illegible] nibus, & quasi laqueo irreti- [illegible] cum [illegible] nificat, quo capiun-

Duorum [illegible] ratio, & etymologia.

Eusebius.

[illegible] aut [illegible] 18. 10. [illegible] *dita est in terra pedica eius* [illegible] *funiculus eius*, & cap. 40. 20. *An extrahere poteris Leuiathan hamo & fune ligabis linguam eius* [illegible] cunt; *Aut certum pones capistrum eius* [illegible]. Lyra *funiculos* explicat ad cædendum, instar flagelli. Alii [illegible] extendas [illegible] eius [illegible] [illegible] est *funiculus hæreditatis eius*. [illegible] ra in omnibus primis cōmodior [illegible] formæ gubernandi hic explicantur; [illegible] dulcis, & amore [illegible] blanditiis alliciens: alter amara, terribilis, [illegible] nis, ac suppliciis ple[illegible], quæ [illegible] & dissipet, ac [illegible] queet subditos. & [illegible]

Iam ad varia significata harum duarum virgarum veniamus; & ab antiquioribus ex[illegible]amur, vt inde in recentioribus quiescamus. Et primus Hieronymus, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, & Dionys. priorem virgam volunt esse tempus, in quo omnes sub Noë gubernantur sine discrimine, à Deo; posteriorem, quando ceteris gentibus relictis, elegit sibi populum, in funiculum hæreditatis suæ a tempore Abrahæ, vel exitus Israël de Ægypto. [illegible] co supraci- tato *virgam decorem* putat esse legem veterem, & vetus testamentum: at *virgam funiculum*, multitudinem illius gentis, cui data est lex. [illegible] mireris cur ita conceperit: ratio est, quia nomen *chebel*, quod vertitur *funiculus*, significat etiam turbam, aut cætum; vt 1. Reg. 10. 5. *Cum ingressus fueris vrbem, obuiam habebis chebel gregem*, aut cætum, aut chorum Prophetarum. Cyrillus, & Isidorus existimant *decorem* esse legem Euangelicam: *funiculum* vero legem veterem quæ multiplicibus suis præceptis damnat, terret, & punit. Moyses Ægyptius libr. 2. Directoris cap. 44. per *decorem* intelligit tempus, quo sub exitu de Ægypto regebatur populus à Deo per Moysem, & ceteros duces ac reges: per *funiculos* tempus a rege Roboam; quando per impios reges gubernabatur. Alii per *decorem* intelligunt modum, quo populus administrabatur per vnum regem Saulem, Dauidem, & Salomonem: per *funiculum*, alterum à diuisione regni seruatū. Chaldæus Paraph. & Lyra per *duas virgas* duo regna accipiunt, in quæ post Salomonem diuisum est regnum. Nam pulchrum [illegible] sub Ieroboam, qui populo libertatem promittebat: durum, & asperum sub Roboam, qui de consilio iuuenum dure populo locutus est. Montanus intelligit duos gubernandi modos, quibus per Sacerdotes populus est gubernatus: Priorem per tres illustres Machabæos, Iudam, Simonem, & Ionathan: Posteriorem per ceteros, qui eos secuti, per fas, & nefas, regium nomen vsurparunt. Vatablus *decorem* intelligit tempus præcedens Christi passionem; *funiculum* tempus subsequens vsq; ad excidium Ierosolymitanum. Alii demum per *decorem* accipiunt doctrinam suauem, qua Christus vsus est in principio suæ prædicationis: per *funiculum*, asperam, plenam parabolis, & væ, in fine prædicationis. Sic sentiunt interpretes; quorum in sentiendo diuersitas ostendit summam [illegible] ficultatem; nec satis tot sententiis exha[illegible] ceat & hanc adducere intelligentiam, has [illegible] virgas, seu duo peda simul sumpta [illegible] ria, non vnum post ali[illegible] duos modos, quibus Deus vsu[illegible] nando suo populo: non tempore dis[illegible] post alterum:

Expositiones [illegible] virgarum.

[illegible] gubernan- [illegible] um [illegible] &

sed

sed quando ratio prudentiæ exigebat, vt commone est cuique prudenti reipublicæ administratori. Vnus est per amorem, blanditiis, & beneficiis, & præmio alliciendo; alter per terrorem, minis, calamitatibus, & pœna afficiendo. Ille patris est in probos amorem suum ostendentis: quia oderunt peccare boni virtutis amore: hic domini, sæuique iudicis ac tyranni, suam sæuitiem in malos exercentis: nam oderunt peccare mali formidine pœnæ. Et illa quidem dicitur virga ferrea, qua supplicium infertur subditis non parentibus, iuxta illud Psal. 2. 9. *Et reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos.* Hæc vero dicitur aurea, & decora. Deus ergo cum aliquando amore vellet ducere populum suum; & non id succederet, vt putarat; confracta virga aurea; assumpsit ferream, & cœpit populum suum permittere suæ voluntati, & sinere Deum cultumque eius relinquere, donec discissus, ab hostibus perditus est. Atque hæc modo in vniuersum sint dicta, postea sigillatim explicanda.

10 *Et succidi tres.*] Mosem, Aaronem, & Mariam, exponunt Hieronymus, Haymo, Remigius, Rupertus, Albertus, Hugo, & Dionys. Diximus autem Michææ 6. Mariam præfuisse feminis, sicut fratres viris in ciuilibus, & sacris: & conuenit quod dicitur, vno mense succisos, quia ex Numer. 20. cap. colligitur, eo ipso mense Martio, quo Maria mortua est, latam esse illam mortis sententiam contra Mosem, & Aaron, v. 12. *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Alias autem intra vnum annum decesserunt quadragesimo anno exitus de Ægypto; Maria quidem mense primo *Nisan*, Numer. 20. 1. qui nobis est Martius, die secunda, Aaron mense quinto prima die mensis, Numer. 33. 38. nempe nostro Iulio: & Moses die septima mensis *Adar*, qui est Februarius eiusdem anni quadragesimi exitus de Ægypto, vt constat Deut. 1. 3. & 31. 2. & 34. 7. Sunt qui intelligant tres primos reges; Saulem, Dauidem, & Salomonem, qui populo vniuerso præfuere. Lyra, Ioram, Ochoziam, & Iezabel, quos interfecit Iehu, Dei iussu. Dauid Kimhi tres Iosiæ filios numerat, Ioachaz, Ioachim, & Sedeciam, qui intra 22. annos sublati sunt. Montan. putat esse tres filios Mathatiæ, Iudam Machabæum, Simeonem, & Ionathan, qui vno mense annorum, nempe triginta annis gubernarunt rempublicam. Alii tempore Christi sublatos putant reges Iudæorum, Prophetas, & Sacerdotes, qui breuissimo prædicationis Christi tempore sublati sunt, vt vult Theodoretus: vel principes gentium, Israel, & Iudæ, qui tunc gubernabant, vt Isidorus: vel Sacerdotes, Magistratus, & Iurisperitos, seu Sacerdotes, Indices, & Prophetas, vt Vatablus. Nam cessante lege per Euangelium, cessauit gubernatio legis, & ministri eius. Itaque hi fere vnum mensem breuissimo tempore explicant, & hyperbolice dictum putant.

Videtur sane Propheta ad pastionis munus sibi commissum vti principalem, alios sibi inferiores pastores accinisse, ac conduxisse, quibus partem gregis pascendi pro pastoritiæ artis peritia distribueret, solicitus de gregis incolumitate, & statim in primo limine impegisse: nam in ipso primo mense sui officii adeo male successit pastio, quod grex durus, & assuetus errare quacunque mallet, pastorum non subiiceretur curæ, nec sineret se ab illis duci, vt gregis dominus pastores conductos remiserit, & a gregis cura succiderit, & gregem ipsum suæ voluntati permiserit, vt faceret quæ luberet, exerraret in deuia, & in se inuicem insurgeret, ac sese discerperet. Iuxta hanc pascendi rationem videtur Deo summo pastori accidisse in deserto; cum in ipso initio gubernationis populi, delegit Mosem, Aaron, & Mariam, vt dicit Hieronymus; & propter gregis duram ceruicem tædio affectus, voluit dimittere, & nec tradere, nisi Mosis precibus quiescere compelleretur, donec tandem, in petræ percussione, vitio rebellis gregis, Deo infidi, succidi iussi sunt, & propterea vno anno interiere. Dicuntur autem tres hi pastores succisi vno, id est, primo mense: nam vnus dici solet primus, vt Genes. 1. *factum est vespere, & mane dies vnus*, pro primus; & Haggæi 1. *in die vna*, pro prima mensis. & *mensis* capitur non precise, sed pro vna, & prima parte temporis pastionis. Nam primum cœpit Deus pascere populum suum ab exitu de Ægypto in deserto per Mosem, Aaron, & Mariam. Sumpta similitudine à conductione pastorum per menses, qui primo mense muneri cedunt, & abeunt nimio labore fatigati. Verum quia non tunc dereliquit populum Deus, quin Iosue, ceterosque duces, & reges illi præficeret, verius dicemus, tres pastores dictos succisos pro numero incerto, nam sic accipi ternarium numerum diximus super 1. Amos, vt *vno mense*, sit idem quod, singulo aut vnoquoque mense: atque ita dicat; cœpi pascere gregem; & ad id melius agendum conducebam necessarios pastores. At illi tædio affecti, ac defatigati infido gregis genio in vnuquoque mense abibant; cumque hoc sæpius accideret, ego quoque pastione eiusmodi fessus, succidi omnes illos pastores, & dereliqui gregem voluntati suæ, vt sine rege exerrarent, & sine Sacerdote, & absque Prophetis. Hoc tædio, ac dolore sæpe Deum constrictum voluisse populum illum durum, & inobedientem abiicere, ex libris sacræ historiæ, & ex Prophetis ipsis satis compertum est: & propterea decreuit Deus decoram virgam abiicere, & funiculis vti; iuxta illud Christi Lucæ 13. 35. *Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos sub alas, & noluisti, ideo relinquetur vobis domus vestra deserta.*

Tres pastores qui intelligantur.

Pastoris solicitudo in conducendis aliis ministris.

Expositio planior.

Numerus certus pro incerto.

11 *Et contracta est.*] Verbum Hebræum קָצַר *Katsar*, vnde oritur futurum: *Vatiktsar* quod hic ponitur, angustiari, & coarctare significat, & adiecta anima afflictionem notat, quam quis accipit ex re graui, & difficili, cum tædio, & nausea illius rei. Vnde Vulgatus Numer. 21. 5. vertit, *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* & sæpe exponitur verbo abbreuiari; & quidam hic dixit: & nauseat anima mea in eis. & Septuaginta, & grauabitur anima mea in eis: Symmachus, & Theodotion, & exanimata est anima mea in eis. *Et anima eorum variauit in me.* verbum בָּחַל *Bachal*, quod nusquam alias in sacris literis reperitur, est tædio, & angustia affici, & ex tædio abominari, & detestari rem. Septuaginta dixerunt: *Etenim animæ eorum rugiebant super me.* Aquila: *Anima eorum immutauit in me.* Symmachus: *inualuit in me.* Re-

Interpretationis ...

ecotiores vertunt, *anima eorum nauseauit in me*. vt Pagninus, aut, *abhorruit à me*. seu *detestata est me*. quod Vulgatus dixit, *variauit*, quia temere, & inconstanter fluctuarunt in cultu veri Dei. Sed quos refert pronomen, *in eu*, & *eorum*? Multi putant *pastores* referre, qui propter imperitiam, & segnitiem male pascebant gregem, & idcirco succisi sunt à Deo tædio affecto. Vnde Moses Ægyptius loco citato notat, hic fieri allusionem ex permutatione literarum: nam quos cœpit Deus abominari, quod male pauissent gregem, vocauit *bhobelim*, à verbo בהל *bhabal*, dissipantes, seu demolientes: & actum hunc detestandi בחל *bahhal*. hi enim male pascebant gregem, & propterea Deus eos detestatus est, quod ipsi quoque eum fuerint detestati. Verum quid dicemus de bonis pastoribus Mose, Aarone, & Maria; aut Saule, Dauide, & Salomone; aut tribus Machabæis? nunquid his ea verba conueniunt; minime, cum successis illis pastoribus greges non fuerint derelicti, vt statim hic dicitur. Quare verius accipiuntur hæc verba ouibus conuenire, quas Deus minatur se deserturum, ferens ægre quod nullum rectum pastorem reperiat, qui eas beneuole, & ex animo pascat: & propterea conclusit; *non pascam vos*.

Expositio communis contra pastores.

12 *Non pascam vos*. Despondentis animum verba sunt hæc de omnium imminutione, & deserentis eas hostibus, & sibi inuicem diripiendas, iuxta prædictas expositiones. Nam Hieronymus, & qui cum sequuntur, explicant de desertione in deserto, cum iussit Deus Mosi; *dimitte me, vt disperdam eos*, neino vt eorum ingr... deserta, terram promissam ... Alij, vt Vat. Isidor. de desertione, qua Christus Iudæos deseruit, quo ... que traderentur Romanis. Alij aliter. At cum duæ ... nos non designate tem... pus Prophet..., ... hos aut illos; verius est hoc intellig... in ... populi desertione, quæ permissus ... in varia decidere delicta, in ... vio..., do...olatriam, & huiusmodi, & tandem in captiuitatem, vt ... ce... le... uorarent.

Expositio altera contra populum.

Deserto populi quoniam quæ capit ... us ducete ur.

13 *Et tulit virgam*. Hieronymus explicat de abiectione omnium ... & electione populi Israel, qui ... voc... *funiculum*. Verum omnes alij intelligunt coucilionem virgæ *decorus*, significare Deum pertæsum ... omnibus misse subiectis, & in dentia ab ... abiect... omnino decorum illum modum ... pascendi, & gubernandi per amorem, ... per ... benevolentiam. Nam ... ouces ... dimisse oues, & in æ voluntati relinquisse: abiecta pr... virga, pe... is tein ... leg sse ... Iudæos, non tan ... ; ... traderet.

bie... ... ore cœpit ... s pop... pu... re.

14 *Vt irritum*. ... hoc sed... s, quod irritum fieri dicitur post præcisam virgam decorem, difficile explicatur. Hieronymus, & alij ... fuisse expl... eant, quo gentes olim reiectæ fuerant à consortio Iudæorum, & cultu Dei, solo illo populo electo, vt Genes. 17. 2. *Pactum meum sa... tam inter me, & te & semen tuum*. & Deuteron. 7. 6. *Te elegit Dominus Deus vt sis ei populus peculiaris, de cunctis populis qui sunt ... super terram*. propterea dicebat Christus, *non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel*. Quo ... fœdus irritum f... et ... est, nam ostio gentibus aperto, ... ad ... illæ fuerunt ad gratiam Euangelij, populo Iudæorum re... cto. Montanus exponit ... Machabæos cum Romanis,

...dus ... odiam ...

& Spartiatis, quod paulo post illos cœpit labefactari, donec omnino dississum est. Quod si modus gubernandi paternus abiicitur, abiecta virga dicta *Decore*: & ex consequendi irritum fit pactum cum omnibus populis initum, non aliud esse potest id scilicet, nisi quo Deus tenetur cum hominibus agere, vt pater ex charitate, & clementia, & homines tenentur Deo vti filij obedire, & eum beneuole colere, iuxta illud Hoseæ 11. 4. *In funicu lis Adam traham eos, in vinculis charitatis*, id est. tractabo eos vt homines, qui amore, quasi fune trahuntur, & ligantur, quasi vinculis, charitate: non vt bellu as, quæ fuste ducuntur, & calcari. Qui ergo abiicit humanum modum agendi cum hominibus, abiicit simul fœdus amoris, & charitatis, cum omnibus populis initum, vnum Deum colendi ex amore, illique perpetuo adhærendi. Vt sane irritum est ab ea die, & hora, qua Deus decernit homines, non vt homines tractare, sed vt belluas.

Pactum Dei ... endi cum hominibus amore, non timore.

Et cognouerunt. Nempe Israelitæ, gentibus abiectis, se in peculiarem populum electos, & ita impletum verbum Domini, quod promisit Abrahæ Isaac, & Iacob, de semine suo eligendo. Sic Hi... Remig. A. bertus, Hugo, & Dionys. Alij explicant de iis, qui Christo crediderunt, qui quidem pauperes grex... cognoscebant vere esse verbum Dei Christi doctrinam, nec offendebantur, vt Scribæ, & Pharisæi, iuxta illud Matth. 11. 6. *& beatus, qui non fuerit scandalizatus in me*. His enim datum est, intelligere verbum Dei, de quib. dicit, *& agnouerunt sic pauperes, aut humiles gregis, custodientes mihi*, vel me, hoc est, mandata mea. Vel *qui fecerunt voluntatem meam*, vt ait Chaldæus: hi ergo cum illi, qui in grege eo erant mansueti, & humiles, & ubi erabant Dei voluntatem, videbant à pastore, abiecto decore amoris, & humanitatis, & clementiæ, gregem rebellem percuti, & omnino deseri, tradique discerpendum lupis, stupefacti dicebant, verbum Dei esse: idque Dei nutu fieri, qui non permittit scelerarum abire impunitum; nempe id contemplantur, & obseruant, qui Deum, vt pretiosissimum thesaurum custodiunt, pauperes spiritu, humiles, & mites, ac tam copioso diuites thesauro. 15

Iusti, & tantes contemplantur, & colunt Dei iudicia in improbis delendis.

Si bonum est. Quos his verbis alloquatur non conueniunt interpretes. Communiter intelligunt auctores ad Iudæos esse sermonem in vniuersum, quos Deus obtecerat. Nempe ad gregem dictum, & rebellem, quem decoro pedo volebat pascere Propheta. Hieron. ita tamen cum iis, qui eum sequuntur, affi... mat, ad pauperes gregis loqui Prophetam; & constat ex illis verbis. *& dixi ad eos*. nempe ad pauperes gregis, paucos illos quidem, & qui custodiuntur mihi nempe Deo, vt legunt L x x. & qui animaduerterant, Dei opus esse, quod in grege repellendo, & dissipando fiebat. At has paucas oues reliquas, quæ seruatæ erant prophetæ, qui vt mouet Montanus, reuera hæc ita, vt ... fertur, ... sua persona expl... sit, quam personam Christi, & gestam ea ... a rep... æsentauit, sic locutus est. Reliquæ oues abiere à me profligatæ, absque vllo mihi molumento impenso, absque villa mercede pastoris, pro mea in illis pascendis opera, pro meo labore, & solicitudine: Vos, quæ mihi seruatæ estis, 16

Loquitur pauperibus gregis.

vul-

Deus mer[illegible] po[illegible] pro [illegible] cura [illegible] storali.

uitutine abire? Quod si mea opera, mea cura, & solicitudo pastoritia placet vobis, decernite aliq̄ mercedem pro meo munere obeundo. Quod si mea custodia non placet, cessate, & me liberum abire permittite. Id scilicet agebat Propheta cum ipsis ouibus, quod olim fecit Iacob cum Laban, qui peiores partes semper tulit ex gregibus. Id quoque Christus cum ouibus, ad quas pascendas missus fuerat; cuiusq; gestum repræsentabat Propheta, Iudæ proditione diuenditus, vt hic omnes affirmant, Hieron. Theodoret. Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. Vatabl. Mont. & Isidor. cum Matthæo ipso cap. 27. qui de Iudę proditione est hunc locū interpretatus. Aut certe mercedem postulat pro obito iam munere, tempore, quo gregem pauerat: at postquam pedo exciso illum abiecit, aut pauculis ouibus: statuite aliquam mercedem, ne abeam absque emolumento, ex præterita cura suscepto: quod si nihil dare velitis, nihil curo, vos cessate, ego contentus meo munere rectè obito, quo libuerit discedam. Et hoc significat quod dicit; *afferte*, vel *date mercedem meam.*

17 *Et appenderunt.*] Hoc est, ponderauerunt mihi, nempe sub pondere soluerunt; non enim numerabant pretium alicuius rei, sed ponderabant, vsu gentis, vt Ierem. 32. 9. *Appendiq; ei argentum septem stateres.* Isaię 55. 1. *quare appenditis argentum, & non in panibus.* Appenderunt ergo Zachariæ pro mercede impensæ operæ in pascendo oues triginta argenti, nempe siclos. Nam sic loqui, & subintelligere solet Scriptura: & Vulgatus solet, & *argenti siclos*, & *argenteos* vertere. Sic Gen. 37. 28 Ioseph dicitur vēditus *viginti argenti.* Chaldæus dixit, *viginti argenti siclis* Vulg. *viginti argenteis.* & quod 3. Reg. 10. 29. & 2 Paral. 1. 17. dicitur, *educebatur quadriga ex Ægypto sexcentis argentis*, Vulgatus dixit *sexcentis argenti siclis, & sexcentis argenteis.* Ita eadem summa pecuniæ erat appensa Zachariæ pro suis operis; & pro pretio Christi, triginta argenteorum, siue siclorum argenti. Cumq; siclus tetradrachmus sit, & singulis drachmis respondeat ferè regalis Hispanus; triginta argentei valebunt centum viginti regales Hispanos; vt latius diximus super 8. caput Amos num. 8.

[illegible] [illegible] Prophetæ pro pastio[ne].

18 *Ad statuarium.*] Hebraicè, *proiice eam ad* היוצר *haiotser.* quod quidem nomen à radice יצר *iatsar, fingere*, aut *ex luto facere, figulum, plastem*, seu *fictorem*, proprie significat. Isaiæ 29. 16. *Quasi si lutum contra figulum cogitet: & figmentum dicat fictori suo.* & cap. 44. 9. *Plastæ idoli omnes nihil sunt.* Threnor. 4. 2. *quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?* Atque ita acceperunt Aquila apud Eusebium lib. 10. de Demonstratione 4. Dimitte eos in conflatorium; proiice illud ad plastem, & proieci illud in domo Domini ad plastem. Et Hieronymus in huius loci commentario: Proiice, inquit, illud ad statuarium, pro quo in Hebræo legitur יוצר *iotser*, id est, τὸν πλάστην, quem nos fictorem, & figulum possumus dicere. Et statim; pro plaste, atque fictore statuarium olim interpretatus sum, verbi ambiguitate compulsus, quod statuarium, fictoremque vno sermone significat. R. quoque Abraham sic intellexit, tum & Figurius, Montanus, Isidor & Robertus.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ita tamen acceptum Deo rerum omnium primo effictori accommodant Hieronymus,

[illegible] offe[illegible] [illegible] pretiū

Rupertus, Lyra, & Dionysius: proiice eos, inquit, ad Deum formatorem omnium, qui nouit quo pretio quæque res sit æstimanda, vt perpendat vilitatem pretii, quod mihi solutum est pro mearum operarum labore. Vnde subdit: & proieci illos in domum Domini ad statuarium. Et cum LXX. Aquila, & Symmachus vertunt, *proiice illos in conflatorium*, hunc sensum insinuarunt, vt exposuit Theodoretus, id est, in domum Domini, vt periculum faciat Deus an hæc sit iusta tanti beneficii merces. Montanus ex Matth. 27. interpretatur argenteos illos iussos proiici ad figulum, vt darentur figulo pro agro suo. Certè Propheta iussus est proiicere argenteos ad figulum templi ministrum, qui ex officio fingebat, vel curabat effingi necessaria templo vasa; nam ex eo quod subiicit, proiecisse in domum Domini, certum facit fuisse templi ministrum, aut officialem.

datum. &[illegible] æstimandū:

Vulgatus interpres, cum sæpe alias prædictum vocabulum *iotser* plastem, figulum, aut fictorem transtulerit, qui ex luto format aliquid, hoc loco statuarium vertit; nempe eum, qui ex ære, alioue metallo fusoria arte signa conficit, aut statuas; qui idem conflator dicitur, qui igne liquefacta metalla commiscet, & conflat sculptile; aut statuam aliquam; vnde fornax eiusmodi conflatorium dicitur; qua ratione LXX. Aquila, & Symmachus verterant hunc locum; *proiice eos ad conflatorium*: nempe, vt artifex conflet ea, & in massam commisceat: nam statuarium in templo fuisse quemquam, vbi statuæ confici vetabantur, credi non potest.

Statuarius nomen [illegible] [illegible] [illegible]ficet.

Chaldæus Paraphrastes, & Dauid Kimhi, quos sequuntur Pagninus, & Vatabl. putant in eo vocabulo *iod* positam pro *aleph*, quod hæ literæ facile permutentur pro אוצר *otser* autem *thesaurarium* significat, seu præpositum thesauri; vnde Chaldæus sic exponit. *Proiice illud in domo sanctuarii Domini, sub manu præpositi magni*: nempe ad thesaurarium, vt alii vertunt: & tamen nusquam alias eiusmodi constat facta in hoc vocabulo permutatio literarum.

Sed quorsum iussum est Prophetæ vt proiiciat 30. argenteos coram conflatore, statuario, aut thesaurario templi? Nempe per despectum quendam, vt proiectione sua indignabundus ostenderet, quam vili pretio sese, suasque operas æstimassent. Vt constat ex illis verbis ironice dictis; *decorum pretium quo appretiatus sum ab eis.* Num pro eo, ut vt cultui diuino deseruiret, quod suo vsui non fo et tam vile pretium? vt accepturi vilem pecuniam, despicientes iubemus eam donari pauperibus, aut in templorum arculas mitti, seu in gazophylacium, in quod mittebant quodlibet [illegible]; vt vides in Marco cap. 12. vers. 41. vbi sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs; & multi diuites iactabant multa, & vidua pauper misit duo minuta. Aut certè, vt proiiceret ad conflatorem, aut effictorem vasorum templi, vt ex illis argenteis conflatis vas aliquod conficeret, aut alii adiiceret, quod templo deseruiret. Aut demum quod ex templi ministris pretium illud accepisset, illis restituisset, siue conflatori metallorum, siue thesaurario, quorum interest, ne putarent tales operas tam vili pretio comparandas? scilicet volebat significare Deus non suo officio, qui tam benigne populum il-

Argentei proiecti per quendam despectum.

Non satis faciunt ex[illegible]

lum curabat; satisfactum fuisse externo illo templi cultu, & sacrificiis, quibus putabant, Deum sibi deuinctum tenuisse, quasi eo vili pretio comparatum.

Iam pro huius Prophetiæ plena intelligentia videre oportet, num eam referat Matth. c. 27. 9. cum ait. *Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiã Prophetam dicentem; Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt a filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi Dominus.* Communis interpretum sensus est referri hanc Prophetiam à Matthæo. Ad id verò quod opponitur, Ieremiam citari ab illo, non Zachariam, respondent Euseb. libr. 10. de Demonstrat. c. 4. Rupertus, & Caiet. super Matthæum, librarii erratum fuisse, qui pro Zacharia posuerit Ierem. Alii binomium fuisse Prophetam, dictumque & Ieremiam, & Zachariam, quod non fuit infrequens Iudæis, auctore Hieronymo aduersus Heluidium. Aut certè Matthæum non nominasse Ieremiam, sed tantum dixisse; *quod prædictum est per Prophetam* Nam ita olim in quibusdam codicibus reperiebatur, & ita habet Syriacus, quem nunc legimus, idque notat Augustinus lib. 3. de consensu Euangelistarum c. 7. Refertur autem Prophetia nonnihil immutata, quia applicata ad rem præsentem, ideoque non mirum si personæ mutentur: sic enim solent Prophetiæ veteres ab Euangelistis citari.

Sunt alii, quibus videatur non esse hanc Prophetiam citatam à Matthæo, sed aliam ab Ieremia prænunciatam, quæ non extat. Sic sentit Tertullian. libr. 4. aduersus Marcion. cap. 39. Origen. Tract. 35. in Matthæum, Eusebius loco iam dicto, Hieron. in Matth. Rupertus, & Caietanus. Idque in primis certum facit; quod Matthæus refert Ieremiam, non Zachariam, vt legerunt etiam vetustissimi Patres, Origenes, Eusebius, Hieronymus, Augustin. & correctiores codices habent; & tandem iussu Concilii Tridentini correctus, quare nulla ratio cogit affirmare erratum esse librarii. Deinde quia satis longe diuersa sunt verba Zachariæ; *Et appretiauerunt mercedem meam triginta argenteos: & dixit Dominus ad me. Proiice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & proieci illos in domum Domini, ad statuarium,* à verbis citatis ex Ieremia. *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.* Demum quia longè quoque diuersus est sensus. Nam Zacharias pretium postulauit pro suis operis, & dati sunt triginta argentei. Et quod vile pretium esset, iussit Dominus Zachariæ, proiicere illud ad statuarium, qui erat in domo Domini, nempe ad Deum, vt multi interpretentur, non ad figulum, vt contendunt interpretes; aut eo nomine explicat Deum rerum effictorem, non figulum agri dominum, vt quidem proiecit iussu Domini Propheta. quid autem factum sit de eo pretio nihil dicit Zacharias. At Ieremias quid de eo pretio futurum esset explicuit, cum dixit; & templi ministri acceperunt triginta argenteos, quod erat pretium Christi appretiati à filiis Israel, & dederunt eos in agrum figuli, vt eum emerent, sicut constituit mihi Dominus: quod quidem non videmus iussum Zachariæ. Et Zacharias quidem ipse est appretiatus, & ipse acceptos nummos iussu Domini proiecit in domo Domini, ad statuarium, præ indignatione vilis pretii. At Ieremias dicit, Sacerdotes templi accepisse illud pretium, oblatum a Iuda, & emisse ex illo agrum figuli vt constituerat illi Dominus.

Nihilominus sicut Zacharias in sua persona referebat Christum; ita & facto suo. Nam quemadmodum pro suo munere pastoritio exigebat pretium, fidem, & pietatem ex corde; & datũ est pretium vile triginta argenteorum. Ita Christus postulabat a Iudæis pro suo euangelizandi munere, vt sibi crederetur, & vt Deus coleretur. At illi pretio 30 argenteorum eũ æstimauerunt; & sicut Propheta indignatus, quod tam vili pretio fuisset æstimatus, & pretium proiecit, & eos, qui pretium illi dederunt: ita Christus proiecit Iudæos, & tradidit Romanis deuastandos.

Ne verò dicamus Zachariam Iudæ personam, & Christi simul retulisse; videtur verius diuersam esse Prophetiam Zachariæ, & Ieremiæ. Nam & Hieron. super 27. Matth sic ait: legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarææ sectæ mihi Hebræus obtulit, Ieremiæ apocryphum, in quo hæc ad verbum scripta reperi.

19 *Et prærupi virgam.*] Mox, vt abiiciebat, aut confringebat virgam decorem; quando populũ Deus ducebat amore, cæpit illum gubernare altera virga funiculorum dissipantium omnia, & percutientium rebelles, suppliciis afficiens, & populum ipsum paulatim dissoluens; & ita dicebat: non pascam vos baculo suaui, & virga decore; quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur; & reliqui deuorent vnusquisq; carnem proximi sui. Sic sane cæpit dissoluere germanitatem, quæ erat inter Iudam, & Israel sub Dauide, & Salomone; & diuisum est regnum sub Roboam in duas partes, & deinceps se inuicem mordebant, deuorabant, interficiebant, & dissipabant. Ideoq; variis vtrũq; regnum suppliciis, & captiuitatibus puniebat Deus; nam partim Assyriis, partim Chaldæis tradidit. Libertate donata iterum in eandem germanitatem conuenerunt; & cum ab eadem [illegible] fuissent, similiter variis modis plexi sunt, donec tandem sub Christo Domino, cui ubique, vt regi, deberent, in varia studia diuisi, quidam ei adhæserunt, nempe Iudas; sic vocantur, qui factionẽ veri Dauid secuti sunt quidam, & plurimi adhæserunt eius aduersario Ieroboam, dæmoni, qui dicuntur Israel. Sic quoque dissoluit germanitatem pristinam & grauiora cæpit quotidie inferre supplicia, donec tandem dissoluit & hanc virgam; & noluit nec illum populum duce gubernare, sed omnino deserere, ita vt nunquam amplius ad solitam dignitatem regni, ac reipublicæ redierit. Ita dissoluit alteram virgam, quæ dicebatur funiculus, dissoluta omnino germanitate, quæ erat inter Iudam, & Israel, sub eodem cultu, & regno. Hanc formam ducendi populum ponebat ante oculos Zacharias pauperi gregi populi redeuntis è captiuitate, vt sibi caueret; ne caderet ab statu, in quo erat, vt maiores ceciderant. Tunc ergo omnino confregit virgam secundam, quando populum rebellem permisit Romanis dissipandum, & perdendum, vt videtur Hieron. Theod. Albert. Hugoni, Lyræ, Dionysio & Vatablo, abolita [illegible] quæ eos in germanam [illegible] tatem, coniungeb[illegible]

[Marginal notes:]
[illegible] Dei [illegible] opus [illegible] Matthæus referat Zachariam.
1. Sententia referri à Matthæo Zachariã.
Ieremiæ nomine cur citatus Zacharias.
Sententia 2. referri Ieremiam. Tertull. Origenes. Eusebius. Hieron. Rupert.
Zacha[illegible] refer[illegible]
Diuersa Proph. Zachar. & Ierem.
Modo [illegible] cui [illegible] cæpit D[illegible] duro rege re.
Idem [illegible] & [illegible] tius lus Roman[illegible] tatem

Montanus intelligit de debili modo regendi, post Machabæos, quando Hircanus, & Aristobolus fratres de regno contendebant; tunc enim res Iudæorum cœperunt labefactari, & in deterios abire. Alii aliter; sed quod diximus communius est, & omnia comprehendit.

20 *Vt dissoluerem*] Quemadmodum cum præcidit virgam decorem, omnem rationem gubernandi ex amore reliquit, ita modo præcidens virgam dissoluentem, aut dissipantem, & percutientem, relinquit alterum modum gubernandi, & omnino relinquit gregem dissipatum, lupis, Romanis, vt iam seorsim viuant, qui sunt ex Iuda, sub Christo, & qui sunt ex Israele, cum diabolo. Sic intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Hugo, & Dionys. cum aliis, dissolutam germanitatem, quam Septuaginta vocant fœdus, in quo omnes conueniebant sub eadem lege, & cultu. Nam infideles Iudæi dispersi per orbem, non solum non sunt aliorum germani, sed serui; nam sub fidelium dominatu degunt. Montanus germanitatem dissolutam dicit per factiones fratrum, Hircani, & Aristobuli. Vatablus etiam sic; omnes Iudæi conuenerunt in vnum, clamantes, *crucifige, crucifige eum*; in cuius peccati pœnam per Romanos in varias orbis partes dispersi, soluti a illa impia germanitate, qua erant colligati, ignorant ea quæ sunt utilia, aut fidelia. Vnde particula, *inter*, non ponitur vt condistinguat Iudam carnalem ab Israele sed pro, *in*, sumitur, vt cum dicimus, *inter Christianos quidam probi sunt, quidam reprobi.* Sic *inter Iudam, & Israel*, hoc est, ex Iudæis, & Israelitis quidam Christo adhærebunt, quidam obstinati suæ impiæ opinioni: & ita dissoluetur fraternitas, qua colebant vnum Deum, vno cultu, sub eadem lege veteri.

Germanitas populi dissoluta per Romanos.

Germanitas dissoluta dum quidam Christo, alii dæmoni adhærebant.

21 *Adhuc sume*] Postquam egit, Dei iussu, Propheta peritum, ac prudentem pastorem, qui amore modo, modo terrore, modo beneficiis alliciendo, modo suppliciis agitando, pascit gregem, ad eius salutem curandam, & incolumitatem. Nunc iubetur agere personam pastoris imperiti, & stulti, qui solam intendat suam vtilitatem, cum quocunque gregis incommodo, etiamsi oporteat interitum obire: quo doceat Iudæos è captiuitate redeuntes, in quem captiui pastorem inciderint, quod respuerint Deum bonum, prudentissimumque pastorem: & in quem casuri sint, si Deo, à quo fuerant liberati, non paruissent.

Stultum pastorem tempore captiuitatis opponit Deo sapientissimo.

22 *Vasa pastoris stulti.*] כְּלִי *Chli* singulare nomen est *vas*, vt vertunt Pagninus, Vatab. & Isidorus: significatque hoc loco *peram pastoralem*, vt explicat Vatablus; vsu Scripturæ, quæ sic solet accipere, 1. Reg. 17. 49. *Misit Dauid manum suam ad vas*, id est, *ad peram, tulitque vnum lapidem.* & v. 40. *Elegit sibi limpidissimos lapides, & misit eos in vase pastorum*, id est, in pera pastorali. Verum Septuaginta, Vulgatus, & Tigurina vt plurale vertunt, *vasa pastoralia*, accipientes singulare pro plurali, aut certè plurale כְּלֵי *chele* legentes, quod in vno puncto *tsere*, aut *chirick* differt à singulari. Et cum nomen generatim quodcumque instrumentum significet ad quoscumque vsus, vt arma; instrumenta musica, & supellectilia, hic, ex adiecto possessore, significat instrumenta pastoralia. Sed quæ dicuntur hæc vasa? quisue pastor stultus? Theodoretus stulti pastoris nomine non accipit pastorem imperitum, ignorantem, aut rudem, qui nesciat oues custodire: sed sceleratum, & suæ vtilitatis amatorem & prudentem conquisitorem, deniq; iniquum, & sæuum, vt 2. Reg. 13. 12. dixit Thamar fratri suo, *noli facere stultitiam hanc*, id est, tantum facinus. Ps. 13. 1 *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Vasa autem huiusmodi pastoris Dauid Kimhi, & Vatab. intelligunt peram pertusam, quæ nihil valeat continere: existimant scilicet, inscium, rudemque describi pastorem, è cuius pera ipsa necessaria dilabantur. Hieronymus, Lyra, & Dionysius, insignia pastoris explicant, habitum, peram, baculum, fistulam, & sibilum; eadem quæ probus pastor afferret, vt referret habitu prudentem pastorem; reuera longe abesset ab eius officio, vt vocari merito posset idolum, quod præter pastoris figuram amplius habet nihil. Verius Cyrillus, & Montanus diuersa instrumenta designant scelerati, sæuique pastoris, illi peculiaria, ad tondendum oues, confringenda earum crura, & cædendum: arma scilicet, baculum grauem, gladium ad iugulandũ, forcipes ad tondendum, peram ad sibi necessaria portandum; & amplius nihil ad curandum oues. Atq; ita esse constat: quia iubet Deus Prophetæ, vt sumat vasa pastoris stulti, opposita vasis pastoris periti, vt pelliculam abiiciat, qua pastor tunicis fit ouibus: sibilum, vt alliciat, pro clamore terrente; pro leuiori baculo sumat grauiorem; pro fistula vocante, toruum, & fugantem vultum, & linguam malè gregi precantem; gladiumque necem comminantem, & eiusmodi. Deinde, quia ex effectis constat, his vasis adornatum esse pastorem stultum, qui nihil boni curet ouibus, sed earum comedat carnes, & vngulas dissoluat: & demum quia grauiter increpatur, quod derelinquat gregem, & gladium habeat in brachio, & in voluntate; quo iugulet oues.

Pastor stultus iniquus & sæuus.

Vasa pastoris stulti, ad exercendã sæuitiem.

23 *Ecce ego suscitabo.*] Iam explicat quis sit ille durus pastor, quem suo habitu retulerit Propheta. Indue, inquit, habitum pastoris illius, quem ego sum suscitaturus, & creaturus in terra hac, nempe in Iudæa, vt indicat Hieronym. dum probat Antichristum sedem suam constituturum in templo Dei, in Ierusalem; & asserunt Vatabl. & Montan. Pastorem hunc stultum, & imminentem Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Haymo Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Isidorus, Antichristum explicant, quem sibi præponent caput Iudæi, qui Christum accipere noluerunt, iuxta illud Christi ipsius Ioan. 5. 43. *Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Sed hanc intelligentiam facile conuellet, qui conditiones pastoris stulti à Propheta, Deoque subiectas paululum expendat: qui futurus prædicitur crudelis in oues sibi ad pascendum assumptas, quas non sit curaturus, sed nociturus, & omnino perditurus, non quoad animam, sed quoad corporis incolumitatem. Cũ enim tamquam vltor, & carnifex adiiciatur hic tyrannus ad supplicium ouium, quæ Dominum pastorem repulerunt, quoad corpora, tyrannidem, & sæuitiem exerciturus prædicitur in Iudæos. At Antichristus suscipiendus est à Iudæis tamquam proprius rex, & Messias, quem expectant, eumque sunt adoraturi, & sequuturi, tamquam pastorem lenem, & benignum, qui pro eis sit contra omnes reges pugnaturus. Iudæis itaque

Sententia 1. Antichristus pastor stultus.

Refutatio.

venturus est, qui eum honorificè excipient, & vt regem salutabunt; vt asserunt Hyppolitus martyr in Orat. de consummatione mundi, Ambros. in c.13. Apocalypsis, Hieronymus q.11. ad Algasiam, & Damascenus lib.4. fidei c.27. quos sequuntur reliqui. Quomodo ergo Antichristo conuenire poterunt conditiones stulti, crudelisque pastoris? qui licet in fideles, qui non erunt ex ouibus illius, sed Christi, crudelissimus futurus sit; non tamen in Iudæos, & reliquos, qui eius dominatui se subdiderint. Idcirco sunt qui hoc nomine intelligãt somniatores, & vaniloquos, quales erant Pharisæi, qui humanas, propriasque doctrinas populo obtrudebant, suaque commoda quærebant, quibus adhærebant, qui Christum repellebant, eiusmodi multi fuerunt pastores in populo Dei, contra quos loquuntur Prophetæ, vt Ezechiel. cap. 34. qui similes pastoris Zachariæ refert conditiones.

Sententia 2. de malis populi pastoribus.

Verum hi erãt sub Deo pastores ouium, quos propterea increpabant Prophetæ, quod suo munere, iuxta Dei leges, nõ fungerentur.

Refutatio.

Hic autem, de quo loquitur Zacharias, oues à Deo repulsas suscepit, tenetque sub suo dominatu. Montanus Herodem magnum, eiusque posteros, vsque ad Agrippam intelligit, qui adeo crudeles fuerunt in Iudæos, sua vt omnino commoda quærerent, & nihil vlterius. Theodoretus, & nonnulli alii volunt hunc esse Antiochum Epiphanem regem impiissimum, qui, vt dicitur 1. Mach. 1. v. 57. *Ædificauit abominandum idolum super altare Dei, & aras per vniuersas ciuitates Iuda erexit*, in figuram Antichristi.

Sententia 3. de Herode & Antiocho.

Etenim, si oues, quod noluissent Deo pastori bono & sapienti subiectæ esse, & neque baculo ab eo duci decoro, & suaui, neque graui, & percutiente ad emendationem, idcirco desertæ ab illo, in pœnam traduntur pastori stulto, & insipienti, qui eas confringat, & enecet, cogimur hunc pastorem intelligere illum omnem, cui Deus permisit populum suum percutiendum captiuitate. Contendit sane Zacharias, vt iam non semel dixi, exemplo præteritorum, inducere Iudæos, qui redierant Babylone, in officio permanere, & verum Deum pastorem benignum semper sibi retinere, ac vereri; ne tradantur pastori stulto, qui turbulenter, & crudeliter eos gubernet. Scilicet, ne quemadmodum prius ita Deus Iudæorum gubernationem reliquit, vt eos gubernandos tradiderit tyrannis Assyriis, & Chaldæis, vt Salmanasari, & Nabuchodonosori; qui eos captiuos expulerunt è patriis sedibus in Assyriam, & Chaldæam: ita posterius illis accidat, vt relinquantur à Deo, & tradantur Romanis dissipandi, & dispergendi in mundum vniuersum, sine rege, sine lege, sine sacerdotio, & templo, & sine forma reipublicæ; subiecti alieno dominatu eorum, qui eos grauiter affligant, & puniant verbis, verberibus, & duris oneribus. Hoc est enim quod dicit Propheta, *quia ego suscitans pastorem in terra*, hoc est, ego sum, qui suscitare soleo pastorem aliquem, aut tyrannum, qualem suscitaui Nabuchodonosorem: qui vlciscatur me, quem deseruistis, de vobis: nisi in officio permanseritis; nam in Hebræo participium est præsentis, quod consuetudinem agendi significat. Hos verò tyrannos pastores vocari, non difficile constabit. Isa. 44. 28. ait Deus, *Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis*. & Ierem. 6. 3. duces Nabuchodonosoris pastores vocantur, *Ad eam*, inquit, *venient pastores, & greges eorum fixerunt in ea tentoria in circuitu; pascet vnusquisque eos, qui sub manu sua sunt*; qui Iudæos duxerunt, vt gregem direptum in Chaldæam, vt refertur Baruch 4. v. 24. & de principibus Assyriæ, & Niniues dicitur Nahum 3. vers. 18. *dormitauerunt pastores tui rex Assur*. Similes his pastores fuerunt Romani, qui quasi gregem direptum in omnem orbem dixerunt Iudæos.

Sententia 4. de Romanis quibus traditi sunt Iudæi à Deo derelicti.

24 *Qui derelicta.*] נִכְחָדוֹת *nichadoth*, oues excisas, seu succisas significat, vt verterunt Pagnin. & Tigur. hoc est, lassa pecora & grauiter ægrotantia, vt Hieron. in Comment. capit. & Vatabl. Significat & occultas, seu absconditas oues: quam rationem sequuti Septuaginta, & Vulgatus, verterunt *derelictum, seu derelicta non visitabit*; hoc est, ouem, quæ remanet intra dumeta præ lassitudine latens, non inuiset: multo minus quæret, vt bonus pastor, qui ouem perditam tanto cum labore requisiuit.

Stulti pastoris incuria.

25 *Dispersum non quæret.*] הַנַּעַר *hanahhar* puerum significat; vt hic vertunt recentiores, secuti Dauidem Kimhi, vt Pagn. quod pusillum est non quæret: Vatab. quod iuuene est, vel vt alii, nec agnellũ masculum requiret. Hoc est; agnos teneros, qui ludi gratia à cetero grege remoti, per varias partes discurrunt, & vel per incuriam, vel inscitiam ad gregem non redeunt, non requiret. Quod si ad nominis etymologiam respiciamus, nahar dictus est puer à verbo nahar, quod significat excutere, vt puer dicatur, quasi excussus à cura; quam rationem secuti Septuaginta, Chaldæus, & Vulgatus hic dixerunt; *excussum*, vel *dispersum non quæret*, hoc est, agnellum longè remotum à grege non curabit requirere. Contritum, saucium, confractum aut læsum baculo pastorali, aut casu aliquo non sanabit, vt constet pastoris huius crudelitas.

Teneros agnos non requirit.

26 *Id quod stat.*] Nempe ouem, quæ præ lassitudine, aut præ macilentia consistit, & alias oues sequi non potest, vt Dauid Kimhi, Vat. & Mont. intelligunt. Aut ouem firmam, integram, & validam, vt Septuaginta, & Tigurina. Aut quod stat reclusum in caulis, vt alii, non יְכַלְכֵּל *iecalchel*, à verbo *cilcel*, quod significat *cibare, alere*, aut *ferre*, aut *continere*; non portabit humeris lassam ouem, aut non sustentabit, vt Vatab. explicat & Pagnin. & ante eos Hieron. cum dicit; lassa sustentat: non enim æquè fert iniquus pastor remorari paululum, cum ouis lassa consistit, vt faciebat Iacob cum paruulis suis agnellis: nec curat eam accipere, & humeris portare. Aut vt alii cum Vulgato; non cubabit, non alet, aut pascet, nec sustentabit, ducens ad pascua feracia. Aut non curat pastum ferre ouib. remanentibus in caulis reclusis. Itaq; neque curas ouium commoda, sed magis illis infert grauia incommoda.

27 *O pastor.*] Hebraicè *Hui pastor* אֱלִיל *elil*. Hoc nomen significat, *nihil, vanum, inutile*; & ita hic Vatabl. cum aliis vertit, *ô pastor nihili*, aut pastor inutilis. Aliis videtur deduci à nomine אֵל *Deus, Fortis*, seu אֱלֹהִים *Elohim*, quasi paronomasia quadam factum sit אֱלִילִים *Elilim*, quod nomine, & similitudine cultus, referat vnum Deum, non sit tamẽ Deus, sed quasi dicas לֹא אֱלֹהִים *lo Elohim non Deus*, vmbra Dei, seu inops, quòd nullam consolationem,

opem

Pastor nullam spem afferens ouibus.

opem nullam ferre possit. Ideo Iob. 13. 4. quod dicit Vulgatus, *& cultores peruersorum dogmatum*, alij dicunt ex Hebræo, *inopes medici vniuersi vos* vbi pro *inopes* est *Elilim*, aut idoli medici vniuersi vos, hoc est, sine ope. Hoc modo hic transtulerunt Vulgatus, Pagnin. & Tigur. *O pastor idoli*, aut væ pastori idolo. Rationem nomenclaturæ affert Hieron. & ex illo Haymo, & Remig. cum reliquis, quod se coget, vt Deum adorari, de Antichristo intelligens. Montan. aliam affert, quod præter nomen amplius nihil habeat, aut quia ita inops sit, & consolationis expers, vt gregem lupis permittat deuorandum: aut quia ita sit inclemens, vt non curet opem ferre. Quis non fugiat incidere in manus tam diri pastoris?

28 *Gladius super.*]Cõmunis horum expositio verborum, Hieronymi, Theodor. Remigii, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionys. Vatab. Montani, & Isid. est, vt sint comminatio supplicii contra pastorem prædictum. Vltio, ait, diuina comprehendet te; nam gladio suæ vindictæ robur brachii tui, quo ad cædem oues ducis, confringet, & feriet, & oculum tuum dextrum, hoc est, versutiam, & noxiam intentionem iugulandi, eruet. Nam per brachium robur, seu potentiã accipiunt interpretes: per oculum dextrum intentionem, seu scientiam vel versutiam, qua se plus omnibus scire præsumet: quam Deus spiritu oris sui destruet in Antichristo, & illustratione aduentus sui, vt ait Paulus. 2. ad Thessal. 2. nam brachium siccabitur, vt nihil roboris habere possit: & oculus contenebrescet, ita vt omni sapientia abiecta, nihil sciat, quod ei possit prodesse. Sic igitur his verbis *brachium siccabitur, & oculus obscurabitur*, declarat modum vltionis diuinæ, qua dixit, Deum gladio irruiturum in brachium eius, & in oculum dextrum eius. Nihilominus Chaldæus non inepte subiecta verba exponit, quasi expliceat acerbum fatum pastoris, ad quem voce minanti cõuersus dixerat Propheta; *ô pastor idolum, derelinquens gregem.* Hoc est, ô pastor gregi inutilis, qui nil commodi illi affers pascendo, quem omnino deseris: nec hoc contentus es: sed gladium semper habes in manu, vt occidas, & oculo dextro respicis ad pinguia, vt iugules; sic enim habet Chaldæus; similis est lanioni, qui habet gladium in manu sua, & oculus eius respicit ad pinguia, vt iugulet. Habet igitur pastor hic gladium in manu, & in oculo: in oculo vt eligat ouem pinguiorem, quam manu iugulet. Vnde subiicit imprecationem; brachium eiusmodi meretur siccari, & oculus talis erui, aut tenebris offundi. Vt quidem siccabitur, & obscurabitur.

Vltio de Antichristo fiet per Christum

Imprecatio est in pastorem stultum ad terrorem populi, vt caueat sibi

ZACHARIÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

Dura prophetia, quam verbo comminatur Dominus Israeli, te vero ab ea liberaturus: sic enim pollicetur Dominus, & implebit, quia potuit [2] cælum creare, & sciuit terram super nihilum fundare, & quotidie immittit animam in corpus hominis, eumque vult conseruare. Ecce ego prostituo vrbem Ierusalem, [3] quasi poculum ad inebriandum omnes vicinos populos, qui eius gustandi desiderio, limen attingent, eam vt expugnent. Sed & [4] ex Iudæa ipsi non deerunt, qui sese coniungant illam obsidentibus. Exponam itaque Ierusalem [5] quasi lapidem oneris omnibus populis, ad eorum vires exercendas; quem dum leuare volent, id est, pro virium diuersitate vastare, concisi pondere, & lacerati, recedent. Itaque omnes finitimæ gentes cogentur ad expugnandam Ierusalem, sed frustra: nam ego tuebor eam, hostes illius percutiens: [6] equos enim eorum stupidos reddam, & cæcitate excæcabo, & ascensores eorum amentes, omnisque consilij expertes. 7 Et super Iudæos oculos meos aperiam, eos vt ab hostibus eripiam. Et dicent duces Iuda, fortes Machabæi in corde suo, [8] Confortet Dominus Deus exercituum ciues Ierosolymitanos seruos suos, vt sub nostra militia possint hostium impetus confringere [9] Ipsosque duces reddam ita constantes, vt sicut caminus ignis ligna; & sicut fax ignis fœnum solent comburere, ita ipsi omnes finitimos populos deuastent ad dexteram, & ad sinistram. Et [10] habitabitur rursus pacifice Ierusalem in loco suo, vt solebat, nullo, qui exterreat, existente. [11] Et eripiam ante omnia, oppida, ac villas Iuda, [12] ne nobiles Dauidis posteri, & ceteri ciues Ierusalem se iactent contra Iudæos villanos, & oppidanos, quasi ipsi eos liberassent. Nihilominus adeo protegam ciues Ierusalem, vt qui in eis infimus videatur, [13] & pedibus offendens, sit bellator egregius similis Dauidi, & qui fuerint de regia Dauidis stirpe, sint quasi heroes, & quasi Angelus missus à Domino, vt illis præeat aduersus hostes. Denique [14] dabo tunc temporis operam, vt gentes omnes, quæ venerint oppugnaturæ ciuitatem Ierusalem, conterantur, vt pace potiatur. Sic enim fiet, vt domus Da-

Cap. XII.

[1] ONus verbi Domini super Israel. Dicit Dominus 1
[2] extendens cælum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo: ‖ Ecce ego ponam Ierusalem 2
[3] superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: [4] Sed
& Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. ‖ Et erit: In die 3
illa ponam Ierusalem [5] lapidem oneris cunctis populis: o-
mnes qui leuabunt eam, concisione lacerabuntur: & col-
ligentur aduersum eam omnia regna terræ. ‖ In die illa, di- 4
cit Dominus, [6] percutiam omnem equum in stuporem, &
ascensorem eius in amentiam: & [7] super domum Iuda a-
periam oculos meos, & omnem equum populorum percu-
tiam cæcitate. ‖ Et dicent duces Iuda in corde suo: [8] Con- 5
fortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exerci-
tuum Deo eorum. ‖ In die illa [9] ponam duces Iuda sicut 6
caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno: &
deuorabunt ad dexteram, & ad sinistram omnes populos
in circuitu: & [10] habitabitur Ierusalem rursum in loco suo
in Ierusalem. ‖ Et [11] saluabit Dominus tabernacula Iuda, 7
sicut in principio: [12] vt non magnifice glorietur domus
Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam.
‖ In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalem, & 8
erit, [13] qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid, &
& domus Dauid quasi Dei, sicut Angelus Domini in
conspectu eorum. ‖ Et erit in die illa; [14] quæram 9
conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Ierusa-
lem. ‖ [15] Et effundam super domum Dauid, & super 10
habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum: &
[16] aspicient ad me, quem confixerunt [17] & plangent eum
planctu, quasi super vnigenitũ, & dolebunt super eum, vt
doleri solet in morte primogeniti. ‖ In die illa magnum erit 11

uidis, & ciuibus Ierusalem, qui me sunt conspectum, [15] mentem gratam immittam, mei commiseratione affectam & externis lamentis, vltionem deprecantem, & ex pia condolentia me lancea confossum [16] aspicient, [17] & plangent planctu maximo qualis fieri solet in obitu vnigeniti, & dolebunt super me, vt sole dolori in morte primogeniti. Tunc certe renouabitur planctus in Ierusalem, qui fuit quondam editus in campo Mageddon pro cæde inclyti viri [18] Adadremmon: planget itaque terræ populus viris à feminis [19] separatus, vt vnaquæque familia suum obeat in plangendo officium. [20] Familia Dauidis regia, seorsum viris à feminis plangentibus, familia Nathan, familia Leui, & familia Semei, & familiæ reliquæ similiter, viris plangentibus seorsum à feminis.

planctus in Ierusalem, sicut planctus [11] Adadremmon in
campo Mageddon. ‖ Et planget terra: familia, & familia 12
[11] seorsum: [20] familia domus Dauid seorsum, & mulie-
res eorum seorsum. ‖ Familia domus Nathan seorsum, & 13
mulieres eorum seorsum. Familia domus Leui seorsum, &
mulieres earum seorsum. ‖ Familia Semei seorsum, & 14
mulieres eorum seorsum. Omnes familia reliqua, familia,
seorsum, & mulieres earum seorsum.

ARGVMENTVM.

COMMINATVR Ierusalem ab omnibus finitimis gentibus, etiam à transfugis Iudæis oppugnandam: Dei tamen munere ex omnium eruendam potestate, per fortes Machabæos: demum hostibus vndique contritis, in pace tuto sus incolendam; ac tunc Christum transfigendum, & à piis viris seorsum, ac feminis, luctu, gemituque ex commiseratione ducto, prosequendum.

COMMENTARIVS.

A

Intelligentia totius capitis.

DIFFICILE est huius capitis veram intelligentiam venari; & Hieronymus, quando acciderint quæ prædicuntur in eo, definite non audet. Sunt autem duo dicendi modi. Nã Lyra, Vatab. Mont. & Isidorus de Ierusalem spirituali, quæ est Ecclesia fidelium, totum caput exponunt. Nisi quod Lyra de persecutione ab Antichristo concitanda contra Ecclesiam; ceteri de persecutione Ecclesiæ primitiuæ, intelligunt. Alii, Hieronymus, Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo & Dionys. de terrestri Ierusalem explanãt, quamuis in singulis non omnes conueniant, vt videbimus. Ille simplicior sensus videtur, qui seriem temporis seruat, vt prius prænunciet terrenam Ierusalem à finitimis populis oppugnãdam,

B

Vera sententia.

& per Machabæos liberandam, vt quidem ex historia eorum comprobabimus, & tunc demum, in pace illa consistente Christum esse crucifigendum, cum luctu omnium piorum virorum, & feminarum.

1 *Onus*]Oneris nomine significari imminentem calamitatem ei cui imponitur, ferendam, communis est intelligentia, vt sæpe notauimus. Quare Montanus hic, in bonam partem accipiens, pro firmitate Dei, constantique sententia implẽdi sua promissa, longè ab vsu Scripturæ aberrat. Onus ergo Domini super Israel, est dura Prophetia prænuncians calamitatem futuram Israeli. Sed quis sit iste

Dura Prophetia cõtra Israel.

C

Israel inquiritur? Lyra, Vatab. Isid. Montan. & Robertus intelligunt Israel Dei; hoc est, fideles, aut Ecclesiam Christi, quibus denunciat persecutiones à tyrannis excitandas, vt se parent. Alii arbitrantur nomine *Israelis* accipi debere Iudæos incredulos diros Ecclesiæ hostes; qui vel per seipsos, vel per gentes concitatas, inter quas morantur, conati sunt nomen Christianum euertere: quos Deus profligabit per duces Iuda Apostolos. Itaque onus contra Israel, erit contra omnes impugnantes Ierusalem Ecclesiam, non contra ipsam

A

Ierusalem. Sed magis ad rem est proprie accipere *Israel*, pro populo Iudæorum; qui redierat è Babylone, & vno Israelis vocabulo nuncupabatur sine discrimine, sicut tempore Dauidis, antequam decem tribus separarentur à tribu Iuda. Hoc ergo verbum onerosum profertur contra populum Iudaicum. Sic sentiunt Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo, & Dionys. & insinuat Hieronymus; prænunciat enim contra Ierusalem excitandos omnes populos; sed Deo patrono, ab omnium potestate eruendam. Vnde non dicitur, onus Israel, vt onus Babylonis, onus Moab, quasi imponendum Israeli, illum premens; sed onus verbi Domini, quod Dominus verbo imponit, quod leue est. quia integra, & incolumis mansura est Ierusalem, & de hostibus triumphans.

Onus contra populũ qui Babylone rediera.

B

quare onus leue est, & consolatione plenum.

Extendens]Quoniam onus denunciat pauperi populo suo è Babylone reuerso, ne solo nomine oneris contristetur, ad oneris leuamen, & populi consolationem, simul promittit Deus se miris modis ex impugnantium manibus erepturum; vt cor fidentiam ingeneret, præmittit id sequidem posse, qui cœlos fecerit; tum etiam scire, qui fecerit terram super nihilum stabilire: tum demum, & velle liberare; quia formauerit animum in hominis corpore; nec permissurum inficí, atque interimi. Hæc enim tria spem in Deum mirum in modum conciliant, dum certi efficimur de potentia Dei, sapientia, & voluntate erga nos, quæ maxime credibilia faciunt promissa Dei. 2

Spem erigit populi ex Dei cõditione.

C

Superliminare crapulæ.] Hebraice, סף רעל *saph raal*, & nomen *saph scyphum* significat, *craterem*, *calicem*, aut *vas quodcumque potorium*: *Hydrias* vertit Vulgatus Ierem. 52. 19. & 3. Reg. 7. 50. & ita hic acceperunt Chaldæus Paraph. Dauid Kimhi, cum omnibus recentioribus. Deinde significat limen, vt Iudic. 19. 27. *Sparsis in limine manibus.* Ezechiel. 40. 7. *Et mensus est limen portæ*, & vers. 8. *& limen portæ iuxta vestibulum.* Solet & Vulgatus cum LXX. vertere *superliminare*. vt Isaiæ 6. vers. 4. *Commota sunt siphim superliminaria cardinum.* Amos 3

Lectionis ratio.

9.1. & Sophoniæ 2. 14. *Coruus in superliminari*; qua ratione hic vertunt LXX. *Ecce ego pono Ierusalem vt superliminaria, quæ mouentur omnib. populis in circuitu*; aut, vt legimus in Eusebio lib. 8. de Demonstrat.

4. *Ecce ego pono Ierusalem, vt vestibula, quæ quatiuntur omnibus populis in circuitu.* & cum eis Vulgatus. Alterum nomen *rabhal*, significat tremorem, aut concussionem, crapulam, ebrietatem, venenum, aut soporem: quomodo accepit Vulgatus Isaiæ 51.17. cum dixit; *vsque ad fundum calicis soporis bibisti*, aut operimentum cordis, omne robur eripiens præ stupore.

Sensus 1. Iuxta prius significatum sensus primus erit. Ecce ego ponam Ierusalem scyphum veneni soporiferi, quem qui bibere conati fuerint ex omnibus populi vicinis, operientur sopore, & ebrietate tali, vt totis membris contremiscant, & concutiantur, virib. destituti, & corruant. Vel secundò, Ponam Ierusalem quasi calicem mero plenum, quem omnes vicini populi exhaurire conabuntur, vini odore, & suauitatis opinione allecti vt vel sorbitiunculam ex eo capiant: & bibent quidem, sed ebrii redibunt, robore destituti. Sumpta est metaphora à scypho vini odoriferi, sed veneno infecto, & valde soporiferi; ebriis hominibus exposito, quem appetentes aggrediuntur, bibuntque, & statim corruunt, vini robore superati. Ita sane Ierusalem vrbs ditissima, & celeberrima, omnibus gentibus erat desideratissima, & inuidiæ exposita, suæq; ditioni subiicere conabantur. Sed Dei ope dum captare volebant capiebantur: & conuersus est dolor in caput eorum: & in verticem eorum iniquitas descendit.

Sensus 2. Iuxta posterius significatum, sensus secundus est. Ponam Ierusalem superliminare crapulæ, aut ebrietatis, vt qui limen eius ausus fuerit attingere ex omnib. populis vicinis, perinde sit, ac qui mero soporifero plenus, inebriatus, corruit viribus destitutus.

Sensus 3. Hunc sensum indicant Hieron. Remig. Hugo, & Dionys. At Euseb. & Theodoretus putant vastitatem Ierusalem prædici. Similem faciam Ierusalem superliminaribus commotis, & ruinam à gentibus, vt accidit ebriis: quam hostes cum videant, inoadant audaces, obsideant, & destruant; de Romanis loquitur. Sed quia Deus promittit suam protectionem, & hostium subuersionem, hic sensus non est ad sensum Prophetæ: sicut nec explicatio Albert. Ponam Ierusalem patentem in introitum omnibus aduenientibus ad eam, sicut ad crapulam, qua insatiabilis eorum pascatur cupiditas.

Sensus 4. Verius dicemus: Ponam Ierusalem, veluti superliminare minans ruinam omnib. ingredi volentibus, quos tremere faciet, quasi ebrios, ac venefico poculo infectos: nam vt limen attingent, contremiscent, & corruent. Loquitur autem Zacharias de tempore Machabæorum, quibus aptè quæ subiiciuntur, seruato ordine historiæ, accommodantur, vt ostendemus.

4 *Sed & Iuda* Hebraicè, *Et etiam super Iudam erit, in obsidione super Ierusalem.* Hoc est, non solum per iiis gentes, quæ oppugnabunt Ierusalem inebriatæ: sed & super Iudæos erit ebrietas illa, qui vna cum gentibus obsidebunt Ierusalem Nam& Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Vt Chaldæus, & Vulgatus vertit. Qui nomine *Ierusalem* Ecclesiam accipiunt, sic interpretantur. Sed & Iuda, principes Ecclesiæ in ea obsidione, seu persecutione, quæ excitabitur contra Ecclesiam, & ipsi patientur, & interibunt. Aut secundum Lyram, & Vatabl. falsi Christiani, qui à fide defecerint, se coniungent persecutoribus Ecclesiæ. Aut verius cum Vatabl. & Montan. Sed & ipsi Iudæi, quibus factæ sunt repromissiones, expugnabunt Christianum nomen, & gentem. vt constat, ex Actuum 8. & ex Ecclesiastica historia. At qui propriè accipiunt *Ierusalem*, quidam de Iudæis explicant, qui Romanis adhæserunt expugnantibus Ierusalem.

Sensus verus de Iudæis, qui adhæserunt gentibus contra Ierusalem. Sed verius cum Dionysio, & aliis, de Iudæis accipimus, qui tempore Machabæorum ad gentes transfugerunt oppugnantes Ierusalem; vel sponte, vt Hieronymus declarat: vel per vim, vt Chaldæus. Constat enim id ex 1. Machab. 1. 44. *Nam consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi, & multi ex Israel consenserunt seruituti eius.* & v.55. *Congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini, & fecerunt mala super terram, & effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorum locis.* & 2. Machab. 5. 5. *Iason Simonis Pontificis filius assumptis non minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem, & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehensa est illam.* Antiochus aggressus vrbem cepit, & multam cædem fecit; aususque est intrare templum vniuersa terra sanctius, Menelao Iasonis fratre ductore, qui legum, & patriæ fuit proditor, vt dicitur vers. 15. Hæc eadem latius refert Iosephus libr. 12. Antiquit. cap. 6 & libro 13. capite 2. Contra hos ergo ira Dei deseuit, qui cum hostibus expugnarunt Ierusalem.

Lapidem oneris.] Seu lapis ponderosus ille dicitur, qui iuxta consuetudinem Palæstinæ, vt notat Hieronymus, & ex eo omnes, publicè expositus erat robustis adolescentibus ad vires exercendas: & ad decertandum de illo subleuando supra verticem capitis. 5

Lapis oneris qualis. Seu certè ille dicitur, qui ad periculum faciendum de viribus corporis publicè exponitur, vt arte, virtuteque sublatus, humerisq; impositus, ad certum spacium exportetur; quem qui leuasset, soliditate, asperitate, & pondere pressus, manibus primum, deinde toto corpore fractus, laceratusque oneri succumbebat. Hunc lapidem probationis vocat Ecclesiasticus cum capite 6. vers. 23. ait: quasi lapis probationis validus erit in ipsu, vt enim imbecillis illum abiicit, quia portare non potest, sic stultus sapientiæ studium vt intolerabile à se abiicit. Chaldæus *lapidem offensionis* exposuit; quem secuti sunt Vatabl & Isid. or. & Robert. de Ecclesia intelligentes. Nam sicut Christus fuit Iudæis petra scandali, & lapis offensionis, in quem offenderunt Iudæi: & signum cui semper contradicitur: Sic Ecclesia est lapis offensionis omnibus gentibus, & Iudæis, in quem qui impingunt, læduntur: & qui volunt alio exportare lacerantur; & sicut solent manus eorum incidi, qui saxum graue, & asperum alio transferre conantur, ita illi concidentur. Nec poterit Ecclesia ab hostib. extingui: sed qui id annixi fuerint, opprimentur ab hoc lapide quidam in commodum suum, quidam in damnationem. Remig. Albert.

Lapis offensionis Ecclesia est persecutoribus.

Hugo,

Hugo, & Dionysius videntur similitudinem explicare de Ierusalem à Romanis expugnata: cum ei minimè conueniat; quæ iustè punita est ob Christi necem; nec Romani propter id malè habiti. Verius de terrena Ierusalem ab omnibus gentibus vicinis expugnata, & à Deo liberata tempore Machabæorum; vt ex eorum historia satis est exploratum.

Ierusalem terrena fuit à pluribus ponderis vicinis gentib.

Nam in primis Ptolomæus Philopator dum templum ingressus, vellet in sancta Sanctorum penetrare, Sacerdotibus opem diuinam implorantibus, penè mortuus cecidit, & enecaretur diuina vi, nisi citissimè è templo à suis educeretur, vt in 3. Machabæorum libro refertur.

Hostium Ierusalem expugnantium audacia, & interitus.

Heliodorus missus à rege Seleuco ad spoliandum ærarium templi, flagellatus discessit, 2. Machab. 3. Iason vi ingressus ciuitatem, per diuersa loca profugus, interiit, honore sepulturæ priuatus, 2. Machab. 5. Antiochus Epiphanes vrbem, templumque spoliauit, per seipsum, 1. Machab. 1 & 2. Machab. 5. deinde per Apollonium, & Lysiam. Sed malè periit iniquus, vt dicitur 1. Machab. 6. & 2. Machab. 9. *postulans impius misereri ordiam ab eo, à quo non erat adepturus.* Alcimus deinde missus à rege Demetrio obsedit Ierusalem, 1. Machab. 9. & præcipiens destrui atrium interius, & opera Prophetarum, percussus paralysi, & grauiter tortus interiit.

Antioch.

Antiochus Sedetes Iudæam deuastauit, & Ierosolymam obsedit, sed diuinitus tactus sacrificium obtulit, & fœdere inito recessit, vt refert Iosephus lib. 13. Antiq. cap. 15. Post hos, Romanorum Pompeius primus Iudæam subiugauit, Ierosolymam templique adyta ingressus; nunquam deinceps prosperè se gessit in bellis, donec in acie Pharsalica vniuersus eius exercitus, verso ad Ierosolymam cecidit vultu: ipseque, fugiens in Ægyptum, cæsus est.

Pompeius

Denique M. Crassus contra Parthos profectus, templum Ierosolymitanum spoliauit; ideo à Parthis cum filio, & vniuerso exercitu trucidatus, liquato in os eius auro iniecto sui sacrilegii pœnas exoluit, vt referunt Iosephus lib. 14. Antiquit. cap. 13. & Plutarchus in Pompeio, & Crasso.

Iosephus. Plutarch.

Ex quibus constat per multos annos vrbem Ierosolymam à multis regibus, ac ducibus obsessam, & Dei munere liberatam, non sine eorum concisione. Verum quoque deducitur collecta fuisse aduersus Ierusalem omnia regna terræ.

6 *Percutiunt*] Diuinam opem in contutanda Ierusalem terrestri ab omni hostium impetu & robore, describit, vt volunt Hieron. Theodor. Haymo, Remig. & Dionys. siue hostis fuerit Antiochus, siue Macedones, siue Pompeius, siue alii. Constat enim quam potenter Deus per Machabæos eripuerit Ierusalem de exercitu Antiochi, & ceteris, è 1. Machab. 3. & 4. Nam vt dicitur illo c. v. 38. Lysias iussu Antiochi misit exercitum quadraginta millium virorum, & septem millium equitum contra Iudam. Ex quibus Gorgias c. 4. t. sumpsit quinque millia virorum, & mille equites electos: & Iudas cum tribus millibus contriuit gentes, & nouissimo gladio percussit, & spoliis onustus rediit.

Deus mirabiliter de hostibus eripuit Ierusalem.

Similia his multa in libro illo referuntur; vt hinc pateat qua ratione equites, & equi cæcitate & amentia percussi, ex vehementi timore, & ex imminente strage aufugerint, ignari quid facerent. De persecutoribus Ecclesiæ Albert. Hugo, Isidor. & Robert. explanant; qui nullis viribus equorum, aut equitum poterunt aduersus eam præualere, neq; superbi ipsi præsides illam extinguent, quantis suis valeant viribus, Deo illam conturante.

Super domum Iuda.] Eos Iudæos intelligunt Hieronym. Remig. & Dionys. de quibus supra dixerat; *sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem.* super hus pollicetur se oculos aperturũ, vt eorum misereatur Deus. Quod multis ex iis, qui legem deseruerant, accidisse, credẽdum est. Verum Theodoreto, & aliis videtur sermonem hic esse de omni populo Iudaico, opposito gentibus illum oppugnantib. Deus enim respiciens eum à gentibus circumseptum, & variis modis pressum, ex omnium eripuit potestate, ducibus Machabæis. 7

Albert. Hugo, & cæteri, qui hæc de Ecclesia exponunt: per filios Iuda intelligunt fideles omnes, quos Deus è persecutorum manibus liberat: vel certe Iudæos incredulos, qui fideles persequebantur, & obsidebant Ecclesiam. Ex his enim multi diuina miseratione conuersi adhæserunt Euangelio.

Confortentur mihi.] Hebræum אמצה *amitsah*, quidam vt futurum interpretantur, *Confortabo mihi habitatores Ierusalem*: Aquila, quem refert Hieronymus, & Tigurina pro imperatiuo accipiunt, *conforta*, seu *corrobora mihi*: qua ratione dixit Vulgatus. *confortentur mihi*. Pagn. Vat. & Isidor. vt nomen transferunt. *fortitudo*, aut *robur mihi erunt*. vel *fortitudini mihi erunt habitatores Ierusalem in Domino Deo exercituum*. 8

Lectionis ratio.

Albert. Hugo, & Mont. exponunt de Apostolis obsecraturis Deum, vt sint fortes in fide, & pietate; aut hortabuntur eos, vt orationi insistent. Aut dicent Ecclesiæ duces: omnis Ecclesia cum eius filiis, auxilio nobis erunt suis precationib. in hoc animarũ negocio, quod tractamus.

De Apostolis.

Verum de ciuibus propriè Ierusalem explicant Hier. Remig. & Dionys. Nam Chiliarchi, tribuni, vel duces Iuda dicent in corde suo, non voce, ne audiri possint, & vota nuncupabũt, quia per vim adducti sunt, vt obsiderent Ierusalem: ac precabuntur; Confortentur ciues Ierusalem, vt vincant: nam victus Iudas cum hostibus, vincet cum ciuibus suis. Videtur & hic esse sensus: vt duces Iuda inuicti Machabæi, obsecrationibus a Deo exorarent ciuibus Ierusalem robur, & fortitudinem per Dominum Deum exercituũ, ne vllo tempore hostibus cederent. Vt orauit Iudas 1. Machab. 4. 30 dicens, *Benedictus es saluator Israel, qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundantur in exercitu suo, & equitibus. Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum in hymnis.* Nec verò hic est sermo de concionibus, quas ad suos habebant milites, vt Iudas habuit 1. Machab. 3. cum dixit. *Ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram, vos autem ne timueritis eos.* & sæpe alias: sed hic sermo est de precibus ex corde missis.

Machabæi petebant a Deo suis militibus virtutem in hostes.

Ponam duces Iuda.] Illustres Machabæos, qui omnes populos in circuitu ad Austrum, & Aquilonem, vt ait Chaldæus, euerterunt, vt latè refertur in eorum historia. Nam 1. Machab. 5. 3. *Iudas debellauit filios Esau, & filios Bean, & incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in eis erant: & diuertit in Maspha, & cepit eam, & succendit eam igni. & occupauit Carnaim, & fanum succendit igni, cum omnibus, quæ erant in* 9

Machabæi igni vrbes diruebant.

ipso, & expugnauit filios Esau ad Austrum, & percussit Chebron, & filios eius, & muros eius, & turres succendit igni in circuitu. Et declinauit in Azotum, & diruit aras, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni. De Ionatha etiam dicitur 1. Machab. 10. 84. quod *succendit Azotum, & ciuitates, quæ erant in circuitu eius, & templum Dagon, & omnes, qui fugerunt in illud, succendit igni.* Ioannes quoque frater eius 1. Machab. 16. 10. *turres, quæ erant in agris Azoti succendit igni.*

Apostolorum virtus.

Albertus, & Hugo exponunt de Apostolis, qui omnia vitia gentium, & peccata conuersorum destruent suo exemplo, & virtute. Vat. Mon. & Isidor. de feruore, efficacitate, & virtute, qua Apostoli, & fideles Christi ministri deuorabunt gẽtes sua prædicatione, declarant. Nam Christum igni Spiritus sancti succensi inter Gentiles erunt, vt ignis in lignis, aut vt flamma in stramine, aut aridis manipulis: multosq; deuorabunt, Christoque adiungent.

10 *Habitabitur Ierusalem.*] Sic de tempore Machabæorum explicant Theodoretus, & Dion. quando Ierusalem pace fruebatur, vsq; ad Christi aduentum: nam pauci cum essent, & barbaram multitudinem tota è regione profligassent, famosissimum in toto orbe templum recuperauerunt, & ciuitatem: & leges patrias violatas restituerunt: ac sic, vt dicitur 1. Machab. 2. 58. *facta est lætitia magna in populo, & auersum est opprobrium gentium*: templi dedicatione facta, vt refertur 1. Machab. 4. & 2. Machab. 10. & 1. Machab. 14. 4. dicitur: *Siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis, & quæsiuit bona genti suæ. Et vnusquisque colebat terram suam cum pace: & terra Iuda dabat fructus suos & ligna camporum fructum suum seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & iuuenes induebant se gloriam, & stolas belli, & nominatum est nomen eius vsq; ad extremum terræ: Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna, & sedit vnusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & non erant, qui eos terrerent,* &c. Propterea Romani, & Spartiatæ societatem cum Israel contraxerunt. Et quidem vsque aduentum Christi permansit ciuitas libera, in pace, & cultu Dei, quãuis semel, aut his obsessa, tamen ex pactis initis intacta relicta. Fuerunt nihilominus non pauca inter ciues bella de Principatu, & Sacerdotio: at integra permansit, vt prius.

Pax & prosperitas Ierusalem sub Machabæis.

Qui de rebus Ecclesiæ hæc accipiunt, Lyra, & Vatab. explicant de fidelibus conuersis ad Christum, qui in ipsa eadem terrestri Ierusalem permanserunt, vt antea. Melius Albertus, Hugo, Montan. & Isidor. dicunt, non obstante infidelium persecutione, Ierusalem spiritualem mansuram, constantem in loco suo, & in fide sponsi Christo debita. Vel certe, etsi Ecclesia ex prouinciis aliquibus, Hæreticorum astu sit proiecta, at prædicatione fidelium ministrorum Euangelii reducenda tãdem prædicitur in locum suum, à quo est proiecta.

De Ecclesiæ pace.

11 *Saluabit Dominus.*] Acceptam referent Domino incolumitatem, & restitutionem villarum, oppidorum, quæ sunt circum Ierusalem; & hæc in primis, & ante omnia. Nam in Hebræo sic legimus. *Et saluabit Dominus tabernacula Iudæ in principio.* Nam sicut ab ipsis cœpit vastitas, ita & instauratio; sed Domino agente. Sic Hieronym. Theodoretus. & Dionys. *Cognoscent*, inquit Theodoretus, *quod sine Dei nutu nihil præclarum gerere potuerunt.* Ita Machab. Iudas 2. Machab. 8. 18. dicebat: *illi quidem armis confidunt, simul & audacia; nos autem in omnipotente Domino, qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus.* Nam sex mille tantum ex ipsis, ait, peremerunt centum viginti millia in Babylonia; propter auxilium illis datum de cœlo. Refertur etiam 2. Machab. vltimo, extendisse manum Ieremiam, & dedisse gladium aureum Iudæ, ac dixisse; *Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.*

Machabæi Deo accepta[m] [victoriam].

De Ecclesia Albertus, Hugo, & Vatabl. Saluabit Dominus, inquiunt, particulares Ecclesias, ne se iactent præsules, Sacerdotes, & religiosi contra communem plebem fidelium. Montanus, saluabit Dominus primum Apostolos, ceterosq; discipulos, qui hospites erant Ierusalem, vtpote Galilæi, & in tabernaculis habitantes. Iuxta illud Ierem. 35. 7. *domos non ædificabitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis multos dies super terram, in qua peregrinamini.*

De Ecclesia.

12 *Vt non magnifice.*] Ne ii, qui erant è regia Dauidis familia, & qui gloriose iactabant se ciues esse Ierusalem, se iactent de virtute, & felicitate contra Iudam, qui morabatur in oppidis circum Ierusalem. Nam in vrbe erant posteri Dauid, & in altera parte Beniamitæ, sed qui è tribu Iuda, etsi aliqui domicilia haberent Ierosolymis; at plures habitabant in villis vicinis; & de his explicant Hieron. Theodoretus, & Dionys. Non enim erat Ierosolymitis, quod sibi arrogarent singulare, quod aliis donatum non fuisset; siquidem æque omnes liberauerat Deus. Sunt qui nomine *Iuda* intelligant Iudæos, qui defecerant ad hostes, quos Deus eripuit sua misericordia, non Machabæorum virtute. Sed in eo gloriam aufert habitantibus Ierusalem, quod dixerat. *Et saluabit Dominus tabernacula Iuda in initio*: primi enim liberati sunt à Domino oppidani, & villani: ne se iactent ciues Ierusalem. Nam & Deo curæ sunt inferiores. De Ecclesia Vatab. sic explicat; ne familia Dauid, & ciues Ierosolymitæ se iactent contra Ecclesiam Christi. Isidorus vero ait, ne sit illud nobilitatis discrimen inter familiam Dauid, & ciues Ierusalem contra Iudam; nam in Ecclesia Dei eiusmodi personarum discrimen non habetur in pretio, sed esse Filium Dei.

Iudæi in villis morantes primo Deo liberati.

Filii Ecclesiæ eadem sunt nobilitate.

COMMINATVR diripiendam Ieruſalem per impium Antiochum, ſed eruendam per Machabæos, etiam per miraculum, ex ingenti afflictione, in cuius fine lux Chriſti affulgebit; & aquæ Euangelii per vniuerſum orbem è Ieruſalem permanabunt, quæ nullis terminis, nullis impedimentis conſtringetur; Nec erit qui eam infeſtet, quin grauiſſime puniatur, ſiue Iudæus fuerit, ſiue Gentilis. Quorum omnia bona, & equorum ornamenta in vſus ſacros cedent. Denique vbique erunt obuii ſacri viri, per quos fideles abſque vllo quæſtu immolent Chriſtum agnum immaculatum.

Caput hoc difficillimum eſt, vt tempus deſignare Hieronymus non fuerit auſus complementi. Quidam omnia de Antiochi, & Machabæorum tempore vſque ad Chriſtum explicant; cum aquæ egreſſæ è Ieruſalem, & gentium omnium aduentus ad feſtum tabernaculorum, & ſimilia ei tempori non conueniant. Euſebius cum Ruperto, & aliis, quos referemus, de bello Romanorum contra Ieruſalem priorem partem, poſteriorem de Eccleſia exponunt, Lyra, & Dionyſ. de perſecutione Eccleſiæ ab Antichriſto excitanda. Montanus de Eccleſia omnia arcano quodam modo declarat; quamuis in ſingulis vt dicemus, longe differant. Inter has illa expoſitio videtur ſimplicior, quæ ſeriem temporis ſeruat à tyrannide Antiochi contra Ieruſalem, & liberatione per Machabæos; deinde tradit aduentum Chriſti, eiuſque per orbem effuſa bona, & Eccleſiæ amplificantem, & miniſtrorum ſacrorum copiam.

Difficultas huius Prophetiæ.

Expoſitio ſimplicior.

COMMENTARIVS.

1 ECce venient.] De quibus diebus, vel quo de tempore loquatur, cum ait, *Ecce venient dies Domini*, magna eſt inter expoſitores concertatio. Nam Euſebius lib. 2. de Demonſtrat. Euang. cap. 13. & lib. 6. cap. 18. & lib. 8. cap. 4. Cyrillus, Theodoretus, Haymo, Remig. Rupertus, Albertus, Vatab. & Iſidorus, de excidio Ieroſolymitano per Romanos facto exponunt. Sed quomodo verum probabitur illud; *Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut præliatus eſt in die certaminis; & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo, & ſedebit Ieruſalem ſecura?* Profecto nunquam legimus Dominum vltionem de Romanis ſumpſiſſe, eo quod vaſtaſſent Ieruſalem, neque ipſam in locum ſuum reſtitutam. Quare Lyra, Dionyſ. & nonnulli alii de tempore Antichriſti accipiunt, & de eius perſecutione. Qui ſi intelligant Antichriſtum expugnaturum terrenam Ieruſalem, Iudæis in ea regnantibus, non apte loquuntur, quia Iudæi nullum regnum; nullam reipublicæ formam habituri ſunt; & ſine vlla expugnatione ſe ſponte Antichriſto, vti ſuo Meſſiæ, tradent. Quod ſi per *Ieruſalem* Eccleſiam intelligant; quomodo capienda eſt Eccleſia, & domus eius diripiendæ, & mulieres violandæ; & media pars in captiuitatem ducenda, & reliqua manebit in vrbe? quomodo gentes venient deinceps de anno in annum in Ieruſalem; ſi ad cæleſtem Ieruſalem eſt euehenda? profecto multa ſunt explicatu difficilia, ne dicam impoſſibilia, ſi de extrema illa tribulatione accipiamus. Montanus omnia myſtice explicat de primæua Eccleſia, &

De quo tempore ſit ſermo.
1. Expoſitio de excidio per Romanos. Euſebius. Cyrillus. Theodor. Refutatio.
2. Expoſitio de tempore Antichriſti.
3. Expoſitio de primæua Eccleſia.

A perſecutionibus, quibus à gentibus exercita eſt. Sed nunquid capta eſt ciuitas Eccleſiæ, & media pars eius ducta in captiuitatem infidelitatis, & media pars manſit intra Eccleſiam? profecto Eccleſia nunquam capta eſt, etſi afflicta.

Quare ſi hiſtoriæ ſeries in prophetia ſeruanda eſt; & de Chriſti aduentu, eiuſque doctrina diſſeminanda reliquum capitis explicari debet, vt ſane probauimus: initium de gentium impetu aduerſum terrenam Ieruſalem, & de eius per Dominum vltione facta explicari debet. Cui autem bello magis priora verba conueniunt, quam Antiochi Epiphanis, qui irruit in Ieruſalem? 1. Machab. 1. 22. *in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit omnia vaſa templi, & comminuit: & fecit cædem hominum, & factus eſt planctus magnus in Iſrael. Et poſt duos annos irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſſit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Iſrael. Et accepit ſpolia ciuitatis, & ſuccendit eam igni, & deſtruxit domos eius, & muros eius in circuitu. Et captiuas duxerunt mulieres, & natos, & pecora poſſederunt.* & 2. Machab. 5. 13. *Fiebant cædes iuuenum, ac ſeniorum, & mulierum, & natorum exterminia, virginumque, & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem venundati.* Sed pugnauit Deus contra gentes has per fortes Machabæos, vt oſtendemus. Quod ſi quis obiiciat, quæ Euſebius obiicit contra hanc intelligentiam lib. illo 6. c. 18 ſciat non totum caput, vt ille putauit de hac re nos velle intelligi: ſed priorem eius partem; reliquam vero de Eccleſia Chriſti: cui omnia probabuntur conſonare. Conſtat autem ex illa Machabæorum hiſtoria, in medio Ieruſalem ſpolia accepta, & repoſita in arce Dauid, haud dubium,

4. Expoſitio de tempore Machabæorum.

B

C

quin

A quin & distributa fuerint: & congregatas omnes gentes, sub vno exercitu Antiochi; hoc est, multas gentes; si quidem non omnes conuenerunt; & vastatas domos, & captas mulieres, & violatas vt credi debet, iuxta expositionem enim quamcumque hoc verum debet comprobari, etiamsi ex historia ipsa non constet.

Sub tyrannide Antiochi media pars exulatur, media electa.

2 *Media pars.*] De illa Antiochi impugnatione satis comprobatur, mediam ciuium partẽ ductam captiuam, & reliquam in vrbe remansisse. Nam 1. Machab. 1.32. dicitur, *perdidit populum multum ex Israel, & captiuas duxerunt mulieres, & natos, & pecora possederunt*, & 2. Machab. 5.14. *Erant toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autem venundati.* Profecto octoginta millia egressi sunt è ciuitate vincti, & venundati, & B octoginta millia remanserunt in ea interfecti. & 1. Machab. 1.39. *Et effuderunt sanguinẽ innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem, & fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est extera seminis suo, & nati eius reliquerunt eam.* & 45. *Et multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt Sabbatum.* 55. *Et congregati sunt multi de populo ad eos, qui dereliquerant legem Domini, & fecerunt mala super terram. Et effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorum locis.* Ecce qua ratione media pars populi extra vrbem facta fuerit, reliqua manserit in ciuitate, improborum consentientium Antiocho, & proborum interfecto- C rum.

Aliorum expositiones.

Euseb. lib. 6. c. 18. & lib. 8. c. 4. & Theodoretus, qui hæc referunt ad tempus excidii Ierosolymitani per Romanos, ita exponunt; populum vniuersum in potestatem venisse Romanorum: at diuinos Apostolos cum reliquis fidelibus diuina reuelatione admonitos, ex vrbe fugisse, ac seruatos fuisse, vti eos Dominus admonuerat Matth. 23. & Lucæ 21. *Cum videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquat desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes.* Vatab. arbitratur Christi gratia seruatos à Tito fideles. Verum tunc dimidia pars non est egressa in captiuitatem, post captam vrbem: nam illi, & pauci, & ante oppugnationem vrbis fugerunt. Rupertus, & Isidorus ita distribuunt, vt dimidia pars D ducta sit in captiuitatem, & media interierit in vrbe fame, gladio, & peste, vt constat ex Iosepho lib. 7. de bello Iudaico c. 17. & ex Egesippo de excidio Ierosolymitano c. 49. Sed & hoc tempore Antiochi accidisse recte probatum est.

Expositiones variæ.

3 *Et egredietur Dominus.*] Qui de Romanis expugnantibus Ierusalem interpretantur, Eusebius, Cyrillus, & Theodoretus, putant egressurum Dominum cum Romanis, vt prælietur contra Iudæos ipsos: quia Septuaginta legerunt; & egredietur Dominus, & præliabitur in gentibus illis; & Hebræus textus sic habet: בגוים *Baggoim in gentibus*: sed *in*, accusandi casui iungitur pro *contra*, vt Septuaginta habent, in Hieronymo, & E in Codice Vaticano: *in gentes illas*, hoc est, vt cum Vulgato ceteri transtulerunt: *contra gentes illas* Quod cum nõ possit probari verum: quod numquam Deus præliatus sit contra Romanos pro Iudæis, Albertus, Vat. Montan. & Isidorus hoc bellum explicant spirituale, quo Apostoli Euangelica prædicatione Romanum imperium cum

A reliquis gentibus subiecerunt Christo. Hugo, Lyra, & Dionys. qui de persecutione Antichristi exponunt: volunt Christum aduersus illum præliaturum, eumque interfecturum spiritu oris sui, vt ait Paulus 2. ad Thessal. 2. Verum tunc non pro Ierusalem terrena, aut pro Iudæis est præliaturus: sed pro Ecclesia sua.

Expositio vera de auxilio Dei misso Machabæis.

Quamobrem verius videtur hoc explicari de prælio fortium Machabæorum, per quos Deus præliatus est aduersus Antiochum, & gentes, quę expugnauerunt Ierusalem. Nam Deus egredi dicitur ad præliandum, cum iuuat suos milites præliantes, iuxta illud Exod. 15.3. *Dominus quasi vir pugnator*; & Habacuc 3.13. *egressus es in salutem populi sui, in salutem cum Christo suo.* Nam illi quidem suas B victorias Deo acceptas referebant, cuius ope eas reportabant. Dicitur enim 2. Machab. 2.20. *De Iuda vero Machabæo, & fratribus eius, & de præliis, quæ pertinent ad Antiochum nobilem, & de illuminationibus, quæ de cælo facta sunt ad eos, qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionem, cum pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis, tentauimus nos vno volumine breuiare.* & 2. Mach. 10.29. *Cum vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinque in equis, frænis aureis decori, ducatum Iudæis præstantes. Ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circumseptum incolumem conseruabant: in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebant, ex* C *quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti millia quingenti; & equites sexcenti.* & cap. 11. 8. *Cumque pariter prompto animo procederent, Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida; armis aureis hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum; & conualuerunt animis, non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare.* Adde visum Machabæi 2. Machab. 15. 12. in quo vidit Oniam & Ieremiam, de quo ille, *hic est*, ait *fratrum amator, & populi Israel, Ieremias Propheta Dei, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate. Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem. Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel.* Vnde 1. Machab. 4. 24. *Conuersi cum spoliis* D *hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælum, quoniam bonus est, quoniam in seculum misericordia eius. Et facta est salus magna in Israel in die illa.*

Sicut præliatus est.] Nullus est, qui non intelligat 4
de die illo, quo Deus egressus est in salutem populi sui, quasi vir pugnator, & summersit Ægyptios in mari rubro: sic enim verba Hebræa insinuant; *sicut in die, vel secundum diem præliari ipsum in die prælii.* & Chaldæus exposuit: *sicut die pugnare ipsum super mare rubrum*, & Septuaginta, *sicut dies commissionis eius in die prælii*, consueuit enim Scriptura illud vti eximium beneficium ob oculos ponere; quo spes excitetur sperandi, & credendi minora promissa complenda, vt supra cap. 10. *Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus.* E Ita faciebat Iudas Machabæus, 1. Machab. 4. 9. cum suis militibus dicebat, *Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cum, sequeretur eos Pharao, cum exercitu multo, & nunc, clamemus in cælum, & miserebitur nostri Dominus, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie, & scient omnes gentes, quia est, qui redimat, & liberet Israel: &*

Victoria de Ægyptiis in mari rubro. Ex maiori beneficio excitatur spes.

congres-

congressi sunt, & contritæ sunt gentes, & fugerunt in campum.

5 *Et stabunt.*] Hæc reipsa gesta tempore Machabæorum, & excidii Ierosolymitani, historia non tradit. Nam Romanos è mõte Oliueti expugnasse vrbem, vt vult Theodoretus, non probatur, etsi Iosephus lib.6. de bello c. 3. & 6. Titum cum suo exercitu, referat castrametatum ad Occidentem, è regione Psephinæ turris. Et ad Scopon Septentrionalem, & ad Cleon montem Orientalẽ. Qui vero de Antichristo explicant Lyra, & Dionys. intelligunt iuxta Daniel 11. & Apoc. 11. super montem inclytum, & sanctum eum interfectum iri à Christo, iuxta Isaiæ c.25. verba, *Et præcipitabit Dominus super monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos*; vt Hieronym. late docet Dan.11. & Isa.25. Damasce. lib.4. fidei c.27. & Anselmus 2. ad Thessalon.2. Alii exponunt de aduentu Christi ad iudicium super montem Oliueti, iuxta Angelorum dictum Actuum 1.11. *Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* & eo veniente terra motu conteretur cum ad iudicandum venerit; nam & terræmotũ futurum tunc temporis asserit Clemens lib. 7. Apostol. constitutionum c.33. *Mons ipse*, inquit, *Oliueti gloria venientis cedet, & in quatuor partes dissectus longissime diffugiet, vt tribunali iudicis theatrum totius orbis assistat. Trepidatio vero hominum tanta erit, vt insani diffugiant in mediam vallem, quæ futura est amplissima, cum montibus remotis coniungenda sit cum omni circumposito campo.* sic ille. Verum his non possunt conuenire, quæ in Zacharia sequuntur: siquidem occiso Antichristo, & exacto iudicio, non egredientur aquæ viuæ de Ierusalem, nec habitabitur in loco suo: & omnes gentes quæ pugnauerint contra Ierusalem, non venient ex anno in annum ad celebrandum in ea festum Tabernaculorum: vt hic prænunciatur futurum. Quamobrem si reipsa futura intelligamus, etsi ex historia non constet, coniectari licet tempore Antiochi hæc accidisse, & Dominum suam virtutem super montem Oliueti ostendisse ac terræmotum, harumque effectum, cum prodigia illa visa sunt equitũ per aera discurrentium, cohortium armatarum, & aliorum quæ referuntur 2. Machab. 5. Inter hæc autem Angelorum Dominum stetisse super montem Oliueti, à cuius facie terra mota est, & mons in duas partes dissectus, non est à fide alienum.

Difficilis locus.

In monte Oliueti Antichristum interimẽdum. Hieron. Damasc. Anselm.

Clemens.

Tempore Machabæorũ credibile accidisse.

Quod si ad sensum metaphoricũ recurrimus, quidam per *montem Oliueti* accipiunt ciuitatem Ierusalem in duas factiones distributam, in sectatores Antiochi, & sectatores Ptolomæi, copiosa multitudine, quasi valle media in ambiguo relicta, cuinam parti adhæreret. De tempore Christi explicat Isidorus. Nam prælium spirituale contra gentes cœpit ex monte Oliueti, super quo pedes Christi steterunt, cum in cœlos ascendit, dicens, *Ite in mundum vniuersum, & prædicate omni creaturæ.* Vnde Ecclesia Christi in eo monte collecta, in quatuor mundi plagas ad disseminandum Euangelium profecta est. Ex hac Apostolorum dispersione magnus hiatus relictus est, nempe Iudæa deserta, è qua fugere Iudæi, quique facti Christiani, ne & ipsos comprehenderet vltio diuina, in perfidos Iudæos deseuiens. Eusebius lib.6. c.18. iam dicto, nomine *montis Oliueti* intelligit Ecclesiam, quæ successit terrestri Ierusalẽ, quia Ezech. 10. dicitur. *Egreditur gloria, & stetit in monte, qui est contra ciuitatem*; in quo monte Ecclesiæ Dominus conuersari consueuit, per orbem religioso instituto erectæ; quæ ad omnes mundi partes se extendit, vel in varias sectas diuisa est Hæreticorum & improborum hominum. Vatab. de Christo accipit in monte Oliueti ascendente in cælum; ac illius diuisione voluit significare, omnia loca patere Euangelio, nihilque obstiturum. Nam sicut dixit Isaias, tempore Christi omnem vallem implendam, & omnem collem humiliandũ, ita modo exituris aquis viuis è monte Sion ad mare Orientale, & Occidẽtale; hoc est, doctrina Euangelica, asserit montem Oliueti humiliandũ, vt via pateat aquis illis in omnem mũdi plagam, in sua incredulitate, quasi valle, remanentibus Iudæis. Atque sic dictum sit de inexplicabili difficultate.

Vel mystice explicari debet illa diuisio.

De Christo.

6 *Ad Orientem.*] Ex Iosepho lib.6. de bello Iudaico c.6. & Hieron. hic; vrbs Ierusalẽ quatuor montibus cõstitit; duobus contrariis frontibus sese inspicientib⁹ intercurrente valle discretis: Vnus erat mons Sion ad Austrum situs; in quo erat arx dicta turris, seu ciuitas Dauid; & propter sui altitudinem respectu terræ *specula* interpretatur. E regione Sionis erat mons Moria, decliuis area respectu Sionis; in quá templum erat ædificatum; & qua parte ciuitas sita erat, mons Arca vocabatur inter hos duos montes Sionẽ, & Moriam: aut Acra, vallis erat in quã domus creberrimæ desinebant, quæque vsq; ad fontẽ perueniunt Siloë. Erat præter hos Golgotha, seu Caluariæ locus ad Occasum, olim extra, nunc intra vrbis mœnia constitutus. Ad Orientalẽ vrbis plagã mons est Oliueti, omnium altissimus: ad cuius radices se protẽdit vallis Iosaphat. Erat igitur inter Sionẽ, & Moriam vallis breuis, nec valde profunda, ab Occasu per Meridiem permeans; atq; ad Ortum exitum aperiens, & per portã Siloë ad ipsum fontẽ Siloë profluens, initiumque faciens torrenti Cedron. Mons Oliuarum totã illam vrbis partẽ occupat, quæ Orientalis est; per eamque protenditur ab Aquilone ad Austrũ. Ad mõtis radices interiacet vallis Iosaphat non nimis ampla, qua ab vrbe mons dirimitur, per quã fluit Cedronis torrens.

Iosephus. Hieron. Ierusalem montium descriptio.

Mons Sion & Moria.

Mons Golgotha.

Mons Oliuarum.

7 *Et scindetur.*] Quomodo hæc montis scissio intelligenda sit quæritur: Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Paulus Burgensis & Dionysius putant montem in duas partes primo diuisum iri, deinde vtramliber in alias duas, ita vt mons vniuersus in quatuor partes quadrangulares sit discindendus, prius quidẽ ab Oriente in Occidentem: deinde duæ illæ partes diuidentur ab Aquilone in Meridiem: ita vt scissio voraginis facta sit in modum crucis. Sed Eusebio, R. Salomoni, Lyræ, Vatab. & recentioribus videtur vna sola facta discissio, versus Orientem, & Occidentem per medium; & pars montis quæ manet vtrimque diuisa; vna recedet ad Aquilonem, altera ad Meridiem; & inter duas illas partes erit vallis prærupta, vna, ad quam fugituri sunt Iudæi, quia hæc vallis coniungetur cum valle montis Sion, vt ait Hieronymus, & ita qui fugituri erant ex vrbe per vallem illam, transituri erant vallem Iosaphat, & ingressuri vallem factam per medium montis Oliueti.

Montis Oliueti discissio qualis.

Et fugietis.] In Hebræo legimus; *& fugietis ad vallem montium, quoniam perueniet vallis montium ad* 8

אצל

לאצא *atsal*; & Lxx. quidem, & Hieronymus tam in textu, quam in Commentario vertere, *montium meorum*, quod in Hebræo sit הרי *harai*, quasi nomen sit plurale cum affixo, *meum*. At Vulgatus & recentiores omnes, vt nomen absolutum acceperunt, vertuntque *montium*. Nomen deinde *Atsal*, quasi nomen proprium loci reliquere Septuaginta, Aquila, Theodotio, Pagni. Tigur. Vat. & Isidor. & recentiores alii. Symmachus tamen vt appellatiuum vertit, vti & Vulgatus, *vsque ad proximum*, & vt alii, *separatum*, *reseruatum*, aut *tutum locum*. Sed quid indicet hæc sententia videamus. Hieron. & Remig. sic accipiunt: fugietis ad vallem mediam inter montem Sion, & Moria; quia vallis illa, seu vorago facta in monte Olineti, pertinget vsque ad montem Moria, qui proximior est monti Oliueti, quam mons Sion, & ita non pertinget vorago ad vallem sitam post montem Moria; atque adeo vallis illa tutus erit vobis locus. Lyra, & Dionys. aliter; fugietis ad vallem inter montem Sion, & Moria; tutam quidem, quia vallis môtium, quæ est Iosaphat inter montem Oliueti ad Orientem, & montem Sion ad Occidentem sita, coniungetur scissuræ proximæ monti Oliueti. Veriorē intelligentiam insinuant Tigur. & Montan. Tam magna erit vorago inter duas Oliueti montis partes, vt per illam vos fuga eripiatis, fugientes per illam mediam ad locum *Atsal*, qui situs est trans Oliuetum, ad quem vsq; pertinget illa vorago. Eritque vobis locus tutus, in quem vos recipere poteritis.

Lectionis ratio.

Fugā modus varius exponendi.

Sed videamus verum aliquam viam possimus aperire ad huius loci intelligentiam. Ea autem idcirco difficillima est, quod nesciamus verum re ipsa sit implenda, cū Deus ad eripiendos Iudæos non opus habeat montes disseeare; nec ad timorem incutiendum hostibus, & suam potentiam ostentandam, vt olim in exitu de Ægypto. Quare verba explicanda sunt eo modo, quo solent similia non executioni mandanda; vel quia factu impossibilia, vel quia illicita; nempe sob cōditione; vel quia absurda videantur; vt Gen. 6. 7. *pœnitet me fecisse hominem*, nō potest vlla ratione in Deum cadere pœnitentia; at si ob aliquod factū posset cadere in eum pœnitētia, hoc certe esset. Matth. 12. 32. *Peccatum in Spiritum sanctum non remittetur ei, nec in hoc seculo, nec in futuro.* Hoc est, si peccatum aliquod non fuisset remissioni subiectū, hoc fuisset maxime. ad Heb. 6. 4. *Impossibile est semel illuminatū iterum renouari ad pœnitētiam.* Hoc est, si peccatum aliquod alienum esset à remissione, hoc certe esset. Ad hunc ergo modū, ne populus omnino desperet onere imposito; pollicetur Deus illi suam opem, quemadmodū cū eduxit de terra Ægypti, adeo, vt quemadmodū tunc cōstitit Deus super mare, illud in duas partes aperiens, quo liber trâsiret populus, qui fugiebat Ægyptios: ita modo pollicetur se pedibus constiturū super montem Oliueti, & si opus fuerit diuisurum, vt olim mare montē Oliuetū in duas partes, vt secuti suos hostes fugiant per medium montem, donec in locum tutum se recipiant. Exemplum habemus in Isaia c. 11. 15. dum prophetat, *Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine Spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati; & erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis, sicut fuit Israeli in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.* Hoc est, liberabo, reducamque dispersos meos, sicut eduxi de terra Ægypti, & si ad hoc opus sit, vt exiccem mare, & flumen, vt transeant calceati, vt olim per mare rubrum, faciam id quidem. Et Zachar. c. 10. 11. dicit, *& transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis.* Hoc est, si opus fuisset ad populum meū reducendum, iterum mare diuidere, & aquas eius separare, & flumen Iordanem exhaurire; possum quidem modo vt tunc, & fecissem quidem, ita modo ait: Affligetur valde populus meus, sed ne despondeat animum, nam præsentissimus aderit illi Dominus in monte Oliueti, vt prælietur contra gentes illas, vt olim contra Ægyptios. Et si, vt in tutum locum se fuga eripiant, opus fuerit, vt olim mare rubrū in duas partes, diuidere montem hunc in alias duas, vt per mediam voraginem pateat illis via ad fugam, vt perueniant ad tutum suffugium, quod proxime ipsi valli reseruatum est, ego efficiam; nam idem sum, & potestate, & voluntate; sed id non erit opus; nam fugietis quidem, sed liberamini ope mea. Atque hic sit sensus huius loci verisimilior.

...ocus ex- ...licatur in ...ossibilis ...al condi- ...ione ac ...tendus.

...ensus ...robatur.

...eus libe- ...bit popu ...m suum ...am re- ...s muta- ...si opus ...erit.

9 *In die Oziæ.*] Ex interpretibus omnes fere existimant hic fieri sermonem de terræmotu facto, cum Ozias vsurpauit officium Sacerdotis: vt legimus 2. Paral. 26. Sic Euseb. lib. 6. Demonstr. cap. 18. Theodoretus, Lyra, & Dionysius, esseq; eum, ante quem cœpit Amos prophetare, putarūt Hieronym. Haymo, Remigius, Dionysius, & Montanus. Nam sub Ozia duos accidisse terræmotus putat Theodoretus: vnum prope obitum Ieroboam, 26. anno Oziæ, de quo Amos est locutus; alterum prope obitum Ozię, 52. anno eius, & 26. post priorem terręmotum, & huius ait meminisse Iosephum lib. 9. Antiq. c. 11. quem refert Eusebius vbi supra, sic dicentem. Inter hæc autem (cum prohibebatur à Sacerdotibus adolere) terræmotus factus est magnus. Ante ciuitatem in loco, qui dicitur Eroge, scillà est media pars montis ad Occidentem, & sua volubilitate per quatuor stadia procedens, ad Orientem restitit montem, ita vt & vias clauderet, & regios hortos opprimeret. Verum super 1. Amos ostendimus vnum tantum terræmotum sub Oziæ 25. anno, & Ieroboam 39. accidisse, de quo & loquitur Zacharias, & locutus est Amos. Quomodo autem fugerint Iudæi in ea persecutione, vt in abscondita, & tuta loca sese abderent, dictum est, nu. 2. & ex historia Machabæorum satis constat. Hoc est enim quod dicit; & fugietis à facie hostium in vallem illam factam in medio montis Oliueti, ea velocitate, qua fugistis terræmotum factum sub Ozia.

Duos fuisse terræmotus sub Ozia.

Eusebius.

Iosephus.

Vnus tantum fuit terræmotus sub Ozia.

10 *Et veniet.*] His verbis videtur repetere id, quod dixerat: *Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, & stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum*; tunc quidem veniet Dominus super montem Oliueti ad præliandum contra Antiochum, & ceteras gentes, quæ impugnabunt Ierusalem: & non solus, sed sanctis suis Angelis comitatus; nam quoties depingitur Deus exire ad opus aliquod eximium, describitur exiens cum satellitio suo. Ex quibus erant, qui apparuere Machabæo, vt supra diximus nu. 5. Ita Enoch de diluuio, ac die iudicii prophetans in Epistola Iudæ vers. 14. dixit; *Ecce venit Dominus in sanctis millibus*

Deus apparuit comitatus Angelis ad quoduis eximium.

suis,

suis, facere iudicium contra omnes. & Moses de exitu Dei ad montē Sinai cecinit Deut. 33. 2. *Dominus de Sinai venit: apparuit de mōte Pharan, & cū eo Sanctorū millia*; & Isaias cap. 3. 14. de calamitate suo populo imminenti dixit. *Dominus ad iudicandum veniet, cum senibus populi sui, & principibus eius*. quibus verbis de egressione Christi ad iudicandum vsus est Christus ipse Matth. 24. 30. *Et videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & maiestate, & mittet Angelos suos*. Eusebius lib. 6. Demonstrat cap. 18. & lib. 10. cap. 7. Theodoretus, Vatab. Montan. & Isidor. de priori Christi aduentu declarant. Veniet Christus cum sanctis Apostolis ad promouendum negocium Euangelicum. Theodoretus, veniet Dominus cum Angelorum legionibus ad Iudæos expugnandus. Vatab. veniet cum sanctis, id est, cum adimpletione prophetiarum editarum per sanctos suos Prophetas, de Iudæis, & gentibus. Hieronymus tamen hic manifeste dicit, sermonem fieri de secundo Christi aduentu; cuius sententiæ est Cyrillus, tum etiam Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, & Dion. quia Christus dixit Matth. 25. *cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo*. Quod quidem cum certum sit Christum cum suis Angelis venturum ad iudicandum; sed non debet dubitari quoties apparuit Dominus illustri aliqua apparitione, etiam cum Angelorum satellitio apparuisse contra hostes, & ad sui populi in calamitate constituti solatium.

11 *Non erit lux*.] Hebræa sic habent; *Et erit in die illa*, non erit lux יקרות *iekaroth*, יקפאון *vekipaon*. & nomen *iekaroth* plurale est nominis יקרה *iekarah*, quod est *preciositas, decor*, aut *honor*. Prou. 3. 14. *preciosior est cūctis opibus*. 6. 26. *pretium scorti vix est vnius panis*. Isai. 28. 16. *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, angulum precij*; & ita Dauid Kimhi, Pagn. Vatab. & Isidorus, hic vertunt; *non erit lux preciositatum, honorum*, aut *decorum*; hoc est, preciosa, & clara. Lxx. tamen, Vulgatus, & Tigur. deducentes à קרר. *karar* frigescere, verterunt *frigus*. Alterum nomen *Kipaon* deductum à קפא. *kapa* coagulare, seu congelare, cum Hebræis, Pagnin. Tigur. Vat. & Isid. vertunt, *concretionem, coagulationem*, seu *congelationem*, hoc est, lux cōgelata, coagulata aut concreta. Lxx. & Vulgatus dixerunt, *gelu*, non dissimiliter. Nam omnes quidem per *lucem preciosam*, lucem claram, & splendidam intelligunt, hilarem videlicet, prosperitate lætitiaque fulgentem. Per *lucem* vero *gelidam*, concretam, & coagulatam, densam, qualis est diluculi, subtristem, infelicem, & calamitosam; quod sic efficiat homines hilares, vel tristes, aut contractos corde. quę lux non erat dies, neque nox, sed diluculum, quia erant omnia permixta, prospera cum aduersis, & contra, sed ad vesperum omnimoda succedet felicitas, lætaque prosperitas.

Lectionis [variatio].

Iam varias interpretum explicationes adiiciamus, & quæ illarum sit rei, qua de agitur accommodatior dicamus. Et vt à postremis exordiamur; Hieronymus, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. qui de extremo iudicio accipiunt, sic intelligunt; cum Christus venerit, non erit dies, neque nox, sed dies nubila, frigore geluque concreta, propter charitatem refrigescentem, & propter mala cuique impendentia: at transacto iudicio iam non erit dies nocti succedens, & è contra; sed dies perpetua, quam efficiet Christus in gloria. Qui de priori Christi aduentu declarāt, diuersimode sentiunt. Eusebius, & Theodoretus explicant de tenebris, quæ acciderunt super vniuersam terrā in morte Christi; nam tunc nec erat nox, nec dies; at post illas tenebras successit dies. Vat. Mont. & Rob. de tempore gratiæ exponunt in tres partes diuiso, in mane, meridiem, & vesperum. Nam primæua Ecclesia mane quoddā; fuit ac diluculum, quando nō omnino Christus erat palam cognitus; erat etiam magna persecutionū afflictione contracta, & plurimarum hæresium. Deinde successit nox summæ ignorantiæ; at tandem sub vesperum succedet splendidissima lux ac perpetua, reiecta ignorantia errorum, & frigore malorum. Melius circa hoc philosophatur Isidorus, *erit dies illa Domini, neque splendidissima, neque concreta*; hoc est, neque serena, neque obscura; quia erit dies spiritualis gratiæ, quam nemo præter Dominum poterit videre, sed fide tantum agnoscetur à nobis: at cum vespera, id est mundi finis, aduenerit tunc cessabit fides, & affulgebit lux perpetua. At quia quę sequuntur, ad priorem Christi aduentū pertinent, si ordo temporis seruari debet, hæc præcedere debent proculdubio, vt dictum est. Quare sunt qui hanc diem tenebris obductam, & nubilam, quæ propterea nec dies est, nec nox, explicent tempus tribulationis Iudæorum sub tyrannide Antiochi, quando omnia tristia, omnia plena terrore visebantur, sed post tantas calamitates lux affulsit per Machabæos.

De posteriori aduentu.

Verius existimo sermonem esse Prophetæ de tempore illo toto, quod præcessit aduentum Christi, misero, & calamitoso, in quo & Dei cultus, cognitioque iacebat, nam & Sacerdotium venale erat, & sceptrum regni sub dissidio erat, & ad extraneos deferebatur; vnde non erat lux clara, sed cōcreta tenebris, & frigore scientiæ Dei & charitatis; nō erat dies clara, nec nox omnino; quia aliqui erant, qui expectabant redemptionē Israel; at post has tenebras, & noctem, illuxit ad vesperam dies lucida Christi aduentus, & gratiæ. Nam vt ait Isaias cap. 9. 2. *sedentibus in tenebris, & vmbra mortis lux orta est eis*; quæ vocatur vndecima hora à Christo ipso in parabola vineæ, & Ioan. 12. 35. *Ambulate dum lucem habetis, nunc lux est mundi*; & ad Roman. 13. 12. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit: abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis; sicut in die honeste ambulemus*. Erit ergo sub vesperum, in extrema hora mundi, lux Euangelii adeo clara, & perpetua, vt nulla am plius sit illi successura nox, quia procedit, & crescit vsque ad perfectam diem; in qua fontes aquarū erumpent in vniuersum mundum; vt statim ait Propheta. Atque hæc commodior videtur intelligētia. Vnde recte fere omnes interpretes illa verba, *& erit dies vna, quæ nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperi erit lux*; de ea die intelligunt, quæ nō est similis nostris, in quibus succedit diei nox, & nocti dies, illa enim perpetua dies erit absq; successu noctis, & ideo nota Domino, non hominibus, qui successum dierū, & noctium videmus. Ita explicant Hieron. cum sectatoribus Lyra, Dionys. & Mont. qualis certe est dies Christi, & gratiæ, Isa. 60. 2. *Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria*

A *tius in te videbitur, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui*, qui sub vesperum mundi illuxit nobis.

12 *Exibunt aquæ.*] Aquas doctrinæ Euangelicæ intelligunt omnes; Eusebius lib. 6. de Demonstrat. Euang. cap. 18. Hieronymus hic, & Ezech. 47. Theodoretus, Haymo, Remig. Hugo, Vatablus, Montanus, & Isidorus, quæ vniuersum irrigant orbem, & fluxere ex fonte patente domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem; quam viuam aquam obtulit Christus Samaritanæ; Ioan. 4. Ex qua qui biberit, non sitiet in æternum. & Ioan. 7. *Si quis*, ait, *sitit, veniat ad me, & bibat.* Addit Theodoretus intelligi quoque de aqua, & sanguine, quæ ex Christi latere fluxere. Nomine autem *Ierusalem*, B etsi multi Ecclesiam intelligant metaphorice: at proprie accipiunt Eusebius eo loco, & Montanus Ierusalem terrenam, vbi fons Christus patuit, & vnde orta est Ecclesia, & in totum orbem diffusa; *quia de Sion exiuit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Lyra, & Dionys. explicant de aquis beatitudinis fluentibus è throno Dei. Sed prior intelligentia verior est.

Aquæ Euangelii.

13 *Ad mare Orientale.*] Vniuersum orbem hanc aquam perpetuoque peruasuram, pollicetur hac periphrasi: ibunt ad dexteram, & sinistram versus Orientem, & Occidentem, hyeme, & æstate; quia nullo tempore deficient. Sic Eusebius, Cyrillus, Hieronymus, Augustinus in lib. C contra Fulgentium Donat. cap. 6. Haymo, Remig. & omnes, præter Lyram, & Dionys. qui de aquis cælestibus explicant, in beatos prioris testamenti, & posterioris deriuatis. Per *mare* autem *Orientale & nouissimum*, etsi Montanus Oceanum Orientalem intelligat, quo ad Ortum Solis terra ambitur; & extremum Oceanum, quod ab Occasu nauigatur: verius tamen cum Hieronymo reliqui per *Orientale* mare mortuum accipiunt, ad quod profluxuræ aquæ dicuntur è Ierusalem per mediam illam montis Oliueti voraginem, ne vllo impedimento retardetur. Mare autem nouissimum est Palæstinum mediterraneum, quod ad Occasum circuit Palæstinam, aut Phœnicem. Per quæ plagæ Orientalis, & Occidentalis significantur, & per eas duæ reliquæ.

Lex Euangelica totum orbem persuasura.

Mare Orientale, & nouissimũ quæ.

14 *Dominus rex.*] D Christus erit rex super omnem terram, qui solus reiectis idolis coletur, & inuocabitur, vt omnes intelligunt, Hieron. Remig. Albertus, cum ceteris: quamuis Lyra, & Dionys. de regno Christi regnantis in cælesti Ierusalem exponant.

15 *Et reuertetur.*] Hebraice, *& reuertetur*, aut *redigetur omnis terra, quasi solitudo* עֲרָבָה *hharabah*; vel *quasi planities*, aut locus campestris dulcis, & iocundus. Hoc est, vt explicans Remig. Albertus, Vatablus, Montanus, & Isidorus: Omnis terra, quæ est in circuitu Ierusalem, complanabitur, nullo monte visum eius impediente; & ita ampla fiet, vt omnibus ad eam confluentibus præstet domicilium iocundum, & amplum. quod de spirituali Ierusalem, quæ cæpit in terrena, est E accipiendum. Iuxta illud Isa. 2. 2. *Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes*, & Zachar. 2. 4. *Absque muro habitabitur Ierusalem*; & Ioannes Lucæ 3. 5. *Omnis mons, & collis humiliabitur, & omnis vallis implebitur; & videbit omnis caro salutare Dei.* Sunt

Ecclesiæ amplitudo.

A qui exponant; ad fidem Christi conuertentur etiam ii, qui habitant in locis desertis. Nam vsque ad deserta redigetur in planitiem. quod Lyra, & Dionys. intelligunt faciendum post occisum Antichristum.

De colle Remmon.] Hebraice; *A Gheba ad Remmon, ad Austrum Ierusalem.* Nomen גֶּבַע *Gheba*, vt proprium relinquunt Septuaginta & omnes recentiores: describit enim situm amplum Ierusalem complanandum; vt ad illam incolendam veniant omnes gentes. complanabitur, ait, terra circumiens Ierusalem à Gheba ad Remmon; situm in Australi plaga Ierusalem. Nempe veterem situm vrbis describit nondum habitatum ab iis, qui rediere Babylone, vt fecit Ieremias B cap. 31. Cum autem *Remmon* sit petra quædam, aut collis erectus ad Septentrionẽ versus Orientem Ierusalem; in qua consederunt filii Beniamin mensibus quatuor, Iudic. 20. hic autem dicatur sita ad Austrum, non videtur esse collis Remmon Aquilonaris. vt putarunt multi, sed putatur esse in tribu Simeonis, vt constat Iosue 19. & 1. Paralip. 4. Vel potius collis esse videtur ad latus Australe Ierusalem, ad ipsum vrbis situm veterem spectans, cum Beniamitiræ longius ab ea sint dissiti. Nam Remmon Beniamin quintodecimo milliario distabat ab Ierusalem; vt ait Hieronymus de locis Hebraicis. Et idem fere est quod dixit Vulgatus de colle Remmon: redige- C tur in planitiem omnis terra de colle Remmon, qui est versus Australem plagam Ierusalem. Describit autem omnem ambitum Ierusalem à porta Beniamin per latus Aquilonare vsq; ad portam veterem: & à porta vetere per latus Occidentale vsque ad portam angulorum, & vsque ad turrim Hananeel; & à porta Hananeel per latus Australe vsque ad torcularia regis, & inde per latus Orientale vsque ad portam Beniamin, vnde egressi sumus: de quibus portis super Ieremiam fuse locuti sumus. Atque his significatur amplitudo Ecclesiæ, quæ, complanatis montibus, patere debet omnibus ad eam confluentibus. Iuxta illud Isaiæ 54. quod refert Cyrillus. *Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas.* 16

Remmon qualis.

Ambitus Ierusalem describitur.

Amplitudo Ecclesiæ.

D Quod addit, *& habitabit in loco suo*, non est, vt vult Hieron. in loco pristino ædificabitur. Sed habitabit quiete, ac tranquille, absque vlla formidine, vt Var. & Mont. explicant, vt 1. Reg. 14. dicitur; *stemus in loco nostro.* Hoc est, nos contineamus in loco nostro. & Exod. 16. *maneat quisque apud semetipsum.* quod est in loco suo, *& nullus egrediatur de loco suo die Sabbati*, hoc est, librum, & quietum diem transigat, ne laboret.

Et anathema.] Nomen חֵרֶם *cherem*, occisionem significat, aut exterminium, vt Chaldæus, Pagni, & Isidorus hic verterunt: & quia quæ Deo mactabantur, aut ex voto offerebantur, occidebantur, deductum est nomen ad significandum sacrificium, vt Num. 18. 14. quod Vulgatus dixit, E *Omne, quod ex voto reddiderint filii Israel, tuum erit*; Hebraice habet. *Omne cherem occisio tibi erit.* Iosue 6. 17. *Sitque ciuitas hæc occisio, & omnia, quæ in ea sunt, Domino.* Quod Septuaginta, Vulgatus, & alii vocant *anathema*, hoc est, sepositum Domino, vel potius execrandum, & exterminandum. Ita hic dicitur; *& occisio non erit amplius.* Hoc est, non 17

vasta-

Incolumitas Ecclesiæ.

vastabitur amplius Ierusalem spiritualis, sicut sæpe terrena vastata est, ciuibus eius Deo mactatis; quia *portæ inferi non præualebunt aduersus eam*. Nullus, ait Hieronymus, erit metus hostilis impetus, nulla formido; quia, vt ait Montanus, nullum falsum dogma, nulla sectarum domestica seditio in ea reperietur. Alb. Hugo, & Dionys. nulla post diem iudicii, dicunt, erit amplius aut maledictio, aut separatio. Sed de anathemate diximus late super cap. 9. ad Romanos, in illa verba, *optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis.*

Quanta passi Ecclesiæ hostes.

18 *Et hæc erit plaga.*] Ostendit quibus, qualibusq; suppliciis afficiendi sint hostes spiritualis Ierusalem, vt docent Hieronymus, Cyrillus Remig. Albertus, Hugo cum recentioribus. Omnes enim humanam suam potentiam, sapientiam, calliditatem, & eloquentiam, quibus aduersus Christianam simplicitatem valere se putabant, fractam, comminutam, debilitatam, ac perditam experti sunt. Quod in Imperio Romano impletum videmus: nam cum haberet Prouincias, & regiones multas, valeret acumine intellectus, & eloquentia linguæ: sensim tamen contabuit, & omnes fere amisit vires, stans, enim in seipso contabuit, & emarcuit. Legamus, ait Hieronymus, Ecclesiasticas historias, quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid sæuissimus omnium Maximinus, & nuper Iulianus passi sunt; & tunc rebus probabimus, etiam iuxta literam, prophetiæ veritatem esse completam; quod computruerint carnes eorum, & oculi contabuerint, & lingua in pudorem, & saniem dissoluta sit. Qui de signis præcedentibus diem extremum intelligunt, quando, vt refert Lucas c. 21. præ timore, & expectatione eorum, quæ superuenient vniuerso orbi, arescent homines: non recte id quidem facient, cum hostibus supplicia paret Zacharias: at signa illa omnes & hostes, & domesticos, amicos, & inimicos comprehensura sunt. Sunt qui de Machabæorum hostibus exponant, qui, vt legimus 1. Machab. 4. & 2. Machab. 6. 10. & 12. cæcitate perculsi, & perturbatione conteriti, cadebant. Lyra, & Dionys. de Antichristo, ciusque exercitu, ex variis gentibus coacto. Verum prima expositio vera est.

Perturbatio hostiū Ecclesiæ.

19 *Erit tumultus.*] Nomen מְהוּמָה *Mehumah*, aut *tumultum* significat, vt Vulgatus hic vertit, Tigur. & Isidorus; *stuporem* dixerunt Septuaginta, aut *contritionem*, seu *confractionem* vt Deut. 7. 23. *Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, & tumultu magno perdet eos.* vel confractione maxima confringet eos, quod dixit Vulgatus, *& disperget eos donec penitus deleantur*, atque ita hic *contritionem* vertunt Pagni. & Vatab. Hoc est, magna perturbatione conterentur, aut Dominus conteret eos ac confringet, adeo vt apprehendat vir manum proximi sui, *& conseretur manus eius super manum proximi sui.* Animi turbatione proposita, quis externus illis gestus futurus sit declarat, cum subdit *& apprehendet vir manum proximi sui.*

20 *Et conseretur manus.*] Verbum תִּלְעֹד *bhalāh*, quod hic vertitur, *conserere*, proprie est, *ascendere*, vt Gen. 19. 28. *viditque ascēdentem fauillam de terra, quasi fornacis fumum.* Isa. 34. 13. *& ascendent in domibus eius spinæ, & vrticæ*, & in hac significatione accipiunt hic R. Abraham, Tigur. & M. & quia ascendere instar fumi, est deficere; Dauid Kimhi, & Vatab. accipiunt pro euanescere, aut in auras abire. Sed accipi solet etiā pro conterere, succidere, aut dissoluere, vt hic vertunt Chaldæus, Pagni. & Isidorus; & Vulgat. Ierem. 48. 15. *Vastata est Moab, & ciuitates eius succiderunt*: pro ascenderunt in aerem. Atque iuxta hoc significatum, erit sensus Chaldæi, Pagnini, & Isidori; & succidetur manus eius cum manu proximi sui; hoc est, vtriusque secabitur manus iuxta prius. Ascendet manus eius super manum proximi sui. Hoc est; quod dicit secundum Theodoretum, Lyram, & M. Hos Deus efficiet vt conserant manus contra seipsos, & mutuis vulneribus se conficiant. Vatablus, & Montanus hunc sensum indicant: ascendet, vel conseret manum super manum proximi sui, à quo opē postulabat: sed frustra id quidem; nam manus eius abibit in auras. Haymo, Remig. Albertus, & Hugo hic exponunt: in die illa, stupore magno tenebuntur vidētes miracula edita per fideles conuersos: & apprehendent manus suas, & mutuis fœderibus conserent; sequendi Christum. Existimo ad superiora hæc esse referenda cum Hieronymo. Magna perturbatione turbabuntur, adeo vt præ formidine apprehendat vnusquisque manum alterius, & iungat manum manui, præ metu malorum sibi imminentium.

Sed & Iudas.] De Iudæis carnalibus recte intelligunt Vatablus, & M. qui vt suam metropolim adiuncti gentibus expugnarunt, vt diximus c. 12. n. 4. ita metropolim suam spiritualem Ierusalem vehementer oppugnant, sed non expugnant, saltem in primitiua Ecclesia id conabantur. Ceteri, Haymo, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, & Isidorus de his intelligunt; qui cum prius fideles, & confitentes Iudæi fuissent, deficiunt à fide, vt Hæretici, & Apostatæ, qui ex filiis Ecclesiæ mutantur in hostes.

Et congregabuntur diuitiæ.] Quod subiicitur, *& vestes multæ satis.* in Hebræo legimus, *ad multum valde*, aut plurimum, aut in multitudine valde; vt hæc adiectio non solum vestes, sed argentum, & aurum, & diuitias complectatur, quæ copiosæ promittuntur. Et Haymo quidem, Remigius, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatablus, & Montanus, per hæc bona temporalia volunt intelligi spiritualia, & quæ descendunt à patre luminum, quale illud Apocal. 3. 18. *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris.* Verum si gentes, quæ impugnant Ierusalem spiritualem, deuictæ, sua bona, vti spolia, sunt allaturę ad Ecclesiam, quę bona spiritualia adducent, quę nulla habent, & ab Ecclesia acceptura sunt, vt ille non habebat, sed accipere monebatur in Apocalypsi: Quare verius accipimus de bonis temporalibus, non quidem, vt putat Theodoretus de spoliis relatis per Iudæos ex castris Nicanoris, 2. Machabæorum 8. neque spoliis, quæ ex gentibus adducet in Ierusalem Antichristus, vt volunt Lyra, & Dionysius, sed de bonis temporalibus, & naturalibus, & artificialibus sapientiæ, scientiæ, & artium, quibus gentes conuersæ ditarunt Ecclesiam Christi, & ornauerunt, vt Isidorus, & alii exponunt.

Sicut ruina equi.] Hoc est, quemadmodum diximus ruituros omnes diuites, & sapientes, & diuitias eorum, & sapientiam adiiciendas Ecclesiæ,

ita ruent & iumenta omnia, quibus ad sarcinas vehendas, & ad militandum vtentur; & contabescent. Et licet horum iumentorum nomine Hieron. Remig. Albert. Hugo, Dionys. & Mont. velint significari varia hominum genera diuersis vitiis contaminata, qualia per naturam illorum significari solent, nam equi libidinosos, aut superbos: muli steriles aut dolosus: cameli graues pondere peccatorum, aut temerarios; asini stultos notant: verius tamen Vatablus putat per hæc iumenta significari varios ordines militum, qui in exercitu illo pugnabant contra Ecclesiam, qui omnes victi cum ducibus suis manus dederunt, ac iugo Ecclesiæ se subiecerunt.

Qui iuuerunt hostes, Ecclesiæ se subiecerunt.

24 *Et omnes.*] Qui ex gentibus iugum subiecerint Ecclesiæ ad fidem conuersi, ascendent ab anno in annum Ierosolymam spiritualē, vt se profiteantur aduenas, & peregrinos in hoc mundo, & futurum inquirere. Sic ad spiritualia hæc referunt, figuram pro re figurata accipientes, Euseb. lib. 8. de Demonstrat. c. 4. Hieron. Haymo, Remig. Alb. Hugo, Lyra, Dionys. Vatab. Montan. & Isidorus. Solus Theodoretus intelligit de gentibus, quæ post victorias Machabæorum ascendebant Ierusalem, vt cum eis celebrarent tabernaculorum festa. Sed neque ad hoc festum solum gentes, si quæ erant, ascendebant, sed ad adorandum Dominum in templo, non obligatæ, vt Iudæi, neque ab anno in annum ascendere aliquo præcepto deuinctæ. Quare cum hoc non accidisse constet reipsa, ad rem significatam, & adumbratam recurramus oportet; cur enim punientur Ægyptii? cur reliquæ gentes non ascendentes, si non dereliquissent? Quare de conuersis ad fidem, qui eo ipso tenentur Ecclesiæ parere, & ad eam recurrere, cum plurimis cogimur explicare. Similitudo autem, quę ducitur è figura declaranda nobis est.

Conuersi quotannis Ecclesiæ festa celebrant.

Sicut filii Israel erectis tabernaculis, è cedro palmarum ramis, & frondibus ligni densi, in quibus celebrabant scenopegiam quintodecimo die mensis septimi, ob causam allatam Leuit. 23. 42. *Omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti.* Quod ipsum statuitur Deuteronom. 16. 13. Ita fideles ad Ecclesiam Dei è variis erroribus, Dei munere deducti, sui huius transitus, & peregrinationis memoriam agentes, solennes agunt conuentus in Ecclesia, Deo gratias pro tanto beneficio referentes. Sic Montanus, vel iuxta Remig. Albertum, Hugonem, & Isidorum. Ita fideles agnoscunt se hic esse peregrinos, & velut in tuguriis habitare, protecti ab omnibus malis, dū ascendunt fide, spe, & charitate ad festiuitatem futuræ immortalitatis, quando recordati huius peregrinationis, æternum tabernaculorum festum magna cū hilaritate continuo celebrabunt. Tertium modum explicandi affert Eusebius eo loco. Fideles ex illo monte oliuarum Deum vniuersi agnoscentes, tabernacula sua in singulis ciuitatibus, & regionibus figent: hæ porro sunt Christi in omni loco conditæ Ecclesiæ: has enim præstantiores Mosaicis tabernaculis, Saluatoris nostri Iesu Christi potentia, in omni ab hominibus habitato orbe, per omne hominum genus, per omnes gentes fixit, vt Deo omnia sub se habenti celebrent commune festum tabernaculorum.

Similitudinis ratio 1. exponendæ.

Conuersi memorant annos suæ conuersionis.

Ratio 2. exponendi.

Ratio 3. de diuersis Ecclesiis fundatis.

Hæc autem est causa, cur Zacharias huius tantum festi, & non aliorum meminerit, quod magis explicet commune omnium Ecclesiarum festum, in quibus, tanquam in tabernaculis morantur omnes Christiani, liberi à variis hostium incursibus; vt olim Iudæi ab æstu Solis, per diem, & à frigore, per noctem seruabantur.

Festi tabernaculorū cur meminit Zacharias.

25 *De familiis terræ.*] Per *terram*, vniuersum orbem intelligunt Hieron. Remig. Albertus, Hugo, Lyra, Dionys. & Rob. Ex quibus qui non venerit ab Ecclesia Dei gratia carebit. Theodoret. & Mont. eos intelligunt, qui conuersi ad fidem ex gentibus, post agnitam veritatem, post gustatam Dei verbi virtutem, noluit in festo hoc celebrando perseuerare, sed prolapsi sunt. Hi enim peribunt quidem, & deserentur à Deo, nullo imbre misericordiæ irrigati, aut imbre verbi Dei. Videtur probabilior explicatio Vatabli, qui per terram, Israeliticam intelligit, vt solet; nam illis primum offertur verbum Dei cum gratia, quod si repulerint, deinde itur ad gentes. Si ergo familiæ tribuū Israel, quæ habitant in Iudæa, noluerint ascendere in spiritualem Ierusalem, vt cū fidelibus conueniant in festo tabernaculorū, imbre verbi Dei priuabuntur. Idem malum accidet Ægyptiis, vt ceteris gentibus, nam in eodē ordine collocantur, vt cum ait, *hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium*, vt volunt Hieronym. Theodoretus, Haymo, Remigius, Albertus, Hugo, Lyra, & Vatab. nam nomen *Ægypti* afflictum, aut tenebrosum, aiunt, significat, quod gentibus conuenit ex ignorantia peccantibus. Sunt qui putent hoc dici propter Iudæos, qui in templo Ægypti ob Onia ædificato, vt refert Iosephus lib. 13. Antiquit. cap. 6. festa celebrabant, & venire renuebant ad Ierosolymitanum; quibus minatur plagas supradictas, & pluuiæ priuationem. Sed cur tantum de festo tabernaculorum meminit, cum ad alia etiam tenerentur? aut cur gentes sub eodem crimine comprehenduntur, & pari pœna plectuntur?

Qui renuerint Ecclesiam sequi deserentur à Deo.

Iosephus.

26 *Hoc erit peccatum.*] Nomen חטאת *hhatah* proprie significat *peccatum*: & ita accepere LXX. Vulgatus & Tigur. Vnde Hieronymus, quem sequuntur Theodoretus, Remig. Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. & hoc, ait, peccatū erit maximum Ægyptio, Assyrio, Chaldæo, Syro, Moabitæ, & Ammonitæ, si noluerint egredi è terris suis, & ascendere in Ierusalem, vt per tabernacula transeant in Ierusalem, & inueniant æternam domum, aliarumque gentium homines esse desistant, & efficiantur Israelitæ, in quibus dolus non est. Sed ceteri accipiunt pro pœna peccati, & sæpe fit, vt 2. ad Corinth. 5. 21. *Eum, qui peccatum non nouit, pro nobis peccatum fecit*, hoc est, puniuit vt peccatorum. Malach. 2. 16. *Operiet autem iniquitas, id est, pœna iniquitatis, vestimentum eius.* Sic Chaldæus qui dixit. *Hæc erit vltio Ægyptiorum, & punitio populorum.* Pag. Vatab. Montan. & Isidorus, qui vertunt, *hæc est, pœna peccati Ægypti, & pœna peccati omnium gentium.* Nempe hac pœna priuationis gratiæ Christi punientur Ægyptii cum omnibus gentibus; & ob suam infidelitatē multis aliis irretientur delictis.

Peccatum pro pœna peccati.

27 *Quod super frenum.*] Nomen plurale מצלות *mesilloth*, quod hoc loco tantum reperitur, vt notat Hieronym. dubium est quid proprie significet. Hebræus Hier. magister *phaleras* dixit significare,

Lectionis ratio.

aut

aut *ornatum bellicum*, & ita pro equorum phaleris acceperunt Tigurina, & Montanus; Vulgatus tamen cum LXX. *frenum* vertit. David Kimhi dixit, significare tintinnabula, quæ in fronte, aut collo equorum suspendi solent ad resonandum, vt accipiunt Pagni. & Vat. *collaria* vocant alii; & quidem per vnum hoc, quodcumque id sit, cetera omnia equorum ornaméta intelligi possunt, quibus ornari erunt equi ascendentium ad festum tabernaculorum. Et est sensus Hieronymi, Cyrilli, Lyræ, Dionys. Vatab. & Montan. tantam pacem futuram, vt non sit opus equis ad bellandum: ac proinde sicut Prophetæ prædicunt gladios vertendos in aratra: ita omnia equorum ornamenta conferentur in cultum Dei, & pauperum vsum, & consecrabuntur Domino, inscribunturque illo titulo, *sanctum Domino*, vt olim omnia dicata cultui diuino; & assonabunt tintinnabula laudibus ascendentium ad festa tabernaculorum. Isidorus vult his collariis significari varios Ecclesiæ status, qui sancti debent esse Domino, vt ipsa templi vasa. Theodoretus proprie accipit, ex gentibus deuictis spolia detrahenda, & in gratiarum actionem pro strage facta, Deo vti tropæa consecranda. Nonnulli ex Patribus hic prædictum putant in fræno Constantini reponendum Christi clauum, quo hostes repelleret, ac vinceret, & Christum coleret, cruci affixum. Sic Ambrosius in Orat. de obitu Theodosii Imperatoris versus finem, Cyrillus hic, Hieronymus, Theodoret. lib. 1. historiæ Eccles. cap. 18. Sozomenus lib. 2. c. 1. & Nicephorus lib. 8. c. 29. Sic enim ait Ambrosius, misit Helena filio suo Constantino diadema gemmis insignitum, misit & frænum; vtroque vsus est Constantinus. Principium itaque credentium Imperatorum sanctum est, quod super frænum; ex illo fides, vt persecutio cessaret, deuotio succederet; & quamuis Hieronymus ridiculam appellarit hanc intelligentiam; Cyrillus tamen sic eam admittit. *Non incredibile hoc dixerit quis, neque alienum à decoro est, meminisse Deum, & prophetica prædicatione honorasse Imperatorē valde pium. Multorum enim meminit Deus temporibus Prophetarum, vt Iosia, & aliorum aliquot. Nonnunquam vero etiam religio temporum ipsorum designatur in iis, qui illis temporibus imperium rerum tenent. Nihil ergo absurdi, aut improbabilis, si nunc Zacharias meminit rei valde memorandæ, & regis valde pii, & veracis, & temporum caritati dedicatorum. equos enim regum clauo crucis Christi ornari, quid aliud declarat, quam summum Imperatorum pietatem?* Hæc ille: cui similiter ceteri loquuntur.

Omnia ornamenta gentium Ecclesiæ seruitura.

Clauus crucis in fræno equi Constantini repositus.
Ambros.
Cyrillus.
Hieron.
Theodor.
Sozomen.
Nicephor.

18 *Lebetes.*] הסירות *hasiroth* ollæ sunt, in quibus carnes sacrificiorum coquebantur, vnde statim subditur, venient immolantes, & coquent in eis, מזרקים *mizrakim* sunt pelues, aut phialæ, quæ plenæ odoramentis coram altari ponebantur, vt ait Hieron. Exod. 37. 16. *Vasa ad diuersos vsus mensæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula ex auro puro, in quibus offerēda sunt libamina.* in illis quoq; vinum ministrabatur, vt notant Lyra, & Dionys. iuxta illud Amos 6. 6. *qui bibunt in phialis vinum.* Deseruiebant quoq; sanguini victimarum excipiendo, vt notat. Vat. propterea Zachar. 9. 15. dictum est, *& replebuntur vt phialæ, quasi cornua altaris.* Et quia ollarum non erat tanta copia in templo, quanta phialarum, quæ plurimæ erant, & ad plures vsus,

Lectionis ratio.

ideo dixit, *& erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ*, id est, tanta erit lebetum, seu ollarum copia, quanta phialarum. Nempe tantam ait futuram in festo tabernaculorum ollarum copiam ex tintinnabulis equorum factarum, vt æquari possint copiæ phialarum. Sed explicemus allegoriam. Hieron. Remig. Albert. Hugo, Vat. & Mont. per *lebetes* multitudinem fidelium intelligunt, qui Deo consecrati sunt, & Deo sacrificant in cordibus suis igne charitatis seipsos, votaq; & preces offerunt, & tanquam phialæ plenæ odoramentis, in Ecclesia Dei, illi seruiunt: & tam suauia erunt huiusmodi fidelium sacrificia, & oblationes, quam suaues fuere olim carnes in ollis sacrificantium excoctæ, & odoramenta phialarum. Lyra, & Dion. volunt per *lebetes* significari multitudinem calicum, & ceterorum vasorū, quæ deseruiunt ministerio sacramentorum nouæ legis, quorum tanta copia est, quanta phialarum, quæ deseruiunt mensis. Sed non inepte per *lebetes* homines Deo sacri intelliguntur. Sicut enim in illis sacrificia coquebātur, quibus & Sacerdotes cum familiis suis, & immolantes vescebātur: ita ab his incruentum Christi sacrificium conficitur, Spiritus sancti igni superne operantis cōcoctum, quo & ipsi Sacerdotes, & immolantes fideles, & vniuersa alitur Ecclesia, ad vitā spiritualē conseruandā, ad augendā; quorū nunc tam copiosus est numerus, quā copiosus olim erat in tēplo numerus vasorū, & altaris ministerium consecratorum, cuiusmodi erant phialę, cyathi, thuribula, & cetera.

1. Sensus Obsequia fidelium multa deseruiuntur.

2. Sensus.

3 Sensus. Sacrorum virorum copiosus numerus

Omnis lebes.] Si per *lebetes* fideles intelligimus, vere dictum est, omnes lebetes, qui sunt in Ierusalē, & Iuda, sanctificādos Domino, quia omnes illi sunt gens sancta, & populus acquisitionis. Si autem sacra vasa; sensus erit: omnia illa ita dicata erunt sacris vsibus vt in profanos vsus nunquam extrahantur. Quod si sacerdotes intelligamus, hoc est q dicitur; omnes sacros viros in Ecclesia, ita cultui diuino fore addictos, vt nefas sit inde abduci ad vsus profanos, & indecoros. Atq; hinc ducitur argumentum, ad probandum non loqui Prophetam de lebetibus materialibus, qui tēplo deseruiebāt, vt vult Theod. Nam vt notat Mont. Zacharias loquitur de multitudine lebetum, qui erant in Ierusalem, & Iuda consecrati Domino. Cum tamen certum sit nullum vas consecratum extra templum fuisse. Atq; adeo dupliciter potest accipi locutus. Aut sic, omnis lebes repertus in Iuda, & Ierusalem offeretur Domino, vt templi vsui deseruiat, & id factū est impossibile, & à ratione alienum; nempe, omnes Iudæorum ollas in templum adducendas, vt consecrētur Domino. Aut vt omnis lebes in vniuersa terra Iuda sit Domino consecratus, vt ibi deseruiat vsui diuino; & hoc similiter falsum est; cum extra Ierusalem vt non poterat esse sacrificium, ita nec vllū vas consecratum vsui diuino. Debet ergo hic locus intelligi de lebetibus spiritualis Ierusalem, in qua non est locus definitus ad immolandum Deo, iuxta illud Christi Ioan. 4. 23. *Venit hora, quando neq; in monte hoc, neq; Ierosolymis adorabitis Patrem, sed veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.* 29

1. Sensus.

2. Sensus.

3 Sensus.

Non de lebetibus materialibus sit sermo.

De lebetibus spiritualis Ierusalem.

Omnes immolantes.] Per hos recte fideles omnes intelligunt expositores, Hieronym. Remig. Albert. Hugo, Lyra, Dion. & recentiores alii, qui offerunt hostias spirituales iuxta illud 1. Petri 2. 9. 30

Fideles omnes immolant.

Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta populus acquisitionis, efferentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Tum quia vniuersa Ecclesia per Sacerdotes ministros suos offert immolatque verum agnum Christum in sacrificio altari Deo patri. Quod vero subditur, *& sument ex eis, & coquent in eis*, qui per *lebetes* accepere ipsos fideles, sument, aiunt, seipsos, & tanquam in phialis offerent varios florum odores. Vel quia in suis spiritibus offerunt spirituales hostias; vel quia tam interna bona, quam externa sine vllo quæstu impertiunt, iuxta illud Actuum 4.32. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed distribuebatur singulis; prout cuique opus erat.* Vel secundum Isidorum: qui sacrificare voluerit, accipiet vinum ex lebetibus, & coquet in eo, hoc est; cui amplior concessa est gratia, alium instruere debet in fide, & gratissimum offeret Deo sacrificium. Vel certe, Christi fideles eligent ex viris Deo sacris, vbique repertis, quem voluerint, vt per eos offerant Deo sacrificium verum Christi, sine quæstu, & sumptibus, quibus olim opus erat ad coemendas victimas, ollasque locandas ad coquendum carnes sacrificiorum. Tum etiam vt ait Albertus, coquent in eis sua peccata per confessionem, & ab eis sument exempla vitæ, & cetera omnia, quæ Dei ministri solent præstare fidelibus.

Fideles seipsos offerunt, & communicant.

Fideles eligũt quem volunt Sacerdotem ad sacrificandum.

31 *Non erit mercator.*] *Cananeus* dicitur in Hebreo, vt habent Lxx. Pagnin. & Tigur. Atque ita Theodoretus, & quidam apud Hieronymum, Albertus, Hugo, & Isidor. *Cananei* nomine impium quemlibet intelligunt, qui imitatur mores improbos Cananæorum. Ille enim improbus, aut hæreticus non manebit in Ecclesia, quia statim se prodet, & repelletur, sicut Cananæus inuisus erat Deo. Sed Aquila, Chaldæus, Vulgatus, & Vatab. *mercator*, transtulerunt: nam id quidem nomen *Cananæus* significat, vt constat Prou. vltimo, *sindonem fecit, & vendidit, cingulum tradidit Cananæo.* & Isa. 23.8. *Institores eius inclyti terræ.* Ex quorum genere nullum futurum in domo Domini duplici ratione prędicit Propheta. Aut quia Simonia penitus à viris, rebusque sacris propulsanda est, cum gratis, & liberaliter sint Dei dona omnibus impertienda, vt Lyra, Dionys. Vatab. & Montan. affirmant. Aut quia in Dei Ecclesia, & in domibus sacris, nihil iam, vt olim Ierosolymis, mercatura boum, ouium, columbarum, & minimorum aliorum permutatione opus erit ad sacrificia conficienda; cum nulla sint in Ecclesia eiusmodi futura; sed ingens cuique copia affluet sacrarum, & spiritualium rerũ ad diuinas laudes celebrandas, iuxta illud Christi Matth. 21. 12. *eiiciens de templo ementes, & vendentes, & nummulariorum euertens mensas ac dicens: Scriptũ est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autẽ fecistis eam speluncã latronũ; aut domum negotiationis.* Huiusmodi mercatores, seu Cananæi mercaturæ dediti non erant in Ecclesia futuri, sed summa bonorum omnium inter fideles communicatio, ab vno Christo fonte perenni, qui non improperat, emanatorum, quibus vtinam detur nobis in hac vita potiri, vt saliant in vitam æternam, Christo ipso adiuuante, cui est gloria, & imperium per infinita secula. Amen. Toleti die 20. Aprilis anni 1608.

Omnia gratis communicanda a viris sacris.

Copia rerum sacrarum sine quæstu in Ecclesia.

COM-

COMMENTARIORVM IN MALACHIÆ PROPHETIAS

Liber Duodecimus.

PRÆFATIO.

MALACHIAS vltimus Prophetarum inuehitur in vitia sui temporis, acriter, & populum, & Sacerdotes reprehendens, ob neglectam Dei religionem, ac pietatem: ob spretas etiam vxores legitimas, & pro alienigenis mutatas. Promittit priorem Christi aduentum vt testis: posteriorem vt duri iudicis contra improbos, & remuneratoris munificentissimi in probos; Eliam quoque eius præcursorem venturum.

MALACHIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] LEGATIO verbi Domini Prophetæ Malachiæ demandata, vt eam præferret ad [2] Israelitas. Equidem, ait Dominus valde vos hactenus [3] dilexi. [4] Etsi dicatis: in quonam dilexisti nos? Dicam plane. Nonne Iacob, & Esau ex vno vtero prodiere, & tamen nullo suo merito Iacob, volque eius posteros [5] dilexi, multisque beneficiis sum hucusque prosecutus: Esau autem, eiusque posteros Idumæos adeo in gratiam vestri sum odio prosecutus, vt vrbes, quas in montibus habent ædificatas, [6] per Nabuchodonosorem vastauerim, & in solitudinem redactas serpentibus habitandas tradiderim: cum vos tamen, me vobis opem ferente vestras reædificaueritis? Quod si Idumæi videntes se [7] destructos, exemplo vestro excitati, dixerint: reuertamus & nos, & ædificemus vrbes nostras destructas, vt fecerunt Israelitæ: nihil certe proficient, inquit Dominus exercituum. Illi enim ædificabunt vt volent: [8] ego vero quicquid ædificauerint, destruam. Quos cum sic vastatos adspexerint aliæ nationes, improbi illius gentibus moribus tribuentes, terram illorum, terram impiorum vocabunt: & eos populum, cui Deus perpetuo est iratus. Nec dubitetis de hoc: nam vos ipsi vestris oculis hoc intuebimini, dicetisque cum gratulatione: [9] magnificetur Dominus, eiusque nomen gloriosum in omnibus terminis Israel. Modo ergo, si filius honorat patrem, & seruus dominum suum: cum ego pater vester sim, vesterque Dominus, vt iam beneficiis præstitis ostendi, vbi est honor, vbi timor, quem mihi patri vestro, ac Domino debetis exhibere? [10] Ad vos quoq; sacerdotes meæ conuertuntur expostulationes, qui [11] nomen meum omni studio colendum despicitis, & offertis super altare meum [12] oblationem pollutam. Si dicatis, quam te despeximus nomen tuum, aut pollutam oblationem obtulimus tibi: certe in eo despicitis nomen meum, quod dicitis: [13] vilem iam altare Domini, & vilia quoque in eo polluunt offerri. Pollutam etiam oblationem offertis, cum victimam illegitimam offertis. Nam [14] si offeratur cæcum animal ad immolandum, nequaquam

CAP. I.

[1] ONus verbi Domini ad [2] Israel in manu [3] 1
Malachiæ. [4] Dilexi vos, dixit Dominus, & 2
dixistis: In quo dilexisti nos: Nonne frater erat Esau Ia-
cob, dicit Dominus. & [5] dilexi Iacob, Esau autem o- 3
dio habui: & [6] posui montes eius in solitudinem, & he-
reditatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit I- 4
dumæa. [6] Destructi sumus, sed reuertentes ædificabi-
mus, quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum:
Isti ædificabunt, & [8] & ego destruam: & vocabuntur
termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus v∫-
que in æternum. Et oculi vestri videbunt: & vos dice- 5
tis: [9] Magnificetur Dominus super terminum Israel.
Filius honorat patrem, & seruus dominum suum si er- 6
go Pater ego sum, vbi est honor meus: & si Dominus ego
sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum: [10]
ad vos ô Sacerdotes, qui despicitis [11] nomen meum, &
dixistis. In quo despeximus nomen tuum: Offertis su- 7
per altare meum [12] panem pollutum, & dicitis. In quo
polluimus te? In eo, quod dicitis: [13] Mensa Domini de-
specta est. [14] Si offeratis cæcum ad immolandum, 8
nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum,
nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si
susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. [15] 9
Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri
([16] de manu enim vestra factum est hoc) si quomodo
[17] suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituum. 10
Quis est in vobis, [18] qui claudat ostia, & incendat al-
tare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit
Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu
vestra. Ab Ortu enim Solis vsque ad Occasum, magnū 11

Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta populus acquisitionis, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Tum quia vniuersa Ecclesia per Sacerdotes ministros suos offert immolatque verum agnum Christum in sacrificio altari Deo patri. Quod vero subditur, *& sument ex eis, & coquent in eis*; qui per lebetes accepere ipsos fideles, sument, aiunt, seipsos, & tanquam in phialis offerent varios florum odores. Vel quia in suis spiritibus offerunt spirituales hostias; vel quia tam interna bona, quam externa sine vllo quæstu impertiunt, iuxta illud Actuum 4.32. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed distribuebatur singulis, prout cuique opus erat.* Vel secundum Isidorum: qui sacrificare voluerit, accipiet vinum ex lebetibus, & coquet in eo, hoc est; cui amplior concessa est gratia, alium instruere debet in fide, & gratissimum offeret Deo sacrificium. Vel certe, Christi fideles eligent ex viris Deo sacris, vbique repertis, quem voluerint, vt per eos offerant Deo sacrificium verum Christi, sine quæstu, & sumptibus, quibus olim opus erat ad coemendas victimas, ollasque locandas ad coquendum carnes sacrificiorum. Tum etiam vt ait Albertus, coquent in eis sua peccata per confessionem, & ab eis sument exempla vitæ, & cetera omnia, quæ Dei ministri solent præstare fidelibus.

Fideles seipsos offerunt, & communicant.

Fideles eligũt quem volunt Sacerdotem ad sacrificandum.

31 *Non erit mercator.*] *Cananæus* dicitur in Hebręo, vt habent LXX. Pagnin. & Tigur. Atque ita Theodoretus, & quidam apud Hieronymum, Albertus, Hugo, & Isidor. *Cananæi* nomine impium quemlibet intelligunt, qui imitatur mores improbos Cananæorum. Ille enim improbus, aut hæreticus non manebit in Ecclesia, quia statim se prodet, & repelletur, sicut Cananæus inuisus erat Deo. Sed Aquila, Chaldæus, Vulgatus, & Vatab. *mercator*, transtulerunt: nam id quidem nomen *Cananæus* significat, vt constat Prou. vltimo. *sindonem fecit, & vendidit, cingulum tradidit Cananæo.* & Isa. 23.8. *Institores eius inclyti terræ.* Ex quorum genere nullum futurum in domo Domini duplici ratione prędicit Propheta. Aut quia Simonia penitus à viris, rebusque sacris propulsanda est, cum gratis, & liberaliter sint Dei dona omnibus impertienda, vt Lyra, Dionys. Vatab. & Montan. affirmant. Aut quia in Dei Ecclesia, & in domibus sacris, nihil iam, vt olim Ierosolymis, mercatura boum, ouium, columbarum, & minimorum aliorum permutatione opus erit ad sacrificia conficienda; cum nulla sint in Ecclesia eiusmodi futura, sed ingens cuique copia affluet sacrarum, & spiritualium rerũ ad diuinas laudes celebrandas, iuxta illud Christi Matth. 21.12. *eiiciens de templo ementes, & vendentes, & nummulariorum euertens mensas ac dicens: Scriptũ est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autẽ fecistis eam speluncã latronũ; aut domum negotiationis.* Huiusmodi mercatores, seu Cananæi mercaturæ dediti non erant in Ecclesia futuri, sed summa bonorum omnium inter fideles communicatio, ab vno Christo fonte perenni, qui non improperat, emanatorum, quibus vtinam detur nobis in hac vita potiri, vt saliant in vitam æternam, Christo ipso adiuuante, cui est gloria, & imperium per infinita secula. Amen. Toleti die 20. Aprilis anni 1608.

Omnia gratis communicanda à viris sacris.

Copia rerum sacrarum sine quæstu in Ecclesia.

COMMENTARIORVM IN MALACHIÆ PROPHETIAS

Liber Duodecimus.

PRÆFATIO.

MALACHIAS vltimus Prophetarum inuehitur in vitia sui temporis, acriter, & populum, & Sacerdotes reprehendens, ob neglectam Dei religionem, ac pietatem: ob spretas etiam vxores legitimas, & pro alienigenis mutatas. Promittit priorem Christi aduentum vt testis: posteriorem vt duri iudicis contra improbos, & remuneratoris munificentissimi in probos; Eliam quoque eius præcursorem venturum.

MALACHIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

[1] LEGATIO verbi Domini Prophetæ Malachiæ demandata, vt eam præferret ad [2] Israelitas. Equidem, ait Dominus valde vos hactenus [3] dilexi. [4] Etsi dicatis: in quonam dilexisti nos? Dicam plane. Nonne Iacob, & Esau ex vno vtero prodiere, & tamen nullo suo merito Iacob, vosque eius posteros [5] dilexi, multisque beneficiis sum hucusque prosecutus: Esau autem, eiusque posteros Idumæos adeo in gratiam vestri sum odio prosecutus, vt vrbes, quas in montibus habent ædificatas [6] per Nabuchodonosorem vastauerim, & in solitudinem redactas serpentibus habitandas tradiderim: cum vos tamen, me vobis opem ferente vestras reædificaueritis? Quod si Idumæi videntes se [7] destructos, exemplo vestro excitati, dixerint: reuertamus & nos, & ædificemus vrbes nostras destructas, vt faciunt Israelitæ: nihil certe proficient, inquit Dominus exercituum. Illi enim ædificabunt vt volent; [8] ego vero quicquid ædificauerint, destruam. Quos cum sic vastatos adspexerint aliæ nationes, improbis illis gentibus moribus tribuentes, terram illorum, terram impiorum vocabunt, & eos populum, cui Deus perpetuo est iratus. Nec dubitetis de hoc: nam vos ipsi vestris oculis hoc intuebimini, dicetisque cum gratulatione: [9] magnificetur Dominus, cuiusque nomen gloriosum in omnibus terminis Israel. Modo ergo, si filius honorat patrem, & seruus dominum suum: cum ego pater vester sim, vesterque Dominus, vt iam beneficiis præstitis ostendi, vbi est honor, vbi timor, quem mihi patri vestro, ac Domino debetis exhibere? [10] Ad vos quoque sacerdotes meæ conuertuntur expostulationes, qui [11] nomen meum omni studio colendum despicitis, & offertis super altare meum [12] oblationem pollutam. Si dicatis, quanam re despeximus nomen tuum, aut pollutam oblationem obtulimus tibi? certe in eo despicitis nomen meum, quod dicitis: [13] vilis iam altare Domini, & vilia quæque in eo possunt offerri. Pollutam etiam oblationem offertis, cum victimam illegitimam offertis. Nam [14] si offeratis cæcum animal ad immolandum, nequaquam

CAP. I.

‖ [1] ONus verbi Domini ad [2] Israel in manu [3] 1
Malachiæ. ‖ [4] Dilexi vos, dicit Dominus, & 2
dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Ia-
cob, dicit Dominus. & [5] dilexi Iacob, ‖ Esau autem o- 3
dio habui: & [6] posui montes eius in solitudinem, & he-
reditatem eius in dracones deserti. ‖ Quod si dixerit I- 4
dumæa. [6] Destructi sumus, sed reuertentes ædificabi-
mus, quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum:
Isti ædificabunt, & [8] & ego destruam: & vocabuntur
termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus v-
que in æternum. ‖ Et oculi vestri videbunt: & vos dice- 5
tis: [9] Magnificetur Dominus super terminum Israel.
‖ Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si er- 6
go Pater ego sum, vbi est honor meus: & si Dominus ego
sum, vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum: [10]
ad vos ô Sacerdotes, qui despicitis [11] nomen meum, &
dixistis: In quo despeximus nomen tuum? ‖ Offertis su- 7
per altare meum [12] panem pollutum, & dicitis. In quo
polluimus te? In eo, quod dicitis: [13] Mensa Domini de-
specta est. ‖ [14] Si offeratis cæcum ad immolandum, 8
nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum,
nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si
susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. ‖ [15] 9
Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri
([16] de manu enim vestra factum est hoc) si quomodo
[17] suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituum. ‖ 10
Quis est in vobis, [18] qui claudat ostia, & incendat al-
tare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit
Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu
vestra. ‖ Ab Ortu enim Solis vsque ad Occasum, magnū 11

respuitis tanquam malum: & si claudum, aut infirmum, aliaque quauis ratione a lege alienum, similiter non abiicitis. Offerte quæso duci vestro, & facite periculum, gratumne habeat tale manus, vosque grato vultu, hilarique suscipiat? certe contrarium experiemini. [15] None ergo pergite, si placet, pergite hoc modo deprecari faciem Dei, & miserebitur vestri, [16] vos quidem operibus manoom vestiatum improbis, huius tanti mali causa fuistis, fortasse [17] gratum, propitiumque se vobis exhibebit Dominus exercituum. Vtinam quispiam esset in vobis, [18] qui ostia claoderet templi, quo ostenderet frustra iguem accendi in altari meo. Non enim placetis mihi, & propterea quod munus offertis, acceptum mihi non est: sicut illud acceptissimum erit quod offeretur a Gentibus. Nam à Solis Ortu vsq; ad Occasum magnum erit nomen meũ inter Gentes, quaudo non in vno Ierosolymitano templo, sed in omni loco [19] sacrificabitur, & offeretur nomini meo purissima corporis Christi oblatio: per quam [20] magnificabitur nomen meum inter Gentes. Quod tamen vos improbi Sacerdotes polluistis, cum dicere soletis: Mensa Domini contaminata est, [21] & quod offertur super ea valde vile, igni totum proficiens, qui consomit illud. Et addistis cum irrisione exufflantes, [22] Ecce pro nostro labore quid emolumenti nobis proueniat? Insuper suscepistis claodum, & langoidum, [23] per rapinam ablatum, non proprio labore quæsitum: & obtulistis mihi in munus, putantes me de mano vestra illud suscipere, cum nihil minus. Maledictus dolosus merito iudicandus est, qui cum habeat in grege suo masculum, ac forte, & votum emiserit illud offerendi, debile eligit, ac viciatum ad immolandum Domino. Rex enim magnus ego, atq; Dominus exercituum, cui quod melius est, offerri debeat: [24] & horribile, & omni dignum reuerentia apud omnes gentes nomen est mihi.

est nomen meum in Gentibus, & in omni loco [19] sacri-
ficatur, & offertur nomini meo oblatio munda: [20] quia
magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus
exercituum. ‖ *Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis;* 12
Mensa Domini contaminata est: [21] & quod superpo-
nitur contemptibile est, cum igne, qui illud deuorat. ‖ *Et* 13
dixistis: [22] ecce de labore, & exufflastis illud, dicit Do-
minus exercituum: & intulistis [23] de rapinis claudum,
& languidum, & intulistis munus: nunquid suscipiam
illud de manu vestra, dicit Dominus? ‖ *Maledictus dolo-* 14
sus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens,
immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Do-
minus exercituum, & nomen meum [24] horribile in
Gentibus.

ARGUMENTUM.

OSTENSO amore, quo Israelitas Deus ipse dilexit spretis Idumæis, iure suo petit amorem sibi debitum à populo, & timorem. Deinde grauiter increpat Sacerdotes ob neglectum Dei cultum: promittitque omnia illorum sacrificia vero Christi sacrificio permutanda, ac obscuranda.

COMMENTARIUS.

1 Onus super, & ad, in quo differant.

ONVS.] Nomen hoc cum, vt sæpe alias notatum est, à verbo dicatur Hebræis, quod portare significat, onerosam, grauem, expostulatoriamque prophetiam significat: & super, aut contra aliquem denunciatam, eius ceruices comprimentem: ad aliquem vero factam, sermonem criminantem ac increpantem notat, & in eo aliquid habet consolationis, vt aduertit Hieronymus, quod ad correctionem ferentis portatur. Quamuis autem præpositionem Hebræam אל *el, super*, transferant Septuaginta, & Chaldæus, & Tigurina *contra*; at proprie, *ad*, significat, vt Vulgatus interpres vertit, & Pagninus; vt hoc esse discrimen existimet Montanus non male; quod *onus super*, portationem illi portandam, seu ferendam significet, cui imponitur: at *onus ad*, portationem alicui creditam, seu demandatam ad aliquem: mandatum commissum ad aliquem, quod vulgo dicitur, *Encargalle, o dalle vn recaudo*, vt portet alicui. Hac ratione mittit per Prophetam Malachiam hanc inuectiuam Prophetiam ad populum suum, quẽ statim dicit Deus à se diligi, quia *quos amat arguit, & castigat*. Quid sit in manu Malachiæ dictum est Haggæi 1. nu. 4.

2 Israel duæ tribus.

Israel.] Hoc nomine duas tribus Iudæ, & Beniamin, quæ solę de captiuitate Babylonica redierant, decem in suo exilio remanentibus, intelligunt Hieronymus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Lyra, Dionysius cum cæteris; quia hæ duæ tribus, post decem tribus captiuas, indifferenter pristina vocabantur appellatione. Quãuis, vt notat Vatablus, omnes duodecim tribus eo nomine possint comprehẽdi, quatenus multi ex duodecim tribubus immixti duabus, rediere, & in eundem populum coiere. Nec enim forte, moribusq; disiuncti, nisi coniungerentur, Israel, id est, fortes cum Deo appellari iure possent: sic nec Christiani vocandi sunt, qui sua vita, suisque moribus Christum discindunt; & à se inuicem voluntate viuunt separati.

Israel 12. tribus.

3 Quæstio, quis fuerit Malachias.

Malachiæ.] Quis fuerit Malachias Propheta, cuius verba elucidamus, explicare oportet: Angelusne, an homo fuerit, & si homo; Esdras ille Sacerdos & Doctor, qui legem, & sacros libros instaurauit, an ab eo diuersus? Et Origenes quidem, vt referunt Hieronym. & Cyril. super hunc Prophetam, ausus est asserere, vt etiam de Ioanne, Angelum fuisse natura, sub hominis forma; quod nomine מַלְאָכִי *Malachi* Angelus meus dictus sit. Leui quidem ratione rem incredibilem proferens, propter nomen de homine Angelum faciens; cum id adeptus sit vel propter naturæ, & viuendi simplicem rationem Deo similem; vel propter Angelicos mores, vel propter nuncii Dei officium, vel quod ita parentibus placuerit.

Origenes.

Malachias Angelus.

Difficultas grauior existit in distinguendo Malachiam ab Esdra. Nam veteres Hebræi, quos refert Hieronymus Præfat. in duodecim Prophetas, & August. lib. 20. de Ciuitat. Dei c. 25. Esdram ipsum fuisse existimarunt; quos secuti sunt & recentiores Hebræi. Et placuit hæc sententia Hieronymo, & iis, qui eum secuti sunt, Remigio, &

Malachias. Esdras. Hieron. August.

Roperto,

Ruperto, ac nonnullis huius ætatis commentatoribus; sic enim asserit Hieronymus in Præfat. Malachiæ, & in cap. 2. v. 7. & 10. & in c. 3. v. 7. Et in historia breui Hebræorum, quasi vnus sit, ita scribitur. Iosue filius Iosedec Sacerdotio supremo fungebatur: Haggęus, Zacharias, Esdras Prophetæ munere. Et anno 52. Medorum, & Persarum mortui sunt Haggæus, Zacharias, Malachias; & cessauit Prophetia. Rationes, quibus ducuntur hæ sunt: Tum quia ea ipsa vitia Sacerdotum, & populi; quod videlicet non essent separati à populis terrarum, nec ab vxoribus alienigenis, quæ Esdras recenset cap. 9. carpit Malachias: tum quia summum est silentium in Esdra, vbi fit de Haggæo, & Zacharia multa mentio; de Malachia; quod Esdras ipse esse putetur. & in Ecclesiastico; cum Nehemię honorifice meminerit cap. 49. 15. nulla fit mentio de Esdra; quod sub duodecim Prophetis illum comprehenderit, cum ver. 12. dixit: *Et duodecim Prophetarum ossa pullulent de loco suo.*

Iosephus. Eusebius. Vnde Iosephus, & Eusebius in Chronicis, cum Esdræ egregiam fecerint mentionem; Malachiæ nullam fecere, nisi Euseb. lib. 10. de Præpar. Euangel. cap. 3. qui Haggæo, & Zachariæ subiunxit Malachiam.

Sententia vera. Chrysost. Oppositam sententiam, auctoritate, & ratione magis probatam, vti veriorem eligimus. quam tenent Chrysostomus orat. 2. aduersus Iudæos, & orat. 14. in epist. ad Heb. sic eos distinguit. Lege; ait, quid dicat Haggæus, quid Zacharias, quid Angelus; quid Esdras meus et. **Cyrillus. August.** Cyrill. Alex. Augustin. lib. 18. de ciu. Dei, c. 36. Post hos tres Prophetas, inquit, Haggæum, Zachariam, Malachiam, per idem tempus liberationis populi ex Babylonica seruitute, scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarũ scriptor est habitus, quam Propheta. **Theodor.** Theodoretus quoque pręfat. in Cantica, Esdram ait restituisse cum aliis Scripturis sacris, sexdecim Prophetas. Horum autem vnus fuit Malachias. **Doroth. Athan. Epiphan. Isidor.** Dorotheus præterea, Athanasius in Synopsi, Epiphanius in lib. de vita Prophetarum; & Isidor. in lib. de vita, & morte Sanctorum cap. 51. de Malachia differunt tanquam de diuerso ab Esdra, de quo agit Isidorus cap. 61. De eoque affirmant natum fuisse post reditũ à Babylone, in Sopha oppido tribus Zabulon, & mox admodum iuuenem decessisse. Atque ita sentiunt Lyra, Vatabl. Isidor. Montan. Imo R. Abraham in Cabala historia; eo tempore, inquit, obiit Esdras scriba, Haggæus, Zacharias, & Malachias: estque sublatum Prophetiæ munus ex Israel. Et ipsi Hebræi, quos refert Genebr. in Chronologia in initio 6. ætatis, affirmant in Synodo coacta ad canonem librorum sacrorum constituendum, cuius notarius, seu scriba fuit Esdras, præfuisse Danielem, Haggæum, Zachariam, & Malachiam.

Esdrę ætas. Iam vt ratione fulciamus hanc sententiam, prænotandum est, Esdram cõceptum, vel natum esse sub annum captiuitatis Ierusalem, ex Saraia, Esdræ 7. 1. quem occidit Nabuchodonosor in Rabblatha, & permansit in captiuitate vsque ad annum 7. Artaxerxis Longimani, cuius concessione die 1. mensis 1. ascendit cum multis aliis de Babylone, & die 1. mensis quinti post secuti, peruenit Ierusalem, 1. Esdræ 7. vers. 7. 8. 9. & mense nono die 16. cognouit Esdras multos Iudæos contraxisse cum alienigenis, & grauiter doluit, 1.

A Esdræ 9. & 10. versic. 8. 9. & mox die 20. eiusdem mensis noni, congregati sunt omnes, & factum est plebiscitum de abiicientis alienigenis vxoribus, 1. Esdræ 10. 9. & demum Esdras, & ceteri ad id munus designati, trium mensium interuallo, nempe à 1. die mensis 10. vsq; ad 1. diem mensis 1. vt habetur 1. Esdræ 10. versic. 16. 17. requisierunt quinam illi essent, & ad abiiciendas alienigenas induxerunt. Post quæ rite peracta ante Pontificatum Eliasib, aut proxime, nempe ad 11. vel 12. annum Artaxerxis Longimani, vt colligi potest ex Iosepho 11. Antiquit. capit. 5. mortuus est cum ad 134. annos fere peruenisset. Iam ex his sic ratio conficitur: Malachias inuectus est in vitia populi quiete agentis in Iudæa post reditum è Babylone, **B** & templum constructum, & vrbem instauratam, vt ait Chrysostom. orat. 2. in Iudæos. At Esdras extra Iudæam erat, Babylone, & non venit in Iudæam vsque ad 1. diem mensis 5. anni 7. Artaxerxis, & vsque ad diem 16. mensis noni eiusdem anni, non nouit illam communem transgressionem populi, ductarum alienigenarum; cui mox die 20. remedium adhibuit, consentiente populo, & grauiter ferente culpam: ergo nullum fuit illi tempus ad Prophetiam Malachiæ pronunciandam, & populi vitia tam acriter carpendam. Deinde Malachias natus est in Iudæa post reditum è Babylone, & iuuenis decessit, vt asserunt Dorotheus, Epiphanius, & Isidorus. At Esdras nec vixit in Iudæa, nec natus est post reditum; **C** & valde senex decessit; sunt ergo valde diuersi.

Ad rationes obiectas respondemus. Ad primã, etiam alios Prophetas in similia, & eadem peccata inuectos fuisse, & nõ propterea eosdem putamus, vt cuique legenti manifestum erit. Ad alteram; non mirum si ipse Esdras non meminerit Malachiæ, qui multo post Haggæum, & Zachariam prophetauit; & Ecclesiasticus non meminit Esdræ, sicut nec Danielis, & meminit Malachiæ sub duodecim Prophetis. Quod ipsum de reliquis dicendum est; quamuis 4. Esdræ 1. 40. reliquis Prophetis, & Haggæo, & Zachar. annumeretur Malachias, qui & Angelus Domini vocatus est. Hic est ergo Malachias, cuius ministerio Deus inuehitur **D** in populum, & Sacerdotes Israel: nam ad hoc munus Angelis opus est: nedum homine moribus Angelicis adornato.

Dilexi.] Hieronymus, quem Haymo, ceterique sequuntur, verbo, *dilexi*, præsens ait negare, & præteritum confiteri; quod videlicet, eousque dilexit Israelem, & innumeris beneficiis fuerit prosecutus; at tunc temporis nequaquam ingratum populum iam diligeret, à quo non diligeretur, siquidem amantem non redamare amoris est impendia perdere. Verum in præterito præsens etiam inclusum negari non debet, tum quod sic consueuit includi, vt in illo ad Rom. 1. 24. *tradidit eos Deus in reprobum sensum*, & nunc etiam tradit. Psalm. 118. versic. 47. *& meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi*; **E** & nunc quoque diligo. Tum quod grauiorem facit expostulationem grauior expostulandi ratio, qualis est, non diligi à populo, qui tunc diligeretur. Tum tertio, quia si ex beneficiis præsentibus indicatur præsens benefactoris voluntas; Deus ex præsenti beneficio ostendit populo bonam suam præsentem voluntatem;

quod

A quod ſi Idumæi voluerint ſuas vrbes reædificare, minatur ſe eas deſtructurum in gratiam populi ſui. Vno autem hoc verbo, *dilexi vos*, per compendium omnia beneficia populo illi collata comprehendit, quæ tanquam ex cauſa effecta, ex amore Dei proficiſcuntur.

Amor omnium fons beneficiorum.

Et dixiſtis.] Præteritum cum coniunctione poſitum pro futuro accipi notant Vatablus, & Montanus, pro *dicetis*, aut ſi dicatis; quod in ſequentibus tri non infrequenter, obiicit enim ſibi ipſi Deus, omnes excuſationes in peccatis, quas populus ipſe in ſecreto cordis obiicere poſſet, & obiiciebat; ex quo patet, quam aperta ſint Deo abſcondita cordis noſtri, & quam ingratus ille populus eſſet, qui Deo ſuum amorem, tot beneficiis oſtenſum, ob oculos ponenti, non dubitauerit obſiſtere, dicendo, *in quo dilexiſti nos:* Hoc eſt, quibus nos affeciſti beneficiis? quibus nos proſecutus es officiis? ſane obliti ſunt magnalia, quæ fecit in Ægypto, mirabilia in terra Cham, quæ toties cecinit pater eorum Dauid.

Obiectioni tacitæ reſpondet.

B

5 *Dilexi Iacob.*] A principio ſeu ab origine gentis orditur ſuæ dilectionis demonſtrationem Deus, oſtendens antiquam fuiſſe, & perſeuerantem vſque ad id temporis, & in futurum; tum etiam diſcretam, quod cum fratres eſſent, & quidem vterini, Iacob, & Eſau; hoc cum poſteris deſpecto, illum cum ſuis poſteris elegerit, in quos ſui amoris bonitatem demonſtraret.

Dubium tamen eſt, num dilectio hæc Iacob, & odium Eſau, ſint accipienda de ſpirituali dilectione, & odio, quo Deus prædeſtinauerit Iacob, reprobato Eſau; an de electione Iacob præ Eſau ad primogenituram, & regnum temporale? Auguſtinus libr. 16. de Ciuitate Dei, cap. 35. & lib. 1. Quæſtio. ad Simplicianum q. 2. & in Enchiridio cap. 95. & Epiſtola 105. ad Sixtum, Fauſtus lib. de gratia, & libero arbitrio 2. cap. 6. Paulus Burgenſis Additione 1. huius capitis, Rupertus hic, Iuſtinianus ſermone in ſolennitate S. Matthæi, Haymo, Albertus, & Hugo, exiſtimant à Malachia ſermonem inſtitui de prædeſtinatione Iacob, & reprobatione Eſau, quia videlicet Deus æterno amore elegit Iacob, & poſteros eius, vt eis traderet ſuum cultum, & Sacramenta, & bona temporalia, quæ proficerent ad beatitudinem; Eſau autem ab his reiecit. Perſuadent autem ſibi hanc intelligentiam teſtimonio Pauli ad Rom. 9. 11. ſic hunc locum referentis: *Cum enim nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali: vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret: Non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei. quia maior ſeruiet minori. ſicut ſcriptum eſt,* in Malachia, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Vbi cum loquatur Paulus, iuxta communem ſententiam, de prædeſtinatione, & reprobatione; neceſſario dictum Malachiæ in eo ipſo ſenſu accepit.

Quæſtio num de temporali dilectione, an de ſpirituali ſit ſermo.

Sententia 1. de prædeſtinatione intelligit. Auguſt. Rupertus. Iuſtinian.

C

D

Verum intelligentia ſimplicior, ac verior eſt, quam tradunt Hieronymus, Theodoretus, Lyra, Dionyſius, Vatablus, M. Iſidorus, & Montanus, loqui Malachiam de temporali felicitate; quod Deus reiecto Eſau, ius primogenituræ donauerit Iacob, & terram promiſſam poſteris eius; multiſque beneficiis illum populum, tanquam dilectum proſecutus fuerit: cum tamen Eſau ab hæreditate reiecerit, & poſteros eius Idumæos expulerit à terra promiſſa, debilitauerit, ac

Sententia 2. de temporali felicitate.

E

A vaſtauerit, quoties ſe Iſraeli opponebant. Probatur hic ſenſus, primum, quia Deus hoc loco, illis verbis (*Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*) refert hiſtoriam Geneſ. 25. 23. in qua Dominus ipſe reſpondit Rebeccæ, *Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur: populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.* & cap. 27. 29. id cœpit compleri, cum à patre benedictionem furatus eſt, dicente, *ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* At hæc verba de temporali felicitate, in qua Iacob prælatus eſt fratri Eſau, intelligunt omnes, etiam Auguſtinus quæſt. 73. in Geneſim: ergo & Malachias de eadem ipſa intellexit. Deinde quia prælatio illa completa eſt in poſteris Iacob, & in poſteris Eſau; quia Idumæi ſeruierunt Iſraelitis; & in hunc ſenſum adducuntur à Deo volente probare populum à ſe dilectum, quod Iacob dilexiſſet; & Idumæos deſpectos, quod Eſau odio habuiſſet. At quis ſibi perſuadeat omnes Idumæos reprobatos, & omnes Iſraelitas prædeſtinatos? & non potius id accipiat quod vtrique populo accidit, Iſraelitas præelectos ad temporalem felicitatem, Idumæos vero ab illa in ſolitudines, aut montes eiectos? Quod ſi dicas; per poſteros Iacob debere intelligi Iſraelem ſecundum ſpiritum, nempe fideles, qui pietatem Iacob ſequuntur; & per poſteros Eſau, Idumæos in ſpiritu, id eſt, omnes reprobos, qui Eſau impietatem ſunt imitati: eo ipſo oſtenditur hunc eſſe ſenſum myſticum, non hiſtoricum. Nam vere Deus in Malachia ad populum Iſraeliticum loquebatur, & ad Sacerdotes illius populi, & mores eius carpebat, quæ non conueniunt Iſraeli ſpirituali. Taudem quia odium, quo ſe dicit proſecutum Eſau, ſtatim explicat cum dicit, *& poſui montes eius in ſolitudinem, &c.* pro effectu temporalis calamitatis, odium accipiens. Ergo & dilectionem contra accepit pro effectu temporalis felicitatis, quam largitus eſt Iacobæis.

Ratio 1.

B

Ratio 2.

Ratio 3.

C

Ratio 4.

Ad teſtimonium Pauli reſpondetur, eſſe nonnullos, vt Montanum, qui omnino putant locutum Paulum de electione ad temporalem felicitatem, & eiectione ab ea. Quod eo loco ex profeſſo expendemus, ſed ſatisfacit Hieronymus, cum hic dicit. Quem locum Apoſtolus Paulus myſtica diſputatione euentilans, ſcribit ad Romanos, &c. Ergo in ſenſu myſtico hunc locum adduxit Paulus ad probandam electionem prædeſtinatorum, & reiectionem reproborum, ex vocante Deo profectam; ſicut electio Iacob ad felicitatem temporalem, & reiectio Eſau ab eadem, facta eſt ex diuina vocatione; non ex meritis ipſorum: vt noueris proſperam fortunam, ſicut & aduerſam ex Deo prouenire; cui acceptum referas quicquid boni acceperis; nec minus ei conſentias in aduerſis; ſiquidem ex eadem oritur vtrumque voluntate.

Ad teſtimonium Pauli.

D

Poſui. Per Nabuchodonoſorem videlicet, vt 6
E notant Lyra, Dionyſ. Vatablus, & Robertus, cum aliis recentioribus. Nam eadem expeditione, qua vaſtauit Iudæam, vaſtauit & Idumæam, ceteraſque gentes, vt multi Prophetæ fuerant vaticinati; præſertim Ieremias c. 49. Immiſcet autem ſuos cum alienis Deus in ſuppliciis, eadem cauſa exiſtente: ne de Deo conquerantur alieni, tanquam

Cur Deus ſimul filios caſtiget cũ ſeruis.

de

de iniusto iudice, & acceptore personarum, & vt corrigantur sui; ac diffidant se posse incolumes permanere coram iustissimo iudice, quatenus populus eius sint, si gentium sceleribus assuescant.

7 *Destructi.*] Hebraice רששנו *rusasnu*, quod Chaldæus, cæterique Hebræi, Tigurina, Pagninus, & Vatablus, ac Montanus vertunt, *depauperati sumus*, aut *pauperes facti*, vel *attenuati*, & *ad extremam inopiam redacti.* Sed de ciuitatibus dictum idem erit, quod subuersi, aut destructi sumus, vt Septuaginta, & Vulgatus acceperunt: nam vastitatis regionis, & vrbium effectum est paupertas, & inopia. Sunt autem hæc verba Idumæorum confidentium de sua pristina restitutione, quod viderent Iudæos è captiuitate reductos suam vrbem ædificasse. Verum huic confidentiæ sese opponit Dominus dicens.

8 *Ego destruam.*] Quicquid ipsi ædificauerint. Destructam fuisse Idumæam, vt cæteras gentes, per Nabuchodonosorem, & eius exercitum, ex Abdia, & Ieremia cap. 29. & aliis, qui id certo futurum prænunciarunt, dubitari non debet. At vtrum in pristinum statum sint Idumæi restituti, quemadmodum, & Iudæi? hæc Dei comminatio. *Ipsi ædificabunt, & ego destruam*, dubitare facit. Nam si Deum aduersariorem habebant, & ab eis constructa destruentem: nequaquam in statu possent suo consistere. Multi ex interpretibus, quia non vident quando Idumæi subuersi fuerint, & postea restituti, iterum destructi, ad intelligentias longe remotas recurrunt. Hebræi de Romanis explicant rubeis, & sanguinariis, & ob id ab Edom denominatis, quorum imperium destruendum sit. Remigius, Albertus, Rupertus, & Hugo spiritualiter explanãt de piis, ac impiis, de probis, ac reprobis, quos ita odio prosequitur Deus, vt quoties se cõstruere, ac roborare voluerint, Deus ipse destruat, & à sua felicitate deturbet. Duos enim fratres imaginantur, vitia, & virtutes, ex vno cordis vtero prodeuntes. Nam ex vna libera voluntate vtrumque dimanat, sed vitium primogenitus est Esau hispidus, & agrestis, venationi, & syluis assuetus; quia cum infantibus nascitur, & cum adolescentibus adolescit. Post vero nascitur virtus Iacob, qui supplantator appellatur, lenis, & simplex, & qui domi habitasse perhibetur: & errores fragilioris ætatis ætate firmiore succedente corrigit, & supplantat. Deus autem dicitur odisse vitium Esau, non naturam, quam bonam fecit, & propterea fines eius ponit in solitudinem, vt omne malum extirpetur, & vitia non succrescant. Quod si impudens malitia, ea, quæ sunt destructa, rursus ædificare conetur, Deus iterum se ea destructurum comminatur, siue corrigendo peccatores, siue pertinaces iusta vltione damnando. Hæc illi vtiliter, & tropologice.

Quæstio, vtrum Idumæi destructi se restituerint.

Sententiæ variæ.

Verum cum de Iudæis secundum carnem, qui Babylone redierant, & de Idumæis, qui destructi fuerant per Chaldæos, sermonem esse, vt iam diximus, non sit quod dubitetur; certum etiam est in patriam rediisse, & vrbes suas reædificasse Idumæos, sicut & Iudæos: siquidẽ tempore Machabæorum Idumæam incolebant, vt ante captiuitatem, vt legimus 1. Machabæor. 5. & 2. Machabæor. 10. & in Iosepho 13. Antiquit. cap. 17. & lib. 4. de bello Iudaico cap. 6. & 7. Sed tamen per Machabæos variis excursionibus destructi sunt, quemadmodum hoc loco fuerat Deus comminatus. Nam Iudas vt dicitur 1. Machab. 5. 3. debellabat filios Esau in Idumæa. Et 2. Machab. 10. 16. *Hi, qui erat cum Machabæo impetum fecerunt in munitiones Idumæorum, multaq; vi insistentes loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes simul non minus viginti quinque millibus trucidauerunt, &c.* Et Iosephus 13. Antiquit. cap. 16. Hircanus, ait, ciuitates Idumææ Aboram, Marisam, cunctosque cum domuisset Idumæos, permisit eis prouinciam habitare, si circumciderentur, legibusque Iudaicis vterentur. Qui desiderio patriæ terræ circumcisionem, & aliam conuersationem Iudæorum prætulerunt: ideoque ex illo tempore cæperunt esse Iudæi. Propterea postea tempore vastitatis factæ per Romanos, ad viginti millia congregati venerunt defensum Ierosolymam, tanquam fratres, & religione Iudæi, vt idem refert lib. 4. de bello Iudaico ca. 6. & 7. quod ipsum late narrat Iosephus alter filius Gorionis libr. 4. Historiarum Iudaicarum cap. 4. vnde Marci 3. ad Christum veniebant Idumæi, sicut cæteri Iudæi.

Sententia vera.

Iosephus.

Machab. sunt infestati Idumæos.

Ex quibus constat comminationem Dei per Malachiam factam, per Machabæos fuisse completam. Nec opus est ad eius veritatem, vt nunquam se restaurauerint Idumæi, quod dicat Dominus: *Vocabuntur populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum.* Quia videntur hæc verba sub tacita conditione prolata. Destruxi, inquit, Idumæos, quod vos sint persecuti. Et si ædificauerint iterum vrbes suas, vobisque me rite colentibus fuerint molesti, ego destruam eos toties, quoties impetum in vos fecerint, (quod accidit tempore Machabæorum) quia ira mea in æternum contra eos permanebit, si illi in æternum in suo odio contra vos perseuerauerint. Quod si vos mihi non obedieritis, nec ego Idumæos reprimam, quin vos deuastent. Alias autem, sicut nec Iudæorum, ita nec Idumæorum vlla regni, aut Reipublicæ extat vel forma, vel memoria.

Verborum Dei intelligentia.

Magnificetur.] Vt diximus in Paraphrasi, explicat Lyra. Nam videntes Israelitę hanc vindictam factam de Idumæis, & se conseruatos, dicent: glorificetur Dominus in terra Israel, ibique laudetur, quasi extra terram Israel nemo esset, qui laudaret Deum, quem non cognoscebat. Vnde 9
Vatablus, & Montanus ita coordinant, & coniungunt verba. *Et dicetis super terminum Israel, magnificetur Dominus.* Hoc est, & vos incolumes remanentes in patria vestra, & intra terminos Israel, dicetis, magnificetur Dominus, qui destructis Idumęis, conseruat nos. Dionysius hac ratione exponit; Dominus amplificet Israel, & augeat terminos eius, quo Deus ipse simul magnificetur. Vel crescat, augeaturq; Domini magnificentia, super, id est, vltra terminos Israel, nec iam angustis terminis coarctetur, sed per orbem pateat vniuersum. Volebant scilicet hi boni viri rerum temporaliũ amatores, quo fines suos dilatarent, & bonorum cumulum augerent, Dei honorem præmittere in omnes regiones, vt eo mediante, terram sibi latiorem conquirerent: & quidem feliciter succederent omnia, si Deo adhærerent, illique seruirent; vt sua bona temporalia eo medio augerent. At sunt quamplurimi, proh dolor,

Sensus 1.

Sensus 2.

Qui Deo largienti temporalia adhærent.

qui

qui dum melius habent in temporalibus, eo magis obliuiscuntur æternorum, & ipsius Dei: & nisi his destituantur, non redeunt ad cor, nec dicunt, *magnificetur Dominus vltra terminos Israel.* Chaldæus Paraphrastes alium sensum tradit, rei qua de agitur conuenientiorem, ait enim: *dilatauit fines Israel.* Hoc est, laudetur, ac glorificetur Dominus; qui terminus Israeli dilatauit, eos extendendo vsque ad Idumæam, siquidem Idumæos suis terminis eiecerit per Machabęos videlicet, vt supradiximus.

10 *Ad vos.*] Communis sententia est Hieronymi, Theodoreti, Haymonis, Remigii, Alberti, Hugonis, & Dionysii, hucusque inuectum esse in vniuersum populum officii sui in Deum contemptorem; nunc vero incipere increpare Sacerdotes de grauissimo scelere summæ dignitatis violatæ. Ex Hebræo tamen, & Chaldæo deducitur hanc in Sacerdotes inuectiuam inchoari ab illis verbis; *Filius honorat patrem*; vt interpretantur Lyrá, & Complutensis, Tigurina, Pagninus, & alii. Nam sic habent Hebræa. *Filius honorabit patrem, & seruus dominum suum. Et si pater ego, vbi honor meus? & si Dominus ego, vbi timor meus: dicit Dominus exercituum vobis Sacerdotibus, despicientibus nomen meum.* Quasi dicat. Filii officium est patrem honore prosequi, & serui dominum timere; cum ergo ô Sacerdotes, peculiari vestro munere me vobis patrem elegeritis, & Dominum, & vos in filios, & in seruos tradideritis, vt domi meæ mihi seruiretis pro totius populi primogenitis; cur neque me honoratis, neque reueremini, aut colitis, imo contra facitis, nam despicitis nomen meum? Loquitur ergo de cultu diuino, & honore religioso, despecto à Sacerdotibus, qui non curabant sacrificia, & eorum debitum ritum; estque bonus sensus, & conformis lectioni Vulgati punctuatæ, vt habetur in Complutensi, nempe; *vbi est timor meus, dicit Dominus exercituum ad vos, ô Sacerdotes?*

[In]uehitur [in] Sacerdo[te]s cultum [Dei] negligentes.

11 *Nomen.*] De duobus sceleribus contra diuinum cultum commissis arguit Sacerdotes, quibus Dei nomen, ac Deum ipsum despiciebant. Nam & verbo despectui habebant Deum, dicentes: *mensa Domini despecta est*: & facto, cum offerebant panem pollutum, & victimas illegitimas. quibus duabus querelis duæ responsiones opponuntur. Prior sic habet: *despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum?* Respondet: *in quo dicitis, mensa Domini despecta est.* Posterior est huiusmodi. *Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te?* Respondet, *cum offertis cæcum ad immolandum: & non malum est*, supple, dicitis. Potest & vna quæstio esse cum sua responsione, qua queratur Deus suum nomen despectum, in hoc, quod Sacerdotes arbitrantes Deo satisfieri qualicumque victima, ac proinde altare despectui habentes, admittebant sacrificia illegitima. De his mox dicemus.

[P]eccata Sa[ce]rdotum.

12 *Panem pollutum.*] Hebræum nomen לחם *lechem*, *cibum*, aut *escam* significat, *& quicquid dentibus inciditur*: & frequenter pro solo *pane* accipitur, vt hic transtulerunt Septuaginta, Aquila, Symmachus, Vulgatus, Tigurina, ac Pagninus, & Hieronymus quidem, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Lyra, & Dionysius, panes propositionis intelligunt, quos illegitimos, aut pollutos in mensa ponebant. Quod, vt ait Hieronymus ex Hebræorum traditione, quoslibet à quocunque factos de medio tollebant, cum tamen ipsi Sacerdotes suis manibus triticum debuissent serere, demetere, mulere, conficere, ac coquere panes super mensam propositionis constituendos. Quod si panes propositionis tam accurate parabantur manibus sacerdotum, quid de pane sacro Christianorum dicendum? qua cura, qua diligentia parandum? Sunt tamen quibus videatur, nomine *panis polluti*, non intelligi panes propositionis, quamuis & ipsos offerrent Sacerdotes vt dicitur Leuit. 21. 8. sed oblationem ex simila factam, quæ & panis dici solebat; de qua Leuit. 2. præsertim vers. 4. dicitur. *Cum obtuleris sacrificium coctum in clibano de simila, panes scilicet absque fermento, conspersos oleo, & lagana azima oleo lita.* & versu 8. *quam offerens Domino, trades manibus Sacerdotis: qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino.* Idem refertur Leuit. 6. vers. 14. & 20. & Leuit. 17. vers. 12. Atque ita nomine *panis* accipiendum est quicquid ex tritico Domino offerebatur: quod tunc pollutum offerri dicebatur; quandó vel non ex simila, sed ex quouis tritico offerebatur; vel non ex fermentatu; vel quia quippiam aliud desiderabatur ex ceremoniis in huiusmodi oblationibus, ex Leuitico requisitis: vel demum quia ipse Sacerdos offerens, aliquo modo erat commaculatus, iuxta illud Leuit. 21. 17. *Loquere ad Aaron, homo de semine tuo, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, &c. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron Sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo.* Tertio, Chaldæo Paraphrasti, Dauidi Kimbio, Vatablo, Isidoro, Muniano, ac Roberto, videtur nomen לחם *lechem* hoc loco accipiendum pro carne, quæ offerebatur, pro oblatione, seu sacrificio; & ita solet in Scriptura quoque vsurpari. Nam quod Iob. 6. 7. Vulgatus transtulit. *Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.* Ex Hebræo legitur; *illa sunt veluti ægritudines carnis meæ.* vt vertunt Pagninus, Vatablus, & Robertus. Vnde Chaldæus hoc loco pro *panem pollutum* habet, *Korban oblationem execrandam*, seu, *sacrificium abominabile.* Ita vero dicitur sacrificium; quod sit veluti esca ignis, quo aduritur in odorem suauitatis Domino. Vnde Leuit. 3. 16. quod Vulgatus dixit, *& adolebit ea Sacerdos super altare in pabulum ignis, & oblationis Domini.* & Chaldæus, *pabulum oblationis est coram Domino.* Pagninus, & alii vertunt, *caro oblationis ignita, seu vstulata est Domino.* & Numerorum 28. 24. *Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino.* Hebraice dicitur, *lebhem carnem oblationis*, vel *oblationem ignitam odoris suauissimi Domino.* & Septuaginta legunt, *donum, oblationem, odorem suauitatis Domino.* Vel quod sit esca Sacerdotum: nam Leuitic. 21. 22. dicitur de Sacerdote aliqua resperso macula; *vescetur tamen panibus, qui offeruntur in sanctuario.* Id est, escis carnium, & primitiarum, quibus alebantur Sacerdotes. & Leuit. 22. 13. de filia Sacerdotis dicitur, quod aletur cibis patris sui, nempe sacrificiis, de quibus sic loquitur Ecclesiasticus cap. 45. 26. de Aarone verba faciens. *Panem ipsis in primis parauit in*

de panibus propositionis illegitime paratis.

Sacerdotū erat panes parare.

2. de oblatione similæ, quæ panis dicebatur.

3. pro quouis sacrificio, quod quasi esca est Domino.

satietatem:

A *satietatē: nam & sacrificia Domini edent, quæ dedit illi & semini eius.* & hoc est, quod subditur, *ipse est pars eius, & hereditas.* Vel demum quod sacrificia sint veluti esca Dei, cui offeruntur. Nam ita vocat Numer. 28. 2. cum secundum Vulgatum ait, *oblationem meam, & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua.* Quæ ex Hebræo sic habent, *oblationem meam, lehhem escam meam, pro ignitis sacrificiis meis in odorem quietis mea custodietis.* & Septuaginta transtulerunt, *dona mea, lehhem oblationes meas in odorem suauitatis seruabitis offerre mihi.* & versu 24. *Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino.* Hebraice, *carnem,* vel *victimam in oblationem ignitam odoris quietis Ihoua;* & Septuaginta dixerunt, *donum, lehhem oblationem, odorem suauitatis Domino.* B Leuit. quoque 21. 8. quod Vulgatus legit, *quia consecratus est Domino Deo suo, & panes propositionis offert.* Hebraice habet; *quia escam Dei tui offert;* & versu 6. *Sancti erunt Deo suo & non pollument nomen eius: incensum enim Domini. & panes Dei sui offerunt.* Ex Hebræo dicitur, *quia oblationes ignitas Domino, escam Dei sui offerunt.* Vocat autem sacrificia Deus escam suam more hominum; quod sicut homines carnibus, vino, oleo, simila, & panibus potissimum vescantur, & delectentur: ita & Deus illa in sacrificiis suis habere voluit, non quod illis vt homo vesceretur, ac delectaretur, cum dicat Psalmo 49. 13. *Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* sed quod ipsi grata essent propter dilectum filium suum, qui C in omnibus sacrificiis adumbrabatur. Atque de huiusmodi pane, seu esca sibi debita queritur Deus, quod pollutam offerant Sacerdotes; nempe contra legem: & patet, quia statim explicat, quem vocauerit panem, seu escam pollutam; quod scilicet offerrent animal cæcum, aut claudum, aut languidum, vt mox dicemus.

Esca Dei sacrificia, quibus delectabatur.

13 *Mensa.*] Altare intelligunt Hieronymus, Remigius, Haymo, & ceteri, præter Lyram, qui mensam propositionis exponit. Nam Ezech. 41. 22. de altari sic dicitur; *altaris lignei trium cubitorum altitudo: & locutus est ad me, hæc est mensa coram Domino.* & in hoc ipso capite vers. 12. ita accipitur. *Mensa Domini contaminata est, & quod superponitur contemptibile est, cum igne, qui illud deuorat.* Cur autem al- D tare Domini despectui haberent, diuersa adducitur ratio. Nam Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionysius, ex ambitione putant à Sacerdotibus opificium altaris despectum, quod illud extruxerant, non eiusdem gloriæ, cuius pristinum fuerat, & putabant deesse religionis sanctimoniam, quia deerat ædificationis ambitio. Aliis, vt Vatablo, & Roberto videtur, rationem despectus sumi ex modico prouentu, quem excipiebant ex altari, vile enim habebant altare, seu oblata in altari Sacerdotes; quia parum emolumenti eis adducebat, propterea quod paulo ante è captiuitate, inopia redierunt oppressi. Commodior est ratio Hieronymi, & ceterorum, qui eum sequuntur, inferius versu 12. in illa E verba, *mensa Domini contaminata est,* & quam indicat Theodoretus, & adducit Montanus. *Quid prodest,* ait Hieronymus, *si offeramus optima? qualiacumque fuerint, quæ offeruntur, igni sunt deuoranda.* Ex auaritia ergo laborabant. Nam cum viderent Domino vilia ex victimis offerri, ignique crema-

Mensa Domini altare.

Altare despiciebant

A ri, videlicet, omenta, adipes, sanguinem, caudam cum renibus, pinguedinem, quæ operit ventrem, & vniuersa vitalia, & reticulum iecoris, & huiusmodi 3. cap. Leuitici relata; ceteraq; in proprios vsus cedere: persuadebant populo qualemcumque victimaru vilem, & ineptam offerri posse, quo probatiores, & selectas sibi vsurparent: aut certe pro vilibus, quas ipsi apud se habebant permutabant. Itaque altare Domini despectum, vileque putabant, quod in eo permitti posse docebant, vt despecta, vilia, & à lege aliena offerrentur.

ex auaritia.

Si offeratis.] Ex Hebræo sic habet hæc sententia, *& cum offertis cæcum ad immolandum, non malum,* supple, dicitis, *est, & si obtuleritis claudum, & lan-* 14
B *guidum, non est malum,* quasi dicat, non curatis respuere animalia illegitima, quæ à populo adducuntur ad offerendum, quinimo vos illa offertis, neque abiicitis tanquam malum. Hac ratione affirmanter legunt Pagninus, & Vatablus, & alij. Potest & cum interrogatione legi, vt legunt Septuaginta, Vulgatus, & Chaldæus, *& cum offertis cæcum ad immolandum, non malum est?* & cetera; constat enim malum esse offerre Deo animal cæcum, claudum, aut languidum, quia lege id est prohibitum. Nam Leuit. 21. & 22. dicitur. *Omnis macula non erit in eo. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens: si papulas, aut scabiem, aut impetiginem, non offeretis ea Domino.* & infra. *Custodite mandata mea, & facite ea, ego Dominus, ne polluatis nomen* C *meum sanctum, vt sanctificer in medio filiorum Israel.* Hoc est polluere nomen Dei, polluta offerre, & irreuerenter tractare quæ ad religionem pertinebant, non custodiendo legem: quo dabant occasionem populo Sacerdotes, Deum non sanctificandi. Hoc autem faciebant vno è tribus modis; aut quia victimas, quas pro se ipsi offerebant, illegitimas, cæcas, luscas, & languidas immolabant. Aut quia eas, quas populus adducebat contra legem, non respuebant, nihil de ea re curantes, quasi nihil referret, quod altare vilius fuisset factum, vt intelligunt Hieronymus, Lyra, & Dionysius. Aut demum, quia ipsi Sacerdotes ex suis ouibus, ac bobus maculatis, & illegitimis immolabant, permutatis cum integris, ac legiti- D timis à populo oblatis, vt videtur intelligere Montanus; quo significatur illorum auaritia. Grauiter enim semper tulit Deus non sibi selecta offerri, siquidem propterea Gen. 4. 5. *ad Cain, & ad munera eius non respexit.*

Integrum sibi offerri postulabat Deus.

Polluebāt nomen illegitima offerendo vno è tribus modis.

Et nunc.] Inuitat ad pœnitentiam erratorum, 15
quod Deus nolit mortem peccatorum, vt exponunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius cum ceteris. Isidorus tamen, & Montanus ironicōs dictum existimant, quod Deus nolit misereri Sacerdotum, & populi, dum eiusmodi vitiosas offerrent hostias: iuxta illud Isaiæ 1. *Dum extenderitis manus vestras, non exaudiam, quia manus vestræ plenæ sanguine sunt.* Sed communior intelligentia verior. Vnde ait. *Et nunc deprecamini quæso vultum* E *Dei, & miserebitur nostri.* Ita habent Hebræa, quam modestiæ causa commiscet se Propheta peccatoribus; quo eis blandiatur, & quasi manuducat ad orandum Deum pro venia, & ad iratum vultum eius placandum: & adducendum *vt suscipiat facies vestras,* hoc est, vt benigne, ac amice vos intueatur, & postulatis annuat; nā de Iob dixit Deus c. 42. 8.

Ad pœnitentiam inuitat.

Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia.

16 *De manu.*] Ex Hebræo Pagninus, & alij verterunt, *De manu nostra fuit hoc nobis.* Sed Septuaginta, Chaldæus, Vulgatus, Tigurina, & Vatablus legunt, *de manu vestra fuit hoc:* & Hebraica editionis Complutensis ita habet. illo autem relatiuo, *hoc,* quidam intelligunt malum. Vos, inquiunt, ô Sacerdotes estis in culpa, quod hoc malum, vel tot mala nos insequantur, & quid ergo valet oratio vestra pro nobis, si pœnitentiam nō egeritis? Vatablus in particulari explicat *malum hoc*, nempe maledictionem subiunctam. *Ex manibus vestris*, ait, vel ex operibus manuum vestrarum profecta est maledictio, quæ dicetur in sequentibus, scilicet; *munus non suscipiam de manu vestra.* Quasi dixisset; orate Deum in tempore pro peccato commisso in sacrificiis, & placate eum, ne iratus vestra sacrificia despiciat; quod malum vos vestris manibus accersistis. Alij intelligunt orationē per ironiam. Eia agite, orate polluti faciem Dei, vt misereatur vestri; à vobis enim solet fieri scilicet eiusmodi oratio, cum peccata non deseratis. Verior videtur intelligentia Hieronymi, Theodoreti, Remigij, Haymonis, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, & Montani, exponentium, scelus hoc. Non tam populi vitium, inquit, neque parentum vestrorum, quam vestrum scelus, & crimen agitur. Vos estis populo impietatis auctores, cum manibus vestris illegitima, ac polluta offeratis. Vos ergo ipsi pœnitentiam agite, & Dei misericordiam implorate. Nam vehementer commouet commissum scelus coram obiectum, vt peccator ad Deum accurrat veniam postulaturus.

Sacerdotum peccatum carpitur.

17 *Suscipiat.*] Hebræum verbum נשא *nasa*, *suscipere*, vel *accipere* significat, & *tollere*, aut *leuare*. Vnde quod dicitur, *num suscipiet à vobis facies:* idem est, quod num benigne, aut grato, & amico vultu vos intuebitur, & excipiet, & annuet postulatis? Sicut de Iob dixit Deus cap. 42. *Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia.* Potest autem & cum interrogatione legi, vt vult legi Theodoretus, ad hunc sensum; an sine pœnitentia misericors erga vos erit? Vel dubitanter, vt Hieronymus, Remigius cum ceteris, vt ostensa difficultate ardentius orent, & veniam impetrent; orate, inquit, Deum, si quomodo vestri misereatur, aut condonet peccata vestra, & accepte munus à vobis. Secundum aliud verbi significatum potest legi. Num auferet, leuabit, aut tollet à vobis facies? Hoc est, tristes vestras facies suo placido aspectu exhilarabit, aut tollet à vobis facies suas, aut suam faciem iratam semouebit à vobis, quibus se placidum ostendet?

Sensus 1.

Sensus 2.

18 *Quis claudat.*] Ex Hebræo sic legitur hæc sententia. *Quis etiam in vobis, & claudet ostia, & non incendetis altare meum gratis*, vel *frustra*. Quæ si cum interrogatione legantur, hunc habent sensum; Quis est ex templi ministris, qui vel ostia eius claudat gratis, & sine mercede? quis etiam est, qui non incendat ignem super altare meum pro sua mercede? & hunc sensum expressit Vulgatus, cum præterita negatione, vertit. *Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito?* & Tigurina cum dixit. *Quis ex vobis ostia claudat: num vero in aram meam gratis incenditis?* & Pagninus, *Quis etiam in vobis claudet ostia? & nonne incendetis ignem super altare meum gratis?* Itaq; particula *non* interrogat, quam complex* est Vulgatus interrogando. Et est sensus Hieronymi, Remigij, Haymonis, Alberti, Hugonis, Lyræ, & Dionysij: Nullus vestrum est ab ostiario templi vsque ad summum Sacerdotem, qui super altare meum offert sacrificium, qui Deo gratis, vel sine mercede ministret. etiam amor Dei eos ad seruiendum non induceret. Vel secundum Hieronymum: infimi quique ministri, quales sunt ianitor, & qui ignem supponit ad concremanda holocausta, sui laboris mercedem accipiunt, & decimis aluntur, & sacrificiorum reliquiis: quare si non Dei amore, vel ob hanc mercedem deberent diuinum cultum accurate exercere, & curare. Verum alium sensum aperiunt nobis, iis quæ subiicientur magis conformem, ac commodiorem, verba Hebræa, Septuaginta, & Chaldæus, quem explicant Theodoretus, Vatablus, Isidorus, Robertus, & Montanus videlicet: Vtinam esset aliquis, qui vobis occluderet fores templi, ne igni traderetis, & offerretis victimas vestras frustra, absque vllo honore meo, vestraq; vtilitate, cum mihi omnino displiceant. Cessationem sane veterum sacrificiorum minatur, inquit Theodoretus, ex quibus nulla vtilitas percipitur, vt viam paret ad incruentum Christi sacrificium, mundum, & candidum. Hunc sensum efferunt verba Hebræa, quæ sic habent ad verbum. *Quis etiam in vobis, & claudet ostia, & non incendetis altare meum gratuito?* Septuaginta eum vertunt, *Quia & in vobis claudentur ostia, & non succendetur altare meum gratis.* Non enim perpetiar, ait Theodoretus, victimas temere offerri, cum nullam commoditatem inde percipiam. Chaldæus quoque sic exponit. *Quis etiam in vobis, & claudet fores sanctuarij mei, & non offeretis super altare meum munus abominationis?* & huic sensui potest lectio Vulgati accommodari, ad hunc modum; Vtinam esset vel vnus, qui occluderet ostia templi, & incenderet; pro, & ostenderet incendi sacrificium super altare meum gratuito. Vel, nam incendet altare meum gratis, pro frustra, vt in illo Psalmi 34.19. *Odio habuerunt me gratis*, & Psalmi 119.7. *Cum loquebar illis, impugnabant me gratis*, & iterum Psalmo 34.v.7. *Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerunt animam meam.*

Sensus 1.

Nullus est minister qui non ex altari viuat.

Sensus 2.

Sacrificia cessatura clausis ostiis.

Sacrificatur.] Hebræa dictio מקטר *muktar*, potest esse Pahul hiphil, hoc est participium præteriti, à verbo קטר *katar*, quod est *suffire*, *suffumigrare*, aut *adolere*. & ita dicetur hic, *in omni loco suffitur*, vel adoletur, & hoc modo vertit Vulgatus cum dixit, *sacrificatur*; & Dauid Kimhi, & Abraham magistri Hebræorum asserunt ita posse accipi, vnde Vulgati verbum illud, *sacrificatur*, pro *thurificatur*, aut suffitur, & adoletur, sumi debet. Verum tamen ipsi vt nomen quoque accipiunt, & omnes alij interpretes, Septuaginta, Hieronymus in Commentario, & Theodoretus, Pagninus, Tigurina, Vatablus, Robertus, Montanus, & recentiores alij interpretes, nā vertunt, *in omni loco suffitus, suffimentum, thymiama*, aut *incensum offertur nomini meo*; & hāc lectionem omnes antiqui patres infra referendi, sunt amplexati, & videtur cōmodior lectio, ne duo verba idem fere significantia coniungantur sine vlla coniunctione, & dicatur, 19

Lectionis ratio.

vt habens

vt habent Hebræa, *in omni loco sacrificatur, offertur nomini meo*, vel *suffitur, offertur*, aptius dicitur; *sacrificium offertur*, vel suffitus offertur nomini meo.

Minhhah quid.

Est quoque hic explicandum alterum nomen Hebræum מנחה *minhhah*, quod in hac sententia bis ponitur, cum legimus. *Non est mihi voluntas in vobis, & minhhah non suscipiam de manu vestra: ab Ortu enim Solis vsque ad Occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & minhhah munda.* Significat nomen hoc præcipue sacrificium, seu holocaustum matutinum, seu vespertinum.

Sacrificiũ.

Numer. 4. 16. *& Minhhab sacrificium quod semper offertur.* Exodi 29. 41. *Alterum agnum offeres ad vesperam, sicut Minhhah holocaustum matutinum.* Sic 3. Reg. 18. 29. & 36. *Postquam transiit meridies, & venit tempus, cum offerrent Minhhah holocaustum vespertinum.* & 4. Reg. 3. 20. *Factum est mane, quando Minhhah sacrificium offerri solet.* & ita hic vertunt Septuaginta *sacrificium.* Et orationem vespertinam, vt 1. Esdræ 9. vers. 4. & 5. quod Vulgatus legit, *& ego sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum, & in sacrificio vespertino surrexi.* Alij legunt, vsque ad orationem vespertinam, & in oratione vespertina.

Oratio.

Proprius significat quoduis donarium, quod solenniter mittitur, à verbo נחה *nahhah*, vnde nomen deducitur; quod est *sensim ducere*, Latini *missum* vocant, ferculum, quod immittitur, & arctius pro *sacrificio farinaceo* accipitur, cuius sex species afferuntur. Leuit. 2.

Proprius sacrificium farinaceũ.

Vnde Montanus huiusmodi statuit discrimen inter prius illud nomen *Muktar incensum*, & hoc *Minchah oblationem*, seu *donum*: quod illo significantur sacrificia, quę mactatis hostiis fiunt, quod incendantur, & quasi thus, ascendant ad Deum in odorem suauitatis. At minhhah cetera, quæ sale, vino, farre, oleo, aliisque simplicibus rebus offeruntur: & ideo Tigurina hic vertit. *In omni loco nomini meo incensum, atque mola pura affertur.*

Incensi, & oblationis differentia.

Est autem mola adoreum far, tostum, mixtum sale, quod in sacrificiis spargebatur. de hac oblatione dicitur Leuit. 2. 1. *Anima, cum obtulerit oblationem Minhhah sacrificij Domino, simila erit oblatio, fundetque super eam oleum, & ponet thus.*

Mola.

offerebatur autem vna cum agno matutino, & vespertino quotidie huiusmodi oblatio, vt legimus Exodi 29. 38. *Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alterum vespere: decimam partem simila conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram, quartam partem hin, & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno. Alterum vero agnum offeres ad vesperam, iuxta ritum matutinæ oblationis, in odorem suauitatis.* Et hæc circa nominum significatum tam late sint dicta, quoniam ad illustrem Prophetiam de venerando Christi sacrificio intelligendam melius, videbantur conducere: nunc veram intelligentiam eruamus.

Minhhah offerebatur cum agno mane, & vespere.

De intelligentia Prophetiæ. Expositio 1.

Et Hebræi quidem, & nonnulli Catholici eos secuti, hanc Prophetiam, aut comminationem de tempore ipso Malachiæ volunt intelligi, licet diuersimode. Nam Tryphon apud Iustinum in Dialogo contra ipsum, Chaldæus Paraphrastes, & R. Salomon, quem refert Lyra; per *gentes*, ipsos Iudæos accipiunt; nisi quod ille accipit *Iudæos* ad meliorem frugem conuersos, dicens; à Solis Ortu vsque ad Occasum eius, magnum est nomen meum inter populos, & in omni tempore, quo vos facitis voluntatem meam; ego suscipio orationem vestram, & nomen meum magnum sanctificabitur per manum vestram, & oratio vestra est sicut oblatio, quæ est munda coram me. Tryphon autem, & Salomon intelligunt de Iudæis morantibus inter gentes, quorum oblationes & orationes gratiores Deo erant, quam quæ in templo offerebantur. Sed male Iudæos nomine *gentium* accipiunt, quarum exemplo vult illis exprobrare; vt facit non semel Scriptura sacra. Male etiam Chaldæus, *in omni tempore*, dixit, pro *in omni loco*; quod suæ expositioni aduersaretur; siquidem Iudæi non poterant incensum, aut oblationem Deo offerre, nisi in templo Ierosolymitano, non in omni loco: quod tamen faciunt gentes.

A

B

David Kimhi apud Pagninum in Thesauro, & R. Abraham apud Galatinum contra Iudæos lib. 11. cap. 11. hoc putant dictum sub conditione: Si gentes cognouissent nomen meum vbicumq; terrarum sunt, mihi suffitent, & mundam offerent oblationem, & spontaneam: non sicut vos facitis, qui offertis coram me panem pollutum, cæcum & claudum. Deinde R. Salomon apud eundem Galatinũ; & videtur ei suffragari Montanus, exponit de gentibus, quæ Deo Iudæorum ignoto, ex creaturis tamen cognito, spontaneam laudem, & oblationes offerunt, eius nomen exaltantes: cum Iudæi in templo, non sine mercede, pollutam offerant oblationem, à gentibus turpiter superati. Hugo addit sermonem fieri de

C

oblationibus gentium, quæ veniebant Ierosolymam ad adorandum Deum in augustissimo templo, quarum oblationes, quia ex electionibus, & spontaneæ, gratiores erant Deo, quam Iudæorum ipsorum. Vnde præpositionem illam, *in omni loco*, debet, iuxta hanc expositionem accipere, pro *ex omni loco*. Verum hi omnes, quatenus de gentibus temporis Malachiæ explicant, omnino aberrant: quia vel loquuntur de gentibus vbiq; terrarum existentibus, & hæ, cum idola adorarent, quomodo nomen Dei magnificarent, & veram laudem mundamque oblationem illi offerrent? Si de gentibus venientibus Ierosolymam, & illæ idololatræ erant: & illis hæc verba non conueniunt, quæ, *vbique, in omni loco, à Solis Ortu*

D

vsque ad Occasum, docent offerendum Deo mundum sacrificium, non in vno templo Ierosolymitano. Loquitur ergo Propheta de futuro, de gentibus verum Deum cognoscentibus, & vero cultu eum vbique colentibus, quod nusquam accidit, nisi post aduentum Christi. Quare his Iudaicis expositionibus refutatis, ad Christianas accedamus, hoc est, ad eas, quæ de tempore Christi prophetiam hanc intelligunt.

Heretici nostri temporis, quia vident locum hunc manifeste vaticinati de nouæ legis vero sacrificio, volunt eum sacrificiis spiritualibus eludere: Nam *incensi*, vel *sacrificij* nomine vel intelligunt eleemosynas à fidelibus oblatas, vt volunt Magdeburgensis: vel per *Minhhah* oblationem

E

puram, puram orationis hostiam, quam illud quoque nomen significat. Atque hanc expositionem probant Isidorus, & Varablus; firmamque reddunt auctoritate Tertulliani libro aduersus Iudæos c. 5. vbi distinguens carnalia veteris legis sacrificia ab spiritualibus nouæ, pro his adducit verba nostri Prophetæ; *& in omni loco of-*

feruutur sacrificia munda uomini meo. & explicans quæ sint hæc sacrificia, addit. Namque quod non cer[r]enis sacrificiis, sed spiritualibus Deo litandum sit, ita legimus, vt scriptum est: cor contribulatum hostia est Dei. Et alibi. *sacrifica Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota sua.* Sic itaq; sacrificia spiritualia laudis designantur, & cor contribulatum acceptabile sacrificium Deo demonstratur. & lib. 4. aduersus Marcionem cap. 1. adducens prophetiam hanc. *Et in omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum*, scilicet, ait, simplex oratio de conscientia pura. Itaq; volunt hac expositione incruētum sacrificium corporis Christi de medio Ecclesiæ tollere. Temere satis, cum vnanimis sit Patrum consensus, quibus ad[iun]gendus Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem cap. 22. hunc locum manifeste loqui de venerando Missæ sacrificio intelligentium. Sic enim ait Tertull. *& in omni loco sacrificium nomini meo offertur, & sacrificium mundum*: Gloriæ scilicet relatio, & benedictio, & laus, & hymni, & signaculum frontium, & Ecclesiarum sacramenta, & munditiæ sacrificiorum; quibus verbis non nudum sacrificium agni immaculati voluit significare, sed & Missæ officium, & quæcumq; ad sacrificium præmittuntur, & consequuntur. Alias autem hic auctor Missæ sacrificium solet vocare orationem cum fratribus, & ad Deum precationes.

Est igitur germana, ac certa huius vaticinij intelligentia de repudiatione veterum sacrificiorum, inducta inter gentes Euangelica luce perlustratas, diuinissima, ac purissima hostia agni immaculati Christi Iesu. Nam sic intelligit communis Patrum sensus, quo referre nō grauabor. Clemens Roma. Apostolicarum constitutionum lib. 7. c. 31. ad hunc modum loquitur. *Die resurrectionis Domini, quem Dominicum dicimus, conuenite, vt sic sacrificium vestrū reprehensione careat, sitq; Deo acceptum, & gratum, qui de Ecclesia sua œcumenica dixit: In omni loco offertur mihi thymiama, & sacrificiū mundum.* Sic Martialis in Epistola ad Burdegalenses cap. 3. Iustinus Philosophus, & Martyr in Dialogo contra Tryphonem. Irenæus lib. 4. aduersus Hæreses c. 32. 33. & 34. Tertullianus locis dictis; Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos c. 16. Eusebius lib. 1. de Demonstratione Euangelica c. 10. & vltimo. Cyrillus Ierosolimitanus Catechesi 18. Chrysostomus in Psal. 95. & oratione 2. contra Iudæos, ad finem. Cyrill. Alex. lib. 2. de adoratione, paulo post initium. Hieronymus in 21. Ezechielis, in illa verba, *Tu autem prophane*; & August. lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 35. & lib. 19. c. 23. & lib. 1. Contra aduersarium legis c. 20. & oratio. Contra Iudæos cap. 9. Theodoretus hic, Iulianus Pomerius lib. 1. Contra Iudæos, Damascenus lib. 4. Fidei orthod. c. 14. Petrus Venerabilis Abbas Cluniacensis lib. 1. seu Epistola. 1. contra Petrobrusianos, §. contra id, quod dicunt Missam nihil esse & lib. 2. Contra Iudæos cap. 3. Rabbi Samuel Parastasi veri Messiæ ad R. Isaac cap. 20. & 23. Hieronymus de sancta fide lib. 1. Contra Iudęos cap. 9. Galatinus vbi supra, & omnes huius loci Commentatores, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra & Dionysius. Deniq; Concilium Tridentinum suo calculo hanc intelligentiam roborat sess. 22. cap. 1. tot testibus adeo certam, vt non nisi Hæreticus eam possit refutare, aut extenuare. Nam vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, vt hic ait Hieronymus, & tanta nube testium comprobata, non oportet per incertā allegoriæ extenuare quæ descripta sunt.

Cum igitur per *Minhah oblationem mundam*, omnes mundum, candidum, & incruentū Christi sacrificium intelligant, per *incensum*, seu *thymiama* Hieronymus accipit sanctorum orationes, iuxta illud Apocalypsis 1. 8 *Ceciderunt coram agno habentes singuli citharas, & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.* Theodoretus bonum virtutis odorem vndiquaq; diffusum. At veteres Tertullianus, Eusebius, & Chrysostomus, hymnos, & preces fidelium, quæ in sacris mysteriis recitantur, & concinuntur, significari volunt, iuxta illud Psalmi 104. *fiat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.* Verba tantum Chrysostomi referam. *Non est mea voluntas in vobis, dicit Dominus*, & cetera. *Vide quam luculenter, quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia. Thymiama vero purum appellat sacras preces, quæ post hostiam offeruntur. Hic enim suffitus Deum refocillat: non is, qui a terrenis radicibus fumitur, sed qui a puro corde exhalatur. Vides vt vbique locorum concessum est angelicum illud sacrificium inclarescere: Vides nullis finibus circumscriptum, neque altare, neque canticum: in omni loco thymiama offertur nomini meo.* Sic ille. Alij volunt idem intelligi per *incensum*, & *hostiam puram*, Christi videlicet corpus, igni charitatis incensum, Deoq; in odorem suauissimum oblatum; quæ hostia pura dicitur, vt opponitur hostiis impuris contra legem oblatis à Sacerdotibus veteribus, de quibus supra: cum vel ex se sola purissima sit, & absque vlla macula: præter quam nulla vnquam fuit, vel erit, quæ tam gloriosum reddat Dei nomen per orbem vniuersum, quam hæc vna, per quam accessum habe[mus] ad patrem. Potest & iuxta discrimen supra [illegible] *Mukṭar* oblationem ignitam, seu [illegible], & *Minhah* donarium: per incensum sig[nific]ari victimam corporis Christi incensam, & ignitam igni charitatis, quæ nidorem suauissimum emittit, quo placatur Deus: at per *Minchah* significari donaria ex simila, thure, oleo, cum vino confecta, scilicet, cultum omnem, & ritum sacrum, quo victima offertur Deo in officio Missæ. Nam hæc quasi mola spargitur per omne sacrificium, vt Deus pro nobis illud acceptet. Atq; hæc sint dicta ad illustris vaticinij expositionem visa necessaria.

Incensum pro hymnis, & precibus in sacrificio fusis. Chrysostomi verba.

Minhah cultus omnis, & ritus sacrificij veri.

20 *Quia magnum est.*] Hebraice; quia magnum nomen meum inter gentes; futurum scilicet est, cum ad fidem Euangelicā conuertentur, & mundum sacrificium mihi offeretur, nō immundum, vt vos Sacerdotes facitis, quo polluistis nomen meum. Dei autem nomine notitiam claram, ac celebrem illius naturæ, & attributorum intelligimus; q̄ cum nobis incognita sit, per nomen nobis innotescit. Quia vero vno hoc diuino Christi sacrificio inclarescit omnibus, quam potens, quam sapiens, quam iustus, quam fidelis, & suauis sit ille, qui vno Dei nomine significatur: inclarescunt etiā varia eius nomina in illo vno contenta: idcirco vere dictum est, hæc pura hostia, in omni loco inter gentes oblata, magnum, ac gloriosum

Dei nomē eius illustris notitia.

riosum

A riosum futurum Dei nomen. Quod vt magis eluceſcat, animaduertendum eſt, quouis ſacrificio duo præſtari Deo obſequia: nam & recognoſcitur vt auctor omnium bonorum, pro quibus illi gratiæ aguntur: & recognoſcitur, vt liberator à malis omnibus, præſertim culpæ; & ad hoc opem eius imploramus; quibus duobus ſummum illi exhibemus honorem. Iuxta illud Pſalmi 49. 15. *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Hæc duo vt præſtarent tam Hebræi, quam gentes; Deo omnium bonorum auctori primitias rerum offerebant, herbas, flores, fructus, varia genera victimarum, diuerſarum animantium, quo ſignificabant Deo omnia deberi, à quo terra fæcundatur, vireſcunt herbæ, arbores floreſcunt, & fructus ferunt, & animantes viuunt. Imo diuerſas arbores, multaſque animantes diuerſis numinibus falſo gentes ad hoc ipſum conſecrabant. Nam Ioui quercum: taurum Apollini dicabant, oliuam Mineruæ: myrtum Veneri: Pani pinum: cypreſſum diis inferis: hederam Baccho: Herculi populum. Ex animantibus autem capram Baccho ſacrificabant: Dianæ ceruum, & canem: equum Neptuno: Ioui taurum: Æſculapio gallum: Telluri denique thus, ſemina herbarum, flores, fructuſque arborum. Quin imo nonnullæ gentes homines ſuis diis ſacrificabant. Quibus vel recognoſcebant Deum harum rerum auctorem, eique pro illarum largitione gratias agebant: vel recognoſcebant, vt ſeruatorem, & à malis liberatorem, & pro illis auertendis res eaſdem offerebant hoſtias pro peccatis.

Duo in quouis ſacrificio Deo præſtita.

E rebus omnibus primã Deo oblata.

Arbores diis dicatę.

Animalia diis ſacra.

Deus vt auctor, & ſeruator omnium cultus.

In horum omnium locum immaculatum Chriſti ſacrificium cum ſuffectum ſit; & illorum omnium obſequium Deo præſtet verius, ac excellentius, quanto filius excellentior eſt ſeruis, & creator creaturis, & benefactori Deo verius vno hoc ſacrificio, quod continet omnia, gratiæ agantur, quam illis ſingulis & omnibus, & verius ac certius Deus placetur, & reconcilietur, quam illis: merito hoc vno magnificatur, ac glorificatur magis Deus, qui illud adinuenit, nobiſque largitus eſt, vt debito perfectiſſime, ac cumulatiſſime faceremus ſatis, cui non ſatisfaciebamus aliis omnibus oblationibus, quibus ſucceſſit Chriſtus primogenitus omnis creaturæ. Vnde recte Gregorius Nyſſen. Epiſc. in Oratione Catechetica cap. 18. hoc incruentum ſacrificium ſucceſſiſſe ait in locum ſacrificiorum veterum, quæ fiebant dæmonibus apud gentes, & Deo vero apud Iudæos. Quod vero priori muneri abunde ſatisfaciat, & hoſtia ſit ad gratiarum actionem, ita nobis declarat Irenæus lib. 4. aduerſus Hæreſes cap. 34. *Oportet nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, primitias earum, quæ ſunt eius, creaturarum offerentes. Et hanc oblationem Eccleſia ſola puram offert fabricatori, offerens ei cum gratiarum actione ex creatura eius.* & mox. *Quomodo autem conſtabit, eum panem, in quo gratiæ actæ ſunt, corpus eſſe Domini ſui, & calicem ſanguinis eius, ſi non ipſum fabricatoris mundi filium dicant, id eſt, verbum eius, per quod lignum fructificat, & effluunt fontes, & terra dat, primum quidem fœnum, poſt deinde ſpicam, deinde plenum triticum in ſpica?* Poſteriori muneri hoſtiæ pro peccatis ad placandum Deum, quam ſit neceſſarium diuinum hoc ſacrificium abunde ſatis oſtendit Epiſtola ad Hebræos, in cuius 16.

Chriſti vnum ſacrificium pro aliis omnibus ſuffectum.

Nyſſenus.

Irenæus.

Sacrificio Chriſti placatur De⁹.

cap. v. 4. ſic dicitur. *Impoſſibile eſt ſanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata: ideo ingrediens mundum dicit: hoſtiam, & oblationem noluiſti: corpus autē aptaſti mihi: holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi; Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam Deus voluntatem tuam: in qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti.* Vtrumque autem videtur Paulus comprehendiſſe ad Coloſſ. 1. 14. cum dixit. *In quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum: qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa in cœlis, & in terra, viſibilia, & inuiſibilia. Omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium; vt ſit in omni-*
B *bus ipſe primatum tenens: quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per ipſum reconciliare omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt.*

Glorioſum, ac magnum igitur factum eſt Dei nomen inter gentes: cum omnes cognouerint vno hoc ſelectiſſimo ſacrificio, & puriſſima oblatione, pro aliis omnibus diuerſis numinibus oblatis, vni Deo vero gratias agi, vt auctori bonorum omnium, quæ illæ vt diuerſa, & à diuerſis numinibus præſtita, diuerſis accepta referebant. Nam, vt ait Paulus priori ad Timoth. 2. 5. *Vnus Deus, vnus & mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus.* Impoſſibile autē eſſet vnum ſacrificium infinitis, aduerſiſq; numinibus gratum eſſe, eoq;
C illa ſingula recognoſci, vt totius mundi cauſas, & auctores: vnum hoc ergo, vnius veri Dei cognitionem, & fidem gentibus ingenerauit, ac infudit. Deinde, & glorioſum, magnumque factum eſt Dei nomen inter gentes, dum non tantum vnus Deus agnitus eſt, exploſis omnibus idolis: ſed illius vnius multiplicia agnita ſunt attributa: & illorum diuerſa nomina orbi clareſcunt, quæ prius ignorabantur, aut non ita explicata intelligebantur. Per hoc enim ſacrificium diuina ſummi opificis arte mirabiliter excogitatum ad gratias Deo agendas; & ad illum placandum pro peccatis noſtris, quib. irretiebamur, relucet maxime Dei optimi nomen, dum in eo Dei bonitas,
D & amor eluceſcit, quo homines eſt proſecutus. *Sic enim Deus dilexit mundum*, Ioan. 3. 16. *vt filium ſuum vnigenitum daret.* Maximi quoq; nomen, & omnipotentis manifeſtatur: dum tot prodigia in hoc vno ſacrificio, non niſi diuina potentia conficiuntur. Tum deinde ſapientiſſimi, dum æterna ſua ſapientia in hac vna hoſtia *memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus*, Pſal. 110. 4. Iuſtiſſimi quoq; Dei nomen gentibus innotuit, dum nõ dubitauit ex ſtricta iuſtitia filium ſuum morti tradere, quo hac hoſtia gratias debitas ageremus; & ei pro delictis ſatisfaceremus; & ſic de ceteris. Ex quo ſatis fit compertum, quam feliciter gentibus per hanc oblationem illuxerit Deus, & Chriſti ipſius nomen fuerit glorioſum
E factum, vt tradit Irenæus lib. 4. citato c. 33. vt hic taceamus vberrimos gratiæ fructus, & virtutum, quos in omnium animis producit, quorum profectu mirum in modum glorificatur Deus. Ac de his hactenus.

Et quod. Hebræa ſic habent hoc loco וְנִיבוֹ נִבְזֶה אָכְלוֹ *venibo nibzeh aclo.* Nomen נִיב *nib*, *fru-*

ctum significat imprimis à verbo *nub*, quod est *fructificare*, & *germinare*, & quia sermo oris, seu labiorum fructus est, pro sermone per metaphoram vsurpatur, Isaiæ 57.19. Vbi dicitur, *creaui fructum labiorum pacem*; ex quo desumpsit Paulus in Epistola ad Hebræos cap. 13.15. Altera dictio, *aclo*, est nomen [illegible] *ochel* cibus, aut esca. Potest quoque esse prima persona infinitiui, vt sit comedere eius. Erit igitur simplex versio. *Et fructus eius vilis*, cibus eius scilicet; nempe holocausta, & victimæ, hoc est; & prouentus eius, mensæ videlicer, contemptibilis, seu despectus est, qui est esca eius, quæ illi superponitur; cuiusmodi sunt sacrificia, & victimæ. Quem sensum assenint Septuaginta, cum dicunt: *& qui superponuntur despecti sunt cibi eius.* & Chaldæus dum exponit. *Mensa Domini despecta est, & despecta sunt dona eius*, & Tigurina. *& prouentus eius*, nempe cibus eius, *vilis*. Nam fructus, seu prouentus eius, qui est cibus eius, vilis. & huic sensui potest Vulgatus accommodari, cum ait, *& quod super mensam*, scilicet ponitur, nempe holocausta, & victimæ, *contemptibile est*, quod est esca ignis illud deuorantis. Asserit autem Hieronymus in Commentario. fructus altaris ignis est; cibusque ignis hostiæ, vel holocausta: quasi dicat; vilis est ignis, qui est fructus altaris, quia vilis cibus, quem deuorat, nempe holocausta, & victimæ. Quia vero Vulgatus nomen illud *Ochel*. putauit esse comedens eos, hic autem est ignis, vertit, *cum deuorante eum igni*. Vt sit sensus Hieronymi, Haymonis, & Hugonis. Quid prodest si offeramus optima? qualiacumque fuerint, quæ offeruntur igni sunt deuoranda: & ita vilia quæque offerre satis est. Sic etiam Remigius, & Albertus. Ceteri vero interpretes, Dauid Kimhi, Pagninus, Vatablus, Montanus, & Robertus legunt, *& fructus eius*, pro *sermo eius*, aut *dictum eius est vile*, vel *vilis*, aut *contemptibilis esca eius*. & quidem pronomen, *eius*, Montanus vult, vt referat Deum, de quo dixerat; *In eo quod dicitis: Mensa Domini polluta est*, & dictum eius, id est, & quod præcepit super eam poni contemptibile, cum illud igni deuorante. Alij melius dicunt referre Sacerdotem. & dictum cuiusque Sacerdotum illorum est, contemptibilis est cibus eius, vel vilis est esca eius. Hoc enim dicterio solebant despicatui habere altare, & quicquid super illud ponitur. Vnde consequebatur vt populum docerent, quodlibet, etiamsi vile esset, posse Deo offerri, aut quererētur se ex altari Domini nullum fructum, prouentumque referre. At certe cum semel dictum esset, *In eo quod dicitis, mensa Domini contaminata est*; non oportebat frustra repetere. *& dictum eius est*; sed progredi in sermone Sacerdotum; *& prouentus eius*, vel ex ea fructus nobis prouenient, vilis est, & deuorans illum ignis; quia vilis est, & modicus ignis, qui vilem habet cibum, & modicum fomentum, vt Vulgatus sua versione declarauit. Porro mensam Domini despicabilem reddunt quicumque sacrificium Christi, quod super ea offertur, & ponitur, vile reddunt, & contemptibile, quod modicum, aut nullum fructum ex eo percipiant; & vilis quidem est, ac satis modicus ignis charitatis, qui illud deuorat, quod ligna ei non supponant sicca, & magna, nempe actiones insignes, & cœlestes de illo meditationes; in quibus diuinus ignis exardescat.

Lectionis ratio.

Vilem mensam vilis esca facit.

Ecce de labore.] Hebraice; *Dicitis præterea: Ecce* 22
de labore; & exsufflastis illud, & in nomine [illegible] *matelaah* quidam putant. מ, *men*, deseruire, & esse præpositionem *a*, vel *ab*, vel *de*, & ita acceperunt Septuaginta dicentes: *hæc de afflictione sunt*; Vulgatus, *ecce de labore*: & Chaldæus, *Ecce quod attulimus, ex labore nostro est*; vt sit sensus Hieronymi, Haymonis, Remigij, Alberti, Hugonis, Lyræ, & Dionysij, de populo è captiuitate reuerso; multum in longo itinere laborauimus; quicquid habere potuimus viæ labore consumptum est, ecce ex nostro labore qualiacumque habere potuimus offerimus, & hæc dicendo exufflatione digna fecistis vestra sacrificia, vel me; nam mihi iniuriam intulistis. Vel secundum Cyrillum, ecce hæc victima bona est, sed ex itinere laborat, ex labore enim itineris macilenta est, & despexistis exufflando illam. Vel ecce victimam, quam labore meo paraui. Dauid Kimhi in Commentario, Pagninus, Tigurina, Vatablus, Robertus, & Montanus, *men* faciunt literam additiam, & legunt. *Ecce labor*, aut *ecce fatigatio*; quasi verba sint populi; Ecce quantum sum defatigatus hanc ouem meis humeris ferendo, & vt anxietatem laboris ostenderetis, vehemēti, ac repetito anhelitu, vos maxime defatigatos significabatis, quibus erat fastidium hostias ad Dei cultum offerre. sic Vat. Montan. & M. Putat R. Abraham subintelligi, *he*, coniungendum cum *men*, vt legatur [illegible: ס?] quis. *Ecce quid labor*: Vel quid laboris? aut qualis labor: siquidem propter maledictiunē non est cibus, qui ponatur in altari. Verum cum ex præcedentibus compertum fiat sermonem esse cum Sacerdotibus; de illis hæc verba sunt explicanda. Nam illis fit hic sermo; *& dicitis*, hoc est, rursus, aut præterea soletis dicere, ô Sacerdotes, contemnentes offerentes, & dona eorum. Ecce quasi defatigatione dictitant se afferre in humeris ob rationem ouis, quod sit pinguis, & obesa; cum oppositum sit, nam adeo est macilenta, & tenuis, vt si quis in eam sufflaret, in terram caderet. aut vos facietis expirare; nam cum flatu contemptim proiecistis. Aut nihil fere offerunt, quod nobis in cibum sufficiat, & ecce fatigatio eorum conquerentium de nobis, quod flocci pendamus dona sua, & despiciamus exufflando illa, *chiflando dellos*. Aut ecce post laborem quid offerant? & proiecistis in terram indignabundi, vel exufflastis illud, rapuistis ouem, aut agnum, quem afferebant, & cum vestro debili, & macilento commutastis, nam intulistis de rapinis claudum, & hoc modo efflare fecistis animam domini illius; à quo rapuistis; vel graui dolore affecistis, vel mœrore, quod non permiseritis, vt agnus, quem ille selegerat, offerretur Deo. Hi grauissimo laborabant philargyriæ vitio, vt multi nostro tempore Sacerdotes.

Victimas despiciendi varius modus.

Sacerdotes despectos, hostiarum despectus facit.

Sacerdotū auaritia.

De rapinis.] Communis expositio Hieronymi, 23
Remigij, Haymonis, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysij, Vatabli, & Montani; hæc ad populum verba fieri habet; quin Lyra, ab illis verbis, *& vos polluistis illud*, existimat ad populum conuerti sermonem, qui eadem dictiret, & obtendat, quæ prius exprobrauerat Sacerdotibus, quasi dicat; vos dicitis multo cum vestro labore parta hæc, quę offertis, cum nihil minus: siquidē non vestro est, sed alieno partum labore, nam raptum adducitis, & præterea ex raptis illegitimum eligitis,

Carpitur populus quod non offerat legitima.

eitis, & præterea ex raptis illegitimum eligitis, claudum scilicet, & languidum: vobis sanum, ac integrum reseruantes; & offertis mihi, quod qua ratione æquo animo feram? quomodo grato suscipiam vultu, placidaque voluntate? Verum ex præcedentibus, vt diximus, cum Sacerdotibus sermonem fieri, ostendit quod sequitur. *Et nunc ad vos, mandatum hoc, ô Sacerdotes.* Nam ait Hieronymus, ad vos ergo Sacerdotes hoc mandatum est, fecistis ꝙ impium est in contemptum mei, quia offerebant ex rapto claudum, & languidū; si enim Sacerdotes curam haberent cultus Dei, non admitterent illegitima à populo oblata. Ipsi ergo erant qui peccabant ex auaritia, & ipsi hoc loco exprobrantur. Vos, ait, contemptim suscipiebatis à populo oblata, & ea quasi flatu in nihilum redigenda in terram deiiciebatis, & domū vestram remittebaris, & rapiebatis vobis; & inter hæc, quæ clauda, languida, aut quauis alia ratione debilia, offerebatis. Numquid patiar tale scelus? suscipiamne eiusmodi munus, quod vos mihi offertis? Male sit illi, qui non tantum ad sacrificia ex lege præscripta, sed ad ea, quæ spontaneo offert voto, cum habeat in grege suo masculum, & integrum, debile Deo immolat; vt vos facitis ô Sacerdotes. Omnes pungit maledictione, quā Sacerdotum causa protulit. Deo igitur optima quæq; sunt offerenda, non ex despectis: siue quoad dona, siue quoad actiones, siue quoad æta-

Sacerdotes carpit oblationes selectas non quærentes.

A tem, siue quoad alia omnia: Deo enim debentur optima quæque, filiæ ac filii præstantiores illi consecrandi, non turpes, ac despecti, & rebus secularibus inutiles: ætas quoque iuuenilis, aut virilis, non senecta; primitiæ operum, non postrema; tempus vtilius, ac placidius; non inutile, & ad nihilum aptum, vt multi seligunt rebus diuinis tractandis, cū rebus caducis omnia præstantiora tribuant; qui merito huic subiacēt maledictioni.

Horribile.] Participium נוֹרָא *nora*, *horrendum*, non ad odium, & detestationem refertur; sed ad Dei timorem, cultum, religionemque pertinet. *venerandum*, aut *timendum* vertūt alii, nam de hoc timore supradictum est: *si ego Dominus, vbi Moratimor meus*; & Theodoretus, ac Vatablus tempore

B gratiæ hoc implendum indicant, quando oēs gentes Deum timebant, vt etiam Cyprianus, qui lib. 2. Testimo. aduersus Iudæos cap. 29. de Christo explanat hæc verba. Alii ad gentes, quibus per varia prodigia, multis flagellis inflictis, timēdum se præbuerat Deus, destruendo earum imperia, & vrbes regias; qui nomen suum illustre reddidit, vt vertunt Septuaginta: cum Iudæi, in quorum gratiam hæc sunt præstita, Dei nomen polluant, & despiciant; quod ipsum & Christianis potest accommodari, in quorum gratiam cum tot, ac tanta prodigia Deus patrauerit, nihilominus ipsi vltra quam gentes, Dei nomen polluunt, & eius religionem contemnunt.

MALACHIÆ PROPHETÆ.

PARAPHRASIS.

AD vos autem hoc defertur [1] mandatum, ô Sacerdotes. Si obedire nolueritis, nec [2] statueritis in corde vestro, debitam gloriam tribuere nomini meo, ait Dominus exercituum, immittam in vos [3] maledictiones, & maledicam iis, quæ mea benedictione possidetis, sicut hactenus maledixi, quia non firmiter statuistis colere me. Etenim ego proiiciam in facies vestras [4] brachium animalis, quod offertis, & dispergam [5] stercus eius super facies vestras, stercus inquam victimarum, quas in vestris solemnitatibus sacrificatis, & portabit vos secum in sterquilinium, [6] vt sciatis a me vobis fuisse hoc traditum mandatum, vt in officio vestro dignam me vitam gereretis; iuxta [7] pactum meum, quod pepigi cum Leui: [8] Sub pacto enim pollicitus ei fui me illi vitam, & pacem concessurum, si me ipse timeret; & ille quidem stetit suis verbis, religiose enim timebat me, & ob reuerentiam nominis mei, vel tantum prolati, expauescebat. Lex vera semper in eius ore versabatur: nihil non æquum labia illius sunt prolocuta, quod legi non esset consentaneum: studuit præcepta mea seruare, seruando pacem, & æquitatem cum proximis, & multos tum verbis, tum exemplo auertit ab inique agendo, suo munere recte functus. Nam [9] Sacerdotum est legis habere cognitionem, & ad eam docendum labia semper præstare parata, vt populus ad eum instituendus de lege accurrat: quia Angelus Domini exercituum est. At vos a via hac recessistis, & hoc non contenti, scandalo fuistis plurimis, qui legem seruare exoptabant; & violastis fœdus, quod mecum iniit Leui. Propterea nec ego seruaui illud vobis, sed contemptos, & abiectos omni populo vos esse permisi, quemadmodum vos non custodistis quæ ego præceperam, sed personas [10] accepistis in sacrificiis à lege præscriptis, dum quorundam probabatis sacrificia, aliorum reiiciebatis. Præterea nonne omnes

CAP. II.

ET nunc ad vos [1] mandatum hoc, ô Sacerdotes. ‖ *Si nolueritis audire, & nolueritis* [2] *ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum mittam in vos* [3] *egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis: quoniam non posuistis super cor.* ‖ *Ecce ego proiiciam vobis* [4] *brachium, & dispergam super vultum vestrum* [5] *stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum.* ‖ [6] *Et scietis quia misi ad vos mandatum istud, vt esset pactum meum* [7] *cum Leui, dicit Dominus exercituum;* ‖ [8] *Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & a facie nominis mei pauebat.* ‖ *Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius; in pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.* ‖ [9] *Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est.* ‖ *Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum.* ‖ *Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, &* [10] *accepistis faciem in lege.* ‖ *Nunquid non* [11] *Pater vnus omnium nostrum? nunquid non Deus vnus* [12] *creauit nos:* [13] *quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suum, violans* [14] *pactum patrum nostrorum?* ‖ *Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel, & in Ierusalem: quoniam cōtaminauit Iudas* [15] *sanctificationē Domini, quā dilexit, & habuit filiam Dei alieni.* ‖ *Disperdet Dominus vi-*

nos [11] vno patre Abraham nati sumus, ab vno Deo [12] procreati? [13] Quare ergo veteres vxores despicitis, fratrum filias abiicitis? & [14] pactum cum patribus nostris violatis percussum in lege? Iuda præuaricatus est: abominatio facta est in Israel, & in ipsa vrbe sacra Ierusalem. Profanauit enim Iuda [15] sanctitatem matrimonii, quam Dominus tam accurate præcepit, & voluit obseruari, cum in vxores duxit filias dijs seruientium alienis. Exterminabit Dominus quemcumque virum, qui fecerit hoc, cum vniuersa eius familia, vt ne vnus quidem supersit, [16] seu doctor ille sit, & diuino cultui dicatus, siue laicus, siue munus offerat Domino exercituum, siue non. [17] Rursus & hanc secundam perpetratis iniquitatem, nam tam inique vestras vxores tractatis, vt cogatis eas operire altare meum lacrymis, fletu, & singultu, quo me irritatis, vt nolim iam respicere ad vestrum quoduis sacrificium, nec munus placabile suscipiam de manu vestra. Dicetis, quamobrem? quia Domino constituto [18] teste coniunctionis inter te, & vxorem, quam ab adolescentia duxisti, & potitus es, despexisti eam non seruando illi fidem: cum tamen ea sit, illa sociatus, & vxor sociali fœdere tibi coniuncta legitime Abraham quidem [19] vnus ille Dei amicus, in quo exuberans erat spiritus, superinduxit Agar: sed numquid ille causa id fecit libidinis? non certe, sed de consensu vxoris Saræ, quærens tantum filium a Deo sibi dari. Vos ergo eundem cum patre vestro Abraham [20] conseruate spiritum, quem ab eo accepistis, & ne vxorem despiciatis, quam ab adolescentia duxistis. [21] Cum eam oderis, dimitte ei libello, tam libello repudii, si tibi videbitur. Sine tam ingens ... ac grauem illi ... iam dimitte ... [22] vt ob ... non possit ... mento, quin potius, super vestimentum redundabit Permanete ergo ... spiritu, quem ... ne ..., & ne despiciatis vxores vestras Satis est quod vestris aliis sermonibus [23] me fatigaueritis, ... Si quæratis, in quo fatigauimus te? In iudicio iniquo, quod de me fertis, dum dicitis. Omnis malum faciens probatur Deo, illique placet, aut certe si displicet, tamquam æquus iudex deberet in eiusmodi seuere animaduertere.

runt, qui fecerit hoc, [16] magistrum, & discipulum de tabernaculis Iacob, & offerentem munus Domino exercituum. Et hoc [17] rursum fecistis, operiebatis lacrymis alta- 13
re Domini, fletu, & mugitu, ita vt non respiciam vltra
ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis: *Quam ob causam? quia Dominus [1] te-* 14
stificatus est inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quam tu
despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui.
[19] *Nonne vnus fecit, & residuum spiritus eius est: &* 15
quid vnus quærit, nisi semen Dei? [20] Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere.
[21] *Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus* 16
Israel: [22] operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit
Dominus exercituum: custodite spiritum vestrum, & nolite despicere. [23] *Laborare fecistis Dominum in sermo-* 17
nibus vestris, & dixistis, in quo eum fecimus laborare: in
eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent. aut certe, vbi est Deus
iudicii?

ARGVMENTVM.

SACERDOTES rursus increpat Malachias, quod suo munere non recte fungerentur, exemplo Leui coram posito. Inuehitur quoque in populum, quod viri alienigenarum filiabus adhærescentes præ libidine suas desererent vxores: demum se fatigatum impiis eorum sermonibus ostendit Deus.

COMMENTARIVS.

1 M*andatum.*] Diuerso modo inchoant hoc caput Septuaginta, & Hieronymus, & diuerso Rupertus, quam Vulgatus: sed nihil refert ad expositionem. Accusauerat de dolo Sacerdotes, quod melioribus reseruatis, viliora offerrent: & quidem præceptum putant proferri de victimis, ac hostiis mundis offerendis, Dionysius, & Vat. At Hieronymus cum cæteris, tantum adhortationem, aut monitionem esse existimat, qua Malachias admonet Sacerdotes, vt resipiscant, si nolint egestate, quam præ auaritia timebant, puniri. Sacerdotibus, ait, Cyprianus in Epistol. 55. hunc locum referens, maior labor incumbit in asserenda, & procuranda Dei Maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere.

Admonitio ad Sacerdotes.

2 *Posuerit super cor.*] Est firmiter statuere; aut proponere in corde. Hieronymus pro intelligere, accepit. Vatab. Montan. & Robertus, exponunt; rationem habere, in animum inducere, aut mentem adhibere, vel aduertere ad officium glorificandi Deum. Chaldæus subintellexit timorem, *nisi ponatis timorem mei super cor vt detis gloriam nomini meo.* Nam super cor Dei timor, & honor collocandus est, non infra cor, sicut enim Deus supereminet omnibus, ita eius religio, & honor, cæteris omnibus est præferendus.

Religio Dei omnibus præferenda.

A *Egestatem.*] Hebraice, *maledictionem*, vt Septuaginta, & Chaldæus, & omnes alii transferunt, 3
hoc est, rerum omnium penuriam, quo, vt auari, in ea ipsa re punirentur, quam fugere contendebant. Hoc ipsum repetit explicationis gratia, cum ait, *& maledicam benedictionibus vestris*, hoc est, iis, quæ mea benedictione possidetis, immissa sterilitate, aut alio malo, vt intelligunt Hieronymus, Cyrillus, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Montan. Vatab. & Robertus. At Theodoretus nomine *benedictionis* exponit Sacerdotium dissoluendum, ac dissipandum propter abusum. R. Salomon, Lyra, & Dionysius volũt significari ea, quibus sacerdotes benedicebãt, vt agni, pecora; quæ Deus comminatur se destructurum. Sed prior sensus commodior, ac verior. Vnde subdit; *& maledicam eis:* pro eis, hoc est, & proculdubio maledicam, ac destruam facultates vestras; alii trãsferunt, *& maledixi eis:* & Dauid Kimhi, Vatablus, & Robertus explicant, iam cœpi maledicere. Per quæ quis peccat, per hæc & punitur; peccauerant in honore Deo deferendo, qui viliora illi offerebant, in iis quæ sibi reseruabant; punit Deus hos Sacerdotes: sicut superbos punit ignominia; inuidos, boni, quod inuident, priuatione.

Comminatur egestatem, & penuriam.

B

Brachium.] Nomen Hebræum זרע *zerangh*, 4
quod hic legimus, *semen* significat, vt Genes. 4. 25. *posuit mihi Dominus* זרע *zerangh semen aliud pro Abel.* Isa. 17. 11. *mane* זרע *zerangh semen tuum florebit.*

Et ita

Sensus 1.

ita Chaldæus, & omnes recentiores transferunt hic, dicentes. *Ecce ego perdo*, aut *proiicio vobis semen*. Vel per futurum; *perdam*. Et est sensus ad confirmationem latæ maledictionis: Ecce ego iam incipio disperdere semẽ, quod seminastis, vel disperdam, & faciam vt nullum ferat prouentum semen, quod seminaueritis. Vel secũdo, si legamus, *Ecce ego perdo vos vna cum semine*, erit sensus. Ego destruaio vos cum semine vestro, hoc est, cũ vestra postentate, & vos deseram cum vestris vilibus sacrificiis.

Sensus 2.

Potest & idẽ nomen legi זרע *zeroangh*, & tunc brachium significat, seu armum bestiarũ; quomodo acceperunt hic Septuaginta, dum legunt. *Ecce ego separo*, vel *separabo vobis humerum*, & Aquila; *Ecce ego vos increpabo cum brachio*, & Vulgatus. Et quoniam de abiectione sacrificiorum est sermo, refert quod legimus in lege, brachium, seu armum animalis sacrificati pertinere ad sacerdotem. Nam dicitur Leuit. 7. 31. *Pectusculum erit Aaron, & filiorum eius: armus quoque dexter de pacificorum hostiis cedet in primitias Sacerdotis.* Iuxta quod sensus Hieronymi, Remigii, Haymonis, Alberti, Hugonis, & Dionysii est: ecce armum animalis, quem vobis separari iussi, pro vestro officio, & sanctitate, in facies vestras proiiciam indignabundus. Lyra nomine *brachii* intelligit robur, & sustentationẽ Sacerdotum: proiiciam, inquit, à vobis brachium, auferendo sustentationẽ, quæ ex sacrificiis vobis solet prouenire. At Theodoretus iuxta priorem sensum intelligit cõminari Dominum Sacerdotibus se eos proiecturum cum armis, cæterisque prouentibus, eis in lege assignatis.

Sensus 3.

Montanus ad duplex nominis Hebræi respiciens significatum, seminis, & brachii, duplicis quoque oblationis putat hic mentionem fieri, *Minhhah* muneris, quod ex semine frumenti, puto adipe, oleo, sale, & thure quoq; solebat cõcinnari; vt constat 7. Leuit. & *mola*, vnde immolari, dicebatur; & *Korban* sacrificii, quod victimis mactandis constabat, & quidem *Minhhah* manu extenta in patera offerebant. Ait ergo Deus: Ego repellã brachio meo munus, quod extenta manu mihi offertis, & semeo, ex quo confectũ est, in facies vestras respergam. Deinde cætera sacrificia impura, & abiectissima in facies vestras proiiciã, illique illisa adhærescent. Melius accepisset brachium Sacerdotis, vt dicat; Ego proiiciam brachium, quo mihi munus offertis, & molam ipsam, seu semeo, in facies vestras respergam.

5 *Stercus.*] In Hebræo legimus; *Et dispergam stercus super vultus vestros, stercus solennitatum vestrarum, & tollet vos ad se.* quia enim ventriculus animalis oblati pertinebat ad Sacerdotem; Septuaginta verterunt; *& dispergam ventriculum*, id est, stercus victimarum, & hostiarum, quas sacrificatis in solẽnitatibus vestris, in facies vestras.

Despiciẽdus sacerdos cum suis sacrificiis.

Hac autem metaphora minatur Deus se despecturum sacrificia Sacerdotum, & summa ignominia, & pudore affecturum eos, cum puniret; non diuersa ab ea, q̃ paterentur, si stercore deturparentur eorum facies. Et sane vestra iniquitas irreuerentiæ efficiet, vt ignominia illa vos comprehẽdat, & tollat vos ad se. Hunc sensum habet Chaldæus, cum ait; *& reuelabo confusionem scelerum vestrorum in facies vestras.* Tum etiam Theodoretus, & Lyra. Sed Vat. & alii, aliud, *& assumet vos ad se*, explicant; moriemini in peccatis vestris, quæ committitis in ministerio meo. Nam viuendi cuiusque ratio in mortem ipsam conseruari solet; quod si quis male viuit, nil mirum si male moriatur.

6 *Et scietis.*] Cum vos hac ignominia affecero, tunc cognoscetis me eundem esse, qui quondam elegi Leuiticam tribum, & eam Sacerdotio exornaui, & præcepi reuerentiam, quam seruare debebat. Ita Hieron. Remig. Haymo, Albertus, & Hugo.

Pœna facit notum mandatũ Dei.

Vel, cum vltio mea in vos sæuierit, tunc scietis, quod miserim ad vos mandatum per Moseio olim, vt in officio vestro vitam me dignam gereretis, id est, vt haberetis timorem, veritatem, & iustitiam: à me autem expectaretis vitam, & pacem; iuxta pactum initum cum tribu Leuitica; vt clarius explicant Lyra, Dionys. Vatablus, & Montanus. Vexatio enim dat intellectum, & pœna in cognitionem inducit culpæ, & transgressionis mandati alicui propositi.

7 Leuitica tribus nomine Leui accipienda.

Cum Leui.] Nomine *Leui* non intelligit vnum è duodecim Patriarchis, filium Iacob, auum Mosis, qui ante legem latam multis annis decesserat: nondum eius posteritate ad ministerium cultus diuini selecta: ac proinde non fuit cum illo hoc fœdus initum, sed tribum Leuiticam, quæ ad mõtem Sina assumpta est ad religionem exercendam, vt intellexerunt Septuaginta, Hieronymus, Remig. Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionys. Sed quia pactum, de quo est hic sermo, cum aliqua persona ex posteritate Leui, initum est, tãquam cum capite, ac principe Leuitarũ omniũ, adhuc inquirere oportet, quis hic Leuita fuerit, cum quo tam nobile fœdus iniuit Deus: Nec existimandum est hic loqui Prophetam de Leuitis, qui inferioribus ministeriis erant dicati; sed de Sacerdotio insignitis, quorum erat sacrificare; quia cum Sacerdotes increpet, Sacerdotes priscos in exemplum illis obiicit; & legem officii, quam seruare tenentur, in medium adducit.

Quis ille Leui, cum quo pactum initum.

Rupertus igitur indicat hunc Leuitam fuisse Mosem Sacerdotem, fratrem Aaronis. de quo Dauid cecinit in Psalmo 98. 6. *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius.*

Moses putatur.

Cum quo pactum percussum est, Exodi 24. 9. quando ascenderunt Moyses, & Aaron, Nadab, & Abiu de tribu Leuitica; & dixit Dominus ad Mosem. *Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi, vt doceas eos.* Et hoc est pactum vitæ, & pacis.

Sed refutatur.

Sed quia Moses, vt dux, ac princeps totius gentis Israeliticæ, communem cum Deo causam agebat, & non Leuitarum tantum; de Leuita Sacerdote inquirimus, quis fuerit eo munere primus insignitus?

Phinees fuit ille Leui.

Ex Hebræis nonnulli, Vatablus quoque, Montanus, & alii, non inficiantur hic intelligi Phinees. Nam de eo dicitur Numer. 25. 11. *Phinees filius Eleazari filii Aaron Sacerdotis, auertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos. Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum Sacerdotii sempiternum*, & Ecclesiasticus cap. 45. 28. *Phinees filius*, inquit, *Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini; & stare in reuerentia gentis: in bonitate, & alacritate animæ suæ placuit Deo pro Israel. Ideo statuit illi Testamentum pacis, principem sanctorum, & gentis suæ, vt sit illi, & seminis eius Sacerdotii dignitas in æternum.*

Refutatio.

Verum Phinees tertius in gloria est, & cuius virtuti Sacerdotium sempiter-

num

num tribuendum foret; quamuis non fuisset promissum Aaroni; & idcirco in præmium virtutis, ac zeli illius redintegratum est pactum, & denuo promissum Sacerdotium tam ipsi, quam eius posteritati.

Aaron fuit Leui.

Certus ergo est, quod Hebræis iisdem, Theodoreto, Vatab. & Montano videtur, hoc pactum initum cum Leuita Aarone, pro posteris quoque suis: qui primus fuit omnium Pontificum. Nam de officio eius, ac sanctificatione agens Moses Exodi 28. concludit. *Legitimum sempiternum erit Aaron, & seminis eius post eum.* in quam sententiam nonnulla dicuntur & in Leuitico, & in Numer. quę omnia expressit Ecclesiasticus cap. 45. 7. cum inquit, *Excelsum fecit Aaron fratrem eius, & similem sibi de tribu Leui: statuit ei Testamentum æternum, & dedit illi Sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria.* & versu 19. *Factum est illi in Testamentum æternum, & semini eius, sicut dies cæli, fungi Sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine eius. Et dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamentis iudiciorum, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel.* Ex quibus constat recte conuenire Aaroni verba nostri Prophetæ, qui pactum cum Deo initum obseruauit pro dignitate.

8 *Pactum.*] Nunc videndum est, quod fuerit pactum initum inter Deum, & Leui. Et ex parte Dei quidem pactum fuit vitæ, & pacis, *& dedit ea illi*; vt habent Hebræa, & Tigurina, Pagninus, & Vatablus, & Septuaginta expresserunt hanc lectionem; *Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, & dedi ei, vt in timore timeret me, & à facie nominis mei formidaret.* & quidem Lyra, & Dionysius, illud, *vitæ, & pacis*, exponunt longam vitam, & tranquillitatem dandam populo Sacerdotum precibus. Aliis videtur significari pactum hoc esse de Sacerdotio pacifice, & perpetuo conseruando in tribu Leuitica. Nam Numer. 25. de Phinees dicitur, vt supra retulimus: *Ecce do ei pacem fœderis mei; & erit tam ipsi, quam semini eius pactum Sacerdotii sempiternum.* Hoc est, do ei vt pacifice ipse cum posteris suis potiatur Sacerdotio; & Ecclesiastici 45. 30. *Ideo statuit illi testamentum pacis, vt sit illi, & semini eius Sacerdotii dignitas in æternum.* Nihilominus placet intelligentia Theodoreti, Vatab. & Montani, qui accipiunt pactum vitæ & pacis, pro pacto, aut promissione vitæ in longum producendæ, & in pace, & tranquillitate, cum necessariorum affluentia, conseruandæ. Nam pacto stantibus vitam, & pacem conciliat. Pactum autem pacis, vel fœdus pacis Scriptura vocat vitam tranquille degere, omnibus abunde prouenientibus, vt constat Ezech. 34. 25. & 37. 26. Quod vtrumque bonum comprehendit Dauid in Psalmo 33. 13. cum ait. *Quis est homo, qui vult vitam*, longam videlicet; *& dies videre bonos*, in quibus bonis fruatur abunde? Ita igitur hoc loco docet Deus se sub pacto promisisse Aaroni longam vitam, & summa in pace transigendam; postquam sine contentione virgæ florescentis miraculo, obtinuit principatum Pontificum; si timeret Deum, &c. quod pactum iniit quoque pro posteris suis. Hoc autem præmio remuneratum fuisse Aaronem constat; nam vita eius producta est vsque ad centesimum vicesimumtertium annum, quo decessit 40. anno exitus Israel de Ægypto, cum gessisset Pontificatum annos 39. & menses quatuor. Quod attinet ad pacem, & tranquillitatem, Pontificatum dedit illi contra obtrectatores; & cum ex inuidia circumsteterunt qui erant cum Dathan, & Abiron, & Core, Deus causam eius egit, & consumpsit in iracundia, vt dicitur Ecclesiastici 45. 24. *Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diuisit illi. Sacrificia Domini dedit illi. Cæterum pars non est illi in gente: ipse est enim pars eius, & hæreditas.* Hebræi, & Vatablus, ac Robertus putant sermonem esse de Phinees, cui Deus longissimam vitam largitus est, & pacem, hoc est, corporis sanitatem: putant enim vixisse trecentos annos, de qua re in Chronologia sacra quid sit tenendum, explicuimus. Nunc de principe Sacerdotum Aarone sermonem fieri, satis probatum relinquimus; & hæc quidem promisit Deus.

Phinees vita longissima.

At Aaron ad munus Sacerdotale præstandum, promisit timorem, hoc est, cultum religiosum Dei, & semper habere in ore legem veram, sanctam, ac puram, non fucatam, aut falsam doctrinam: tum etiam studere, obseruantiam præceptorum seruando, pacem, & æquitatem cum proximis, & zelum honoris Dei conseruare; quo multos corripiat, & ab iniquitate retrahat.

Sacerdotis munus.

Labia.] Reddit rationem eius, quod dixerat, ex officio Sacerdotis esse habere in ore legem veram, & puram, & iniquitatem, hoc est, falsitatem, vt ait Chaldæus, non inueniri in labiis eius, nam Sacerdotis est cognitionem legis custodire, eam callere, & alios docere, & paratum se præstare ad reddendam rationem omni poscenti, & docendum omnem requirentem; legem quidem, non nugas, vel fabulas; vt inquit Bernardus lib. 3. de consideratione, in fine: non verbum scurrile, aut aliis detrahens. Addit postremam rationem; *quia Angelus Domini exercituum est.* Exponit nomen suum Malachias, ait Hieronymus; quod est officium Sacerdotis, nam est Angelus, nuncius, legatus, seu minister Domini, vt ait Chaldæus. Nuntius dicitur, ait Hieronymus, quia Dei, & hominum sequester est; eiusque ad populum nunciat voluntatem, & idcirco in Sacerdotis pectore rationale est, & in Rationali, doctrina, & veritas ponitur, vt discamus Sacerdotem doctum esse debere, & præconem Dominicæ veritatis. Hæc in Aarone inuenta esse ostendit Ecclesiasticus verbis supra citatis, *Et dedit illi in præceptis suis potestatem, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel.* & prius liber Leuitici cap. 10. 8. *Dixit quoque Dominus ad Aaron: Vinum, & omne, quod inebriare potest, non bibetis tu, & filii tui, quando intratis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras: & vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & profanum; inter pollutum, & mundum: doceatisque filios Israel omnia legitima mea.* 9

Bernard. Sacerdotis munus.

Legatus Dei, & sequester est Sacerdos.

Pactum vitę, & pacis quale.

Accepistis.] Ita Symmachus, Reuerriti estis facies in lege; quod Septuaginta verterunt, *accipiebatis personas in lege*: quia vni magis fauebant, quam alteri: non ipsius rei gratia, sed personæ; & vnius probabant sacrificium, admittentes pecus mutilum, & illegitimum; alterius reprobabant; ad personas ipsas tantum respicientes, vt intelligunt Theodoretus, & Robertus. Nam hoc scelus exprobrat Sacerdotibus; quamuis alii de

communi iudicio cuiusuis causæ exponant, quod Sacerdotes in causis proximorum non æqui essent iudices, sed personas respicerent in iudicio, non rem ipsam. qui sensus ad sequentem exprobrationem viam parat.

Vitium iniustitiæ Sacerdotũ carpitur.

11 *Pater vnus.*] Quasi nouum argumentum exordiatur, nouam rationem his verbis incipit, vt insinuant Hieronymus, Theodoretus, Haymo, Albertus, Hugo, & Lyra. Alij, vt Rupertus, existimant hanc rationem additam à Propheta ad coarguẽdum scelus acceptionis personarum, quod tandem proposuerat; *accepistis*, inquit, *faciem in lege*, quibusdam itaque reiectis, & alijs admissis ex humano tantum respectu. Cum sane vno Patre nati, & ab vno Deo creati, vno habito veritatis respectu, simus iudicandi. & Theodoretus, Lyra, & Dionysius exponunt in his prioribus verbis, in genere reprehendi odium, & dissidia inter Iudæos, quibus fraterna charitas dissoluebatur, & extinguebatur. At Hieronymi, & cæterorum auctorum sententia est, agi hic contra vitium commune post reditum è Babylone, reijciendi vxores proprias, & ducendi alienigenas; quod pulchriores essent, & ditiores, contra legem patribus latam. Reprehendit autem hoc vitium gemina ratione, ex duplici vinculo; quo tenebantur suis vxoribus Israeliticis, desumpta. Prior ratio est. *Numquid non pater vnus omnium nostrum?* Cum vnus, inquit, & idem sit nobis pater, & nos simus eiusdem illius filij, cur sorores nostras, illius patris filias, despicimus, & admittimus in coniugium alienas, accipientes facies contra legem? Per vnum autem patrem Hebræi, quibus assentiuntur Vatab. & Montanus, intelligunt Iacob, seu Israel, ex quo duodecim Patriarchæ prodierunt, & omnis populus nomen Israelis assumpsit. & hi quidem melius quam Lyra, & Dionysius; qui exponunt Adam. Nam si coniunctionis ratio ante oculos ponitur, quæ cogat alienas filias non ducere, relictis proprijs; nullam vim haberet in coniunctione Adam, secundum quam alienigenæ etiam eodem sunt patre natæ Adam; non tamen eodem Iacob. Sed verius cum Hieronymo, Remigio, Ruperto, Haymone, Alberto, & Hugone, non renuentibus alijs; intelligimus Abraham; quem vnum, vt patrem sui generis venerati sunt Iudæi, quod ille primus ad religionem selecti populi vocatus sit. Vnde Isaiæ 51.2. dicitur. *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum*; & Ecclesiastici 46.20. Abraham vocatur, magnus pater multitudinis gentium. Et consuetudo erat Hebræis vocare se filios Abrahæ. Nam Matth. 3.9. dicebant: *Patrem habemus Abraham*, & Ioan. 8. 39. *Pater noster Abraham est.* quin & Christus Lucæ 19.9. de Zachæo dixit; *hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ:* merito ergo dixit Propheta, *vnum patrem habemus Abraham*, atque ita vno coniunctionis amore sumus colligati, contra quem facit, qui vxorem sui generis relinquit, & assumit alienã.

Coniugiũ reprehendit alienigenarum.

Vnus pater Abraham.

12 *Creauit nos.*] Verbum בָּרָא *bara*, quo hic vtitur Propheta, cum communem significationem habeat, *aliquid ex nihilo facere*, qua ratione hic accipiunt multi ex interpretibus, at verius singulare hic habet significatum, in Scriptura quoque vsitatum, pro *eligere*, & *denuo asciscere*, seu *constituere*, aut *peculiari ratione formare*; quomodo Isaias dixit cap. 43. 1. *Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel*; dum ex omnibus gentibus, in peculiarem populum te elegit. & cap. 65. 18. *Ecce ego creo Ierusalem*, pro instauro, & renouo. Ierem. 31. 22. *Creauit Dominus nouum super terram*, hoc est, rem nouam efficiet, *femina circumdabit virum.* Ita hic vnus Deus dicitur, creauit nos, dum selegit hunc populum, vt suis legibus institutum, sua vera imbueret religione, ab alijs nationibus separatum; & vt pater filios gubernaret; iuxta illud Deuteronomij 32. 6. *Numquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* & vers. 18. *Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* Est ergo posterior ratio desumpta ex coniunctione religionis, vt videntur explicare Hieronymus, & Montanus, & M. Annon vnum Deum agnoscimus, ac colimus nostri populi formatorem, & constitutorem; cum ceteræ gentes vnum illum non agnoscant, nec colant? quia Deos agnoscunt diuersos, & colunt eos, qui non crearunt eas. *Dominus tuum solus dux eius fuit*, Deuteron. 32. 12. *& non erat cum eo Deus alienus.* Qui ergo vno religionis vinculo coniuncti sunt; non debent illud dirumpere, & adhærere iis, qui colunt alienos Deos. Est autem optima ratio ad persuadendam charitatem, quocumque vinculo colligatos ostendere, siue sanguinis, siue religionis, siue quouis alio, vt persuadet Apostolus ad Ephes. 4. 3. cum ait. *Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Ex quo loco non inconcinne duæ rationes prædictæ in vno Deo vero possunt intelligi. Nonne Pater vnus omnium nostrum Deus est? Annon vnus est creator noster Deus? *Deum ergo, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* Deuteronom. 32. 18. despiciens fratrem tuum ab vno Patre Deo tecum genitum; & ab eodem vno ipso Deo in vna religione creatum. Quæ ratio vim non haberet, si in communi significato verbum, *creare*, acciperemus, siquidem & filiæ alienigenarum ab vno Deo creatæ sunt, à quo & Iudæi creati fuerunt. In singulari ergo accipiendum est pro, eligi, aut adoptari in populum peculiarem, cui Deus largitus sit veram sui cognitionem, ac religionem.

Creare pro vocare.

Quare ergo.] Videndum in primis est, in quos inuehatur Propheta? Nam Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, cum reliquis fere expositoribus, vniuersum populum putant reprehendi, quod communis culpa vniuersum adstrinxerit, ducendi alienigenas vxores, vt ostendunt illa verba, *Transgressus est Iudas, & abominatio facta est in Israel, quoniam contaminauit Iudas sanctificationem Domini.* At Rupertus, M. & Montanus Sacerdotes, & Leuitas existimant hic in primis reprehendi, quod & ipsi ius coniugij primi violarent, & alijs causa fuissent violandi; & probant, quia cum Sacerdotibus est sermo ex superioribus; & populus reprehenditur, qui eadem commiserit, Sacerdotum permissu, & exemplo prouocatus. Itaque inuectiua contra omnes est; sed contra

Sacerdotes, tanquam contra iuris primos violatores.

Deinde videndum quod sit crimen Sacerdotum, & populi, quod hic increpatur? Hieronym. Remig. Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Vatab. & Montanus, ex Hebræorum traditione, & veritate, quod legimus 1. Esdræ 9. & 10. hoc dicunt fuisse delictum: quod reuersi de captiuitate Babylonica, tam Principes, & Sacerdotes, ac Leuitæ; quam reliquus populus, abiecerunt vxores suas Israelitici generis, quæ paupertate, & iniuria longioris viæ, & fragilitate sexus, non ferentes laborem, confectæ erant, ac infirmitatem, & deformitatem contraxerant corporum: & cum alienigenis vel ætate florentibus, vel cultu corporum pulchrioribus, vel potentium, ac diuitum filiabus matrimonia copularunt. Et Hieronymus quidé, Theodoretus, & multi alii, existimant delictum in eo commissum, quod vxores proprias reliquissent, & loco earum alienas duxissent. At Lyra, Vatab. & Montanus in eo culpam constituunt, quod proprias vxores domi retentas, vti ancillas haberent, ac despicerent, & alienigenas in vxores honoratas duxissent. Atque hoc esse verius ex sequentibus constabit. Ait ergo Propheta; *Quare despicit vnusquisque nostrum fratrem suum?* Hebr. *Quare præuaricatur quisque in fratrem suum?* Nomine *fratris* intelligunt Hieronymus, & qui eum sequuntur, soceros suos; ait enim Hieronymus. Quare veteres vxores contemnimus, & fratrum nostrorum abiicimus filias? Alii, & fratres vxorum volunt comprehendi. Montanus putat nomine *fratris* intelligi sororem, quod consuetudo sit Scripturæ tam virum; quam feminam, sicut homines, ita fratres appellare, vt apud Iacobum cap. 1. 2. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* Tum maxime quod despectus vxoris est, quam sororem vocat, fratris nomine significatam.

[margin: ...Sacerdotes pri... ...ium.]

[margin: ...xores an... ...llas re... ...tabant.]

14 *Pactum.*] Id est, legem patribus datam de non incundo coniugio cum alienigenis, vt putant Hieronymus, & Remigius, Haymo, & Albertus cum aliis, qui Hieronymum sequuntur. Habetur autem hæc lex Exodi 23. 32. & cap. 34. 16. vbi dicitur. *Nec vxores de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos suos.* & Deuteron. 7. 3. 4. quibus in locis cum septem tantum gentibus prohibentur coniugia. Et quia eadem ratio deceptionis vim habet in coniugiis aliarum gentium idola colentium; idcirco & ad Ammonitas; Moabitas & Ægyptios legis obligatio extensa colligitur ex initio 9. cap. libri primi Esdræ. Tum etiam ad Idumæos, & Sidonios, vt patet 3. Regum 11. 1. 2. Atque hæc de pacto intelligentia vera est, quoniam violatio ex acceptione alienigenarum facta videtur. Montanus pactum putat de vno Deo colendo, eique seruiendo, de quo Matth. 4. 10. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies;* quod violabant ductis alienigenis, exponendo se periculo adorandi idola. Vatablus, & Robertus intelligunt ipsum vinculum coniugale á Deo institutum, & inter Adam, & Euam primum initum. Gen. 2. 21. quod diligenter ac sancte prisci patres obseruarunt: qui licet superinducebát vxores prioribus, non ex alienigenis, cum priorum despectu. Verum prima expositio ex his, quæ sequuntur, videtur vera, cum in eo notetur præuaricatio Iudæ, & Israel, quod duxerint filiam Dei alieni. Ex cuius consortio, quid nisi vt pietas deseratur, efficitur? & ex improborum societate probitas euertitur, & virtus contemnitur ex vitiosorum amicitia; & denique malum omne contrahitur. Sicut cum sancto sanctus fit, & cum iusto iustus, qui illis adhæreret, cum eisque conuersatur.

[margin: ...tum ...aus Dei ...ta colen...]

[margin: Consortiũ proborũ, & improborum.]

15 *Sanctificationem.*] Profanauit Iudas sanctitatem Domini, quam dilexit. Sanctitatem morum quidam explicant, quia sancti erant, & Deo dicati Iudæi inter omnes gétes vt promiserat illis Deus Exodi 19. 6. *Eritis mihi in peculium de cunctis populis: & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* & Psalmo 113. 2. *Facta est Iudæa sanctificatio eius:* nempe ad cultum Dei sancta, & destinata. Hac ratione dixit Chaldæus hoc loco *Violauerunt viri domus Iuda animam suam, quæ erat sanctificata coram Domino; & dilecta:* quia videlicet defecerunt á sanctitate, qua Deo vero colendo erant addicti; & se obtulerunt cultui Deorum gentium, dum filiam eorum duxerunt vxorem. & hoc est; contaminasse religionem Domini, vt exponit Lyra. Alii templum intelligunt violatum, dum in illud ingrediebantur irreligiosi, iuxta illud 1. Machab. 1. 23. *Antiochus intrauit sanctificationem cum superbia.* Montanus intelligit vtramque charitatis rationem generis, & religionis, quam violata coniugii lege violauit Iudas. Dauid Kimhi, Vatab. & Robertus intelligunt ipsum vinculum coniugale, quod Dominus sanctificauit, & diligit. Placet, Hieronymi expositio, quem sequuntur Remig. Haymo, Albertus, & Hugo, qui nomine *sanctitatis* intelligunt separationem á gentibus, ne semen á Deo electum misceretur Gentilium, inito cum filiabus eorum matrimonio, quod summa cura obseruari præceperat Deus.

[margin: Sanctitas est addici Deo, & separari á gentibus.]

16 *Magistrum.*] Hebraice ער וענה *hher vehhoneh,* de tabernaculis Iacob. & nomen *hher*, *vigilem* significat, & Vulgatus *magistrum* interpretatus est, & Pagninus, & Robertus; quod excitet discipulos, vel quod ipse expertus sit, & alacris ad docédum. *Honeb* quoque respondentem significat, & iidem exponunt, *discipulum*, qui respondere magistro teneatur. Et est sensus Hieronymi, Remigii, Ruperti, Haymonis, Alberti, Hugon. & Dionysii; exterminabit Dominus eiusmodi crimine contaminatum, siue Doctor fuerit, siue discipulus: siue Sacerdos, siue laicus, siue doctus, siue simplex, siue paruus, siue magnus. Tigurina vertit, *qui auctor, & qui obsequitur*, hoc est qui auctor est tanti sceleris, & qui ei consentit; quod alii dicunt, *agentem, & consentientem*, & etiam pro eo orantem, Sacerdotes scilicet, qui peccati auctores fuere, & populum illis consentientem, & orantem, munusque offerentem pro illis. Hebræi verba Hebræa, *vigilantem*, seu *suscitantem, & respondentem*; aliter exponunt. Nam Dauid Kimhi, Isidorus, M. & Montanus, sic explicant: eliminabit Dominus totam illius hominis familiam, vt ne quidem in domo maneat, qui suscitet alterum é somno, aut qui vocanti respondeat: aut qui ad fores pulset, aut qui é domo respondeat. Prouerbium est vt illud, *vsque ad mingentem ad parietem:* & apud nos, *no quedara piante ni mamante.* At Chaldæus, & assentit Dauid Kimhi, & R. Abraham, *suscitantem* pro filio accipit, qui suscitat semen patris sui: &

[margin: Sensus 1.]

[margin: Sensus 2.]

[margin: Agentes, & consentientes damnantur.]

[margin: Sensus 3. Nulla ex illa familia supererit.]

[margin: Sensus 4. nullus ei dos posteritas erit.]

respon-

respondentem nepotem, quod filio respondeat in eodem officio suscitandi semen patri suo, vt sit sensus: eliminabit Dominus illius hominis familiam, filium, & nepotem de vrbibus Iacob, vt ne vnus quidem remaneat ex eius posteritate, qui nomen illius in posteros deducat. Sic ait Chaldæus. *Extermınabit Dominus virum, qui fecit eam*; scilicet, abominationem; *filium, & nepotem de vrbibus Iacob: & si fuerit sacerdos, disperdet eum Dominus, ne offerat oblationem in domo Sanctuarii Domini exercituum.* Atque hunc sensum habet Vatab. *vigilantem, & respondentem*, pro viuo accipiens; nam mortuos, dormientes vocamus. Si sacerdotes, inquit, duxerint vxores alienigenas, & liberos genuerint, illi non superuenient patri, sed peribunt; & non offerent Deo munus. Quocumque ergo modo explicueris, minatur omnes interempturum, quicumque in illud crimen incurrissent, cum sua posteritate. Tam graui enim pœna Deus punit sæuos homines, qui charitatem matrimonii dissoluerint, & amorem abiecerint, quo suis debuissent vxoribus esse deuincti, quam Deus adeo dilexit, & curauit, vt suum amorem in exemplum adduxerit, quo Ecclesiam dilexit apud Paulum.

Pœna dissoluentiũ amorem coniugalem.

17 *Rursus.*] Hebraice; *& hoc secundo faciun.* Duo crimina commissa à Sacerdotibus explicat, prius est, violasse generis necessitudinem, & religionis sanctitatem prophanis conuubiis: posterius hoc loco declarat, quod iniquis officiis, & diuersis iniuriis compellebant vxores proprias prouolui ante altare, lacrymis, & gemitibus, ac singultibus opplentes omnia, & opem à Deo implorantes: vt vlciscererur se de viris, qui in toris suis alienigenas admittebant, cum despectu illarum, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, & omnes, vno excepto Lyra, qui hoc intelligit de ipsis Iudæis, qui cum deliquissent, connubia cum alienigenis contrahendo, accedebant ad altare, cum lacrymis, & gemitibus; & putabant hac ratione suum posse expiari peccatum, retentis vxoribus gentilitus, suisque despectis; cum tamen Deus comminetur se suum sacrificium non accepturum, quantumuis lamentarentur, & gemerent. Quem sensum insinuauerat prius Chrysostomus Homilia 86. in Matthæum, dum in eos inuehitur, qui animæ hominis precium capientes, beneficium postea conferunt ex cæde. *Iudaica*, inquit, *huiusmodi eleemosyna est, imo vero diabolica. Sunt enim, qui aliena diripiu, excusatos se a toto crimine putant, si aliquam partem pauperibus dederint. De quibus ait Propheta: Altare meum lacrymis velastis, & non accipiam munus de manu vestra. Non vult certe Christus rapina nutriri: neque cultores habere filios deorum alienorum.* Verum sensus communis verior esse probatur ex sequentibus.

Sensus 1.

Vxorum dolor coram Deo ostensus.

Sensus 2.

Chrysost.

18 *Testificatus est.*] Ad memoriam reuocat legem matrimonii latam à Deo inter Adam, & Euam, Genes. 2.23. cum eam ad virum adduxit, & leges matrimonii constituit, cum dixit, *propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ*, & tamquam institutor, & testis illi adfuit, ac benedixit. sic intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius. Domino, ait, teste, & præceptor[illegible] præceptum ab initio mundi tibi iniunctum est, [illegible] fidem serues vxori, quam ab adolescentia duxisti, quæ est socia tua, & particeps tua, quia ex costa viri sumpta, & vxor fœdere matrimoniali tibi iuncta. Montano, & aliis videtur, quod & mihi probatur; hic fieri mentionem consuetudinis coniugii ineundi inter Iudæos, dum, Deo inuocato, & præsente sanciebatur, & eius nomine, qui futurus erat in perpetuum testis coniunctionis, obsignatum. Nam Raguel Tobiæ 7.15. apprehendens dexteram filiæ suæ dexteræ Tobiæ tradidit dicens. *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem Adam in vobis: & accepta charta fecerunt conscriptionem coniugii.* Vide quot rationibus exprobret viris vxorum despectum, & iniuriam. quod vxor sit illi à iuuentute coniuncta, quæ propter florentem ætatem ei fuit gratissima. quod particeps tua, id est, generis necessitudine, & vitæ societate coniuncta. quod vxor sit legitimo fœdere data, Deo teste, & nymphagogo, vt vocat Theodoretus.

[illegible]estis matrimonii [illegible]nus D[illegible]

Nonne.] Hebraice. *& non vnus fecit, & residuum spiritus ei: & quid vnus ille quærens: semen Dei.* Et nomen quidem שאר *Sear* significat, quod superest, quod reliquum est, quod excellit, aut exuberat, aut excellentiam, & exuberantiam. Variè propterea expositores hunc locum interpretantur. Nam Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius per *vnum* illum, Deum intelligunt iuxta illud, quod paulo ante fuerat dictum. *Numquid non Deus vnus creauit nos?* Vt sit sensus; Nonne vnus Deus fecit vtrumque virum, & vxorem, Adam, & Euam, & quod supererat Adæ spiritus, indidit Euæ: quia vnus affectus, vna anima vtrique sint communis; aut certe quia ex viri costa facta est mulier, vt volunt Chrysostomus sermone de libello repudii, & Albertus. Quid autem vnus ille Deus quærebat ex hac coniunctione, quam fecit, nisi filios probos, & suo cultui deditos generare? Isidorus deinde exponit de Adam. Nam vnus ille Adam non fecit sic, vt vos facitis, sed cum plus haberet spiritus ingenuitatis, aut cum exuberantem haberet amorem, consorti suæ communicauit, quam petiuit, cum vidit, non esse bonum, hominem esse solum, vxorem habuit non ad voluptatem, sed ad semen Dei suscipiendum. Tertio, Chaldæus, Pagninus, Isidorus, M. & Varablus de Abraham exponunt. Nam sic legit Chaldæus. *Nonne vnus fuit Abraham solus, ex quo propagatum est seculum: & quid vnus quæsiuit, nisi vt permaneret sibi proles in conspectu Domini?* quasi dicat; vnus fuit Abraham, & quod reliquum fuit illi spiritus, & vitæ, in posteros deriuauit, & tamen nihil aliud quærebat, nisi filios Dei, probos, & pios generare. Vel secundum Pagninum, qui legit, *Et ne vnus quidem Abraham fecit, vt facitis, & excellentia spiritus fuit ei; & quid fecit vnus? quæsiuit semen Dei.* Hoc est; & ne vn[illegible] Abraham, cum esset sine liberis, fecit hoc, quod [illegible]os facitis, & spiritu excellebat. Nam cum filium promissum optaret, adhortante vxore, non ea repugnante, sumpsit Agar, vt semen à Deo promissum susciperet, non gratia libidinis: vos ergo sine vllo exemplo facitis, quod f[illegible]itis. De Abraham autem exponunt, quia paulo ante ille in exemplum positus erat, cum dictum est, *Numquid non pater vnus omnium nostrum.* Alii sic

Sensus 4. quarto exponunt de eodem Abraham. Ne vnus quidem fecit quod vos facitis, cui vel tantillum ſupereſſet ſpiritus; & tamen vnus ille Abraham

Sensus 5. ſemen Dei quærebat. Denique Montanus ſic explanat. Et ne vnus tantum veſtrum in hoc crimine fuit, cui quidpiam ſpiritus, vel conſilii remanſiſſet; & num ille vnus ex vxoribus alienigenis quærit ſemen Dei, & religionem dilatare? minime quidem. Cum ergo ex matrimonio quæri debeat filius Dei, ſi quis ſit inter vos, cui aliquid inſit ſpiritus, aut conſilii, ille quidem neque ducet vxores alienigenas, & ductas à ſe repellet. Quod ſi ita vertamus verba Hebræa, vt verti poſſunt; *& non vnum fecit, & reſiduum ſpiritus ei, & quid illo vno quærit, niſi ſemen Dei?* hic erit ſenſus. Et Dominus qui teſtificatus eſt inter te, & vxorem pubertatis tuæ; annon vnum Adam fecit in principio, & fecit quoque Euam, quæ reliqua illi erat, quaſi idem ſpiritus, idem affectus; & eadem anima eius, quærens ex vno illo cum coniuncta ei vxore ſemen Dei? Hoc eſt, *non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Geneſ. 2. 18. ex ſuperfluo, aut reſiduo viri. Ita ſpiritus pro affectu accipitur, qui communicatus ... vi o fœminæ, vt accipiunt Hieronymus, Cyrillus, & ... qui Hieronymum ſequuntur.

Cuſtodite. Ex Hebræo. *Et cuſtodite,* aut *cauete in ſpiritu veſtro, & in vxorem adoleſcentiæ non præuariceris.*

Sensus 1. Hoc eſt: iuxta Hieronymum, & Montanum, & Dionyſium. Attento animo conſiderate quomodo cauere debeatis ab hoc facinore præuaricandi in vxores, quas ab adoleſcentia duxiſtis. Vel cuſtodite ſpiritum veſtrum ab hoc

Sensus 2. facinore, vel ab hac libidine. Deinde ſecundum Remigium, Albertum, Hugonem, Lyram, & Dionyſium, *cuſtodite ſpiritum veſtrum,* hoc eſt, amorem veſtrum, vel animam veſtram, dimidium animæ veſtræ; id eſt, vxores veſtras, & ne inique in eas agatis. & hunc ſenſum probat eadem ſententia infra repetita, *cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere,* vt cum Hieronymo iidem exponunt. nam ſpiritum nolite deſpicere eſt, &

Sensus 3. vxorem adoleſcentiæ ne deſpicias. Tertio, ſecundum verſionem Tigurinæ. *Vos igitur quam chara eſt anima veſtra, cauete ne in vxores, quæ vobis in iuuentute veſtra deſponſæ ſunt, perfidi ſitis.* Hoc eſt, per ſpiritum veſtrum, per animam, ſeu vitam veſtram, quam adeo diligitis, videte vt ſeruetis fidem vxoribus veſtris. Poteſt recte hortari ad eundem ſeruandum ſpiritum eum ſpiritu Abrahæ. Cuſtodite ergo ſpiritum Abrahæ in vobis, vt ſicut ille non eſt præuaricatus in Saram vxorem, ita & vos fidem ſeruetis vxoribus veſtris prioribus.

21 *Cum odio.* Hebraice ad verbum eſt. *Nam odiſſe mittere dicit Dominus Deus exercituum,* vt Montanus tranſtert. Aut *quia odit, dimitte, au... ... ait Dominus,* vt alii omnes vertunt. ...ontanus

Sensus ... quidem contra communem expoſitionem, nullam putat hic de libello repudii fieri mentionem, ſed tantum de odio maritorum aduerſus vxores. Compertum enim eſt infinitiuum pro nomine ſolere vſurpari etiam in Lingua ſancta, ita ... odiſſe idem ſit quod odium, & שלח ſallah ... hic pro extendere ... propagare, vt ... tenet ... nes ...

A quæ ad mare. Ezech. 31. 5. *& emiſſi ... eleuati ſunt rami eius præ aquis multis.* Ait ergo. Nam odium, quo Iudæi proſequuntur ſua vxores ... uit, vt emiſerit ſe, aut extenderit ... non ... ab veſte lateat, qua multi ſolent occultari ... indigna, ſed ſupra veſtem emineat; & man... iniuriis ſuper veſtimenta ipſa tam longe appareat. At cæteri omnes tam Hebræi, quam Patres Eccleſiæ, & interpretes tam antiqui, vt LXX. & Vulgatus, quam recentiores, de libello repudii, aut de dimiſſione vxorum hæc verba intelligunt. cum omnes legant, *ſi oderis vxorem, dimitte eam.* & Hieronymus quidem, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Dionyſius exiſtimant con... ri his verbis reſponſum Principum, Sacerdo-

B tum, & populi, dicentium, *Moſes præcepit nobis, vt ſi oderimus vxorem, dimittamus eam.* Huic ſe opponit Propheta, hoc dicens falſum eſſe, nunquam conceſſum eſt Iudæis, tantum ex odio dimittere vxorem; ſed obiecta aliqua fœditate, quæ eſſet illius odii cauſa; vt conſtat Deuteronomii 24. in initio; quam Chriſtus Matth. 19. declarauit ſolam eſſe cauſam fornicationis. Alioqui, ait Propheta, ſi tantum quia odiſti dimiſeris, pœna iniquitatis operiet veſtimentum tuum, id eſt, totum corpus tuum occupabit, nam grauiſſime punieris. Hunc quoque ſenſum indicat Theodoretus, cum ait; niſi iuſtis de cauſis, & non ex odio ſolo diſſolueritis matrimonium, Deo iudice reuelabuntur veſtræ cogitationes. & oper-

C tæ apparebunt iniquitate, vel pœna iniquitatis. Alii exiſtimant per ironiam hæc dicta, hoc modo; ſi oderis vxorem tuam, dimitte illam ſcilicet, ſi tibi videtur, nulla alia cauſa obiecta dicit Dominus Deus Iſrael: veruntamen grauiſſimas tanti ſceleris pœnas lues, quaſi ablat... ironia dixiſſet; ne velis tantum, quia odiſti, dimittere vxorem tuam filiam Iſrael, alioquin Deus Iſrael puniet te. Quem ſenſum indicauit Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcion. cap. 34. cum ait: *vxorem iuuentutis tuæ non dimittes;* & quidam Hebræorum veteres magiſtri in libro Paralla, cum verba Hebræa, *nam odiſſe dimittere,* ſic exponunt; Deus benedictus odit eum, qui dimittit vxorem ſuam, & Hebræa verba ſic lecta, *nam ad odiſſe dimittere;* ſi ſtatim ac odiſſes, dimitteres, iniquitatem non mi-

D nimam committeres. Tertio, cæteri interpretes aſſertiue hæc legunt, ex præcepto, aut permiſſione; ſi oderis vxorem tuam da ei libellum repudii, ac dimitte, vt viro alteri nubat, nam hoc minus malum eſt; & ne velis celare iniquitatem tuam domi retinendo afflictam, vt alii intelligant à te diligi beneque tractari. Sic Chaldæus. *Quod ſi oderis, dimitte eam, & ne operias peccatum veſtimento tuo.* Nempe retinendo, ac ſimulando, vt M... idorus, & Robertus, vt dictum eſt; vel, at quiſque veſtrum operit iniquitatem vnuſquiſque veſtrum, qui dimittit, & non dat libellum repudii, vt alteri nubat, vt intell... Lyra, & Vata... & Robertus. Vel ſecundu... & operiet iniquitatem ſub veſte ſua, hoc ...

E ger iniquitat... vir, & non diffamab... xor, cui antea ſolebat diffamare.

Operit Hebraice ... *per veſtimentum ... ius.* Sep... & Pagn... *iniquitatem* ... Tu

A

etiam Munstanus; quamuis diuersimode exponant commentatores, vt cœpimus dicere. Nam Hieronymus, Remigius, & sequaces eius, *vestimentum* accipiunt pro corpore, & explicant; illa iniuria occupabit corpus talis viri; nam grauissimas luet pœnas. Lyra, Dionysius, & Montan. pro *palam fieri* exponunt. Tam magna erit illa iniuria [illegible], vt obtegi non possit vestimento, imo vestimentum cooperiet, & super ipsum redundabit, & omnibus palam fiat. Alij sic exponūt; & iniquitas vxoris, propter quam dimittitur, operiet vestem viri, id est, defendet eum ab infamia, qua ab vxore inspergebatur. Sed Chaldæus, Tigurina, M. Vatab. Isidorus, & Robertus, *iniquitatem*, seu iniuriam in accusandi casu ponunt. *Et operiet iniquitatem super vestimentum suum.* Et M. facit suppositum *Deum*, Dicit Dominus Deus Israel, inquit, qui operit iniuriam, ceu vestimento suo, permittendo dare libellum repudij. Alij *virum*, vt Isidorus, & ne operiat vir [illegible] de, velut si maculam sub veste abscondat: aut vt Vat. & ne operiat suam iniquitatem, dimittendo clam, quasi sub vestimento, cum non det libellū repudij, quo constet de sua dimissione, & possit alteri nubere. Aut secundum alios; operiet iniquitatem, ceu vestimentum suum, hoc est, celabit suam iniuriam, & diffamabitur, vt eum vxor antea diffamabat. Vide quot, quantisque rationibus, & modis curet Deus afflictam vxorem tueri, & ab iniurijs viri asserere etiam cupiendo eam, & liberandū è potestate viri. Nam hoc auxilium impetrauit quod accurrit ad altare Dei operiens illud lacrymis, & lamentationibus.

Marginal notes: Mariti pœna vxorem relinquentis. — Ratio dimittendi vxorem libello dato.

23 *Laborare.*] In Hebræo, Lyra, & Pagnino, in his verbis incipit caput tertium, & nouum argumentum mouetur, de Dei prouidentia, & iudicio improborum: & querentibus de Deo quod non iudicet improbos, pollicetur mittendum Dei filiū in huc munus exercendum. Septuaginta vero cū

B

cæteris interpretibus hæc subiiciunt capiti secundo. Et quidem, vt ait Hieronymus, & ex eo Remigius, Haymo, cum reliquis, reuersus populus de Babylone, & videns Babylonios, & cunctas in circuitu nationes idolis seruientes prospere agere, & abundare diuitiis, se vero, qui coleret Deum, squalore, inedia, & seruitute depressum, in hanc blasphemiam prorumpebat, vt contentiose diceret, ac sua contentione lassum Deum, ac defatigatum, instar hominis, præ contentione, ad aliud curam mutantem affirmaret; iam Deū, qui sua misericordia solebat curare res hominum, & proborum causas tueri; defessum hominum improbitate, quasi oblitum non curam habere eorum. Siquidem vel Deus probat eos, qui malum faciunt, & gratos habet; aut si ei non placent, certe iniustum iudicem se ostendit, qui eiusmodi patitur indemnatos præterire. Conficiunt ergo blasphemi, hanc rationem; quicumque operatur malum, aut placet Deo, aut non; si Deo placet, ergo Deus iniquus est, cui mala placent: si non placet Deo qui operatur malum; deberet in eum si iudicium animaduertere, sed non animaduertit, ergo non male agunt. deberent potius concludere, ergo maxime commendanda Dei bonitas, & longanimitas expectantis ad pœnitentiam eum, qui male agit: iuxta illud Psalm 7.12. *Deus iudex iustus, fortis, & patiens, numquid irascitur per singulos dies?* & Sap. 11.24. *dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam*, & Exod. 34.7. *qui aufers iniquitates, & scelera atque peccata.* Huiusmodi argumentum continet Psalmus 7[illegible]. Iob 21. Ieremias 12. & Habacuc 1. Sed hanc blasphemiam quæstionem diluet noster Propheta in fine tertij capitis, ab illis verbis. *Inualuerunt super me verba vestra.* dum prius de Christi aduentu, qui & ocularis testis, & iudex venturus est ad discernendum probos ab impiis, sermonem instituerit.

C

Marginal notes: Blasphema querela impiorum Dei prouidentiam negantium. — Ratio impiorum.

MALACHIÆ PROPHETÆ.

Paraphrasis.

[1] Ecce [2] ego præmitto [3] An[illegible]m meum Ioannem, qui per pœnitentiæ præd[illegible] quem [illegible] offendicula remou[illegible], pe[illegible] quam ing[illegible] est filius meus Chri[illegible] & post eum continuo [illegible] idem ipse Christus [4] [illegible] lum suum ille, inquam, Dominator, quem vos quæritis & Angelus fœderis, quem tam [5] anxie cupitis. [6] En ille quidem veniet. Sed quis impiorum poterit, vel ipsa cogitatione sustinere vim diei aduentus eius? aut quis coram eo subsistet cum apparuerit? Ipse enim [7] quasi ignis purificans, & quasi herba fullonum, sedebit examinans, & emundans argentum, & purgabit noui Testamenti [8] Leuitas, & conflabit eos quasi aurum, & quasi argentum, vt offerant Domino in summa sanctitate [9] sacrificium [illegible] quod adeo placebit [illegible] tandem oblatum, vt [illegible] omnia supe[illegible] rioribus [illegible] is D[illegible] veni[illegible] igitur ad vos [11] iudicandum, ne dicatis, vbi est Deus iudi[illegible] vt [illegible] testis præsentissimus, & sol[illegible] ius contra maleficos, ad[illegible] [illegible] & periuros, & contra vsurpantes mercedem mer[illegible] [illegible] viduas opprimentes, pupillos, ac peregrinos [illegible] tra eos [illegible] que omnes, qui me non timuerunt, ai[illegible] minus exercituum. Non enim ego omnium Dominus [14] mutor, vt [illegible] falso existimatis? cum in eadem contra

Cap. III.

[1] Ecce [2] ego mitto [3] Angelum meum, & preparabit 1
viam ante faciem meam. Et statim veniet [4] ad
templum suum Dominator, quem vos quæritis, & Ange-
lus Testamenti, quem vos [5] vultis. [6] Ecce venit, dicit Do-
minus exercituum: Et quis poterit cogitare diem aduen-
tus eius, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim
quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sede- 3
bit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios
[8] Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, &
erunt Domino offerentes [9] sacrificia in iustitia. Et pla- 4
cebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem, [10] sicut
dies seculi, & sicut anni antiqui. [11] Et accedam ad vos 5
in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, &
periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, vi-
duas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timue-
runt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Domi- 6
nus, [12] & non mutor: & vos filii Iacob non estis consum-
pti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legiti- 7
mis meis, & non custodistis. Reuertimini ad me, & reuer-

impios lata sententia perseuerem, licet aliquandiu differam, & ideo vos filii Iacob, qui vestris flagitiis toties promeriti estis consumi, mea patientia permanetis, siquidē a diebus patrum vestrorum non desistitis recedere a præceptis, quæ in lege traduntur vobis, qui ea custodire noluistis. Reuertimini ergo ad me, pœnitentia ducti, & ego reuertar ad vos, meam vobis impertiens misericordiam. Sed dicetis, qua de re sumus acturi pœnitentiam, & ad te reuersuri? Respondete & vos mi[hi], [n]u[m] aliquando videritis hominem adeo audacem [13] qui [D]e[u]m interfe[cerit] iudic[em] [suum], eumque decipere non sue[ui]t [e]re[p]tus, vt vos vim mihi infertis, meaque decipitis. Quod si rursus dicatis, qua in re tibi vim inferimus, aut tua decipimus. Dicam vno verbo, cum ministris meis [14] decimas, primitiasque fraudatis. Penuriæ bonorum maledictione propterea a me puniti estis, quia vniuersi vos ministros meos suis alimentis defraudatis. Inferte omnem decimam in horrea domus meæ, ita vt cibus numquam deficiat in illa: & periculum de me facite deinceps, an vt filios vos tractem, vel non: dicit Dominus. Si non aperuero vobis [15] cataractas cœlorum, vt pluant, & effudero in vos benedictionem [16] vltra necessaria, de me conquerimini. Auertam ab agris vestris bestiolas vastantes, & non corrodent, nec corrumpent fructus terræ vestræ, nec vineæ steril[es] fient. Omnes gentes vos be[a]tos prædicabunt: nam eritis, sicut terra omnibus [17] d[esid]erabili[s], quam souet Dominus, & iucunda tuetur. [18] Di[c]tis [i]ll[i]s ad[uer]sum [me] [oppro]bri[is] contendistis, & præualuistis. Dicetis, Quid locuti sumus contra te? Soletis dicere; frustra operam impendit qui seruit Deo, & quod emolumentum prouenit no[bi]s, quod præcept[a] eius custodiuerimus: aut quod tristes incesserimus, & humiles coram Domino exercituum? Nonne merito, nos, qui absque vllo fructu pietatem colimus, beatos dicemus arrogantes, & superbos, siquidem, nihil obstante quod impie egerint, [19] augentur familia, & copiosam domum ædificant, & scelera sceleribus addentes, [20] fecerunt periculum de minis Dei, verum reipsa ad opus deducere, pœnis debitis pro tanto flagitio eos afficiens, & compererunt, [c]um liberi euaserint, minas vltra ve[rb]a non progressas. Non sic loquuntur, qui me Dominum suum [21] timent, sed longe aliter secum inuicem de me ratiocinantur. [22] Attendi sane, & audiui vtrorumque sermones: & scriptos habeo apud me, quasi in libro memoriæ, in gratiam timentium me, & in precio habentium magnificentiam meam, qui propterea [23] in die illa aduentus mei, erunt mihi instar electissimi peculii: Et [24] prospiciam eis, sicut prospicit vir filio suo obsequenti sibi. [25] Conuertemini, & ipsa experientia cognoscetis, quantum intersit discriminis inter iustum, & impium: inter seruientem Deo, & eum, qui non seruit ei.

tar ad vos, dicit Dominus exercituum. & dixistis: in quo
reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configi- 8
tis me: & dixistis in quo configimus te? in decimis &
in primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos
configitis gens tota. Inferte omnem decimam in hor- 9
reum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc,
dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli
& effudero vobis benedictionem vsque ad abundan-
tiam. ‖ Et increpabo pro vobis deuorantem, & non cor- 10
rumpet fructum terræ vestræ. non erit sterilis vinea in
agro, dicit Dominus exercituum. ‖ Et beatos vos dicent 11
omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit
Dominus exercituum. ‖ Inualuerunt super me verba 12
vestra, dicit Dominus. Et dixistis: Quid locuti sumus 13
contra te. Dixistis: vanus est, qui seruit Deo. & quod
emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius & quia
ambulauimus tristes coram Domino exercituum? Ergo
nunc beatos dicimus arrogantes; siquidem ædificati
sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, &
salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes Domi-
num, vnusquisque cum proximo suo. Et attendit Do-
minus, & audiuit: & scriptus est liber monumenti coram
eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius.
‖ Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die, qua 17
ego facio, in peculium. Et parcam eis sicut parcit vir 18
filio suo seruienti sibi. Et conuertemini, & videbitis
quid sit inter iustum, & impium: & inter seruientem
Deo, & non seruientem ei.

ARGVMENTVM.

Respondet blasphemæ impiorum querelæ in calce præcedentis capitis propositæ, præmisso Ioanne anteuenturum Christum, qui discernet probos ab improbis: alteram quoque proponit querelam impiorum, dicentium, nihil commodi prouenire le[gis] [Domi]ni obseruantibus: cui in quarto capite respondebitur, in die iudicii de ea re diiudicandum.

COMMENTARIVS.

1 Ecce.] De connexione huius prophetiæ cum præcedenti dicendum, quorsum de aduentu Christi sermonem modo instituat Propheta? Rupertus, & aliqui ex recentioribus expositoribus existimāt indicari per Christum puros Sacerdotes adducendos, purumque sacrificium instituendum, pro impuris Sacerdotibus, & sacrificiis, de quibus hactenus est sermo factus. Sed quia hoc argumento absoluto, transitus factus est ad querelam impiorum, perquirentium, vbinam lateat Deus iudicii, qui impios puniat, piosque remuneret? Verius asserunt Theodoretus, Albertus, Hugo, Lyra, Vatab. & Robertus, & Montanus, respondere Prophetam ad hanc impiorum querelam, Christum hunc esse iudicem constitutum,

Christus iudex.

A qui discernet probos ab improbis, & vnicuique reddet secundum opera sua: ne existimet quispiam Deo malos placere.

2 Ego.] Tria explicare oportet ad plenam huius loci intelligentiam: quis mittat, quem, & quo munere functurum? Et in primis quis ille sit, qui dicit, *Ecce ego mitto*? Hieronymus in 1 Marci affirmat esse Spiritum sanctum, tertiam diuinæ Triadis personam, cui maxime conueniunt verba Euangelistarum, vt Marci 1.2. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Nam Spiritus sanctus misit Prophetam Ioannem, quem suum vocat, quod *Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines*, vt ait

B Petrus in 2. sua Epistola cap. 1. ante filium, vt viam eius præpararet, quicum loquitur diuinus Spiritus.

Spiritus sanctus mittit Ioannem.

Tertullianus lib. aduersus Iudæos cap. 9. & Chrysostomus Homil. 5. in cap. 1. Ioannis, & alii nonnulli, quorum meminit Hieronym. de Patre

Pater mittit Ioannem. Tertull. Chrysost.

Christi

A Christi hæc verba intelligunt: eadem ratione, qua Hieronymus intellexit Spiritum sanctum. Nam Christus ipse ex persona patris retulit hanc prophetiam, cum Matthæi 11.10. dixit de Ioanne; *hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Eodem modo protulit Lucæ 7.27. & Marci cap.1.2. Non potest autem intelligi quod secum loquatur Christus, dicens. *Ego mitto tibi Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* quod patri conuenire non potest, quia Ioannes non præparauit viam patri, sed filio; cuius fuit præcursor. Respondet Galatinus lib.3.cap.12.& Iansenius lib.1.suæ Concordiæ cap.12. idem esse *ante faciem meam*, & ante Christum, *& ante te*, quia

Christus facies patris.

B Christus non tantum quoad diuinitatem sed etiam quoad humanitatem erat facies patris, quatenus erat imago patris simillima: nam perfectissime inter omnes creaturas patris perfectiones, & conditiones referebat. Probant autem Christum dici faciem Dei, ex illa summi Sacerdotis benedictione, qua iubebatur populo benedicere, Numer.6.24. *Benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem:* quæ de Christo esse intelligenda, Cyrillus, & Theodoretus affirmant: & Dauid, dum ad hanc benedictionem respiciens in Psalmo 76.1. dixit, *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.* & Psalmo 79. 8. *Ostende faciem tuam, & salui erimus.* & Ecclesiasticus cap. 36.

Sacerdos benedicens de Christo loquitur.

Cyrillus. Theodor.

C dum obnixe postulat mitti Christum: *festina, an, tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum. Suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo Prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te, vt Prophetæ tui fideles inueniantur. & exaudi orationes seruorum tuorum: secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ.* Quam esse Hebræorum intelligentiam asserit Galatinus, & adducit R. Mosem Hadarsan super 22.cap.Geneseos, qui illud Hoseæ 6.3. *viuificabit nos post duos dies, & viuemus ante faciem eius:* explicat, quæ, est rex Messias, sicut [illegible] in Psal. 79. *Domine Deus exercituum conuerte nos,*

D *& ostende nobis faciem tuam*, id est, Messiam tuum, *& saluabimur.* & R.Nahum[illegible] illud Psalm.[illegible] *Ego in iustitia apparebo conspectui tuo:* aut ego contemplabor faciem tuam, exponit, *Messiam tuum, & satiabor cum apparuerit forma tua*, figura, imago, aut similitudo tua. Atque hac ratione hunc locum Malachiæ intelligit Galatinus ex mente R. Mosis Ben Maimonis & Iansenius. Vt sit sensus: Ecce ego pater Christi mitto Angelum meum, qui præparet viam ante ipsum Christum, qui est facies mea, vel ante faciem tuam, hoc est, ante te ô Christe: & prosequitur pater, & veniet ad templum suum. At certe, si Christus facies patris est, & verba Prophetæ a patre dicta recte cohæreant modo explicato: sed Euangelistæ,

Refutatio.

E dum Prophetiam referunt dicentem. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te:* non possunt accipere *faciem tuam*, pro facie patris Christi: quia non recte diceret pater; ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, ô Christe, qui es facies mea, nisi

A in diuersa significatione, pro, ante te, vt explicant omnes Euangelistæ verba illa, *& præparabit viam ante faciem meam*, hoc est, ante te. Sic Prophetæ phrasim interpretantes, iuxta consuetudinem linguæ sanctæ; vt Isaiæ 45.2. quod Hebraice legimus, ego ante faciem tuam ibo: omnes vertunt. *Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo.* & Lucæ 10.1. *misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus*, & alias sæpe.

Phrasis Scripturæ, ante faciē tuam pro ante te.

Communior ergo sententia est, Hieronymi, Haymonis, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysii, Vatab. Montani, & Roberti, qui explicant hæc vt Christi verba dicentis; *Ecce mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam:* id est, ante me [illegible] Euangeli[illegible] interpretationem. Nā

Christi verba Ioannem mittentis.

B & Gabriel Lucæ 1.1[illegible] ad hoc Ioannis munus respiciens, dixit Zachariæ. *Ipse præcedet ante illum*, nempe Christum, *in spiritu & virtute* [illegible]. & ipse Zacharias [illegible] *Propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini* [illegible] *viam eius:* hoc est, ante Christum: *qui* [illegible] *Oriens ex alto.*

Solum restat conciliare Euangelistas cum Malachia. Nam Matthæus [illegible] Christum dicentem. *Ecce ego mitto Angelum meum & præparabit viam ante faciem meam.* Christus ante [illegible] Euangelistis refert hanc prophetiam dicens. *Hic est, de quo scriptum est. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te:* quasi alterum a se loquentem inducat. Quidam re-

Conciliatio Prophetæ cum Euangelistis.

C spondent: Missionem Ioannis opus esse Trinitati commune ac propterea singulis personis posse eam applicari ad eundem sensum, & ita apud Malachiam loquitur de se filius Dei, apud Euangelistas loqui putant, vel Patrem, vel Spiritum sanctum de Christo. Vel certe prædicat filius Dei Ioannem se missurum ante se hominem factum; quicum loquatur, quasi cum altero se; vt sic & Propheta conueniat cum Euangelistis. Videntur autem, vt humano more loquamur, tres diuinæ personæ de Ioanne contendere, cuius sit. Nam pater suum esse dicit. filius quoque. & Spiritus sanctus, adeo est insignis sanctitate, vt merito tota T[illegible] illum sibi vendicet, vt nemo audeat, nec possit [illegible] de manu eius.

Ioannes sanctitas.

D *Angelum.* Iam videndum est, quem hunc Angelum esse dicat, qui præmittit ante se Christus. Hebræi, quos refert Hieronymus, existimarunt hunc Angelum esse [illegible] quem præmisit Dominus posteriori suo aduentus. Eusebius lib.5. de Demonstratione Euangel[illegible] cap.28. Angelum hunc putauit esse Christum, quem p[illegible] pater, ad pr[illegible]andos animos hominum [illegible] habitet. Sed Chr[illegible] Ioannem Baptistam hunc Angelum [illegible] *Hic est, de quo scriptum. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam.* Matth. 11. [illegible] Luc. 1. [illegible] 7. & Marci cap.1.2. quam expositionem omnes Catholici & venerantur, & amplectuntur, Tertullianus, Chrysostomus, Hieronymus, Theodoretus, Rupertus, Remigius locis dictis. Nec licet nobis ab

3 Angelus Elias.

Euseb. Angelus Christus.

Ioannes Angelus est testimonio Christi.

Tertull. Chrysost. Hieron. Theod. Rupert.

E ea expositione recedere. Vnde colligitur de priori Christi aduentu hic sermonem esse. Siquidem Ioannes priorem Christi aduentum præcur[illegible]. S[illegible] dicitur Ioannes Angelus dictus est. Origenes, vt refert Beda in cap.1. Marci, existimauit Angelum dictum, quod esset natura, sed huma-

Ioannes Angelus dictus non natura. Origenes. Beda

 no cor-

no corpore vestitus, vt hominibus vti homo prędicaret: atque hanc nonnullorum temeritatem tenuit Cyrillus lib. 1. in Ioan. cap. 7. exponens illa verba: *fuit homo missus a Deo.* Nam reuera de Ioanne exposuit Christus locis dictis filio Zachariæ, cuius conceptionem, & natiuitatem narrat Lucas cap. 1. vt hominis; & vniuersum Euangelium, eius viuendi rationem, & mortem singillatim exposuit. Vocatur ergo Angelus ob ministerium præcursoris, quod tamquam legatus præmissus fuerit ad muniendam viam Christo per fidem, & pœnitentiam: & quod primus Euangelii nuntius aduenerit. Auctor imperfecti in Matth. Homil. 27. & Chrysostomus Homil. 32. in Acta, in doctrina Morali, ob insignem puritatem, & virtutem ita putant dictum. Nam auctoris illius hæc verba sunt. *Puto si non est audacia dicere, quod gloriosior est Ioannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum Angelus est vocatus, quam si nomine Angelus, & natura fuisset. Angelus enim hoc ipsum, quod Angelus est, non tantum est virtutis præmium, quantum naturæ proprietas. Iste autem mirabilis est, qui humana natura Angelicam sanctitatem transgressus est, & obtinuit quod non habuit natura per gratiam Dei.* Chrysostomus vero sic philosophatur. *Materia quidem est homo, fieri autem potest & Angelus, & bestia. Nam de quibusdam hominibus dictum est; Angelus Domini est, & ex labiis eius requirunt iudicium. & emittam Angelum meum ante faciem tuam: de quibusdam autem, serpentes progenies viperarum. Iam sane apud eos qui totum depingunt, potest fieri etiam homo Deus. Quid dico, Angelus, & Dei Filius: At hoc certe maius, quia vt fiat & Deus, & Angelus, & Dei filius, potestatem ipse accepit, & est homo Angeli conditor: Ergo si virtus Angelos facit; vtique Angelos possumus facere; & si non natura, certe proposito, & electione. Nam hoc quidem absente nulla vtilitas est Angeli esse naturam; id quod diabolus indicat, qui antea Angelus erat. Hoc autem præsente nullum damnum est hominem esse natura, vt in Ioanne, & Elia perspicuum est.*

3 *Ad templum.*] Nemo est Ecclesiasticorum, aut Hebræorum, qui de Christo hæc non intelligat. Sed in quod templum dicatur venturus, dubitatur? Augustinus libro 18. de Ciuitate Dei cap. 35. Cyrillus, & Theodoretus putant fuisse humanam naturam, siue carnem Domini, quam Filius Dei in vtero Virginis assumpsit, seu in Sacerdotium, vt vocat Rupertus, quod in ventre Mariæ suscepit ob primogenituram inde deductam. Nam Ioan. 2. 19. dixit Christus, *soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* & vt exponit Euangelista, *ille dicebat de templo corporis sui.* At hæc intelligentia non conuenit; quia Propheta sic explicatus à Christo, post missionem Ioannis ad præparandam viam Christo, dicit venturum Christum in templum; sed Ioannes tunc missus est cum cœpit pœnitentiam prædicare, & Christum prænunciare, vt patet ex cap. 1. 2. Marci, & ex Ioan. 1. 6. cum dicitur, *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes; hic venit vt testimonium perhiberet de lumine.* Sed missus est post trigesimum annum; ergo Christus ea ætate paulo post venit in templum suum. Quæ ratio etiam eorum refutat expositionem, qui de oblatione pueri Iesu in templo intelligunt: maxime cum Propheta insinuet ad prædicationem venturum, qua timorem incutiat; Ecclesia vero illi aduentui accommodat hæc verba, non quod sentiat ad id significandum esse prædicta.

Tertio. Christus venit in templum Ecclesiæ fidelium.

Tertio, Hieronymus, Cyrillus, Haymo, Albertus, & Montanus, Ecclesiam volunt intelligi fidelium, de quibus dixit Paulus 1. ad Corinth. 3. 17. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos:* & Marcus cap. 1. 14. inquit, *Postquam traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei,* & dicens, *quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei, pœnitemini, & credite Euangelio.* Verum hi Patres, vel nomine *Ecclesiæ* intelligunt congregationem Iudæorum, vel congregationem fidelium credentium in Christum, vel præsentem, vel quæ præterient. Priorem non videntur intellexisse, quæ non proprie dicebatur templum, seu Ecclesia Christi; ergo intellexerunt posteriorem fidelium, & Christianorum. Hæc autem nondum erat coacta, imo ad hoc venit Christus, vt illam cogeret, ex his, quibus suum Euangelium persuaderet: ergo non venit in hanc Ecclesiam, seu templum mysticum.

Refu[...]

Quarta expositio vera de templo materiali.

Quamobrem præstat quarta intelligentia Hieronymi, Alberti, Hugonis, Lyræ, Dionysii, Vatab. Isidon, Montani, & Roberti, qui hunc Christi aduentum intelligunt in templum materiale, ad prædicandum Euangelium regni, nam in eo tanquam in propria domo cœpit se ostendere, & doctrinam suam prænunciare; & quia in templum suum dicitur venturus, & templum non est, nisi Dei, hinc colligi dicunt Christum Deum esse. Venit autem in templum quoties Pascha celebrabatur, secundum consuetudinem, vt minimum: & post decollatum Ioannem, cum Galilæam perlustrasset, venit Ierosolymam & templum ingressus est.

Angelus testamenti.] Hoc est, fœderis, vt omnes 4
communiter intelligunt. Nam Christus, sicut Isaiæ 9. 6. pro *consiliarius*, à LXX. dictus est, *magni consilii Angelus*; ita hoc loco dicitur nuncius, Angelus, vel legatus fœderis, quod cum duplex sit, vetus, & nouum, videndum est, an vtriusque, vel alterius dicatur legatus. Quibusdam visus est Christus dictus vtriusque fœderis Angelus, quia ipse mediator semper extitit inter Deum, & homines, cum in veteri lege in persona Angelorum, & hominum apparebat, fœdera percutiens, & faciens vtraque vnum, pollicens se venturum ad humanum genus redimendum; sicut in natura humana assumpta venit tandem.

Christus Angelus vtriusque fœderis.

Christus qui in veteri lege apparebat, in noua homo factus. Communis Patrũ sententia. Clemens Rom. Ignatius. Origenes. Tertull. Eusebius. Irenæus. Hilarius.

Quæ sententia fuit Patrum communis, ex illo Isa. 52. 6. *Ego qui loquebar, ecce adsum,* ipse qui loquebar, ait Hieronymus, in lege, & Prophetis, Ecce adsum in corpore assumpto. & Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 3. & Epistol. libro 3. epistol. 9. propterea ab initio mundi fuisse hominum pædagogum docet Clemens Alexand. 3. libro Pædagogi, & lib. 1. cap. 7. & sæpe apparuisse in humana figura asserunt Clemens Romanus lib. 5. Apostol. Constitut. cap. 21. Ignatius Epistola ad Antiochenos, Origenes Tractat. 26. in 23. cap. Matthæi. Tertullian. lib. 4. aduersus Marcionem cap. 10. Eusebius lib 5. de Demonstrat. Euangelica à cap. 9. vsque ad 20. & lib. 6. in principio. Irenæus lib. 4. cap. 17. Hilar. lib. 12. de Trinitate.

> Cyrillus Ierosol. Cassianus. Leo. August. Isidorus.

rate. Cyrillus Ierosolymit. Catechesi 10. & 14. Basilius lib. 2. contra Eunomium, Ambrosius ad Coloss. 1. Cassianus lib. 5. de Incarnatione, cap. 8. & 9. Leo. Epistola 11. ad Pulcheriam Augustam. Augustinus 11. super Genesim ad literam, & lib. 2. de Trinitate cap. 9. & sequentibus. Isidorus lib. 1. de summo bono cap. 12. In Synodicis Constitutio. cap. 1. & in Concilio Syrmiensi, cap. 14. Vbi inuritur anathemate qui non dixerit Christum cum Iacob luctatum, & in Concilio Smyrniensi cap. 14. & 15. Dictus est præterea Christus Testamenti, seu fœderis noui Angelus, vt vult Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 35. Haymo, Albertus, Lyra, & Dionysius, & alij hunc locum exponentes, quia ipse nouum percussit fœdus, nouamque legem nunciauit, iuxta illud Ieremiæ 31. 31. *Ecce dies venient dicit Dominus; & feriam domui Israel, & domui Iudæ fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, quod irritum fecerunt, sed hoc erit pactum, quod feriam, dabo legem meam in visceribus eorum*, &c. quod quidem beneficium gentibus præstitum est, sicut prius illud solis Iudæis.

> Christus Angelus noui fœderis.

Verior, ac simplicior intelligentia est, vt *legatus*, aut *Angelus fœderis* dicatur Christus, id est, seruator ille in veteribus fœderibus initis cum populo Israel, & in antiquis promissionibus Iudæis promissus, qui ad hoc venturus prædicitur, vt antiqua patribus promissa compleat, & consummet; donec tandem suo sanguine corroboret; vt videtur Vatablo, Montano, & M. licet omnium enim gentium venerit quoque redemptor; sed ex fœdere, & promissione solius populi Israelitici. Nam Iudæos ex fidelitate seruauit, gentes ex misericordia. Quamuis autem in vniuersa Scriptura veteri promittatur Christus, sed pro omnibus alijs promissionibus illa sufficiat, Deuteron. 18. 18. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam.* Quod vero Christus venerit completurus omnes promissiones Patribus factas, Paulus docet ad Rom. 15. 8. cum ait; *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.* & hunc sensum indicant illa Prophetæ verba; *dominator, quem vos quæritis, & Angelus Testamenti, quem vos vultis*, hoc est, Christus patribus promissus, qui completurus est tot, tamque insignia promissa in vobis, qui eum propterea quæritis, & desideratis, veniet ad templum suum, vt sese vobis exhibeat, & ostendat. Falso igitur Iudæi *Angelum Testamenti* intelligunt Eliam, quod zelatus fuerit fœdus circumcisionis: & ideo in omni circumcisione, quam hodie etiam faciunt, adornant Eliæ sellam, putantes spiritum eius adesse, & zelari pro lege Domini.

> Christus Angelus fœderis, qui compleat verus in nouo.

> Christus ex fidelitate venit Iudæis.

> Falsa Iudæorum sententia de Elia.

5 *Vultis.*] Duobus his verbis, *quæritis*, & *vultis*, seu cupitis, aut desideratis, aut quo vos delectamini, vt Tigurina vertit; ostenditur vehemens ardor, quo veteres Patres flagrabant videndi Christum, eoque potiundi, vt à malis liberarentur, & bonis promissis cumularentur, volebant enim, & exoptabant eum, eiusque memoria delectabantur, sibiq; ipsis in eo complacebant; nam hæc omnia verbum Hebræum, quod versum est, *vultis*, significat. Hinc à Iacob dictus est Christus *desiderium collium æternorum*, & apud Isaiam 64. 1. *Vtinam dirumperes cælos, & descenderes*: quidam clamabant, &, *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum; aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Haggæi 2. 8. dicitur, *desideratus cunctis gentibus.* & Iesus Sirach Ecclesiastici cap. 36. 1. *Festina*, ait, *tempus, & memento finis*, & cetera supra relata numer. 2. Seque ipsos consolabantur Iudæi sacrorum lectione librorum, in quibus de aduentu Christi legebant, illumque omni expectatione præstolabantur, vt Machabæus, 1. Machab. 12. 9. faciebat, cum dixit; *Nos cum nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.* & de Simeone, Lucæ 2. legimus, quod *erat expectans consolationem Israel, & responsum acceperat à Spiritu sancto*, iuxta vehemens desiderium illius, *non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini*, & Anna Prophetissa *loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel.* Denique Lucæ 10. dixit ipse Christus, *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. dico enim vobis; quod multi reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt.* Et quidem licet omnes sic intelligant hæc verba: Montanus tamen ait ea duo verba, *quæritis*, & *vultis*, seu *desideratis*, addita, vt respondeatur impijs, & pijs: illis quidem in calce superioris capitis requirentibus, *vbi est Deus iudicij*: responderur, Deum iudicij, quem quærunt, arbitrantes iam suum populum abiecisse, venturum Dominatorem: pijs autem expectantibus, & desiderantibus, beneficio singulari promissum venturum Angelum Testamenti.

> Vehemens veterum desideriũ Christi.

> Christi memoria, & expectatione se consolabantur antiqui.

Ecce venit.] Hucusque actum esse de priori Christi aduentu, hinc autem fieri de posteriori ad iudicium, multi, hique graues auctores affirmant: Eusebius lib. 5. de Demonstrat. Euangelica, cap. 28. Chrysostomus in parænesi priori ad Theodorum Lapsum; & in Demonstratione; Quod Christus sit Deus, tom. 5. Ruffinus in Symbolum, in ea verba, *qui iudicaturus est viuos, & mortuos*, Theodoretus, Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 35. & lib. 20. cap. 25. & 26. R. Samuel lib. de aduentu Messiæ cap. 10. Remigius, Lyra, & alij, & consonat hæc sententia intelligentiæ Hebræorum, qui, vt refert Hieronymus, totam hanc Prophetiam de aduentu sui Messiæ in extremo tempore ad iudicium exponunt; illique præmittendum Eliam Angelum fœderis. Hieronymus vero, Haymo, Albertus, Hugo, & Isidorus, sua expositione ostendunt de vtroque Christi aduentu sermonem institui, quod aliqua dicantur quæ priori tantum; aliqua quæ posteriori soli conueniunt. At certe verior est expositio Cyrilli, & Theodoreti, qui inferius se corrigit, Ruperti, Dionysij, Vatabli, Montani, Roberti, & aliorum, de priori Christi aduentu hanc Prophetiam intelligentium. & ex ipso textu constabit in primis; quia cum dicit. *Ecce venit*, nihil nouum addit, sed explicat quod dixerat. *& statim veniet ad templum suum*, sed in prioribus verbis de priori Christi aduentu fit indubie sermo, cuius præcursor fuit Ioannes, ex Christi ipsius interpretatione: ergo & in posterioribus. Deinde, quia aduentum hunc dicit ad hoc futurum, vt emundet, & colet filios Leui, vt offerant Domino sacrificia in iustitia, Domino grata; sed aduentus posterior

> 6 1. Expositio de posteriori Christi aduentu. Eusebius. Chrysost. Ruffinus. Theodor. August.

> 2. Expositio de vtroque aduentu.

> 3. Expositio de priori aduentu.

Christi non erit, vt purget Leuitas, vt offerant d[...] incens[...] sacrificia, quæ nulla erunt, sed tantum, vt reddat vnicuique iuxta opera sua præterita. E[...] de priori hic tantum est sermo, cui omnia consonant.

Nam quod dicitur, *& quis poterit cogitare diem aduentus eius?* Verbum [...] *mecalkel* à verbo *Calcal*, quod est ad calculum disponere, ferre, continere, capere, aut comprehendere; significat, quis sustinebit vt Septuaginta, & Chaldæus legunt, & Tigurina. Vel quis ferre poterit, continere, aut capere cogitatione diem, in quo veniet? Quod est dicere. Quis poterit vel cogitatione metiri, aut comprehendere admiranda bona, quæ afferet venus ille dies, in quo veniet? & quis poterit ferre oculis tantam Solis iustitiæ lucem, & maiestatem? Vatablus, & Robertus hæc explicant de afflictionibus, quibus in primæua Ecclesia, Christi causa fideles affligebantur, vt sit sensus. Quis etiam iustorum perferet afflictiones, quæ tempore aduentus Christi excitabuntur: aut quis subsistet intrepidus aduersus illas. Verum ex antecedentibus, & sequentibus ostenditur hæc de Christo ipso esse intelligenda, qui sicut mitis venit piis, ita impiis durus increpator, quo ostenderet se iustum, nec sibi placere operantes malum; & idcirco statim dicitur, quod veniet, vt ignis, & vt herba fullonum, vt purget filios Leui; & ita exponunt in vniuersum omnes alij interpretes. Sed Montanus, & M. duplicem Euangelij effectum volunt his verbis significatum: reprobationem eorum, qui non crediderunt Euangelio; & credentium electionem; quorum illis grauissimus fuit aduentus Christi, vt impiis Pharisæis, & Iudæis, qui eiecti sunt de regno. His vero ita conspicuus, & iocundus; vt lippientibus oculis tantam Solis iustitiæ lucem, vltro se offerentem illi se fateantur videre non posse, imo nec cogitare. Ita Christi Euãgelium aliis fuit odor mortis in mortem; aliis odor vitæ in vitam. Vt Simeon dixit Deiparæ Virgini Lucæ 2. cum ait. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel: & in signum, cui contradicetur.* & Matthæi 21. 43. dixit Christus; *Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum.* Verum ex verbis ipsis Prophetæ, & ex aliis expositoribus, videtur colligi seueritatem Christi tantum significari, cum venturus dicatur, vt ignis conflans, & vt herba fullonum, ad expurgandum quidem, & emundandum homines à peccatis, non ad damnandum: vt in posteriori aduentu. & ita ait, vt muneris eius excellentiam significet, quis comprehendat diem illum, quo adueniet ad conflandum per ignem filios Leui? quis poterit subsistere ante eius conspectum sine magno timore, & reuerentia?

7 *Quasi ignis.* Efficacitatem miram gratiæ Euangelicæ describit duabus similitudinibus, ignis, & herbæ saponariæ, vt indicant interpretes, inter quos Theodoretus. Propheticus sermo, inquit, nobis Dominum tanquam quendam opificem ostendit, sordes peccatorum, veluti herba quadam, expurgantem, & ceu igni quodam animas nostras eiusmodi veneno liberantem. Et Lyra quidem, & Vatablus hanc expurgationem, siue per ignem, siue per [...]rbam, per trib[...]ones explicant faciend[...] quæ in [...]arig[...]urunt, & sicut igni probatur aurum, ita vir [...] camino tribulationis, iuxta ill[...] Psalmi 16. 3. *Pro[...]asti me Domine, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* Verum ceteri de efficacitate legis Euangelicæ intelligunt; Nam Christus sua prædicatione, & morte, & misso Spiritu sancto in forma ignis, vt dicunt Theodoretus, & Rupertus, eluit hominum peccata. Vnde Lucæ 3. 16. dixit: *Ipse vos baptizabit Spiritu sancto, & igni.* & quidem leuia pecc[...] herba fullonum Borith eluebat, vt mundaret co[...]ientiam pro[...]um. Nam ita solet extergere maculas [...] illud Marci 9. 2. *& vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis, velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere.* At grauior[...] combustionis vnd[...] [...]nymus: His, qui peccant grauiter Christus ignis conflans [...] omnimens: qui autem leuia peccata [...] herba fullonum, vt leuis mundi[...], secundum illud Isaiæ. 4. 4. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu combustionis*, vel *ardoris*: qui sordes habent, spiritu iudicij indigent, vt lauentur: qui sanguine pleni sunt, spiritu combustionis, vt sanguis, qui in eis extrinsecus litus est, auferatur.

Efficacitas gratiæ Euã[...] eluen[...] leuia peccata, & grauia co[...]burentis.

Leui.] *Per filios Leui* Theodoretus, & Dionysius eos videntur intelligere, qui ex tribu Leui crediderunt, qualis fuit Barnabas, & alij, quorum fit mentio in Actibus Apostolorum. Montanus spirituales Sacerdotes vult significari, fideles videlicet omnes, qui spirituales hostias Domino offerunt, iuxta illud 1. Petri 2. 9. *Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.* & Apocal. [...]. 6. *Qui lauit nos à peccatis in sanguine suo, & fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo.* At verius intelligunt Hieronymus, Rupertus, Remigius, Hauino, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius ipse, & Vatablus, veros noui Testamenti Sacerdotes, vt Apostolos, ac discipulos, cum eorum successoribus: quoniam veros legis Sacerdotes reprehenderat; & [...]orum sacrificia immunda, ac Deo exosa valde [...]tenderat: quibus opponit Euangelicos Sacerdotes: qui mundi, & expur[...] per Christum; à veteribus ceremoniis, vt ait [...]pertus; aut potius à sordibus, quibus veteres illi contaminati erant, sacrificia munda, & Deo valde grata, ob id dicta *Eucharistica*. Deo offerrent. Hos igitur purgaturus Christus sedit, vt accurate, serio, non obiter, Sacerdotes emundaret, tum à sordibus leuioribus lauando, vt fecit cum lauit pedes Apostolorum, Ioan. 13. qui quod mundi ess[...]nt, non indigebant nisi pedum lotione; tum à grauioribus per ignem, vt tanquam aurum, & argentum ceteros fideles & ipsi exornarent, & mundarent ex professo, ac serio, non leuiter: ne cura, ac diligentia impiorum vincantur, *qui in cathedra pestilentiæ sedent*, Psalm. *& sedentes aduersus fratrem suum loquebantur*, vt P[...] 49. conqueritur Dauid. 8

Filij Leui en Euangelici Sa[...]dotes a [...] [...]isto purgandi.

Sacrificia.] Hebræum nomen *Minhhah* singulare est, & munus, seu oblationem significat ex farina, oleo, thureq; confectam, [...] recte vnicum, ac incruentum c[...]p[...]ris Christi sac[...]ficium ex- 9

Eucharisticum sacrificium noui T[...]stamenti

primat,

Primo, quod à iustis iuste, vt ex iustitia mereatur, & satisfaciat, apud Deum, offertur: longe excellentius, & gratius quam vetera omnia sacrificia: de hoc enim sacrificio videtur intelligere Theodoretus, Rupertus, Lyra, & Dionysius: quamuis Albertus, Vatablus, & Montanus spiritum contribulatum, orationes, & ceteras spirituales oblationes velint intelligi, non ita commode: cum sacrificia Sacerdotum Euangelicorum obiiciat sacrificiis veterum Sacerdotum.

10 *Sicut dies seculi.*] Rupertus per dies hos, & annos antiquos, intelligit tempus ante legem, in quo per legem fidei placebant Deo sacrificia Patriarcharum, non per legem factorum, vt sub lege Mosis: nam vt tunc lex fidei faciebat grata sacrificia, ita nunc quoque nostra sacrificia per gratiam legis fidei grata fiunt, & dulcescunt Domino. Lyra asserit particulam, *sicut*, dicere analogiam figuræ ad figuratum; quia sicut acceptum fuit Deo sacrificium Abel, & Patriarchæ Abrahæ, & quod obtulit summus Sacerdos Melchisedech, & cetera, quæ in lege oblata sunt Deo: ita placebit, & vt Hebræa sonant, dulcescet Domino sacrificium corporis Christi oblatum in Ecclesia: ex quo illa habebant quod placerent. Montanus dicit particulam, *sicut*, non similitudinem, sed certitudinem significare, vt in Oratione Dominica, *sicut in cælo, & in terra.* quia ita certo placebit Deo sacrificium legis Euangelicę, atq; illa omnia vetera placebant, quæ à Leuitis mundis, & viris sanctis offerebantur. Addit Isidorus, illis verbis Hebraismum contineri, nam sensus est, longe magis quam vmquam antea placebit Deo Eucharisticum sacrificium, cuius vnius virtute illa omnia dulcia fuerunt.

Sacrificiū corporis Christi quam placeat Deo supra vetera omnia.

11 *Et accedam.*] Omnes fere interpretes, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, Albertus, & Hugo insinuant primum his verbis aduentum secundum Christi ad iudicium, atque ita esse existimant Lyra, Dionysius, & Vatablus. Verum Rupertus, & Montanus de priori Christi aduentu explicant melius; quia respondens illi impiorum quæstioni, *vbi est Deus iudicij?* cum dixisset, adeo grauem Christum venturum, vt coram illo nemo subsistere possit: nunc clarius explicat, quid fuisset facturus cum iis, qui nollent sua miseratione gaudere; *veniam*, inquit, *in iudicio*, tanquam qui eos sim condemnaturus, vt tamquam testis festinus, & oculatus, videam, ac notem omnes vitiosos, qui sua vitia nolunt deserere. Nam ob id Isa. 7. 22. dictum est, *butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum*; sicut enim olim Gen. 18. legitur descendisse Deus Sodomam, & Gomorrham, vt videret an ita esset, vt clamor peruenerat ad aures Dei: ita filius Dei homo factus venit in mundum, vt oculis conspiceret eius mala, & vt sua prædicatione damnaret incredulos: *sermo*, inquit Ioan. 12. 48. *quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.* & cap. 15. 22. *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.*

Christus prius venit vt testis, & iudex futurus.

12 *Ego non mutor.*] Rationem reddit constantiæ sententiæ suæ contra impios, ne existimarent instar hominis se mutatum ne puniat improbos, cum naturæ sit immutabilis. sic Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Isidorus. Quod vltio mea, inquit, non illico in malos descendit, non putetis propterea nullum futurum iudicium: nam vt promissio mea euacuari non potest, sic nec minarum obliuiscar; cum ego mutari non possim, vt homo: sed quod semel locutus sum, necesse quod eueniat. Semper enim in eadem persseuero sententia contra malos, licet aliquandiu differam: quod dixit Cyrillus. Vos putabatis me mutatum esse, vt cum antea iustitiam amarem, nunc mihi mali placerent; annon ita est? idem sum, nec vnquā mutor, semper mihi mali displicent. Vnde misericordiæ meę est, quod vos hactenus non consumpserim, vt merebamini: iuxta illud Threnorum 3. 22. *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.* Hieronymus alium sensum affert. Vos per maleficia, adulteria, periuria, calumnias, & violentiam quotidie mutamini, ego in iudicio nulla personarum varietate commutor; cumque seuerum, & iustum iudicem esse fatear, ô filij Iacob, tamen non estis tormentorum diuersitate consumpti, iuxta illud Ierem. 2. 30. *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt*, quod breuius dixit Rupertus. Ego Dominus de bono in malum non possum mutari, & è contra; vos de malo in bonū non estis mutari: sicut quęro nunc iustitiam, ita & semper quæsiui: at vos è contra, sicut recessistis nunc, ita semper Spiritui sancto restitistis, & non estis consumpti, id est, non estis mutati. & verbum quidem Hebræum hoc habet significatum, *& vos filii Israel, non defecistis, cessastis, aut finistis*, supple, malefacere. Vnde & Septuaginta verterunt, *& vos filii Iacob non recessistis à peccatis patrum vestrorum*, vt legunt Hieronymus, Theodoretus, Complutensis, & Regia editio, vel *ab iniustitiis*, vt legit Vaticana: Sunt qui tertio ita exponant: falso vos mutabilem me accusatis, quod contra promissa patrum vos consumpserim, nec enim ego sum mutatus, nec vos consumpti. Chaldæus quartum hunc addit sensum, quem sequitur Montanus. *Ego enim Dominus*, inquit, *non mutaui pactum meum, quod à seculo est, & vos domus Israel putatis quod quicumque moritur in hoc seculo iudicium eius cessat.* Hoc est, vt exponit Montanus: Quamuis aliquis multus è vita discesserit, non propterea impunitus, ac liber euasisse dicendus est, cum idem Deus, scelerum iudex, atque vltor semper constet: & is qui è vita discesserit non omnis fuerit consumptus. Itaque licet pœna aliqua corporali, & visibili impij aliqui impuniti abierint; restat tamen secundus Christi aduentus, in quo debitæ illis pœnæ infligentur. Primus sensus simplicior, & verior est; idem ipse sum, cui & boni placent, & mali displicent, & nihilominus vos non mutamini, neque recessistis à vestris peccatis: siquidem à tempore patrum vestrorum à lege defecistis.

Sensus 1.

Sensus 2.

Sensus 3.

Sensus 4.

Sensus primus verus.

13 *Si affiget.*] Verbum Hebræum קבע. *Kabangh*, quo hic Propheta vtitur, proprie est, *per vim aliena rapere*, vt accipiunt Hebræi omnes, & recentiores interpretes. Pagninus, Vatablus, Robertus, & Montanus, ac sic legunt. *Numquid rapiet homo Deum*, id est, quæ Dei sunt: *quia vos rapuistis me*, id est, mea. *& dixistis, in quo rapuimus te*, id est, tua? *in decima, & in oblatione.* quia videlicet rapitis

Lectionis ratio.

decimas,

A decimas, & oblationes meas. Septuaginta verbum illud transpositis literis pro עקב ughakab acceperunt, quod est *supplantare, peffundare*, aut *opprimere*. Aquila, Symmachus, & Theodotio; vt referunt Hieronymus, & Theodoretus, per *fraudare*, aut *defraudare*, verterunt. Sed omnes ad eundem sensum. Numquid homo audebit eripere Deo, quæ Dei sunt, illumq; suis defraudare. vos vero mea mihi rapuistis, meq; defraudastis; dum spoliastis ministros meos decimis, eis ex lege debitis. Chaldæi tamen, Syri, & Rabbini hoc verbum accipiunt pro *figere*, seu affigere, vt notat Hieronymus, & ita vertit hic Vulgatus, & Prou. 22. 22. *Non facias violentiam pauperi, quia pauper est: quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt animam eius*. & Tigurina dixit. *Num homo Deum adfigit*, &c. Et quamuis Hieronymus, Rupertus, & alij, accipiant, pro *configere* proprie, quod suis sceleribus Christum Deum suum filij Israel cruci confixerint. At verius hoc loco per metaphoram pro affligere, accipiunt, dolore vehementi, aut ad iracundiam prouocare, quomodo dixit Chaldæus, numquid ad iracundiam prouocat vir iudicem? Et ad priorem sensum interpretantur Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius; Num audet homo suis fraudibus, & rapinis Deum affligere, eique molestiam inferre: Vos vero vehementer molesti fuistis mihi, cum nolueritis soluere ministris meis decimas, & primitias, quas ex lege illis debetis. Nam me defraudatis, cum ministros meos defraudatis. Iuxta illud Matth. 25. 41. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare*, &c. *quod enim vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Chaldæus, dum nomen *Elohim* vertit, *iudicem*; & Isidorus secutus Munsterum, cum ait. *Numquid vim faciet homo iudicibus? Vos autem vim facitis mihi:* hunc sensum indicant. Homo non audet offendere iudicem terrenum, & vos parui ducitis offendere vniuersorum Dominum, ministros eius decimis, & oblationibus spoliando?

Deus sibi vindicat vltionem de rapinis decimarum.

14 *In decimis.*] Hebr. *in decima*, & תרומה *terumah*, quod nomen eleuationem significat, seu sepositionem, nempe donaria, aut anathemata, quæ in templo appendebantur. Vnde Tigurina vertit, *in magnificis donis*, & Pagninus, *in oblatione*, quæ à communi vsu segregabantur, & Deo seponebantur. Sic Exodi 25. 2. *Loquere filiis Israel, vt accipiant mihi terumah. Hæc autem est terumah, quam accipietis ab eis; aurum, argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram.* vt etiam Exodi 35. 5. Septuaginta, & Vulgatus *primitias* verterunt; quod nomen quadrat auro, & argento, & ceteris; munificum, & liberale donum alij esse volunt, vel oblationem, aut separationem; vnde Exodi 30. 13. quod Hebraice dicitur, *Dimidium sicli terumah Domino*, Septuaginta verterunt, *oblatio Domino*. & Vulgatus, *media pars sicli offeretur Domino*, & Thargum, *separatio coram Domino*. nomine primitiarum frequentius transfert Vulgatus secutus Septuaginta, quæ Leuitis debebantur, ex Leuitici 27. 30. *Omnes decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur.* & Deuteron. 12. 6. *Et offeretis in loco illo holocausta, & victimas vestras, decimas, & primitias, seu oblationes manuum vestrarum, vota atque donaria, primogenita boum, & ouium.* & v. 12. *Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro vos, & filii ac*

Sacerdotibus lege debita non soluta.

A *filiæ vestræ, famuli, & famulæ atque Leuites, qui in vrbibus vestris commoratur.* Hæc ideo ... Malachias, quia, vt legimus Nehemiæ ... cap. ... tanta penuria populus laborabat, ... decimas ... eis non dabant. Vnde lib. 2. c. 13. ... *Et cognoui quod partes Leuitarum non fuissent datæ, & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis & cantoribus ... egi causam aduersus magistratus. dixi: Quare dereliquimus domum Dei? & congregaui eos, & feci stare in stationibus suis: & omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini, & olei in horrea: constituimus super horrea Selemiam Sacerdotem, & Sadoc Scribam*, &c. *& ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum.*

Cataractas.] ארבות *aruboth* a verbo ארב *arab* B quod est, *insidiose prospicere ad erumpendum ex insidiis*, significat *cataractas*, seu *fenestras*, vnde & *foramen, ex quo fumus, vel aqua latens erumpit, velut ex insidiis*. Hoseæ 13. 3. *& sicut fumus de fumario, seu fenestra.* Itaque fictitiæ fenestræ in cœlo ... vel in aere ... cuntur vulgo aperiri tempore diluuij, & ingentium imbrium cataractæ dictæ, vt portæ, ex arte factæ in fluminibus, emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneæ; vnde cum imperium mit. Sic Gene. 7. 11. dicitur. *Rupti sunt fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt.* Non quod foramina fiant in cœlos, per quæ proruant aquæ, quæ super cœlos sunt, vt eo loco fabulantur Hebræi, & nonnulli Catholici, sed est prouerbialis locutio: nam sicut cœlum clausum dicitur, cum non pluit: vt Lucæ 4. 25. *quando clausum est cœlum annis tribus*, quod Iacobus c. 5. 17. dixit, *& non pluit annos tres*: ita cum nubes dissoluuntur, & magno impetu aquam demittunt, fenestræ cœlorum dicuntur à vulgo aperiri; & ideo dixit hic Hieronymus. Si non effudero tam copiosam pluuiam, vt cataractæ cœli apertæ esse credantur.

Ad abundantiam.] Hebraice עד בלי די *hhad beli dai*, *vsque ad non sufficiens*, hoc est, vltra sufficiēs, aut vltra quam necessium fuerit, vt exponit Montanus & Chaldæus: *adeo vt dicatis satis est.* quod Septuaginta dixerunt, vsque dum sufficiat. Vulgatus, *vsq; ad abundantiam*. Sed Pagninus, Vatablus, & Robertus, verba Hebræa, *vsque ad non sufficientiam*, explicant, vasorū, & horreorum: adeo enim abundabunt prouentus, vt vasa vino, & oleo, & horrea frumento colligendo non sint satis. Vnde vertit Pagninus, *adeo vt non sint vobis sufficientia vasa*. sensus Vulgati explicatur hac intelligentia, & augetur. Nam omnibus vobis continget, quod tempore Elisæi cōtigit mulieri de vxoribus Prophetarum, 4. Regum 4. 3. cui cum ex Elisæi præscripto filij offerrent vasa, in quæ illa infundebat oleum, cum plena fuissent vasa, dixit ad filium suum, *affer mihi adhuc vas, & ille dixit, non habeo, stetitque oleum.* Nam dona Dei in sui cultores exhibita, non angusta non modica, & insufficientia sunt, vt sunt præstita ab hominibus, ac dæmonibus: sed augusta, maxima, & abundantia sunt, vt etiam superefluant. 16

Affluentia Dei in vos.

E *Desiderabilis.* Terra beneplaciti, aut complacentiæ, aut desiderij, aut voluntatis, quam Deus vult, & modis omnibus tuetur, & fouet. Hoc est, iuxta, Hieronymum, Remigium, Haymonem, & ceteros, eritis vos homines habitantes terram amœnam, & fertilissimam quam omnes desiderabunt habitare. Ita de ... ipsa explicāt hi cum 7

Vatab ...

Vatablus; eritis vos, id est, terra vestra desiderabilis. Sic etiam Chaldæus, *quoniam vos habitabitis in terra domus maiestatis meæ.* At Septuaginta supplent particulam similitudinis, *sicut*, & de ipsis Hebræis explicant, vt etiam Cyrillus; *eritis vos*, inquiunt, *vt*, vel *sicut terra voluntaria*, seu *accepta.* Verum nomen adiectum, *desiderabilis*, aut accepta, aut beneplaciti, Hieronymus cum sequacibus, Vatablus; & Robertus, ad gentes referunt; eritis vos in terra, quam omnes gentes desiderabunt incolere; aut vos eritis virentes, prosperi, & diuitiis abundantes, quales gentes esse desiderabūt. Sed Chaldæus refert ad Deum; *habitabitis in terra domus maiestatis meæ, & fiet in ea voluntas mea dicit Dominus.* & Montanus, terra voluntatis, quam Dominus vult, & modis omnibus tuetur, & fouet: in qua sibi complaceat, quam velit, & habeat acceptam, & in qua fiat voluntas diuina. Terautem, quæ terve terra felix est, in qua Deus sibi complacet; & ob hoc beatior, quam si bonis omnibus abundaret.

Terra desiderabilis cur dicta.

18 *Inualuerunt.*] Redit iterum ad increpandam blasphemiam, in fine capitis præcedentis propositam: *Omnis qui facit malum bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent.* & quia penuria constricti Israelitæ, auxerant, & multis verbis repetuerant eandem blasphemiam: inquit modo: *Inualuerunt*, aut *prævaluerunt aduersum me verba vestra.* Hoc est, aggrauastis contra me verba molestissima, & quasi graui onere me depressistis, vt exponunt Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & Montanus. Durissimis ait, & cōtentiosissimis verbis aduersum me egistis. Vel secundum Vatablum, vltra modum obloquendo verbis vestris me insultum accusatis. Vel secundum alios; cum ego procurauerim vos in mea religione continere Prophetarum meorum admonitionibus; præualuistis super me, hoc est, superastis me, cū plures vestris verbis ad vestram blasphemiam traxeritis; quam ego meis admonitionibus allexerim ad pietatem. Nam facilius mutantur ab improbis probi, vt suam sequantur vitæ rationem, quam improbi à probis. Verius est verbum Hebræum חִזְקוּ *hhazeku* significare, augere, roborare, aut fortificare verba aduersus Deū, & in dies crescere in blasphemia, hoc est, magis, ac magis contentiose, male, ac sinistre loqui de Deo. Verba vestra blasphema, contra me in dies magis, ac magis crescunt, & roborantur. Hunc sensum habent Chaldæus, Lyra, & Robertus, & probatur ex subiuncta improborum interrogatione, *quid locuti sumus contra te?* Hebraice נִדְבַּרְנוּ *nidbarnu*, hoc est, *quid assidue locuti sumus cōtra?* nam hoc verbum passiuum sermonis cōtinuationem, assiduitatem, seu consuetudinem obloquendi significat. Vnde de hoc queritur Deus, quod ab se abiiciunt impij. Sic ergo habet Chaldæus: *quod si dixeritis, in quo multiplicauimus sermonem coram te?* & Lyra; inualuerunt, id est, contra me sunt multiplicata verba vestra: dum dicitis: *vanus est qui seruit Deo.* grauissima enim est Deo, & molestissima hæc assidua oblocutio, & in consuetudinem versa obmurmuratio obfirmata.

In oblocutores aduersus pietatem.

19 *Ædificati sunt.*] Hieronymus in traditionibus Hebraicis in cap. 16. Genesis, notat domum alicui ædificare, esse filiis eum augere, vt Exodi 1. dicitur, *& quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis* ... Deutero. 25. *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui*, id est, non suscitat semen fratri suo, ei filios generando. Verum etiam est, esse idem quod familiam, & familiarem, atque domesticam rem, patrimoniumque constituere, vt Psalmo 126. *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.* Atque ita omnes expositores hic accipiunt, pro augere patrimonia, affluere diuitiis, & bonis. Et quidem quasi sermo sit in cōmuni de malis quibuscumque; Isidorus solus ex M. sententia sic exponit. Nulla est merces bonorum etiamsi dederimus decimas, si ieiunauerimus, & alia bona fecerimus, non augebuntur opes nostræ: & interim videmus impios, qui nihil boni faciunt, sim gloria, opibus, & voluptate: stipantur amicis ædificantur, & propagantur. Sed & tentantes Deum per transgressiones, nihil incommodi sentiunt.

Ædificare quid

Florent impij.

Tentauerunt.] בָּחֲנוּ *bahhanu probauerunt Deum*, seu *periculum fecerunt de iustus Dei, vtrum sese vlcisceretur de illis*; vel *explorauerunt vtrum Deus is esset cui malum displiceret, ac puniret*: creuerunt, ait, in impietate, nam non contenti suis in Deum effusis blasphemiis, etiam probauerunt Deum, & euaserunt, hoc est, etiam seipsa voluerunt augere peccata peccatis, & male agere in conspectu Dei, eique sese opponere, aut resistere, vt vertunt Septuaginta: eumque prouocare ad indignationem, vt experirentur, verum sua audacia, & impietate moueretur ad eos perdendos; & cum viderent non esse vocem, neque sensum, neque vllam pœnam sibi infligere, sed omnia contra prospere succedere, & liberos euasisse; quasi victores de Deo securi agebant, ac impune peccabant. *Etenim*, vt dicitur 2. Machab. 6. 13. *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere; magni beneficij est iudicium. At expectare patienter, vt eos, cum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat, extremum supplicium est.* 20

Peccantes tentant Deum.

Dei patientia.

Tunc locuti sunt.] Hoc est, iuxta communem expositionem Hieronymi, & aliorum: Timentes Deum, vt sese opponerent oblocutioni blasphemæ impiorum; assidue & ipsi loquebantur ea, quibus Dei causam tuerentur, sese inuicem exhortantes ad perseuerandum in eius obsequio, & ne desciscerent à sua vitæ ratione. Numquam enim desunt, qui Deum timeant, & resistant impiis, vt tempore Eliæ, illa quinque millia hominum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Solus Montanus, licet prædictam admittat expositionem, suam addit nouam, à communi diuersam, ex verbi *dibber* singulari significatione: nam & excidere, perdere, seu vastare significat, vt Psalmo 17. 48. *Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me.* Hebr. *Deus est qui dat vltiones mihi, & deterit, seu disperdit populos mihi.* & Psalm. 46. 4. *subiecit*, vel *vastauit populos nobis.* & Psalm. . 5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua*, vel increpabit eos vehementissime. Vnde nomen *debber* pestem significat, & internecionem: atque ita vertit. *Tunc vastati sunt timentes Dominum, vnusquisque ad proximum suum.* Hoc est: tunc sic impune peccantibus impiis, plurimum detrimenti pietas accepit, dum timentes Dominum à sociis, vicinisque oppressi, ac perculsi, ex[illegible]. 21

Probi [illegible] pon[illegible] pro[illegible]

Expositio noua.

Et atten-

22 *Et attendit.*] Lyra, & Isidorus existimant hæc esse verba, quæ locuti sunt timentes Dominum adinuicem, vt sese opponerent oblocutioni impiorum, & coniunctionem, *&*, pro, *id est*, per epexegesim, dicunt accipiendam, vt sensus sit. Tunc, cum impij sic temere loquerentur secum inuicem, contra locuti sunt mutuo qui timent Dominum, in hanc sententiam: nempe; Non dormiit Dominus, sed attendit, & audit blasphemias impiorum: & iustos proborum sermones: & in libro veluti memorialis conscribit, vt suo tempore reddat vnicuiq; iuxta opera sua: licet nunc differat. Verum Hieronymus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, Vatablus, & Montanus, existimant, nihil hic exprimi, quod locuti fuerint timentes Deum; tantum indicari ea fuisse locutos de Dei prouidentia, & iudicio extremo, quæ ipsi ex Scriptura didicerant: vt resisterent impiis. Deinde subdit Propheta, Deum vtrorumque verba attendisse, & in gratiam piorum in libro scripsisse, vt suo tempore indicet, & puniat. Vatablus, & Montanus putant attendisse Deum blasphemias impiorum, & in gratiam piorum memoriæ mandasse, vt supplicio eos afficiat. Theodoretus tamen, & Rupertus, verbis ipsis conformius, existimant Prophetam voluisse ostendere, quanta attentione, & cura audierit bona piorum verba, vt ea digno præmio remuneraret. Cum hæc inquit, audisset eos inuicem agitare, scilicet timentes Deum; bonorum suorum Deus sponsioné perscriptam fecit se timentibus; his nempe qui permagno æstimant Dei cultum, & timent quippiam eorum, quæ illi displicent, committere. Nam eorum verba in libro memoriæ suæ conscripsit, ne obliuione delerentur, & sibi acquireret vt proprium peculium.

Deus fauet piis.

23 *In die.*] De die iudicij extremi, Hieronymus, Theodoretus, & omnes intelligunt, quamuis solus Montanus de priori Christi aduentu declaret, non satis ad rem; vult enim ostendere quanto præmio sit remuneraturus iustos, qui Dei causam tuentur contra impios, & confitentur eum coram hominibus, non reueriti eorum minas, & blasphemias. Et quantum discrimen futurum sit in illo die explicandum inter iustos, & iniustos, qui in hoc seculo permisti non discernuntur. Nam primum, ait Deus, se illos iustos, selecturum vti peculium, & regium thesaurum. Hebraice סגלה *figulah*, de cuius nominis significatu, & excellentia rei significatæ, diximus super caput 2. Epistolæ Pauli ad Titum numero decimo tertio.

Dies iudicij ad pœnam & præmium.

Et parcam.] Verbum חמל *hhamal*, quod omnes hic vertunt, *parcere*, & Septuaginta, *eligere*: alij *lætari*, significat, affectu, & commiseratione in aliquem moueri, & in summam gratiam cum illo venire; præteritis omnibus traditis obliuioni. vt 2. Regum 21. 7. dicitur, *pepercit rex Miphiboseth filio Ionatha, propter iusiurandum, quod fuerat inter Dauid, & Ionatham*; hoc est, indulsit, & motus commiseratione in suam curam suscepit. Itaque non tam est parcere peccanti, quam dolore, aut miseratione commoueri in illum præ alio, vt 1. Reg. 15. 9. *Et pepercit Saul, & populus*, hoc est, seruauit, & misertus est, *Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea: quidquid vero vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt*, 1. Reg. 23. 31. *Benedicti vos a Domino, quia doluistis vicem meam*, vel misetti estis mihi, pro pepercistis mihi. Ezechiel 16. 5. *Non pepercit super te oculus*, pro non misertus est tui oculus vllius; *vt faceret tibi vnum ex his*. & Ezech. 36. 21. *& peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in gentibus, ad quas ingressi sunt*; pro misertus sum autem nominis mei sanctissimi, vindicaui illud à pollutione, & iniuria, qua afficiebatur: consului honori, ac gloriæ nominis mei. ad hunc sensum loquitur Dominus de timentibus eum: *& parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.* Hoc est, & ego illos mihi vindicabo, vt ait Theodoretus, & eripiam ex manu impiorum; non aliter, quam pater solet filium sibi obsequentem ex iniquorum iniuriis vindicare, & sua clementia eripere, & liberare, & ingratis præferre.

Cura erga pios.

Conuertemini.] De vera conuersione explicant Lyra, Isidorus, & Montanus. At Hieronymus, Remigius, Haymo, Rupertus, & alij, de sera, & inutili pœnitentia, quando ex reipsa colligent; *ergo errauimus à via veritatis*; in iudicio enim impij illi blasphemi, qui putabant Deo non esse curæ iustos; & vanum esse, qui seruit Deo; vel inuiti mutabunt sententiam, & conuertentur, vt agnoscant veritatem; & experientur quantum intersit inter iustum, & impium; inter obsequentem Deo, & non obsequentem ei; aut inter colentem Deum, & non colentem eum. Huius cognitionis modum, & rationem discretionis in sequenti capite explicat Propheta. 25

In iudicio sero licet impij cognoscent veritatem.

MALACHIÆ PROPHETÆ

PARAPHRASIS.

ECce enim [1] dies ille nominatissimus iudicij veniet, D[...] furore exardescens quasi clibanus: in quo patebit quantum intersit iustum inter & iniustum. Nam in eo omnes superbi, & quicumque operantur impietatem, sic erunt [...]oram irato Deo, vti infirmissimæ stipula in conspectu i[...]nis, & veluti arbor inutilis, quæ ne[...] [3] radices habebun[...] ra[...]os. [4] A[...] qu[...] timetis nomen meum, iudex [...] stus, vt Sol i[...]stitiæ exorietur, qui reddet vnicuique [...] opera sua, [5] & sanitas ex eius radiis, omnisque

CAP. IV.

1 ECce enim [1] dies veniet [2] *succensa quasi caminus; & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen.* [4] *Et orietur vobis timentibus nomen meum*
2 *Sol iustitiæ* [5] *& sanitas in pennis eius. & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios,*
3

[illegible] Solis lux diffunditur [6] Et [illegible] quasi vi tote, qui illuculque [illegible] & exilietis præ exultatione vitulorum ostium pascuis exultantium, & conmutatis rerum vi [illegible] pedum plantis, impios pessum dabitis in cinerem redactos, a quibus modo pessumdamini, & fiet certe, vt dico, in die illo iudicii, quem suo tempore adesse faciam, ait Dominus exercituum. [7] Recordamini igitur in tempore ne in die illo inter impios reperiamini. [illegible], quam dedi Mosi seruo meo, præcipiens [illegible], vt vobis illam traderet custodiendam, in monte Horeb, continentem præcepta ad religionem spectantia, [illegible] ea quæ ad iudicium exercendum pertinent, iudicialia, [illegible] omnem Israelem. Cinus vt vos legis admoneat, ecce ego ante extremum illum diem magnum, & terribilem, mittam vo[illegible] Prophetam, qui suis exhortationibus efficiet, vt omnes vos, tam patres, quam filii [9] eodem corde, vnanimique [illegible] me Deum verum Christum. Quo[illegible] ob vel[illegible] am in impietate obfirmatam mentem non præstiterit, veniam ego iudicaturus [10] & terram percutiam extrema maledictione.

cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. *Mementote legis* 4
Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel, præcepta, & iudicia. *Ecce ego mittam vobis* 5
Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. [9] *Et conuertet cor patrum ad fi-* 6
lios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam [10] *terram anathemate.*

ARGUMENTUM.

PRÆNVNCIAT Propheta ad hoc vnum potissimum definitum esse à Deo iudicii diem extremum, vt piorum felicitas, & infelicitas impiorum, quæ in hoc mundo quod commixta esset; non dignoscebatur, discernatur. Hortatur ad obseruantiam legis, promittens ante illum diem præmittendum Eliam, qui eos legis admoneat, si velint iudicis indignationem effugere.

COMMENTARIVS.

1 Dies. Rationem reddit eius, quod dixerat: in die iudicii videndum, quid sit discriminis inter iustum, & impium: inter seruientem Deo, & non seruientem ei. Atque de iudicii die extremo omnes hic fieri sermonem intelligunt, Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus, & Isidorus. Solus Montanus de priori Christi aduentu explicat, per quem duo effecta sunt: nam Euangelium improbis, & incredulis, quasi ignis consumens fuit: piis autem, & credentibus vt Sol iustitiæ. Verum si ante hunc diem præmittendus est Elias; cum Elias non sit præmittendus priori, sed posteriori Christi aduentui, de die iudicii extremo, proculdubio loquetur Malachias.

Dies iudicii definitur ad discretionem bonorum, & malorum.

2 *Succensa.* De vero igne, qui præcedet diem iudicii, de quo Psalmo 96. *ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius*; & qui subsequetur in inferno, intelligunt Hugo, Lyra, & Vatablus. De metaphorico vertus Hieronymus, R[illegible]igius, Rupertus, Haymo, Albertus, & Isidorus, hoc [illegible] de furore iudicis, & seueritate, qua iudicaturus est impios; de vltione diuina, & calamitate, ad quam impii deuenient. Nam qui hic ad humilitatem demitti non possunt: nec incuruari ad obseruantiam mandatorum Dei, erunt in iudicio Dei, veluti infirmissima stipula in conspectu ignis, & veluti arbor inutilis, quæ nec radices habet, nec ramos: quia nemo tunc patrocinabitur damnatis conscientiis: nihil erit quo se excusent: nemo redimet, & nemo miserebitur; sed deuicientur veluti stipula in ignem perpetuo arsuri. Huius sensus ratio est; quia hic [illegible] instituit discrimen inter impios, & timentes Deum, quod illi experientur ignem furoris iudicis: timentes autem lucem claram, & placidam Solis iustitiæ. Quod si de igne præcedente iudicium intelligeretur, non distinguerentur iniusti ab iustis; nam illo igni omnes sunt perituri siue iusti, siue iniusti.

Furor iudicis Christi.

Radicem. Duabus similitudinibus comparat impios: & stipulæ, cuius nihil remanet ex combustione; vel quæ non potest igni resistere: & arbori, cuius radices, & ramos dies illa succensa, quasi clibanus, penitus comburet. Ita enim impii coram Deo iudice, & vltore non resistent: sed omnino disperdentur eorum radices, & rami, per quæ Chaldæus, & Dauid Kimhi intelligunt filios, & nepotes, cum tamen in die iudicii vnusquisque onus suum portabit. Hieronymus, Remigius, Haymo, Dionysius, & Hu[illegible], d[illegible] dicunt, non relinquet in eis v[illegible] radicem, a[illegible] germen malitiæ: siquidem in die [illegible] peccata non sunt auferenda, sed punienda. [illegible] in illo die nullum vitium, quod radix est, nullum vel peccati germen impunitum abiturum: aut nec cogitationem, nec opus ipsum peccandi. Cyrillus, & Vatablus, nullam spem exponunt, remansuram impiis redeundi ad vitam, quam in hoc mundo viuimus, siue naturalem, siue moralem: quia morte æterna damnandi erunt, e qua nemo liberabitur; sicut arbor, sine radice non potest renasci. Vnde & Lyra intelligit, nullam spem futuram redeundi ad vitam gratiæ, & ad opera virtutum. Albertus vult intelligi, nihil terrenum reliquum fore, vel prosperi [illegible], vel voluptatis, vel boni, quo in hac vita fruebantur, omnia enim bona simul illis auferentur, & spes illa habendi. Verum quia præsentem illius diei calamitatem, impiorum vult explicare, sicut præsentem piorum exultationem, & illos stipulæ comparauerit [illegible] igni, quæ nihil habet, quo resistat [illegible] videtur ad eundem sensum adducta comparatio arboris [illegible] quod sicut arbor 3

Similitudine stipulæ, [illegible] Dei [illegible].

carens radice, & germine, non habet, quo redeat ad vitam: ita nihil impiis reliquum futurum, quo se tueantur coram iudice, vt in eius gratiam redeant: quia tunc nemo tunc patrocinabitur, frater non redimet, neque miserebitur: neque quidquam ex bonis huius mundi illis proderit, vt visionem diuinam euadant. quem sensum amplexus est Isidorus; ex Munstero.

4 *Expositio 1 de priori Christi aduentu. Chrysost. Theod.*

Et orietur.] Chrysostomus Homil. de Futuro, & Ecclesia tomo 5. Theodoreto. Isidoro, & Montano videtur hic sermo de priori Christi aduentu institutus. *quando visitauit nos Oriens ex alto*, vt dixit Lucæ 1. 78. Zacharias, *illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Sicut enim Sol hic visibilis radiis suis, quasi quibusdam alis, perlustrat vniuersum orbem, & omnia illustrans, vniuscuiusque rei naturam, colorem, ac figuram, oculis intuentium obiicit: suo etiam calore terram facit germinare, & variis herbarum, florum, & arborum generibus eximiam terræ faciem exornat: & intima eius viscera metallis, & gemmis locupletat: Sic splendor gloriæ Patris Christus, alis humanitatis concitatus, exultans vt gigas ad currendum viam, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, ac sese omnibus non obsistentibus, summa cum iustitia, & æquitate communicat, & varia virtutum genera, tam intra animæ viscera, quam extra per opera producit: quibus sicut terra herbis, floribus, & fructibus: & cœlum nitentibus astris, perpulchra redditur, Deoque, & Angelis eius periocunda, & grata. Quoad hunc sensum Sol iustitiæ dicitur Christus, vt volunt Theodoretus, Vatablus, & Montanus; quod nos iustificet, & omni virtutum genere fidelis cuiusque animum adornet. Vel quia æque se communicat omnibus, vti Sol: & puritatem efficit mentis, & claritatem, expulsis tenebris, & vitiis; vnde Chaldæus vocauit hoc loco *Solem puritatis.*

Christus vti Sol mundo.

Expositio 2 de posteriori aduentu Christi. Euseb. Hieron.

Verum Eusebius Cæsar. libr. 5. de Demonstrat. Euang. cap. 29. Hieronymus, & ipse Theodoretus, Remigius, Rupertus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, Dionysius, Vatablus cum cæteris de posteriori Christi aduentu ad iudicium exponunt. Nam cum diuersum statum piorum, & impiorum futurum explicet Propheta; sicut calamitatem impiorum ad extremum diem refert, ex communi sententia; ita felicitatem eo die obuenturam piis, modo declarat. Orietur enim tunc timentibus nomē suum, vt Sol: nam quemadmodum Sol suo exortu, noua quadam luce, eos, qui noctis tenebris offusi, tristes iacuerant, perfundit hilaritate, & iocunditate: ita tunc Christus iustis apparebit, qui illucusque in tenebris, & in vmbra mortis sederant: afflictionibus oppressi, & impiorum infestationibus pessundati; noua quadam iocunditate, ac hilaritate eos perfundens, numquam antea consueta: qua dignoscetur facile, quantum intersit iustos inter, & malos, quibus prospera cuncta contigerant.

Christus iustis vti Sol hilaris apparebit.

Nam sicut nox suis tenebris di[...]tur dolorem rebus inferre, v[t d]ixit Poeta 9. Æneidos, *& rebus nox abstulit atra colorem*: & Sol reddit colorem ablatum, vt d[ic]it in Hymno Prudentius. *Rebusque iam color redit vultu nitentis syderis.* Ita colorem, & pulchritudinem iustorum afflictionibus obscuratam, & veluti tenebris calamitatum, & persecutionum obsitam, Chri[stus] Sol splendi[dissi]mus reddet, & subito manifestabit, vt ei[s] noua lux orta videatur, vt contigit Iudæis, Esther 8. Hanc rationem insinuat Theodoretus. Sed Hieronymus, Remigius, & alii, ideo dicunt Soli comparari: quod omnia patefaciat iudicanda bona, & mala: sunt enim illi oculi Sole splendidiores, vt nequaqam falli vllo modo possit. Vnde 1. ad Corin. 4. 5 ait Paulus. *Nolite ante tempus iudicare quoad vsque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* At quia hoc modo etiam improbis orturus est Sol Christus & hic pec[u]liari ratione di[cit]ur quod exorietur timentibus Deum: iuxta priorem sensum proprius accipiendum est. na[m] Sol, qui orietur timentibus nomen Domini, obscurabitur, & occidet illud blasphemantibus: [qui] tunc dicent Sapient. 5. 6. *Lumen iustitiæ non luxit nobis, & Sol non est ortus nobis.* Dicitur præterea S[ol] iustitiæ quia iuste iudicabit, & ius suum vn[icui]que reddet, nec patietur vitia, virtutesque lat[er]e, vt intelligunt Hieronymus, Theodoretus, Remigius, Haymo, & Lyra. Sed quia hoc officium iudicandi commune erit iustis, & iniustis, Sol iustitiæ orturus dicitur timentibus Deum secundum eundem Theodoretum, Rupertum, Dionysium, Vatablum, & Isidorum, quia tanquam fons totius iustitiæ, & sanctitatis iusti[ti]am, & sanctitatem oppressam, ac despectam tueatur, illustret, & commendet, iustis felicitatem retribuens, & præmiis bonarū promissionū afficiens.

Et sanitas. Alas, seu pennas Solis expansas [v]ocat lucis seu radiorum expansionem. Nam & Lucifero, seu auroræ alas tribuit Dauid P[sa]lmo 138. 9. *Si sumpsero alas auroræ, aut diluculi.* Potest autem *alarum* nomine intelligi vel celeritas volatus Solis, *qui exultauit vt gigas ad currendum viam: à summo cælo egressio eius. & occursus eius vsque ad summum eius.* Vel expansio lucis, seu illustratio: aut ora vestis; nam luce sua indutus Sol, quasi pulcherrimo ornamento procedit tanquam sponsus de thalamo suo; vt Ezech. 16. 8. *Expandi alam meam*, hoc est, oram amictus mei. *super te, & operui ignominiam tuam.* aut denique vmbra, seu protectio, vt Ruth. 2. 12. *Plenam mercedem recipias a Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas*: nam sua luce Sol tuetur ab insidiis, quibus nocte aggrediuntur h[o]mines. De Christo autem quoad priorem aduentum, de quo explicant Theodoretus, & Montanus, possumus intelligere celerem volatum vitæ eius, vt ille dixit Iohan. 16. 28. *Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* in quo sanauit omnes morbos hominum; vt nemo fuerit, qui se absconderit à calore eius. Vel lucem doctrinæ, qua mentes hominum illustrauit, & affectus suo calore inflammauit. Aut oram, seu extremitatem vestis: nam Christus suis donis, tanquam alis, seu oris velat animas à peccatis purgatas, vt vult Theodoretus. Vel Christi humanitas vestimentum est, & ora vestis corpus sacrosanctum, quod omnibus suscipientibus sanitatem confert: su[a]que dona affluenter elargitur: denique p[ur]gat *de laqueo venantium, & à verbo aspero, à negotio perambulãte in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano.* Nam & tactu sanabat morbos; & [...]tam largiebatur, & quotquot tangebant [s]anabantur, vt

Alæ quid notet.

Christus suo [...] aduentu [...] & [...]

A mulier, quæ tangens oram vestimenti eius, à flu-
xu sanguinis sanata est. Est & hic optimus sensus,
quem insinuat Theodoretus: sicut Sol radijs suis,
quasi alis expansus, dum exoritur omnia adit, o-
mnia lustrat, iuxta illud Æneidos 4. *Sol qui terra-*
rum flammis opera omnia lustras, ferasque, & rapa-
ces animantes, ac veneficos serpentes, in abdita
nemorum loca, ac in latebras, & speluncas fu-
gat, terramque his feris expurgat, & sanat. Vn-
de rebus tunc color redit, & situ intenti syderis:
quod Solis officium Dauid graphice depinxit in
Psalmo 103.2 . *Posuisti tenebras, & facta est nox: in*
ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. catuli Leonum ru-
gientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus
est Sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis colloca-
B *buntur. exibit homo ad opus suum, & ad operationem*
suam vsque ad vesperam. Ita Christus Sol iustitiæ
suo ortu sic illuminauit tenebras orbis terrarum,
vt idola contriuerit, dæmones effugauerit, pec-
cata deleuerit, vt ita homo ad pristinam sanita-
tem reductus, cœperit operari opus suum. Quod
& facit dum exoritur in singulis fidelibus, nam
dæmones, prauæ cogitationes, ceteræque im-
manes feræ, aut extra fugantur, aut sese ita ab-
dunt, vt nec mutire audeant; ac si liber homo in-
cipit operari opus suum, animæ videlicet spiri-
tualem salutem. Verum cum de Christo ad iudi-
cium veniente hunc locum explicuerimus, Hie-
ronymus, Remigius, Haymo, & Hugo sanitatem
in alis eius intelligunt, quod iustos sanatos iam
C per pœnitentiam, & puros factos, protegat, & ad
caulas gregis sui reportet, iuxta illud Deuteron.
32.11. *Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque porta-*
uit in humeris suis. Aut secundu Lyram, & Diony-
sium, quia vt Sol suis radijs sanitatem, & instau-
rationem, ac renouationem affert rebus: ita Chri-
stus sua luce ita iustos perfundet, vt & animæ, &
corpori plenam afferat felicitatem, & beatam
gloriam. Theodoretus, Albertus, & Rupertus, ad
resurrectionem, & glorificationem corporum
hoc referunt; quod quemadmodum luce Sol visi-
bilis somno oppressos sua luce excitat; tenebras
depellit, & omnes collustrat, & exhilarat; ita cum
Christus venerit cum maiestate, & claritate sua,
dæmones effugando, & impios in inferna detru-
D dendo, excitabit iustorum corpora, vulnera cu-
rabit, confractiones solidabit, vt gloriosis corpo-
ribus, [illegible], impassibilibus, & immortalibus in-
duti, Christum ducem sequantur, in beatitudi-
nem ipsos deducentem. quem sensum indicant
6 verum quæ sequuntur.

Et egrediemini. Hebraice, *& exibitis. &* פשתם
phiſtem, sicut vituli מרבק *marbek*, & verbum פוש
phus multiplicari significat, quomodo hic vertit
Pagninus, & multiplicamini; non quidem in nu-
merum, nam iusti in die iudicij in certo numero
erunt, nec crescent in numero; sed vel in magni-
tudinem; & sic Chaldæus dixit; *& augescetis*, & Ti-
gurina cum alijs, *& pinguescetis.* Vel potius in ex-
ultationem; vt sit, & luxuriabitis, lasciuietis, aut
E exspatiabimini præ iubilo, qua ratione Septua-
ginta verterunt, & Vulgatus, *& salietis sicut vituli.*
& Vatablus, ac Robertus, *dissilietis, ac discursabitis*
huc illuc & hac ratione omnes hic accipiunt; vt &
Ieremiæ 50.11. quod dixit Vulgatus, *quoniam effusi*
estis, sicut vituli super herbam: alij vertunt, *quoniam*
exultatis, aut exspatiamini, aut dissilitis, *sicut vitula*

Virgil. Solis Christi cum Sole collatio.

In posteriori aduentu iustos sanat.

De gloria resurrectionis iustorum.

Lectionis ratio.

A *herbificata. Marbek* autem, locus est, in quo vituli
impinguantur, & saginantur, Latine dicitur sa-
ginarium; & quia in pascuis saginantur; ideo lo-
cus pascuorum sic quoque dicitur; atque ita hic
dicemus; salietis, vel gliscetis sicut vituli in sagi-
natio, vel in pascuis, vel sicut vituli saginarij;
quod Vulgatus dixit, *de armento*, vel quia cum ar-
mentu sunt in pascuis, vel quia separati de ar-
mento saginantur; & hoc vocarunt Septuagin-
ta, *sicut vituli de vinculis relaxati.* & prius melius,
quia Amos 6.4. quod Hebraice dicitur, *& vitulos*
comedunt è medio saginarij. Vulgatus vertit, *de medio*
armenti. His præmissis, Hieronymus, Remigius,
Haymo, Albertus, Hugo, Dionysius, & Vata-
blus, sic hunc locum explicant. Egrediemini de
B hoc seculo, quasi de carcere, & dissilietis præ læ-
titia, sicut vituli, qui sunt in pascuis; nam huc, il-
lucque discurretis, quasi è vinculis huius vitæ re-
laxati, & beata libertate donati: ac tunc conci-
netis illud Psalmi 123. 6. *Benedictus Dominus, qui*
non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima no-
stra sicut passer erepta est de laqueo venantium; laqueus
contritus est, & nos liberati sumus. Melius Tertul-
lian. lib. de Resurrectione carnis cap. [illegible] dum le-
git. Exibitis de sepulchris veluti vituli de vincu-
lis soluti, & conculcabitis inimicos, Theodore-
tus, & Rupertus de resurrectione iustorum ad
vitam exponunt; & egrediemini, ait, ex sepul-
chris, vt Lazarus, excitati in occursum Domini,
& quasi vituli è vinculis relaxati, & in pascuis
C constituti, vt saginentur vita noua, & gloriosa
iuuentute exultabitis, & discurretis huc illuc, &
læti de Dei iustitia, conculcabitis, seu pessumda-
bitis impios, qui instar cineres erunt sub plantis
pedum vestrorum. *Nam lætabitur iustus*, Psalm. 57.
11. *cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sangui-*
ne peccatoru. & Sapient. 3.7. *Fulgebunt iusti, & tan-*
quam scintillæ in arundineto discurrent, iudicabunt na-
tiones, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus
eorum in perpetuum.

Mementote.] Hebræi, vt in prima huius capitis 7
additione affirmat Burgensis, ex hoc loco, certo
se putant deducere legem Mosi nunquam abro-
gandam, sed vsque ad finem mundi obseruan-
dam: siquidem, cum sermo est de die iudicij, hor-
D tatur Propheta suos ad legis obseruantiam, & E-
liam pollicetur venturum, vt zelet eam. Pro-
pterea Lyra, quoniam existimat adhortari Pro-
phetam ad obseruantiam legis, etiam tempore
gratiæ vsque ad diem iudicij; affirmat hortatio-
nem esse ad obseruationem moralium præce-
ptorum, quæ post Christum cum lege Euangeli-
ca obseruantur: & iudiciorum, quatenus ad Rei-
publicæ regimen sunt necessaria; cum de cere-
monialibus non loquatur, quæ omnino cessaue-
runt. Nam & Montanus suffragatur Lyræ in hoc,
quod nomine *præceptorum* Hebraice *hhukim statu-*
ta, Hispanice *fueros*, moralia intelligit: nomine *iu-*
diciorum iura, quæ in iudicio seruari cuique de-
bent. Eodem modo accipit Rupertus. Verum
E Hebræi, quos refert, ac sequitur Burgensis in pri-
ma huius capitis additione, Vatablus, & Rober-
tus, cum simul inueniuntur hæc nomina, affir-
mant nomen חקים *hhukim* significare statuta,
hoc est ceremonias aliquid referentes, & repræ-
sentantes, ad religionem, & Dei cultum perti-
nentes; ab ipso institutas, cuiusmodi sunt cir-

Iusto. om hilaritas in die iudicij.

De resurrectione iustorum.

Nomine legis quid significetur.

Lectionis ratio.

circumcisio, sacrificia, festæ, & similia. At משפטים misphatim sunt ritus politici, & constitutiones, quæ ad societatem politicam pertinent, iudicia communiter dictæ, vt Deut. 4. 1. *Et nunc Israel, audi præcepta, & iudicia, quæ ego doceo te.* & vers. 5. *Scitis quod docuerim vos præcepta, atque iustitias, seu iudicia.* & propterea Ezechiel 20. 25. ait. *Et dedi eis præcepta non bona;* statuta videlicet ceremoniarum, quæ erant vacua, & egena elementa, & mysteriis in eis abdita postulabat edoceri sæpe David, vt Psalmo 118. vers. 23. *Seruus tuus meditabitur in statutis tuis.* & vers. 124. *& præcepta tua doce me.* Non puto autem his annumerari legem, quo nomine vult Vatablum intelligi moralia præcepta Decalogi, quia dicit: *Mementote legis Moysis, quam mandaui ei in Horeb, vt doceret omne Israel, continentem præcepta, & iudicia.* & de his in tertio capite reprehendit eos, vt cum vers. 7. dixit, *recessistis a* חקי *hhukai legitimis, seu statutis meis, dum non affertis decimas, & primitias in domum meam.* & vers. 14. *& quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius.* Vult ergo Propheta metu iudicii inducere populum ad religiosum cultum seruandum, & ad custodiendum vnicuique ius suum.

Igitur vt Hebræis supradictis se opponant Hieronymus, Theodoretus, Paulus Burgensis, Rupertus, Isidorus, & etiam Montanus, existimant Prophetam hic non adhortari ad legis obseruantiam, nempe ad exercendas statutas ceremonias; & constitutiones politicas: sed ad memoriam repetenda, & meditatione scrutanda, quæ de Christo repræsentabantur in ceremoniis, & iudiciis legis, iuxta illud Iohann. 5. 39. *Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Si enim crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit.* Tum etiam, vt recte Theodoretus, & Rupertus, adhortatur, vt cum venerit Christus, legi obtemperent, præcipienti, vt eum audiant, eum suscipiant, de quo Deuteron. 18. 15. dixit Moses: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies, &c.*

Verum nihil nos compellit hanc exhortationem ad tempus gratiæ referre. Quare simplicius est, quod videtur Augustino 20. libr. de Ciuitate Dei, cap. 28. Remigio, Haymoni, Alberto, Hugoni, Dionysio, Vatablo, Roberto, & Montano; hortari vere Prophetam Iudæos sui temporis ad legis obseruantiam, ne in die iudicii, impiis annumerentur; & a timentibus Deum conculcentur. Nam & qui, dum tempus legis durauit, transgressores eius fuerunt, in iudicio damnabuntur: sicut transgressores legis Euangelicæ. Sumpsit autem occasionem Propheta huius admonitionis ex tractatione de die iudicii, vt os obstrueret dicentium, nihil conducere quod lex obseruaretur, neque nocere, quod transgrederetur.

8 *Eliam.*] Locum hunc de Ioanne Baptista præcursore Christi accipiendum existimant Paulus Burgensis in 2. Additione, Vatablus, Montanus, Isidorus, & Robertus; *qui venit in spiritu, & virtute Eliæ.* Atque hanc expositionem secutum esse Hieronymum, affirmat Rupertus, qui propterea non audet hunc locum de Eliæ aduentu explicare: hoc ipsum non displicet Remigio, & Haymoni. Arbitrantur autem hanc esse Christi huius loci intelligentiam, qui [illegible] & Marc. 9. 11. Discipulis, postquam [illegible] monte transfiguratum, & in gloria adu[illegible] dubitantibus, cur non ante illum Christi gl[illegible] aduentum præcursor venisset Elias, vt ferebant Scribæ & Pharisæi venturum; respondit Christus. *[illegible] quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed [illegible] runt in eo quæcumque voluerunt. Tunc intellexerunt Discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.* Nam [illegible] 11. Matth. vers. 14. *Omnes Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est.* Quem locum exposuit [illegible] briel [illegible] Lucæ 1. 17. [illegible] dixit: *Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.* [illegible] quibus videtur Ioannem vocari Eliam, cui idem [illegible] tus [illegible], quod prædixerat Malachias de Elia.

Verum de Elia vero, absque nota grauis, hunc locum esse accipiendum, qui venturus est ante aduentum Christi posteriorem ad iudicium; probat in primis communis populi Israelitici vox, & Pharisæorum, & Scribarum huius loci intelligentia deducta; qui locis dictis venturum dicebant ante Christum gloriosum, vt super Matthæum asserit Hieronymus, deinde Ecclesiasticus cap. 48. 1[illegible]. hunc Malachiæ locum aperte referens, sic de Elia loquitur. *Qui scriptus es in iudiciis temporum, lenire iracundiam Domini: conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* Con[illegible] hunc sensum Christus, cum de Ioanne Matthæi 11. dixit, *ipse est Elias, qui venturus est*, quod est dicere, Elias venturus est, vt scribitur de eo, sed Ioannes in spiritu, & virtute est Elias ille, [illegible] explicuit Angelus Lucæ 1. [illegible]. & petrius Matth. [illegible] 10. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia.* & Marci 9. 11. *Elias cum venerit primo, restituet omnia.* Quod autem subdit: *Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum:* nihil est aliud quam respondet obiectioni Scribæ, & Pharisæi ideirco nolunt me recipere, quia non viderunt ante venisse Eliam: vt scriptum est in Malachia, at non est quod excusentur, quoniam venit Elias in spiritu, & virtute, nempe Ioannes, vt idem Malachias prædixerat; & non eum receperunt: quid ergo mirum si meipsum non recipiant. Secundo, probat hunc sensum communis Patrum intelligentia, qui verba Malachiæ explicant de Elia Thesbite. Sic Tertullianus lib. de anima cap. 35. Origenes Tomo [illegible]. in Ioannem, Chrysostomus Homil. 58. in Matthæum, & [illegible] 8. Gregorius Nyssenus in libro Testimoniorum aduersus Iudæos, cap. Quod ante secundum Domini aduentum venturus sit Elias. Hieronymus satis aperte h[illegible] loco de Elia intelligit, qui sicut Moses legem, ille refert prophetias: & cum Christo in monte transfigurato apparuit; & ante diem iudicii [illegible] omnium Prophetarum veniet, vt conuertat filios ad fidem Apostolorum. Quod autem subdit Iudæi, & Iudaizantes Hæretici ante [illegible] suum; [illegible] Eliam putant esse venturum; non [illegible] illam expositionem, sed [illegible] o-nem: qui ideo non credunt ve[illegible], & suum falsum adhuc sperant [illegible] n viderint venisse Eliam quem Sc[illegible] bant [illegible]

aduentu[illegible]

Margin notes (left): [illegible] ex dicta. — Obseruantia legis iudicantis ante Christum. — Hortatur ad legis obseruantiã suo tempore Propheta. August. — Expositio de Ioanne nomine Eliæ.

Margin notes (right): Expositio 2. de vero ipso Elia. — Patrum consensus. Tertull. Origenes. Chrysost. Nyssenus. Hieron. Cyrillus. Theodor.

August. Gregor. Isidor. Arethas. Iulianus. Beda.

aduentum Messiæ præmittendum: quibus respondit Dominus distinguens duos suos aduentus, & duos ad illos præcursores, Ioannem, & Eliam. Idem in cap. 11. Matthæi, & in 17. Cyrillus, & Theodoretus super hunc locum. Augustinus lib. 20. de Ciuitate Dei cap. 29. Gregorius lib. 11. Moral. cap. 10. Isidorus in libr. de vita, & morte Sanctorum cap. 35. Arethas in 11. Apocal. apud ipsum cap. 30. Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos, ante medium. Beda, Euthymius, Anselmus, & Thomas in 17. Matthæi. Samuel Marrochianus libr. de Aduentu Messiæ cap. 19. Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, Lyra, & Dionysius in hunc locum, tum demum Galatinus lib. 12. cap. 1. & probatur ratione. Consensus est Patrum omnium Eliam venturum ante diem iudicii, vt pugnet cum Antichristo; sed hanc doctrinam non aliunde clarius deduxerunt, quam ex hoc loco Malachiæ; ergo loquitur vere Malachias de Elia proprie. Propositio illa constat ex Patribus adductis, & ex multis aliis, quos non referimus, ne fastidiosi simus. Assumptio probatur, quia Ecclesiasticus, & Christus Malachiam referre voluerunt, & Ioannis dictum in 11. Apocalypsis, idcirco expositores de Elia intelligunt, quia vident ex Malachia illum venturum ante diem iudicii. Præterea, cum constet omnibus, duobus aduentibus Christi duos præcursores præmittendos fuisse, adeo persimiles in viuendi ratione, in vestitu, in loco habitationis, qui erat Eremus, in zelo, & efficacitate sermonis, & demum in officio; quia eundem Christum prænunciaturi fuissent, qui propterea in spiritu, & virtute vtrumque Eliam vocauerit; cur hoc loco de Elia proprie loqui Prophetam dubitamus; cum eius muneri omnia verba consonent, minime vero Iohanni. Nam Eliam vocat suo nomine, & Eliam Thesbiten, apud Septuaginta, vt referunt Hieronymus, Theodoretus, Cyrillus, & omnes Græci Patres, cum Tertulliano; & Codex Vaticanus, ne dubitemus de quo loquatur: & hunc ait prætermittendum ante diem Domini magnum, & horribilem; quod non conuenit diei prioris aduentus, sed posterioris; qui sic solet notari, vt Ioelis 2. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Nec in illo priori venit Christus percutiens terram anathemate; quia non venit tunc vt iudicaret mundum, Ioan. 3. *sed vt saluaretur mundus per ipsum.* sicut veniet in die iudicii, vt Chrysostomus expendit. De Elia ergo sine dubio posterioris aduentus præcursore loquitur Malachias.

Raoo.

Elias Thesbites.

9 *Et conuerte.*] Daoid Kimhi apud Vatablum & Montanus putant, hac forma loquendi, patres super filios, aut filios super patres, aut ad patres, solere in Scriptura significari; omnes tam patres, quam filios ad vnam fidem, ac religionem conuertet. Hoc est, efficiet, vt si dissideant patres filiis recte sentientibus consentiant, & filii patribus: quod dixit Hieronymus, vt Iudæi, & Christiani, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione consentiant. Et Ecclesiasticus cap. 48. 10. *Qui inscriptus est in iudiciis temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob*, hoc est, reducere tribus Iacob discrepantes ad vnam fidem, & conciliare corda diffidentia, & hoc est, quod dixit Christus Matth. 17. 11. & Marci 9. 11. *Elias quidem venturus est, & restituet omnia*, hoc est, reducet: nam & restituere, & reducere significat verbum Hebræum שׁוּב *Sub.* vt 1. Regum 30. 19. *a paruo vsque ad magnum, tam de filiis quam de filiabus, & de spoliis, & quæcumque rapuerant, & omnia restituit*, seu *reduxit Dauid.* & 4. Regum 14. 25. de Ieroboam dicitur: *Ipse restituit terminos Israel.* Itaque præpositio עַל *ghal* super, hoc loco, vt in aliis plurimis, sumitur pro *cum*, vt Deuteronom. 22. 6. *Si nidum auis inueneris, & matrem pullis, vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam super filiis*; hoc est, *cum filiis*. Psalmo 49. 5. *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius super sacrificia*, pro, *cum sacrificiis*. Isai. 7. vers. 2. *Requieuit Syria super Ephraim.* Ezechiel. 16. 37. *Congregabo omnes, quos dilexisti super*, pro *cum, vniuersis, quos oderas.* Sic modo, *reducet cor patrum cum filiis, & cor filiorum cum patribus*, id est, omnes vnanimes faciet in vna Christi fide, & religione; *quando omnis Israel saluus fiet.* Sed quos patres, & quos filios intelligat, diuersimode auctores explanant. Hieronymus, Augustinus, Gregorius Magnus, Rupertus, Remigius, Haymo, Albertus, Hugo, & Lyra exponunt: conuertet cor patrum, nempe Patriarcharum & Prophetarum ad filios, quorum cor ab illis fuerat auersum, propter incredulitatem ipsorum: vt sicut illi Christum summis votis optauerunt, & videntes a longe, gauisi sunt: ita filii eorum, eum diligant, & amplectantur. At Chrysostomus, Hieronymus quoque, Theodoretus, & Euthymius sic declarant. Conuertet cor patrum Iudæorum, qui prius non crediderunt, ad filios, id est, ad fidem Apostolorum, & Christianorum, ex gentibus etiam conuersorum; nam Apostoli sunt illi filii, de quibus dixit Dauid Psalm. 44. 17. *pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos Principes super omnem terram*: & ita Elias conuertet Iudæos infideles ad fidem Iudæorum fidelium, & Gentilium, vt vno animo credant, colantque vnum Dominum Iesum Christum. Primus vero sensus simplicior, ac verior est, quod Elias omnia restituet, nempe omnes tribus Iacob, ad vnam fidem restituet, & ad veram Christi religionem reducet, vt vno corde patres cum filiis, & filii cum patribus, nemine dempto, Christum, & recipiant, & colant. Ne comparationis extrema tam longe petamus, à Patriarchis, & Prophetis, & Apostolis: siquidem munus Eliæ, & conuersionem omnium tribuum, tam patrum quam filiorum; tam maiorum, quam minorum, quam facturus est, prænunciat hic Malachias; & conciliationem, quam facturus item est, infidelium Iudæorum cum fidelibus. Nam de Iohanne Lucæ 1. 17. dixit Angelus, *& ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ vt conuertat corda patrum in filios*, & pro, id est, *incredulos, ad prudentiam iustorum, vt sic pararet Domino plebem perfectam.* Id ipsum igitur verus Elias, quem Ioannes referebat, ante iudicii diem præstabit.

Lectionis ac locutionis ratio.

Elias patres & filios ad vnam fidem reducet

Filii conuertendi ad fidem Patriarcharum.

Patres conuertendi ad fidem filiorum Apostolorum.

Elias omnium corda reducet ad vnam fidem.

10 *Terram.*] Nomine *terræ*, homines terrenos, & in peccatis hærentes intelligunt omnes, Hieronymus, Augustinus, Rupertus, Remigius, Haymo, & ceteri; vnde & Chaldæus dixit. *Ne forte cum reuelatus fuero, & inuenero terram cum peccatis suis,*

Terra, homines terreni sunt

feriam eam exterminatione. Anathema autem, vt nomen Hebræum חרם *hherem*, significat omnimodam vastationem, & exterminationem, seu excidium. Et quidem qui de priori Christi aduentu explicant hanc prophetiam, quidam per anathema volunt significari excæcationem Iudæorum incredulorum. Montanus excisionem, seu vastationem terræ Iudæorum per Romanos factam. Sed melius cæteri, qui de posteriori aduentu intellexerunt, per anathema accipiunt omnimodam, & æternam damnationem, seu separationem illam dolendam impiorum à piis; vt in infera detrudantur, quam faciet Christus, cum dicet Matthæi 25. 41. *Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Et hæc quidem, vt ait Theoduretus, non modo Iudæis timorem inicere, sed nos quoque perterrere possunt. Nam quo maioribus bonis potiti sumus, hoc maiores pœnas sumet de nobis iudex. Quamobrem nobis danda opera est, vt probe comparati simus ad illum diem, vt libere adsimus ad tribunal horribile, atque bona promissa assequamur, largiente ea nobis, summo illo cœli, & terræ Imperatore, & Domino nostro benignissimo Christo Iesu: quo in æternum perfrui nobis concedatur, vna cum patre misericordiarum, & Spiritu paracleto, per merita sanctissimæ Virginis Deiparæ Mariæ. Amen. Compluti die 24. Aprilis anni Domini 1605.

Anathema separatio à piis æterna

A

Fideles sibi timeant.

F I N I S.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS RERVM ET VERBORVM IN HIS COMMENTARIIS EXPLICATORVN.

A

Carnis

Cælo

Dæmon

F

Lumen

Q.

T

FINIS INDICVM.

1-6-2